431.

Papst Innocenz IV. befiehlt dem Dechanten und Scholastikus zu Enger, den Bedrückungen, welche Ritter Themo von Voswinkel und einige andere Laien der Osnabrücker, Mindener und Paderborner Diöcese gegen Kl. Levern ausüben, ein Ende zu machen. Lyon 1251 Januar 4.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Levern Nr. 66. Druck UB. V, Nr. 522. Reg. Arch. Ztschr. III, 51 Nr. 86. Themo v. Voswinkel Zeuge UB. III, 498 und 503.

432.

Papst Innocenz IV. beauftragt den Elekten (Simon) von Paderborn, dem Johann von Göttingen, für den sich Bischof (Heinrich) von Hildesheim und Herzogin Sophie von Brabant verwandt hätten, zwei Pfründen in Deutschland zu verschaffen. Lyon 1251 Februar 15.

Gedr. UB., V, 523. Reg. Berger, Les registres d'Innocent IV, II p. 259 Nr. 5414.

433.

Ritter Arnold von Gudenburg verkauft dem Kl. Volkhardinghausen für 5 Mark und ein Malter Roggen seine Güter in Strot. 1251 März 19.

Incerta presencium operacio de futuris contingentibus dubium ingerit, nisi scripturarum robore solidetur. Hinc est, quod ego Arnoldus miles de Godenborc dictus Magnus ad noticiam devenire cupio presencium et futurorum, quod de consensu et favore omnium heredum meorum omnia bona sita in Strot cum decima ecclesie sanctimonialium in Volchardinchusen pro summa V marcarum et maldro siliginis vendidi perpetuo possidenda. Verum non solum me et meos heredes contingentia et in futuro, quidquid ratione fratris mei et suorum heredum seu cognatorum meorum quorumcunque eorundem bonorum occasione[1]) juris feodalis aut proprietatis ad me per ipsorum discessum posset devenire, ob reverenciam beati Johannis libere resingnavi, presens scriptum in evidenciam huius nostrorum sigillo roborando. Actum anno Domini M°.C°C°.LI, XIIII. Kalendas Aprilis.

[1]) *Or.* ocasione.

Or. im Fürstl. Waldeckischen Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen schlecht erhaltenes dreieckiges Siegel, in dessen oberm Theil zwei mit den Schnäbeln nach auswärts gekehrte Adlerrümpfe, unten drei Balken, durch Gitter verbunden.

434.

Erzbischof Konrad von Köln, apostolischer Legat, bestätigt die seitens der Edlen Konrad und Otto von Everstein vorgenommene Schenkung des Patronates der Kirche zu Wormeln an das Kloster daselbst. Köln 1251 März 21.

XII. Kalendas Aprilis M°.CC°. quinquagesimo.

Or. im Pfarrarchiv zu Wormeln. Drucke v. Spilker, Everstein, 92 und UB. IV, 416 zu 1250. Letzterer aus Msc. VII. 4519 im St.-A. Münster. Darin zu korrigiren Z. 2 magistre *und* Wormlo *(so immer), Z. 7 hinter* sicut *zu ergänzen* juste. *Cardauns, Regg. des Erzb. Konrad v. Köln in Ann. des histor. Ver. f. d. Niederrhein Bd. 35. Reg. Nr. 296 vermuthet (ob mit Recht?) Fehler im Datum wegen des für diese Zeit nicht mehr gebräuchlichen Legatentitels.*

435.

Elekt Bruno von Osnabrück schenkt der Äbtissin von Herford zwei Häuser. Osnabrück 1251 März 31.

Honorabili domine et in Christo dilecte abbatisse Heruordensi B(runo) Dei gratia Osnaburgensis electus salutem et sinceram ad omnia voluntatem. Vestra sciat discretio, quod nos ad petitionem Ludolfi de Gronenberg de communi consensu totius ecclesie nostre damus vobis et ecclesie vestre proprietatem duarum domorum in Sutherbercge et in Core et hoc presentibus litteris protestamur. Datum Osenburcke anno Domini M⁰.C⁰C⁰.L. primo, sexta feria post dominicam Letare.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fürstabtei Herford Nr. 46ª. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Ob hiermit zusammenhängt Möser, Osn. Gesch. IV S. 371 ff.?

436.

Elekt Simon von Paderborn verkauft mit Zustimmung der Ritterschaft gewisse vogteifreie Besitzungen dem Domkapitel. Paderborn 1251 April 1.

Simon Dei gratia Paderburnensis electus tam presentibus quam futuris mentis et corporis salute gaudere. Ne ea, que geruntur in tempore, lapsu temporis evanescant, scripture memorie utiliter commendantur. Tenore presencium omnibus innotescat, quod nos curtim et bona in Sunriche cum hominibus, nemoribus et silvis, pratis et pascuis, aquis, viis et inviis et cum omnibus aliis pertinenciis suis a cuiuslibet advocati potestate libera et soluta capitulo nostre Paderburnensis ecclesie ministerialium nostrorum accedente consilio et consensu vendidimus duodecim marcis auri de thesauro ecclesie nobis pro precio persolutis. Quorum bonorum proprietatem et dominium eidem capitulo conferimus hiis pactis accedentibus, quod, postquam pars thesauri ecclesie propter hoc distracta fuerit de proventibus eorumdem bonorum integre reparata, tunc prescripta bona cum omnibus pertinenciis, libertatibus et iusticiis suis ad melioracionem prebende capituli Paderburnensis iure perpetuo pertinebunt. Acta sunt hec Paderburne anno Domini millesimo ducentesimo [1]) quinquagesimo primo, indictione nona, Kalendas Aprilis.

[1]) *Or.* ducensimo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 180. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Sunriche *bei Borgentreich nach Rückschrift s. XVII, ohne Zweifel dasselbe Gut, welches Bischof Bruno von Würzburg im J. 1036 an sein Stift schenkte. Vgl. Additamenta Nr. 9.*

437.

Elekt Simon von Paderborn trifft Bestimmungen über einen Paderborner Kanonikern gehörenden Neubruch-Zehnten. Paderborn 1251 April 5.

Simon Dei gratia Paderbornensis electus universis, ad quorum noticiam hoc scriptum pervenerit, perpetua . . . . cupimus salute gaudere. Ne ea, que geruntur in tempore, lapsu temporis evanescant, scripture memorie utiliter commendantur. Tenore presentium omnibus . . . . . decimam in villa Elnere, quam nunc habent Heinricus et . . . . canoni . . . . . canonici nostre majoris ecclesie, pro suo(a) plogethe habere . . . . . volumus et constituimus, quod, quecunque nemora vel terra de . . . . . eiusdem ville redacta fuerit noviter ad culturam eorundem novalium, decima maiorem decimam aucmentando pertineat canonicis antedictis, hac littera nostra non tantum de decima novalium presentis temporis set de preteriti et futuri . . . . . temporis decimis novalium eiusdem ville perpetuo valitura. Datum Paderborne anno Domini M⁰.C⁰C.L⁰. primo, in Nonis Aprilis.

Or. sehr beschädigt im Kgl. St.-A. Münster Fstth. Paderborn Nr. 181. Siegel und Befestigung fehlen. Unter dem Namen „Obedienz Eleren“ *hatte das Paderborner Domkapitel aus Gütern zu* Kerceleren *eine Rente zu beziehen, die 27½ Malter Korn ausser Hühnern und Eiern und ausser der* „settinge unde entsettinge der meigere“ *— wohl Weinkauf, laudemium — betrug. Nach Urk. von 1519 war diese Rente wegen gänzlicher Zerstörung des Dorfes über Menschengedenken nicht eingegangen.*

Das Domkapitel hatte aber damals endlich ausfindig gemacht, dass jene Güter theils vom Kloster Dalheim, theils von denen von Westphalen in Besitz genommen waren und schloss mit diesen einen Vergleich. Die Trümmer der Kirche zu Kerceleren *sind beim Gute Eilern im Sintfelde noch jetzt sichtbar. Vergl. Zeitschr. XXXVIII, 2 S. 137.* „Plogethe“ *wohl gleichbedeutend mit „Pflege“ (cura); dieses Wort wurde noch im vorigen Jahrh. vereinzelt statt „Amt“ gebraucht, wie z. B. die Vogtei Boke auch die „Pflege“ Boke genannt wird. (Spancken). Lübben brachte in Zuschrift das Wort zusammen mit* plegede, *gleichbedeutend mit officium.*

438.

Hermannus prep. Noue Ecclesie *Z. d. Dompropstes Wilhelm für St. Mauritz zu Münster. 1251 April 9.*

UB. III, 524. Hermann von Holte war zugleich Domherr in Münster.

439.

Propst Eckehard von Fritzlar spricht Kl. Netze zwei Hufen zu. Fritzlar 1251 April 21.

Eckehardus Dei gratia Frislariensis ecclesie prepositus. Quoniam ea, que fiunt in tempore, labuntur cum cursu temporis, nisi scriptorum vel testium munimine roborentur, presenti pagina ad noticiam futurorum duximus transferendum, quod, cum anno Domini M°.C°C.L°I dominus Hermannus et Ludewicus milites et Wideroldus frater eorum dicti Maz . . prepositum et conventum de Nezce super duobus mansis ecclesie in Nezce doti pertinentibus coram nobis traxissent in causam et per testes vel instrumenta intentionem suam probare non possent, prepositus cum quatuor conversis et quibusdam servis ecclesie sue optulerunt se iuramento firmare, quod nullum ius in huiusmodi mansis conpeteret fratribus [1]) supradictis, et licet iuramentum huiusmodi primitus acceptassent, tandem ipsum voluntarie relaxarunt ducti consilio saniori. Nos igitur de rigore iuris predictos prepositum et conventum ab impetitione sepedictorum fratrum per diffinitivam sententiam duximus absolvendos. In huius rei testimonium presentem paginam cum testium subscriptione nostri sigilli munimine duximus roborandam. Testes autem sunt: Heinricus decanus, Volpertus de Borcken, Heinricus custos, Conradus de Malzvelt, Gumpertus de Ritthe, canonici Frislarienses, Conradus Welle(rus?) et Eckehardus, vicarii ecclesie eiusdem, Conradus de Buren, Wideroldus de Hospitali, Bodo plebanus de Cenre, Theodericus plebanus de Wictorf et alii quam plures. Datum Frislarie anno incarnationis Domini supradicto, sexta feria proxima ante diem beati Georgii.

[1]) *Doppelt, einmal unterpunktirt.*

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen in weissem Wachs spitzovales Siegel, Figur des h. Petrus mit Heiligenschein und zwei Schlüsseln in der Rechten.

440.

Propst Friedrich und Priorin L. von Berich urkunden über Beilegung eines Güterstreites. Fritzlar 1251 April 28.

F(ridericus) prepositus, L. priorissa totusque conventus in Beriche omnibus hanc paginam intuentibus salutem in eo, qui est salus omnium. Noverint omnes, quibus hec littera recitata fuerit, quod, cum Johanne dicto de Uflon, qui ecclesiam nostram per iniustum gravamen [1]) impugnabat, pro quibusdam [2]) bonis nostre ville adiacentibus et ecclesie dicte iure pertinentibus talem, sicut arbitrati fuerunt dominus comes Adholfus de Waldeke et dominus Ekehardus prepositus Friteslariensis et dominus Albertus de Scardenberg, quibus ex utraque parte commissum fuerat arbitrium, concordie peregimus compositionem, ut eidem tres marcas et dimidiam daremus absolute. Quo facto predictus Johannes, sive fuerit iusta vel iniusta, coram comite et multis aliis probis Waldeke et coram iudicio spirituali plenius omni renunciavit

accioni. Ad hoc igitur pater eiusdem Jo(hannis) et sorores sue et earum legitimi [3]), unus ex his in Sconenberg constitutus et alter in Wartberg, cum earum prole et [4]) cum testimonio sufficienti actionem prenotatam legitime postposuerunt. Et quia omnia negocia tocius mundi videntur transitiva [5]), iam sepedicti nobiles A(dolfus) comes et A(lbertus) de Scardenberg et E(kehardus) prepositus Friteslariensis huius rei facta [6]) sigillorum suorum munimine decreverunt roborandum. Datum in Friteslar anno Domini millesimo C⁰C⁰.LI., IIII Kalendas Maii.

[1]) *Or.* grava. [2]) dam *über der Zeile.* [3]) *folgen ausgewischt 2 Buchst.* [4]) *über der Zeile.* [5]) transsitiva *Or.* [6]) huius — facta *über der Zeile.*

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Hanfschnüren in braunem Wachs 1) dreieckiges Siegel, Mannskopf, aus dessen Mund zwei Arme mit emporgehobenen Händen herauswachsen: Schardenberg; 2) rundes Siegel des Gr. A. v. W; 3) spitzovales Siegel des Propstes in weissem Wachs, stehende Figur, in der Rechten aufgehobener Schlüssel.

441.

Die Pröpste Heinrich von Netze und Friedrich von Berich bekunden eine ihren Klöstern gemachte Mühlenschenkung. Fritzlar 1251 Mai 2.

Heinricus Dei gratia prepositus in Nezce et Fridericus prepositus in Beriche litteris presentibus recognoscimus et publice protestamur, quod, licet dominus Volpertus de Borcken canonicus Frislariensis tam possessionem quam proprietatem molendini iuxta Weldene, quod Rodewaghe dicitur, monasteriis nostris contulerit in suorum peccaminum sublevamen, pensionem, quam exinde perceperimus annuatim, solvere sibi tenemur temporibus vite sue, nisi ipsam nobis duxerit voluntarie relaxandam. Post mortem vero suam in die anniversarii sui, qui singulis annis est in nostris monasteriis celebrandus, pensio huiusmodi inter conventus nostros pro facienda eius speciali consolatione equaliter dividetur. In huius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimini duximus roborandas. Datum Frislarie anno Domini M⁰.C⁰C.LI⁰, in crastino apostolorum Philippi et Jacobi.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs 1) zerbrochenes, spitzovales Siegel des Propstes Heinrich, Maria sitzend mit dem Kinde; 2) spitzovales des Propstes Friedrich von Berich, Lamm Gottes mit der Fahne, darunter Lilie.

442.

Gräfin Regelinde von Paderborn verpfändet mit Genehmigung ihrer Töchter und Erben, wie dies schon früher 1250 Juni 2 von ihrem Gemahl, dem Edlen Bernard von Oesede, geschehen, einen Zehnten an den Paderborner Dompropst Heinrich von Schwalenberg. Paderborn 1251 Mai 26.

Regelhindis comitissa Paderbornensis omnibus, ad quorum noticiam hoc scriptum pervenerit, salutem in Domino. Tenore presencium litterarum mearum coram testibus ad hoc rogatis et subscriptis confiteor manifeste me Hildeburgis, Heilewigis, Elyzabet et Regelhindis heredum meorum accedente consensu muris civitatis Paderbornensis decimam adiacentem domino Henrico de Sualenberch preposito Paderburnensis [1]) ecclesie eiusque successoribus, qui pro tempore fuerint, quibus eam legaverit, pro sexaginta et quinque marcis legalis monete in civitate Paderbornensi titulo pignoris obligasse, eiusdem decime fructibus in sortem nullatenus computandis. Cum semper prepositus Paderburnensis ecclesie nomine ecclesie sue iam dicte decime in veritate proprietarius habeatur, michi etiam et meis communibus heredibus redimendi pro sexaginta quinque marcis decimam antedictam potestatem liberam reservavi et nulli nisi preposito, dummodo eam emere voluerit, eadem decima est vendenda nec ad aliam personam quacumque arte vel titulo transferenda. Item si ego vel mei heredes annuatim capitulo Paderbornensi in festo beati Viti decem spikermolder tritici de tritico, quod dicitur sunderwete, de eadem decima debita non solverimus, tunc prepositus capitulo solvet annuatim annonam supradictam, per quam solutionem secundum veram

estimationem tempore solutionis faciendam annone capitulo summa debiti sexaginta quinque marcarum durante obligatione decime augmentabuntur annuatim. Actum Paderburne presentibus testibus: decano Rabodone, Volrado quondam preposito, Hermanno camerario, Ludolpho cellerario, Henrico thesaurario, Gerungo, Widekindo de Osedhe, Johanne Stapel, Henrico Lusco, Thiderico de Susato, canonicis Paderburnensibus, Volquino cellerario sancti Petri, Wernhero de Brakel, Wernhero Stapel, Henrico camerario, Conrado tunc dapifero, Horado de Brenken, Conrado de Andepen, Alberto de Nedere, Lodewico Bulemast, Conrado de Tyto, Alberto de Balhorne, Henrico Duuelescopman iudice civitatis Paderburnensis, Henrico Ysheri et aliis quam pluribus VI°I. Kalendas Junii anno Domini M°.C°C. quinquagesimo primo. Et quia sigillum proprium habere non consuevi, presentem paginam sigillo capituli sanctorum apostolorum Petri et Andree pecii roborari.

[1]) born *und* burn *beim Namen Paderborn wechseln.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn 182. Siegel nebst Befestigung fehlen. Die bis auf den Schluss fast gleichlautende Urk. des Gemahls der Regelinde von 1250 Juni 2 UB. IV, 419.

443.

Kl. Corvey verkauft dem Kl. Bredelar Güter in Ober-Upsprunge, deren Einkünfte der Kirche in Marsberg gehörten, und schenkt letzterer dafür das Patronat in Twiste. Marsberg 1251 Juni 23.

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Hermannus Dei gratia Corbeygensis ecclesie abbas, Albertus prior, Strigerus prepositus totumque ejusdem loci capitulum universis Christi fidelibus hanc litteram visuris eternam in Domino salutem. Dignum credimus et divine pietati placitum, ut ea, que agimus, iuxta seniorum decreta scriptis, sigillis et testibus memorie posterorum firmiter imprimamus, quatinus eadem, que a nobis rationabiliter statuta fuerint, ab ipsis inviolabiliter teneantur. Noverint igitur presentes et posteri, quod nos communicato consilio conventus nostri et ministerialium nostrorum bona quedam in superiori Upsprunge sita, de quibus fratres monasterii in Breydelar annuam pensionem decem et octo moldra Horhusensis mensure et quatuor solidos ecclesie Montis Martis solverunt, quia proprietas eorundem bonorum ipsam ecclesiam contingebat, urgente multimoda et inevitabili necessitate ecclesie nostre, distraximus ab eadem ecclesia de pleno consensu et gratuita voluntate dilecti filii nostri Thymonis tunc temporis ibidem prepositi et fratrum suorum, redonantes eidem ecclesie in restaurum pro hac pensione collationem et patronatum ecclesie in Thuiste cum omnibus pertinentiis suis iure proprietario, sicuti nobis pertinuit, sine omni inquietatione perpetuo possidendum. Quo facto unanimi consensu et voluntate, ne maiori immergeremur dispendio, Thimone iam dicto preposito suisque fratribus benigne et favorabiliter consentientibus, dominum Widekyndum Bredelarensem abbatem et suum conventum convenimus, ut, si proprietatem et pensionem eorundem bonorum et IIII solidorum in Upsprunge et bona in Scukereakere, de quibus annuatim ecclesie nostre XIIII solidos solverunt, ad ius perpetuum et proprietatem eis emere complaceret, assensum preberemus. Tandem mediantibus probis viris et fidedignis, preposito scilicet Montis Martis Thymone prefato, Alrado et Frederico militibus dictis de Horehusen, in tantum processum est, quod eadem bona in Upsprunge et in Scukereakere cum pensionibus predictis et omnibus pertinentiis, agris cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, agris aquarumque decursibus, viis, inviis, pro centum marcis legalium denariorum proprietatis iure a nobis legitime compararunt, cum tamen pensionem bonorum in Upsprunge adhuc duobus annis et Scuckereakere septem annis libere habere deberent sine solutione. Hiis ita ordinatis nos sepedicta bona in Upsprunge et Scukereakere cum omnibus pertinentiis suis, sicut supradictum est, contulimus patribus monasterii in Breydelar proprietario iure et patronatu veri dominii pacifice possidenda, ab omni pensione eorundem bonorum liberos eos fore decernentes et absolutos, warandiam super hac absolutione et libertate ubique prestantes eisdem, insuper omni iuri nostro in eisdem bonis habito sollempniter cedentes nec successoribus nostris nec ulli homi-

num ius aliquod in ipsis bonis relinquentes vel recognoscentes, unde quies fratrum eorundem aliquando possit perturbari aut factum nostrum vel fides violari, set libertate predicta fratres monasterii memorati omni impulsatione penitus remota libere et quiete potiantur. Ceterum sciendum, quod hanc summam fratres monasterii prelibati Medebike, sicut a nobis iussi fuerant, integraliter presentaverunt et nos exinde proventus prebende ad gravem usuram obligatos redemimus, quia, licet ipsi creditores diu questum de bonis annuatim perciperent, nichilominus in solutione credita repeterent universa. Preterea hanc conventionem cum claustro de Bredelar fecimus, ne ad graviora dampna dilaberemur vel defectum in proventu prebende nostre diutius pateremur. Ad huius rei evidentiam, ne quis quovis unquam tempore huic conventioni legitime et rationabiliter taxate ausu temerario obviare in posterum presumat, presentem paginam exinde conscriptam sub sigillorum tam nostri et ecclesie nostre quam ecclesie Montis Martis et burgensium ibidem appensione communimus. Acta sunt hec in Monte Martis anno gratie M°.C°C. quinquagesimo primo, indictione IX, vigilia nativitatis beati Johannis Baptiste. Huius rei testes sunt sacerdotes: Albertus de Godulumme, Conradus de Nuthlon, Gerhardus de Thuiste, qui ipsam ecclesiam ibidem nobis resignavit et nos eandem preposito Thimoni suisque successoribus iure perpetuo statim contulimus et ipse prepositus incontinenti predicto Gerhardo iterum porrexit eandem, Conradus de sancto Magno, Johannes de Thulon, milites; Alradus de Horh(usen), Adam de Aspe, Albertus et Lippoldus fratres de Amelungessen, Bernardus de Dalewic, Thidericus et Fredericus fratres de Horhusen, Albertus de Butersen, Gothwinus de Wethen, Giselerus de Godelouesheim; armigeri: Rodolfus de Sfnethe, Hartmannus de Durslon; burgenses Montis Martis: Conradus de Yburg, magister consulum, Bertoldus iudex, Conradus monetarius, Ludolfus de Capella et filius suus Henricus, Albertus de Mulhusen, Fredehardus, Godofridus de Eleren Hermannus de Flessenger, Johannes Wndengoth, Heinricus Morel et consules omnes aliique quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster Kl. Bredelar Nr. 45. An blauweissen geflochtenen Schnüren (mit angeheftetem Pergamentstreifen, worauf Reg. von gleichzeitiger Hand) in weissem Wachs 1) Abtssiegel: Abt auf einem mit Thierköpfen verzierten Stuhl sitzend, in der Rechten Stab, in der Linken Buch. Umschrift † Hermannus dei gracia Corbeiensis ecclesie abbas. *2) Kapitelssiegel: Westf. Sieg. I, 4 Nr. 3. 3) Kirche Marsberg: Petrus mit Schlüssel, links zur Seite Halbmond. Umschrift:* S'.*sancti* Petri Mersberh*ensis* (sic). *4) Stadtsiegel von Marsberg Westf. Sieg. II, 66 Nr. 3.*

444.

Die Brüder Gotschalk und Hermann Edle von Pyrmont schenken dem Kl. Hardehausen neun Hufen in Ammenhausen. Geismar 1251 Juni 28.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Gotschalcus et Hermannus fratres nobiles de Permunte universis Christi fidelibus salutem in Domino. Notum esse volumus tam futuris quam presentibus, quod nos proprietatem novem mansorum in Ammenhusen, quam Bruno miles de Stendwerge a nobis in pheudo tenuit et cum consensu suorum filiorum Sigebodonis, Dytmari, Gotschalci in manus nostras absolute resignavit, pure et integre contulimus fratribus monasterii in Herdiswithusen iure perpetuo possidenda. Ne ergo contra iusticiam in prefatis bonis quisquam eos imposterum gravare aut inpedire presumat ipsam donacionem nostram presenti scripto et sigillo nostro sub multorum honestorum virorum testimonio, in presentia quorum hec gesta sunt, perpetua firmitate roboramus. Testes itaque sunt: dominus Heydenricus vicedominus, Theodericus plebanus nove civitatis in Geismaria et Gothardus sacerdos ibidem, Albertus de Calden miles, Hugo scultetus, Hermannus de Suetheym, Eckardus de Warberg et alii quam plures. Acta sunt hec in Geysmaria anno Domini M°. ducentesimo quinquagesimo primo, in vigilia apostolorum Petri et Pauli.

Kopiar I. fol. 90 s. XVI des Kl. Arolsen auf Fürstl. Wald. Domänenkammer in Arolsen.

445.

Ritter Gerlach von Strünkede übergibt auf Bitte seines Verwandten Sweder, Propstes von Busdorf in Paderborn, eine Hörige. 1251 Juni.

Gerlacus miles de Strunkethe tam presentibus quam futuris universis Christi fidelibus salutem eternam. Ne ea, que aguntur in tempore, lapsu temporis evanescant, utiliter scripture memorie commendantur. Ideoque tenore presentium omnibus innotescat, quod nos ad petitionem et instanciam dilecti consanguinei nostri Suetheri, prepositi beatorum apostolorum Petri et Andree Paderburne, ipsi et capitulo suo Athelheidim uxorem Baldwini cum filiis et filiabus suis, quos Alberto dicto Note contuleramus in benefitio, ab ipso tunc liberos et penitus absolutos, cum omni eorundem hominum posteritate et progenie duximus conferendos, a preposito et capitulo prenominate ecclesie iure dominii perpetuo retinendos. Ut autem prescripta eidem ecclesie firma perpetuo et inconvulsa permaneant, uxoris nostre et omnium nostrorum heredum accedente consensu presentem paginam sigilli nostri appositione[1]) duximus roborandam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, indictione nona, mense junio. Testes huius rei sunt . . .

[1]) *Or.* apositione.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 22. An Pergamentstreifen Reste verletzten dreieckigen Siegels in weissem Wachs, getheilter Schild, in dessen oberer Hälfte Vordertheil eines aufgerichteten Löwen, unten drei Rosen. Der Aussteller findet sich u. a. erwähnt Lacomblet UB. II, Nr. 333, 540 in Verhandlung über sein gleichnamiges Schloss — gelegen an der Strasse zwischen Herne-Bochum und Recklinghausen — mit dem Grafen Theodorich von Cleve. In Paderborner Urkk. kommt er sonst nicht vor.

446.

Berthold d. j. Edler v. Büren bekundet Gütertausch mit Stift Busdorf in Paderborn. 1251 Juli 4.

Bertoldus iunior nobilis de Buren omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in Domino. Ad notitiam omnium, quorum inspectioni presens scriptum fuerit exhibitum, devenire volumus, quod dominus Regenhardus decanus et capitulum sanctorum apostolorum Petri et Andree in Paderborne ad petitionem nostram tria iugera in inferiori Blikesen inter montem et aquam sita, ubi molendinum construere proponimus, pro tribus iugeribus in superiori Blikesen nobis in concambium conmutaverunt; pro decima vero dictorum agrorum in inferiori Blikesen aream et domum in superiori Blikesen in commutacionem dicte ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree consensu marchionum et totius parrochie in Ezenchusen liberaliter dimisimus iure perpetua possidendam. Acta sunt coram testibus ad hoc rogatis: Conrado plebano legitimo de Nutlon, Bertoldo vicario de Vesperthe, Worado de Ecenchusen, Ludolfo dapifero, Sigebodone de Vesperthe, Regenbodone de Berchen, Reinicone de Sinistorp, militibus; Johanne gogravio et aliis quam pluribus anno Domini M°.CC°.L°I°., indictione IX, quarta Nonas Julii. Et ut hec firma permaneant et inconvulsa, hanc nostre attestacionis et confirmacionis paginam dicto capitulo dedimus nostri sigilli inpressione roboratam.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 23. An Pergamentstreifen plattgedrückt dreieckiges Siegel Westf. Sieg. II, 36 Nr. 10. Das Kirchdorf Ezenchusen, *später* Edenchusen *u.* Edinchusen *genannt, wohin Ober- und Nieder-Blikesen (vergl. Asseb. UB. I, 474) eingepfarrt waren, lag in südlicher Richtung unmittelbar vor der Oberstadt Wünnenberg. Die Stelle des Dorfes heisst noch jetzt: „bei der Edinkhauser Kirche". Die Stadt Wünnenberg ist um die Zeit von 1300 von den Edelherrn von Büren gegründet und die umliegenden kleineren Dorfschaften sind in dieselbe aufgegangen. (Spancken.)*

447.

Abt Hermann v. Corvey bekundet Vergleich des Kl. Corvey mit Kl. Flechtdorf. Corvey 1251 Juli 8.

In nomine sancte et individue trinitatis. Hermannus Dei gratia Corbeyensis [1]) ecclesie abbas totumque eiusdem loci capitulum. Sicut [2]) incautorum inprovidencie asscribitur, si nullo certitudinis indicio posteritati sue relicto factum suum infirmum dissolubileque fecerint, ita et sagacium prudencie deputatur, si propria facta omni cautela roborata per successiones inviolandi firmaverint. Unde ut et ea, que nos statuimus, inviolabilem optineant firmitatem, noticie cunctorum Christi fidelium tam presentis quam futuri evi transmittimus de convencione, que facta est inter Corbeyensem [3]) et eam, que in Vlechtorp [4]) sita est, ecclesiam, scilicet pro commutacione et confirmacione decime ville in Wynemarichusen [5]) posite, quam a nobis nobiles in Waldecke in beneficio habuerunt et ab ipsis Bernhardus miles dictus de Dalewich quamque abbas et conventus predicte Vlechtorpensis [6]) ecclesie legittimo foro comparaverunt, ius predictorum nobilium cum predio, quod dicitur Hulixen, redimendo, ius vero Bernhardi predicti militis nonaginta marcis et predio in Lengeuelde [7]) comparaverunt emendo, in omnibus hiis benivolum nostrum habentes assensum. Hiis peractis accessit ad nos venerabilis Henricus abbas, qui tunc temporis ipsi loco preerat, volens indempnitati sue ecclesie inposterum precavere, sibi consuluit, nobis dampnum non attulit, nos devote conveniens obnixius rogavit una cum conventu suo, quatinus prefatam decimam in ius proprietatis sui monasterii concederemus eadem libertate, qua a nobis possessa fuerat et in concambium reciperemus predium ecclesie sue in Lengeuelde [7]) iam dictum et curiam unam, scilicet beneficium Alberti dicti de Mulehusen, nobis superaddiderunt. Nos itaque fraterne caritatis intuitu ammoniti annuimus iustis peticionibus decime usu illis concesso, concambio recepto, omni iuri nostro in eadem decima habito sollempniter renunciantes, preter quod in recognicionem huius facti et warandie eis prestande duo talenta cere in festo beati Viti ad altare ipsius annuatim persolvent. Et ne post nostrorum temporum decursum calumpnie alicuius tumultus oriatur, unde quies fratrum ecclesie memorate possit aliquando turbari aut factum nostrum vel fides violari, hanc nostre donacionis cartam conscribi fecimus et tam sigilli nostri quam ecclesie impressione communivimus [8]). Acta sunt hec anno gratie millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, indictione IX, datum in Corbeya [9]), in die Kyliani [10]) martiris. Huius rei testes sunt: Albertus prior, Strygerus prepositus Corbeyenses [1]), Thymo [11]) prepositus Montis Martis, Ludolfus [12]) prepositus in Schaken; milites: Albertus, Hereboldus et Luppoldus [13]) fratres de Amelungessen, Alradus [14]) de Horhusen, Thydericus [15]) et Fredericus fratres de Horhusen, Gotwynus [16]) de Vrethen, Bertramus de Stamhen [17]), castellani in Cugelnberg [18]), Thydericus [19]) de Mederik [20]), Allexander de Eskeberg [21]), Bodo [22]) de Horhusen, Albertus de Lutirsen [23]), burgenses Montis Martis: Fredehardus, Hermannus monetarius et frater suus Cunradus [24]), Ludolfus [12]) de Capella et filius suus Henricus, Bertholdus [25]) iudex, Cunradus [24]) de Ybergh [26]), Johannes Wundengoth et consules omnes aliique quam plures.

[1]) Corbiens. *C.* [2]) sicud *B.* [3]) Corbiens. *C.* [4]) Flechtorpp *C.* [5]) Wymarinchhusen *C.* [6]) Flecht. *C.* [7]) Lengefelde *C.* [8]) communimus *B.* [9]) Corbeia *C.* [10]) Kiliani *C.* [11]) Timo C. [12]) Ludolphus *C.* [13]) Lupoldus *C.* [14]) Allradus *C.* [15]) Tidericus *C.* [16]) Godtwinus *C.* [17]) Stamheim *C.* [18]) Kugelenberg *C.* [19]) Theodoricus *C.* [20]) Mederick *C.* [21]) Alexander de Esscheberg *C.* [22]) Wodo C. [23]) Luterscheim *C.* [24]) Conradus *C.* [25]) Bortuldus *B.* [26]) Ibergh *C.*

Msc. VII, 6704 p. 21 (B) und Msc. 6704 A p. 18 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Hulixen (Hulikissen, *Seibertz; I, 36 zu 1101,* Hulikesheym, *Additamenta, 49 zu 1158) ist Hulikesheim zw. Corbach u. Berndorf. Vgl. Jahresbericht d. Gymnasiums zu Corbach 1877 S. 10.*

448.

Berthold d. ä. und Berthold d. j. Edle von Büren schenken eine ihnen resignirte Hufe der Kirche zu Marsberg. 1251 Juli 22.

Bertholdus senior et Bertholdus junior nobiles de Beuren [1]), filii fratrum Bertholdi et Thetmari nobilium de Beuren [1]), ecclesiae sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Monte Martis praesens scriptum perpetuum valiturum. Quoniam rerum gestarum memoriam ad posteros transmittendam solius scripturae conservat vivacitas,

praesenti littera imposterum eam lecturis testamur, quod Bertholdus dominus Valgl et Thetmarus Ulega, uxores eorum et pueri, haeredes universi, mansum unum in Siynstorp situm, de quo ecclesia sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Monte Martis annuatim fertonem in pensione percepit, in manus nostras resignaverint, nihil in eo iuris amplius habituri, receptis proinde sex marchis et dimidia a domino Themone Montis Martis tunc praeposito. Nos vero ob reverentiam Domini Jesu et piae matris ejus beatae Mariae mansum eundem, quem supradicti B(ertholdus) et Th(etmarus) a nobis in pheodo habuerunt, cum omnibus pertinentibus ejusdem, silvis, pratis, pascuis, ortis [2]), aquis aquarumque decursibus, aedificiis liberum et exemptum ab omni jurisdictione nostra ecclesiae praefatae libere contulimus. Testes huius rei sunt: Godefridus de Meschede, Burchardus [3]) de Bodike, Thidericus [4]) dapifer, Helmicus de Elsepe, milites, Vredehardus magister consulum, Volandus judex, Ludolphus de Capella et filius suus Henricus, Bertholdus, Herimannus, [5]) Hermannus, Conradus de Iberch, Wecelus Westphael, Herimannus [5]) de Vlessingere, Godefridus de Eleren, Thebolt, Hinricus Liber, et alii quam plures. Ne autem tale factum [6]) aliquis successorum nostrorum ausu temerario infringere vel immutare presumat, cartulam hanc sigillorum nostrorum appensione statuimus communiri. Acta sunt anno gratiae M.CC.LI., ipso die Mariae Magdalenae.

[1]) *Abschr.* Beuren, *wie häufig in Kopiaren, wo das Or.* Büren *aufweist.* [2]) *Abschr.* arthis. [3]) Buohardus *A.* [4]) Thidicus *A.* [5]) Himannus *A.* [6]) memor *fügt A. hinzu.*

Abschr. aus dem Westphalenschen Kopiar im Besitz des Grafen von Westphalen zu Laër. Die Zeugenschaft des Wecelus W. *ist etwas verdächtig.*

449.

Graf Gottschalk d. j. von Pyrmont bestätigt den von seinen Eltern zur Aufbesserung der Präbende seines Bruders Widukind dem Kl. Marienmünster geschenkten, von ihm aber beanspruchten Zehnten in Eilbrexen. Corvey 1251 August 1.

Quoniam presentis temporis generatio consuetum habet vitium, quod nota vel facta seu etiam, quecumque ordinantur, infringere non pertimescat, nisi scripto et vivo testimonio confirmentur, nos ergo Godescalcus Dei gratia dictus juvenis comes Perrimont innotescimus universis Christi fidelibus, quomodo pater et mater nostra cum consensu fratris nostri scilicet comitis Hermanni et etiam nostri ipsius ecclesie, que vocatur monasterium sancte Marie virginis apud Swalenberg, pro animabus omnium nostrorum attinentium, insuper ad ampliandam prebendam fratris nostri Widekindi, qui in eodem loco ad numerum servientium Deo [1]) fuit receptus, decimam in Eilbrachtessen cum omnibus fructibus ipsius in perpetua proprietate valitura contulerunt. Accidit vero, ut defuncto fratre nostro Widekindo prefatam ecclesiam super predicta decima insistentes etiam impeteremus. Verumtamen dominus Hermannus abbas et cetere columne [2]) eiusdem ecclesie per sigilli episcopi Paderbornensis testimonium et per honestos et discretos viros, qui hec audierant et viderant, et precipue per detestationem nostrorum sigillorum nos penitus ab hac intentione averterunt. Propterea sicut semper credere debemus de futura mercede regni perpetui, sicut quondam fecimus etiam et nunc facimus; decimam enim Elbrachtessen, et que inde provenire possunt, cum consensu uxoris nostre domine Beatricis et filii nostri Godescalci iam sepedicte ecclesie conferimus in proprietatem ab omni iure hereditario exemptam in presentia venerabilis domini Hermanni Corbeiensis abbatis nostri amici specialis. Huius facti testimonium perhibent dominus Hermannus abbas Corbeiensis, Albertus prior, Strigerus [3]) prepositus eiusdem ecclesie, Widekindus comes de Swalenberg, Widekindus de Greuincge, Tidericus de Eblinchusen, Ludolphus [4]) de Elwordessen, Haltbake, Hermanns de Grisme, milites, Hermannus iudex de Luthe, Sifridus Tudemusche, Bernhardus Jukes et alii quam plures. Si vero, quod absit, quisquam nostro pio facto contradicere temptet, ad suum errorem demonstrandum presentem paginam sigillo nostro, insuper sigillo iam sepedicti abbatis Corbeiensis decrevimus esse roborandam. Datum in Corbeia anno Domini M.CC.LI°., in festo ad vincula sancti Petri.

[1]) deo *fehlt B.* [2]) calumpne *B.* [3]) Istriger *beide Kopien.* [4]) Ludolfus *C.*

Msc. I, 129 p. 18c (B) u. VII, 4512 p. 32 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Die Herausgeber der Lipp. Reg. hielten I. Nr. 168 Eilbrachtessen *für Elbrinxen, haben aber II., 5 u. 6 diesen Irrthum verbessert. Es bezeichnet Eilbrexen, gewöhnlich Born genannt, während Elbrinxen aus* Elmerinchusen *zusammengezogen ist. (Spancken.) Die etwas räthselhafte Persönlichkeit des* Widekindus de Greuincge *scheinen auch Lipp. Regg. nicht haben aufklären zu können. Er kömmt schon i. J. 1225 (UB. III, 217) als erster Z. in Urk. Graf Volkwins von Schwalenberg für Marienfeld vor. Mit* Widekindus comes, *dem Paderborner Stadtgrafen, der als solcher mehrfach (UB. IV, 284, 287, 292) vorkömmt, einmal (a. a. O. Nr. 354) ohne nähere Bezeichnung u. deshalb Note 1 daselbst irrig für ein Mitglied des Schwalenberger Hauses gehalten, kann er nicht identisch sein. Vielleicht ein Schwalenberger Bastard? Gedr. Mitth. d. hist. Ver. z. Osnabrück V, 114 Nr. 19 aus C. Vergl. Lipp. Regg. I, 191. Nr. 267.*

450.

Ritter Hermann von Patberg urkundet über den Verkauf mehrerer ihm gehörenden Aecker an Kl. Bredelar. 1251 August 9.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Hermannus miles dictus de Pathberg universis Christi fidelibus hoc scriptum inspecturis significo, quod, cum curia mea in Berenchusen Bernardo et Thiderico filiis Conradi militis de Walbernichusen et Alberto de Mulenhusen pro XX marcis per aliquot annos impignorata foret nec haberem, unde eam redimerem, et licet redditus ipsius curie XX scilicet moldra Horhusensis mensure perciperent annuatim, nichil tamen de credita summa minuebatur usque ad restitutionem totius credite pecunie, consilio fratrum meorum Johannis, Wernheri clericorum et Godescalci militis dominum Widekyndum abbatem de Breydelar et suum conventum, ordinis Cystertiensis, in hec verba conveni, ut, si partem agrorum predicte curie claustro adiacentium et decimam non solventium emere vellent, cum uxore mea et pueris consentirem et XIIII marcas pro eis acceptarem, presertim cum ipsi agri pro situ suo claustro contigui forent et commodi, decimam non solventes. Super quo cum abbas et fratres cenobii iam dicti deliberarent, quid facerent, emptioni omnino renuntiaverunt, quia nec denarios haberent nec tam preciose agros tam paucos emerent. Tandem ob instantiam mei multimodam et fratrum meorum in tantum processum est, quod duodecim marcas legalium denariorum mihi dederunt pro agris quibusdam circa montem Ekesbike pertinentem, et dividit inter ipsam villam et curiam meam, et pro agris illis universis, quos habui inter ipsam villam Ekesbike et viam, que ducit de Monte Martis Pathberg sitis, prefate curie mee pertinentibus circa mansum unum et iugera aliquot in campis videlicet, cultis et incultis, pratis, pascuis, viis, inviis, aquis aquarumque decursibus, ita quod omnia, que infra predictum terminum continentur, claustro imposterum iure proprietatis pertinebunt. Hiis ita ordinatis prior dominus Heinricus et frater Iohannes de Fleictorph Pathberg ad nos venerunt ex parte claustri in vigilia beati Laurentii, ubi in presentia eorum et aliorum honestorum virorum frater meus Godescalcus et ego et domina Sophia uxor mea, Godescalcus filius meus, Agnes filia mea, preterea Iohannes filius meus et Gertrudis filia mea unanimi consensu et voluntate iam dictos agros resignavimus claustro eos assignantes perhenniter sine inquietatione possidendos. Deinde eosdem agros super altare beate Marie virginis gloriose in Breydelar in presentia abbatis et conventus devote obtulimus iure veri dominii claustro perpetui pertinentes, omni iuri nostro tam ego et uxor mea et pueri mei quam fratres mei et heredes universi in eisdem agris habito sollempniter renuntiantes, ita ut, si quis eosdem agros temerario de claustro auferat, anathema sit, quousque resipiscat. Post hoc prefatus prior et frater Iohannes cum Godescalco fratre meo et mecum ad Montem Martis processerunt predictam summam ex integro mihi persolventes hoc modo: duas marcas, quas claustro tenebar, retinuerunt, decem marcas in presenti mihi dederunt, de quibus detentores curie mee novem marcas receperunt unam mihi ex gratia dimittentes, et dimidiam partem curie solutam. Hanc igitur conventionem legitime diffinitam, ne quis

heredum meorum eam infringere presumat, presenti publice profiteor scripto sigillo fratris mei Godescalci roborato, quo ego sum contentus, quia proprium non habeo. Ceterum quod etiam pro area in Ekesbike habita et concambio agrorum quorundam XIIII solidos ipso tempore a claustro recepi, sub eodem scripto et sigillo protestor manifeste. Acta sunt hec anno gratie M°.C°C.L°I°., indictione IX, in vigilia beati Laurentii. Huius rei testes sunt: sacerdotes Iohannes de Adorp, Godefridus de Patberg, Regenhardus ibidem capellanus, Iohannes de Patberg, filius fratris mei, Constantinus miles, Hartmodus iudex, Godscalcus et Helmwicus fratres de Keldi(n)chusen, Albertus dapifer, Ambrosius, Constantinus armigeri, Iohannes braxator, Marquardus Buc, Gerlacus Rex et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster. Kl. Bredelar 46. An geflochtenen blauweissen Hanfschnüren Siegel Gottschalks v. P. Rechtsschräger Balken mit fünf Fehstückchen besetzt; links oben, rechts unten je fünfblätterige Rose. Umschrift: Sigillum Godescalci de Phatbherg. *Reg. von gleichzeitiger Hand auf Pergamentstreifen den Siegelschnüren angeheftet.*

451.

Adolfus de Waldeke *Z. König Wilhelms für B. Raimund v. Grasse. Blitzenhausen 1251 August 21.*

Gedr. Winkelmann, Act. imp. ined. s. XIII. S. 434 Nr. 534.

452.

Dietrich und Eberhard Wolf, die von Gudenberg und von Schardenberg übergeben einen Ministerialen auf Bitten des Abts Konrad dem Kl. Helmarshausen. 1251 vor September.

In nomine sancte et individue trinitatis. Tidericus et Everhardus filii domini Arnoldi dicti Lupi, Johannes et Arnoldus filii quondam domini Arnoldi dicti Maioris[1]) de Godenberg, Hermannus et Stephanus filii quondam domini Hermanni de Scardenberg universis Christi fidelibus in perpetuum. Gestarum rerum memoria processu temporum evanescit, nisi ponatur in lingua testimonium et scripti munimine roboretur. Notum sit igitur universis presentis pagine inspectoribus, quod ad instanciam reverendi Conradi abbatis de Helmwordeshusen et aliorum virorum nobilium et honestorum ex communi consensu nostro et concordi et amicorum nostrorum consilio Wilelmum dictum de Sylon ministerialem nostrum libera voluntate pro undecim marcis ab ipso acceptis contulimus beato Petro in Helmwordeshusen in ius ministerialium absque repetitione et absque impedimento quolibet in eternum; promissum fecimus data fide firmiter confirmantes pro sororibus nostris et avunculo nostro domino Giverhardo de Zigenberg, quod nec ipsi nec heredes eorum factum nostrum poterunt quocunque ingenio infirmare. Ut autem hec (firma)[2]) permaneant et a posteris illibata, presentem paginam in memoriale sempiternum facti nostri conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine confirmari. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.LI°., indictione VIII. Huius rei testes sunt: dominus Conradus abbas de Helmwordeshusen, Heinfridus prepositus, Gerhardus Hadeke, Reinboldus de Markessen, Conradus de Erclen, Johannes de Oldorpessen, dominus Athelungus de Scardenberg, Henricus Cenral et plures alii.

[1]) Maiorel *Abschr.* [2]) firma *fehlt A.*

Abschrift aus Falckenheiner's Handschriften Bd. VIII. in Kassel, Bibl. d. Gesch.-Ver. Wegen Ind. VIII wird die Urk. vor Sept. zu datiren sein.

453.

Kardinalpriester Hugo, päpstlicher Legat, bestätigt dem Kl. Arolsen seinen Güterbesitz und nimmt es in Schutz. Köln 1251 September 25.

Frater Hugo miseratione divina tituli sancte Sabine presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, dilectis filiis preposito, priorisse et conventui monasterii in Aroldesen, ordinis sancti Augu-

stini, Paderbornensis diocesis, salutem in Domino. Religionis vestre dicitur promereri sinceritas, ut peticionibus vestris accomodemus auditum et eas ad gratiam exauditionis, quantum possumus, cum Deo favorabiliter admittamus. Vestris igitur devotis postulationibus grato concurrentes assensu, de Wytmare Maguntinensis, de Capelle et de Eringen, Paderbornensis diocesis, ecclesias, quas proponitis canonice vos adeptas, cum omnibus bonis vestris, que in presenciarum iuste ac pacifice possidetis, vel que in futurum iustis titulis poteritis adipisci, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate presentium confirmamus. Nos eciam personas vestras cum ecclesiis et bonis eisdem sub beatorum Petri et Pauli apostolorum et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus, statuentes, ut ea omnia firma permaneant et quieta, salva super predictis constitutione concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis et protectionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Colonie VI°. Kalendas Octobris, pontificatus domini pape Innocencii quarti anno nono.

Kopiar I fol. 27 des Kl. Arolsen auf Fürstl. Wald. Domänenkammer in Arolsen. Ueber die politische Thätigkeit des Kardinallegaten Hugo vgl. A. Ulrich, Gesch. d. röm. K. Wilhelm v. Holland, 69 ff.

454.

Kardinalpriester Hugo, päpstlicher Legat, gewährt den Förderern des Klosterbaues in Marsberg 40 Tage Ablass. Köln 1251 September 26.

Universis Christi fidelibus per Alemanniam constitutis, ad quos praesentes litterae pervenerint, frater Hugo miseratione divina tituli sanctae Sabinae presbyter cardinalis, apostolicae sedis legatus, salutem in Domino. Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi, prout gessimus in corpore, sive bonum fuerit sive malum, oportet nos diem messionis extremae misericordiae operibus praevenire ac aeternorum intuitu seminare in terris, quod reddente domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in coelis firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam, qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet vitam aeternam. Cum igitur, sicut dilecti in Christo praepositus et conventus monasterii de Monte Martis, ordinis sancti Benedicti, Paderburnensis dioecesis, nobis intimare curarunt, iidem monasterium ipsum aedificare caeperint opere sumptuoso nec ad consummationem ipsius propriae sibi suppetant facultates, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur in Domino in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatinus de bonis vobis a Deo collatis pias ad id elemosinas et grata caritatis eis subsidia[1]) erogetis, ut per subventionem vestram opus ipsum valeat consummari et vos per haec et alia bona, quae Domino inspirante feceritis, ad aeterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos autem de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui eis ad hoc manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies de[2]) iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus, quas mitti per questuarios districtius prohibemus, eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. Datum Colonie VI. Kalendas Octobris, pontificatus domini Innocentii pape IV. anno nono.

[1]) *Abschr.* subsiditia. [2]) *Abschr.* et.

Abschrift aus Overhams Msc. Corvey S. 216 in Wolfenbüttel. Druck Schaten und Seibertz I, 273 (unvollständig) beide zu 1252.

455.

Kardinalpriester Hugo, päpstlicher Legat, beauftragt den Dechanten (Heinrich) von Nigenkerken mit dem Schutze des Kl. Hardehausen und seiner Besitzungen. Köln 1251 October 3.

Frater Hugo miseratione divina tituli sancte Sabine presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, dilecto in Christo . . decano Noue Ecclesie, Paderburnensis diocesis, salutem in Domino. Etsi omnibus ex

iniuncto nobis legationis officio cupiamus nos reddere gratiosos, devotos tamen ecclesie filios, ne pravorum hominum molestiis agitentur, nostre volumus protectionis munimine confovere. Ea propter dilectorum in Christo . . abbatis et conventus monasterii de Herswithehusen, Cisterciensis ordinis, Paderburnensis diocesis, iustis postulationibus grato concurrentes assensu, personas suas et locum, in quo sub communi vita degunt, cum omnibus bonis suis, que in presentiarum rationabiliter possident aut in futurum iustis modis prestante Domino poterunt adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscepimus. Specialiter autem terras, villas, nemora, pascua, et alia bona sua, sicut ea iuste ac pacifice possident, sibi et per se monasterio suo salva duximus confirmandum. Quocirca discretioni tue, qua fungimur, auctoritate mandamus, quatinus non permittas ipsos contra nostre protectionis et confirmationis tenorem ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi monitione premissa per censuram ecclesiasticam compescendo, presentibus post triennium minime valituris. Datum Colonie V. Nonas Octobris, pontificatus domini Innocentii pape IIII. anno nono.

Or. im Kgl. St.-A. Münster Kl. Hardehausen Nr. 80. Siegel sammt Befestigung abgefallen. Auf der Rückseite Albus Johannes.

456.

Kardinalpriester Hugo, päpstlicher Legat, bestätigt dem Kl. Hardehausen verschiedene Besitzungen. Köln 1251 October 4.

Frater Hugo miseratione divina tituli sancte Sabine presbiter cardinalis, apostolice sedis legatus, dilecto in Christo domino abbati et conventui monasterii de Herswithehusen, Cisterciensis ordinis, Paderbornensis diocesis, salutem in Domino. Religiosam vitam eligentibus[1]) inter alios nos specialiter reddere gratiosos debemus ac ipsorum supplicationibus exauditionis gratiam exhibere. Nos igitur postulationibus vestris grato concurrentes assensu, possessiones vestras in Scerue, Sirexen, Loningen et in Letiaco sitas, sicut eas juste ac pacifice[2]) possidetis, vobis et per vos monasterio vestro salvas auctoritate presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Colonie quarto Nonas[3]) Octobris, pontificatus domini pape Innocentii quarti anno nono.

[1]) agent. *Abschrift* — [2]) pacificas *Abschr.* — [3]) nonis *Abschr.*

Aus Msc. II. 103 p. 69 (Abschr. vom J. 1549) im Kgl. St.-A. Münster.

457.

Kardinalpriester Hugo, päpstlicher Legat, beauftragt Genannte mit der Untersuchung eines Güterstreites zwischen Corvey und Hardehausen. Köln 1251 October 5.

Frater Hugo miseracione divina tituli sancte Sabine presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, dilectis filiis . . preposito et . . decano ecclesie Fritzlariensis, Maguntine diocesis, salutem in Domino. Causam, que inter . . abbatem et conventum monasterii Corbeyensis, ordinis sancti Benedicti, ex una parte ac . . abbatem et convent(um monaster)ii de Herswithehusen, Cisterciensis ordinis, Paderburnensis diocesis, super possess(ionibus, iuri)bus et rebus aliis vertitur, ... quos partes consentire dicuntur, (damus) audiendam et fine debito terminandam. Faciatis autem, quod decreveritis, (per censuram) ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, per censuram eandem cogatis veritati testimonium perhibere. Datum Colonie III. Nonas Octobris, pontificatus domini Innocencii pape IIII. anno nono.

Or. mit zwei Löchern im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 81. Siegel von der Hanfschnur abgefallen. Auf der Rückseite albus; *unten rechts* iud(ices) Corbi. et Hersvi.

458.

Graf Adolf von Waldeck verkauft den halben Zehnten zu Laterfeld an Kl. Bredelar. Marsberg und Corbach 1251 October 8.

In nomine sancte et individue trinitatis. Adolfus comes in Waldeke, Heinricus et Widekyndus fratres filii sui, omnibus hoc scriptum visuris eternam in Domino salutem. Quia moris est et oportet, ut inviolabiliter ea servemus, que hominibus secularibus data fide spondemus, quanto magis dignum est et divine pietati consonum, quatinus ea, que cum viris spiritualibus, quorum vite defensor Deus est, agimus, fideliter effectui debito mancipemus scriptisque sigillis et testibus ob memoriam facti roboremus, ne quis imposterum ignorantie querat angulum, sicut a multis constat presumptum. Noverint idcirco moderni et postfuturi, sicuti notorium est universis in confiniis nostris degentibus, decimam ville in Lateruelde cum omni integritate sua a cunctis progenitoribus nostris hereditario iure ad nos legitime devolutam et quiete a nobis possessam. Que cum pro situ suo fratribus de Bredelar, ordinis Cystertiensis, divino cultui insistentibus contigua foret et commoda, nos unanimi consensu et voluntate et amicorum nostrorum consilio, tam ob reverentiam Domini nostri Jesu Christi eiusque pie matris Marie virginis gloriose nec non intuitu retributionis eterne quam pro subsidio temporali, mediantibus probis viris et fide dignis, videlicet Alrado milite de Horhusen, Olrico de Berendorph dapifero nostro et Conrado monetario de Marsberg dimidiam partem eiusdem decime domino Widekyndo abbati cenobii iam dicti suoque conventui affectuose contulimus et plurimum eis favemus cum omni integritate et usufructuario perhenniter habendam, recipientes ab eisdem fratribus in restaurum multimoda necessitate et debitorum multitudine urgente centum et quinque marcas legalium denariorum, de quibus quinquaginta marcas et quinque creditoribus nostris in Susato pro nobis integre persolverunt, reliquis quinquaginta marcis ipsam dimidiam partem prefate decime ab Heinrico milite dicto de Pessinchusen, cui pro hiis ante aliquot annos a nobis impignorata fuit, redemerunt. Hinc nos omni iuri nostro in eadem dimidia parte decime iam dicte habito sollempniter renuntiantes warandiam super eo ubique locorum, cum necessitas exegerit, eisdem fratribus gratanter prestabimus, opemque contra malignantium impetitiones feremus, taliter eorum iniuriam in hac parte dolentes, tamquam si rebus propriis privaremur. Ceterum quia iam dictam decimam ab ecclesia Corbegensi in pheodo tenemus, quocumque tempore predicti fratres de Breydelar proprietatem decime ab ecclesia eadem optinere poterunt, gratum et ratum omnimodis habemus, tuncque presenti scripto sigillo nostro munito eam resignavimus ecclesie Corbegensi et nostro iuri cessimus manifeste, ut eisdem fratribus proprietario iure, sicut prefati sumus, possidenda conferatur. Deinde cum hoc ad presens fieri non possit, set post hoc forte opportunius loco suo et tempore, indempnitati fratrum eorundem et nostre fidei interim procavere cupientes, de voluntate eorum et rogatu claustro ad habundantem cautelam et firmitatem habitionis quibusdam strenuis militibus eorum familiaribus, videlicet Godescalco de Pathberg et Hermanno filio eius, Elgero de Dalewich et Ludolfo filio eius et Johanni de Curbike ipsam decimam porreximus pheodali iure tam diu quiete habendam, quousque claustrum proprietatem consequatur et libertate veri dominii potiatur. Qua potita omnia, que de pheodali cautione ordinavimus, sint tunc sopita. Hoc etiam presenti scripto sigillo nostro firmato publice profitemur promittentes insuper, quod cognati nostri, filii nostri fratris domini Volcquini de Sualenberg, hoc factum nostrum similiter ratum habebunt. Ad huius rei evidentiam, quatinus hec nostra donatio et cessio rata et inconvulsa Domino largiente in evum permaneat, ne quis heredum nostrorum vel aliquis hominum ius aliquod postmodum in hac sepe dicta decima sibi usurpare valeat, unde quies fratrum possit aliquando turbari aut factum nostrum vel fides violari, presentem paginam exinde conscriptam tam sigilli nostr quam burgensium nostrorum de Curbike appensione irrefragabiliter confirmamus. Acta sunt hec in Marsberg et in Curbike anno gratie M°.CC°.L°. primo, indictione VIIII, concurrente VI, epacta XXVI, dominico die, in vigilia beati Dionisii martiris sociorumque eius. Huius rei testes sunt Arnoldus plebanus in Curbike, Conradus capellanus ibidem, Gerhardus in Thuiste plebanus; milites: Regenhardus de

Ytere, Sygebodo de Ytere, Conradus Bulemast, Lodewicus de Voele, Walterus de Siwordinchusen, Andreas de Nethzee, Reinboldus, Godescalcus, Waligo, Otto et Amplunius fratres de Suiderinchusen, burgenses in Curbike Regenhardus de Neirdere, Wernherus de Barstorp, Heinricus de Wormlon, Wigandus et Widroldus fratres aliique quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster. An geflochtenen blauweissen Hanfschnüren (daran Streifen mit Regest von gleichzeitiger Hand) in grünem Wachs: 1) Siegel des Grafen A. v. W.; in braunrothem W. 2) der Stadt Corbach, wie Westf. Sieg. II, 78 Nr. 3.

459.

Elekt Simon von Paderborn überträgt zwei ihm resignirte Erben der Domkellnerei mit der Bedingung, sie einem Paderborner Bürger zu verleihen, der davon der Domkirche, dem Kl. Abdinghof, dem Stifte Busdorf und der Gokirche gewisse Geldrenten für Beschaffung des Messweins zu entrichten hat. 1251 October 15.

Simon Dei gratia Paderburnensis electus. Ad cunctorum notitiam volumus pervenire, quod Theodoricus dictus de Oriente et sui coheredes in presentia nostra constituti duos mansos in Balhorn sitos Volcwino cellerario sanctorum apostolorum Petri et Andree in Paderburne, pro summa XXXII marcarum legalis monete vendiderunt, et omne ius, quod in predictis bonis habebant, in manus nostras, quia ea ab ecclesia nostra tenebant, integraliter resignaverunt. Nos vero predicta bona nobis vacantia ad petitionem capituli nostri et ad instantiam et voluntatem predicti Volcwini cellerarii, qui ea comparavit, cellerarie in Paderburne contulimus tali conditione, ut Johannes dictus Wagtele, civis Paderburnensis, et sui heredes predicta bona sine difficultate recipiant a cellerario Paderburnensi et ea quiete possideant, nec dictorum bonorum collatio dicto Johanni et suis heredibus, cum ab ipsis cellerarius fuerit requisitus, est aliquatenus deneganda. De predictis vero bonis dictus Johannes vel sui heredes ad comparandum vinum sacramento confectioni corporis Jhesu Christi necessarium ecclesie nostre LII denarios, ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree in Paderburne XXVI denarios, ecclesie sancti Pauli in Paderburne XXVI denarios, ecclesie sancti Odelrici in Paderburne XXVI denarios solvent annuatim, nec maior pensio de ipsis bonis ab aliquo est requirenda. In cuius rei testimonium presens scriptum conscribi et sigilli nostri et sigilli capituli nostri munimine fecimus roborari. Testes autem huius rei sunt: Hermannus camerarius, Ludolfus cellerarius, magister Johannes de Scildeze, magister Mauritius, Johannes Stapel, Woltherus, Johannes de Metzenchusen, canonici; laici vero: Bertoldus de Brakel, Heinricus camerarius, Andreas de Enhus, Wernherus et Heinricus fratres dicti de Weuere, Hermannus Stapel, Conradus Stapel, milites; Helmwicus Bere iudex, Heinricus Copmann, Erhardus, Johannes de Lessede, Hermanus Woldege, Andreas Wltur, Isherus, Heinricus Dukere, Gotscalcus de Soltkoten, cives Paderburnenses, et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°. primo, indictione VIIII, Idus Octobris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 183. An grünen Seidenfäden beschädigtes Siegel des Elekten wie Westf. Sieg. II, 1, 52., an rothen Seidenfäden das des Domkapitels gut erhalten. Ueber die Familie de Oriente vgl. Ztschr. 38, II, 128.

460.

Bischof Dietrich von Wierland ertheilt allen Wohlthätern des Kl. Falkenhagen 40 Tage Ablass. Höxter 1251 October 22.

Bonitate divina Theodericus episcopus Vironensis Christi fidelibus universis salutem in Dei filio Jesu Christo. Licet is, de cuius munere venit, ut a fidelibus suis digne sibi et laudabiliter serviatur, de habundancia pietatis sue, que merita supplicum excedit et vota multo maiora et meliora suis retribuat, quam merentur, quibusdam tamen allectivis muneribus, indulgenciis videlicet et remissionibus, fideles

suos frequencius attrahit, remunerat et invitat, hinc est, quod inspecta necessitate pauperum dominarum in Monte sancte Marie degencium, qui Falkenhagen vulgariter nuncupatur, cumque altare ibidem dedicaverimus in honore prefate virginis gloriose, omnibus vere penitentibus et confessis, qui manum eisdem porrexerint adiutricem, quique per primos octo dies eundem locum cum cordis contritione et humilitate duxerint visitandum, XL dierum indulgentias, in mensualibas memoriis per primi anni circulum XXX et in anniversario dedicationis XL et karenam integram in Domino misericorditer relaxamus. Datum Huxarie anno Domini M⁰.C⁰C.L⁰I., sequenti die sanctorum XI millium virginum.

Or. im Fürstl. Lippischen Archiv in Detmold. Siegel von rothen Seidenfäden abgefallen. Reg. Lipp. Regg. I, 189 Nr. 265. Ueber Bischof D. v. W. vgl. Mayer, Mitthl. aus Gebiete d. Gesch. Livlands IX, 30; Bunge, Livland die Wiege d. deutsch. Weihbischöfe.

461.

Graf Heinrich von Sternberg belehnt Ritter Gottschalk de Went und dessen Bruder Reiner mit verschiedenen Zehnten. 1251 (!) November 11.

... Dit is gheschen vnder den iarn na Godes bort oses hern en vnde viftich iar boven dusent iar vnde twe hundert, an dem daghe des hilgen bischopes sunte Mertins.

Or. im Fürstl. Lippischen Archiv zu Detmold. Die Urk. gehört wohl zu 1351; dazu stimmen Schrift, Siegel, Aussteller; Empfänger und Zeugen passen eher zu 1251. Gedr. Zeitschr. d. hist. Ver. f. Niedersachs. 1858. S. 67. Fahne, Hövel I, 2 S. 192 Anmerk. Reg. Lipp. Regg. I, 190 Nr. 266 und Anmerk. über Ausstellungszeit.

462.

Werner von Bischofshausen stellt dem Abt Hermann und Kl. Corvey einen Lehnsrevers aus über den halben Zehnten in Sachsenberg, an dessen Stelle eventuell der Hof im Dorf Itter tritt. 1251 December 30.

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Ne gesta temporum simul labantur cum tempore, solent ea homines scripto fideli perhennare. Sciant presentes et noscant posteri, quod ego Wernherus de Bisscopeshusen et mei filii Henricus, Wernherus, Hermannus, ex gratia et favore domini nostri Hermanni abbatis Corbeyensis de consensu tocius capituli sui et ministerialium suorum in medietate decime illius Sassenberch ea conditione sumus infeodati: si curiam suam in Dorpytere infra spacium anni presentis libertaret, illa curia nos infeodaret, et predicta decime medietas ad dominum nostrum abbatem et ad suam ecclesiam rediret. Si autem prefata curia libertari nequeat, cum placitum fuerit ipsi domino abbati vel suo successori, LXX marcas nobis dabit et nos sub testimonio bono illam summam pro proprietatibus dabimus, et eadem decime medietas, sicut supradictum est, ad prefatam ecclesiam redibit et talia bona nostrum feodum a nostro domino prenotato et ab ecclesia recognoscemus. Item idem dominus noster sepe dictus H(ermannus) abbas sive suus successor infeodata bona, si qua contigerit quocumque eventu vacare ab hominibus de ecclesia Corbegensi infeodatis in reditibus singulis annis habencia summam IIII marcarum, nos illis omni contradictione postposita infeodabit. Preterea iam sepe memoratus dominus noster et capitulum suum et ministeriales ex dilectione speciali nobis indulserunt, ut, si nostris denariis ab hominibus de ecclesia infeodatis bona aliqua comparare valeamus, comparemus et nos domino nostro et ecclesie supradicte recognoscemus hiis et aliis bonis nos ab ecclesia fore infeodatos. Ut autem dominus noster abbas et ecclesia Corbegensis hec omnia nobis teneat rata et inconvulsa, isti data sunt nobis fideiussores: comes Otto de Euerstene, Bodo de Horhusen, Theodericus de Horhusen, Fredericus de Horhusen, Johannes de Osterhusen, Albertus de Lutersen, Gozwinus de Wetene. Testes huius facti sunt: Conradus de Eluene, Johannes de Helpenberch, Eckehardus de Helpenberch, Lodowi-

cus de Tuerne, Volcnandus de Tuerne, Warmundus Brotrump, Johannes de Weydelberg. Et ut etiam nos omnia hec suprascripta domino nostro et ecclesie cum omni constancia teneamus, sigillo nostro presens scriptum roboramus. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.L°I°., III. Kalendas Januarii, in ipsa vigilia Siluestri, Willehelmo rege regnante.

Or. theilweise abgeblättert im Kgl. St.-A. Münster Fstabt. Corvey Nr. 99. Vom an Pergamentstreifen angeh. Siegel Werners von Bischofshausen kleines Bruchstück erhalten; Beschreibung vgl. zu 1253 Mai 1. Reg. Spilcker II, Everstein, UB. 96 mit irrigem Datum.

463.

Der Rath von Marsberg urkundet über Zehntabgabe des Bürgers Berthold. Paderborn 1251 December.

Omnibus presentem paginam inspecturis consules et civium universitas in Monte Martis tam presenti quam futura gaudere prosperitate. Evanescunt cum tempore, que in tempore geruntur, nisi voce testium et scripturarum memoria susceperint firmamentum. Hac de causa presenti tenore presentibus et futuris innotescat, quod Bertholdus civis noster et heredes sui de decima in Ouinchusen et de molendino eorumque pertinentiis, excepta decima de duobus mansis sitis in Hurdorp, dabunt pensionem annuam domino decime, videlicet uni canonicorum, qui eam de manu prepositi sancti Petri Paderbornensis pro beneficio pro tempore habuerit, scilicet unum horwescepel siliginis, unum ordei et duo avene, anserem et duos pullos, et hec in festo beati Martini difficultate qualibet exclusa in Paderborne persolvent annuatim. Ordinationis huius testes sunt: Conradus plebanus de Nuthlon, Alradus miles in Harhusen, Ludolfus, Fredehardus, Conradus, Vollandus, cives in Monte Martis et alii quam plures. Ut autem hec firma permaneant et inconvulsa presentem paginam sigilli opidi nostri inpressione fecimus roborari. Datum Paderborne anno Domini M°.CC°.L°I°., indictione IX, Decembris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster Stift Busdorf Nr. 24. An blauen geflochtenen Hanffäden in weissem Wachs verletztes Stadtsiegel von Marsberg wie Westf. Sieg. II, 66 Nr. 3.

464.

Abt Hermann von Corvey überträgt ihm resignirte Lehnsgüter an Bernhard von Halle. 1251.

Hermannus Dei gratia Corbeiensis abbas. Notum sit omnibus hanc paginam inspecturis, quod filii dominae Rickariae et dominae Melchidis, filiae domini Henrici de Bortfelde, in praesentia nostra constitutae[1]), resignaverunt in manus nostras bona, quae de manu nostra adempta tenuerunt. Et nos eadem bona, tres mansos videlicet, in villa Hegon sita, Bernhardo de Halle et uxori suae nec non haeredibus suis porreximus jure feudali[2]). Et hoc praesentium tenore protestamur. Huius rei testes sunt: Strigerus[3]) praepositus Corbeiensis, Hermannus scholasticus, Henricus decanus Nouae Ecclesiae; laici vero: Bertramus et Widola de Stamme et filii eorum Bertramus et Johannes. Acta sunt haec anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo.

[1]) *Ob statt* constituti? [2]) foeudali *Abschr.* [3]) Rotgerus *Abschr.*

Kopie s. XVII. im Kgl. S.-A. Münster Fstabt. Corvey. Nr. 98.

465.

Abt Hermann von Corvey bestätigt Schenkung in Beyenrode an Kloster Fredesloh. 1251.

Hermannus Dei gratia Corbeyensis abbas omnibus hanc paginam inspecturis salutem in vero salutari. Que geruntur in tempore, ne simul fugiant cum tempore, solet ea prudentium industria scripture memorie commendare. Noverint ergo presentes et posteri, quod Frithericus de Istenthorp in presentia nostra constitutus beneficium, quod de manu nostra tenuit in villa Beyenrothe situm, videlicet quattuor mansos, cum consensu fratris sui et heredum suorum nobis resignavit et ecclesie in Fridesle cum omni integritate legitime contulit. Nos vero huiusmodi factum approbantes communicato consilio capituli nostri et mini-

sterialium nostrorum proprietatem eorundem bonorum in manus prepositi eiusdem cenobii et quarundam dominarum, qui ex parte ecclesie supradicte tunc aderant, cum omni iure contulimus perpetuo possidendam. Ne quis autem huiusmodi collationem legitime factam succedente tempore violare presumat, presentem paginam inde conscriptam sigilli nostri appensione et testium astipulatione fecimus communiri. Hii autem sunt testes: Albertus prior, Strigerus prepositus, Harthungus, Albertus, Hartmannus sacerdos in Rodenkerken; layci vero: Arnoldus de Wenethusen, Frithericus filius Fritherici maioris de Istenthorp, Wedelo de Bo(r)tfelde, Helwigus de Herebram et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo. Amen.

Or. im Kgl. St.-A. Hannover, Kl. Fredelsloh Nr. 23. An Pergamentstreifen in weissem Wachs verletztes grosses ovales Siegel des Abtes Hermann. Gedr. Scheidt, Vom Adel S. 118. Mit dieser Schenkung hängt wohl folgende undatirte Aufzeichnung (Urkundenauszüge des Kl. Fredesloh v. J. 1589 ebendaselbst Des. 7. Fredesloh Nr. 205) zusammen: Ein brieff, drin der Abt zu Corvey dem Closter Fredelsen vier Hufe Landes zu Begenrode überlassen, worgegen sie ime so viel und mehr hufen an Tenetingehausen wider überlassen.

466.

Abt Hermann von Corvey bestätigt Schenkung an Kl. Amelunxborn. Corvey 1251.

In nomine Domini. Hermannus Dei gratia abbas ecclesie Corbiensis universis presentem litteram inspecturis in perpetuum. Memoria hominum, que fragilis est, et iusticia, que nostro in tempore valde fictilis est, litterarum fide et testium sustentamento provide roboratur. Ideo est, quod presentes nosse cupimus et futuris constare optamur, quod dominus Heinricus de Luthardessen, sicut olim ab ipso et a bone memorie domino Conrado fratre suo fuerat ordinatum, contulit ecclesie Amelungesbornensi annuatim dimidiam marcam in villa Wanhelist de bonis, in quibus moratur Heidenricus, de pleno consensu omnium coheredum suorum, ad faciendum unum servicium cum piscibus conventui omni anno in festo sancti Michahelis, ut beneficio temporali eternam a Domino salutem et fraternitatem in ecclesia iam dicta sibi omnibusque coheredibus suis competeret in perpetuum. Verum quia predicta bona sepedictus H(einricus) de Luthardessen a nobis in pheodo tenuit, nostrum super eo assensum peciit et optinuit, sicut presentibus sigilli nostri firmitate vallatis liquido declaramus. Acta et data in Corbeia anno Domini M°.CC°.L primo. Testes sunt . . .

Aus Amelunxborn. Kopiar I, fol. 10 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

467.

Kl. Corvey verkauft an Kl. Hardehausen seine Besitzungen in Löningen. Corvey 1251.

In nomine sancte et individue trinitatis. Hermannus Dei gratia abbas, Albertus prior, Strigerus prepositus et totus conventus Corbeyensis ecclesie omnibus Christi fidelibus salutem eternam. Ne gesta in tempore lapsu temporis oblivioni tradantur, contractus mortalium utiliter scripture commendantur. Tenore igitur presentium innotescat presentibus pariter et futuris, quod officium nostrum in Loningen cum omnibus pertinentiis suis, ecclesia, villicatione, advocatione, advocatia, theloneo et quibuslibet proventibus aliis, scilicet aquis, nemoribus, silvis, pratis, pascuis, viis, inviis, nichil penitus excipientes preter sola feoda ministerialium, pro maiori ecclesie nostre utilitate abbati et conventui monasterii in Hersuithehusen, Cysterciensis ordinis, Paderburnensis dyocesis, de consilio et consensu ministerialium nostrorum vendidimus pro ducentis marcis legalium denariorum per duodecim solidos numeratorum iure perpetuo possidendum, translata proprietate et dominio ad eosdem. Que scilicet ducente marce, ne videantur inutiliter expense, sciant omnes, quod nos cum illis predium in Sassenberg longe melius et utilius ad ampliandos redditus abbatie comparavimus. Verum volentes plenissime cavere monasterio antedicto, cum abbas et conventus

eius nos in necessitatibus nostris peroptime tractaverint, prepositum et decanum Fritzlariensis ecclesie, Moguntine diocesis, nostros communes iudices eligimus, quibus damus plenariam potestatem premissa ammonitione canonica nos per censuram ecclesiasticam compellendi ad servandum inviolabiliter in perpetuum, quicquid in hac pagina continetur. Quorum amborum vel alterius, si alter interesse nequierit, preceptis et sententiis parebimus omni contradictione et appellatione remota. Insuper geste rei veritatem fecimus conscribi et sigilli nostri et conventus munimine roborari. Acta sunt hec Corbeie anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, presentibus testibus Engelhardo, Timmone, Theoderico, Johanne, Heinrico, Thethmaro, Heinrico, Wicberto, Alberto, Sifrido, Rudolfo, Fritherico, Alberto, Wilhelmo, Hermanno, Bernhardo, Widekindo, Hermanno, Theoderico, Conrado, Heinrico, monachis, Heinrico decano Noue Ecclesie, Hermanno scolastico, Theoderico, Bernhardo canonicis, Fritherico pincerna, Bertholdo marschalco, Conrado dapifero, Theodorico camerario, Rauenone de Papenhem, Bernhardo de Dalewic, Alberto, Herboldo, Lippoldo fratribus de Amellungesen, Alberto de Lutersen, Bodone de Horhusen, ministerialibus et aliis multis.

Or. im Domarchiv zu Osnabrück. An gelbrothen Seidenfäden Bruchstück 1) des Abts- 2) des Konventssiegels. Gedr. Osn. Mitth. III, 279.

468.

Propst Thymo von Marsberg urkundet über Schenkung des Ritters Adam von Aspe. 1251.

In nomine Domini. Thymo Dei gratia Montis Martis prepositus et sui fratres omnibus hanc litteram visuris notum esse cupimus, quod Adam miles dictus de Aspe, libere conditionis homo, pronus ad omne bonum, aream in Horhusen sitam et agros quosdam ex ista parte aque fertonem et tres obulos solventes ecclesie sancti Petri in Monte Martis pro remedio anime et suorum fidelium de consensu heredum suorum proprietario iure assignavit omni iuri suo cedens. Ita ut prepositus ecclesie nostre perpetuo tribus vicibus in anno, videlicet in nativitate Domini, in pascha et pentecosten monasteriis in Breidelar, Aroldessen et nostre ecclesie duos denarios graves ex predictis redditibus omni excusatione remota persolvat, quibus vinum ad sacrificium in prefatis festivitatibus comparetur. Reliquos XVIII denarios et tres obulos ecclesiis in rure distribuit, sicut in littera de hoc scripta continetur. Ex hiis redditibus, sicut superius dictum est, dabimus monasterio Breydelariensi annuatim sex denarios. Et hoc presenti scripto sigillo nostro munito publice profitemur. Hec acta sunt anno gratie M°.C°C.L. primo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 44. Siegel von geflochtener blauweisser Hanfschnur ab; an letzterer befestigt Pergamentstreifen, darauf von gleichzeitiger, der obigen ähnlicher Hand das Reg. Die citirte Urk. gedr. UB. IV, 426.

469.

Die Gropen von Gudenberg bestätigen die Schenkung der Kirche zu Withmar seitens ihres verstorbenen Vaters an Kl. Arolsen. 1251.

Theodericus et Conradus milites et Theodericus fratres dicti Groppen de Gudenburch universis Christi fidelibus salutem in vero salutari. Hoc ab antiquo prudentum sancivit discretio, ut ea, que in tempore aguntur, ne cum tempore elabantur, scriptis autenticis ad successorum memoriam deferantur. Hinc est, quod tam presentibus quam futuris ortodoxis fidei cultoribus presenti pagina significandum duximus, quod donationem factam a patre nostro beate memorie Theodorico dicto Gropen de Gudenburch de ecclesia in Withmare conventui in Aroldessen convertenda ad omnem utilitatem ibidem Deo deservientium ratam habemus et eam a nostris iustis heredibus inconvulsam volumus permanere, volentes, ut, quicunque divina dispensatione in dicto loco Aroldessen prepositus ordinetur, recognoscat dictum beneficium in Withmare a nobis et a nostris successoribus absque ulla contradictione perpetuo habere. Huius

autem facti testes sunt: Symon electus Paderbornensis, comes Otto de Euerstene, Albertus miles de Scardenberge, Goswinus miles de Wethen, Theodericus miles de Mederike[1]), Bodo miles de Horehusen, Antonius de Allenhusen, Albertus de Lutersen et alii quam plures. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, presentem paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo.

[1]) *Or.* Mererike.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen herzförmiges Siegel, in welchem ein Topf (Grüppen) mit drei Füssen. Umschrift: Sigillum Tiderici Grope de Godenburg. *Reg. Spilcker, Everstein UB. 96.*

470.

Nobilis vir A(dolfus) de Waldeke *erster Z. König Wilhelms für den Deutschorden von Livland. Köln 1252 Januar 9.*

Gedr. Winkelmann, Act. imp. ined. s. XIII. S. 436 Nr. 535.

471.

König Wilhelm bestätigt den Verkauf mehrerer Güter seitens des Klosters Corvey an Kloster Hardehausen. Helmershausen 1252 Januar 23.

Willelmus Dei gracia Romanorum rex semper augustus universis imperii fidelibus presentem paginam inspecturis graciam suam et omne bonum. Sacre religionis inducimur[1]), ut personas religiosas et loca benigni favoris gracie prosequentes eorum iustis postulationibus interdum benignum prebeamus auditum. Dilectorum itaque nostrorum fidelium abbatis et conventus monasterii de Herswithehusen, ordinis Cisterciensis, Padeburnensis diocesis, precibus inclinati omnia bona in Scerue, in Liciaco, in Sirkissen et in Loningen existentia, que venerabilis abbas Corbeiensis, dilectus princeps noster, sui capituli et omnium suorum ministerialium interveniente consensu, pro maiori utilitate ipsius monasterii Corbeiensis provide vendidit eisdem, prout in litteris inde confectis dicitur plenius contineri, venditionem eandem ratam habentes et gratam eisdem abbati et conventui de Herswitheshusen auctoritate regia confirmamus, presenti edicto districtius inhibentes, ne quis ipsos contra hanc nostram confirmationem impedire seu molestare presumat. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, gravem celsitudinis nostre offensam se noverit incursurum. Datum Helmershusen X. Kalendas Februarii, indictione decima, anno domini M°.C°C.L. secundo.

[1]) *Wahrscheinlich fehlt* meritis *vor* sacre. *Vgl. Seibertz UB. I, 270.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 86. Siegel sammt Befestigung abgerissen. Gedr. Wigand, Archiv I², 66. Reg. Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, 5057. Zu Litzig vgl. „Die Corveyschen Besitzungen zu Litzig" Wigand, Archiv I¹, 94 ff.

472.

Kardinalpriester Hugo, päpstlicher Legat, nimmt Kl. Wormeln auf dessen Bitten mit seinen Besitzungen in Schutz. Magdeburg 1252 Februar 17.

Frater Hugo miseratione divina tituli sancte Sabine presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, dilectis in Christo . . abbatisse et conventui monasterii in Wormlo, Cisterciensis ordinis, Maguntine diocesis, salutem in Domino. Decet nos ex iniuncto nobis legationis officio ecclesias et ecclesiasticas personas ipsius legacionis, religiosas persertim, benigno favore prosequi, et ne pravorum hominum molestiis agitentur, pie protectionis auxilio confovere. Vestris igitur devotis supplicationibus inclinati personas vestras et locum, in quo sub communi vita degitis, cum omnibus bonis, scilicet pratis, nemoribus, decimis, possessionibus et terris, que in presentiarum iuste ac pacifice possidetis aut in posterum dante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio

communimus, salva super predictis constitucione concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis ac confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostorum eius se noverit incursurum. Datum Magdeborg XIIII. Kalendas Marcii, pontificatus domini Innocentii pape IIII. anno nono.

Or. im Kgl. St.-A. Münster Kl. Wormeln Nr. 2. Siegel von rothgelben Seidenfäden ab. Im Datum Nachtragungen; auf der Rückseite 2 Kreuze, sonst keine Kanzleinotizen. Reg. auf Rückseite von der Hand des Schreibers des Msc. VII. 4519 (Iohann Nellinck v. Wiedenbrück, Confessor in Wormeln 1530) im Kgl. St.-A. Münster.

473.

Propst Eckehard von Fritzlar bekundet Beilegung eines Güterstreites zu Gunsten des Kl. Netze. 1252 Februar 22.

E(ckehardus) Dei gratia Fritzlariensis ecclesie prepositus. Conparentibus coram nobis venerabili in Christo domino Henrico preposito in Netcehe et Hernesto milite de Lon, pro quibusdam agris Hermanni de Hemericheshusen, qui eos contulit ecclesie in Netcehe, litigabant et super eo testes ex utraque parte produxerunt. Qui dum testibus ex utraque parte renunciarent, invenimus eos dixisse pro domino preposito et pro ecclesia super agris iam predictis. Ne autem a quoquam heredum militis iam predicti ecclesia posset in posterum offendi super agris memoratis indebite vel gravari, predictus miles pro abrenunciacione agrorum illorum quandam summam denariorum, videlicet duo talenta, a domino preposito acceptavit. Et ne presens factum a quoquam in posterum valeat irritari, presentem sibi paginam dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Testes autem, qui presentes erant, sunt hii: dominus Wigandus de Marcdorf, canonicus Fritzlariensis, Hildegerus et Ekkehardus sacerdotes, Wederoldus scriptor, Cuno de Holzheim et Gerlacus de Grifede, milites et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LII°., in cathedra Petri.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen Bruchstück vom Siegel des Ausstellers.

474.

Kardinalpriester Hugo verleiht allen, welche zum Kirchenbau in Berich beisteuern, einen Ablass von 40 Tagen. Hildesheim 1252 März 4.

Universis Christi fidelibus per Almanniam constitutis, ad quos presentes litere pervenerint, frater Hugo miseratione divina tituli sancte Sabine presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, salutem in Domino sempiternam. Quoniam, ut ait apostolus, omnes — vitam eternam. Cum igitur, sicut dilecti in Christo prepositus et conventus monialium in Beriche, ordinis sancti Augustini, Moguntine diocesis, nobis exponere curaverunt, iidem ecclesiam suam cum officinis eorum usibus oportunis ibidem edificare ceperunt opere sumptuoso — pervenire. Nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui eis ad hoc manum porrexerint adiutricem, XL dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Presentes vero mitti per questuarios districtius prohibemus literas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. Datum Hildensen IIII. Nonas Martii, pontificatus domini pape Innocentii IIII. anno nono.

Kopiar I. p. 58 und II. Nr. 170 des Kl. Berich im Fürstl. Wald. Arch. in Arolsen.

475.

Kardinalpriester Hugo, päpstlicher Legat, beauftragt den Dechanten (Heinrich) von Nigenkerken bei Höxter das Stift Hameln, welches den in der villa Hameln gelegenen Hof des Ritters Heinrich von Hameln gekauft hat, in diesem Besitz fernerhin zu schützen. Hildesheim 1252 März 14.

Gedr. (unvollständig) Spilcker, Everstein UB. 91. Meinardus, UB. des Stiftes u. d. Stadt Hameln Nr. 39.

476.

Kardinalpriester Hugo, päpstlicher Legat, beauftragt den Elekten Simon von Paderborn, dem Paderborner Kanonikus Widukind, Sohn des Grafen von Naumburg, die Uebernahme mehrerer Beneficien zu gestatten. Braunschweig 1252 März 25. Bischof Simon kommt diesem Befehle nach. 1252 August 21.

Simon Dei gratia Paderburnensis episcopus universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Mandatum reverendi patris ac domini fratris Hugonis tituli sancte Sabine presbyteri cardinalis, apostolice sedis legati, recepimus in hunc modum:

Viro venerabili Dei gratia .. electo Paderburnensi frater Hugo miseratione divina tituli sancte Sabine presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, salutem et sinceram in Domino caritatem. Per sincere devotionis meritum dilectus filius Widekindus, canonicus Paderburnensis, natus nobilis viri .. comitis de Nuenburg, noscitur meruisse, ut ipsum debeamus honore congruo prevenire. Nos igitur ipsius canonici precibus inclinati, providentie vestre, qua fungimur, auctoritate mandamus, quatinus cum ipso, quod beneficia ecclesiastica, si etiam curam habeant animarum, licite recipere, si sibi canonice offerantur, et cum illis, que obtinet, libere retinere valeat, constitutione generalis concilii non obstante, dispensetis auctoritate nostra usque ad summam, quam secundum Deum videritis expedire; proviso, quod ecclesie debitis non fraudentur obsequiis et in eis animarum cura nullatenus negligatur. Datum Brunswich VIII. Kalendas Aprilis, pontificatus domini Innocentii pape IIII. anno nono.

Huius igitur auctoritate mandati, qua fungimur in hac parte, cum predicto Widekindo canonico ecclesie nostre, quod preter beneficia, que obtinet in presenti, una cum obtinendis, etiam si curam habeant animarum, adhuc alia beneficia, etiam si similem curam habeant, si sibi canonice offerantur, recipere valeat, ac una cum predictis licite retinere, constitutione non obstante predicta, usque ad summam quingentarum marcarum, quia hanc consideratis persone sue meritis expedire vidimus, iuxta formam dictam in nomine Domini misericorditer dispensamus. In cuius dispensationis testimonium litteram hanc conscribi et sigillo nostro fecimus roborari. Actum et datum Paderburne, anno Domini M°.CC°.L°. secundo, feria quarta post assumptionem beatissime Marie virginis.

Or. im Besitz der Paderb. Abth. des Vereins. An rothen Seidenfäden in Umschrift beschädigtes Bischofssiegel Simons mit Rücksiegel wie Westf. Sieg. II, 49 Nr. 3 und 61 Nr. 15. Druck Schaten ad annum, der irrig Widukind v. Schaumburg nennt. Widekindus de Nuwenburc Halberstad. et Paderburn. canonicus *in Urk. von 1249 Ianuar 19, bloss* Halberstad. can. *in Urk. von 1256. (Beide ungedr. im Fürstl. Archiv in Arolsen.)*

477.

Ministerialen, Rath und Schöffen von Herford bekunden die Ueberlassung zweier Obedienzen an Reinhard Tribunus seitens des Stifts Herford. Herford 1252 März 26.

Ministeriales, consules et scabini Heruordenses omnibus presentes litteras inspecturis rei geste noticiam. Dignum est et consonum rationi, ut quod legitime agitur, scripture autentice roboretur munimine, ne volubilis lapsus temporis oblivionem inducat. Noverint igitur tam presentes quam posteri, quod preposita et conventus ecclesie Heruordensis ea condicione et pacto obediencias in Alardinchosen et Pauenhosen domino Reynardo Tribuno tempore vite sue in feodum concesserunt, quod censum debito tempore sine cunctacione persolvat, etiam si bona quocumque casu fuerint desolata, qui talis est: de Alardinchosen octo solidi et Pauenhosen sex usualis monete. In homines ad prefatas obediencias pertinentes exactiones non faciet et eos in omni iure, quo actenus fuerunt, conservans, quod tale est, sicut in ipsorum privilegio continetur: ut in contractu matrimonii ipsorum, sive vir sit, sive femina, teneantur domino ipsorum, cui commissi sunt ex parte conventus, dare unum fertonem, et in obitu nec vir dabit herewede nec mulier dabit rathe, set hereditas pertinebit ad dominum, sub cuius cura et protectione sunt; ab

iniuriis fideliter pro posse defendet eosdem; filii sive heredes dicti R(eynardi) in obedientiis ipsis nullum prorsus ius habebunt et ad conventum in obitu suo libere revertentur, nisi forte de gracia valeant obtinere. Omnia autem premissa memoratus R(eynardus) fide militari se servaturum promisit astantibus et idem promittentibus pro eodem: Johanne de Paderburne, Johanne Tribuno, Thiderico de Thehem, Henrico de Volmerinchosen, militibus ab ipso rogatis. Nos autem, ut nullus possit deinceps scrupulus contencionis seu dubitationis oriri, sepedicto R(eynardo) petente presentem paginam sigilli nostri impressione duximus roborandam. Datum Herevorde anno Domini M°.CC°. quinquagesimo secundo, proximo die post festum annunciacionis beate virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster Fstabt. Herford Nr. 47. Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Ueber Alardinchosen *vgl. UB. IV, 381, wo dasselbe wie auch in der folgenden Nr.* Adhelhardincdhorp (Alardincthorp) *und in Rückschrift s. XV.* Adelinctorpe *genannt wird, gleich Allingdorf Kr. Lübbeke.* Pauenhosen *wohl Babenhausen Kr. Bielefeld. Bezüglich der Bezeichnungen* Tribunus *und* Gograuius *bei der bekannten Herforder Familie lässt sich aus den nachfolgenden Herforder Urkk., in denen beide Ausdrücke vorkommen, feststellen: 1)* Tribunus *und* Gograuius *werden dieselben Persönlichkeiten ohne erkennbaren Unterschied genannt, so dass das erste Wort als Uebersetzung des letzteren anzusehen ist; 2) in der 2. Hälfte des 13. Jahrh. wurden beide Namen (neben der Bezeichnung des Amtes) als Familiennamen gebraucht. Darum obige Schreibweise.*

478.

Stift Herford bekundet Ueberlassung zweier Obedienzen an Reinhard Tribunus. Herford 1252 April 4.

Preposita, decana totusque conventus ecclesie Heruordensis omnibus presentes litteras inspecturis rei geste noticiam. Noverint tam presentes quam posteri, quod nos ex condicione et pacto obediencias in Alardincthorpe et Pauenhosen domino Reynardo Tribuno tempore vite sue in feodum concessimus, quod censum debito tempore sine cunctacione persolvat, etiam si bona quocumque casu fuerint desolata; in homines ad prefatas obediencias pertinentes exactiones non faciet et eos in omni iure, quo actenus fuerunt, relinquet, ab iniuriis pro posse fideliter defendet eosdem. Filii sive heredes dicti R(eynardi) in ipsis obedienciis nullum prorsus ius habebunt, et ad conventum in obitu suo libere revertentur, nisi forte de gratia valeant obtinere. Omnia autem premissa memoratus R(eynardus) fide militari se servaturum promisit astantibus et idem promittentibus pro eodem Johanne de Paderburne, Johanne Tribuno, Tyderico de Thehem, Henrico de Volmerinchosen, militibus ab ipso rogatis. Datum Heruorde anno Domini M°.C°C. quinquagesimo secundo, die Jovis infra ebdomadam paschalem.

Or. im Kgl. St.-A. Münster Fstabt. Herford Nr. 47. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Vgl. die vor. Nr.

479.

Erzbischof Konrad von Köln bekundet den vor ihm ergangenen Rechtsspruch, dass, wenn ein Vasall der Herforder Kirche ein ihm übertragenes Amtslehen verkaufen wolle, die Äbtissin das Vorkaufsrecht habe. Köln 1252 April 7.

Universis presentes litteras visuris Conradus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, Ytalie archicancellarius, cognoscere veritatem. Ex parte venerande abbatisse Heruordensis[1]) ecclesie fuit in generali quesitum sententia coram nobis, quod, si aliquis sue homo ecclesie, certo infeodatus officio ab eadem, feodum illud vendicioni duxerit offerendum, utrum ipsa potioris sit iuris pre ceteris quibuslibet ad dictum feodum comparandum, tanquam domina feodi memorati; fuitque talis dictata sententia, quod ipsa abbatissa domina feodi cum sui consensu capituli feodum vendicioni oblatum pociori quam alius quisquam iure emere sibi possit, et quod ipsam ad huiusmodi empcionem impedire non debeat illud[2]) ministerium officii, quod de ipso debetur feodo, faciendum. Huius dictationi sententie aderant:

Lipp. Landes-Bibliothek Detmold

H(enricus), sancti Seuerini, Henricus sanctorum apostolorum, prepositi Colonienses, Ph(ilippus) prepositus Sosaciensis, Cunradus subdecanus maioris ecclesie, . . decanus sancti Gereonis, . . decanus sancte Marie ad Gradus, . . decanus sanctorum apostolorum Coloniensium; Gerardus de Salmen vir nobilis, Henricus de Alpinhem, Hermannus Sernekinus, Godefridus sculthetus Andernacensis, Hermannus dictus Com(es), civis Coloniensis, et quamplures alii fideles nostri, qui ipsam sententiam approbarunt. Actum et datum Colonie VII⁰. Idus Aprilis, anno Domini M⁰.C⁰C.L. secundo.

[1]) *Or.* Horuordeñ. [2]) *Or.* illum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 48. Siegel und Befestigung fehlen. Ein Kölner Bürger Herm. dictus Comes *kommt 1258 März 23 bei Lacomblet, UB. II, 463, ferner 465 vor. Derselbe Zeuge (Name in ähnlicher Abkürzung) in Urk. ähnlichen Inhalts des Erzb. Konrad für Stift Herford UB. IV, 379; dort irrig in* Comm *aufgelöst.*

480.

Erzbischof Gerhard von Mainz überträgt dem Kl. Wormeln die Kirche in Wettesingen mit dem Patronat. Gieselwerder 1252 Mai 4.

Gerhardus Dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, dilectis in Christo abbatisse et conventui in Wormelo, ordinis Cisterciensis, Maguntine diocesis, salutem in Domino. Attendentes novelle plantacionis et paupertatis vestre devocionem in Domino commendandam et dilectorum patruorum nostrorum comitum de Euersten vestri monasterii fundatorum frequentem curam et firmum circa vos promocionis affectum, provida deliberacione et pio zelo inducti, ecclesiam in Witesingen[1]) cum omnibus suis pertinenciis et iure patronatus ipsius, quod ad nos spectare dinoscitur, ad commodum et subsidium vestri monasterii vobis et per vos vestre ecclesie liberaliter duximus conferendam, statuentes, ut curam eius prepositus vester, qui pro tempore fuerit, a nobis et a nostris successoribus archiepiscopis Maguntinis sicut hactenus recipiat et eam per se, quia vobis adiacet, vel per sacerdotem idoneum modo debito et consueto officiet in divinis, qui etiam nobis, nostris successoribus et archidiacono loci eiusdem ad obedientiam debitam et iura omnia de ipsa sicut hactenus teneatur. In cuius memoriam facti et perpetuam[2]) firmitatem presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Werdhere[3]) anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, IIII⁰. Nonas Maii, pontificatus nostri anno primo.

[1]) Widesingen *B.* [2]) debitam *B.* [3]) Werdere *B.*

Or. in zwei Ausfertigungen (A) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Wormeln Nr. 3 (B) im Besitz der Paderborner Abth. d. Ver. Von dem an rothseidenen Schnüren befestigten Siegel bei beiden noch ein mittleres Bruchstück in weissem Wachs erhalten; Rücksiegel: der h. Martin zu Pferde, mit einem Armen seinen Mantel theilend. (Würdtwein Nov. Subs. IV. p. IV.) Gedr. Spilcker, Everstein UB. 96; Will, Reg. arch. Mag. XXXV, 23. Vgl. auch Falke, Trad. Corb. p. 900.

481.

Der römische König Wilhelm bestätigt Kl. Bredelar alle seine Besitzungen, besonders decimam superioris ville in Usprunge, in Mari, in Osninctorph et in Latersuelde et alia etiam bona, que tam ab ecclesia Corbeyensi quam ab ecclesia Montis Martis seu aliis propriis denariis compararunt. *Waldeck 1252 Mai 9.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster. An gelbrothen Seidenschnüren beschädigtes Siegel W.'s (Kopf und Umschrift fehlen fast ganz). Böhmer-Ficker, Reg. imp. V, 5085 nach Druck bei Seibertz UB. I, 271, worin zu korrigiren Z. 1 Willelmus, *Z. 2* Cistertiensis.

482.

Abt Hermann von Corvey bestätigt den von seinem Vorgänger Thietmar mit dem Kl. St. Johann in Halberstadt eingegangenen Ministerialentausch. Halberstadt 1252 Mai 19.

Hermanus Dei gratia Corbeiensis abbas omnibus in perpetuum. Notum esse volumus universis, quod nos tenorem privilegii a venerabili patre Tietmaro abbate, predecessore nostro, sufficienter confecti, in quo invenimus Ermendrudim quondam ministerialem ecclesie[1]), uxorem Bernardi de Nienhagen, libertatam et datam ecclesie sancti Johannis in Halberstad, receptumque Alexandrum in ius ministerialium Corbeiensis ecclesie loco eius, ratum et gratum habemus et, sicut decet, presentis scripti patrocinio communimus. Huius rei testes sunt: Strigerus prepositus Corbeiensis, Ricbodo canonicus sancte Marie, Albertus capellanus noster; laici vero: Arnoldus de Porta, Alexander de Gundel(s)hem, Tidericus de Croppenstide, Woltherus, Bernardus de Groningen, Conradus dapifer noster et alii quam plures. Et ut hec pueris ipsius Ermendrudis et heredibus nec non ecclesie sancti Johannis firma et salva permaneant, hanc eis paginam in testimonium validum erogamus. Datum Halberstad anno Domini M.C⁰C.L⁰II., XIIII⁰. Kalendas Junii.

[1]) Corb. *oder* nostre *fehlt.*

Or. im Kgl. St.-A. Magdeburg Kl. St. Johann in Halberstadt Nr. 30. An Pergamentstreifen gut erhaltenes Siegel des Abts.

483.

Erzbischof Gerhard von Mainz verzichtet zu Gunsten des Kl. Hardehausen auf einen Weinberg bei Fritzlar. Amöneburg 1252 Mai 26.

Gerhardus Dei gratia sancte Moguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, religiosis viris abbati totique conventui monasterii in Herswithehusen, ordinis Cisterciensis, Paderburnensis diocesis, salutem in Domino. Dignum et omnino rationi consentaneum arbitramur, ut, quanto in vobis iugiter pre aliis pluribus devotionis vestigia experimur, tanto vos ampliori favore et gratia prosequi teneamur. Ideoque, licet bone memorie quondam dominus Sifridus archiepiscopus Moguntinus, predecessor noster, vobis super vinea Galchberg et aliis terris ac possessionibus, sitis apud Fritzlariam, quas quondam Cunradus Rieso, canonicus ecclesie sancti Stephani Moguntine, tenebat, moverit questionem, et tandem receptis a vobis triginta marcis argenti tali conditione, quod, quandocumque ipse vel successores sui pecuniam ipsam vobis restituerent, ius omne, quod vel ipsi vel successoribus suis in bonis eisdem competeret, salvum hinc et inde partibus remaneret, ipsi cesserit questioni, nos tamen indagatione prehabita diligenti, quia comperimus evidenter, quod nichil iuris penitus in bonis nobis et ecclesie nostre competit supradictis, ea vobis dimittimus libera et soluta ac ea cum bonis aliis, que in presentiarum iuste et pacifice possidetis vel in posterum modis iustis auctore Domino poteritis adipisci, vobis et per vos vestro monasterio auctoritate metropolitica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, beatorum apostolorum Petri et Pauli, beati Martini ac nostram se noverit incursurum. Datum apud Ameneburg VII. Kalendas Iunii anno Domini M⁰.CC⁰. quinquagesimo secundo, pontificatus nostri anno primo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster Kl. Hardehausen Nr. 89. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Rückschrift s. XIII. ex. hat Galberg.

484.

Geismarer Kanoniker vergleichen den Pfarrer Heinrich von Westheim wegen seiner Rente aus Oesdorf mit Kl. Bredelar. Geismar 1252 Mai 29.

Omnibus presentem litteram videntibus G(erhardus) et Th(eodericus), canonici Geysmarienses, iudices a domino Hugone presbitero cardinali, apostolice sedis legato, delegati, finem bonum et vitam perpetuam.

In nostra constitutus presentia Heinricus plebanus in Westheim ex una parte opponens contra conventum monasterii in Breydelare pensionem sibi cedentem ex transactione quorumdam agrorum in Osnictorpe aliquam partem de predicta pensione, quam suo predecessori totam dabant, subtraxisse. Verum quia, multis probis et clericis sollempnibus intervenientibus, non ad ius, sed ad amicabilem conpositionem propter bonum pacis magis fuerimus admittere proniores, tali modo, quod Heinricus plebanus IX solidos gravis monete a prefato conventu recipiat pro dampnis suis et laboribus tunc factis et pensionem videlicet XII mensurarum singulis annis ut prius sibi persolvant, presentem paginam nostrorum sigillorum munimine roboramus. Testes sunt: clerici Theodericus Marquini, magister Mathias rector scolarum, Godefridus Bestworm; milites Albertus de Colden, Conradus de Beuerungen, Hernestus Crigel. Datum Geysmarie. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LII°., IIII°. Kalendas Iunii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster Kl. Dalheim Nr. 27. Von drei angehängt gewesenen Siegeln nur an 3. Stelle an Pergamentstreifen spitzovales Siegel in weissem Wachs, eine Lilie, wo statt des Kelches derselben ein Vogel mit ausgebreiteten Flügeln. Auf der Rückseite v. Hand s. XV. Ostrop.

485.

Pfarrer Heinrich von Westheim berichtet an Bischof Simon von Paderborn und Kanonikus Werner, Archidiakon in Horhausen, über seinen Vergleich mit Kl. Bredelar. Geismar 1252 Mai 29.

Venerabili domino suo S(imoni) Paderburnensi episcopo et domino W(ernero) Paderburnensi canonico, in Horhusen archidiacono, H(inricus) rector ecclesie in Westhem cum omni subiectionis exhibitione paratam ad beneplacita voluntatem. Reverentie vestre intimandum duxi, quod, cum fratres claustri in Bredelar quosdam agros ecclesie mee pertinentes, curie vero ipsorum in Osninctorph contiguos, ad firmam recepissent de consensu domini Bernardi predecessoris mei, XII mensuras Horhusensis mensure annuatim inde solventes ecclesie mee, quatinus ipsam transactionem confirmare dignemini, ut perhenniter permaneat inconvulsa, ratum habeo, ecclesiam meam exinde protestans indempnem, et hoc presenti scripto Gesmariensis ecclesie (sigillo)[1]) munito, quia proprium non habeo, profiteor manifeste. Testes Gerhardus et Theodericus, canonici in Gesmaria, Conradus plebanus de Nuthlon, Conradus de Horhusen plebanus; milites: Albertus de Kolden, Conradus de Beuerunge, Ernestus Crigel, Alradus de Horhusen, Adam de Aspe et consules omnes in Monte Martis. Datum Gesmarie. Acta sunt anno gratie M°.CC°.L. secundo, IIII. Kalendas Iunii.

[1]) *Fehlt im Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster Kl. Dalheim Nr. 28. An Pergamentstreifen kleiner Rest weissen Wachses, worauf Rücksiegel mit Lamm Gottes.

486.

Der Paderborner Domkämmerer Hermann und Ritter Horad von Brenken tauschen Eigenhörige aus. Paderborn 1252 Iuni 5.

Hermanuus dictus Boliko camerarius Paderburnensis notum facimus universis et presentibus protestamur litteris, quod nos Iohannem et Alheidim sororem ipsius de consensu et voluntate Iohannis dicti de Stronberg, procuratoris villicacionis in Bokeuorde,[1]) tradidimus Horado militi de Brenken, villicacioni sue in Alfnem iure litonum perpetuo pertinendos, recipientes pro ipsis Willehelmum et uxorem suam Megthildim sub forma concambii, locum et ius in dicta villicacione Bokeneuorde perpetualiter impleturos. Nos vero Hermannus camerarius, Horadus miles de Brenken et Iohannes villicus, accedentes ad iudicium Balhorne, quod vogetinc dicitur, huiusmodi concambii collacionem in presentia Gotfridi advocati de consensu litonum ibidem firmius duximus muniendam. In cuius rei noticiam presens scriptum conscribi et

sigillo nostro fecimus communiri. Datum Paderburne anno Domini M°.CC°.L. secundo, in die beati Bonifacii.

[1]) *So hier. Die richtige Form sogleich.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster Fstth. Paderborn Nr. 184. An dem von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen in gelbem Wachs unterer Theil eines spitzovalen Siegels, Geistlicher, stehende Gestalt, in der Linken ein Buch, die Rechte erhoben und ausgebreitet.

487.

Abt Hermann, Kellner Heinrich und Bruder Dietrich, in Wunstorp erschienene Vertreter des Kl. Marienmünster, verkaufen dem Abt Gerlach, Prior Gerold und den Priestern Gunther und Iohann, Mitgliedern des Stiftes St. Mauritz zu Minden, in Gegenwart des Grafen Ludolf von Roden zehn Hufen zu Colenfeld, zwei zu Ewippe, *vier zu* Meringe, *zwei zu* Marslo *und zwei zu Mardorf frei von Vogtei- und andern Lasten für 50 Mark. Schwalenberg 1252 (vor Iuni 12).*

Gedr. Hodenberg, Calenb. UB. 163. Datirung nach folgender Nr. Vor diesem Akte hatte höchst wahrscheinlich die Ueberlassung der Vogtei über die genannten Dörfer seitens der Grafen Heinrich von Sternberg und Widukind von Schwalenberg an Kl. Marienmünster stattgefunden. (Gedr. Grupen, Origg. Pyrmont. p. 133 und Calenberg. UB. 161, Reg. Lipp. Regg. I, 276.) Im Datum M°.CC°.LII, indictione XI *steckt also ein Fehler, da letztere auf Ende des Iahres weist.*

488.

Graf Ludolf von Roden bekundet den Verkauf oben genannter Güter seitens des Kl. Marienmünster an Stift St. Mauritz in Minden. 1252 Iuni 10.

Gedr. Grupen, Origg. Pyrmont. p. 35. und Hodenberg, Calenb. UB. 164. Ueber Lage der genannten Dörfer vgl. Lipp. Reg. I, 276.

489.

In Schuldurkunde Bischofs Otto von Münster sein Bruder B. (Simon) v. Paderborn neben Gr. Konrad v. Rietberg als Bürge unter Versprechen des Einlagers genannt. 1252 Iuni 12.

Gedr. UB. III, 539. Vgl. Lipp. Regg. I, 272.

490.

Elekt Bruno von Osnabrück überlässt der Äbtissin (Ida) von Herford eine Ministerialin. Osnabrück 1252 Iuni 13.

Venerabili et in Christo dilecte domine abbatisse Heruordensis ecclesie B(runo) Dei gratia Osnaburgensis electus salutem et sinceram ad omnia voluntatem. Noverit discretio vestra et presentibus litteris protestamur, quod nos damus vobis et ecclesie vestre in concambio Elizabeth, filiam Wescheli militis dicti Wlf in ministerialem, ita videlicet, quod pro ipsa detis nobis et ecclesie nostre equale concambium, quam primum vobis ad id obtulerit se facultas. In cuius concambii evidens testimonium et robur perpetuum presentes litteras super hoc confectas vobis sigillo nostro mittimus sigillatas. Datum Osenburcke, anno Domini M°.CC°. quinquagesimo secundo, Idus Iunii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster Fstabt. Herford Nr. 49. An Pergamentstreifen in weissem Wachs verletztes spitzovales Siegel des Elekten Bruno wie Westf. Sieg. II, 52 Nr. 3.

491.

Abt Rudolf von Marienfeld bekundet die Beilegung eines Streites zwischen dem Kl. Marienfeld und dem Pfarrer zu Stapellage wegen Weidegerechtigkeit. Falkenberg 1252 Iuni 26.

Rodolfus abbas Campi sancte Marie universis presens scriptum inspecturis notum esse cupimus, quod inter nos et conventum nostrum ex parte una et Fredericum plebanum de Stapelage ex altera,

super questione, que inter dictum plebanum et curtem nostram Stapelage super diversis articulis fuit exorta, nobili viro domino Bernhardo [1]) de Lippia et domino Heinrico thesaurario ecclesie Paderburnensis mediantibus, in hunc modum compositio amicabilis intervenit. Omnia instrumenta, sive sint papalia sive alia, utrimque inpetrata, nullius sint valoris vel momenti et eis est renunciatum. Item septa curie Stapelage ab omni peticione dicti plebani erunt libera et absoluta; et si prefatus plebanus in aliquibus extra curiam se ius habere proponit, si non intervenerit amicabilis compositio, illud coram prefato thesaurario vel suo successore terminabitur, sicut ordo iuris expostulat et antiquis incolis notum extat. De gregibus plebani custodiendis servabitur, quemadmodum antiquitus est servatum. Nos vero Bernhardus nobilis de Lippia et Heinricus thesaurarius Paderburnensis, quia predictam compositionem de consensu parcium ordinavimus, presenti scripto sigilla nostra in testimonium duximus apponenda [2]). Datum Valkenberg, anno Domini M°.CC°. quinquagesimo secundo, VI. Kalendas Iulii.

[1]) *Or.* Berhardo, *so immer.* [2]) *Or.* apon.

Or. im Kgl. St.-A. Münster Fstth. Paderborn Nr. 185. Von den drei an Pergamentstreifen angehängt gewesenen Siegeln nur an dritter Stelle das des Thesaurars erhalten, in gelbem Wachs spitzoval, stehende Figur in faltenreicher Gewandung, in der Rechten ein Schlüssel, die erhobene Linke in den Umschriftrand hinein reichend. Falkenberg wohl die in Trümmern liegende Burg bei Berlebeck unweit Detmold. Vergl. Lipp. Reg. I, Nr. 105. Ueber Streitigkeiten wegen Stapellage vgl. UB. II, Reg. 2225 u. 2376, UB. V, 207.

492.

Heinrich, Sohn des Grafen Adolf von Waldeck, genehmigt den Verkauf eines Hofes seitens seines Vaters an Kl. Hardehausen. Im Lager vor Frankfurt 1252 Iuli 9.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Henricus primogenitus nobilis viri Adolphi comitis de Waldecke salutem et omne bonum. Universitati vestre tenore presentium innotescat, quod nos vendicionem curtis in Vorsten factam a patre nostro religiosis viris abbati et conventui de Hersethehusen, Cisterciensis ordinis, Padeburnensis diocesis, ratam habemus et gratam ac in ipsam vendicionem plenarie consentimus. Testes autem huius rei sunt: Albertus de Scardenberch, Giso de Godensberch, Hinricus de Biscopeshusen, Hermannus Speculum, Iohannes de Nedere, milites; Geruncus notarius. Datum in castris iuxta Frankinuort anno Domini M°.CC°. quinquagesimo secundo, VII. Idus Iulii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster Kl. Hardehausen Nr. 90. Siegel sammt Befestigung abgefallen. Das Gut Vorsten *(Rückschrift s. XVI =* Worste*) lag bei Volkmarsen. Vgl. Varnhagen, Grundlage u. s. w. S. 45. Ausstellungsort wegen des allgemeinen Hoftages König Wilhelms, dessen Hofrichter Gr. Adolf war. Reg. Wigand, Arch. I, 2, 64.*

493.

Abt Hermann von Corvey verpfändet an Ritter Dietrich von Horhausen den halben Zehnten in Fürstenberg. 1252 Iuli 13.

In nomine Dei omnipotentis. Ego Hermannus Dei gratia Corbeiensis ecclesie abbas omnibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Notum sit presentibus et posteris, quod de consensu prioris et prepositi et totius capituli Corbeiensis consentientibus etiam ecclesie ministerialibus mediam partem decime in Vurstenberg cum suis proventibus domino Thiderico militi de Harhusen et sue uxori et suis pueris pro LV marcis, quas cum uxore sua in sponsalibus acceperat, impignoravimus, pretaxate decime medietatem, ut condictum est, percepturus, donec summa exposita integraliter restituatur. Ut autem hec actio nostra in posterum immutari vel revocari non valeat, sepedictam decimam non solum dominus Thidericus manualiter a nobis recepit, verum etiam milites presentes mannuli fide prestita promiserunt, ut, si quis in posterum super predicta decima passurus esset iniuriatores, ipsi se et rebus opponerent et

vita. Quorum nomina sunt hec: Fridericus frater domini Thiderici, Albertus, Herboldus, Lippoldus fratres de Amelungessen, Everhardus de Brochusen, Giselerus, Gostich (?), Karolus de Noua Ecclesia, Hugo, Alexander de Gundelsheim, Herboldus de Boffessen, Gozwinus[1]) de Wete(n), Thidericus de Medrike, Bodo de Horhusen, Albertus de Lutersen, Iohannes de Osterhusen, Alexander de Eskeberg, Bernhardus et Elgerus fratres de Dalwich. Fuerunt etiam presentes: Thimo, Montis Martis prepositus, Gerhardus de Tuiste, Albertus de Godelem, Conradus de Nuthlon, sacerdotes aliique quam plures. Acta sunt anno gratie M°.CC°.LII°., III. Idus Iulii.

[1]) *Abschr.* Wozw.

Nach Overham Coll. II. fol. 84c im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

494.

Bischof Simon von Paderborn bekundet Beilegung eines Streits über Güter in Vesperthe zwischen dem Edelherrn Berthold d. j. von Büren und Äbtissin und Convent von St. Ulrich (Gokirche) in Paderborn. Paderborn 1252 Iuli 16.

Symon gratia Dei Paderburnensis episcopus universis, ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit, mentis et corporis salute gaudere. Tenore presencium innotescat tam presentibus quam futuris, quod causa, que inter dominum Bertholdum iuniorem nobilem de Buren ex una parte et abbatissam et conventum grisei ordinis sancti Olrici Paderbornensis ex parte altera super bonis in Vesperthe suisque pertinenciis vertebatur, coram nobis sopita est amicabiliter in hunc modum. Quod idem nobilis, receptis sedecim marcis in civitate Paderbornensi legalibus et bonis,[1]) totaliter et absolute consencientibus uxore et heredibus suis renunciavit omni iuri et actioni, si que sibi et posteritati sue super eisdem bonis competere videbatur, ratum habens et gratum, quod eadem bona iure perpetuo cum omni utilitate et profectu suo possidenda remaneant et pertineant conventui supradicto, secundum quod in litteris domini Bertholdi senioris nobilis viri Burensis, fratruelis sui, quondam super hoc confectis invenitur expressum. Acta sunt hec Paderborne presentibus prefatis nobilibus de Buren, Henrico nobili de Itthere clerico, Ioachim de Vilese[2]), Alexandro de Orlinchusen[3]) et Iohanne de Warberg, plebanis, Thiderico presbitero, laicis quoque: Henrico camerario nostro, Amelunchо[4]) de Iberg, Henrico de Gummere, Horado de Brencken Andrea de Enenhus, Wernhero[5]) dicto Stapel et aliis quam pluribus anno Domini M°.CC°.L°. secundo, in crastino divisionis apostolorum. Nos vero Bertholdus iunior nobilis de Buren, quia omnia prescripta secundum voluntatem nostram et consensum ordinata sunt, eciam nostrum sigillum ad evidenciam pleniorem duximus apponendum.

[1]) legalium et bonorum *B.* [2]) Vileze *C.* [3]) Olinch. *D.* [4]) Amelunco *C.* [5]) Wernero *B.*

Msc. VII, 4210f. 1 (B) und VII, 8102 IV p. 62 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Abschr. aus Fürstenberger Kopiar im Besitz des Grafen Westphalen (D). Or. im Gräfl. Westphalenschen, 1848 verbrannten Archiv in Fürstenberg vorhanden gewesen. Ueber die Lage von Vesperthe vgl. Zeitschr. XXXVIII. 2. S. 129.

495.

Bischof Simon von Paderborn und Kapitel bekunden, dass Berthold d. ä. und Berthold d. j. von Büren das Patronat über die Pfarrkirche zu Büren und die Kapelle zu Holthausen dem Nonnenkloster in Büren übertragen haben. Paderborn 1252 Iuli 16.

Symon Dei gratia episcopus, Henricus eadem gratia prepositus, Rabodo decanus et capitulum Paderburnense universis, ad quorum noticiam hoc scriptum pervenerit, perpetua mentis et corporis pace gaudere. Ne per oblivionem lapsu temporis gesta mortalium annullentur, necessario ea scripture memorie commendantur. Quapropter tam presentibus quam futuris tenore presencium innotescat, quod nos ad petitionem domini Bertoldi senioris et domini Bertoldi iunioris nobilium de Buren concorditer ac unanimiter consentimus in eo, quod parrochiales ecclesie in Buren cum parrochia sua tota infra[1]) muros veteris et novorum opidorum consistente et capella in Holthosen .. abbatisse et conventui grisei ordinis in Buren

pertineat, et eadem abbatissa cum suo conventu ius patronatus dictarum ecclesiarum, quod erat nobilium prescriptorum, perpetuo retinebit, ita quod post mortem domini Thetmari nunc ibidem plebani, qui beneficium suum in Buren cum omnibus pertinenciis suis, sicut hactenus, quiete retinebit temporibus vite sue, prescripta abbatissa cum eius conventu personam eliget ad ecclesiam supradictam, quam domino preposito Paderbornensi, qui pro tempore fuerit, loci archidiacono presentabit. Qui, si electioni et persone electe nil obstiterit de canonicis institutis, electionem confirmabit eandem, ipsi donum altaris et curam animarum conferendo, et per se vel per alium eundem confirmatum mittet in possessionem ecclesie prefate corporalem. Omnibus prescriptis consentimus, salvo iure et iusticia prepositi Paderburnensis tam in procuratione, cum synodis per se vel per alium in Buren presederit, quam etiam in synodalibus post mortem prepositi vel procuratoris dominarum a successore eiusdem defuncti prepositi vel procuratoris seu a conventu sine diminutione seu contradictione qualibet persolvendis. Addicimus etiam, quod idem prepositus vel procurator dominarum persona ecclesie predicte in ecclesia nostra episcopales synodos frequentabit et episcopo et archidiacono et capitulo Paderburnensibus obedienciam, reverenciam et honorem sine distinctione qualibet exhibebit, ac si opidorum in Buren ac capelle in Holthusen parrochia a plebano et non a dominarum preposito regeretur. Nos vero Bertoldus senior et Bertoldus iunior fratrueles, nobiles de Buren, quia omnia, que prescripta sunt, ad nostram peticionem et instanciam facta sunt, eciam huic scripto ad maiorem cautelam sigilla nostra duximus apponenda. Actum Paderburne XVII°. Kalendas Augusti, anno Domini M°.CC°. quinquagesimo secundo.

[1]) *Or.* imfra.

Or. im Kgl. St.-A. Münster Büren Nr. 7. Von den an Pergamentstreifen angehängten 4 Siegeln das des Bischofs abgefallen, die Siegel des Kapitels, des Berthold senior und iunior (wie Westf. Siegel II, 31 Nr. 1 und 10) stark verletzt.

496.

Äbtissin Ida und Konvent des Stiftes Herford schicken Abgeordnete an Bischof Simon von Paderborn zur Wiederherstellung des Friedens und bitten um Aufhebung der Exkommunikation. Herford 1252 Iuli 25.

Venerabili patri ac domino S(imoni) Paderburnensi episcopo Ida Dei gratia abbatissa, conventus, plebanus et clerus ecclesie secularis Heruordensis paratum cum orationibus obsequium. Ad vos Godescalcum et Conradum dictum de Are . . ., plebanum ecclesie Heruordensis, ad tractandum de concordia et obtinendam vestram gratiam destinamus, ratum habentes et firmum, quicquid in pre . . . . . duxerint faciendum. Verummodo (?) capitula et modum compositionis, in quibus fuerit concordatum, nobis intiment, et ut validius sit, quod agitur, de . . . . ad effectum . . . . . conscientia precedatur. Rogamus preterea, ut omnis excommunicationis sententias per vos latas pro bono pacis et ad cautelam saltim ad certum tempus relaxare curetis, infra quod in . . . . . dissensio commode . . . . . terminari. Datum Heruorde anno Domini M°.CC°.L°. secundo, die beati Iacobi apostoli.

Or. stark beschädigt im Kgl. St.-A. Münster Fstth. Paderborn Nr. 186. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Ueber die Ursache des Zerwürfnisses ist nichts bekannt.

497.

Kl. Gehrden bekundet, dass Genannte Wachszinsige des Klosters geworden seien. 1252 August 2.

A(dolphus) Dei gratia prepositus, M. priorissa totusque conventus sanctimonialium in Gerdene. Notum esse cupimus universis presens scriptum intuentibus, quod Iohannes et Hildeware uxor eius, Iohannes et Henricus, Ymma et Margareta, cum liberi essent, ex propria voluntate beate Marie sanctisque apostolis Petro et Paulo in Gerdene iure cerocensuali se tradiderunt tali modo, ut ipsi et liberi eorum a generatione in generationem, cum ad plenam pervenerint etatem et propriis laboribus vivunt, omni

anno, videlicet in sollempnitate beati Petri, que dicitur ad vincula ipsius, conveniant et nummum gravis monete pro censu persolvant. Et si quis horum ex hoc seculo migraverit, quicquid optimum habuerit, sive equum sive bovem sive aliud quodlibet iumentum, predicte ecclesie detur. Si vero nulla possessio iumentorum illi sit, optimum vestimentum, quod habuerit, detur, cetera autem successores eius accipiant. Si vero heredes proximos non habuerint, omnia bona sua Domino hereditabunt. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostre ecclesie ipsis dedimus communitam. Acta sunt hec coram testibus ad hoc rogatis: domino Hermanno plebano de Ystentorp, Henrico et Iohanne sacerdotibus in Gerdene, Rotgero sacerdote de Paderborne, Henrico sacerdote de Brakele, Henrico clerico dicto de Meschede, Hermanno de Pistrino, Henrico camerario, Iohanne de Coquino, Bertrammo, Hennikis et aliis quam pluribus. Anno Domini M°.CC°. quinquagesimo secundo, in crastino sollempnitatis Petri, que dicitur ad vincula ipsius.

Or. im Kgl. St.-A. Münster Kl. Gehrden Nr. 10. Siegel vom Pergamentstreifen ab. 1245 Mai 26 heisst der Prior Adolf (UB. IV, 344), 1256 März 27 kommt Propst Adolf, 1260 November 29 Adolfus prior et prepositus *vor, darnach obige Ergänzung.*

498.

Bischof Simon von Paderborn vollzieht den Auftrag des Kardinallegaten Hugo. 1252 August 21. Vgl. oben Nr. 474.

499.

Bischof Simon von Paderborn verspricht dem Kl. Bredelar seinen Schutz für den Besitz mehrerer Zehnten. 1252 August 25.

Symon Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus dilecto in Christo filio . . maioris ecclesie decano in Paderburne salutem et dilectionem. Sicut pium est et sanctum ad cultum Dei ecclesias instaurare ita dignissimum credimus earundem ministros per humanitatis impendia confovere. Accedentes itaque ad presentiam nostram dilecti in Christo religiosi abbas et conventus de Bredelar, Cysterciensis ordinis, humilitate, qua decuit, nobis supplicaverunt, quatinus novellum monasterium ipsorum cum personis et rebus in specialem protectionem nostram assumere curaremus. Cum igitur ad id universis fide dignis et maxime religiosis semper teneri velimus, nos tamen iam dictum cenobium et personas specialius dilectionis nostre brachiis amplexantes, iuste petitioni eorum gratuito concurrentes assensu, personas, loca cum rebus ipsorum omnibus in protectionem nostram recepimus et tutelam. Bona quoque ipsis a fidelibus collata, sive titulo emptionis conquisita, videlicet decimam ville superioris in Upsprunge, in Mari, in Osninctorph et in Lateruelde cum ceteris possessionibus, quas in presentiarum possident, aut diebus nostris iuste possidere poterunt, auctoritate Dei omnipotentis nec non et beatorum apostolorum Petri et Pauli et nostra ipsis confirmamus, eadem auctoritate anathematizantes et excommunicantes omnes eos, qui huic confirmationis nostre munimini ausi fuerint occasione qualibet contraire. Presentibus igitur vobis damus in mandatis, quotiens[1]) a predictis fratribus requisiti fueritis, huius defensionis nostre violatores, sive quoslibet eorum lesores, remota omni dilatione et personali favore, premissa amicabili commonitione, excommunicationis gladio feriatis, eadem censura plebanis et sacerdotibus, in quorum parrochiis iniuriatores ipsorum inventi fuerint, ut et hanc vestre executionis sententias non segniter exequantur, omnibus dominicis et festivis diebus eosdem excommunicatos publice nunciando. Quod si contempserint, contra ipsos post commonitionem per censuram debitam procedatis. Datum Paderburne anno gratie M°.CC°.LII°., VIII°. Kalendas Septembris.

[1]) quotiers *d. Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster Kl. Bredelar Nr. 49. An rothbraunen Seidenfäden in grünem Wachs gut erhaltenes Siegel des Bischofs mit Rücksiegel.

500.

Ritter Giso von Gudenberg gibt zum Verkauf oder zur Verpfändung von Gütern seitens seines Bruders Konrad an das Kl. Volkhardinghausen seine Zustimmung. 1252 August 29.

Notum sit omnibus hanc litteram inspecturis, quod nos Gyso miles dictus de Godenburg, una cum uxore nostra Alheide ac filio nostro Iohanne et aliis liberis nostris iam natis et in posterum nascituris[1]) omni vendicioni sive obligacioni decimarum aut bonorum qualiumcumque, sive proprietaria aut feoda lia a fratre nostro Conrado ecclesie Volchardinchusen[2]) venditorum sive obligatorum sive eciam adhuc vendendorum aut obligandorum, acquievimus et consensimus sana mente. Preterea vendicionem aut obligacionem bonorum aut decimarum per nostros consanguineos dominum Iohannem et Arnoldum milites de Godenburg eidem ecclesie factam ratam servamus et illibatam. Huic consensui presentes erant: Iohannes et Eggehardus fratres de Helfenberg milites, Alexander[3]) et Volradus fratres de Escheberg, dominus Waremundus miles. Actum et datum anno Domini M°.CC°.L°II°., in die decollacionis sancti Iohannis, quarto Septembris Kalendas.

[1]) *Or.* naciturus. [2]) *Or.* Vochardincusen. [3]) *Or.* Allexander.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs dreieckiges Siegel, acht schachbrettartige Reihen, mit vom rechten Obereck nach dem linken unteren laufenden Schrägbalken belegt. Umschrift: Sigillum Gisonis de Godenburch.

501.

Kardinalpriester Hugo, päpstlicher Legat, verleiht Allen, welche die Minoriten beim Bau ihrer Kirche in der Stadt Paderborn unterstützen, einen Ablass von 40 Tagen. Lüttich 1252 October 10.

Universis Christi fidelibus per regnum Alemannie constitutis presentes litteras inspecturis frater Hugo miseracione divina tituli sancte Sabine presbiter Cardinalis, apostolice sedis legatus. Quoniam — vitam eternam. Cum igitur, sicut dilecti in Christo .. gardianus et fratres Minores Paderbornenses nobis intimare curarunt, iidem ecclesiam suam edificare ceperint opere sumptuose, et ad consumacionem ipsius ac sustentacionem eorundem fidelium suffragia noscantur plurimum oportuna, universitatem vestram rogamus — pervenire. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui eis ad hec manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus, quas mitti per questuarios districtius inhibemus, eas, si secus actum fuerit, carere viribus decernentes. Datum Leodii VI. Idus Octobris, pontificatus domini Innocentii pape IIII. anno decimo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster Fstth. Paderborn 188. Siegel von den rothgelben Seidenfäden abgefallen. Auf der Rückseite der Urk. ein Kreuz und monasterium.

502.

Kardinalpriester Hugo, päpstlicher Legat, bestätigt dem Kl. Holthausen das ihm von den Herren von Büren übertragene Patronat über die Kirche in Büren und Kapelle in Holthausen. Köln 1252 December 5.

Frater Hugo miseratione divina tituli sancte Sabine presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, dilectis in Christo .. abbatisse et conventui monasterii in Buren, Cisterciensis ordinis, Paderbornensis diocesis, salutem in Domino. Religionis vestre sinceritas dicitur promereri, ut petitionibus vestris benignum acomodemus auditum et eas, quantum cum Deo possumus, ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus. Vestris igitur postulationibus grato concurrentes assensu, de Buren et de Holthusen[1]) ecclesias, quas vos canonice proponitis assecutas, sicut eas cum pertinentiis suis iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo — incursurum. Datum Colonie, Nonis Decembris, pontificatus domini Innocentii pape IIII. anno decimo.

[1]) *Or.* Holthesen.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Büren Nr. 8. Das an rothgelben Seidenfäden angehängte Siegel ist ganz zerbröckelt. Unter dem Umbug rechts: Nich. Mt. *mit Abkürzungszeichen; auf der Rückseite:* albos, *die Zahl davor verwischt.*

503.

Erzbischof Konrad von Köln erklärt über Kl. Flechtorf nie eine Vogtsgerechtigkeit besessen zu haben und verspricht es als Vater zu schützen. 1252.

Conradus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus et sacri imperii per Italiam archicancellarius universis presens scriptum inspecturis in Domino salutem. Ad noticiam tam presencium quam futurorum volumus pervenire, quod nos ecclesiam in Vlechdorp[1]), nullius unquam defensionem[2]) advocati nomine curavit, solo Coloniensis ecclesie patrocinio contentam[2]), eo quod ab eadem ecclesia Coloniensi, cui priscis temporibus se cum suis ministerialibus contradidit, sicud ipsius ostendunt privilegia, liberam esse declaramus.[3]) Et ut prefata ecclesia plena in perpetuum gaudeat libertate, ne quis successorum nostrorum vel marscalkus Westfalie sive eciam iudex cuiuscunque civitatis ad nostram iurisdictionem pertinentis nomine advocati vel quasi advocati exactionem vel talliam aliquam in bonis vel hominibus predicte ecclesie in[4]) Vlechdorp inposterum aliqua occasione exigere presumat, presencium tenore protestamur, nos sepedicte ecclesie non advocatum set patrem et defensorem, qualem ceterarum nostre dyocesis nos esse condecet ecclesiarum, tantoque benivolentiorem et ferventiorem magisque obnoxium huic ecclesie profitemur, quanto astrictius hanc nobis racione prelibata constat esse devotam, hoc adicientes, quod quicunque contra huius sepe memorate ecclesie libertatis insignia vel in personis vel in rebus eam molestaverit, Dei omnipotentis indignacionem et nostram incurret offensam. Ne autem posteris hec[5]) veniant in dubium, presentem paginam nostro sigillo munivimus. Datum anno Domini M°.CC°.LII°.

[1]) Flechtorpp *C.* [2]) defensione *und* contenta *C.* [3]) *So der schwerfällig konstruirte Satz in B und D; C schaltet ein* que *hinter* Vlechd. *ein, dann fehlt aber ein Satzglied.* [4]) de *B.* [5]) hec post. *C.*

Aus Msc. VII, 6704 p. 22 (B) und VII A, 6704 p. 149 (C) und VII, 6704 B. I. p. 9 (D = B) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Cardauns, Regg. d. Köln. Erzb. Konrad von Hostaden, Nr. 330 in Ann. d. hist. Ver. f. d. Niederrhein. Heft 35 S. 41, aus der Alfterschen Sammlung.

504.

Bischof Simon von Paderborn ertheilt dem Kl. Mariengarten in Köln Ablass von 100 Tagen. 1252.

Symon Dei gratia Padherbornensis ecclesie episcopus universis, ad quos littere presentes pervenerint, salutem in Domino. Ad pauperum monasteriorum fabricas et sustentationem personarum religiosarum in ipsis Domino devote famulantium manum porrigere adiutricem pium et apud Deum valde meritorium reputantes, omnibus Christi fidelibus vere penitentibus et confessis, qui ad consummationem ecclesie, abbatisse et monialium de Orto, ordinis Cisterciensis, Coloniensis, incepte, sicut apparet, opere sumptuoso pias elemosinas et grata caritatis subsidia erogaverint, nos de approbatione et beneplacito venerabilis patris domini Conradi Coloniensis archiepiscopi, dyocesani, centum dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer duximus relaxandos. Ut autem fideles Christi ad impendenda predictis pauperculis Deo devotis auxilia eo fortius animentur, quo magis ex hoc animarum suarum remedia et meritorum premia speraverint adipisci, nos omnibus, qui in die consecrationis memorate ecclesie ad eam venerabiliter accesserint usque ad octavas cotidie, deinde per singulos menses usque ad circulum anni, postremo singulis annis in anniversario dedicationis eiusdem et in singulis festivitatibus beate Dei genitricis et virginis Marie ac per octavas earundem festivitatum, unum annum et karrenam secundum dicti archiepiscopi indulgentiam eisdem concessam, prout ipse approbat de speciali gratia, relaxamus. Datum anno Domini M°.CC°. quinquagesimo secundo.

Or. im dipl. Apparat der Universitätsbibl. in Bonn. An rothgelben Seidenfäden Siegel Bisch. Simon mit Rücksiegel. Ueber gleichzeitige Ablässe der Bischöfe von Münster und Osnabrück vgl. Mitth. aus dem Köln. Stadtarchiv Heft 9, 123 und Ann. d. hist. Ver. f. d. Niederrhein 35, 41 Nr. 331 und 38, 18.

505.

Kl. Corvey verkauft mit Genehmigung der Corveyschen Ministerialen sämmtliche Besitzungen in Kessenich dem Kl. Hardehausen. 1252.

In nomine sancte et individue trinitatis. Hermannus Dei gracia abbas, Albertus prior, Strigerus prepositus et totus conventus ecclesie Corbeiensis omnibus Christi fidelibus eternam salutem. Ne gesta in tempore lapsu temporis oblivioni tradantur, contractus mortalium utiliter scripturis perpetuis commendantur. Noverint igitur universi presentis pagine auditores, quod nos de consilio et consensu nostrorum ministerialium omnia bona nostra in Kastinaco, videlicet villicationem et officium eiusdem salvo iure villici, et bona, que quondam fuerunt domine Alveradis, cum omnibus, que .... aree, nemora, silve, prata, pascua et .... entes pro ecclesie nostre necessitate abbati et .... vendidimus pro trecentis marcis Colo(niensis) .... et dominio ad eosdem. Que pecunia ad .... (fi)rma et inconvulsa permaneat, hanc .... Hec sunt nomina fratrum capituli nostri .... unningen, Tymmo prepositus de Monte (Martis) .... prepositus de Kaminatis, Tymmo infirma(rius) .... (V)oswinkele, Heinricus custos, Heinricus .... abbatis, Fridericus, Hermannus, Hermannus, ... nomina ministerialium, qui eandem vendici(onem) .... (Rav)eno de Papenhem et Conradus dapi(fer) .... Albertus et Herboldus et Luppoldus (de Amelungessen), ... (L)utersen, Bodo de Horhusen, Theodericus .... incarnationis Domini M°.C°C.LI°I, indictione X.

Or. Bruchstück (die rechte Seite fehlt fast ganz) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 82. Siegel und Befestigung fehlen. Bis abbati et *gedr. Wigand, Archiv III¹, 97. Vgl. UB. IV, 402 u. 412.*

506.

Kl. Corvey verspricht dem Kl. Hardehausen volle Gewähr für verkaufte Güter. 1252.

In nomine sancte et individue trinitatis. Hermannus Dei gratia abbas, Albertus prior, Strigerus prepositus et totus conventus Corbeyensis ecclesie omnibus Christi fidelibus salutem in salutis auctore. Noverint universi presentem paginam audituri, quod nos tenore presentium abbati et conventui in Herswetehusen nostram ecclesiam et nostros successores obligamus, fideliter promittentes eisdem, ut, si aliqui de gremio ecclesie nostre, sive sint fratres capituli nostri, seu ministeriales, eos super bonis vel villicationibus, que a nobis titulo[1]) venditionis ad ipsorum proprietatem et dominium transiverunt, impulsaverint vel gravamen seu dampnum quodcunque in posterum eisdem intulerint, quasi non potuerimus bona nostre ecclesie in nostra necessitate alienare, vel aliqui de capitulo dixerint, se non dedisse consensum vel[2]) assensum in venditione dictorum bonorum nisi coactos et ob hoc talem venditionem nullam debere firmitatem penitus obtinere et istos et illos de sua temeritate confisos, qui contra tam celebrem ordinationem nostre ecclesie talia presumpserint attemptare, nostra ecclesia cum auxilio et consilio nostri abbatis compescet[3]) suis laboribus et expensis. Si vero dominus abbas damnum aliquod, quod absit, abbati et conventui in Herswidehusen super aliquibus bonis a nobis emptis intulerit, nos fratres capituli illud in integrum restituemus, presertim cum etiam scripto presenti profiteamur, sententiam, quam etiam[4]) rex vel imperator pro nostro abbate promulgat in susceptione bonorum, que de manu tenet imperii, debere esse libera et soluta, memoratis abbati et conventui in Herswidehusen nullatenus posse preiudicare, quominus prefata venditio suam obtineat firmitatem, cum unicuique renuntiare liceat suo iuri. Verum volentes prefatis abbati et conventui in Herswidehusen, sicut dignum est, ab omnibus gravaminibus plene cavere, quia ipsi nos in nostris necessitatibus valde fraterne ac optime tractaverunt, si aliquod predictorum incommodorum vel damnum per aliquem de gremio nostre ecclesie propter aliquam dictarum causarum, quod absit, eis evenerit, et nostra ecclesia cum auxilio et consilio nostri abbatis infra quatuor

mensium spacium a conventu[5]) in Herswidehusen commonita non[6]) amoverit, seu dampnum, si irrogatum fuerit, non refuderit, prepositum et decanum Frithslariensis[7]) ecclesie communes nostros eligimus iudices, plenam potestatem dantes eisdem, ut ipsi nos, videlicet abbatem et ecclesiam Corbeiensem ammonicione premissa[8]) canonica ad id faciendum per ecclesiasticam censuram compellant. In quorum testimonium robur et munimen nos Hermannus abbas, prior, prepositus et conventus Corbeyensis sepedicti sigilla presentibus duximus firmiter apponenda.[9]) Datum anno incarnacionis Domini M°.CC.LII°., indictione decima.

[1]) *B. nur* vendicacionis. [2]) cons. vel *fehlt C.* [3]) compesset *B.* [4]) etiam *fehlt B.* [5]) conventui *C.* [6]) unde *B.* [7]) Frisl. *B.* [8]) can prem. *C.* [9]) *Der Satz fehlt C.*

Kopie s. XV. im Sammelband Corveyer Urk. I. im Besitz der Paderb. Abth. d. Ver. (B.) und Msc. II, 103 f. 66v im Kgl. St.-A. Münster (C.).

507.

Kl. Corvey bestätigt dem Kl. Hardehausen aus Dankbarkeit für erwiesene Dienste alle mit demselben abgeschlossenen Verträge. Corvey 1252.

Hermannus Dei gracia abbas, Albertus prior, Strigerus prepositus et totus conventus Corbeyensis ecclesie omnibus Christi fidelibus salutem eternam. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod propter caritatem, quam abbas et conventus monasterii in Hersuithehusen, Cisterciensis ordinis, Paderbornensis dyocesis, nobis in gravi necessitate positis exhibuerunt, bona nostra in Castinaco et in Loningen ob hoc cum suo dispendio pro quingentis marcis comparando, ut per istam pecuniam in tantum utilitatem nostre ecclesie promoverunt, ut dampnum mille marcarum et amplius vitaremus, quod nisi per eos taliter adiuti evitare nullo modo poteramus, nos omnes contractus, qui inter nostram ecclesiam et ipsorum monasterium tam ante nostra tempóra per antecessores nostros, quam nostris temporibus per nos celebrati sunt, non solum pro eo, quod de iure tenemur, verum eciam, quod eorum beneficiis grates referentes respondere merito debemus, toto corde diligimus, et omnes et singuli ratos habemus eisque unanimiter nunc et in perpetuum consentimus et warandiam debitam prestamus. Datum Corbeye anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo.

Transsumpt vom Iahre 1307 feria secunda post Lucie, *ausgestellt vom Paderborner Domkapitel, im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen 83. Siegel und Befestigung fehlen. Reg. Wigand, Archiv III¹, 97.*

508.

Abt Hermann von Corvey verkauft zwei Häuser an Kl. Kemnade. 1252.

In nomine sancte unitatis et individue trinitatis. Hermannus Dei gratia Corbeyensis abbas omnibus hanc paginam inspecturis salutem in vero salutari. Evanescunt cicius a memoria hominum res geste, nisi scripture memorie commendentur. Innotescat igitur presentibus et futuris, quod nos adhibito consensu capituli nostri incumbente necessitate vendidimus ecclesie Kaminatensi hospicia nostra, in Hogen videlicet et Thunderen, pro quattuordecim talentis in proprietate perpetuo possidenda. Ne quis igitur processu temporis hec, que prescripta sunt, ullo modo violare presumat in detrimentum ecclesie supradicte, presentem litteram inde confectam per manum Ottonis eiusdem ecclesie prepositi in testimonium dari fecimus ecclesie sepedicte sigillorum, nostri videlicet et ecclesie nostre, munimine roboratam. Huius rei testes sunt: Albertus prior, Strigerus prepositus, Albertus, Hereboldus, fratres de Amelungessen, Allexander de Gundelsen, Iohannes de Hogen, Iohannes de Stamme et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LI°I. Amen.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Kemnade Nr. 5. An Pergamentstreifen Bruchstück des Abtssiegels Gedr. Osnabr. Mitth. V, 117 Nr. 222 (nach Kindlingers Abschr.).

509.

Abt Hermann von Corvey beurkundet, dass Graf Gottschalk von Pyrmont den Zehnten zu Elbrinxen dem Kl. Marienmünster geschenkt habe und nachträglich dazu Gemahlin und Sohn zugestimmt hätten. 1252.

Omnia, que in tempore aguntur, cum tempore evanescunt, si non scripti et vivi testimonii stabile accipiant firmamentum. Nos ergo Hermannus Dei prestante gratia ecclesie Corbeyensis abbas notum facimus tam presentibus quam futuris Christi fidelibus, quod nobilis comes Godescalcus de Pirmunt filium suum Wydekindum offerens super altare beate Marie virginis, habitum monachalem induens eundem in ecclesia, que vocatur monasterium prope Swalenbergh, famulis Christi ibidem commanentibus pro dilectione filii sui prefati, scilicet W(idekindi), et pro futura spe, quam anime sue cupiebat preparare, filiis suis H(ermanno) et Go(descalco), nostro socero, consentientibus decimam in Elbrachtesen [1]) sine aliqua differentia perpetuo possidendam tradiderunt(rt). Nunc autem ventum est ad nos ex parte nostre cognate uxoris domini G(odescalci) nec non et filii sui Godescalci nostri cognati, qui etiam ad honorem Dei et beate virginis Marie sicut prenominati perpetuo contulerunt, ita et ipsi in nostra presentia ab omni iure hereditario cessantes predictam donationem confirmaverunt.[2]) Testes, qui huic[3]) tractatui interfuerunt: prior Albertus, prepositus Strigerus[4]), prepositus Thetmarus de Nouale, Otto prepositus Kaminatensis[5]); Henricus decanus Noue Ecclesie, Hermannus scolasticus Noue Ecclesie, Bertoldus plebanus Huxariensis; milites: Albertus, Herboldus, Lippoldus fratres de Amelungesen, Guntherus de Hedewigesen, Arnoldus de Porta, Albertus de Marepe, Euerhardus de Brockhusen et alii quam plures. Hanc igitur donationem ne quis infringere presumat, presentem paginam sigilli nostri munimine decrevimus esse roborandam. Acta sunt hec anno gratie M.CC. quinquagesimo secundo.

[1]) Eilbrachtessen *C.* [2]) confirmarunt *C.* [3]) *C* vivi. *B ein ähnliches unleserliches Wort.* [4]) *B. hat* St *mit Lücke*, Istriger *C.* [5]) Kemmenatensis *C.*

Aus Msc. I, 129 f. 34 (B) u. VII, 4512 p. 35 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Gedr. Osn. Mitth. V, 118. Reg. Lipp. Regg. I, Nr. 277.

510.

Gottschalk und Hermann, Brüder, Grafen von Pyrmont, erklären alle von ihnen zu Lehen gehenden Güter, welche Kl. Volkhardinghausen bereits besitzt oder noch erwerben wird, für freies Eigenthum desselben. 1252.

In nomine Domini amen. Felix anima inter transitoria circa remunerationem movetur futurorum. Hinc est, quod nos Gotscalcus et Hermannus fratres Dei gratia comites dicti de Pierrenmunt presentium testimonio recognoscimus[1]), ad notitiam devenire volentes futurorum, quod moti devotione speciali circa ecclesiam sancti Iohannis Baptiste in Volchardinchusen et sanctarum virginum ibidem Deo dicatarum omnia bona iure feodali nobis attinentia[2]), que antedicta ecclesia nunc et successive seu perpetuo quocunque modo comparare potuerit, libertamus et iure proprietario perpetuo concedimus possidenda, non obstante situ aut locorum distantia. Ne autem huic nostre ordinationi quisquam audeat rebellire, presens scriptum nostro sigillo roboramus. Huius rei testes sunt: dominus Iohannes et Eberhardus fratres de Helfenberg, Conradus et Gyso frater de Godenborc, Th(eodericus) Lupus. Datum anno Domini M°.CC°.LII°.

[1]) recongnocimus *Or.* [2]) atin. *Or.*

Or. im Fürstl. Waldeck. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen kleines dreieckiges Siegel mit Ankerkreuz in weissem Wachs.

511.

Berthold, Edelherr v. Büren, verpfändet die ehemals der Corveyer Kirche gehörige Vogtei in Sirikessen *dem Kl. Hardehausen. Büren 1252.*

Bertoldus vir nobilis de Buren universis Christi fidelibus salutem in Domino. Precavendum est[1]) per scripturas, ne id, quod cum viris fidedignis dicitur vel agitur, contra veritatem improbitate cuiuslibet

immutetur. Noverint igitur cuncti pagine presentis auditores, quod nos cum consensu domine Alheydis uxoris nostre et Bertoldi nepotis nostri, Bertoldi filii nostri et Gisle filie nostre, quicquid iuris habere videbamur racione advocacie in bonis olim Corbiensis ecclesie in Sirikessen [1]), totum impignoravimus abbati et conventui monasterii in Hersuitehusen pro XXX marcis dativorum denariorum Sosaciensium sub hoc pacto, quod ipsa bona, quamdiu nostrum ius eis nomine pignoris fuerit obligatum, sine aliqua exactione, perturbacione, fatigacione vel dampno sibi a nobis vel nostris illato cum summa pace possideant et quiete. Preterea cum opus haberemus, quia per predictam pecuniam oportune nos iuverint, permittimus eis, quod habeant horreum suum, domum pecorum liberam ab omni exactione et molestia tam pecorum quam domum illam inhabitancium; insuper, quod eorum pecora per omne confinium ville in Sirikessen libere pascantur longe lateque, prout eis expedit, prorsus nemine prohibente. Sed et hec nostra permissio, eciam cum prefatum ius nostrum redemerimus, eis a nobis et nostris successoribus sine aliqua recompensacione vel pecunie seu alterius questus per omne tempus uberrima permanebit. Notandum vero, quod, cum sepedictum ius nostrum redimere voluerimus, totam pecuniam, quam ab ipsis accepimus, simul et semel sine contradictione aliqua refundemus. Porro ut ea, que a nobis dicta et gesta sunt, salva consistant et omnino a memoria non recedant, cartam hanc fecimus conscribi et sigilli nostri munimine roborari. Acta sunt hec in Buren, anno gracie M.CC.LII., presentibus testibus subnotatis: Gumbertus monachus, Gislerus cellerarius, magister Theodericus phisicus, Bernardus miles de Boderike, Horadus miles de Brinken, Arnoldus de Silebecke [2]), Theodericus dapifer, Conradus de Andepe et alii quam plures.

[1]) *Absch.* precaveri est. [2]) *Oder* Sleb.

Aus Msc. I, 127 fol. 101c im Kgl. Staatsarchiv Münster. Ueber Sirexen vgl. Ztschr. 43, II, 54.

512.

Hermann Spiegel und Sohn Hermann bekunden Güterkauf. Warburg 1252.

Hermannus Speculum et Hermannus filius. Ad oblivionis confusionem evitandam notum esse volumus, quod ego Ysherus et Henricus frater meus bona quedam in media villa Tuergen sita Bursfelde pertinentia a fratre nostro Lamberto novem marcis et dimidia comparavimus et in pheodo cum uxoribus et heredibus nostris suscepimus conditione tali, ut deinceps prefatus Lambertus nullum ad predicta bona cum suis heredibus habeat respectum, nisi forsan tota progenie privaremur. Testes huius rei sunt Thethardus de Northe, Fredericus de Thinkelburg, Volbertus Iudeus, Themo de Rinbike, Bruno de Tuergen milites, Udo de Weten, Arnoldus Iudeus, Godescalcus et Thetmarus, fratres de Tuergen, et alii quam plures. Ego Ysherus partem meam Henrico fratri meo pro quinta dimidia marca et fertone obligavi, quoad usque per me vel pueros meos pro eadem summa redimatur. Ego Hermannus et meus filius paginam presentem sigillo nostro in testimonium tocius claustri confirmavimus. Acta sunt Wartberg anno gratie millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo.

Or. im Kgl. St.-A. Hannover Des. 34. Nr. 17. An Pergamentstreifen in weissem Wachs am Rande abgeblättertes rundes Siegel; im gegitterten Siegelfelde ein Spiegel.

513.

Ritter Werner v. Brakel verzichtet im Streit mit Kl. Hardehausen auf mehrere Güter. Paderborn 1252.

Universis hoc scriptum audituris Wernherus miles de Brakele salutem eternam. Quod ad memoriam posteris relinquitur, ne per oblivionem absolescat, scripture utiliter commendatur. Noverint itaque tam presentes quam futuri, quod ego agebam in abbatem et conventum de Hersvithehusen super curte in Rozehusen super Dimellam et super bonis aliis in Poninchusen, eos querelis continuis cavillando, quia prefata bona, que michi de iure videbantur conpetere possidebant. Cum ergo lis ista inter nos . . . .

(instru)ctus ab amicis meis, qui totam causam plene noverant, quod eos contra iusticiam inpetierim et indiscrete molestias fecerim, eorundem admonitioni et consilio me submittens, ad monimentum sempiternum non solum iniuste actioni, verum etiam coram domino meo Paderburnensi episcopo et multis honestis testibus cum uxore mea Methtilde et filio meo Bernhardo et duabus filiabus meis Elisabeth et Regelinde prorsus omni iuri et . . . ., quod in curte supradicta et bonis aliis vendicabam. Insuper ad maius robur facti abbati et conventui memoratis fide me obligo et amici mei eisdem se obligant fide mecum, quod filius meus, qui nunc puer est, in maiori etate illius, quandocunque voluerint, iterum prompto animo ac sollempniter sine aliqua recompensatione vel precio coram domino meo episcopo renunciabit. Huius rei testes sunt: Rabodo decanus, Volradus quondam prepositus, Heinricus custos, Iohannes scolasticus, magister Iohannes de Scildece, Mauricius cantor et magister Theodericus, canonici maioris ecclesie in Paderborne; milites autem testes pariter et fideiussores sunt: Bertoldus de Brakele, Hermannus de Brakele, Raueno de Papenhem, Amelungus comes, Ludolfus de Herisia, Olricus de Wlfersen, Acta sunt hec in Paderburne anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo.

Or. stark beschädigt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 84. An Pergamentstreifen in weissem Wachs Siegel des Ausstellers, ein nach rechts aufgerichteter Löwe zur Hälfte erhalten. Der Löwe scheint mit den Brakel'schen Pfählen mit darüber gelegtem Balken belegt zu sein. (Ebenso Urk. v. 1256 St.-A. Düsseldorf Kurköln 155.) Poninchusen *lag im Diemelthale an einem aus dem Warburger Walde kommenden kleinen Bache gegenüber dem Gute Billinghausen. Nach dem Grenzvergleiche zwischen Waldeck und Paderborn von 1560 Sept. 27 grenzten die Marken von Billinghausen und Ponninchausen aneinander. Im I. 1332 bestand das Dorf* Poninchusen *noch. Wigand, Archiv II, 103 u. III, 148. (Spancken).*

514.

Bischof Simon v. Paderborn bestätigt obige Verzichtleistung Werners v.Brakel. Paderborn 1252.

In nomine sancte et individue trinitatis. Symon Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus universis hoc scriptum inspecturis imperpetuum[1]). Quanto presentis evi fragilitas ad nocendum est proclivior, tanto prelatorum sedulitas debet esse vigilantior, ut commissis cure sue sciant a molestiis et dampnis indebitis sollicite precavere. Igitur notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod Wernherus miles de Brakele, ministerialis ecclesie nostre, cum abbatem et conventum monasterii in Hersuithehusen[2]), Cysterciensis ordinis, nostre diocesis, impeteret super curte in Rozehusen super Dimella et super quibusdam bonis in Puninchusen, instructus ab amicis suis et aliis viris timentibus Deum, quod contra iusticiam impulsaret et gravaret abbatem et suum conventum, errorem suum coram nobis publice confessus ab iniusta actione penitus cessavit et tam ipse quam uxor sua Mechtildis, filius eorum Bernhardus et due filie Elisabeth[3]) et Regelindis pari consensu renunciaverunt omni iuri, quod eis in prefatis bonis competere contentiose primitus astruebant. Quapropter, ut abbas et conventus dicti monasterii curtem supra[4]) memoratam et bona reliqua cum pace et tranquillitate imperpetuum possideant, presentem paginam super hiis confectam sigilli nostri munimine cum testium subnotatione duximus roborandam. Testes autem sunt hii: Rabodo[5]) decanus, Volradus, Henricus[6]) custos, magister Iohannes de Skildece, Iohannes scolasticus, Mauricius cantor, magister Theodericus, clerici[7]); Bertoldus[8]) et Hermannus de Brakele, Raueno de Papenhem, Amelungus comes, Ludolfus de Herisia, Olricus de Wlfersen milites et alii quam plures. Acta sunt hec in Paderburne anno ab incarnatione Domini M⁰.CC⁰.L⁰. secundo.

[1]) inperp. *B.* *So noch einmal, dann* inpulsaret. [2]) Hersw. *B.* [3]) Elys. *B.* [4]) super *A.* [5]) clerici dec. R. *B.* [6]) Heinr. *B.* [7]) clerici *fehlt B.* [8]) milites *B. später fehlt* mil. *B.*

Or. in zwei Ausfertigungen (A. u. B.) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 85. An beiden Exemplaren Siegel vom Pergamentstreifen ab. Auf der Rückseite gleichzeitig A: de curia Ruzhusen iuxta Dymellam, *B:* Rozdehusen s. D.

515.

Die Gebrüder von Keseberg übereignen Güter in Gotlovessen *dem Kloster Helmarshausen. 1252.*

Nos Gerlacus, Widikindus, item Widikindus, Henricus fratres de Keseberg, Otto advocatus omnibus hoc scriptum inspecturis notum esse volumus, quod nos de communi consensu nostro decimam nostram in Gotlovessen sitam contulimus in feodo Heinrico monetario, Luidolfo et Iohanni civibus Helmwardensibus nomine abbatis et conventus monasterii in Helmwordeshusen acceptis ab abbate sex marcis gravium denariorum tali feodo tam diu durante, quo usque iam dictus abbas vel eius successor proprietatem eiusdem decime ab episcopo Paderbornensi, qui pro tempore fuerit, conquirere poterunt, quam tunc et nos resignabimus in manus episcopi Paderbornensis dicto monasterio perpetua proprietate conferendam. Promisi etiam ego Widikindus, ut, si aliquis heredum meorum a me vel a fratribus meis descendentium ecclesiam supradictam decimam impetivit, ego et fratres mei Wolfhagen intrabimus inde non exituri, nisi ab hac impetitione ecclesiam eximamus. Quod si eciam alia persona extranea de sepedicta decima questionem ecclesie moverit, nos fratres superius nominati cum Ottone nostro consanguineo plenam warandiam, quoties et ubicunque requisiti fuerimus, perhibebimus. Testes huius rei sunt: Hermannus de Osedhe, Gyso de Godensperg, viri nobiles, Hermannus Spegel, Ludolfus marescalcus, Conradus et Thitericus fratres de Olla, Everhardus Wolf, Conradus, Gherhardus, Helmwicus, Thethardus, milites et alii multi. Ut autem series huius facti imposterum a nullo valeat calumpniari presentem cartam fecimus conscribi et sigilla domini Gisonis de Godenperg, Everhardi dicti Wolf, Thiderici dicti Olla roborari. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°. quinquagesimo secundo.

Or. im Generalvikariatsarch. zu Paderborn. Nur noch unkenntliche Reste weissen Wachses an blauleinenen Fäden an 2. Stelle; von den geflochtenen rothen Fäden an 1. und 3. Stelle sowie dem Pergamentstreifen an 4. alles abgefallen. Die Edelherrn von Keseberg (UB. IV. Nr. 233), deren Burg an der Eder bei Bringhausen an der Hessisch-Waldeckischen Grenze lag, waren Erben der Edelherrn von Vesperthe am Sintfelde. (Spancken). Ueber Gotlovessen *vgl. Ztschr. 37, 2, 184.*

516.

Die Ritter Konrad und Dietrich genannt Gropen von Gudenberg verzichten, nachdem Otto, Konrad, Hermann, Ludwig und ihre Brüder, Grafen von Everstein, bei Auseinandersetzung ihres Erbes mit Zustimmung der Gemahlin Ottos Ermegarde dem Kl. Arolsen das Patronatsrecht in Witmare, Volkershem *und* Benuilte *geschenkt, zu Gunsten des Klosters, da sie die den Kirchen benachbarte Grafschaft* (comecia) *zu Lehen tragen, auf all ihre Anrechte an die genannten Kirchen. 1252.*

Zeugen: Symon electus Paderbornensis, Albertus de Scardenberg, Goswinus de Wethen, Theodericus de Mederike, Bodo de Horehusen, Antonius de Allenhosen, Albertus de Lutersen.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. in Arolsen. An Pergamentstreifen Bruchstück des Gudenbergschen Siegels. Gedr. Spilcker, Everstein UB. S. 100.

517.

Bischof Simon von Paderborn bestätigt einen von der Synode seines Bisthums erlassenen Beschluss über Zeugnissaussagen. (O. I. 1252—1277.)

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis in diocesi Paderbornensi constitutis, ad quos presens scriptum pervenerit, in Domino salutem. Notum esse volumus, quod in nostra synodo episcopali, prelatis, plebanis, sacerdotibus et laicis approbantibus, exstitit sententiatum, quod, cum scabinus de aliquo concivio et cives interrogati ab archidiacono vel suo nuntio, scabinus sub iuramento prestito et cives sub christianitate alicuius vel aliquorum suorum concivium, de quibus gravis orta est suspitio, nolunt vel

non audent propter timorem vel favorem denuntiare vel accusare, quod archidiaconus loci vel suus nuntius contra taliter diffamatos potest ex nomine procedere, ut se expurgent secundum consuetudinem synodi vel reos reddant, precipue cum in pluribus locis et maxime in oppidis offitium denuntiationis et accusationis a civibus miserrimis personis conmittatur et ubique tales prefitiuntur scabini, quorum iuramentis minus est credendum, scabini per ignitum ferrum et cives singulariter iuramento ad hoc prestito de dicenda veritate super eo videlicet, quod nichil sciant vel intellexerint dignum accusatione aut denuntiatione[1]) per archidiaconum et suum nuntium sunt compellendi. Et quia scabini et cives requisiti ab archidiacono vel suo nuntio istud nolunt facere, nos vestigiis nostrorum predecessorum, qui, sicut veraciter intelleximus, dictam sententiam approbarunt temporibus ipsorum latam, inherentes una cum nostro capitulo hoc, secundum quod exstitit sententiatum, approbamus precipientes firmiter ab omnibus observari.

[1]) *Or.* accusationi aut de — i.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 189. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

518.

Bischof Simon von Paderborn schlichtet Streit zwischen den Rittern Hermann und Iohann Bercule. Paderborn (O. I. 1252—1277).

Simon Dei gracia Paderbornensis episcopus et Bertoldus miles de Bracle omnibus hanc litteram inspecturis salutem in Domino sempiternam. Tenore presentium protestamur et cunctis cupimus esse notum, quod coram nobis et aliis viris nobilibus inter Hermannum et Iohannem milites dictos Bercule super duobus mansis, uno scilicet sito in Rotwardessen et alio in Holthusen, taliter est eisdem[1]) consentientibus ordinatum, quod dominus Iohannes cum uno milite dictos mansos, in reliquiis iuramento prestito, si voluerit, peterit obtinere, si minus, dominus Hermannus obtinebit eos prestito simili iuramento. Item de bonis sitis in Bertolderode inter prefatos milites sic est diffinitum, quod dominus Iohannes iam dictus ea sibi, iuramento facto cum tribus militibus assumptis, integraliter usurpabit. Si vero noluerit, dominus Hermannus similiter cum tribus militibus iuramento prestito dictorum bonorum partem dimidiam obtinebit. Item de bonis in Herninchusen, quod ea pater domini Iohannis ab ipsorum viro taliter comparavit, quod dominus Iohannes cum tribus militibus in reliquiis firmabit, quod dominus Hermannus nichil in eis iuris habebit, sed, si bona adeo cara ab aliquo ipsorum viro invenerit comparanda, ea poterit licite comparare, et si iterum iurare noluerit, dominus Hermannus datis quadraginta marcis dimidiam partem bonorum accipiet predictorum vel dominus Iohannes permittet, quod dominus Hermannus ab aliquibus eorum viris habebit bona in valore dictis bonis respondentia, que solummodo de suis manibus porrigentur. Actum et datum Paderborn presentibus et consentientibus domino Fritherico de Drivorde, domino Henrico scultheto de Susato, Thethardo de Rorstorp, Thiderico de Medereke, Udone de Wethen, Conrado de Godenborch, Gisone de Godenborch militibus et aliis quam pluribus. Ut autem talis ordinatio robur maioris firmitatis accipiat, presentem litteram nostris sigillis duximus roborandam.

[1]) *Or.* eidem.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 68. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Rotwardessen *lag bei Kalenberg (Spilcker, Everstein UB. S. 460 f.); Zeitschr. 31, II, 198 und 37, II, 189. Es gab noch ein gleichnamiges Dorf in der Nachbarschaft von Fronhausen (Wigand, Archiv V, 440). Die Rudera von* Holthusen *sind unter dem Namen Holsterburg noch bekannt; es war Ansiedlung und Burg in dem Thale, das sich von Kalenberg nach der Diemel, nahe ober Warburg, herunterzieht.* Bertolderode *ist wahrscheinlich Dorf Barterode bei Adelebsen (Spilcker, Everstein S. 191). Dagegen ist* Herninchusen *ohne nähere Anhaltspunkte nicht zu bestimmen, da der Orte dieses und ähnlichen Namens zu viele. (Spancken.)*

519.

Dechant und Kapitel von St. Peter und Andreas (Busdorf) in Paderborn bestätigen einen Pachtkontrakt gegen eine Fruchtlieferung vom Kl. Bredelar. 1253 Ianuar 2.

R(egenhardus) Dei gratia decanus totumque capitulum ecclesie sanctorum Petri et Andree Paderburnensis universis, ad quos presens scriptum pervenerit, in auctore salutis salutem. Protestamur et ad noticiam cupimus universorum pervenire, quod nos locationem bonorum in Essike cum suis pertinenciis ad nostram ecclesiam spectancium, que olim Gerlacus dictus Dickeber[1]) et filii sui possederunt, apud abbatem et conventum in Breidelar[2]), ordinis Cisterciensis, racionabiliter celebratam, ratam habemus et ea condictione volumus esse stabilitam, ut videlicet XXV mensure siliginis, tres tritici, una pise, que mensure Harehuseske scipel dicuntur, et XXX solidi legalis monete a prefatis abbate et conventu singulis annis ecclesie nostre pro annua pensione perpetuo persolvantur. In cuius rei memoriam presentem paginam sigilli ecclesie nostre munimine duximus roborandam. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°III. II°II Nonas Ianuarii.

[1]) Dickebor *Or.* [2]) *mit Abkürzungszeichen über* lar.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar 51. An von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen Bruchstück des Konventssiegels in weissem Wachs. Essike *(in den folg. Urkk.* Esbike*), eingegangener Ort in der Nähe von Bredelar. (Spancken.) Vgl. Urk. von 1206 hierüber, Seibertz, UB. I. Nr. 129.*

520.

Stift Busdorf bekundet Ueberlassung seines Gutes in Esbike *an Kl. Bredelar. Paderborn, Marsberg 1253 Ianuar 12.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Svederus Dei gratia prepositus, Regenhardus decanus et capitulum apostolorum Petri et Andree in Paderburne omnibus hanc litteram visuris eternam in Domino salutem. Dignum credimus et divine pietati placitum, ut ea, que agimus, iuxta seniorum decreta scriptis, sigillis et testibus memorie posteriorum firmiter imprimamus, quatinus eadem, que a nobis rationabiliter statuta fuerint, ab ipsis inviolabiliter serventur. Noverint idcirco presentes et posteri, quod Gerlacus et Elgerus fratres et coheredes filii Gerlaci Dikeberi, necdum adhuc milites nec pueros legitimos habentes, predium nostrum in Esbike situm, quod villicationis iure tenuerunt et possederunt, mediantibus honestis viris, videlicet Godescalco de Padhberg, Elgero de Dalwich et Alberto de Lutersen militibus, nostroque accedente favore, centum et octo marcas legalium denariorum a domino Widekyndo abbate de Bredelar et suo conventu, ordinis Cysterciensis, pro iure villicationis sue receperunt et in manus nostras una cum Bernardo clerico fratre eorum ipsam villicationem voluntarie resignarunt, omni iuri suo in ea habito publice cedentes eo modo, quatinus eandem villicationem fratribus monasterii iam dicti porrigeremus. Quapropter nos unanimi voluntate et consensu totius capituli nostri villicationem predii prefati cum omnibus pertinentiis suis, in agris videlicet cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, viis, inviis iam dicto abbati et suis fratribus de Breydelare ad annuam et perpetuam pensionem sollempniter porreximus in monasterio Montis Martis, ita videlicet, quod inde fratres cenobii predicti viginti et novem moldra Horhusensis mensure, viginti quinque siliginis, tria tritici, unum pise et triginta solidos legalis monete ecclesie nostre persolvent annuatim, denarios in die Galli, annonam ante festum Andree. Ut igitur conventionis huiusmodi contractus ratus perhenniter maneat et inconvulsus presentem paginam exinde confectam sub sigillorum nostrorum et ecclesie nostre appensione roboramus. Datum Paderburn. Acta sunt hec in monasterio Montis Martis anno gratie M°.C°C.LII°I., indictione XI, pridie Idus Ianuarii. Testes huius rei sunt: Thymo, prepositus Montis Martis et sui fratres, Iohannes de Borken et Bertoldus de Vesperde sacerdotes, milites: Alradus de Horhusen, Adam de Aspe, Hermannus de Pathberg, Theodericus de Horhusen, Bruno de Vesperde; burgenses de Monte Martis: Albertus de Mulhusen, Conradus monetarius, Bertoldus iudex, Ludolfus de Capella, Iohannes Wndengot, cives de Paderburne: Godescalcus de Soltkoten, Iohannes Feytelin famulus noster et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 52. An geflochtenen blauweissen Schnüren in weissem Wachs: 1) spitzovales Siegel des Propsts: Brustbild zweier Heiligenfiguren, darunter fünfblätterige Rose, Umschrift abgeblättert; 2) rundes des Stifts: 2 Köpfe, hh. Petrus und Andreas, Umschrift sanctus Petrus sanctus Andreas; *3) spitzovales: Gestalt mit Heiligenschein in der Linken Buch, die Rechte erhoben, Umschrift verwischt.*

521.

Graf Adolf von Waldeck und sein Sohn Heinrich überlassen die Vogtei über mehrere Güter in Esbike *dem Kl. Bredelar. Waldeck 1253 Ianuar 17.*

In nomine Domini amen. Universis Christi fidelibus hanc litteram videntibus Adolfus comes in Waldeke et Heinricus filius suus salutem et utriusque vite felicitatem. Quia omnem scrupulum obpressionis iniuste, qui ad nos vel heredes nostros spectare videtur, ita radicitus precidere volumus[1]), ne in periculum salutis nostre aut honoris aliquando suscitetur, noverint idcirco presentes et posteri, quod Gerlacus, Elgerus et Bernardus fratres, filii Gerlaci Dikeberi, advocatiam, quam de manu nostra tenebant, de bonis quibusdam in Esbike sitis cum omnibus pertinentiis suis ecclesie beatorum Petri et Andree in Paderburne villicationis iure pertinentibus nobis voluntarie resignaverunt, omni iuri suo in ea habito publice cedentes, ea conditione interposita, quod ad petitionem ipsorum et amicorum eorum eandem advocatiam cenobio Bredelarensi conferremus. Quapropter nos unanimi consensu et voluntate eandem advocatiam pro reverentia Domini nostri Ihesu Christi eiusque pie matris Marie virginis gloriose libere resignamus omnique iuri nostro, quod in ea habere videbamur, manifeste renuntiamus, offerentes eam sollempniter eidem claustro Bredelarensi, ordinis Cyst(erciensis), in honore iam dicte virginis et matris constructo, quatinus in villicatione eorundem bonorum, que fratres claustri prefati titulo emptionis comparaverunt, nullum impedimentum patiantur. Ne igitur hanc cessionem aliquis heredum nostrorum aut persona qualiscunque nomine hereditarii iuris vel hominii irreverenter immutare presumat imposterum, presenti scripto sigillis nostris munito id, quod fecimus, publice protestamur, non congnoscentes ullum ius aliquod vel potestatem in advokatia iam dicta habere. Datum Waldeke. Acta sunt hec anno gracie M°.CC°.L°III°., indictione XI, XV°I. Kalendas Februarii. Testes huius rei sunt milites et armigeri: Godescalcus de Pathberg et filius suus Hermannus, Elgerus de Dalwich et filius suus Ludolfus, Iohannes de Curbike, Alradus de Horhusen, Albertus de Lutersen, Conradus Bulemast, Lodewicus de Voele, Reinboldus de Rein, Waligo de Ense, Heinricus de Wormlon et alii quam plures.

[1]) volentes *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster Kl. Bredelar Nr. 53. An geflochtenen blauweissen Schnüren in weissem Wachs 1) rundes Siegel des Gr. Heinrich, achtstrahliger Stern, Umschrift: Secretum Henrici de Wald., *2) Siegel des Gr. Adolf.*

522.

Propst Otto von Kemnade tauscht gewisse zu einem Iahresgedächtniss bestimmte Güter gegen andere ein. 1253 Februar 6.

Otto Dei gratia prepositus Caminatensis omnibus hanc litteram inspecturis salutem in Domino. Temporalis exspirat actio, nisi robur accipiat a testibus et a scripto. Noverint igitur presentes et futuri, quod nos areas duas, quas dominus Werno a Gernando milite comparavit, quia vicine erant orto, pro utilitate ecclesie ipsas adiecimus orto; unde cum idem Werno ipsas areas contulerit ecclesie ad suum anniversarium peragendum, nos hoc immutare nolentes, alias duas areas in restaurum assignavimus pro predictis, unam prope cimiterium duos solidos solventem, aliam prope curiam inferiorem quatuor solidos solventem. Ne autem succedente tempore nos vel posteri nostri id aliqua mali occasione violare presumant, presentem paginam ad roborandum huiusmodi factum conscribi et sigilli nostri appensione fecimus communiri. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LII°I., indictione XI, VII°I Idus Februarii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Kemnade Nr. 6. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

523.

Der erzbischöflich Kölnische Notar Gottschalk verzichtet zu Gunsten des Kl. Hardehausen auf sein Corveyer Lehen in Kessenich. Köln (1252) 1253 Febr. 8.

Viris venerabilibus et in Christo dilectis .. abbati et conventui monasterii in Hers(wi)dehusen, Cisterciensis ordinis, Paderbornensis dyocesis, magister Godescalcus, notarius domini Coloniensis archiepiscopi, quicquid potest obsequii, cum sincera in Domino caritate. Bonum zelum pariter et affectum, quem ad vestrum semper gessi monasterium atque gero, cupiens ostendere per effectum,[1]) feodum illud, quod a domino abbate et conventu Corbeyensi habui de bonis in Kestenich, que nunc vos habetis, et inde competere michi posset, vobis do libere et reporto pro anime mee remedio et parentum meorum, vestris proinde me oracionibus recommendans. Datum Colonie VI. Idus Februarii, anno Domini M°.CC°.L°II°.

[1]) *Vorher scheint ein* et *zu stehen, doch passt dieses nicht in die Satzkonstruktion.*

Or. stark verblasst im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 88. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Gedr. Wigand, Archiv I², 65.

524.

Elekt Bruno von Osnabrück gestattet der Kirche in Enger die Verbesserung ihrer Präbenden. Osnabrück (1252) 1253 Februar 14.

B(runo) Dei gratia Osnaburgensis electus dilectis in Christo filiis decano et capitulo ecclesie Angarensis salutem in salutis auctore. Cum vos propter tenuitatem prebendarum vestrarum pensiones mansorum et domorum quarumdam ecclesie vestre auxeritis colonis invitis, nostrum ad hoc petivistis assensum. Nos igitur vos et ecclesiam vestram dilectione foventes speciali, factum vestrum gratum habemus et ratum auctoritate presencium confirmantes, discretioni vestre injungentes, ut Deo devocius et instancius, a quo et per quem subsistunt omnia, famuletis; crescentibus enim donis debent et crescere rationes donorum. Datum Osnabrug[1]) anno Domini M°.C°C.LII., XVI. Kalendas Marcii.

[1]) *Or.* Osnabr̄.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Johann und Dionys zu Herford. Nr. 11. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

525.

Elekt Bruno von Osnabrück gestattet der Kirche in Enger auf Grund päpstlichen Indults den Umtausch von Zehnten. Osnabrück (1252) 1253 Februar 15.

B(runo) Dei (gratia)[1]) Osnaburgensis electus dilectis in Christo filiis decano et capitulo ecclesie Angarensis salutem cum sincera in Deo caritate. Vobis et ecclesie vestre nobis specialiter dilecte auctoritate prensencium indulgemus, quod secundum formam vobis a domino papa in litteris specialibus indultam redimatis decimas, quas poteritis, in nostra dyocesi de manibus laicorum, et si alicubi videritis expedire propter majorem utilitatem ecclesie vestre, bona alia pro decimis commutetis, ad que per presentes litteras nostrum habeatis consensum pariter et assensum. Ratum etiam et gratum habemus, si quas decimas a laicis recepistis in pignore seu tenetis. Datum Osnabrug[2]) anno Domini M°.CC°.LII°., XV. Kalendas Marcii.

[1]) gratia *fehlt Or.* — [2]) *Or.* Osnabr̄.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Johann und Dionys zu Herford. Nr. 10. Siegel und Befestigung ab. Vgl. UB. IV, 421 und V, 845.

526.

K. Wilhelm bestätigt dem Kl. Helmarshausen die von seinen Reichsvorfahren ertheilten Privilegien. Köln 1253 März 5.

. . Huius rei testes sunt hii: venerabiles C(onradus) Coloniensis archiepiscopus, Th(eodericus) Vironensis episcopus, (Widekindus) Mindensis electus, nobiles viri Th(eodericus) comes de Clive, A(dolfus) comes de Waldeke, A. et C. domini de Brakele, Erbordus comes Tremoniensis et alii quam plures . . .

Gedr. Winkelmann, Act. imper. ined. saec. XIII Bd. I. Nr. 546 (a. d. Or. im Staatsarchiv zu Marburg). A. et C. *(bei* Brakele) *von anderer Hand und Dinte nachgetragen und zwar irrig, da es zu jener Zeit keine des Namens gab, es wird vielmehr* Wernerus et Bertoldus *oder* Hermannus *heissen müssen. Reg. Böhmer-Ficker, Reg. imp. V. 5150.*

527.

Bischof Simon von Paderborn kauft von Ritter Albero von Herstelle und seinem Bruder Berthold Vogtei- und andere Rechte in mehreren Dörfern. 1253 März 10.

Symon Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus tam presentibus quam futuris perpetuam in Domino salutem. Tenore presencium omnibus innotescat, quod nos discretorum virorum et principaliter ministerialium nostrorum usi consilio ab Alberone milite de Herstelle et Bertoldo fratre suo et coheredibus ipsorum ius villicationis et advocatie in Hegenhus [1]) et ius locationis et conductionis, que besettinge [2]) et entsettinge vulgariter appellantur et omnia iura, que in villicatione Herstelle, Werissen, Horbruche, Rodenbeke et in Boffessen, sive fuerint in agris, pratis, pascuis, viis et inviis, silvis et in aquis, nichil sibi vel aliquibus coheredibus suis in predictis retinendo, emimus nobis et ecclesie nostre Paderburnensi proprietatis et dominii iure perpetuo retinenda sexaginta marcis pro precio constitutis, de quibus viginti marcas solvimus in presenti et de redditibus villicationis nostre in maiori Dasburg dictis Alberoni, uxori et Rikence filie sue obligavimus iure pheodali retinenda, triginta quinque moltra annis singulis persolvenda, donec ipsis a nobis vel a successore nostro quocumque quadraginta marce fuerint persolute. Habent eciam liberam potestatem predictam pecuniam, cui voluerint, conferendi. Preterea duos mansos de villicatione Hegenhus, qui dicuntur Lathoue, dicto Alberoni et uxori sue usumfructum, qui vulgariter dicitur liftugt, dimisimus tempore vite sue. Nos vero capitulum, quia prescripta omnia de voluntate et consensu nostro et ministerialium ecclesie nostre ordinata et consummata sunt, eciam sigillum ecclesie nostre duximus apponendum. Nos quoque Hermannus abbas, Strigerus prepositus, Albertus prior et conventus Corbegensis ecclesie et nos decanus et capitulum Noue Ecclesie, Paderburnensis diocesis, ab Alberone milite et Bertoldo fratre suo et uxoribus ipsorum rogati in omnium prescriptorum perpetuam memoriam sigilla nostra duximus apponenda. Acta sunt hec presentibus Conrado nobili viro de Sconenberg, Hermanno comite de Badenburg, Bertoldo, Wernhero et Hermanno dictis de Brakele, Ludolfo de Herse, Ameluncho de Paderburne, Henrico de Gummere, Udone, Bertoldo et Olrico dictis Sumercalf, Alrado de Begterdessen, Alberone de Wellethe, Henrico camerario, Olrico de Wlfersen militibus, Iohanne de Nedere, Alexandro et Conone dictis de Nedere, Arnoldo Scrapen, Conrado milite de Etlen, Gerhardo et Conrado dictis de Etlen, famulis et aliis quam pluribus, anno Domini M°.C°C. quinquagesimo tercio, sexto Idus Marcii.

[1]) Hegenhosen *B.* [2]) besentinge *A u. B.*

Zwei Originalausfertigungen (A. u. B) im Kgl. St.-A. Münster, Fsttl. Paderborn Nr. 190, von denen die eine (B) fast ganz zerstört ist. An A an Pergamentstreifen in weissem Wachs Siegel des Bischofs. Rodenbeke *lag zwischen Herstelle und dem Solling in der Dasselischen Grafschaft Nienover; der Zehnte daselbst war Eigenthum der Hersteller Kirche. (Wigand, Arch. IV, 377 u. Testament Bischof Simon 1277.)*

528.

Symon Paderburnensis episcopus et A(dolfus) de Waldeke, *Zeugen in Belehnungsurk. König Wilhelms für B. Otto II. von Münster mit Vechta. Köln 1253 März 23.*

Gedr. UB. III, 552.

529.

Pröpstin Gisla v. Böddeken überträgt das der Propstei zustehende Küchenamt Böddeken 1253 April 7.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Gisla Budicensis preposita omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quorum inspectioni presens scriptum exhibitum fuerit, sive qui eius inter-

pretationem audierint, utriusque vite salutem. Quoniam ea, que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, scripta in memoriam perhibeantur, hinc est, quod notum esse cupimus, quod Hermanno bone memorie filio domine Elizabeth viam universe carnis ingresso matri predicte in officio coci, quod se de prepositura dicebat habiturum, nichil iuris recognoscimus vel de iure recognoscere tenebamur, sed ad peticionem et ad nimiam instanciam domini Bertoldi iuvenis de Buren et aliorum quamplurium militum et laicorum predicte domine Elizabeth dictum officium, quamdiu viveret, libere et quiete contulimus cum suis pertinenciis possidendum et ea mortua idem officium libere ad manus prepositisse rediret[1]) conferendum. Tali conditione adiecta, ut vir eius Elias se fideliter ad omne negocium exponeret, quod huic officio coci attineret, vel quod domina preposita talem in loco suo substitueret, qui defectum et absenciam predicti viri suppleret. Ut autem hec collatio solemniter ordinata labente tempore et similiter a memoria non labatur humana, vel in posterum ab aliquo heredum possit maliciose revocari, presens privilegium sigillo ecclesie nostre et domine Iutte abbatisse rogamus communiri. Testes huius rei sunt: Iutta abbatissa, Rikece decana, Alheidis celeraria, Hilleka custos, Ludolfus ecclesie nostre canonicus; milites vero dominus Bertoldus iuvenis de Buren et Bertoldus clericus frater suus, Ludolfus dapifer suus, Regnike de Sinestorp, Bruno de Burchlere, Conrait pincerna, Meggerus de Grafem, Conrat de Bruclere, Conrat Madeuel(t), Bernhart de Holthusen, Hermann Nacke, Thetmar pistor et alii quam plures. Datum Budiken anno Domini M°.CC°.L°. tercio, feria secunda post Iudica.

[1]) redieret *Kop.*

Nach dem Böddeker Kopiar fol. CCLVv im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg.

530.

Papst Innocenz IV. beauftragt den Kantor von Busdorf in Paderborn, dem Kleriker Iohann, Sohn Ekberts von Batenhorst, für den Elekt (Bruno) von Osnabrück und Edelherr (Bernhard) von der Lippe bei ihm sich verwendet hätten, eine Pfründe in der Diöcese Münster zu verschaffen. Perugia 1253 April 9.

Gedr. UB. V, 528.

531.

Heinricus de Driburch, Otto de Eversten, Volcwinus de Sualenberg *Zeugen in Urk. Bischofs Heinrich I. von Hildesheim für Domstift. Hildesheim 1253 April 19.*

Gedr. Doebner UB. der Stadt Hildesheim I, 196 Nr. 131; Ztschr. des hist. Vereins für Niedersachsen 1859 S. 71.

532.

Genannte Grafen und Ritter bekunden Güterverkauf an Kl. Berich. 1253 Mai 1.

Conradus de Hebelde, comes[1]) morans in Maden, A(dolfus) comes de Waldeke, C. de Elbene, H(inricus) advocatus de Glizberg et Wernherus de Byscopeshusen milites. Ne ea, que fiunt in tempore, per lapsum temporis oblivionis capiant detrimentum, ad universorum noticiam duximus litteris presentibus transferendum, quod Ditmarus et Conradus fratres et domina Benigna mater eorum et eius filia cum suis progenitis dicti de Grincenbach bona sua omnia, que in Manderen habuerunt, cum capella, hominibus, silvis, aquis, pratis, paschuis et omnibus aliis suis pertinentiis preposito et conventui monialium in Beriche, ordinis sancti Augustini, pro quadraginta duabus marcis argenti proprietatis titulo vendiderunt, in ipsos eorundem bonorum dominium transferentes et renuntiantes ipsis bonis omni iuri suo in provinciali placito Maden pure et liberaliter coram nobis. De predicta autem pecunia prefati mater et filii cum filia eidem cenobio ob reverentiam beate Katherine virginis marcas XIIII relaxarunt. Nam dicti prepositus et conventus ad preces eorum sepedicte matri in monasterio eorum prebendam contulerunt liberaliter propter Deum. Et ne in posterum super hiis aliquod dubium oriatur, presentem paginam cum subscriptione testium de voluntate parcium et assensu nostris sigillis duximus muniendam.

Huius rei testes sunt: Sibodo de Ittere, Lodewicus de Vohele, Lodewicus Hyemps, Gumpertus de Kuskene, Henricus de Anreph, Gumpertus frater eius, Cuno de Holthem milites; Helewicus Undorftes, Rodolfus de Holtheim.[2]) Sequntur autem testes, qui protestantur, quod Gerlacus et uxor sua nec non et filii eorundem omni iuri suo in villa Willincgeshusen integre renuntiarunt: Volpertus Sverzel et filii sui Volpertus et Conradus, Henricus Centherre, Devorator, Bruno Buchsorge et frater suus Rouoldus[3]), dominus Bruno de Aldendorp, Hartradus, Andreas sacerdotes et alii quam plures. Actum anno Domini M°.CC°.LIII°.[4]) Kal. Maii.

[1]) *Beide Male* coīn. [2]) *Von hier an mit anderer Dinte.* [3]) Renoldus? [4]) *Vor* Kal. *ein Strich.*

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. Von den 5 angehängt gewesenen Siegeln ist noch an 3. Stelle das dreieckige Werners von Bischofshausen, schrägrechts Schildeshaupt mit fünf Lappen, darunter eine Lilie, und an 5. das am Obertheil abgebrochene dreieckige Konrads von Elben, Baumstamm, an welchem links in Lilie auslaufende Aeste, erhalten.

533.

Abt Hermann von Corvey übergibt nach Resignation des Grafen Heinrich von Blankenburg und seiner Frau Engelburg die Vogtei über beide Gröningen, Kroppenstedt und Ammendorf, ausserdem Münze in Kroppenstedt, denarios cervisie *und Zoll, an das Hochstift Halberstadt. Prior Albert, Propst Striger und Konvent von Corvey geben dazu ihre Einwilligung. 1253 Mai 7.*

Or. im Kgl. St.-A. Magdeburg. Siegel an gelbrothen Seidenfäden 1) des Abts fehlt; 2) des Konvents sehr schön erhalten, rund, Gemmenkopf, Umschrift: Sanctus Vitus martyr. *Neudruck Schmidt, Halberst. UB. II, 874. Abt Hermann von Corvey gibt dem Hochstift Halberstadt Gewähr für die in vor. Urk. erwähnte Ueberlassung. (Halberstadt 1253 Mai 7.) Or. im Kgl. St.-A. Magdeburg. Gedr. Schmidt, Halberst. UB. II, 875.*

534.

Bischof Ludolf von Halberstadt gewährt Abt Hermann von Corvey und seinen Nachkommen zum Dank für die Ueberlassung der Vogtei in Gröningen, Kroppenstedt und Ammendorf u. s. w. den Genuss einer Präbende in der Domkirche zu Halberstadt, so oft sie in jene Gegend kommen, sowie einen Hof in Ammensleben. Halberstadt 1253 Mai 13.

Or. im Kgl. St.-A. Magdeburg. Von den an rothgelben Seidenfäden angehängten Siegeln nur Bruchstück des bischöflichen erhalten. Gedr. Falke, Cod. trad. Corb. 711. Neudruck Schmidt, Halberst. UB. II, 877.

535.

Kardinalpriester Hugo, päpstlicher Legat, gestattet dem Kl. Arolsen, dass es zu niemands Provision gezwungen werden kann, wenn nicht in der von ihm gewährten Benefizverleihung dieses Privileg erwähnt wird. Lüttich 1253 Mai 14.

Frater Hugo miseratione divina tituli sancte Sabine presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, dilectis in Christo preposito, priorisse ac conventui monialium in Aroldessen, ordinis sancti Augustini, Paderburnensis dyocesis, salutem in Domino. Cum religiosi — ea precipue perducimus ad effectum, que possunt illos a dispendio preservare. Vestris igitur devotis supplicationibus inclinati, auctoritate vobis presencium indulgemus, quod ad provisionem cuiusquam compelli aliquatenus non possitis per litteras nostras impetratas, per quas non sit ius alicui super beneficiis ad collationem nostram spectantibus acquisitum, vel eciam impetrandas, que de indulgencia presenti et toto tenore ipsius plenam et expressam non fecerint mencionem. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre concessionis — incursurum. Datum Leodii II. Idus Maii, pontificatus domini Innocentii pape IIII. anno decimo.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An rothgelben Seidenfäden in gelbem Wachs am Rande verletztes spitzovales Siegel des Legaten, stehende Gestalt, mit beiden Händen ein Buch vor der Brust haltend. Umschrift: . . . *fratris* S. Sab*ine presbyteri* card*inalis. Auf dem Rücken von der Hand des Urkundenschreibers* Conradus.

536.

Kardinalpriester Hugo, päpstlicher Legat, bestätigt dem Kl. Arolsen das Patronatsrecht in Witmar. Lüttich 1253 Mai 27.

Frater Hugo miseratione divina tituli sancte Sabine presbyter cardinalis, apostolice sedis legatus, dilectis in Christo preposito, priorisse ac conventui monasterii in Aroldessen, ordinis sancti Augustini, Paderbornensis diocesis, salutem in Domino. Horum vota favore prosequi benigno debemus, qui spretis huius mundi vanitatibus et relictis in castris claustralibus se claudendo dignum impendunt Domino famulatum. Lecta siquidem vestra nobis petitio continebat, quod olim nobilibus viris Conrado de Eversteyn et fratribus comitibus iure patronatus ecclesie de Witmare, Moguntinensis diocesis, quod tenebant in feudo a pie memorie domino S(ifrido) archiepiscopo Moguntinensi, in manibus ipsius archiepiscopi libere cedentibus, idem archiepiscopus sui capituli accedente consensu ecclesiam ipsam cum iure patronatus huiusmodi et pertinenciis suis vobis et monasterio vestro ad sustentacionem vestram, prout spectabat ad ipsum, provida deliberatione concessit, prout in litteris super hoc confectis dicitur plenius contineri. Vestris igitur peticionibus inclinati, quod ab eodem archiepiscopo provide factum est, in hac parte gratum et ratum habentes, id auctoritate presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis — incursurum. Datum Leodii sexto Kalendas Iunii, pontificatus domini Innocentii pape quarti anno decimo.

Nach Transsumpt der Iudices sancte Moguntine sedis *vom 23. Iuni 1268 im Kopiar I. des Klosters Arolsen fol. 14v auf der Fürstl. Wald. Domänenkammer in Arolsen, und ebenda in Transsumpt von 1285 fol. 12v. Vgl. oben Nr. 469.*

537.

Graf Otto von Everstein übergibt dem Erzbischof Gerhard von Mainz Güter in der Diöcese Paderborn unter der Bedingung, dass er gewisse Güter bei Geismar dem Kl. Hardehausen übertrage. Fritzlar 1253 Iuni 28.

Otto Dei gratia comes de Euerstene universis hoc scriptum audituris salutem in Domino. Tenore presentium protestamur et recognoscimus, quod nos venerabili domino Gerhardo, Maguntine sedis archiepiscopo, dedimus duos mansos de nostro proprio apud villam Menne, Paderburnensis dyocesis, sitos et eosdem ab ipso in feudo recepimus eo pacto, ut trium mansorum et duple partis decime montis Sutberg apud Gesmariense oppidum proprietatem conferret abbati et conventui in Hersuithehusen. Quos videlicet tres mansos cum duabus partibus decime montis Sutberg Albertus miles de Calden a supradicto domino nostro archiepiscopo in feudo habuit et eidem legitime resignavit; unde idem dominus noster, cooperante nobis domino Heindenrico vicedomino de Rusteberg, inclinatus nostris et iam dicti militis precibus, prefatos tres mansos et duple partis decime montis Sutberg antedicti supradicto conventui in Hersuithehusen contulit in proprietatem perpetuo possidendam, translata proprietate sua et dominio ad eosdem. In cuius facti memoriam et debitam firmitatem sigilli nostri munimine hanc paginam duximus roborandam. Datum Frithslarie anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio, quarto Kalendas Iulii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 91. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Gedr. mit Auslassungen Spilcker, Everstein UB. S. 102. Vgl. Falckenheiner, Ueber die ältesten Grenzen der Diöcesen Mainz und Paderborn in Ztschr. f. hess. Gesch. I, 154; Will, Reg. archiep. Magunt. II, 32, Nr. 61.

538.

Erzbischof Gerhard von Mainz bestätigt vorerwähnte Urkunde. Fritzlar 1253 Iuni 28.

Gerhardus Dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius dilectis in Christo .. abbati et conventui in Hersuidehusen, Cisterciensis ordinis, Paderburnensis diocesis, salutem in Domino. Cum dilectus patruus noster, Otto comes de Euersten, duos mansos de suo proprio apud villam Menne, Paderburnensis diocesis, sitos nobis resignaverit et a nobis et nostra ecclesia in feodo receperit eo (pacto)[1]), quod nos tres mansos et duas partes decime montis Sutberg apud Gesmar nostrum oppidum, quos Albertus de Calden miles, fidelis noster, in feodo habuit, vobis et vestro monasterio in proprietatem traderemus. Nos vestris et ipsius militis precibus inclinati, prefatos tres mansos et duas partes decime montis Sutberg antedicti vobis et vestro monasterio in proprietatem perpetuam conferimus, receptis aliis duobus mansis et concessis in feodo loco decime et mansorum predictorum. In cuius facti memoriam et debitam firmitatem presens scriptum sigillo nostro vobis tradimus communitum. Datum Fritslarie anno Domini M°.CC°.LI°II., III°I Kalendas Iulii, pontificatus nostri anno tercio.

[1]) *fehlt; ergänzt aus Text vor. Urk.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 92. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Reg. Spilcker, Everstein, UB. S. 103 mit Dat. 1254 Iuni 28. Reg. Will, Reg. archiep. Magunt. II, 321 Nr. 62. Nach dem Or. könnte auch LIIII, IIII Kal. Iul. *gelesen werden, aber mit Rücksicht auf vorige korrespondirende Urk. und denselben Ausstellungsort kann nur wie oben datirt werden. Darnach ist also der Amtsantritt Gerhards vor 1251 Iuni 28 zu setzen. Vgl. Will a. a. O. Einleitung S. LVI.*

539.

Opidum Heruordiense *wird u. a. bei einem Vertrag Herzogs Albrecht von Sachsen-Lauenburg mit der Mindener Kirche wegen der Burg in Sachsenhagen von den Personen und Städten ausgenommen, gegen die beide einander beistehen wollen. Hitzacker 1253 Iuli 24.*

Neudruck Hasse, Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urkk. u. Regg. II, 46.

540.

Edelherr Bernhard v. d. Lippe erneuert ein Privileg der Bürgerschaft in Lemgo, welches den Webern das ellenweise Verkaufen des Tuches verbietet. Lemgo 1253 October 21.

B(ernhardus) nobilis Dei gratia de Lippia omnibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Notum esse cupimus universitati vestre, quod nos burgensibus nostris in Lemego eiusdem iuris privilegium innovavimus, videlicet de pannorum lanutextorum incisionibus et aliorum textorum, que in domibus suis fieri faciunt, quo privilegio burgenses nostri in Lippia gaudere cognoscuntur, ita quod eis singulas ulnarum incisiones plenariter precipimus inhibere, cum verum pannos suos ad comparationem eorumdem valori possint transmutare. Datum Lemego anno Domini M°.CC°.LIII°, decimo[1]) Kalendas Novembris undecim milium virginum et martyrum festivitate.

[1]) *Verschrieben statt* duodecimo? Und. mil. virg. fest. = XII. Kal. Nov. *So auch Druck bei Grupen.*

Or. im Besitz des Kaufmannsamts in Lemgo. An von der Urkunde abgeschnittenem Pergamentstreifen in weissem Wachs grosses rundes Reitersiegel des Edelherrn (wie Abbildung in Lipp. Regg. I, Taf. 6). Druck Grupen, Or. Germ. III, S. 225 aus Kopie. Reg. Lipp. Regg. I. Nr. 279, wo auf die erstmalige Führung des Titels Dei gratia *hingewiesen wird, und Hans. UB. I, Nr. 463.*

541.

Geistlicher Iohann gen. Iude überweist eine von ihm gekaufte Rente der Iohanniskapelle bei der Stadt Paderborn. Paderborn 1253 Oktober 23.

Noverint tam presentes quam futuri, quod ego Iohannes presbiter dictus Iudeus a Iohanne filio Philippi, fratrueli meo, de consensu uxoris sue et heredum suorum XVIII denarios in area domus

Hermanni Bennonis de meo comparavi in festo Iacobi perpetuo persolvendos, quos capelle sancti Iohannis sub urbe pro remedio anime mee assignavi. Et ne hoc aliquis ausu temerario audeat infringere, presens scriptum sigilli capituli ecclesie sanctorum Petri et Andree Paderbornensis munimine de voluntate ac consensu eorundem petivi roborari. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LI°II., mense Novembris, presentibus testibus ad hoc rogatis Hildeboldo scolastico, Volquino cellerario, Thiderico, Arnoldo, canonicis ecclesie sanctorum Petri et Andree, Henrico Elegast, plebano in Dorslo, et aliis quam pluribus, coram quibus dictus Iohannes et uxor sua memorata prefatos denarios areales in manibus meis et dicti scolastici et celerarii et Henrici resignavit. Datum Paderborne X. Kalendas Novembris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 191. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Auf dem Siegelstreifen Anfang einer Urk.: H. thesaurarius Pader(bornensis), archidiaconus in Natesungen, plebano in Eddesen in Domino salutem. Quia Thetmarus . . .

542.

Genannte leisten Gewähr wegen des von Eberhard Wolf von Gudenberg dem Kl. Arolsen verkauften Zehntens zu Helsen. 1253.

Adelungus de Schardenberg, Theodericus Grope de Scardenberg, Wernherus dictus de Godenburg omnibus hoc scriptum cernentibus notum fieri volumus, quod nos ad peticionem domini Euerhardi Lupi de Godenburg super collatione quarte partis[1]) decime sue in Helsen, quam ecclesie Aroldensi mediantibus decem marcis in vadimonio contulit, quousque ab ipso memorato E(uerhardo) vel suis heredibus a prefata ecclesia Aroldensi X marcis legalium denariorum redimatur; ne quis vero super hiis contra iamdictam ecclesiam iure ecclesiastico vel aliquo gravamine malignari presumat, fidem damus cum ipso et pro ipso.[2]) Ut igitur hoc factum ratum sit et robore stabilitatis munitum, per litteras sigillis nostris roboratas fideliter protestamur. Actum anno Domini M°.C°C.LI°II. Solutio in festo Andree apostoli.

[1]) quarta parte *Or.* [2]) *So der schwerfällig konstruirte Satz im Or.*

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in dunkelgelbem Wachs 1) dreieckiges Siegel mit nach rechts aufgerichtetem Wolf, Umschrift: † Sigillum Adeluntgi de Scarden. *2) dreieckiges mit einem auf drei Beinen stehenden Topf und Henkelgriff; von der Umschrift nur noch wenige Buchstaben erkenntlich; 3) dreieckiges Siegel, senkrecht getheilter Schild, rechts nach links aufgerichteter Löwe, links drei Querbalken. Umschrift:* † Sigillum Werheri de Goden.

543.

Dietrich Wolf von Gudenberg bestätigt dem Kl. Arolsen den Verkauf des Zehnten in Helsen durch seinen Bruder. O. I. (1253).

Theodericus Lupus dictus de Godenburg omnibus hanc paginam inspecturis salutem. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, solet ea prudentum industria scripture memorie commendare. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod partem quartam decime in Helsen fratris nostri E(uerhardi) de Godenburg, que ecclesie Aroldensi ab ipso fratre nostro E(uerhardo) in vadimonio pro X marcis collata est, ratum habemus, insuper fidem cum aliis suis fideiussoribus dantes, ne aliquis super hiis ipsam ecclesiam iure ecclesiastico vel seculari gravamine possit inpetere. In cuius rei testimonium hanc litteram cum appensione sigilli nostri donavimus. Solutio huius decime erit in festo Andree apostoli.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An vom Pergament der Urk. eingeschnittenem Streifen in gelbem Wachs Bruchstück vom dreieckigen Siegel des Ausstellers: der Maueranker. Vgl. vor. Nr.

544.

Dem B. Simon von Paderborn wird der Zehnte in Hassvorde für Kl. Amelunxborn resignirt. 1253.

Venerabili domino suo S(imoni) Paderburnensis ecclesie episcopo L(udolfus) de Arnem paratam ac debitam ad obsequia voluntatem. Tenore presentium protestamur, quod decimam in Haversuorde, quam de

manu vestra in pheodo tenuimus, vobis resignamus, tali sane pacto, ut eandem ecclesie in Amelungesbornen porrigatis. Certissime eciam promittimus, quia hoc, quod iam scripto fecimus, manu et lingua nos facturos cum proxime copiam habere poterimus ad vestram presentiam veniendi. Datum anno Domini M°.CC°.LIII°.

Aus Amelunxborner Kopiar II. fol. 47 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Gr. Ludwig d. Ä. von Everstein hatte 1252 zu Everstein namens des genannten von Arnem von dessen Lehnsmann die Auflassung des Zehnten in Hassvorde zu Gunsten des Kl. Amelunxborn entgegengenommen. Reg. Spilcker, Everstein UB. S. 100. 1253 bekundet auch Ludwig d. Ä. von Everstein die Überlassung eines Zehnten in Hauersvorde *seitens Ludolfs v.* Herichhusen *und seines Sohnes Heinrich an Kl. Amelunxborn. Zeugen:* Conradus miles de Paderborn, milites Heinemannus et Conradus dicti Dapiferi et eorum frater Hermannus adhuc famulus. *Reg. Spilcker, Everstein UB. S. 103 f.*

545.

Abt Hermann von Corvey überträgt dem Herbold von Amelunxen verschiedene früher anderweitig verpfändete, jetzt von ihm eingelöste Corveyer Lehngüter. 1253.

Hermannus Dei gratia Corbeyensis abbas omnibus hanc paginam inspecturis salutem in Domino. Temporalis exspirat actio, nisi robur accipiat a testibus et a scripto. Noverint igitur presentes pariter et futuri, quod bona quedam ad abbatiam nostram pertinentia, scilicet diurnale servicium in Lutmarsen et curias in Sancto Monte et viginti solidos graves in Meinbergh et indaginem Rodensike cum omnibus suis pertinentiis ab antecessore nostro abbate Thetmaro, Iohanni de Paderburne[1]) et suis heredibus obligata, Hereboldo de Amelungessen, qui ea redemit, et suis heredibus in feodo porreximus, tali videlicet condicione, ut, si nos vel successorum nostrorum aliquis ipsa bona reemere disposuerit, ipse Hereboldus vel sui heredes liberum ad hoc suum prestabunt consensum, eorum arbitrio relinquentes, si quam nobis tunc vel successoribus nostris gratiam faciant de predictis. Que ut rata permaneant et inconvulsa, presentem paginam in testimonium conscribi fecimus sigillorum nostri et ecclesie nostre munimine roboratam. Cuius rei testes sunt: Strigerus prepositus noster, Albertus prior, Henricus decanus Noue Ecclesie, Hermannus scolasticus eiusdem ecclesie, Albertus[2]) plebanus in Godelmen; layci: Herboldus de Boffessen, Arnoldus de Hauersuorde, Allexander de Gundelsen, Hugo de Suthem, Thimmo comes, Bertrammus de Stamme, Karolus de Mengodessen, Arnoldus de Porta, Guntherus de Hethewigessen, Thidericus marscalcus et consules Huxarienses. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LI°II., ordinationis nostre anno X°XX.

[1]) *Durch* p *ein Strich* = per. [2]) Abbertus *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Corvey Nr. 100. Die beiden Siegel von den angehängten Pergamentstreifen abgefallen. Thymo comes (de Huxaria) *wird erst wieder erwähnt 1278 April 11, vgl. Urk. unter d. Datum u. UB. IV, 323 (1243)* Themo, *Sohn des Gr. v. Höxter.*

546.

Abt Hermann von Corvey schenkt zu seinem Anniversar einen Novalzehnten an Kl. Schaken. 1253.

Hermannus Dei gratia Corbeiensis abbas omnibus hanc litteram inspecturis salutem in Domino. Temporalis exspirat actio, nisi robur accipiat a testibus et a scripto. Notum igitur esse cupimus, quod nos affectum hunc, quem gerimus circa ecclesiam nostram in Schaken, volentes perhibere per effectum, de consensu ecclesie et ministerialium contulimus ecclesie in Schaken decimam novalium, que ruborum et lignorum exstirpatione facta est in Honscheth prope Schaken, in proprietate ipsam simul cum denariis inde dandis perpetuo possidendam, ita, quod anniversarius noster inibi indesinenter et solemniter peragatur cum decima supradicta. Quod ut firmum et inviolabile maneat tempore succedente, presentem paginam in geste rei testimonium ac robur perpetuum, nostro et ecclesie nostre sigillis pariter fecimus

communiri. Cuius rei testes sunt: Albertus prior, Strigerus prepositus, Henricus camerarius, Albertus infirmarius et totus conventus Corbeiensis; laici vero: Bernhardus de Dalwig, Giselerus et Wigandus de Methebeke et plures alii. Datum et actum anno Domini M.CC.LIII.

Aus Overhams Coll. II. fol. 86v im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

547.

Der Abt zu Helmwordeshusen *belehnt Berthold Schuwen mit vier Hufen Landes zu Messerhausen(?). 1253.*

Nach Repertorium des Gräfl. Westphalenschen im Jahre 1848 verbrannten Archivs zu Fürstenberg, wo Original vorhanden gewesen.

548.

Äbtissin Jutta von Böddeken bekundet, dass Menger v. Graffem durch Rechtsspruch aller angeblichen Rechte auf ein Hofamt bei der Äbtissin verlustig erklärt sei. 1253.

In nomine sancte et individue trinitatis. Jutta Dei gracia Budecensis abbatissa universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in salutis auctore. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod, cum causa verteretur inter nos et Mengerum de Graffhem de officio suo, quod se dicebat in curia nostra habiturum et nos contradicendo ipsi negaremus,[1]) tandem eandem causam in iure terminandam per consilium discretorum virorum terminum, scilicet diem beati Thome Canthuariensis, prefiximus eidem, ad quem venire contempsit, cum idem M(engerus) presens fuit[1]) et predictum diem acceptasset et ei cum ministerialibus nostre ecclesie parata essem ad omne ius exhibendum, quod ministeriales nostri dicerent esse iuris. Et sepius vocatus venire contempsit. Tandem Giselbertus dominus de Mathuelde per sentenciam compulsus fuit, ut definiret, quod per absenciam Mengeri nobis et ecclesie nostre iuris accresceret, qui ministerialibus nostris vocatis et eorum usus consilio dicebat nos et ecclesiam nostram a causa illa liberam et absolutam. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, presentem paginam inpressione sigilli ecclesie nostre et nostri fecimus roborari. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LIII°. Testes huius rei sunt: Gisla preposita, Rikecce[2]) decana, Alheidis celeraria, Ludolphus sacerdos; laici: Bertoldus advocatus noster, Bruno de Buriclere et Conradus filius, Giselbertus de Mathuelde et filius suus Giselbertus, Ber(n)hardus de Bodrike, Conradus de Andepe, Conradus de Bůren, Conradus filius Kristine, Horadus iudex, Lambertus de Bůren, Andreas de Vesperde et alii quam plures.

[1]) *So Kop.* [2]) Ridiecce *Kop.*

Aus Böddeker Kopiar fol. 32v im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg.

549.

Edelherr Heinrich von Waldeck bestätigt den Verkauf des halben Zehnten in Laterfeld an Kl. Bredelar seitens des Grafen Adolf, seines Vaters. 1253.

Ego Heinricus nobilis vir dominus in Waldeke. Insinuatione presentium publice protestamur, quod, cum pater noster A(dolfus) comes de Waldeke gerris et debitis coartatus cenobio in Breidelari medietatem decime in Latervelde pro centum et V marcis venderet, ne in patrimonio nostro iacturam maiorem pateremur, eandem venditionem ratam habuimus et nunc presenti littera ratificantes pleno iure per omnia donationem patris nostri et domini nostra etiam donatione, sicut congruit, affirmamus. Ne vero predictum monasterium ab aliquo prorsus in posterum inquietari valeat, presens scriptum sigilli nostri signaculo ipsis fratribus dedimus communitum et sigillo civitatis in Corbike consignatum. Datum anno M°.C°C.L°II°I.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar No. 50. An Pergamentstreifen in weissem Wachs: 1) beschädigtes Siegel des Edelherrn H. v. W., nur der achtstrahlige Stern zu erkennen, Umschrift verwischt; 2) in Umschrift beschädigtes Siegel der St. Corbach wie Westf. Siegel II, 78 Nr. 3. Verkaufsurk. des Gr. Adolf oben Nr. 458.

550.

Graf Heinrich v. Oldenburg belehnt seinen Burgmann (in Vlotho) Hermann v. Kalldorf mit einem Salzhause in Salzuflen. Vlotho 1253.

H(enricus) Dei gratia comes de Oldenburg omnibus, ad quos presentes littere pervenerint, in eo, qui salus est omnium, salutem. Noverint tam posteri quam presentes, quod nos domino Hermanno dicto de Callenthorpe nostro castellano domum unam in Scolthuflem sitam, in qua sal semper decoquitur, in feodo porreximus perpetuo possidendam. Ut autem huiusmodi nostra donatio a nobis et a nostris successoribus rata et inconvulsa[1]) permaneat, presentem paginam super[2]) confectam sigilli nostri munimine fecimus annotari. Testes sunt hii: Iordanus Clauier, Alexander Berhalst et alii quam plures. Datum in castro Vlotoe anno Domini M°.C°C°.L°II°I.

[1]) inconfulsa *Or.* [2]) *Hier fehlt ein Wort, wahrscheinlich* hoc *oder* eo.

Or. im Fürstl. Lipp. Archiv zu Detmold. An Pergamentstreifen Siegel: drei fünfblättrige Rosen mit zerstörter Umschrift. Reg. Lipp. Reg. 1, 197 Nr. 280.

551.

Bei Sicherstellungsurk. Konrads von Everstein für Kl. Lippoldsberg wegen Schenkungen des frühern Erzbischofs Siegfried von Mainz als Zeugen genannt: L(udouicus) comes de Dassele, dominus C(onradus) de Sconenberg, dominus abbas de Helmwordeshusen. *1253.*

Or. im Kgl. St.-A. Marburg Kl. Lippoldsberg.

552.

Schultheiss und Rathmänner der Stadt Freienhagen versprechen mit Einwilligung des Grafen Adolf von Waldeck und seines Sohnes Heinrich, welche mit einem Achtel des Zehnten daselbst Kl. Volkhardinghausen belehnt haben, davon jährlich 45 Scheffel Korn zu liefern. 1253.

Sculthetus, consules universique cives opidi in Vrienhayn omnibus tam presentibus quam posteris notum facimus et presentium testimonio protestamur, quod nos de pleno consensu domini A(dolfi) comitis de Waldeke et H(enrici) filii sui de octava parte decime eorum ibidem, quam idem nobiles cenobio in Volchardinghusen pro triginta marcis infeodarunt, XLV modios annone Curbikiensis mensure singulis annis persolvere omni dolo cessante promissimus expedite, non obstante eo, quod, si comes in posterum aut filius suus, quod absit, factum tale aliqua occasione pretenta proponant immutare, nihilominus ad persolutionem annone predicte sumus obligati. Huius rei testes sunt: Waltherus miles de Siwardi(n)ghusen, Heinricus miles, Conradus et Albertus fratres de Siwardi(n)ghusen, Thomas de Vole, Conradus de Malberg, Heinricus magister civium, Ordemarus miles, Conradus de Rickersbroke, Gerhardus de Ense et alii quam plures. Et ne talis promissio aliquo modo possit infringi, presentem literam sigillo domini nostri comitis et civitatis nostre fecimus roborari. Datum anno Domini M°.C°C.LII°I.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs 1) rundes Siegel des Grafen Adolf wie Abbildung Varnhagen Fig. II.; 2) rundes der Stadt Freienhagen, sitzende Gestalt, in der Rechten das erhobene Schwert, in der Linken anscheinend an einem Ringe ein achtstrahliger Stern. Gedr. Varnhagen, Grundlage u. s. w. UB. S. 94.

553.

Abt Hermann von Corvey gestattet dem Kl. Schaken die Einlösung des verpfändeten halben Zehnten in Fürstenberg und trifft Bestimmungen über Rückzahlung der übrigen Summen, welche Corvey an Schaken schuldet. 1253(?).

Hermannus Dei gratia Corbeiensis abbas universis hanc paginam inspecturis salutem in Domino. Notum esse cupimus, quod nos medietatem decime in Vorstenbergh, quam Thidericus de Horhusen fidelis

noster a nobis tenuit pro damno, quod accepit in werra, scilicet quinquaginta quinque marcarum, adhibito super eo ecclesie nostre consensu, preposito et conventui in Scaken computatis ad has quinquaginta quinque marcas decem marcis, quas quondam idem propositus dedit, assignamus et concedimus redimendam ab ipso Thederico de Harhusen, adiectis huic summe ex parte nostra quindecim marcis, ita quod prepositus et ecclesia in Scaken eiusdem decime medietatem pro universis debitis, quibus ecclesie tenebamur eidem, pro octoginta marcis teneat tamdiu, donec redimamus ab ecclesia supradicta. Si autem nos vel successores nostros eandem decimam redimere contigerit, tunc prior et prepositus Corbeienses cum preposito in Scaken, qui pro tempore fuerit, ordinabunt et statuent solutionem, quomodo secundum qualitatem vel quantitatem temporis sit ipsa decima redimenda. Quam solutionem nos vel successores nostri in festo Walburgis exhibebimus ecclesie sepedicte. Postquam autem absoluta fuerit hec ipsa decima, ipse tamen prepositus et conventus decem et octo muddos frumenti ratione capelle in Vorstenberg iu ipsa decima retinebunt. Ut autem omnia hec, que prescripta sunt, firma permaneant et inconvulsa, presentem paginam in geste rei testimonium nostro et ecclesie nostre sigillis fecimus communiri. Huius rei testes sunt: Albertus prior, Strigerus prepositus, Henricus camerarius et totus conventus Corbeiensis. Laici vero: Bernardus de Dalwich, Giselerus, Wi(n)gandus de Medebike et alii quam plures. Datum anno Domini M.CC.LXIII.

Aus Overham's Coll. II. fol. 84v im Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Das Datum ist irrig. Abt Hermann starb 1254. Dass sein Name nicht verschrieben, bekunden die Zeugennamen Albertus prior *u. s. w. Vergl. Urk. von 1252 Iuli 13 (oben Nro. 493); eine längere Frist ist wohl seit der dort bekundeten Verhandlung vergangen. Wahrscheinlich ist 1253 zu lesen.*

554.

Propst Heinrich von Weissenstein bekundet Güterverkauf an Kloster Arolsen. Weissenstein 1254 Ianuar 2.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Omnibus hanc litteram visuris Henricus Dei gratia Wizensteinensis ecclesie prepositus totusque ibidem conventus in Domino salutem. Notum fore cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos unanimi voluntate et consilio bona quedam, que habuimus in villa Durlere, que ecclesie nostre cum filiabus Ade militis dicti de Aspe erant collata et per aliquos annos quiete possedimus, eodem Adam mediante, heredibus eorundem bonorum consentientibus, claustro in Aroldessen, cui ipsa bona pro situ suo contigua erant et commoda, pro triginta et duabus marcis legalium denariorum cum omnibus pertinentiis suis, agris videlicet cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus vendidimus, omni iuri nostro in eisdem bonis habito sollemniter renuntiantes; et cum predicta summa quedam alia bona ecclesie nostre viciniora et commodiora comparavimus perhenniter sine omni impulsione Domino largiente possidenda. Ne ergo predictum claustrum super huius emptionis legitime contractu possit quoquomodo imposterum molestari, in signum habitionis rati et warandie presentem cartam ipsi dedimus sigillo ecclesie nostre communitam. Insuper ob maiorem firmitudinem, cum predicta bona in Durlere Monti Martis sint contigua, sigillo et testimonio consulum eiusdem Montis Martis hoc etiam scriptum cupimus roborari. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.LIV°., indictione XII. Datum Wizensteine quarto Nonas Ianuarii. Testes huius rei sunt: Alradus miles de Horhusen et Bodo filius suus, Arnoldus de Roderikessen miles, prefati Ade gener, Conradus de Yburg magister consulum Montis Martis, Bertoldus iudex, Ludolfus de Capella et Henricus filius suus, Godefridus de Eleren, Hermannus de Flessenger, Lubbrandus sartor, Wigandus et Winandus fratres de Scerve, Volnandus, Hermannus superius theatro, Heinricus Cruso, Heinricus et Hermannus fratres de Odenhusen, Bertoldus et Helmwicus fratres de Huxoria, Iohannes Wundengoth, Iohannes monetarius, Machorius, Gerlacus de Thwiste, Helmicus Morel, Sigenandus, Richbertus et consules omnes in Monte Martis et alii quam plures.

Aus Spilckers Handschriften im Besitz d. hist. Ver. f. Niedersachs. in Hannover. Bd. 18, S. 41. vom jetzt in Arolsen nicht auffindbaren Or. An Urk. hingen zwei Siegel aus braungelbem Wachs 1) des Klosters, Heiligenbild mit Umschrift: Sancta Maria in Wisenstein; *2) Siegel der Stadt Marsberg.*

555.

Papst Innocenz IV. beauftragt den Scholaster Hermann von Nigenkerken (bei Höxter), dem Kanonikus Iohann von Lübeck, Kleriker des Herzogs von Braunschweig, eine Pfründe in der Bremer Kirchenprovinz zu verschaffen. Lateran 1254 Ianuar 28.

Gedr, UB. V, 532.

556.

Die Bischöfe Otto von Münster und Simon von Paderborn schliessen einen Vertrag mit dem Grafen Adolf von Waldeck, wonach alle Zwistigkeiten abgethan sind und eine Ehe zwischen dem Grafen und ihrer Schwester Ethelind verabredet wird. Waldeck 1254 Februar 14.

In nomine Domini amen. Otto Dei gracia Monasteriensis, Symon eadem gracia Paderbornensis episcopi, Adolphus comes de Waldeke, Henricus et Widikindus nati eiusdem comitis, omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in eo, qui salus est omnium et solamen. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod hec est et erit ordinatio sive compositio super discordiam inter nos, videlicet Paderbornensem episcopum et dictos comites habita, que mediantibus personis subscriptis ad hoc iuramento constrictis, videlicet domino Bertoldo comite de Scigenhagen, Regenhardo de Ittere, Alberto de Scardenberg, Godescalco de Pathberg, Elgero de Dalewic, Lodewico de Voele, Ioahin plebano de Vilse, Gerungo notario comitis Adolphi, provide ac laudabiliter est inventa, quod nos Monasteriensis et Paderbornensis episcopi per consensum amicorum nostrorum inter dictum A(dolphum) comitem de Waldeke et Ethellendym sororem nostram contractum matrimonii faciemus et cum ipsa duo milia marcarum usualis monete in dotem statutis temporibus eidem comiti persolvemus.[1]) Nos vero comes A(dolphus) trecentas marchas, quas in curte Suerte nomine dotis cum uxore nostra defuncta nomine Sophia, et octingentas marcas, quas in comicia Wildunge optinemus, et sexcentas marcas, quas ego Herricus natus eiusdem comitis cum uxore mea Methelde in dotem accipio, pro iam dictis duobus milibus marcarum in communes usus absque omni differentia reponemus. Ethellendis autem predicta cum Henrico et uxore sua et heredibus eorundem medietate dominii castrorum et oppidorum Waldeche, Goldenberg, Cůrbeke, nobilibus et ministerialibus ac omnibus eidem dominio pertinentibus pleno iure gaudeant et ea cum suis heredibus in perpetuum possidebit[2]) et que auxiliante Domino et amicorum suorum adiutorio ex utraque parte poterunt in edificiis, structuris, redditibus et quibuscunque aliis comparari, ad usus equales per omnia convertentur. Si vero dictam E(thellendim) absque ullo herede mori contigerit, ipsum dominium cum omnibus supradictis ad Henricum et eius heredes sine contradictione qualibet revertetur. Si autem Henricus absque herede mortuus fuerit, pars ipsius ad Widikindum fratrem suum redibit. Item si comes Adolphus decesserit herede non habito de Ethellende predicta ipsa E(thellendis) usufructum suum et pretaxatam partem dominii, quoad vixerit, libere optinebit. Item si, quod absit, Henricus et Widikindus absque heredibus decesserint, totum dominium ad Ethellendim et eius heredes per omnia convertetur. Adiectum est etiam, quod nos Monasteriensis et Paderbornensis episcopi, comes Conradus de Retberg, Bernardus iunior de Lippia[3]) cum duodecim militibus fide data domino A(dolpho) de Waldeke et filio suo promittere debemus, quod pro supradictis duobus milibus marcarum triginta milites fideiussores dabimus statutis temporibus persolvendis. Item quatuor obsides in locum domini Paderbornensis mittentur, quousque, ut dictum est, prenominati milites statuantur. Item adiectum est, si nos Monasteriensis et Paderbornensis caucionem fideiussoriam per triginta milites faciendam ante festum Walburgis non expleverimus, cum duodecim militibus oppidum Kůrbeke intrare debemus, inde non exituri, nisi per triginta milites memorata caucio sit completa. Simili modo condictum est,

quod nos comes de Woldeke predium Sunrike et comiciam in Widen, que a nobis alienata fuerunt, rehabebimus. Advocatias vero, quas sub lite tenuimus, quieta pace domino Simone Paderbornensi episcopo durante possidebimus, ita quod de cetero contradictoriam non patiamur. Positis autem triginta fideiussoribus nos Monasteriensis, Paderbornensis episcopi, comes Conradus, Bernardus Lippensis et illi quatuor obsides cum duodecim militibus nobis adiunctis de iuramento et fide data erimus absoluti. Ut autem hec ordinatio rata et inconvulsa permaneat, presens scriptum sigillis nostris, videlicet Monasteriensis et Paderbornensis episcoporum, Adolphi et Henrici de Woldeke fecimus communiri. Datum et actum Woldeke anno Domini M°.C°C.L°III°I., XVI. Kalendas Martii.

[1]) persalv. *Or.* [2]) *So Or.* [3]) Lippa *Or.*

Or. im Besitz des Regierungsraths Heitmann in Münster. Siegel und Befestigung fehlen; nur das erste und vierte scheinen angehängt gewesen zu sein. Die Einschnitte zum Anhängen des zweiten und dritten sind so klein, dass sie kaum benutzt sein können. Die Abmachungen wahrscheinlich im Hinblick auf die drohende grosse Paderborn-Kölner Fehde getroffen. Die als zweite Gemahlin Adolfs v. W. in Aussicht genommene Ethelind zur Lippe gänzlich unbekannt. Adolfs erste Gemahlin war Sophie zur Lippe. Schon Varnhagen, Grundlage u. s. w. Stammtafel spricht, allerdings irrig, von zwei Gemahlinnen Adolfs.

557.

Äbtissin Ida von Herford übereignet der Kirche in Enger ein ihr nach Meierrecht zustehendes Haus gegen eine von altersher darauf beruhende Frucht- und Honig-Abgabe. Herford 1254 April 16.

Ida Dei gratia Heruordensis ecclesie abhatissa omnibus in perpetuum. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod domum quandam in Stenboke, quam Heinricus ministerialis ecclesie nostre, filius Heinrici dicti Husman, iure villicacionis a nobis et ecclesia nostra tenuerat et decano et conventui ecclesie Angarensis pro viginti sex marcis vendidit de consensu et voluntate matris sue, fratrum suorum et omnium, quorum assensus fore utilis credebatur, qui omnes coram nobis et coram conventu nostro et ministerialibus quam pluribus, quicquid in premissa domo et eius attinenciis iuris vel commodi habere videbantur, cum dicto Heinrico in manus nostras liberaliter renunciaverunt, nos de consensu conventus nostri in conventum et ecclesiam Angarensem cum pascuis, pratis, agris et lignis et omnibus attinenciis ipsius domus perpetuo transtulimus et contulimus salva pensione, quam ex antiquo de ipsa domo ecclesia nostra recepit, ita, ut conventus ecclesie Angarensis celerarie nostri conventus perpetuo quatuor modios tritici et duas urnas mellis per mensuras consuetas, tres oves et novem denarios congruis temporibus solvat annuatim. Ut igitur hec nostra et conventus nostri donatio perpetua maneat et infracta, presentem paginam nostro et conventus nostri sigillis roboratam dedimus sepedicte ecclesie Angarensi in robur et testimonium donationis facte. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto, XVI. Kalendas Maii, Godescalco, Syfrido, Hermanno, magistro Conrado, clericis, Iohanne de Pader(borne), Iohanne Gograuio, Volcmundo, Conrado de Bege, Gerardo de Sunninchusen, Iohanne camerario, militibus, et aliis quam pluribus presentibus. Datum Heruorde, anno et die predictis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Iohann u. Dionys in Herford Nr. 12. An Pergamentstreifen an erster Stelle spitzovales Siegel der Äbtissin: sitzende Frauengestalt mit Schleier, in der Rechten ein Buch, in der Linken ein Palmzweig; zweites Siegel abgefallen.

558.

Edelherr Bernhard zur Lippe gibt tauschweise dem Kl. Herzebrock für das Haus Heithörster (Hethoes) *das Haus Spork* (Sporke). *Unter den Zeugen die Ritter* Iohannes de Lippia *und* Hermannus de Lippia. *1254 Mai 4.*

Or. im Fürstl. Bentheimischen Archiv zu Rheda, Herzebrock Nr. 17. Reitersiegel Bernhards; Umschrift abgebröckelt. Ausführliches Reg. Lipp. Regg. I, 198 Nr.281. Vgl. UB. III, 573, Lipp. Regg. I, 199 Nr. 284 u. unten zu 1254 über Verkauf des Hethues.

559.

Graf Adolf von Waldeck Zeuge König Wilhelms für Bischof Widukind von Minden. Datum in castris in depopulatione Westfrisie *1254 Mai 18.*

Gedr. Schaten ad annum. Reg. Böhmer-Ficker, Regg. imp. 5187.

560.

Stift Corvey übergibt dem Edelherrn Hermann von Warberg Eigenthum über die Güter in Nenstede. *1254 Iuni 1.*

Hermannus Dei gracia Corbeiensis abbas, A(lbertus) prior, St(rigerus) prepositus totusque eiusdem ecclesie conventus omnibus hoc scriptum visuris salutem in eo, qui salus omnium. Notum facimus et pupplice protestamur, quod nos tocius capituli nostri fideli accedente consensu nec non et ministerialium nostrorum adhibito consilio et consensu proprietatem bonorum ecclesie nostre in Nenstede, sicut condictum et a nostris familiaribus, preposito scilicet nostro, Alberto et Herboldo fratribus de Amelungsen, fide data est compromissum, domino Hermanno nobili viro de Werberge et suis heredibus transmittimus et in ipsorum resignamus manus, sicut nostra tunc temporis possedit ecclesia, et secundum quod in privilegiis nostris est conscriptum, libere in perpetuum possidendam. Hoc igitur peracto et perfecto promisso amicos nostros supradictos pro tali data fide ab omni accione deinceps volumus et credimus esse inmunes. Ut autem geste rei noticia non lateat, presens scriptum fecimus appensione sigillorum nostrorum roborari. Datum anno Domini M°.CC°.L°IIII°., in die Nicomedis, amen.

Or. im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. An Pergamentstreifen das Abts- und Konventssiegel. Nenstede *wüster Ort bei Ingeleben. Da Abt Hermann hier und ferner genannt wird, ist die Angabe bei Moyer, Verzeichniss der deutschen Bischöfe S. 129 und Grote, Stammtafeln S. 504 irrig, dass Abt Hermann v. Holte 1254 April 6 (bez. März 6) gestorben sei.*

561.

Bischof Simon von Paderborn tauscht mit Äbtissin Ida von Herford Ministerialen. Heerse 1254 Iuni 10.

S(imon) Dei gratia Paderbornensis episcopus dilecte in Christo domine I(de) abbatisse ecclesie Heruordensis cum sincere caritatis affectu in Domino salutem. Tenore presencium protestamur, quod nos Sophiam uxorem Iohannis militis de Busce, ecclesie nostre ministerialem, contradimus ecclesie vestre, Lutgardim uxorem Alberti filii gograuii de Tetmele, que vestre fuit ecclesie ministerialis, pro ipsa in concanbium recipientes. Datum Herisie anno Domini M°.C°C.L°. quarto, II°II. Idus Iunii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 50. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Vergl. Gesch. der v. d. Bussche Reg. Nr. 14.

562.

Abt Hermann von Corvey schenkt dem Kl. Wennigsen auf Ersuchen des Edelherrn Moritz von Spiegelberg das Obereigenthum an acht Hufen zu Argestorf (Erchestorp) *und einer halben Hufe bei Wennigsen belegen, welche die Ritter Lippold, B(asilius?) u. Iohannes von Escherde ihm resignirt haben; doch soll der Propst zur Rekognition dieser Schenkung anderthalb Talente Wachs dem h. Vitus liefern und jene Kirche das Fest des h. Vitus wie das des h. Augustinus feierlich begehen.* Testes: Albertus prior, Strigerus prepositus, Heinricus camerarius, Heinricus cantor et totus conventus noster, Mauricius nobilis de Spegelbergh et alii quam plures. *1254 Iuni 12.*

Gedr. Scheidt, Vom Adel, Mant. doc. S. 266. Hodenberg, Calenb. UB. Archiv Wennigsen, Nr. 29. S. 20 (nach dem Original).

563.

Bischof Dietrich von Wierland nennt sich in Ablassurkunde für Kl. Welver: Monasteriensis et Paderbornensis episcoporum, quorum vices gerimus. *Arnsberg 1254 Iuni 29* (In die sanctorum Petri et Pauli — pont. nostri anno octavo).

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Welver Nr. 27.

564.

Elekt Bruno von Osnabrück tauscht mit Äbtissin Ida von Herford Ministerialen. Iburg 1254 Iuli 8.

B(runo) Dei gratia Osnaburgensis electus venerabili I(de) abbatisse Heruordensi salutem cum sincera in Domino caritate. Theodericum de Horegen cum tribus pueris suis ministerialibus ecclesie nostre in concambio recipimus a vobis et ecclesia vestra, in permutatione vobis et ecclesie vestre dimittentes Cristinam dictam de Lonethe cum tribus pueris eius, que prius nobis et ecclesie[1]) nostre cum eisdem pueris iure ministerialium fuit astricta. Et hec presentibus protestamur. Datum Yburch anno Domini M⁰.C⁰C.LIII⁰I., die Kiliani et sociorum eius.

[1]) *ecclesia* Or.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 51. Siegel sammt Befestigung verloren.

565.

Abt Hermann und Stift Corvey übergeben dem Edelherrn Hermann von Warberg das Amt in Nenstede *und vier daselbst gelegene Hufen. Braunschweig 1254 Iuli 14.*

Hermannus Dei gratia abbas, A(lbertus) prior, S(trigerus) prepositus totusque Corbeiensis[1]) ecclesie conventus universis Christi fidelibus, ad quos hec littere pervenerint[2]), salutem in Domino. De negociis gestis consulte conscribimus[3]) litteras, quia, si oblivio intervenerit, rei geste veritas recolligitur ex scriptura. Notum igitur esse cupimus tam futuris quam presentibus[4]), quod nos ecclesie nostre necessitate inducti officium nostrum[5]) in Nenstede[6]) cum omnibus pertinenciis[7]), videlicet advocatiam[8]), silvis, agris et pascuis aquarumque decursibus, terris cultis et incultis, ecclesias[9]) cum hominibus ad ipsum officium pertinentibus necnon omnia bona, ubicunque sita sunt, contulimus[10]) domino Hermanno nobili viro de Wereberge et suis heredibus cum omni proprietate et dominio, utilitate ac iure, quibus nostra gaudebat ecclesia libere, perpetuo possidendum. Insuper in eadem villa quatuor mansos, quos a nobis tenebat, iure proprietario eciam eidem conferimus possidendos[11]). Ut autem factum nostrum firmum permaneat et stabile perseveret, presens scriptum sigillis nostris duximus roborandum. Recepimus autem[12]) a[13]) dicto domino Hermanno[14]) trecentas marcas viginti quinque minus examinate pecunie ad bona alia ecclesie nostre utiliora et magis vicina et commoda collocandas. Testes huius rei sunt: Strigerus prepositus, Albertus, Herboldus[15]), Lippoldus fratres de Amelungessen[16]), Alexander de Gundelsem[17]), Thidericus pincerna et frater suus Fr(edericus) de Horehusen[18]), Conradus dapifer, Thidericus marscalcus[19]), Arnoldus de Porta, Bernardus de Dalewig[20]), Thidericus de Mederick[21]), Bodo de Horehusen[22]), Conradus de Dorstat, Wlradus[23]) de Hessenem, Bernardus[24]) de Indagine, comes Ludolfus de Wunesthorpe[25]), Wlterus de Barbůge[26]), Henricus de Homburg[27]), Ludolfus de Esbeke[28]) et frater[29]) et alii quam plures. Actum Brun(swic) anno gracie millesimo C⁰C.L⁰IIII., II. Idus Iulii[30]).

Or. im Herzogl. Braunschweig. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Siegel des Abts und Konvents an Pergamentstreifen. Eine zweite (B) und dritte (C) Ausfertigung von gleicher Hand, mit denselben Siegeln an Pergamentstreifen, haben folgende Abweichungen:

[1]) Corbeiensis abbas, A(lbertus) prior, St(rigerus) prepositus totusque eiusdem. [2]) presentem paginam inspecturis. [3]) scribimus. [4]) tam presentibus quam futuris. [5]) bona ecclesie nostre. [6]) *Hinter* Nenstede: vacantia, que ipsius ville rusticorum aratris excoluntur, officium quoque nostrum in eadem villa. [7]) p. suis. [8]) advocatiam *fehlt*

[9]) ecclesiam. [10]) mansos eciam seu quecunque bona libera, que tunc temporis nostra possedit ecclesia, ubicunque sita, que ad ipsum officium per inent. [1]) *B hat folgenden Zusatz:* Cum omni advocatia, quam a nobis tenuit, libere contulimus perpetuo possidenda, ea videlicet conditione mediante, quod dominus Bodo de Barem et Bodo filius eius, Reingardis quoque matertera ipsius, ministeriales nostri, heredibus ipsorum exclusis suo iure, quod in memorato officio a nobis hactenus habuerunt et deinceps a dicto domino H. et suis heredibus tenebunt, quoad vixerit, non priventur, hoc etiam addito, quod, si aliquis in dictis bonis, quod non speramus, eosdem ex parte ecclesie nostre inquietare temptaverit, tam nos quam successores nostri, prout iustitia dictaverit, ipsos tenebimus warandare. [14]) enim. [12]) a seped. [14]) pro bonis memoratis. [15]) Hereboldus. [16]) Amelungsen. [17]) Gundeshem. [18]) Fridericus de Horhusen. [19]) marchalcus *B*, marschalcus *C*. [20]) Dalewigh. [21]) Mederike. [22]) Horhusen. [23]) Ulradus B, Volradus *C*. [24]) Bernhardus. [25]) Ludolfus de Wustorp *A*, Ludolfus de Wustorp *C*. [26]) Wlterus de Barboge. [27]) Hombruhg *B*, Honborhg *C*. [28]) Hebeke *B*, Esbeke *C*. [29]) eius. [30]) Acta sunt hec in Brusvihc (Brunsvihc *C*) anno Domini M°.C°C°.L°I°I°I°I° (quinquagesimo quarto *C*), II. Idus Iulii feliciter amen.

Ueber andere Ueberlassung derselben Aussteller an Hermann v. Warberg vgl. oben Nr. 560. Bei der Unbestimmtheit der Ausdrücke daselbst ist schwer zu entscheiden, ob jener Akt dem vorliegenden vorangegangen oder nachfolgt. Da aber Nicomedes meist auf Iuni 1, viel seltener September 15 fällt, ist ersteres angenommen worden.

566.

Bischof Simon von Paderborn fordert die Gläubigen seiner Diöcese zur Unterstützung des Kl. Falkenhagen auf. 1254 August 18.

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus dilectis in Christo universis ecclesiarum rectoribus per diocesin Paderbornensem constitutis, quibus presens scriptum fuerit exhibitum, Domino bonis operibus complacere et ad eterne lucis pascua pervenire. Largitatis gratia signumque dilectionis et clementia gratuite bonitatis aperte per eos demonstratur, quorum consilio et auxilio necessitas indigentium sublevatur. Unde cum dilecta in Christo abbatissa et conventus sancte Marie in Valkenhagen, Paderbornensis diocesis, ordinis Cisterciensis, que merito quasi unum de potioribus membris ecclesie Paderbornensis nuncupatur, nunc propter nimiam paupertatem, quam sustinent, alias se transferre cogantur, quod utique ecclesie Paderbornensi, que predictas dominas ab aliena diocesi evocavit, nimis esset ignominiosum, si propter ipsarum recessum mater nostra, videlicet ecclesia Paderbornensis, claudicare videretur in aliquo membrorum suorum principalium, nos tribulationibus et miseriis ipsarum, sicut decet, compatientes, nuntios predicti conventus vestre pietati duximus transmittendos, rogantes et in Domino consulentes, quatenus intuitu solius Dei, cui, sicut scitis, nocte et die sunt absque aliqua intermissione deservientes, divinam clementiam pro ecclesia universali deposcentes, ipsos apud vestros subditos omni diligentia, qua potestis, promoveatis, ut vestro auxilio et vestrorum subditorum opitulamine predictarum dominarum indigentia fulciatur, ita ut etiam quilibet eis eleemosynam suam transmittens omnium bonorum operum, que in dicto fiunt conventu, particeps efficiatur et ad contemplationem eterne vite recipi mereatur. Et ne quis consilium et auxilium ipsis impendens premio defraudetur, cum principum premia largissime sint dividenda, excepta indulgentia, quam dominus papa eisdem contulit, nos episcopus, ut indulgentia quadraginta dierum cum una carena[1]) ex parte ecclesie nostre nuntii dicti conventus utantur, decrevimus licentiare, precipue cum omnia inter amicos sint participanda, qui se adversitatis onere et promotionis diligentia tenentur ad invicem supportare, et utique tam clericus quam laicus adamantem in pectore gerere videretur, qui tantarum matrum tribulationibus et paupertati in nullo compateretur. Et quia rigorem iustitie excellit dulcedo misericordie, omnibus vobis sacerdotibus, qui in dicto negotio fideles fueritis et devoti, quicquid ex negligentia seu torpore contra Deum et ordinem nostrum in horis canonicis omisistis, de misericordia Domini, qui superexaltat iudicium, misericorditer duximus indulgendum. Datum anno Domini M°.CC°.L°.IIII°., feria III post assumptionem beate virginis.

[1]) carrena *Abschr.*

Aus Strunck's Not. crit. p. 464 auf der Theodor. Bibl. in Paderborn. Reg. Lipp. Regg. II, 15 Nr. 486.

567.

Kl. Falkenhagen stiftet eine Gebetsbruderschaft für alle Wohlthäter des neuen Klosters unter Angabe der zu diesem Zwecke verliehenen Ablässe. O. I. (Nach 1254 August 18.)

Venerabilibus dominis archiepiscopis, episcopis, prepositis, decanis, plebanis et universis ecclesiarum rectoribus, laicis quoque fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, prepositus, abbatissa et conventus grisei ordinis montis sancte Marie in Valkenhagen Domino bonis operibus complacere et ad eterne lucis pascua pervenire. Largitatis gratia signumque dilectionis et clemencia gratuite bonitatis aperte per eos demonstratur, quorum auxilio et consilio necessitas indigencium sublevatur; quantumque locum obtineat elemosina inter opera karitatis, docente veritate cognovimus, ubi ait: Date elemosinam et omnia vestra munda erunt, que eciam, sicut aqua ignem, ita peccatum extinguit. Unde cum ad honorem Iesu Christi et intemerate virginis matris ipsius novellam plantationem in loco deserto ceperimus edificare, nec ad officina et necessaria ibidem construenda proprie suppetant facultates, karitatem vestram ac benignitatem cum multis suspiriis imploramus suppliciter ac devote, quatinus pro reverencia Iesu Christi et ob dilectionem prefate virginis Marie matris misericordie, patrone nostre, per cuius partum Deus finem imposuit morti, cuius eciam auxilio omnes in precipicii gurgite iacentes eiusque patrocinia prestolantes ab imminentibus peccatorum periculis non dubitent liberari, que Theophilum ab ipsis faucibus diaboli liberavit, necessitatem ecclesie nostre oculo misericordie respicere curetis et nobis compassionis viscera dignemini demonstrare, nuncios nostros promovendo, cum ad vos venerint pro fidelium elemosinis colligendis, ut apud ipsum, qui afflictorum gravamina respicit oculo pietatis, eternam expectare retributionem debeatis. Innotescat eciam Iesu Christi sueque matris amatoribus, quod nos ad pleniorem circa nos karitatem vestram excitandam salubrem et, ut speramus, Domino placentem de communi consensu capituli nostri statuimus fraternitatem, videlicet ut qualibet die dominica missa salutis, sabbato de domina nostra pro vivis, qualibet secunda et quarta feria pro defunctis misse decantentur, omnibus diebus vigilie exceptis maioribus festis, bis eciam in ebdomeda cum psalmis septem et letania corporales recipiantur discipline, in quadragesima et in adventu Domini, exceptis diebus dominicis, quingenta psalteria quolibet anno perficiendo legantur, ut, si quid forte in horis debitis neglectum est, orationum assiduarum interventu pro parte suppleatur, ut salvemur pro invicem exorantes, preterea participatione bonorum omnium, que nobiscum eciam in quatuor aliis claustris nostri ordinis fiunt, omnes, qui nostram receperint fraternitatem, gaudere cupientes. Dominus itaque papa omnibus benefactoribus ecclesie nostre XL dies de iniuncta penitencia misericorditer relaxat. Dominus Hugo tituli sancte Sabine presbiter cardinalis XL, dominus Maguntinus XL, dominus Coloniensis XL, dominus Bremensis XL, dominus Paderburnensis XL, dominus Hildensemensis XL, dominus Th(eodericus) Vironensis XL, eciam integram karenam, quorum litteras ad loca diversa mittere non audemus propter multa incommoda, que sepius ambulantibus in via solent evenire.

Or. im Fürstl. Lipp. Archiv zu Detmold. An rothen Seidenfäden Siegel des Klosters: Muttergottes auf dem Thron sitzend, mit Jesuskind auf dem Schoss, in der Rechten eine Lilie; Siegelfeld von grünem Wachs, eingelassen in weisses Wachs, auf welchem die schlecht erhaltene Umschrift steht. Rücksiegel: über Dreipass Muttergottes mit Kind, unterhalb knieender Bischof vor Altar mit Kelch. Reg. Lipp. Regg. I, 192 Nr. 269 zu (nach 1251). Unsere genauere Datirung ergibt sich aus folgendem: Unter den Ablassverleihern wird neben Theodericus Vironensis *(vgl. Urk. von 1251 Oct. 22, oben Nr. 460) ein Bischof von Paderborn erwähnt. Es kann dies nur B. Simon, die Urk. nur die vorige sein, welche offenkundig dieser als Vorlage gedient hat. Allerdings verlieh Simon ausser 40 Tagen noch* unam carenam, *doch ist diese hier und in der folgenden Urk. ausgelassen, wie sich aus der Berechnung am Schluss der folgenden Urk. ergibt. Der nicht genannte Papst kann nur Innocenz IV. sein, sein Nachfolger Alexander gewährte 100 Tage. Innocenz starb 1254 December 7. Freilich kommt er UB. V, 604. in Verzeichniss saec. XV nicht vor, Simon aber*

auch nicht, wenn nicht dort, wie zu vermuthen, statt Simon de Swalenberghe *zu lesen ist* S. de Lippia. *Ueber die Anfänge des Kl. Falkenhagen vgl. Preuss in Ztschr. XL, 2, 88—97.*

568.

Gebetsbruderschaft des Kl. Falkenhagen für die Wohlthäter des Klosters. O. I. (Nach 1254 Aug. 18.)

Hec est fraternitas et consolatio, que confertur benefactoribus ecclesie sancte Marie in Valkenhagen grisei ordinis. Omnibus dominicis diebus salutis bis in ebdomada misse pro defunctis, sabbato misse de domina nostra decantantur, qualibet vigilie exceptis festis maioribus, quarta et sexta feria a qualibet sorore corporales recipiuntur discipline cum letania et septem psalmis, quingenta psalteria exceptis aliis orationibus continuis omni anno proficiendo leguntur; insuper participatio omnium bonorum, que ibidem et in aliis quattuor claustris eiusdem ordinis fiunt, in perpetuum datur eisdem. Preterea dominus papa omnibus benefactoribus eiusdem ecclesie XL dies misericorditer relaxat, dominus Hugo cardinalis XL, dominus archiepiscopus Maguntinus XL, dominus Coloniensis XL, dominus Bremensis XL, dominus Monasteriensis XL, dominus Paderbornensis XL, dominus Th(eodericus) Vironensis XL. Summa huius indulgencie trecenti et viginti dies cum integra karena, et qui tanta respuit, non est aptus regno Dei.

Or. im Fürstl. Lipp. Archiv zu Detmold, geschrieben von der Hand des Schreibers der vorherg. Urk. Siegel von weissem Wachs, gut erhalten, an Pergamentstreifen. Erwähnt Lipp. Reg. I, 193 Nr. 269 Anm. dom. Monast. *wohl irrig statt* Hildens. *genannt. Zur Datirung vgl. vor. Urk.*

569.

In Schreiben Innocenz IV. an Propst der Marienkirche in Erfurt wegen Verschaffung einer Pfründe für Dechant Wigger in Halberstadt werden als frühere Beauftragte . . decanus et *. .* scolasticus ecclesie Paderburnensis *erwähnt. Anagni 1254 August 23.*

Gedr. UB. V, 640.

570.

Schöffen in Frankenberg bekunden Güterschenkung an Kl. Berich. 1254 August 24(?).

Noverint omnes homines hoc scriptum inspicientes, quod Conradus de Ricenheim, quicquid iuris habuit in bonis in Affoldern et in Banafe sitis ecclesie beate virginis et sancte Catharine in Beriche contulit. Et ne hoc factum aliqua dierum possit reclamare, presentem paginam conscribi fecimus et sigillo civitatis in Frankenberg fecimus roborari. Huius rei testes sunt R. nobilis de Helffenberg, G. de Bidevelt, Henricus villicus, Henricus Falingus, Thitmarus Besselere ceterique scabini civitatis. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LIV., nono Kalendas Septembris, die dominica in vigilia assumptionis.

Aus Kopiar I, fol. 42 des Kl. Berich im Fürstl. Arch. zu Arolsen. In der Datirung steckt ein Fehler. Nono Kal. Sept. *und* die dom. in vig. ass. *passen nie zusammen. 1254 war* assumptio *am Samstag, Vigilie also Freitag. Auch* octava *passt nicht. Wenn* XIX *statt* IX *gesetzt würde, wäre die Datirung nur für 1221, 1227 und 1232 richtig.*

571.

Abt Hermann von Corvey überträgt dem Kl. Bredelar das Eigenthum des Zehnten zu Laterfeld. Corvey und Marsberg 1254 September 9.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Hermannus Dei gratia Corbeygensis ecclesie abbas totumque ibidem capitulum omnibus hanc litteram visuris eternam in Domino salutem. Quia homo cum tempore velut umbra pertransit, res interim geste nube oblivionis facile obumbrantur, quin scriptis, sigillis et testibus memorie posterorum firmiter imprimantur. Noverint idcirco presentes et posteri, quod nos unanimi consensu totius capituli nostri et consilio ministerialium nostrorum pro reverentia Domini nostri Iesu Christi eiusque pie matris Marie dimidietatem decime in Lateruelde cum omnibus pertinentiis suis, agris videlicet cultis et incultis, aliisque proventibus universis, cuius proprietas ecclesiam nostram

contingebat, mediantibus honestis viris Alrado de Horhusen et Alberto de Lutersen militibus, claustro de Breydelar, ordinis Cysterciensis, dedimus in proprietatem veri dominii libere et quiete proprietario iure perhenniter possidendam omni iuri nostro in ea habito sollempniter renuntiantes, recipientes ab eodem claustro quatuordecim marcas legalium denariorum, quibus quedam bona comparavimus aput Roden in restaurum predicte proprietatis. Quocirca, ut hec donatio supradicte proprietatis rata in evum permaneat et inconvulsa, presentem paginam sub appensione sigillorum tam nostri quam ecclesie nostre irrefragabiliter communimus. Datum Corbeyge. Acta sunt hec ibidem et in Monte Martis anno gratie M°.CC°.L°II°II., indictione XI[1]), V. Idus Septembris. Testes huius rei sunt Albertus prior, Strigerus prepositus ecclesie nostre, Thymo prepositus Montis Martis, Albertus de Amelungessen et frater suus Hereboldus, Theodericus de Mederike, Bodo de Horhusen, Theodericus et Fredericus fratres de Horhusen, Adam de Aspe et gener suus Arnoldus, Gothwinus de Wethen milites; Wezelinus magister consulum Montis Martis, Ludolfus de Capella et suus filius Heinricus. Bertoldus iudex et consules omnes ibidem aliique quam plures.

[1]) *So irrig Or. statt* XII.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 53. Von den beiden angehängten Siegeln nur das des Konvents erhalten.

572.

Erzbischof Konrad von Köln ertheilt in Uebereinstimmung mit Abt Hermann der Stadt Helmarshausen verschiedene Privilegien. Köln 1254 September 20.

Unter den Zeugen: (Al)bertus (de Stormede) marscalcus Westfalie, Godefridus de Meskede, Hermannus dictus Speculum.

Gedr. mit mangelhafter Zeugenreihe: Wigand, Archiv IV, 21 mit der Notiz: Städtisches Archiv zu Helmarshausen. Or. jetzt nicht mehr auffindbar. Daselbst Auszug aus deutscher Uebersetzung, woraus Zeugen zu ergänzen sind. Reg. Cardauns, Annalen d. hist. Ver. f. d. Niederrhein 35, 45 Nr. 370.

573.

Kardinaldiakon Petrus, päpstlicher Legat, bestätigt Übertragung mehrerer Kirchen durch Erzbischof (Gerhard) von Mainz an Kl. Arolsen. Antwerpen 1254 September 28.

Petrus miseratione divina sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis, apostolice sedis legatus, dilectis in Christo priorisse et conventui monasterii in Aroldessen, ordinis sancti Augustini, Paderbornensis diocesis, salutem in Domino. Iustis petentium desideriis complere. Cum itaque, sicut exhibita nobis nostra petitio continebat, venerabilis pater Moguntinensis archiepiscopus tenuitate proventuum monasterii vestri provida consideratione pensata de Wytmare, Eringenn et Benuelte ecclesias sue diocesis tunc vacantes vobis et monasterio vestro pia et provida liberalitate, prout spectabat ad eum, in proprios usus concesserit iure archidiaconorum locorum, qui pro tempore fuerint, in omnibus semper salvo et reservata vicariis pro tempore deservientibus in eisdem ecclesiis de ipsarum proventibus[1]) congrua portione, nos vestris supplicationibus inclinati concessionem huius[2]), sicut pie et provide facta est, vobis auctoritate presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo, hominum — incursurum. Datum Antwerpie IIII. Kalendas Octobris, anno Domini M°.CC°.LIII°I.

[1]) et *über der Zeile überflüssig.* [2]) *statt* huiusmodi?

Nach Transsumpt von 1285 Iuni 25 in Kopiar I. fol. 12 des Kl. Arolsen auf der Fürstl. Domänenkammer in Arolsen. Bestätigung Gerhards 1253 Iuni 28 oben Nr. 538.

574.

Kardinaldiakon Petrus, päpstlicher Legat, überträgt dem Paderborner Domkantor (Mauricius) den Schutz des Kl. Arolsen. Antwerpen 1254 September 28.

Petrus miseratione divina sancti Georii ad velum aureum diaconus cardinalis, apostolice sedis legatus, discreto viro cantori ecclesie Paderbornensis salutem in Domino. Cum, sicut exhibita nobis

dilectarum in Christo priorisse et conventus monasterii in Aroldessen, ordinis sancti Augustini, Paderbornensis diocesis, peticio continebat, venerabilis pater archiepiscopus Moguntinensis diocesis tenuitate proventuum monasterii eiusdem provida consideracione pensata de Witmare, Eringen et Biuangen ecclesias *u. s. w, wörtlich mutatis mutandis wie vorhergehende Nr. bis* eis auctoritate litterarum nostrarum duximus confirmandum. Ideoque discretioni tue presentium auctoritate mandamus, quatinus ipsas non permittas super hiis contra confirmationis nostre tenorem ab aliquibus indebite molestari, molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum Antwerpie IIII. Kalendas Octobris, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto.

Nach Kopiar I fol. 28v des Kl. Arolsen auf der Fürstl. Domänenkammer in Arolsen.

575.

Bischof Bruno v. Osnabrück gestattet dem Kapitel zu Enger, die Austheilung der Sakramente in der Aussenkirche durch Stiftsangehörige versehen zu lassen. Osnabrück 1254 September 28. Propst Wilhelm v. St. Iohann in Osnabrück, Archidiakon in Enger, bestätigt dieses. Osnabrück 1254 October 6.

Willelmus Dei gratia prepositus sancti Iohannis Osnaburgensis, archidiaconus iu Angaria, . . decano et capitulo ecclesie Angarensis salutem in Christo. Cum venerabilis dominus noster Bruno Osnaburgensis electus vobis gratiam fecerit in hunc modum:

Bruno Dei gratia Osnaburgensis electus . . decano et capitulo ecclesie Angarensis salutem in Christo. Dignum est, ut precibus subditorum, que racione nituntur, aures faciles prebeamus. Sane vestra nobis peticio declaravit, quod sacramenta parrochie vestre, cuius curam decanus vester a nobis recepit et decani vestri semper a dyocesano[1]) nomine capituli vestri recipere tenentur, que per ordinacionem antecessorum vestrorum fuerunt divisa, ita quod quedam eorum sacramentorum per personas capituli, quedam per vicarium in forensi ecclesia, vestre ecclesie vicina, a decano et capitulo vestro institutum solebant populo ministrari, velletis libenter ad unitatis debitum revocare et in forensi ecclesia per personas capituli deservire, dummodo nostra accederet auctoritas et consensus. Nos igitur vestris precibus racione nitentibus inclinati, consensum vobis nostram damus pariter et assensum, ut sacramenta, prout premissum est, uniatis et in ecclesia forensi ad emendacionem prebendarum vestrarum per personas vestri capituli deserviatis de consensu vicarii nunc in ecclesia ipsa instituti, ita, quod animarum cura nullatenus negligatur et forensis ecclesia divinis obsequiis non fraudetur, volentes, ut unum canonicum deputetis, qui archidiaconum plebis congruis serviciis recipiat et suas sententias, cum requisitus fuerit, exequatur. Datum Osnaburg anno Domini M°.C°C.LII°II., vigilia Michahelis.

Vos super premissis nostrum petivistis assensum. Presentibus igitur protestamur, quod nos prescriptam gratiam vobis factam gratam et ratam habemus et nostrum consensum adhibemus pariter et assensum. Datum Osnaburg anno Domini M°.CC°.LIII°I., octava Michahelis.

[1]) dyocesiano *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Iohann u. Dionys in Herford Nr. 13. An Pergamentstreifen spitzovales verletztes Siegel, stehende Figur des h. Iohannes, dessen härenes Gewand sehr kenntlich, in der linken eine runde Scheibe, worauf Lamm Gottes, neben ihm knieende Gestalt mit zum Gebet erhobenen Händen. Bestätigung des Kardinaldiakons Petrus Nr. 581.

576.

In Sühneurkunde des Erzbischofs Konrad von Köln und Grafen Wilhelm von Iülich werden Bestimmungen getroffen über etwaiges Bündniss Wilhelms u. a. mit den Bischöfen (Otto) von Münster, (Simon) von Paderborn und Herrn Bernhard zur Lippe. Blatzheim 1254 Oktober 15.

Gedr. Lacomblet, UB. I, 404. Regg. Lipp. Regg. I, 198 Nr. 283.

577.

Heinfridus gen. v. Eisen bekundet Verzichtleistung auf alle seine Rechte an der Mühle in Schwalenstein. Warburg 1254 October 16.

Omnibus hanc litteram visuris notum sit, quod ego Heinfridus dictus de Eysen et uxor mea Iutta de unanimi consensu puerorum nostrorum publice protestamur nos ab omni iure, quod habere videbamur in molendino in Svalenstene apud inferiorem villam Upsprunge sito penitus recessisse. Et ut hec cessio nostra nulli in dubium veniat, presentem cartam sigillo burgensium de Wartberg, quia proprium non habemus, rogavimus signari. Actum est hoc anno gratie M°.C°C. L°II°II., indictione XI. Datum Wartberg in die beati Galli. Huius rei testes sunt: Bertoldus Stoltike magister consulum, Godefridus Polonus, Bernardus de Papenhem, Heinricus Busse, Godescalcus de Methcenhusen, Arnoldus Guthere, Cono monetarius, Bertholdus de Rothen, Iohannes Pardan, Iohannes de Gasthus, Iohannes Puellarum et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 57. An Pergamentstr. Bruchstück des Warburger St.-Siegels.

578.

Abt Hermann von Corvey und andere schlichten Streit zwischen dem Erzbischof von Magdeburg und der Wittwe des Edelherrn Konrad von Schöneberg. O. I. (Vor 1254 Oktober 19.)

Nos Dei gratia Hermannus Corbeiensis abbas, Bertholdus miles de Hindeneburgh et fratres de Amelungsen, Albertus et Hereboldus recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod questio, que vertebatur inter venerabilem Magetburgensem archiepiscopum ex una parte et relictam nobilis viri de Schoneberhg[1]) ex altera, nobis mediantibus in hunc modum sopita est. Domina de Schoneberg et pueri eius dabunt ecclesie Magburgensi centum mansos vel plus de proprietate ipsorum, quos de manu domini archiepiscopi in feodo recipient, et hii mansi siti sunt in villis et in locis subscriptis, scilicet villam Everschutte maiorem et minorem, villam Schonenhagen, villam Kesenhagen, villam Lutthenhagen. Istam ordinatiõnem dominus prepositus de Grunenberhg et Ludolfus de Hesbike, nuntii domini Magburgensis archiepiscopi, de nostro iussu et consilio acceptarunt. Mittit etiam ad gratiam domini archiepiscopi dextrarium peroptimum. Nullus includitur isti compositioni, nisi tantum dominus Conradus, uxor sua et filii sui; dominus archiepiscopus suis nuntiis et expensis infra istud et festum Galli obtinebit, ut dominus Conradus ab excommunicatione absolvatur et sepeliatur. Quod si non fecerit, dominus prepositus de Gruneberhg et dominus Ludolfus de Hesbike Brunesvihc vel Goslariam[2]) intrabunt, inde non exituri, quin omnia prescripta dicto modo compleantur.

[1]) *Zweites* e *korr. aus* i. [2]) Golar *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Magdeburg. Alle fünf Siegel und Pergamentstreifen fehlen. Eberschütz an der Diemel, nördlich von Hofgeismar; die anderen Orte eingegangen bei Hofgeismar und Trendelburg. Datirung nach folg. Nr. Reg. v. Mülverstedt, Regg. arch. Magdeb. II, 605 Nr. 1372.

579.

Abt Hermann von Corvey u. a. bekunden Entschädigung der Magdeburger Kirche durch die Wittwe Konrads von Schöneberg. Schöneberg 1254 Oktober 19.

H(ermannus) Dei gratia abbas Corbegensis, comes Ludolfus de Dasle, Bertoldus de Brakle, fratres de Amelungesen, Otto de Plesse, Bruno de Duvergen, Gerhardus Hadike, Conradus de Rekelinghusen, Bertramus de Stamen, Albertus de Calden, Widekint de Humme, Bertolt de Asikendorp, Stephanus de Haldesen, Ernest Cregel, Henricus de Holthusen, Th. plebanus nove civitatis in Gesmaria, Henricus de Holdungen, omnibus presentem paginam inspicientibus, in bonis proficere et ad Christum feliciter anhelare. Recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod relicta domini Conradi de Sconenberg et filii ipsius pro dampnis, que dictus C(onradus) intulit domino archiepiscopo Magdeburgensi, contulerunt ecclesie Magdeburgensi de proprietate sua centum mansos in villis Ewerscutten parvo et magno, Sconenhage, Kesehage, Luttikehage, et quod dictis nunciis mansi domini archiepiscopi secundum ius et terre

consuetudinem sunt donati, quos post donationem rationabiliter possedunt. Ut igitur acta firma permaneant, hec, que vidimus et testamur, sigillorum nostrorum munimine roboramus. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.L°III°., datum Sconenberg XIIII. Kalendas Novembris.

Or. im Kgl. St.-A. Magdeburg. Fünf Siegel mit Befestigung ab, nur letzter Pergamentstreifen hängt noch an. Reg. v. Mülverstedt, Regg. arch. Magdeb. II, 603 Nr. 1366.

580.

Nikolaus de Turri (v. Torne) verkauft seinen Zehnten in Wiedenbrück an Kl. Gokirche. 1254 November 9.

Ego Nicolaus miles dictus de Turri presentibus protestor, quod decimam meam in Widenbruche, videlicet novem solidorum reditus et duorum denariorum in festo sancti Egidii annis singulis solvendorum, de consensu Hinrici fratris mei, qui eciam loco heredum meorum assensum prebuit et de voluntate uxoris mee, que eciam usufructui renunciavit, . . abbatisse et conventui sancti Olrici Paderbornensis pro duodecim marcis denariarum legalium pignori obligavi, hac tamen conditione interiecta, quod, si quisquam heredum meorum eandem decimam redimere voluerit, iam dictis denariis ipsi cenobio persolutis ad ipsos iure hereditario revertatur. Acta sunt hec presentibus hiis, quorum nomina subnotantur. Stephano [1]) ecclesie Monasteriensis decano, Hinrico fratre meo eiusdem ecclesie canonico, Rodolfo eiusdem ecclesie perpetuo vicario, Conrado canonico sancti Mauricii Monasteriensis, Bernhardo predicte ecclesie sancti Olrici preposito, Iohanne et Hermanno famulis meis et aliis quam plurimis. Ut autem hec rata permaneant et inconvulsa, presens scriptum domini decani et vicedomini ecclesie Monasteriensis sigillorum munimine duxi provide roborandum. Datum anno Domini M°.C°C.LIII°I., V. Idus Novembris.

[1]) Stepphano *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Ss. Egid. et Car. in Wiedenbrück Nr. 1. Beide Siegel von Pergamentstreifen ab. Ueber andere Zehnten desselben Nikolaus vgl. Lipp. Regg. I, 196 Nr. 277a.

581.

Kardinaldiakon Petrus, päpstlicher Legat, bestätigt Urkunde Bischofs Bruno von Osnabrück von 1254 September 28 für Stift Enger. Lüttich 1254 November 18.

Petrus miseracione divina sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis, apostolice sedis legatus, dilectis in Christo . . decano et capitulo Angariensibus, Osnaburgensis diocesis, salutem in Domino. Lecta nobis vestra petitio continebat, quod, cum ecclesia forensis de Angaria, Osnaburgensis diocesis, vestris sit annexa prebendis eamque consueveritis per vicarium deservire, venerabilis vir . . electus Osnaburgensis, utilitate vestra pia et provida consideracione pensata, ordinavit et statuit, ut in eadem ecclesia per ecclesie vestre canonicos deservire successive ulterius valeatis. Nos itaque vestris devotis precibus inclinati, quod ab eodem electo provide ordinatum et statutum est in hac parte, ratum et gratum habentes id auctoritate presencium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Leodii XIIII. Kalendas Decembris, anno Domini M°.C°C.LII°II.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Iohann u. Dionys in Herford Nr. 14. An rother Seidenschnur in gelbem Wachs gut erhalten spitzovales Siegel des Kardinallegaten, der h. Georg zu Pferde mit der Lanze den Drachen durchstechend; frei im Siegelfelde über dem Kopfe des Pferdes eine vierblätterige Rose, unterhalb Lilie, unter dem Lindwurm ein Kopf, rechts davon Halbmond, links achtstrahliger Stern. Umschrift: S. Petri Caputii . . . . ad velum aureum diaconi cardinalis. *Rückwärts Gemmenabdruck. Siegel erwähnt UB. IV S. 258. Anmerk. 1. Auf der Rückseite:* rosetum.

582.

Erzbischof Konrad von Köln bekundet, dass Ritter Gottfried von Meschede mit Zustimmung seiner Töchter Iutta, Adelheid und Christine sowie der Gatten der beiden ersteren, Thymo und Hermann, dem Kl. Bredelar seine Güter in Weslar geschenkt hat. Zeugen. Köln 1254 November 26.

Gedr. Seibertz UB. III, 1090 nach dem Original in seiner Sammlung. Fahne, UB. des Geschlechts Meschede nach Kopien. Reg. Cardauns, Annal. d. hist. Ver. f. d. Niederrhein 35, 46 Nr. 373, wo die Urk. wegen Häufung in der Datirung als verdächtig bezeichnet wird, wohl nicht mit genügendem Grund. Nach Seibertz befand sich eine gleiche Ausfertigung, also wohl Or., im Arch. des Kl. Bredelar; doch ist dieselbe unter den Urkk. des Kl. Bredelar in Münster nicht vorhanden, wohl aber zwei Kopien in Msc. I, 121 fol. 43 und I, 123 fol. 24v, beide mit dem Fehler des Or. bei Seibertz: Innocenz VIII. statt IV. Statt Albertus de Stormede preterea marscalcus *heisst es in den Kopien* postea.

583.

Bischof Widukind von Minden schenkt dem Kl. Mariensee mit Zustimmung seines Kapitels für 60 Mark, die er zur Wiedererlangung einer Meierei in Beldersen aus den Händen von Laien vom Kloster erhalten hat, Zehnten in Wulfelade und erlässt demselben zehn Schillinge, welche das Kloster statt des Zehnten an den Hof in Beldersen zu zahlen hat. 1254 November 26.

Gedr. Hodenberg, Calenb. UB. Abth. V, 50 f. Nr. 60.

584.

Kardinaldiakon Petrus, päpstlicher Legat, nimmt Kl. Schaken mit allen Besitzungen in seinen und der Römischen Kirche Schutz. Lüttich 1254 Dezember 3.

Petrus miseratione divina sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis, apostolice sedis legatus, dilectis in Christo .. preposito, priorisse et conventui monasterii in Scaken, ordinis sancti Benedicti, Paderbornensis diocesis, salutem in Domino. Meritis vestre devocionis inducimur, ut, quod a nobis suppliciter petitis, ad exauditionis gratiam admittamus. Vestris itaque supplicationibus inclinati personas vestras et locum, in quo divino estis obsequio mancipati, sub ecclesie Romane et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem ecclesias, domos, terras, redditus, villas, curtes et alia bona vestra, sicut ea omnia iuste et pacifice possidetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate presencium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo — incursurum. Datum Leodii III. Nonas Decembris, anno Domini M°.C°C.LII°II.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. Reste gelben Wachses an rothseidener Schnur. Auf dem Rücken der Urk. von gleichzeitiger Hand: Conradus.

585.

Kardinaldiakon Petrus, päpstlicher Legat, beauftragt den Dechanten der Soester Kirche mit Wahrung der Rechte des von ihm in seinen und der Römischen Kirche Schutz genommenen Kl. Schaken. Lüttich 1254 December 4.

Aus Overhams Coll. II. fol. 87v im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Gedr. Schaten ad ann.

586.

In Schreiben des Kardinaldiakons Petrus, päpstlichen Legaten, an den Soester Kanonikus Siegfried von Medebach behufs Untersuchung der Klagen des Kl. Küstelberg wird unter den Bedrängern genannt prepositus monasterii in Berche, ord. s. Augustini, et alii clerici et laici Paderbornensis diocesis. *Köln 1254 December 23.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Glintfeld Nr. 4.

587.

Abt Gerhard von Hardehausen bestätigt Gütertausch in Syrikissen *seitens des Pfarrers in* Nutlon *und Vergleich desselben mit seinen Parrochianen. 1254.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Frater Ger(hardus) dictus abbas in Herswithehusen omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam rerum gestarum memoria maxime per scripta (serva)tur, ea, que coram nobis et a nobis gesta sunt, attestatione veridica presenti pagine duximus inserenda. Noverint igitur pr(esentes) et futuri, quod dominus Conradus plebanus de Nutlon, suggerentibus sibi parrochianis suis in Syrikissen et ... multa prece instantibus, ut consensum preberemus, domum dotis et aream in Syrikissen commutavit pro domo (eccles)ie nostre, que sita est prope cimiterium in eadem villa, ut ipsa deinceps in dotem perpetuo iure deputetur. Item causa, (que iam?) diu versa fuerat inter prefatum dominum C(onradum) ex parte una et parrochianos suos in Syrikissen ex altera super di(midietatem) proventuum dotis eiusdem ville, quorum supplementum ipse a parrochianis exigebat, illis econtra renitentibus atque (assere)ntibus, non se debere defectum supplere, quem ipse perferret ex discessu villici sui, quem in dote locaverat, tali modo sopita et (ordi)nata est. Cum dominus C(onradus) hac de causa parrochianos suos Paderbornam citasset ad terminum prefixum, medio tempore plac(uit) utrique parti convenire in Herswithehusen in presentiam nostram, ubi, cum diu causa eorum ventilata fuisset, tandem ad comp(ositionem) negotii arbitrium admissum est. Igitur dominus C(onradus) elegit arbitros pro parte sua Adam nobilem, Euerhardum iuniorem ex villa, pars altera Euerhardum seniorem, Gerhardum villicum in curia monachorum. Simul autem ex utraque parte addiderunt duos e fratribus nostris, fratrem Conradum de Cassele et magistrum Hermannum de Noua Ecclesia sacerdotes, (va)llantes arbitrium sub pena quatuor marcarum, quas dabunt abbati in Herswithehusen, si quando arbitrium fuerit violatum. Habito igitur consilio hii omnes arbitrati sunt, ut habitatores ville in Syrikissen propter reformandam pacem re(fun)derent domino C(onrado) quatuor moldra avene, duo ex hiis in ipso tempore et duo sequenti festo beati Martini non annuo set semel (tantum). Deinceps autem in omne tempus annuatim et ei et successoribus suis in die dedicationis capelle ipsorum duodecim graves denarios persolvent. Ipse vero plebanus dotem assumet eamque per se excolet, aut cui voluerit, excolendam committet, ita tamen, quod habitatores sepedicte ville in Syrikissen prius ipsam domum dotis competentibus edificiis emendabunt, horreum novum facient et in presenti tantum cultorem ydoneum in dote providebunt. Hec (vero sub tali) forma ordinata sunt, quod plebanus in Nutlon omnibus dominicis diebus, sextis quoque feriis atque in cunctis festis, (que in Paderbornensi) episcopatu celebriter peraguntur, eis in capella ipsorum Syrikissen divina procurabit, in quadragesima . . . diebus ad recipiendam confessionem ibi presidebit et in omni sollempnitate paschali ibidem benedictionem car . . . perpetuo celebrabit, sicut coram nobis et fratribus nostris tam monachis quam laycis arbitratum et confirmatum est. (Testes) huius rei sunt: fratres nostri: dominus Hermannus de Susato, Egenolfus magister hospitum, Arnoldus camerarius, A. hospitalarius, sacerdotes; Henricus de Eleren, Hermannus, Henricus faber, conversi; Cůniki, Widekin(dus) . . . us, filius eius, Theodericus, layci in Syrikessen et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini millesimo (duc)entesimo quinquagesimo quarto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 93, in der Mitte durch Mäusefrass zerstört. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Ueber Nutlon *und* Sirikessen *zu vergl. Ztschr. XXXVIII, 2, 174. Beide, sehr häufig in Urkk. saec. XIII erwähnt, lagen zwischen Meerhof und der Domäne Dalheim. Die Rudera der Kirche von* Nutlon *finden sich etwa 20 Minuten von Meerhof entfernt im Forstdistrikt Andreasberg; eine schwache Quelle, die dort entspringt, fliesst nach Dalheim ab.* Sirikessen *war nach* Nutlon *eingepfarrt und lag unweit der jetzigen Glashütte Systerkamp, auch Blankenrode genannt.* Snevede, *von dem in spätern Urkk. (von 1281 April 7 und 1284 Jan. 2) die Rede ist, heisst jetzt Gut bezw. Weiler Blankenrode; der Berg neben diesem Dörfchen hat aber noch den Namen Sneveder Berg (Spancken).*

588.

Propst Ludolf von Schaken ertheilt gegen Geldabgabe eine Belehnung. 1254.

Ludolfus Dei gratia prepositus in Scaken omnibus hoc scriptum inspecturis eterne quietis beatitudinem. Quia que geruntur sine teste, malignorum consilio in posterum sepius dissolvuntur, ea, que in presenti pagina continentur, conscribi fecimus et proborum virorum testimonio roborari, tali videlicet forma, quod nos de consensu totius capituli nostri mansum unum in curiam Imminchusen pertinentem Iohanni filio Hersten nec non et uxori sue, suisque pueris heredibus omnibus tali porreximus conditione, quod ecclesie nostre singulis annis in festo beati Michaelis gravis monete quinque solidos persolvant. Scientes etiam eundem mansum predicto Hersteni filio porrectum in Elleheplatte situm, qui dicitur spectare Imminchusen, supradictum mansum vacare ecclesie nostre decernentes, si dictum pensionem statuto tempore non persolvant. Et ut hec rata permaneant et inconvulsa, sigillo nostro et sigillo civitatis Corbecensis presentem litteram fecimus communiri. Testes huius rei sunt: Wernherus plebanus in Korbike, Conradus capellanus eius; milites vero: Bernardus de Dalewig, Regenhardus de Epe, Conradus de Epe; cives autem in Corbike: Wernerus de Barstorp, Regenhardus de Northere, Arnoldus de Ren, Godfridus monetarius et[1]) alii quam plures. Acta sunt hec anno verbi Domini M°.CC°.LIIII°.

[1]) et *fehlt in Abschr.*

Aus Overhams Coll. II fol. 77v im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

589.

Graf Adolf von Waldeck bekundet Güterschenkung an Kl. Netze. 1254.

Nos A(dolfus) comes de Waldeken omnibus Christi t delibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem. Ne ea, que fiunt in tempore, per lapsum temporis oblivionis capiant detrimentum, ad universorum noticiam duximus transferendum, quod Hildegundis relicta de Drunge omnia bona sua, scilicet domum cum area et alia utensilia eius domus cum sex agris sitis in campo Drunge, quos apud Albertum Magnum et eius filios Albertum et Gotfridum emptionis[1]) titulo comparavit, preposito et dominabus beate Marie virginis in Nezehe contulit liberaliter propter Deum, Godfrido eius viro adhuc vivente et ceteris heredibus voluntate accedentibus et consensu. Ne tamen aliquod dubium oriatur, presentem litteram sigillo civitatis duximus muniendam. Testes sunt huius rei: Conradus Bulemastus, Ludewicus de Vohele, Andreas de Nezehe, Hermannus Brotrump, Fridericus plebanus, Albertus Parvus, Thidericus et universitas civium in Waldeken. Actum anno Domini M°.CC°.L°IIII°.

[1]) emptio tionis *Or.*

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen Bruchstück des Waldeckschen Siegels in weissem Wachs.

590.

Graf Heinrich d. j. von Waldeck bekundet Güterkauf des Kl. Netze. 1254.

Nos Henricus iuvenis comes in Waldeke omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, in Domino salutem. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod dominus prepositus Henricus et conventus in Nezehe hereditatem Thetmari, qui vocatur Scinthem, et filii sui Egeboldi in Drunge sitam cum omni integritate pro summa quindecim marcarum proprietatis titulo et hoc assensu omnium coheredum pertinentium ad predictam hereditatem conpararunt. Ne tamen super premissis postmodum aliquod dubium oriatur, presentem litteram sigillo civitatis in Waldeken duximus muniendam, hiis presentibus: Conrado Bulemasto, Andrea de Neze, Gotfrido de Lutterbike, Walthero de Siwardinch(usen), Hermanno Brotrump, militibus, Thetmaro Oppoldo, Reinboldo de Ren et universitate civium in Waldeken et aliis quam pluribus. Actum anno Domini M°.C°C.L°IIII°.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen rundes Siegel: auf gegittertem Siegelfelde, bis an den Rand reichend, achtstrahliger Stern. Umschrift: Sigillum oppidanorum in Waldike.

591.

Edelherr Bernhard zur Lippe verkauft mit Einwilligung seines Sohnes Bernhard dem Kl. Marienfeld das vom Kl. Herzebrock für Spork eingetauschte Hethues. *Unter den Zeugen Bernhards Brüder Bischof Otto von Münster und Simon von Paderborn. 1254.*

Gedr. UB. III, 573. Vgl. oben Nr. 558.

592.

Edelherr Regenhard von Itter übereignet unter Konsens der Seinigen schon von seinem Vater dem Kl. Werbe gegebene Güter nebst Diensten und Abgaben gleichfalls diesem Kloster. Itter 1254.

Ne amicicia longo tempore celebrata aut propter morum inequalitatem aut propter inmoderatum amorem habendi valeat corrumpi, discretorum virorum providentia rationabiles actus suos consuevit aut per scriptum aut per honestorum virorum testimonium confirmare. Nos igitur, videlicet Regenhardus nobilis de Itere, notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nostra uxore Alheidi nostrisque pueris Conrado, Heinrico, Mabilia consentientibus bona comicie in Barstorph, scilicet in allodio et in duabus areis liberis nobis attinentibus, et in iudicio rerum venalium in Werbe, sicut bone memorie pater noster Conradus quondum recognoverat, eidem ecclesie recognoscimus resignantes, ab omni honere servili et qualibet exactione in perpetuum exempta esse protestantes. Preterea[1]) si quid iuris vel honoris videbamur habere vel habuimus in bonis predicte ecclesie, totum ad honorem Dei et beate virginis Marie genitricis eius super altare in Werbe contulimus absolute, ut tam nos quam nostri heredes universi orationum et aliorum operum iustorum sepedicte ecclesie mereamur participes inveniri. Huius rei testes sunt: Wernherus plebanus in Corbike, Iohannes frater eius, Conradus sacerdos, Gotscalcus[2]) miles dictus de Patberg, Albertus Wedereue, Apollonius et Otto fratres de Suiderinch(usen), Iohannes miles de Corbike, Albertus magister consulum in Corbike, Regenhardus de Nerdere, Hermannus de Berendorp et alii quam plures. Presentem etiam paginam, ne calumpniari valeat, sigillo comitis Widikindi de Battenburch et nostro proprio sigillo fecimus roborari. Datum Itere anno Domini M°.CC°.L°II°II.

[1]) Pretera *Or.* [2]) Gotsclacus *Or.*

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs 1) grosses rundes Siegel der Stadt Corbach; 2) dreieckiges Siegel Regenhards von Itter, nach links aufgerichteter gekrönter Löwe. Besiegelung durch den Grafen von Battenberg hat nie stattgefunden.

593.

Schultheiss und Rathmänner von Wolfhagen befreien ein Haus ihrer Stadt von allen bürgerlichen Abgaben. 1254.

Nos Conradus de Elvene schulthetus, consules ceterique burgenses in Wolfhagen omnibus tam presentibus quam futuris hanc litteram inspecturis notum facimus et publice protestamur, quod nos honorabilis viri domini Florencii nostri plebani precibus annuentes, de unanimi consensu aream quandam, sitam in fine civitatis apud murum et apud altum propugnaculum, liberam assignavimus[1]) et solutam necnon omni iure exemptam, quo astringi possint nostri cives, in perpetuum. Qua libertate plenarie sibi concessa ultra tamen suo commisimus arbitrio, ut, si qui ex ipsius locatione inhabitaverint aream supradictam, in nullo iure civitati deserviant, hoc tamen adiecto, ut inhabitantes aream vigiles excitent et die noctuque custodias perspiciant. In cuius rei testimonium dedimus sibi presentem litteram sigillis nostris munitam anno Domini M°.C°C.L quarto.

[1]) asign. *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 94. Vom Pergamentstreifen das erste Siegel ab, ein Fragment des Stadtsiegels, einen Wolf darstellend, hat sich erhalten. Conradus de Eluene *bezeichnet sich in Urk. der Stadt Wolfhagen von 1235 als* officialis domini landgravii; *oben Nr. 236; daselbst auch schon Pleban Florentius erwähnt.*

594.

Vor Richter und Rathmännern von Marsberg entsagen zwei Brüder von Bruchbeke *allen Anfeindungen gegen das Kl. Hardehausen. Marsberg 1254.*

Bertoldus iudex et universi consules in Monte Martis omnibus presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Ut geste rei veritas ad notitiam veniat presentium et futurorum, tenore presentium protestamur, quod germani de Bruchbeke, videlicet Iohannes et Conradus, integre et absolute nulla interposita conditione renuntiaverunt cause, quam habebant adversus ecclesiam in Herswithehusen, recognoscentes coram nobis et pluribus honestis viris, quod vim et iniuriam irrogassent eidem ecclesie. Ne igitur ipsa causa ulla occasione in redivivam transeat litem et iniuriam ad detrimentum fidei et honestatis eorum, formam renuntiationis presenti pagine inserendam et sigillo universitatis nostre duximus confirmandam. Testes huius rei sunt: Wezcelus magister burgensium, Alradus miles de Horhusen, Olricus de Weistem, Iohannes Saxo, militares; Machurius, Iohannes monetarius, Bertoldus de Huxsaria, Iohannes Scechtere, Henricus Morel, Hermannus Vleisengere, Wigandus de Scerue, Winandus frater eius, Hermannus gener Hermanni quondam monetarii, Bernhardus Welpen, Henricus de Lateruelt, consules; Ludolfus de Capella, Albertus gener eius et Henricus filius eius, Hermannus Magnus, Helwicus de Huxaria, Hermannus Slichwecke, Conradus de Yborg, Ludolfus de Nutlon, Theodericus de Geismaria, Conradus et Bernardus Negilin et alii quam plures. Anno Domini M°.C°C.LII°II. in Monte Martis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 95. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

595.

Papst Alexander IV. beauftragt den Erzbischof (Konrad) von Köln und den Prior der Dominikaner daselbst mit Prüfung und eventuell Bestätigung der Wahl des Helmershäuser Mönchs Hermann zum Abt des Klosters. Neapel 1255 Ianuar 28.

Gedr. UB. V, 547. Potthast, 15654.

596.

Graf Adolf von Waldeck Zeuge König Wilhelms für Worms, Speier, Gottfried Herrn von Sulzburg. Mainz 1255 Ianuar 31, Speier 1255 Februar 13 und März 12.

Böhmer-Ficker, Regg. imp. V, 5216, 5221, 5238.

597.

Die Grafen von Arnsberg, Otto von Altena, Engelbert von der Mark, die Edlen Dietrich von Neuenlimburg, Berthold von Büren, Dietrich von Bilstein, Marschall Albert von Störmede, Heinrich Schultheiss von Soest, Goswin von Rodenberg, Heinrich (von Vitinghof), Albert von Hörde und ihre Verbündeten berichten Papst Alexander IV., dass Bischof Simon von Paderborn unter Missachtung des wegen der Burg Salzkotten geschlossenen Vertrags dieselbe befestigt und von ihr aus räuberische Einfälle ins Herzogthum Westfalen gemacht habe, dann mit dem Grafen von Jülich u. a. Feinden der Kölner Kirche verbündet im verflossenen Sommer mit grossem Heer in Westfalen eingefallen und in offener Feldschlacht gefangen sei; der jenseits des Rheines weilende Erzbischof (Konrad) von Köln stehe dieser Gefangennehmung fern. (1254) 1255 Februar 12.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 192. An Pergamentstreifen Reste: 1) an zweiter Stelle des Siegels A.'s v. Hörde (Rad mit übergelegtem Turnierkragen); 2) an dritter G.'s v. Rodenberg (Turnierkragen); 3) an fünfter B.'s v. Büren; 4) an siebenter H.'s v. Vitinghof wohlerhaltenes dreieckiges Siegel, rechtsschräger Balken mit drei Kugeln belegt, Siegelfeld schraffirt. Umschrift: Sigillum Henrici de Vitinghov. *Nach Siegelzeichnung in Msc. II, 70 p. 208 befand sich an erster Stelle Siegel G.'s v. Arnsberg, an vierter Dietrichs v. Bilstein, an sechster H.'s v. Soest. Gedr. zuletzt UB. V, 549.*

598.

Graf Adolf von Dassel bekundet Ueberlassung eines Zehnten an Kl. Lippoldsberg mit Genehmigung des Paderborner Bischofs. Nienover 1255 März 4.

In nomine Domini amen. Adolfus Dei gratia comes de Dasle omnibus huius pagine inspectoribus in perpetuum. Ordinata temporum necesse est scripto et testibus roborari. Ea propter notum esse volumus universis, quod nos consensu filiorum nostrorum simul et nepotum ac matris ipsorum decimam nostram in Helmwardessen[1]) ecclesie de Lippoldesberge in pignore obligavimus acceptis a domino Theoderico ipsius ccclesie preposito sex marcis argenti examinati. Tempore procedenti complacuit ecclesie ipsam decimam totam sibi in perpetuum conquirere. Ad quod gratanter nos assensum dantes rursum cum filiis et cognatis nostris acceptis item sex marcis a preposito predicto fide militari promisimus ius proprietatis ipsius decime a domino Paderburnensi episcopo elaborare. Et ut hoc factum nostrum robur firmitatis perpetue obtineat, presentem paginam nomine nostro et filiorum nostrorum nec non cognatorum nostrorum conscriptum utriusque fecimus roborari et ecclesie tradi, adhibitis viris honestis pro testibus cum litteris concessionis domini episcopi Paderburnensis. Actum dominice incarnationis anno millesimo ducentesimo LV, datum in castro Nienouere quarto Nonas Marcii.

[1]) sben *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Lippoldsberg. An geflochtenen Hanfschnüren dreieckiges Siegel des Ausstellers: Hirschgeweih. Umschrift † S. Adolfi comitis de Nigenvvere.

599.

*Rathmänner von Marsberg bekunden Ueberlassung von Gütern in Ober-*Esbike *an Kl. Bredelar seitens Ludolfs (v. Dalwigk) für die Seelenruhe seines Vaters. (1254) 1255 März 20.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Omnibus hanc litteram visuris consules Montis Martis notum fore cupimus, sicut partim relatu veridico intelleximus, partim ipsi vidimus et audivimus, quod, cum Elgerus miles adhuc viveret, speciali quamplurimum affectu et familiaritate circa claustrum Breydelar movebatur, unde cum egrotaret, zelo eiusdem favoris et dilectionis tactus intrinsecus, sepulturam ibidem eligens decem marcas legalium denariorum pro remedio anime sue eidem claustro legavit, committens intime uxori sue domine Cunegundi et Ludolfo filio suo, quatinus interim duas marcas legalium denariorum claustro persolverent annuatim, quousque decem marcas ex integro solverent claustro eidem; presentibus fratribus claustri Bernardo filio suo et Iohanne de Fleictorph. Postea cum Domino vocante obisset, Bredelar, sicut petivit, ad sepeliendum est delatus. In qua sepultura predictus filius suus L(udolfus) et uxor commissum sibi devote adimplentes proventus duarum marcarum de decima in Rathleuinchusen vel Osninge annuatim percipiendos pro salute anime domini sui El(geri) et amici claustro iam dicto sollempniter obtulerunt, quousque decem marcas claustro persolverent. Huic oblationi presentes fuerunt defuncti El(geri) consanguinei et amici, Widekyndus abbas de Bredelar et suus conventus, Ludolfus prepositus de Scaken, Gerhardus de Thuiste plebanus, Iohannes, Wernerus, Godescalcus, Hermannus fratres dicti Pathberg, Bernardus de Dalewich frater dicti El(geri) et filii sui Bernardus et Elgerus, Iohannes de Pathberg, Hermannus gogravius de Medebike, Thidericus de Mederike, Alradus de Horhusen et Bodo filius suus, Adam de Aspe et Arnoldus gener eius, Thidericus et Fredericus fratres dicti de Horhusen, Regenhardus de Epehe, Alexander de Eskeberg, Conradus de Epehe, Iohannes de Curbike et Heyno frater suus, Waligo de Ense et fratres sui, Thidericus et Florinus de Rekerenchusen, Albertus de Lutersen, Gozwinus de Wethen, Iohannes de Osterhusen, Albertus de Brunhardessen, Gerlacus Dikeberus et Elgerus et Bernardus fratres sui, Otto de Suiderinchusen et Amplunius frater suus, Godescalcus de Mulenhusen, Albertus de Mulenhusen, Walo et Wigandus, burgenses de Medebike. Cum vero tempus solutionis advenisset, quo predictus Ludolfus illas duas marcas prefato claustro solvere deberet, quia pre diversis debitis, quibus obligatus fuerat, solvere non potuit, tunc claustro in duodecim marcis tenebatur, ex eo,

quia decem marcas debitus erat, quas pater suus pro anima sua claustro legavit. Unde idem Ludolfus ad civitatem nostram una cum amicis suis accessit et bona quedam sua in superiori Esbike sita, que pro septem marcis Hermanno de Meinboldinchusen obligata claustrum redemit, Godescalco de Pathberg socero suo mediante, tam pro hiis septem marcis quam pro illis duodecim pro anima patris sui debitis eidem claustro coram nobis sollempniter[1]) assignavit cum omnibus pertinentiis suis perhenniter habenda, omni iuri suo in eisdem bonis habito publice cedens, uxore sua et predicta domina Cunegunde vidua patris sui plenarie consentientibus. Et ut eadem bona claustrum sine impulsatione possideret, Henrico de Capella et suo sororio Ludolfo, burgensibus nostris, vice claustri prefatus Ludolfus absolute ea in dominio porrexit, tam diu eodem dominio inviolabiliter durante, quousque claustrum proprietatem eorundem bonorum consequeretur, hoc adiecto, ut, si quandoque ante habitionem proprietatis idem Ludolfus eadem bona reemere vellet, claustro prius decem et novem marcas legalium denariorum restitueret et in pace ea possideret. Sin autem, tunc claustrum perpetuo possessionem eorundem bonorum libere et quiete potiatur. Ne igitur super possessione eorundem bonorum predicto claustro questio alicuius adinventionis moveatur imposterum, presentem cartam in argumentum veritatis rogatu prefati Ludolfi tam sigillo nostro quam soceri sui Godescalci de Pathberg firmiter roboramus. Acta sunt hec anno gratie M°.C°C.L°II°II., indictione XII., in vigilia sancti Benedicti abbatis, eo tempore domino Symone Paderbornensi episcopo a domino Conrado Coloniensi archiepiscopo in captivitate detento. Huius rei testes sunt iam dicti: Alradus de Horhusen et Bodo filius suus, Thidericus de Horhusen, Wezelus magister consulum, Bertoldus iudex, Ludolfus de Capella, Hermannus sororius monetarii, Hermannus de Flessenger, Lubbertus sartor, Conradus de Yburg, Richbertus et consules omnes et alii quam plures.

[1]) sollepniter *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 52. An geflochtenen blauweissen Schnüren in weissem Wachs 1) Siegel der Stadt Marsberg; 2) Gottschalks v. Padberg. Wegen Erwähnung der Gefangenschaft B. Simons v. Paderborn gehört die Urk. ins Iahr 1255 und ist bei ihr Kölner Datirung anzunehmen. Dass diese Erscheinung nicht vereinzelt ist, beweisen unten die Urkk. von 1255 September 22, (1255) 1256 Ianuar 12 und (1256) 1257 Ianuar 28. (Gedr. Seibertz, UB. I, 289, 291, 292). Am 22. September 1255 urkundet der um 1243 gewählte Abt Widukind von Bredelar noch; dagegen wird M°.C°C.L°V° pridie Idus Ianuarii *schon sein Nachfolger Heinrich II. erwähnt (Seibertz I, S. 358), mithin gehört die Urk. ins Iahr 1256. Da nun* M°.C°C.L°VI., V. Kalendas Februarii *(Seibertz I, S. 364 f.) Heinrichs Nachfolger Alexander genannt wird, muss diese Urk. wohl zu 1257 gesetzt werden. Alle diese Urkk. stammen von derselben charakteristischen Schreiberhand, die ein paar Iahrzehnte hindurch die meisten Bredelarer Urkk. geschrieben hat. Wie lange und ob ohne Unterbrechung die Kölner Datirung in Bredelar massgebend gewesen, lässt sich bei dem lückenhaften Material schwer ermitteln. Während oben bei Nr. 520 und 521 (1253 Ianuar 12 und 17) kaum an Kölner Zeitrechnung zu denken ist, da die hierzu gehörige Nr. 519 (1253 Ianuar 2) eine Paderborner Hand schrieb, muss man dieselbe unten zu Nr. 603 (1255 Iuni 5) wegen der begleitenden Umstände als wahrscheinlich annehmen.*

600.

König Wilhelm ernennt den Grafen Adolf von Waldeck zu seinem und des Reichs allgemeinen Iustitiar. Wetzlar 1255 März 21.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 147. Auf der Rückseite von Hand s. XIII: Commissio domini Wilhelmi regis Romanorum directa domino de Waldecgin pro defensione terre. *Siegel vom angehängten Pergamentstreifen abgefallen. Vgl. Böhmer-Ficker, Regg. imp. V, 5246, (wo Drucke), über dieses Amt. Unterm selben Datum Rundschreiben Wilhelms an alle geistlichen und weltlichen Fürsten über die Ernennung Adolfs (Böhmer-Ficker, V, 5247). In dieser Eigenschaft tritt Adolf*

auf: König Wilhelm beauftragt ihn mit Entschädigung der Erben Gerhards von Eppstein aus Reichsgut; Boppard 1255 März 23 (B.-F. V, 5250). Adolf wird u. a. als Schiedsrichter im Streit zwischen K. Wilhelm und Schenk Walter von Limburg genannt; Speier 1255 März 31 (B.-F. V, 5227a). Graf Adolf von Waldeck s. imperii procurator generalis per Germaniam constitutus *fordert Gr. Peter von Savoyen zum Schutz der Reichsrechte im Königreich Burgund auf; 1255 Mai 7 (Böhmer Regg. imp. von 1246—1313, Reichssachen S. 351 Nr. 31). Gr. A. v. W.* iusticiarius reipublice *setzt das Kapitel von St. Gereon in Köln wieder in Besitz von Gütern in Nackenheim; Mainz 1255 Mai 23. (Gedr. Gudenus, Cod. dipl. I, p. 651.) Mehr als 70 Städte schreiben an den König, mit der Bitte um Bestätigung, über Gründung des Landfriedensbundes* mediante nobili viro Adolfo de Waldecke imperialis aule iustitiario; *Mainz (1255) Iuni 30. (Gedr. u. a. Mon. Germ. hist. IV, 373. Ueber die Verhandlungen am Peter- und Paulstage in Gegenwart Adolfs daselbst p. 372. Vgl. Böhmer l. c. Nr. 33.) Genannte Städte bestätigen die in Gegenwart Adolfs getroffenen Beschlüsse; gedr. Weizsäcker in Löher, Arch. Ztschr. IV, 273 mit Erläuterung. König Wilhelm stellt bezüglich Handhabung des Landfriedens fest, dass Beschädigte vor ihm oder seinem Hofrichter Gr. Adolf v. W. Recht suchen sollen; Oppenheim 1255 November 10 (B.-F. V, 5282) und beauftragt ihn* (iusticiarius provincialis) *mit Entschädigung eines Strassburger Ritters; Maastricht 1255 November 17 (B.-F. V, 5285.) Vgl. hierzu Senckenberg, Observ. de iudicio camerali hodierno, 22 und Varnhagen, Grundlage, 304 Anm. f.*

601.

Rath und Bürger der Stadt Herford versprechen dem mit Mainz und andern Städten verbündeten Köln vom Margarethentage an ein neunjähriges Landfriedensverhältniss. 1255 Mai 15.

Gedr. Ennen, Quellen zur Gesch. d. St. Köln, II, 349 Nr. 342. Verz. Korth, Mitth. aus dem Kölner Stadtarchiv I, 3, 38 Nr. 212.

602.

Berthold d. ä. von Büren bekundet, dass Herbold von Heddinghausen seine Güter in Hemmern dem Kl. Abdinghof verkauft hat. Büren 1255 Iuni 5.

Venerabili domino .. abbati beati Pauli in Paderbornen B(ertholdus) senior (d)e Buren paratum pro posse suo famulatum. Intelleximus, quod Hereboldus de Eddinc(husen),[1]) necessitate compellente bona sua in Hethemere[2]), que de manu vestra in pheodo habuit, vobis et vestro conventui pro quatuordecim marcis legalium denariorum vendidit, (que) bona uxor ipsius et tres pueri sui nunc nati et ipse Hereboldus[3]) cum duobus (f)iliis s(or)oris sue, scilicet Bertrammo et Herboldo, in manus vestras cum omnibus u(til)itatibus et pertinentiis et cum illo, (quod) in vulgari dicitur scharameth, quod idem Hereboldus paulo ante (ad) dicta bona compa(r)avit, resignaverunt liber(e et) abs(o)lute. Unde nos vestre dilectionis intuitu (et ip)sius Beritrammi[4]) ad maior(em huiu)s f(acti) eviden(ti)am et stabilitatem pr(e)sentem l(itteram) vobis conferimus (sigilli) nostri munim(i)ne communitam. Datum i(n) B(u)ren anno Domini M°.C°C.L°V., in die beati Bonifacii.

[1]) *Könnte in A* Edum *heissen.* [2]) Hetheme *B.* [3]) Herboldus *B.* [4]) Hereboldi ad petitionem *B.*

Or. sehr beschädigt im diplomat. Apparat der Univ.-Bibliothek Göttingen Nr. 91 (A); Siegel mit Befestigung ab. Abdinghofer Kopiar von 1374, St.-A. Münster, Msc. VII. 4217 f. 166 (B); hiernach ergänzt. In B wird hinzugefügt: littera super bonis in Hethemere iuxta oppidum Rüden, *also Hemmern bei Rüthen.*

603.

Rathmannen von Marsberg bekunden, dass genannte Güter des Hermann gen. Tregel und seines Bruders Konstantin, von denen ein Theil (1253) 1254 Ianuar 29 überlassen wurde, nun ganz in Besitz des Kl. Bredelar übergegangen sind. Marsberg (1254) 1255 Iuni 5.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Omnibus hanc litteram visuris consules Montis Martis de visis et auditis loqui veritatem. Notum fore cupimus tam modernis quam postfuturis, quod

duo milites fratres et coheredes Hermannus cognomento Tregel et Constantinus bona quedam habuerunt in ecclesiali villa Esbike sita superius fonte[1]) hereditario iure ad eos devoluta et nostro tempore quiete ea possederunt, de quibus partim bonis Constantinus iunior frater consentientibus filiis suis Hermanno et Alberto et filiabus et fratre suo Hermanno et filiis suis Constantino et Hermanno et heredibus dominum Widekindum abbatem de Breydelar, Heinricum priorem et conventum ibidem, ordinis Cysterciensis, convenit, ut, si partem suam dimidiam eorundem bonorum emere vellent, libenti animo assentiret. Sicque mediantibus honestis viris Alberto de Lutersen socero suo, Hermanno fratre suo iam dicto, militibus, et Elgero Dikeber genero suo dimidietatem eorundem bonorum cum omnibus pertinentiis suis, agris videlicet cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus predicti claustri fratribus pro decem et septem marcis legalium denariorum vendidit et omni iuri suo in eisdem bonis habito cum heredibus publice cessit, porrigens bona eadem una sum fratre suo predicto et heredibus Heinrico de Capella et Heinrico de Odenhusen hominii iure vice claustri prefati tam diu in hominio habenda, quousque idem claustrum ius proprietatis eorundem bonorum elaboret. Eo tempore eiusdem Constantini senior filius Hermannus, cum in predicto claustro religioni se redderet, promisit manifeste, quod, si vel in ordine perseveraret necne, nichilominus hunc contractum ratum haberet. Acta sunt hec anno gratie M°C°C.L°II°I. indictione XI., III°I. Kalendas Februarii. Postea anno evoluto et dimidio fratres predicti claustri alteram dimidiam partem eorundem bonorum cum omnibus pertinentiis suis, sicut superius dictum est, ab Hermanno Tregel fratre seniore consentientibus filiis suis Constantino et Hermanno et fratre suo Constantino prefato et heredibus pro viginti marcis legalium denariorum legitime comparaverunt, maxime ea ratione, quia partem dimidiam eorundem bonorum emerant, et ne cum habente alteram in divisione agrorum disceptarent. Predictam summam fratres claustri prelibati utrisque militibus fratribus et coheredibus integro persolverant, et ipsi milites eandem in usus utiliores converterunt, bona sua alia diu obligata exinde redimentes. Deinde quia bona eadem iam dicti milites feodali iure a nobilibus de Waldeke tenuerunt, ob maiorem firmitudinem, ut claustrum prefatum nullum a quoquam de eisdem bonis imposterum sustineret impedimentum, bona eadem ambo fratres prenominati iterato in hoc postremo contractu unanimi voluntate et consensu puerorum suorum et heredum iam dictis Heinrico de Capella et Heinrico de Odenhusen, burgensibus nostris, hominii iure porrexerunt, tali hominio tam diu inviolabiliter durante, quousque idem claustrum proprietatem eorundem bonorum consequatur. Sic isti bona ipsa ex parte claustri dicti susceperunt, et prefati milites omni iure suo in eisdem bonis habito penitus cesserunt promittentes adeo, ut, si alter istorum burgensium vel ambo morerentur, aliis, quibus claustro memorato placeret, iterum ipsi milites vel eorum heredes porrigerent. Et hec tam promissio quam cessio, uti moris est, et ut id fieri decebat, iudiciali sententia est confirmata. Ut autem huius emptionis contractus firmus in evum permaneat et inconvulsus, presens scriptum sigilli nostri appensione rogatu claustri prefati et eorundem militum in testimonium huius facti fecimus roborari, ne quis timore Dei abiecto presumat hoc rationabile factum immutare. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°III°I., indictione XII. Datum in Monte Martis Nonas Iunii. Huius rei testes sunt: Adam de Aspe et Arnoldus de Roderichessen gener suus, Alradus de Horhusen, Albertus gogravius de Mederike, Iohannes et Conradus fratres de Brocbike, Olricus de Westhem, Gerlacus Dikeber et Elgerus et Bernardus fratres, Albertus et Gerlacus fratres de Mulenhusen, Erpo de Esbike, Werno et Iohannes fratres de Westhem, milites et militares; Wethzelus magister consulum, Bertoldus iudex, Conradus monetarius, Ludolfus de Capella, Godefridus de Eleren, Iohannes Scathbale, Wigandus et Wideroldus et Nicolaus fratres, Lubbrandus Sartor, Heinricus Crispus, Hermannus superius theatro, Hermannus de Flessenger, Iohannes monetarius, Iohannes Wundengot, Bertoldus et Helmwicus fratres de Huxoria, Iohannes Hauesalde, Wigandus et Winandus fratres de Scerue, Heinricus Morel, Gerlacus de Thuiste, Conradus de Yburg, Heinricus de Kulethe, Sigenandus, Richbertus et consules omnes Montis Martis et alii quam plures.

[1]) ecclesiali, Esbike *und* superius fonte *von Hand Ende saec. XV auf Rasur geschrieben.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 51. An geflochtenen blauweissen Leinenschnüren in gelbem Wachs Siegel der St. Marsberg. Die folg. Nr. vom 13. Iuni 1255 (Indiktion 13) ist eine officielle Beurkundung des obigen Vorganges durch Iohannes v. Padberg, eine Pause von mehr als einem Iahre also unwahrscheinlich. Darum ist in dieser oder in der folg. Nr. die Datirung irrig; wohl eher in dieser, da wir für den ersten Vorgang Kölner Datirung annehmen dürfen, und dann 1255 zu setzen ist. Dafür spricht auch folgendes: Nach Nr. 443 einerseits, 447 und 448 anderseits hat 1251 der Wechsel des magister consulum *in Marsberg zwischen Iuni 23 und Iuli 8 (bez. 22) also wohl um Iohannis stattgefunden. Dürfen wir dies für das 13. Jh. verallgemeinern, wofür die dürftigen Angaben in den nachfolgenden und bei Seibertz gedr. Urkk. zu sprechen scheinen, (um 1270 taucht statt des* magister *ein* proconsul *auf), so passt 1255 eher als 1254: Oben Nr. 554 (1254 Ianuar 2) ist* Conradus de Yburg magister consulum, *er tritt um Ende Iuni zurück, an seine Stelle bis 1255 Ende Iuni erscheint* Wethzelus *(s. o.), der auch in Nr. 599 genannt wird.*

604.

Iohann von Padberg bekundet obige Güterüberlassung. Padberg 1255 Iuni 13.

Omnibus hanc litteram visuris Iohannes dominus castri in Pathberg notum esse cupimus, quod Hermannus miles cognomento Tregel et Constantinus miles fratres et coheredes bona quedam in ecclesiali Essibe quiete habuerunt et ab omnibus progenitoribus suis pacifice possederunt, que, quia pro situ suo claustro in Bredelar contigua fuerunt et commoda, fratribus eiusdem claustri de pleno consensu puerorum suorum Constantini, Hermanni, Alberti et Hermanni et Th(iderici) pro triginta et septem marcis legalium denariorum vendiderunt, de quibus alia bona sua diu impignorata redemerunt. Deinde predicta bona rogatu et voluntate claustri ad habundantem cautelam presentibus honestis viris in Montis Martis theatro Heinrico de Capella et Heinrico de Odenhusen feodali iure porrexerunt, ita ut, si alter illorum obiret, iterum cui claustro placeret, sine omni munere et difficultate ipsi vel heredes eorum porrigerent, quousque claustrum proprietatem consequeretur, unde omni iuri suo in eisdem bonis habito publice cesserunt. Et hec cessio sententia seculari, uti moris est, confirmata est. Hec predicti milites et filii eorum, quia omnia ita processum habuerint, coram nobis protestati sunt rogantes, quatinus hanc litteram ob maiorem firmitudinem bulla nostra signaremus, quod libenter ob honorem beate Marie et favorem claustri fecimus, pro posse nostro claustro in omnibus cooperari cupientes, ut his bonis cum omnibus pertinentiis suis legitime comparatis quiete utatur et fructuose. Huius rei testes sunt: Thetmarus in Patberg plebanus, Hermannus de Ythere, Godescalcus et Helmwicus fratres de Keldinchusen, Bernardus de Walberninchusen, Conradus superius foro, Gerlacus Rex, Iohannes Braxator et alii quam plures. Datum Pathberg anno gratie M°.C°C.L°V°., indictione XIII., Idus Iunii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 55. An Pergamentstreifen Bruchstück des schildförmigen Siegels I.s v. P., quergetheilt, oben zwei Fehreihen, unten schraffirt. Auf dem angehefteten gleichzeitigen Regest: Privilegium Iohannis iunioris de Patberg de cessione Hermanni Tregelonis *u. s. w.*

605.

Mainz macht den westfälischen Städten Mittheilung über Versammlung behufs Handhabung des Landfriedens Mainz. 1255 Iuni 21.

Gedr. Ennen, Quellen zur Gesch. d. St. Köln II, 353. Daraus UB. III, 1741. Vgl. hierzu Weizsäcker, Städtebund, 74; Arch. Ztschr. IV, 278; Zurbonsen in Westdeutsche Ztschr. II, 48.

606.

Graf Gottfried von Arnsberg bekundet Ueberlassung eines Hofes in Weslar an Kl. Bredelar. 1255 Iuli 6. Eversberg (1256) Februar 24.

Omnibus hanc litteram visuris, Godefridus Dei gratia comes in Arnesberg pacem et veritatem diligere. Tenore presentium modernis et futuris innotescimus, quod domnus Wydekyndus abbas de Breydelar et suus conventus, ordinis Cysterciensis, aream quandam in Weslere retro ecclesiam sitam, curie eorum ibidem contiguam, ab Ambrosio clerico dicto de Weslere, cui eadem area proprietario iure

pertinebat et nostro tempore quiete possedit, titulo emptionis comparaverunt decem et octo solidis legalium denariorum, legitimo herede, scilicet fratre suo Frederico, consentiente et omni iuri suo in hac area habito publice renunciante cum heredibus universis. Deinde idem Ambrosius, predicta summa recepta, in iudicio nostro, quod vulgo dicitur Frigedinch, in Heppen, coram comite libertinorum Ambrosio nomine a nobis constituto et scabinis et libertinis eidem comitie pertinentibus, eandem aream fratribus predicti claustri proprietario iure perhenniter possidendam assignavit, omni iuri suo in eadem habito sollempniter cedens, adeo promittens, quod, si de area eadem warandiam plenariam infra annum fratribus claustri iam dicti prestare nequiverit, decem et octo solidos, quos recepit, eisdem restituere deberet. Huius rei testes sunt: Waltherus de Weslere, Heinricus Bekeman, Sifridus de Dichus, Heinricus de Thodinchusen, Heinricus cum ferrea manu, Herbordus de ovili foro, Lubertus de Thodinchusen, Herbertus et frater suus Olricus de Brochusen, Hermannus, Albertus, Rodolfus, Hildebrandus, Almarus de Wycherinchusen, Helmwordus de Susato, huius conventionis mediator, et alii quam plures. Ne igitur aliquis super huius emptionis contractu fratribus claustri prefati inposterum moveat questionem, ipsis in argumentum veritatis presentem cartam contulimus, sigilli nostri impressione communitam. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.L°V., indictione XIII., in octava apostolorum. Datum Eversberg VI. Kalendas Martii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 59. An blauweissen Schnüren Siegel des Grafen wie Westf. Siegel I, 28 Nr. 6. Gedr. Wigand, Archiv VI, 229.

607.

Ulrich von Allenhausen bestätigt auf der zu Helmarshausen gehaltenen Archidiakonatssynode Verzichtleistung seines Vaters auf einen Zehnten für Kl. Hardehausen. 1255 Iuli 9.

In nomine sancte et individue trinitatis. Universis Christi fidelibus Olricus filius domini Henrici de Allenhusen felicis recordationis salutem in auctore salutis. Ad habendam eorum memoriam, que a mortalibus aguntur, ipsorum gesta scriptis autenticis utiliter commendantur. Hinc est, quod omnibus notum esse desidero, quod ego renuntiationem actionis contra abbatem et conventum in Hersvithehusen super decima in Roden a patre meo H(einrico) ob reverentiam Christi Ihesu suisque sanctissime genitricis Marie ac ipsius eternam salutem salubriter factam ratam habens, quicquid michi iuris in eadem decima racione hereditatis competebat, pro eterne remuneratione felicitatis dicti patris mei H(einrici), matris mee ac mei ei absolute ac liberaliter in sinodo in Helmwardeshusen celebrata renuntiavi. Quam renuntiationem a me fieri videbant Helenbertus archidiaconus, Heinricus de Brakel, Bertoldus camerarius, Iohannes Flos, monachi in Helmwardeshusen; Herbordus canonicus in Lippolde(s)berch; Albertus, Volcwinus, Herbordus, sacerdotes; Heinricus iudex, Hartmannus de Hardenberch, Bertoldus de Silo, Heinricus monetarius, Theodericus de Huxaria, Iohannes de Ruden, Conradus et Iohannes de Civitate, consules et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LV°., septimo Idus Iulii. Verum quia proprio sigillo carui, sigillis domini abbatis et conventus in Helmwardeshusen presentem paginam roboravi.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 98. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Zu Roden *vergl. unten zu 1257 Iuni 15, 1266 April 25, 1287 Dezember 15. Ob von Rhoden im Fürstenthum Waldeck hier die Rede ist, scheint mehr als zweifelhaft. Nach Urk. v. 1430 überliess Kl. Hardehausen dem Erzbischof Dietrich von Köln sechs Hufen zu* Roide *bei Volkmarsen, behielt sich aber den Zehnten daselbst vor. Mit Rücksicht auf die Personen, die in den betreff. Urkk. vorkommen, dürfte kaum zu zweifeln sein, dass es sich auch hier um diesen Ort handelt. (Spancken.) Vergl. Zeitschr. XXXVIII, 2, 187.*

608.

Gottschalk und Hermann Edle Brüder von Pyrmont verpflichten sich gegen Erzbischof Konrad von Köln, der ihnen Pyrmont wieder einräumte, Frieden zu halten. 1255 Iuli 23.

Nos Godescalcus et Hermannus, nobiles fratres de Peremunt, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod, cum venerabilis dominus noster Conradus Coloniensis archiepiscopus nobis

mansionem nostram castrensem apud Peremunt per dominum Albertum de Stůrmede marescalcum Westfalie faceret restitui et assignari eo iure, quo patres nostri eam habebant, nos fide data et iuramento corporaliter prestito promisimus, quod nunquam deinceps dictum dominum nostrum archiepiscopum aut eius ecclesiam deliberatione prehabita in captione vel deiectione dicti castri Peremunt sive in officialium suorum sive castrensium ibidem[1]) captivitate vel occisione molestabimus aut offendemus nullamque turrem sive eminentem structuram in dicto castro absque archiepiscopi vel eius ecclesie consensu ullatenus erigemus. Ad observationem vero huiusmodi promissionis fideiussores dedimus dominos G(odefridum) de Arnesberg, L(udolfum) de Halremunt, C(onradum) de Wilipa et L(udolfum) de Wunstorp, comites, qui fide data se pro nobis constrinxerunt, quod, si in hiis deliquerimus, comes de Arnesberg Sůsatum et alii Hamelen intrabunt, inde sine beneplacito archiepiscopi nullatenus exituri. Preterea ministeriales nostri tam milites quam famuli universi fide data et iuramento corporaliter prestito, consules et cives apud Luthe similiter iuramento emisso promiserunt et singulis annis consules electi idem iurabunt, quod, si violatores in hoc promisso inventi fuerimus, ipsi se cum opido Luthe, personis et rebus et castro Peremunt ad ecclesiam Coloniensem transferent et eidem perpetuo pertinebunt. Si vero casu fortuito alterius materia questionis inter nos et castrenses suborta fuerit, infra sex hebdomadas inter nos de ea potuerimus concordare, alioquin ad dominum archiepiscopum veniemus ab eo non recessuri, donec questio suborta in iure vel amicicia fuerit terminata. Ceterum recognoscimus[2]), quod medietatem opidi Luthe cum molendinis, iudiciis et omnibus attinenciis infra opidum domino archiepiscopo Coloniensi et eius ecclesie donavimus libere et contradidimus, quam medietatem idem archiepiscopus pro ducentis marcis nobis pignori obligavit, ita ut tempore obligationis de dicto opido se tanquam de aliis suis munitionibus poterit adiuvare. Persolutis vero nobis dictis ducentis marcis cum medietate expensarum, quas secundum computationem legitimam de nostro fisco circa structuram opidi fecerimus, medietas opidi ad ecclesiam Coloniensem libere revertetur. In huius itaque promissionis et ordinationis testimonium presentes litteras scribi et nostris et opidanorum nostrorum in Luthe sigillis fecimus communiri. Nos autem ministeriales tam milites quam famuli universi dominorum G(odescalci) et H(ermanni) virorum nobilium fratrum de Peremunt, consules et cives apud Luthe, nos iurasse et promisisse, secundum quod superius est expressum, confitemur et in testimonium sigillum nostrum opidanorum presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini M°.C°C.L° quinto, X. Kalendas Augusti.

[1]) ibiidem *Or.* [2]) reconnoscimus *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 148. Von den drei an Pergamenstreifen angeh. Siegeln Bruchstücke der Siegel Gottschalks und Hermanns erhalten. Gedr. v. Klettenberg, Waldeck. Helden- und Regentensaal I, 621; v. Spilcker, Wölpe, 222; Lacomblet UB. II, 417. Reg. Cardauns, Annalen 35, 48 Nr. 396.

609.

König Wilhelm bestätigt den vor seinem Richterstuhl gefällten Rechtsspruch, dass kein mit der Würde eines Reichsfürsten bekleideter Abt Lehen oder Güter seines Klosters ohne Genehmigung des betreffenden Kapitels und Zustimmung des Königs veräussern dürfe. Kloster Egmont 1255 Iuli 27.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Corvey Nr. 101. Vom angehängten Siegel nur Pergamentstreifen erhalten. Gedr. Or. Guelf. IV, 241; Mon. Germ. Leg. II, 373; Schaten ad annum; Lünig Corp. feud. I, 44; Paullini, Hist. Visb. 79. Vgl. Böhmer-Ficker, Regg. imp. V, 5266 mit Bemerkung über Datirung und Beurkundung.

610.

Propst Elger und Konvent des Kl. Arolsen bestimmen nach Erwerb des Dorlarer Zehntens über Verwendung jener Einkünfte. 1255 August 15.

In nomine sancte et individue trinitatis. Elgerus Dei gratia Aroldensis ecclesie prepositus totusque ibidem sanctimonialium conventus omnibus hanc litteram visuris notum fore cupimus, quod Conradus

Monetarius et uxor sua Mechtildis zelo devotionis succensi tam pro dilectione filie sue Mechtildis apud nos in servitio Dei conversantis quam pro spe retributionis eterne dimidiam partem decime in Dorlere ecclesie nostre (ad) indumenta linea sponsis Christi exinde comparanda pro triginta marcis emerunt et in restaurum alterius dimidie partis, quam claustrum etiam pro triginta marcis emit, bona quedam in ipsa villa Dorlere sita ecclesie monialium in Wizenstein pertinentia, Adam milite dicto de Aspen mediante, pro triginta tribus marcis ecclesie nostre comparaverunt, ita quod tunc decima tota pertineat sponsis Christi ad linea indumenta. Hiis vero tribus marcis pro superrestauro additis redditus duorum solidorum in Mederike a nobis emerunt deputantes eos pertinere perpetuo ad certam candelam, que ardeat ad missam ante capsulam reliquiarum pretiosissimi sanguinis Domini nostri Iesu Christi. Si redditus isti aliquo casu deperierunt, alios duos solidos claustrum absque omni contradictione ad instaurationem eiusdem candele procurabit annuatim in festo beati Michaelis persolvendos. Ut autem hec devota donatio ad honorem pretiosissimi sanguinis Domini et protectionem domus nostre et personarum instituta firma in evum permaneat et inconvulsa, presentem chartam sub appensione sigillorum tam domini Widekindi Breidelariensis abbatis quam ecclesie nostre roboramus sub anathemate et virtute sancte obedientie districte inhibentes, ne quis tam salubre statutum quovis unquam tempore presumat immutare utpote a nobis unanimi consensu et voluntate approbatum. Si quis ergo de successoribus nostris timore Dei postposito, quod non speramus, infringere attentaverit, anathema sit, et sanguis Domini de manibus eius requiratur et ultionem divinam non effugiat, quousque a tali sacrilegio penitentia ductus resipiscat, presertim quia impedivit, quod minime promovit. Preterea impedienti chani solutionem sit cum Dathan et Abiron maledictio, promoventi cum beata virgine et electis Dei benedictio. Sollicitudini deinde et fidei sacristarum committitur, ut pro reverentia sanguinis Domini et beate virginis nos redditus annuatim omni instantia requirant sibi presentari ad tanti thesauri illuminationem. Si vero adulationis vel favoris gratia requirere neglexerint, sic, ut lumen pretioso sanguini Christi deputatum segnitie earum deperit, sic veniente sponso in die examinis earum lampades ut fatuarum virginum inveniantur extincte et vinculo excommunicationis et inobedientie alias sint innodate et a corpore et vivifico sanguine Domini nostri Iesu Christi aliene et a sancte Dei ecclesie adito separate non solum hee sed et consentientes omnes, nisi resipiscant. Que autem zelo Dei custodes bone et observatrices fideles huius sancti instituti officiantes exstiterint, in adventu iudicis lampades earum ardentes reperiantur et agnum, quocunque ibit, sequentur, stola glorie indui, in porta paradisi coronari et celestis retributionis mercedem a sponso virginum consequi mereantur. Acta sunt hec anno gratie M°.C°C.LV°., indictione XIII., in assumptione beate Marie virginis gloriose.

Nach Kopialbuch saec. XVI fol. 15 auf der Fürstl. Wald. Domänenkammer in Arolsen.

611.

Ueberlassung von Gütern im Netzer Feld an Kl. Netze. 1255 August 24.

Discreto viro domino H(enrico) preposito in Nezehe H(ermannus?) miles de Wolphersh(usen), M. sua legitima ac pueri eorundem quidquid possunt obsequii et honoris. Recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod nos ad petitionem domini Heinrici Brotrumpes et aliorum fratrum suorum vobis et ecclesie vestre supradicte ex bonis nostris in campo Nezehe tres agros, duos in campis et unum in silvis, quos a nobis iure feodali possederunt, contulimus proprietate tenendos. Testes sunt: Heinricus Strecheben miles, H. filius suus, C. clericus dictus Geroldi, Heinricus Brotrump, Th(idericus) frater suus et L(odewicus) frater suus, Walterus de Reingoldeshusen, Conradus de Biscopeshusen et alii plures. Datum anno Domini M°.C°C.LV°., in die Bartolomei apostoli.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. Vom Pergamentstreifen Siegel ab.

612.

Abt Hermann und Stift Corvey erlassen den armen Einwohnern der Stadt Corvey (pauperum civitatis Corbeiensis incolarum) *eine jährliche Abgabe, gemäss welcher der Kellermeister zwölf und der Pförtner fünf Schillinge vom Brückenmeister empfangen. Zeugen:* Albertus tunc prior, Strigerus prepositus, Heinricus cantor, Heinricus camerarius, Conradus plebanus; laici: Helmwigus iudex, Heinricus Clinchorn, Hermannus institor universique civitatis Corbeiensis consules. — Acta sunt hec a. d. M°.C°C.LV°., in capella infirmorum. *1255 (vor September 17.)*

Gedr. Wigand, Archiv III, 1, 74.

613.

Papst Alexander IV. beauftragt den Bischof (Widukind) von Minden mit Prüfung und eventueller Bestätigung der Wahl des Mönchs Themo zum Abt von Corvey. Anagni 1255 September 17.

Gedr. UB. V, 558.

614.

Graf Hermann von Pyrmont resignirt dem Erzbischof Gerhard von Mainz einen Zehnten behufs Uebergabe an Kl. Amelunxborn. 1255 September.

Honorabili domino suo Ger(hardo) sancte Maguntine sedis archiepiscopo H(ermannus) Dei gratia comes de Perremunt paratum in omnibus famulatum. Dominationi vestre notum esse volumus, quod decimam in Syborgehusen, quam de manu vestra tenuimus, de consensu fratris nostri comitis Godescalci in manus vestras resignamus, eo pacto, ut ipsam ecclesie in Amelungesborne conferatis, firmiter promittentes, quia, quod absentes fecimus, manu et ore faciemus, cum vestre contigerit presencie nos offerri. Datum anno Domini M°.C°C.LV°., mense Septembris.

Nach dem Amelunxborner Kopiar II, fol. 111v im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Gedr. Grupen, Or. Pyrmont. 88. Reg. Harenberg, Hist. Gandersh., 1722 und Will, Regg. arch. Mag. II, 335 Nr. 153. Syborgehusen *jetzt Siberhausen unweit der Malsburg in Hessen. In undatirter Urk. l. c. theilt Günther von Hardenberg seinem Lehnsherrn Gottschalk von Pyrmont seine Resignation des genannten Zehnten zu Gunsten Amelunxborns mit.*

615.

Abt Widukind von Bredelar bekundet: 1) Kauf von Gütern des Ritters Ludolf genannt von Messinghaussen (Mezenchusen) *in Roesenbeck* (Rosbike) *seitens seines Klosters und feierliche Auflassung vor genannten Zeugen an Novizenmeister Iohann von Flechtorf und Konversen Dietrich von Heringhausen auf einem Tage zu Thülen. 1251 Mai 17; 2) Kauf von Gütern Iohanns von Piscina in Roesenbeck im selben Iahre; 3) Ueberlassung einer halben Mark Einkünfte in Hottepe an Kl. Bredelar seitens des genannten Ludolf und seines Bruders Sueder. Zeugen; 4) Legat des Ritters Hermann von Brilon aus Gütern in Thülen für die Kirchen in Flechtorf, Küstelberg, Brilon und Bredelar. 1255 September 22.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 57. An geflochtenen blaurothweissen Schnüren spitzovales Siegel des Abts, sitzende Figur mit Buch in der Linken, Stab in der Rechten. Umschrift verwischt, nur sigillum *noch zu erkennen. Gedr. Seibertz, UB. 291 aus gleicher Vorlage. Zu korrigiren S. 362 Z. 6* et *statt* etiam, *Z. 9* pueros *st.* parvos, *vorl. Z.* Quistelberg *st.* Custelberg.

616.

Papst Alexander IV. beauftragt den Kantor von Osnabrück, nöthigenfalls mit geistlichen Strafen dafür zu sorgen, dass die Güter des gefangenen Bischofs (Simon) von Paderborn und seiner Kirche von dessen Feinden nicht verwüstet werden. Anagni 1255 Oktober 7.

Gedr. UB. V, 559.

617.

Papst Alexander IV. ertheilt allen, die am Iahrestage der Einweihung die Kirche des Kl. Abdinghof besuchen, 30 Tage Ablass. Anagni 1255 Oktober 7.

Gedr. UB. V, 560.

618.

Papst Alexander IV. verleiht allen Besuchern des Paderborner Domes am Kirchweihtage und am Feste Mariä Verkündigung einen 40tägigen Ablass. Anagni 1255 Oktober 7 und 12.

Gedr. UB. V, 561 und 847.

619.

Papst Alexander IV. beauftragt Propst und Dechant der Paderborner Kirche mit Prüfung der Klagen des Stifts Fritzlar gegen genannte Laien. Anagni 1253 Oktober 13.

Alexander episcopus servus servorum Dei dilectis filiis . . preposito et . . decano ecclesie Padeburnensis salutem et apostolicam benedictionem. Querelam dilectorum filiorum . . decani et capituli ecclesie Frislariensis recepimus continentem, quod Cunradus de Elbene[1]), Walterus de Manderen, Bertoldus et Hermannus dictus Mesenburge fratres, milites, et quidam alii Maguntine et Paderburnensis civitatum et diocesum super decimis, terris, debitis, possessionibus et rebus aliis iniuriantur eisdem. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus convocatis audiatis causam — testimonium perhibere. Dat. Anagnie III. Idus Octobris, pontificatus nostri anno primo.

[1]) Cumradus de Elben *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Stift Fritzlar. Bulle und Befestigung fehlen. Auf der Rückseite Bertoldus.

620.

Papst Alexander IV. verleiht allen Besuchern der Corveyer Kirche am Feste des h. Vitus einen Ablass von 40 Tagen. Anagni 1255 Oktober 31.

Gedr. UB. V, 562.

621.

Edler Adolf von Holte resignirt gegen Empfang von zwölf Mark auf zwei Zehnten zu Gunsten der Kirche von Enger. Osnabrück 1255 Dezember 9.

Adolfus nobilis de Holte omnibus in perpetuum. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos accepta summa duodecim marcarum a decano et conventu ecclesie Angarensis decimas integras Siledhe et Stenbeke in parrochia Angarensi sitas, quas Reinfridus et Theodericus fratres de Alen in feodo a nobis tenuerunt et quas nos a domino episcopo et ecclesia Osnaburgensi similiter in feodo tenuimus, in manus domini episcopi Osnaburgensis cum omni iure et utilitate earundem liberaliter resignavimus et presentibus litteris resignamus, requisito et habito consensu filii nostri domini Wilhelmi et uxoris sue et heredum suorum, qui personaliter, si quid iuris in eisdem decimis habuerunt vel habere possunt, plane et plene in manus dicti domini episcopi Osnaburgensis resignarunt. In cuius rei robur perpetuum presentem paginam sigillo nostro duximus roborandam. Et quia filius noster et uxor ipsius sigilla propria non habuerunt, sigillo nostro sunt contenti. Acta sunt hec Osnaburg anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, feria quinta post Nicolai, Gerardo de Varendhorpe, R(einfrido) et Th(eoderico) fratribus de Alen prescriptis, militibus, Engelberto decano, Ernesto scolastico, Vromoldo et Godescalco canonicis sancti Iohannis, Hermanno de Linnebeke, Heinrico scriptore, Alberto capellano domini Osnaburgensis et aliis quam pluribus presentibus. Datum Osnaburg, anno et die premissis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Herford, Stift St. Iohann und Dionys Nr. 15. An Pergamentstreifen am Rande verletztes dreieckiges Siegel mit drei horizontalen Adlerflügeln, kleiner und ein anderes wie das Westf. Siegel I, 36 Nr. 7. gegebene. Gedr. Osnabr. Mitth. V, 123 Nr. 27.

622.

Bischof Bruno von Osnabrück übereignet die von den Edlen von Holte ihm resignirten Zehnten der Kirche zu Enger. Osnabrück 1255 Dezember 9.

Bruno Dei gracia Osnaburgensis episcopus omnibus in perpetuum. Quia labitur occulte fallitque volatilis etas, necesse est, ut, que in memoria sine lapsu oblivionis haberi debent, firmentur testibus et scriptura. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod dominus Adolfus et dominus Wilhelmus[1]) filius suus, nobiles viri dicti de Holte, Reinfridus et Theodericus fratres de Alen milites, uxores et heredes ipsorum, decimas integras Silethe et Stenbeke, in parrochia Angarensi sitas, quas dicti nobiles de manu nostra in feodo tenuerant et premissi fratres de Alen de manibus dictorum nobilium secundario similiter in feodo tenuerant, ad instanciam decani et capituli Angarensis, qui easdem decimas a dictis laycis pro octoginta et sex marcis emerat, in manus nostras libere et integraliter resignarunt, cum omni utilitate et iure, quod in eisdem decimis habebant vel habere poterant. Et nos post huiusmodi resignationem liberam factam a dictis militibus uxoribus et heredibus ipsorum ob reverentiam beate virginis Marie et sancti Dyonisi, in quorum honore dedicata est ecclesia Angarensis, et ob devotionem canonicorum in eadem ecclesia Deo servientium sepe tam nobis quam antecessoribus nostris exhibitam decimas memoratas Silethe et Stenbeke cum earum proprietate et cum omni iuris et fructuum integritate dictis canonicis et ecclesie Angarensi contulimus et assignavimus perpetuo possidendas ad augmentum prebendarum suarum, que per violentiam advocatorum tenues sunt effecte, presertim cum litteras domini pape viderimus speciales, in quibus dicto capitulo Angarensi indulsit, ut, si facultatem haberent, licite redimerent a manibus laycorum decimas non solum in sua parrochia verum etiam in parrochiis alienis. Ne itaque dicta ecclesia ab aliquo in posterum super emptione ipsarum decimarum et collatione calumpniari valeat seu turbari presentem paginam huius rei seriem continentem ipsis canonicis et ecclesie Angarensi dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt hec Osenburg, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, quinta feria post Nicolai, decano Engelberto, scolastico Ernesto, Vromoldo et Godescalco, canonicis sancti Iohannis, Hermanno de Linnebeke, Heinrico scriptore, clericis; Gerardo de Varendorpe, Hinrico et Theoderico fratribus de Haren, Hugone de Dalhem, Iohanne camerario, Gyselberto et Francone fratribus de Bissendorpe[2]), militibus; Iohanne Twent et Aspalano, burgensibus et pluribus aliis tam laycis quam clericis presentibus. Datum Osenburg, anno et die premissis.

[1]) Willelmus *B.* [2]) Bissendhorpe *B.*

Or. in zwei Ausfertigungen von derselben Hand (A u. B) im Kgl. St.-A. Münster, Herford, Stift St. Iohann und Dionys Nr. 16. An beiden Exemplaren in weissem Wachs ovales Siegel des Bischofs, sitzende Gestalt mit Stab und Buch wie Westf. Siegel 2, Taf. 51. Auf Rückseite beider von Hand s. XV: Silde. *Gedr. Osn. Mitth. V, 121 Nr. 26. Die citirte Papsturkunde UB. V, 845.*

623.

Reginhard von Itter verzichtet im Namen seiner Familie auf alle Rechte an genannte, von Ritter Albert Wedereve an Kl. Bredelar überlassene Güter. Itter 1255 Dezember 15.

Regenhardus dominus castri in Ytter universis presentes litteras inspecturis duximus intimandum, quod Albertus miles dictus Wedereue quandam curtem in Rixwidehusen cum suis pertinenciis, agris et pascuis, a nobis iure tenuit feodali; quam cum de consensu unanimi et voluntate uxoris sue Alueradis et filiorum Conradi et Godescalci et filiarum Lutgardis et Hadewigis et heredum suorum nostroque accedente favore, mediantibus honestis viris Iohanne milite de Corbyke et Regenhardo de Nerdere, et quandam parvulam decimam, quam a nobis eciam feodaliter possedit, pro viginti marcis currentis monete domino Heinrico abbati in Breidelar et conventui eiusdem monasterii vendidisset et una cum uxore sua, filiis et filiabus et heredibus supra memoratis prefatam curtem et decimam supradictam nobis liberam resignasset (et) omni iuri suo, quam habuit, renunciasset in eisdem bonis, suppliciter nos suis precibus monuit

et induxit, ut sepedictam curtem in Rixewidehusen et decimam predicto monasterio in Breidelare conferre favorabiliter curaremus. Nos igitur de consensu uxoris nostre domine Adelheydis et filiorum nostrorum Conradi et Heinrici et filie nostre Mabilie, intuitu Dei et beate Marie virginis necnon ad instanciam eiusdem Alberti Wedereuen omne ius a progenitoribus nostris ad nos devolutum prefate curtis in Rixewidehusen et decime cum omnibus suis pertinenciis, pascuis, silvis et agris contulimus perpetuo possidendum. In cuius rei testimonium presentem litteram appensione sigilli nostri duximus roborandam. Acta sunt hec anno gracie M°.C°C°. quinquagesimo quinto, indictione XIII. Datum in castro Yttere XVII°I. Kalendas Ianuarii. Postremo sciendum, quod fratres claustri memorati iam dicto Alberto Wedereuo statutam summam integre persolverunt. Testes huius rei sunt Sygebodo miles de Yttere, Arnoldus de Rein, Waltherus Comes magister consulum in Corbyke, Albertus Hilderici, Iohannes Hersteni, Iohannes et Bernherus fratres, Euerhardus Virdach et filius suus Euerhardus, Conradus de Dasberg, Hermannus de Hogehusen, Heinricus Balchorn, Iohannes Surdus, Burchardus Lampvlesch, Hermannus superius fonte, Conradus de Langele, Iohannes Listegeman et alii quam plures.

Aus Msc. VI, 125 p. 124 im Kgl. St.-A. Münster. Schon 1252 hatte Abt Hermann v. Corvey bekundet, dass obengenannte Kinder Alberts Wedereve auf ihr Anrecht an Güter und Zehnten in Rischedehusen *und* Wedereuenbercken *zu Gunsten Bredelars verzichtet hatten. Msc. VI, 125 p. 124.*

624.

Verzicht Reginhards von Itter auf genannte Güter. Itter 1255 December 15.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Omnibus hanc litteram visuris Regenhardus dominus castri in Ythere pacem diligere et veritati testimonium perhibere. Quia moris est et oportet, ut inviolabiliter ea servemus, que hominibus secularibus data fide spondemus, quanto magis dignum est et divine pietati consonum, quatinus ea, que cum viris spiritalibus tractamus, effectui fideliter mancipemus et scriptis, sigillis et testibus roboremus, ne quis oblivionis pretextu malignetur. Noverint idcirco moderni et posteri, quod Albertus miles cognomento Wedereue quedam bona in[1]) Ricsuitehusen habuit et decimam de bonis nostris ibidem eciam sitis et ipsa bona et decimam eandem a nobis in feodo tenuit et nostro tempore quiete possedit. Que bona et decima cum pro situ suo claustro in Breydelar, ordinis Cisterciensis, contigua forent et commoda, idem Albertus dominum Heinricum eiusdem claustri abbatem et suum conventum convenit, ut, si ea emere vellent, libenti animo assensum preberet; sicque mediantibns honestis viris Iohanne milite de Curbike et Regenhardo de Nerdere de voluntate uxoris sue domine Alueradis et filiorum Conradi et Godescalci et filiarum Luthgardis et Hadewigis et heredum suorum nostroque accedente consensu eadem bona et dictam decimam cum omnibus pertinenciis suis, agris videlicet cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, pro viginti marcis legalium denariorum vendidit, de quibus debita sua minoravit, ne maiori dispendio subiaceret. Post hec idem Albertus una cum uxore, filiis, filiabus et heredibus predictis eadem bona et ipsam decimam nobis resignavit, et ut ea dicto claustro conferremus, suppliciter rogavit, omni iuri suo in eisdem bonis et decima predicta hactenus habito penitus cedens et hec cessio seculari sentencia, uti moris est, et ut id fieri decebat, est affirmata. Nos vero prefata bona et eandem decimam post resignacionem de consensu uxoris nostre domine Alheydis et filiorum Conradi et Heinrici et filie nostre Mabilie et heredum pro reverencia Domini nostri Ihesu Christi eiusque pie matris Marie virginis gloriose necnon ad instanciam eiusdem Alberti Wedereui fratribus iam dicti claustri sollempniter contulimus libere et quiete possidenda perhenniter cum omnibus pertinenciis suis, sicut superius dictum est, omni iuri nostro in eisdem bonis habito hactenus et decima memorata publice renunciantes, ut eorundem fratrum precibus apud Deum adiuvemur. Deinde quia eorundem bonorum mansus unus proprietario iure nobis pertinuit, quem iam claustro eidem dedimus, et alteram partem ab ecclesia Corbeygensi tenuimus, dictam vero decimam a domino Lippiense, preterea ob maiorem firmitudinem rogatu fratrum claustri prefati, ne ipsorum quies in ullo possit turbari aut factum nostrum vel fides violari, ipsa bona et decimam sepedictam eorum

familiaribus Iohanni de Curbike, Heinrico de Ense, militibus, Wigando, Waligoni et Ekehardo dictis de Ensze et Heynoni de Curbike hominii iure porreximus tam diu habenda in dominio, quousque fratres eiusdem claustri proprietatem bonorum eorundem et dicte decime consequantur, qua adepta, quocunque tempore tunc sive presentes sive absentes aut vivi fuerimus vel mortui, domino abbati Corbegensi et sue ecclesie eadem bona in hominio habita et similiter dictam decimam domino Lippiensi resignavimus. Et hoc presenti scripto sigillo nostro firmato publice protestamur. Ceterum ego Albertus Wedereuus, quia omnia hec superius dicta approbo et collaudo, ea in signum habicionis rati per presentem litteram sigillis domini mei Regenhardi de Ythere et consulum de Curbeke rogatu meo communitam, nam sigillum proprium non habeo, protestor manifeste. Acta sunt hec anno gracie M°.C°C.L°V°., indictione XIII. Datum in castro Ythere XVIII°. Kalendas Ianuarii. Postremo sciendum *(wie Nr. 623)* quam plures.

[1]) *Doppelt im Kopiar; vorher* cognomento.

Aus Msc. VI, 125 p. 125 im Kgl. St.-A. Münster. Schluss wörtlich wie vor. Urk. nur Dasburg *statt* berg, Hogesh. *f.* Hogeh. *zu setzen.*

625.

Äbtissin Ida von Herford bestätigt den Herforder Bürgern Grundbesitz innerhalb des Aussengrabens und Besitz der gemeinsamen städtischen Weide. 1255.

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis Ida Dei gracia Heruordensis abbatissa, M(echtildis) preposita, B. decana totumque capitulum in vero salutari salutem. Notum esse cupimus universis, quod fideles ac dilecti nobis consules et scabini, immo cives Heruordenses universi, nobis supplicarunt humiliter et devote, quatinus iura quedam et possessiones, quas a multis retroactis temporibus ad nos usque sine interruptione tenuerant et quiete possederant a multis, que nos in ecclesia nostra antecesserant, abbatissis, eis quoque recognoscere et recognitas auctoritatem nostram et consensum nostrum apponere et appositum dignaremur scripti nostri testimonio confirmare. Unde nos, communicato tocius ecclesie nostre consilio, petitiones eorum eo, quod non fuerint rationi contrarie, de sincero cordis affectu decrevimus admittendas. Sciat igitur ex hoc scripto presens auctoritas et futura etas, quod predicti cives, quicquid spacii sive terre intra fossam exteriorem incluserunt, iuste possessionis titulo possidebunt. Quicquid etiam in eisdem fossis iam dudum factis vel adhuc nostro de consilio faciendis utilitatis seu reddituum possunt facere, sive molendino constructo vel in ortis exponendis, sive quibuscumque modis fructus vel proventus in eis fecerint, hoc licebit eis pleno iure in usu redigere civitatis. Pascua vero, que woldemene vocantur, sicut libere perceperunt ab antiquo, sic deinceps absque ulla ullius impetitione commode possidebunt. Ut autem super hiis nullum inposterum dubium aut contentio oriatur, presens scriptum sigillis nostris dignum duximus roborare. Testes sunt hii: Godescalcus, Hermannus, Conradus, Regenhardus, ebdomedarii, Iohannes de Quernhem et Floriko filius suus, Iohannes Gogravius et Hermannus frater suus, Heinricus de Aldenheruorde, Heinricus de Ubbinctorp, Iohannes de Rubo, Suederus, de Odenhusen, Herbordus pincerna, Gerhardus Rufus, Gerhardus de Bernebecke, Iohan de Libbere, Heinric de Bekeseten, Liudwardus et scabini et consules universi. Datum anno M°.C°C.LV°.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Grafsch. Ravensberg Nr. 5. An zwei Pergamentstreifen, welche zusammengehörige Streifen eines Hebe- oder Lehns-Registers bilden, ist an erster Stelle Fragment vom runden Siegel der Äbtissin, das zweite abgefallen. Datum mit blasserer Dinte später nachgetragen. Rückschrift des 16. Jahrh.: privilegium up de waldemeyne tusschen den utersten lantweren und grefften.

626.

Abt Giseler von Altenberg verkündet die Entscheidung im Streit der Klöster Corvey und Hardehausen über Kessenich. 1255, 1263.

Universis presentem paginam inspecturis frater Giselerus dictus abbas de Veteri Monte, Cysterciensis ordinis, Coloniensis dyocesis, salutem in omnium salvatore. Universitati vestre tenore presencium inno-

tescat, quod, cum dissensio esset inter Corbeienses et Herswi(t)husense monasterium super annuo debito de quibusdam bonis in Castinaco sitis Corbeiensibus persolvendo, tandem partes in hoc unanimiter consenserunt, ut, quicquid nos cum domino Hermanno scolastico Noue Ecclesie, Alberto et fratre suo Herboldo militibus de Amelungissen determinaremus, ratum et gratum utrobique teneretur. Nos igitur causis et rationibus utriusque partis diligenter excussis determinavimus iustum esse, ut quocunque anno abbati et conventui de Herswitehusen vinum in Castinaco a litonibus solveretur, et ipsi Herswithusenses duas carratas vini Corbeiensibus solverent. Quando vero littones vini sufficienciam non haberent et idcirco denarios solverent, ipsi quoque Herswithusenses Corbeiensibus duas marcas pro vino solvere tenerentur. Hanc autem conditionem partes admiserunt, sicut nos presentibus litteris sigillo nostro roboratis veraciter protestamur. Actum anno Domini M°.C°C. quinquagesimo quinto[1]). Datum anno Domini M°.C°C.LX°. tertio.

[1]) quinto *hat eine zweite, das Uebrige eine dritte Hand hinzugefügt.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen, Nr. 99. Siegel vom Pergamenstreifen abgefallen. Vgl. oben Nr. 505. Gedr. Wigand, Archiv IV, 125.

627.

Propst Dietrich von Lippoldsberg erhält Güter verpfändet. Lippoldsberg 1255.

Ego Theodericus Dei gratia prepositus in Lippoldesberge in perpetuum. Ne facta temporis in oblivionem cum tempore veniant, necesse est ea testibus et scripto perhennari. Hinc est, quod notum esse volumus universis ecclesie nostre fidelibus, quod nos in pignore accepimus tres decimas, videlicet Wanbike, Bernersen, Seuelde, a domino Hunoldo milite de Dasle et fratribus suis, datis ipsi viginti quatuor marcis. Et ne hoc factum ab ipsis aut heredibus ipsorum ecclesie infringi possit, presenti scripto ipsam obligationem mandari fecimus et sigillo nostro et comitis roborari. Testes huius facti sunt: dominus Adolfus comes senior et tres filii ipsius, item fratres ambo de Nienouere, Adolfus et Ludolfus, et fratres nostri conversi et alii. Actum Lippoldesberge anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo L°V°.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Lippoldsberg. An geflochtenen Leinenfäden 1) Siegel des Grafen A. wie Nr. 598; 2) rundes Siegel des Stifts, Brustbild des h. Georg mit Palmzweig; Umschrift: Sanctus Georgius . . . .

628.

Graf Otto von Everstein gestattet dem Kl. Wormeln Kauf und Tausch eines Hofes daselbst. Kogelnberg 1255.

O(tto) Dei gratia comes de Everstene omnibus hanc paginam inspecturis salutem. Notum fieri volumus tam presentes quam futuros, quod prepositus de Vormlon totusque conventus comparaverunt sibi ab Ernesto de Wellede curiam unam in superiori Vormlon ad resignationem Ernesti et ad donationem nostram pro XXIIII marcis et pro XX moldra[1]) siliginis et ordei et pro soluta prebenda in eadem predicta ecclesia (. . . . . .)[2]) festo Michaelis hec omnia persolvant. Insuper unam aream in Vormlon prepositus et conventus libere resignaverunt in manus comitis Ottonis, ita ut hanc aream Ernestus reciperet et heredes sui in beneficio absolute. Testes huius facti sunt: comes Albertus iunior de Euerstene, Theodericus de Mederike, Albertus de Lutersen, Bodo de Horhusen, Conradus de Paderborne, Hernestus de Howede. Et ut hec firma aput nos et successores nostros maneant, sigillo nostro et ecclesie in Wormlon hanc paginam ad confirmatione(m) predicti facti roboravimus. Datum in Chugelenberg anno Domini M°.CC°. quinquagesimo quinto. Insuper Volpertus Iudeus presens fuit.

[1]) *So Or.* [2]) *Die folgenden, schwer zu lesenden, sinnlosen Worte sind von späterer Hand auf Rasur geschrieben, wie schon Spilcker bemerkte; sie finden sich ebenso im Kopiar Msc. 4519 p. 14 im Kgl. St.-A. Münster.*

Or. im Besitz der Paderb. Abth. d. Vereins. An von der Urk. abgeschnittenem Pergamentstreifen Bruchstück des angehängten Siegels: oberer Theil eines gekrönten Löwen. Gedr. Spilcker, Everstein S. 106.

629.

Graf Gerhard von Neuenahr bekundet Verzicht des Ritters Heinrich v. Dalbenden auf Güter in Wadenheim und Ahrweiler, welche der verstorbene Ritter Thomas, Burgmann in Altenahr (Are), *und dessen Frau Adelheid den Klöstern Romersdorf und Bredelar geschenkt haben. 1255.*

Reg. Mittelrh. UB. III, 1322. Gedr. Günther Cod. dipl. II, 271.

630.

Edelherr Volquin von Naumburg bekundet Güterkauf des Kl. Netze. 1255.

In nomine Domini amen. Ego Wolcwinus miseratione[1]) divina nobilis de Nouo Castro omnibus hoc scriptum visuris salutem in salutis auctore. Ne gesta temporum simul labantur cum tempore, fideli scripto commendantur. Noverit erga tam presens etas quam futura posteritas, quod Heinricus prepositus et conventus dominarum in Netze de nostro consensu hereditatem ibidem sitam Theoderici, qui dicitur Nagel, Conradi fratris sui, Iohannis et puerorum suorum, sororii eorundem, cum omni integritate pro summa XVI talentorum comparaverunt. Et ne hoc factum aliquis successorum possit irritare, presens scriptum nostri sigilli munimus appensione. Huius rei testes sunt: dominus Berno sacerdos, Conradus Nagel, Odelricus de Berrendorb, Andreas de Netze, Hermannus Brohtrump, milites, Heinricus ther Caste, Tetmarus de Wira et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°V.

[1]) miseratioe *Or.*

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen an drei Ecken verletztes dreieckiges Siegel Volquins.

631.

Die Brüder Giso und Werner von Gudensberg bekunden Güterkauf des Kl. Netze. 1255.

Nos fratres Gyso et Wernherus milites de Godensberg omnibus Christi fidelibus eternam in Domino salutem. Ne ea, que fiunt in tempore, per lapsum temporis oblivionis capiant detrimentum, ad universorum noticiam duximus transferendum, quod nos venditionem factam super quodam manso in Drunge sito, a Conrado de Bune, Thetmaro Scilnthelmo, Egeboldo filio eius, quem a nobis tenuerunt titulo feodali, proprietatem sepedicti mansus ob remunerationem divinam preposito et conventui in Neze contulimus pure et liberaliter propter Deum, voluntate et assensu omnium nostrorum coheredum accedente. Ne tamen aliquis hoc factum possit in posterum irritare, presentem litteram unius nostri sigilli munimine, quo contenti sumus, duximus roborandam. Huius rei testes sunt: dominus Iohannes de Helfenberg, dominus Conradus et Gyso fratres de Godenberg, Wolknandus et Lodewicus fratres de Tueren, Warmundus, milites, Conradus de Scardenberg, Heroldus Durebuch et alii quam plures. Actum anno Domini M°.C°C.L°V°.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An ungebleichten Leinenfäden, der linke obere Theil abgestossen, dreieckiges Siegel, getheilter Schild, rechts Löwe, links vier Balken. Von Umschrift steht noch: viri Gisonis de Godensbg. *Ein zweites mit* In nomine Domine Amen. Nos fratres Giso et Wernerus nobiles de Godensberg *beginnendes und sonst gleichlautendes — nur in zwei Worten:* Scihelmo *und im letzten Zeugen:* Heroldus de Aldenstide *abweichendes — Exemplar ebenda. An weissblauen Leinenfäden dreieckiges verletztes Siegel Werners v. G., getheilter Schild, rechts Löwe, links drei Balken, etwas kleiner wie das Giso's.*

632.

Eckehard von Besse verkauft seine Güter in Hadamar an Kl. Hardehausen. Rummerode 1255.

Universis presentem paginam inspecturis Ekehardus de Besse salutem in Domino. Quoniam veritas et memoria rerum gestarum maxime scriptis conservatur, tenore presentium notum facio fidelibus Christi,

quod ego et uxor mea Iuttha bona nostra in Hademare cum omnibus attinentiis suis, videlicet pratis, pascuis, rivis et silvis, cum omni iure et proprietate, qua nos eadem bona possedimus, vendidimus abbati et conventui ecclesie in Herswithehusen receptis triginta et quinque marcis, super quibus bonis warandiam eis prestamus firmam et fidelem, ut predicta bona quieta libertate possideant iure perpetuo. Verum quia perversorum infinitus est numerus et eventus futurorum incertus, ad roborandam warandie cautionem omnemque contradictionem vel molestiam, si qua ratione predictorum bonorum emerserit contra ecclesiam in Herswithehusen, sopiendam una se nobiscum obligaverunt Hermannus miles dictus Meisenbuch et Hermannus frater eius, Ekehardus quoque de Slirbach miles. Ut igitur hec rata et inconvulsa permaneant, presentem paginam conscribi fecimus sub confirmatione sigillorum domini Conradi nobilis viri de Heuelde iudicis provintie et domine Adelheidis de Drivordia matris uxoris mee. Testes huius rei sunt: dominus Albertus de Rumerode, Burchardus rector ecclesie in Velsberg, Wernherus Lugelin miles, Thidmarus de Twerne, Henricus Kesselrinc, Hermannus de Aluoldeshusen et alii quam plures. Acta sunt hec in Rumerode in caminata predicte domine Adelheidis anno Domini M°.C°C.LV°.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 96. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Rummerode und Trefurt (Drivordia) *bei Heiligenstadt, Hadamar und Felsberg bei Fritzlar; der* iudex provincie Conradus de Heuelde *(vgl. Wenck, UB. III. S. 122) in Nr. 532* comes morans in Maden *genannt.*

633.

Ludolf Marschalk in Warburg bekundet die Beilegung eines Streites zwischen Kl. Hardehausen und Konrad von Scherfede über Zehntrecht. 1255.

Ego Ludolfus marscalcus in Warthberg notum facio universis presens scriptum inspecturis, quod, quicquid discordie fuerat inter fratres monasterii in Herswithehusen et Conradum de Scerue super decima qnorundam agrorum eiusdem C(onradi), quos ipse indecimales asserebat, illis e contra renitentibus, tali modo consopitum et reformatum est. Recognoscens enim predictus Conradus iniuriam se irrogasse fratribus de Herswithehusen secundum tenorem privilegiorum suorum, in quibus habent warandiam et confirmationem super universa decima totius ville in Scerue renuntiavit integre omni actioni sue cum uxore sua Adelheide et liberis Henrico et Hermanno, quatinus ecclesia in Herswithehusen decimam omnium agrorum suorum in Scerue libere perciperet et perpetuo possideret, sicut presenti scripto protestor et sigillo. Testes huius rei: Conradus de Ahusen, Henricus de Assele, Timmo de Rimbeke, milites; Burkardus de Assele et alii quam plures. Anno Domini M°.C°C.LV°.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen. Nr. 97. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Die Familie Marschalk — ein Zweig des Geschlechts von Osdagessen — (Zeitschr. XXXVII. 2, 190) besass zu Warburg ein Burglehen und die dort residirenden Mitglieder nannten sich demgemäss in *oder* de Wartberg. *(Spancken.)*

634

Rechtsverzicht auf Güter zu Gunsten des Kl. Werbe. 1255.

Viro discreto et honesto preposito totique conventui in Wereue Waremundus de Millebach quicquid sit obsequii et honoris. Tenore precencium publice protestor, quod ego et uxor mea et heredes mei omni iuri, quod nos contingere debuit de bonis in Borstorpf, penitus abrenunciavimus presentibus Heinrico de Aldentorpf, Wernhero de Wedelberc, Conrado Nagel, Odelrico de Coufungen, Heinrico et Ortmaro, militibus. Ut autem hoc fatum stabile permaneat, presentem cartulam[1]) sigillo comitis Alberti de Waldenstein, quia proprium non habeo, volui communiri. Acta sunt anno gratie M°.C°C.L°V°.

[1]) coculam *Or.*

Or. im Fürstl. Wald. Archiv in Arolsen. An Pergamentstreifen Bruchstück vom dreieckigen Siegel des Grafen A. v. W., vier Pfähle in hellgelbem Wachs.

635.

Propst Dietrich von Lippoldsberg bekundet, dass der Streit zwischen Kl. Helmarshausen und Ritter Dethard von Nörde geschlichtet ist. (O. I. Um 1255.)

Honorandis dominis . . decano . . scolastico et thesaurario ecclesie Fritslariensis Th(eodericus) Dei gratia prepositus sanctimonialium in Liuppoldesberge cum devotis orationibus paratum semper obsequium. Cum inter . . abbatem et monasterium in Helmwardesh(usen) ex una parte et Thethardum militem de Nordhe ex altera de quadam parte decime in Nordhe causa sub iudicio a domino papa nobis commissa ventilaretur, mediantibus viris honestis et vobis consentientibus tandem est sopita et forma compositionis litteris et testibus est commendata, secundum quod in littera patet, que super hac re est conscripta et sigillis vestris et nostro et civium Geismariensium et aliorum roborata. Hoc presenti scripto protestamur et, si necesse fuerit, volumus sacramento confirmare.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Dietrich war 1255 Propst, vergl. oben Nr. 627. Die Schrift weist auf Mitte s. XIII.

636.

Lutgard von Wennigsen, Kanonissin in Neuenheerse, genehmigt den Verkauf von Gütern in Rintene *(Rinteln?), Evestorf und Wennigsen an Propst Dietrich und Kl. Wennigsen seitens ihres Bruders Heinrich. Unter den Zeugen:* Wiszelus Westfalus. *(O. I. Um 1255.)*

Gedr. Hodenberg, Calenb. UB. VII, 35.

637.

Dompropst Heinrich von Paderborn, Stellvertreter des (gefangenen) Bischofs Simon, bekundet Zehntablösung des Domherrn Heinrich Schele. Paderborn 1256 Ianuar 1.

Henricus Dei gratia prepositus, vicem gerens . . episcopi et ecclesie Paderburnensis, omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, notum esse volumus, quod Henricus dictus Luscus canonicus Paderburnensis, heres et possessor curie in Osedinghosen et quatuor mansorum eidem curie pertinencium, consensit et promisit coram nobis, quod domino Lodewico dicto Bulemast, villico nostre ecclesie de Lohen, pro decima sua annone et pro minuta decima sua et pro quodam apro, quem in alternis annis ratione villicationis nostre de Lohen et dicta curia in Osedingchosen et quatuor mansis prescriptis habere debebat, singulis annis in festo beati Michaelis de sepedicta curia in Osedingchosen sine qualibet difficultate quindecim solidi denariorum legalium persolventur. Et ut hec annua XV solidorum solutio dicto L(odewico) Bulemast et heredibus suis perpetuo rata et firma permaneat, presens scriptum eidem L(odewico) tradidimus sigilli nostri munimine roboratum. Ego vero H(enricus) Luscus canonicus Paderburnensis prescriptus, quia eis, que suprascripta sunt, consencio, etiam huic littere sigillum meum apposui. Acta sunt hec Paderburne presentibus Rabodone decano, Volrado canonico, Ludolpho cellerario, Iohanne scolastico, Paderburnensibus; militibus: Heinrico de Gummere, Wernhero Stapel et aliis quam pluribus. Anno Domini M°.C°C. quinquagesimo sexto, Kalendas Ianuarii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 198. Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Bezüglich der oben genannten Orte äussert sich Spancken: dass Lohen *bei Borchen gelegen hat und unter* Osedinghosen *das in der Wewer Mark eingegangene Dorf* Ostinchusen *(Zeitschr. XXXV, 2, 117) zu verstehen sei, zweifle ich um so weniger, da die in der Urk. genannte Familie Luscus = Schele ihren Sitz in Borchen hatte.*

638.

Die Brüder Iohann und Gottschalk von Padberg verkaufen unter Vermittelung ihres Oheims Gottschalk v. P., Hermanns von Itter und Alrads von Horhausen und mit Zustimmung ihrer Schwester Iutta und Mechthilds, Iohanns Frau, dem Abt Heinrich und Kl. Bredelar ihren nach Beringhausen hin

gelegenen Zehnten in Ekesbike. *Zeugen:* Thetmarus in Pathberg plebanus, Adam miles de Aspe, Helmwicus de Keldi(n)chusen, Albertus de Mulenhusen, Conradus de Yburg magister consulum in Monte Martis, Bertoldus iudex, Ludolfus de Capella et Heinricus filius suus, Volnandus, Hermannus de Flessenger, Godefridus de Eleren, Bertoldus et Helmwicus fratres de Huxoria, Wigandus, Wideroldus et Nicolaus fratres, Iohannes monetarius, Heinricus de Odenhusen, Heinricus de Kulethe et consules omnes. *Mitsiegler Gottschalk v. P. und Rathmänner von Marsberg. (1255) 1256 Ianuar 12.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar, Nr. 56. An geflochtenen blauweissen Leinenschnüren 1) Siegel der beiden Aussteller wie oben Nr. 604. Umschrift stark verwischt: Sigillum Iohannis ... de Patberh(?); *2) Siegel der Stadt Marsberg; 3) Gottschalks v. P. wie oben Nr. 450. Gedr. Seibertz UB. I, 289 zu 1255, Siegel-Abbildung Bd. II, Tafel 5 Nr. 10 und 11. Daselbst zu korrigiren S. 348 Z. 4* suggillent; *Z. 14* Berni(n)chusen, *so stets; Z. 16* quia *st.* quod; *Z. 27* Belderestein; *Z. 35* warandyam; *Z. 39* Meicthildis. *Ueber Datirung vgl. Nr. 599. Reg. Beiträge zur Gesch. der Fürstenth. Waldeck und Pyrmont Bd. III, 132 Nr. 63.*

639.

Iohann Herr in Padberg und Gottschalk genannt von Padberg bekunden, dass Ritter Konstantin und seine Söhne Albert und Hermann, welch letzterer in Kl. Bredelar als Novize eingetreten, dasselbe verlassen und nach Verweigerung der Wiederaufnahme die Mönche mit seinen angeblichen Ansprüchen an Güter in Upsprungen, Hamme *und* Esbike *belästigte, durch ihre Vermittelung auf alle Rechte hieran verzichtet haben. Zeugen:* Thetmarus plebanus in Pathberg, Hudo miles de Wethen, Godescalcus et Hermannus dicti de Pathberg, Constantinus iunior, Bernhardus de Walberni(n)chusen, Helmwicus de Keldi(n)chusen. *Padberg (1255) 1256 März 1.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 58. An geflochtenen blauweissen Leinenschnüren dreieckiges Siegel 1) Iohanns v. P.; 2) Gottschalks v. P. Vgl. vor. Nr. und 450. Gedr. Seibertz UB. I, 290. S. 360 Z. 9 v. u. zu lesen evum *st.* eventum; *ausserdem regelmässig* et *statt* ac. *Die beiden Aussteller auf angeheftetem Pergamentstreifen als* Iohannes iunior *und* Godescalcus patruus suus *bezeichnet. Reg. Beiträge u. s. w. (vergl. o.) Nr. 64.*

640.

Bernardi de Lippia maioris nobilis viri *Zustimmung zur Ueberlassung eines Gutes* Coninchof *seitens Otto v. Ravensberg an Graf Heinrich von Hoya erwähnt. Zeugen. Sparrenberg 1256 März 5.*

Gedr. Hodenberg, Hoyer UB. I, 13. Lipp. Regg. I, 200 Nr. 281 a.

641.

Äbtissin Ida von Herford verspricht vier Bürgern der Stadt Herford das dortige Stadtgericht, sobald es von dem bisherigen Inhaber resignirt worden, als Lehen zu übertragen. 1256 März 9.

Ida Dei gratia Heruordensis ecclesie abbatissa dilectis in Christo scabinis et consulibus Heruordensibus salutem in Domino. Iudicium, quod urbis vulgariter dicitur, quatuor ex civibus vestris, cum resignacionem ipsius a domino Thetmaro[1]) Bosone milite obtinere poteritis, in feudum libere porrigemus. Quibus abeuntibus aliis absque difficultate perpetuo a nobis et[2]) eis, que nobis in dignitate succedent, porrigetur in feudum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum et ecclesie decrevimus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, VII°. Idus Marcii.

[1]) Thetmaro *fehlt C.* [2]) et *fehlt B.*

Nach Transsumpt Urk. Gr. Ravensberg Nr. 147 von 1383 Mai 6 (B.); Abschrift Msc. VII, 3301 a. p. 35 (C.) im Kgl. St.-A. Münster, letztere mit der Iahreszahl M°.C°C.LX°I. Dass dies falsch

und nur aus Verwechselung von V und X entstanden ist, beweist sowohl das Transsumpt, als auch die Beziehung zur nachfolgenden Urk. von gleichem Datum. Indem die Äbtissin den Bürgern das Stadtgericht überliess, übernahmen diese zugleich die Verpflichtung, sie und ihr Stift zu schirmen.

642.

Die Herforder Rathmänner und Schöffen versprechen der Äbtissin (Ida) und Stift Herford Schutz innerhalb ihrer Festungsmauern. 1256 März 9.

Consules et sca(bini) Heruordenses omnibus presentem paginam inspecturis rei geste noticiam. (No)lentes ulla occasione divina nobis officia et ecclesiastica subtrahi sacr(ament)a, reverendam dominam abbatissam, familiam suam et ecclesiam (Heruordensem) perpetua volumus pace et securitate gaudere, et nos ac communita(tem nostram) presentibus obligamus, quod predictos infra municionem nostram (ab iniu)riis et violenciis defendemus. Ut autem, que premissa sunt, fi(rma et rationa)bilia perseverent nec tractu temporis infirmentur, huic scripto (sigillu)m nostrum decrevimus apponendum. Datum anno Domini M°.C°C.L(VI°), septimo Idus Marcii.

Or. beschädigt im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 51 a. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Die eingeklammerten Stellen ergänzt nach Msc. VII, 3301 a p. 35.

643.

Eberhard von Kalenberg bekundet dem Stift Heerse, dass er die Meierei zu Mekebach in Zeitpacht besitze. Gudensberg 1256 März 17.

Reverende domine sue Hyrisiensis ecclesie abbatisse[1]) totique conventui ibidem Eberhardus de Calenberg[2]) miles dictus de Sumeringen ad serviendi beneplacita se paratum. Universitatis vestre benignitati grates refero super eo, quod precibus meis aures vestras paratas acclinare curavistis, committendo michi villicationem vestram in Mekebach[3]) pro pensione vobis annua exsolvenda. Hinc est, quod me obligo in presenti scripto et firmiter promitto, quod in dicta villicatione nil iuris michi usurpabo vel ius hereditarium vel feodale, et quod nunquam in dicto officio ... per me sive per meos heredes vel successores impedimentum aliquod generabo, nihilominus peramice me obligans bona fide, quod, nisi debito ac ordinato modo certis temporibus michi deputatis pensionem debitam exsolvam, collationis iure vacet villicatio memorata. Ut autem hec obligatio magis evidens permaneat, vobis hanc litteram trado sigilli mei munimine roboratam. Acta sunt hec Guthenberg anno Domini M°.C°C.LVI., XVI. Kalendas Aprilis, presentibus Domino Ruperto de Menthe milite, Hermanno de Remgetsh (?) consanguineo meo, Friderico de Burslo cum multis aliis fide dignis.

[1]) Hyrisiensi abbatisse *D.*, Hyrisiensi eccl. abb. *B.* [2]) Kallenberg *B.* [3]) Medebach *C.*

Nach Msc. VII, 4511 saec. XIX. pag. 290 (mit manchen Fehlern und der Notiz, dass das Siegel fehlt,) im Kgl. St.-A. Münster, (B); Regest von Tüntel im Kopiar von 1737 in Pfarrarchiv Neuenheerse, Reg. Nr. 34 (C); Msc. V, 10 f. 10 im Kgl. St.-A. Münster saec. XIX. (D).

644.

Dompropst Heinrich von Paderborn bekundet den Ankauf eines Hofes in Siddessen seitens des Klosters Gehrden. 1256 März 17.

Heinricus Dei gratia prepositus, vicem gerens episcopi Paderbornensis, omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, utriusque vite salutem in Domino Iesu Christo. Ad universorum noticiam presentem paginam intuentium pervenire cupimus, quod Adolphus prepositus et conventus ordinis sancti Benedicti in Gerdene quandam curiam in Siddessen Bernhardo et Eckberto[1]) fratribus pertinentem ab eisdem omni iure, quo ipsi eam possederant, cum omnibus suis compararunt pertinentiis, ita quod Alheidis tunc uxor Eckberti et eorum pueri Bernhardus, Ludolphus, Gerlacus, Elisabeth, tunc nati, Margareta, que tunc uxor Bernhardi, et eorum filia Elisabeth, tunc nata, Ethelindis eciam soror predictorum fratrum Eckberti et

Bernhardi et filia eius, Burchardus insuper et iterum Burchardus dicti de Asle emptioni prefate consentientes coram nobis de consensu priorum ecclesie nostre, nulla ab universis iam prenotatis in posterum questione frivola succrescente, manualiter ac libere resignarunt. Ad huius autem rei evidentiam presentem literam ad petitionem partium confectam desuper sigillorum presentium munimine duximus utile roborandam. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, sexto Kalendas Aprilis. Presentibus testibus ad hoc rogatis: Bertoldo, Wernero et Hermanno de Brakele, Ludolpho de Herisia, Amelungo de Yburg, Wernero Stapel, Ludewico Bulemast, Ludolpho de Dalberne, Henrico camerario, Henrico et Wernero de Wevere, Hermanno et Conrado Stapel, Bertoldo et Hermanno de Lippespringe, Bertoldo Somercalf, Regenbodone et Frederico de Ystinchtorp, Thiderico de Sebeke, Henrico de Gummere, Hermanno de Siddessen, Egelhardo et Hermanno de Stenhem, universis castellanis in Wartberg et aliis quam pluribus.

[1]) Eckbarto *Abschr.*

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 22. C. 19.

645.

Dompropst Heinrich von Paderborn bekundet einen durch Propst Elger von Arolsen für sein Kloster gemachten Salzwerksankauf. Salzkotten 1256 März 31.

Henricus Dei gratia prepositus, vicem gerens episcopi et ecclesie Paderburnensis, omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, notum esse volumus, (quod)[1]) Elgeherus prepositus monasterii in Aroldesen, in nostra presentia constitutus opus salis et domum, que vulgariter soltwerich nuncupatur, cum plumbo ad hoc pertinente in oppido ecclesie nostre Soltkottenn ab Iohanne de Scherue cive Paderbornensi et a suis heredibus pro decem marcis et dimidia emptionis titulo nomine ecclesie sue comparavit. De quo soltwerich cum prescriptus prepositus coram Helmico iudice et coram civibus opidi antedicti ab eodem Iohanne possessionem et warandiam receperat, idem Iohannes protestatus fuit publice coram nobis se sepedicto preposito et ecclesie sue Aroldensi, sicut iuris est, de eadem emptione inviolabiliter duratura debere prestare, si necesse fuerit, coram quolibet warandiam. Actum apud Soltkotten presentibus plebano in Vilse, Florino dicto de Vernen[2]), Wilhardo de Dhreuere militibus, Conrado antiquo iudice, Heydenrico Pingwe, Gunthero, Hermanno et Henrico soceris eiusdem Iohannis de Scherue, Andrea Vulture, Helmico Krite et Iohanne Krite et aliis quam pluribus anno Domini M°.C°C.L° sexto, pridie Kalendas Aprilis.

[1]) *fehlt.* [2]) *Ein* Florinus de Vanen *erwähnt in Nr. 666 Art. [16]. Ob letzteres verschrieben statt* Vernen?

Kopie s. XVI im Kopiar I. fol. 36 auf der Domänenkammer in Arolsen.

646.

Dompropst Heinrich von Paderborn bekundet Vergleich des Kl. Böddeken mit den Edelherrn von Büren. 1256 April 6.

Henricus Dei gracia prepositus, vicemgerens episcopi et ecclesie Paderburnensis[1]), omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, notum esse volumus, quod causa dissensionis, que inter .. abbatissam et conventum ecclesie in Budiken[2]) ex una parte et dominum B(ertoldum)[3]) seniorem nobilem de Buren et filium suum ex altera super excrescenti et inconsueta exactione villicorum et litonum ecclesie prescripte racione advocacie hactenus facta vertebatur, sopita est in hunc modum amicabiliter, quod prescripti .. pater et .. filius nobiles de Buren fide data promiserunt, quod de festo beati[4]) Michaelis nunc proximo instanti usque ad futurum festum Michaelis[5]) de villicacione Tudorp[6]) nichil recipient, in sequenti anno recipient XVIII solidos tantum, quos ab eadem villicacione recipient duobus annis. In quibus tribus annis in Suafern[7]) et Etlen[8]) et alie parve villicaciones singulis annis persolvent dictis advocatis quelibet earum tantum[9]) XVIII solidos, quibus advocati erunt contenti. Quibus tribus annis transactis,[10]) predicte parve villicationes quelibet earum persolvet advocatis eisdem[11]) tribus annis sequentibus quolibet anno II marcas tantum, quibus advocati erunt contenti. Item advocati sepedicti anno nunc proximo recipient a magnis villicacionibus de qualibet earum II marcas tantum, secundo et tercio anno de qualibet earum

tres marcas tantum, quarto anno, quinto et sexto de qualibet earum recipient quatuor marcas tantum, quibus erunt contenti.[12]) Item advocati hoc anno recipient de villicacione Atlen[13]) VI solidos tantum, secundo et tercio anno quolibet eorum VIII solidos tantum. Aliis annis tribus sequentibus quolibet anno I marcam tantum, qua erunt contenti. Nos vero B(ertoldus) senior de Buren et .. filius eiusdem domini, quia[14]) ea, que prescripta sunt, omnia inviolabiliter promisimus observanda fide data, eciam huic litere nos pariter[15]) sigillum nostrum apposuimus[16]) pro nobis ambobus. Actum anno Domini M°.C°C.L° sexto, VIII. Idus Aprilis.

[1]) Hinricus *C und D*, Paderbornensis *C*. [2]) Bodeken *C*. [3]) B *fehlt C*. [4]) s(ancti) *C*. [5]) nunc — Michaelis *fehlt C*. [6]) Tudorf *C*. [7]) Schwaffern *C*, Afern *D*. [8]) Ettelen *C*. [9]) *fehlt C*. [10]) etiam exactis *C*. [11]) iisdem *C*. [12]) quibus — contente *fehlt C*. [13]) Attelen *C*. [14]) quum *D*. [15]) pater *D*, pr. *B*. [16]) adposuimus *C*.

Nach Böddeker Kopiar im Besitz des Frh. v. Brenken zu Erpernburg (B), Msc. VII 5102[d] p. 193 (C) und Mooyers Abschr. (D) mit der Angabe: e cop. Bodic. f. CCXLV[b] Abschr. in v. Spilcker's Msc. XIV, 96 im Kgl. St.-A. Münster.

647.

Ritter Heinrich von Homburg überträgt dem Propst Otto von Kemnade das Eigenthumsrecht über Güter zu Latferde. Oldendorf 1256 April 24.

In nomine sancte et individuae trinitatis Amen. Henricus miles et Dei gratia in Homburg dominus omnibus Christi fidelibus presens scriptum respicientibus gratiam in vite presentis exilio, gloriam in regni celestis palatio. Quoniam calcat iter mortis, terre generatio tota et ipsa[1]) pretereunt more fluentis aque, ne res gesta in tempore[2]) simul cum tempore a memoria labatur et oblivione seu errore vel malevolentia confundatur, provide scripti testimonio perhennatur. Universitatem igitur vestram scire volumus, quod nos de pari voluntate et communi consensu omnium coheredum nostrorum in remissionem peccaminum[3]) nostrorum bona sita in Latforde, videlicet quatuor mansos, quos Chaminatensis ecclesia comparaverat a Iohanne milite de Hoye et suis heredibus, contulimus eidem ecclesie libere perpetuo possidenda et omni iuri, quod in eis visi sumus habere, omnimodis renunciavimus[4]) et domino Ottoni preposito prefate ecclesie communicata manu cum filio nostro[5]) Bodone atque fratruele nostro Bodone resignavimus in perpetuam eiusdem ecclesie possessionem.[6]) Et ne in posterum ecclesia vel a nobis aut nostris heredibus in eisdem bonis molestetur, presentem litteram diligentius conscriptam sigillo nostro fecimus roborari. Acta sunt hec anno Domini[7]) M°.C°C.L°VI., presentibus et testibus his: Ernesto de Rodhe, Lodewico de Bardeleue, Lodewico Post, Hermanno Laico,[8]) Iohanne Witcop,[9]) Burgardo[10]) et Hermanno Hake, Iohanne et Ernesto de Embere, Alberto Dinge, Iohanne de Euerstorp,[11]) Arnoldo Lastorf, Friderico Svengel et aliis quam pluribus. Datum in vigilia beati Marci in Aldendorp.

[1]) tempora *Falke*. [2]) ipse *B*. [3]) peccantium *B*. [4]) tentavimus *B*. [5]) Tito *B*. [6]) *Ablativ B*. [7]) gratie *F*. [8]) *So F*, Lateo *B*. [9]) Wittop *B*. [10]) Bürgardo *F*. [11]) Euerstorp *F*.

Nach Msc. I, 139 S. 239 (B) im Kgl. St.-A. Münster. Gedr. Falke, Cod. trad. Corb. 39. Reg. Dürre, Homburg (Zeitschr. d. hist. Ver. f. Niedersachs. Iahrg. 1880) Nr. 84.

648.

Edelherr Bernhard zur Lippe und seine Gemahlin Sophia überlassen dem Kl. Lippstadt Äcker im Gebiete der Stadt Lippstadt, welche der verstorbene Andreas dictus de Curia *besessen und dem Kloster resignirt hat. Zeugen:* Volmundus de Weren, Gerhardus de Sünninchusen, Hinricus de Stenbeke, Helengerus de Val(ehusen),[1]) milites, Thidericus capellanus in Valkenberg. *Falkenburg 1256 Mai 2* (crastino Walburgis virginis).

[1]) *Mit Abkürzungsstrich durch* l. *Lipp. Regg. hier* Val, *vgl. aber I, Nr. 294.*

Or. im Stiftsarchiv zu Lippstadt. An geflochtenen Hanfschnüren 1) Siegel Bernhards, 2) Sophiens von Ravensberg (Lipp. Regg. I, Taf. 6 und 14; bei letzterm auch zur Rechten eine Lilie, fünfblätterige Rose in der ausgestreckten Hand). Reg. Lipp. II, 17 Nr. 489 mit irrigem Datum 30. April.

649.

Domkapitel, Edelherrn und Ministerialen des Hochstifts Paderborn geloben, wenn Bischof Simon, aus seiner Gefangenschaft entlassen, bis nächsten 5. Juni sich nicht zum Frieden bequeme oder in Gefangenschaft zurückgekehrt wäre, dem Erzbischof (Konrad) von Köln die Schlösser Iburg *und* Vilsen *zu übergeben. Unna 1256 Mai 2.*

Nos .. prepositus, .. decanus et capitulum ecclesie Paderburnensis, nobiles ac ministeriales eiusdem ecclesie confitemur nos in hoc concordasse et unanimiter consensisse, quod, si venerabilis pater dominus noster Simon Dei gratia Paderbornensis episcopus, postquam de vinculis et captivitate reverendi patris domini Coloniensis archiepiscopi excreditus fuerit, pacem cum ipso domino archiepiscopo non fecerit infra instans crastinum pentecostes, vel si tunc in locum et vincula pristine captivitatis redire neglexerit, statim extunc, nisi forte interim ipsum de medio tolli contigerit, castrum Yburg ecclesie nostre cum omnibus ipsius castri castrensibus, hominibus seu ministerialibus sit archiepiscopi et ecclesie Coloniensis eo modo per omnia ad ipsius archiepiscopi dominium ac proprietatem translatum, quo id ipsius nostre ecclesie Paderburnensis ante illa tempora dinoscitur exstitisse. Et damus talibus nostre ecclesie ministerialibus, videlicet Bertoldo de Brakele, Wernero et Hermanno consanguineis suis, Ludolfo de Herisia, Amelungo de Paderburne, Udoni Sumercalf, Rabodoni de Stormethe potestatem, ut ipsi, qui nunc ex nostra commendatione obtinent ipsum castrum, id iuxta conditiones premissas ipsi Coloniensi archiepiscopo suove successori ac sue assignent ecclesie seu presentent, quod ipsi facerent iuramentum de nostra conscientia et consensu. Item de castro Vilse similiter consentimus, ut, si prefatus dominus noster episcopus infra dictum crastinum pentecostes non fecerit pacem cum ipso archiepiscopo, aut si in vincula non redierit, ut est condictum, extunc hii quatuor ministeriales Coloniensis ecclesie: Arnolt marscalcus, Godefridus de Mesgethe, Bertoldus de Susato, Gozvinus de Menedhem, in quorum manus est traditum de nostro consensu ac coniventia ipsum castrum, id in potestate assignent archiepiscopi memorati ad hoc, quod inde suam faciat voluntatem. Nos enim ad id per hanc litteram nostram obligamus. Actum apud Unna anno Domini M⁰.C⁰C.L⁰ sexto, in vigilia inventionis sancte crucis.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 152, Von dem angehängten Siegel des Paderborner Domkapitels ein grosses Bruchstück erhalten. Erwähnt Lacomblet, UB. II, 427 Anm.

650.

Papst Alexander IV. ertheilt dem Abt (Thimo) und Konvent von Corvey das Privileg, dass niemand Klostergüter ohne Genehmigung des Abts und Kapitels veräussern darf. Lateran 1256 Mai 14.

Gedr. UB. V, 571 mit Bemerkung über Unechtheit.

651.

Bischof Simon von Paderborn verfügt die Rechtsgleichheit für die Bewohner der Warburger Alt- und Neustadt. Warburg 1256 Mai 17.

Symon Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus universis hanc litteram visuris in Domino salutem. Licet in opidis Wartberg nostre diocesis propter diversitatem et separationem munitionum hactenus iuris et consuetudinis diversitas haberetur, tamen nos considerantes hoc minus conveniens et honestum fidelibus ecclesie nostre universis opidanis in veteri opido et in vinea Wartberg indulsimus ex gratia speciali, ut uno et eodem iure sine exceptione qualibet cum opidanis novi opidi eiusdem loci perpetuo perfruantur. Ceterum quamcunque gratiam predicti opidani a nostris antecessoribus sunt adepti, auctoritate presentium confirmamus. Et quia predictam gratiam ex consensu capituli et ministerialium ecclesie nostre apud Wartberg predictis opidanis fecimus, ne ab aliquo successorum nostrorum infringi valeat, presentem paginam ipsis dandam duximus sigilli nostri et capituli ecclesie Paderbornensis munimine roboratam. Datum Wartberg XVI. Kalendas Iunii, anno Domini M⁰.C⁰C.L⁰ sexto.

Or. im Stadtarchiv Warburg. An rothseidenen Schnüren verletztes Siegel des Bischofs, vom Kapitelssiegel ist nur die Schnur noch vorhanden. (Mittheilung des Gymnasial-Direktors Dr. Hechelmann). Die Bestimmung dieser wichtigen Urk. Bischofs Simon ist von den Bewohnern der beiden getrennt bleibenden Städte — Alt- und Neustadt Warburg —, wie die spätere Geschichte zeigt, wenig oder gar nicht beachtet. Erst im Jahre 1436 erfolgte durch die Verordnungen des s. g. Grossen Briefes die Gleichstellung und kommunale Verschmelzung der beiden Städte.

652.

Berthold d. ä. und d. j. Herren von Büren verkaufen den Zehnten zu Western-Eden an Kloster Oelinghausen. Büren 1256 Mai 31.

B(ertoldus) senior et B(ertoldus) iunior domini de Buren omnibus presens scriptum intuentibus veritatis testimonium perhibere. Tenore presentium protestamur nos decimam in occidentali Eden conventui in Olighusen cum consensu heredum nostrorum pro LXXXV marcis legalium denariorum vendidisse, quorum XLVIII marchas Vollando de Langenstrot, cui eandem decimam inpignoraveramus, pro nobis persolverunt, nos promittentes eidem conventui, quod proprietatem, que non ad nos set ad dominum archiepiscopum et priores sancti Petri Coloniensis spectat, a festo nativitatis beati Iohannis Baptiste proximo venturo infra annum procurabimus conferendam. Eandem etiam decimam Gotscalco, Fernero, Regenbodoni de Anlagen, Radolfo dicto de Foro ovium, civibus Sosatiensibus, Thome de Anlagen iure feodali contulimus tali conditione, quod, si infra predictum annum proprietatem decime predicte prenominato conventui conferri non procuraverimus, prenominati quatuor iure feodali ipsam decimam perpetuo optinebunt et XXXVII marchas, quas dictus conventus nobis pro prehabita venditione solvendas teneretur, non amplius repetemus. Quodsi non idem conventus proprietatis collationem iam sepedicte decime a domino archiepiscopo et prioribus sancti Petri Coloniensis inpetrare poterint, sine omni difficultate, quicquid iuris habemus in ipsa, cum heredibus nostris parati erimus resignare. Testes huius rei sunt: dominus B. de Boderike, C(onradus) de Andepen, Theodericus dapifer, C. de Anlagen, Andreas de Vesperde, milites; Thetmarus monetarius, Hermannus de Stormede, Rodolfus de Foro, cives in Buren, Iohannes de Colonia, civis in Ruden. Ut autem hec rata permaneant nostris sigillis hanc litteram duximus roborandam. Datum Buren anno Domini M°.C°C LV°I., I°I. Kalendas Iunii.

Or. im Kgl. St.-A, Münster, Kl. Oelinghausen Nr. 79. An Pergamentstreifen Bruchstück des Siegels B. d. ä. v. Büren, wie Westf. Sieg. I Taf. 36 Nr. 1; das zweite unkenntlich.

653.

Bruder Reimar und die Deutschordens-Kommende Ramersdorf verkaufen mit Zustimmung des Präceptors Dietrich von Gruningen ihre Güter in Kessenich für 65 Mark an Kl. Hardehausen. Zeugen: Theodericus plebanus sancti Martini in Bunna, Thederus sacerdos de Oderendorp(?), Cristianus sculthetus in Bunna, Hermannus Freso, Henricus Hac et Ecbertus fratres, Ernestus de Castinaco. *1256 Iuni 23.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 101. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Gedr. Wigand, Archiv I, 2,67. Der Name des zweiten Zeugen lautet dort: Theodericus de Oderendorp; *im Or. sind die zwei Buchstaben hinter* Od *stark abgeblasst, doch scheint dort nicht* er *gestanden zu haben.*

654.

Bischof Simon von Paderborn überträgt dem Kl. Hardehausen das Eigenthumsrecht über 5 Güter. Paderborn 1256 Iuli 6.

Symon Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus universis hoc scriptum visuris in perpetuum salutem in salutis auctore. Ut a presentibus dubium tollatur et futuris veritas elucescat, presentis scripti

testimonio cupimus declarare, quod nos ab Hermanno domino de Brakele et suis heredibus de bonis in Helmere, videlicet quinque mansis, quos ecclesia Herswithehusensis a Florino de Warthberg domino Hermanno predicto, a quo eos iure feodali tenuerat resignatos, emptionis tytulo comparavit, libera resignatione recepta cum ipsis bonis proprietatem ipsorum bonorum et ius supradicte ecclesie contulimus iure perpetuo possidendam. Igitur ut omnis via malignantibus sit preclusa, huius facti seriem sygilii nostri munimine fecimus confirmari. Datum Paderburne anno Domini M°.C°C.LV°I., II. Nonas Iulii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 102. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Helmern bei Peckelsheim im Kr. Warburg.

655.

Kl. Helmarshausen überlässt dem Hermann Spiegel zum Desenberg den Hof zu Willegassen auf 12 Iahre. Desenberg 1256 Iuli 29.

Nos Hermannus iunior dictus Speculum de Dessenberig notum esse volumus universis, ad quos presens scriptum pervenerit et presentibus litteris protestamur, quod ecclesia in Helmwordeshusen quandam curiam in Wilgedessen nobis a festo beati Michaelis nunc venturo ad annos duodecim contulit ea condicione, quod finitis his predictis annis duodecim prefata curia ipsi ecclesie in Helmwordeshusen libere et absolute vacabit omni occasione postposita. Respondebimus etiam quolibet anno domini eiusdem ecclesie in quinto dimidio moltro siliginis et in quinto dimidio moltro avene de curia prenominata. Huius rei testes sunt: dominus G. dictus de Beuerungen, F. miles de Damedinc, L. miles de Hesbike, prepositus Helmbertus. Ut autem hoc factum ratum maneat et inconvulsum; presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Datum Desenberig per manum Henrici plebani de Rosbike anno Domini M°.C°C.L°VI°., ipso die beatorum martirum Simplicii, Faustini et Beatricis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 199. Siegel und Befestigung abgerissen. Wilgedessen *(Rückschrift s. XV.* Wilgodessen*) ohne Zweifel identisch mit Willegassen zwischen Peckelsheim und Borgholz. Spancken.*

656.

Rathmänner und Bürgerschaft beider Städte Warburg versprechen dem Erzbischof Konrad von Köln, dem Bischof Simon von Paderborn weder mit Hülfe noch Lebensmitteln beizustehen, falls er den mit ersterem geschlossenen Frieden brechen sollte. Warburg 1256 August 11.

Reverendo domino Conrado sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, Ytalie archicancellario, consules ac universitas utriusqui oppidi in Wartberg sue possibilitatis promptam ad obsequia voluntatem. Presentibus protestamur, quod nos dominum nostrum Symonem Paderbornensem episcopum commonitum habebimus et ad hoc bona fide dolo et fraude exclusis modis omnibus inducemus, ut compositionem vobiscum initam, acceptatam et multis assectationibus confirmatam observet inconvulsam. Si vero contra eandem compositionem idem dominus noster venire presumpserit, sibi contra vos nec auxilio nec consilio assistemus nec victualia sibi dabimus nec vendemus. Datum Wartberge in crastino beati Laurentii, anno Domini M°.C°C.LVI°.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 153. Siegel fehlt. Erwähnt Lacomblet UB. II, 231. Anm. Reg. Wigand, Arch. II, 304 aus Kindlingers Msc. Vergl. unten Nr. 666 Art. [17].

657.

Graf Berthold von Ziegenhain verspricht dem Erzbischof Konrad von Köln, dem Bischof Simon von Paderborn nicht beizustehen, falls letzterer den mit Köln geschlossenen Frieden bräche. Ziegenhain 1256 August 13.

Reverendo domino suo Conrado sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, Ytalie archicancellario, B(ertoldus) comes de Cigenhagen sue possibilitatis fidelem et paratam ad obsequia voluntatem. Presentibus

protestamur, quod nos fide data et iuramento prestito vobis promisimus, quod, si venerabilis dominus noster Symon Paderbornensis episcopus formam ordinationis, compositionis et pacis vobiscum initam, acceptam et multis assectationibus confirmatam infregerit, sibi consilio vel auxilio contra vos nullatenus assistemus. Datum apud Cigenhagen in dominica post Laurentii, anno Domini M°.C°C.LVI°.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 153. Von dem an Pergamentstreifen anhängenden Siegel nur noch ein kleines Bruchstück erhalten, welches die Figur eines Adlers erkennen lässt. Von der Umschrift nur noch zu lesen . . . itis de. Erwähnt Lacomblet UB. II, 231. Anm. Vergl. unten Nr. 666 Art. [21]. Die Briefe der übrigen daselbst genannten Bürgen sind nicht erhalten oder nicht ausgestellt.

658.

Bischof Simon von Paderborn verpflichtet sich, die Vogtei des Paderborner Hochstifts im hergebrachten Zustande zu erhalten und die Kanoniker des Doms und der Stifter in der Stadt Paderborn bei ihren Rechten zu belassen. Paderborn 1256 August 16.

Symon Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus. Tenore presentium dicimus et protestamur, quod advocatiam nostre Paderburnensis ecclesie in eo iure servabimus et custodiemus, in quo iure venerabiles antecessores nostri Paderburnenses episcopi tenuerunt et custodierunt eandem, non amplius ab advocatie villicationibus et bonis eorum cultoribus et hominibus requirentes quam ea tantummodo, que, postquam eadem advocatia Paderburnensi ecclesie pertinuit, ad iusticiam .. episcopi determinata et constituta noscuntur, quia non solum nostre maioris ecclesie Paderburnensis capitulum et personas cum rebus et bonis eorum, sed et conventuales ecclesias Paderburnensis civitatis cum personis et bonis et pertinenciis suis in omni iure suo servabimus. Datum Paderburne anno Domini M°.C°C.L°VI., in crastino assumptionis beate Marie virginis.

Zwei Or.-Ausfertigungen von derselben Hand im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 200. An beiden nur noch Bruchstücke des an Pergamentstreifen befestigten Siegels mit Rücksiegel in rothem Wachs.

659.

Rathmänner und Bürgerschaft der Stadt Paderborn versprechen dem Erzbischof Konrad von Köln, dem Bischof Simon von Paderborn weder mit Hülfe noch mit Lebensmitteln beizustehen, falls er den mit ersterem geschlossenen Frieden brechen sollte. Paderborn 1256 August 17.

Reverendo domino Conrado sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, Ytalie archicancellario, consules ac cives universi Paderbornensis civitatis sue possibilitatis promptissimam ad obsequia voluntatem. Presentibus protestamur, quod nos dominum nostrum venerabilem Symonem Paderbornensem episcopum monebimus et ad hoc, quantum possumus, inducemus, ut formam ordinationis, compositionis et pacis vobiscum initam, acceptatam et multis assectationibus consumatam observet et teneat inconvulsam. Quam si infregerit, eidem contra vos, ecclesiam vestram vel vestros manifeste insurgere cupienti consilio, auxilio vel in victualibus vendendis vel dandis nullatenus assistemus. Datum Paderburne in octava beati Laurentii, anno Domini M°.C°C.LVI°.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 153. Siegel fehlt. Erwähnt Lacomblet UB. II, 231. Anm. Vergl. Nr. 666 Art. [17].

660.

Erzbischof Konrad von Köln und Bischof Simon von Paderborn einigen sich über den gemeinsamen Besitz von Salzkotten und Geseke. Essen 1256 August 20. (24.)

Notum sit omnibus presens scriptum visuris, quod inter venerabilem patrem dominum Conradum, archiepiscopum, prepositum, decanum et capitulum Coloniense ex una parte, ex alia vero parte inter venerabilem patrem dominum Symonem episcopum, prepositum, decanum et capitulum Paderburnense ita de consilio hominum, ministerialium et fidelium utriusque ecclesie est actum et convenit, quod

oppidum Saltcoten cum omni eius utilitate, pertinentiis, iuribus et proventibus universis, prout iam est vel erit in futurum in augmento cum termino, quod dicitur wicbilide, erit attinens equali dominio et pro indiviso archiepiscopo et ecclesie Coloniensi et episcopo et ecclesie Paderburnensi perpetuo. Si quid vero occurrerit emendum in oppido hoc simul[1]) ement et proventus ex hoc emergentes erunt communes et participabunt equaliter. Simile erit de oppido in Gysike cum molandino extra fossatum, et si molandinum adiacens extra villas Saltcoten et Gysike de novo constructum fuerit, communiter ement et equaliter participabunt. Set si dominus Symon Paderburnensis episcopus invaserit archiepiscopum dominum Conradum seu ecclesiam Coloniensem seu terram et homines suos incendiis seu rapinis et hoc fuerit manifestum eo modo, quod vulgariter openbare urloge dicitur, oppidum Saltcoten in omni redditu cum omnibus pertinentiis et iuribus et cum omni ea integritate, in qua hoc habuerunt, erit archiepiscopi et ecclesie Coloniensis in perpetuum de expresso consensu et voluntate prefatorum episcopi, prelatorum, capituli et aliorum clericorum et laicorum nobilium et ministerialium Paderburnensis ecclesie et nichilominus opidum Gysike erit archiepiscopi et ecclesie Coloniensis, sicut fuit ante ordinationem presentem conscriptam et confectam. Nos vero archiepiscopus et capitulum Coloniense et nos episcopus et capitulum ecclesie Paderburnensis, quia premissa omnia de bona nostra voluntate et consensu facta et ordinata dinoscuntur, ad maiorem rei evidenciam sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum apud Essende, presentibus Ottone Monasteriensi, Brunone Osnaburgensi episcopis, Gotzwino[2]) decano, Godefrido choriepiscopo, Philippo thesaurario, Winrico de Dvllendorpe, preposito Monasteriensi, Gerlaco de Hamersten, canonicis Coloniensibus, Stephano decano, Hermanno scolastico maioris ecclesie, Volquino decano sancti Pauli Monasteriensis, Hinrico preposito, Everhardo de Hervordia, magistro Iohanne de Scildesce, prioribus, Scolastico et Hinrico Lusco, canonicis Paderburnensibus, Ioachim plebano in Saltcoten, Godefrido de Arnesberg, Adolpho de Monte, Teoderico de Isenberg, Ottone de Althena, Engelberto de Marcha, comitibus, Bernardo de Lyppia, Bertoldo et Bertoldo de Bvren, Wernero de Gvdensberg, Hermanno de Osde, viris nobilibus, Hvnoldo marescalco, Hinrico de Vitinchouen, Bertoldo et Wernero de Braclo, militibus et aliis quam pluribus tam clericis quam laicis. Datum tercio decimo[3]) Kalendas Septembris, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto.

[1]) simul *B.* [2]) Gozwino *B.* [3]) nono *auf Rasur B.*

Zwei Originalausfertigungen (A u. B). A im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 201. An Pergamentstreifen in dunklem Wachs 1) das Siegel des Kölner Domkapitels, h. Petrus sitzend mit Buch in der Linken, Schlüssel in der Rechten mit Monogramm; 2) des Bischofs Otto v. Münster mit Rücksiegel, wie Westf. Sieg. II Taf. 44 und 45. B im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln 155, besiegelt von Bischof Otto von Paderborn und seinem Kapitel. In dieser Ausfert. im Datum nono *wahrscheinlich auf Rasur des* XIII. *Unter den Zeugen steht:* Winrico de Dullendorpe, preposito Monasteriensi ... canonicis Colon., *das soll heissen W. de D. und der Dompropst v. Münster, welcher Wilhelm v. Holte hiess, Domherrn zu Köln.* Ioach. pleb. in Saltcoten *wohl identisch mit* Ioach. pleb. in Vilse *in Nr. 666. Vergl. Ztschr. XXXV, 2, 130. Gedr. Schaten ad annum. Reg. Lipp. Regg. I, 200 Nr. 285; Cardauns, Annalen 35, 50 Nr. 412.*

661.

Bischof Simon von Paderborn erklärt sich bereit, eine vom Papste oder dessen Legaten einzuholende Bestätigung des zwischen ihm und dem Erzbischof (Konrad) von Köln abgeschlossenen Vertrages anzunehmen. Essen 1256 August 21.

Symon[1]) Dei gratia Paderburnensis episcopus universis presens scriptum audientibus et visuris salutem in Domino. Scire volumus universis, quod nos fide data et corporali prestito iuramento promisimus, quod, si venerabilis pater Coloniensis archiepiscopus super ordinatione, positione seu pace inter ipsum et nos habita aut hoc negocium contingente litteram a domino papa seu eius legato confirmatoriam aut aliam quamcunque impetrare voluerit per se vel per procuratorem ipsius, nec nos nec ecclesia

Paderburnensis nec aliquis nomine nostro nec aliquis ad procurationem nostram tali impetrationi se opponent quinimmo[2]) per litteras presentes et patentes profitemur, quod tali impetrationi noster consensus accedit. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro et ecclesie nostre sigillis est communitum.[3]) Datum apud Esnede feria secunda proxima post assumptionem beate virginis Marie, anno Domini M⁰.C⁰C.L⁰ sexto.

[1]) Simon *B.* [2]) quinemo *A.* [3]) comunitum *A.*

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf in zwei Ausfertigungen (A u. B) Kurköln Nr. 154. An A vom Siegel des Bischofs ein Bruchstück erhalten; das Siegel des Kapitels abgefallen. Die zweite gleichlautende Ausfertigung enthält von beiden Siegeln nur kleine Bruchstücke. Erwähnt Lacomblet UB. II, Nr. 427 Anm. mit irrigem Datum August 22.

662.

Genannte Würdenträger der Kölner Kirche nebst mehreren Adligen verpflichten sich gegenüber den Bischöfen von Münster und Paderborn und dem Edlen Bernhard zur Lippe, den Erzbischof von Köln und den Bischof von Utrecht zu bewegen, dass sie das von ihnen mit jenen drei verabredete Bündniss beschwören. Essen 1256 August 22.

Nos Dei gratia G(ozwinus) decanus, Ph(ilippus) thesaurarius, .. choriepiscopus ceterique priores Colonienses presentibus protestamur, quod nos et subnotati scilicet G(odefridus) prepositus monasterii in Eifla, Winricus canonicus Coloniensis, Bertoldus et Bertoldus nobiles de Buren, Hunoldus marschalcus, Heinricus de Vitinchoue, Heinricus schultetus de Volmenstene, Albertus de Horthe, Gozwinus de Menethe, Godefridus de Meschede, Heinricus schultetus de Susato, Bertoldus eius frater et quidam alii homines ecclesie Coloniensis fide data corporale sacramentum venerabilibus in Christo patribus Monasteriensi et Paderbornensi episcopis, domino Bernardo de Lippia et eorum hominibus super confederatione de mutuo auxilio concepta et ab ipsis et a nobis iurata, prout in instrumento exinde confecto continetur, prestitimus, quod dominum nostrum Coloniensem archiepiscopum pro posse nostro bona fide movebimus et inducemus, ut ipse et dominus H(einricus) Traiectensis episcopus et duo alii ab ipso archiepiscopo nominandi hanc confederationem iurent corporaliter et observent. Quod si idem archiepiscopus nollet id implere, prefati .. Monasteriensis et Paderburnensis episcopi, dominus Bernardus de Lippia et eorum homines, prout in conditione ante iuratam confederationem adiectum extitit neque tenebuntur neque nos tenebimur ultra astricti vinculo huius iuramenti, sed erimus absoluti. Nos prefati priores contenti sumus unico sigillo dicti decani Coloniensis. Datum in Esnethe, in octava assumptionis beate Marie anno Domini M⁰.C⁰C.L⁰VI⁰.

Handschriftlich weder in Münster noch in Düsseldorf vorhanden. Gedr. Schaten ad annum; Notiz Lacomblet UB. II, 427 Anm. Reg. Lipp. Regg. I, 200 Nr. 286.

663.

Bischof Simon von Paderborn bekundet den Hergang seiner Gefangennehmung und entschuldigt den Erzbischof von Köln. Essen 1256 August (vor August 24.).

Nos Simon Dei gratia Paderburnensis episcopus universis presens scriptum intuentibus notum esse volumus, quod, cum nos nimis inprovide et postposito consilio saniori cum nobili viro Wilhelmo comite Iuliacensi, tunc archiepiscopi et ecclesie Coloniensis inimico manifesto, societatem contraxissemus et inter cetera dictum archiepiscopum et ecclesiam Coloniensem proponeremus guerrare omnibus modis, quibus possemus, nos cum nostris hominibus cum armis et ad pugnam paratis ex una parte Reni, comes vero Iuliacensis cum suis hominibus armatis ex altera parte Reni, terminos et terram dicti archiepiscopi et ecclesie Coloniensis violenter intravimus ipsam hostiliter devastando, archiepiscopo vero memorato se preparante contra comitem prefatum ad repellendam iniuriam ab ipso sibi illatam et inferendam, homines ipsius archiepiscopi ex nostra parte Reni, archiepiscopo memorato inscio et non procurante, subito se

ad conflictum colligentes nobis in terminis et terra archiepiscopi et ecclesie Coloniensis occurrerunt et conflictum nobiscum facientes nos ceperunt et in castrum archiepiscopi ipso ignorante nos duxerunt. Cumque sepedictus archiepiscopus intelligeret de captivitate nostra timens, quod, quia gravia dampna a nobis et hominibus nostris hominibus suis forent illata, nos nimis dure in captivitate servarent vel forte in mortem nostram machinarentur, tam prece quam precio vix ab hominibus suis, qui nos ceperant, obtinuit, ut in aliud castrum deduceremur, ubi non esset timor de morte nostra et nobiscum micius ageretur, quod quidem annuentes, qui nos ceperant, et ad aliud castrum nos deducentes nos amicis et consanguineis suis custodiendos commiserunt, qui nos satis benigne procuraverunt. In hiis omnibus venerabilem patrem archiepiscopum in Deo et consciencia nostra exsusamus et litteris protestamur, ipsum de nostra captivitate seu detentione culpam non habere, set ipsum paterne et benigne tamquam patrem affectuosum, veluti nunquam ipsi vel suis hominibus dampnum intulissemus, nos ad pacem optatam et concordiam recepisse, quam sibi et ecclesie sue temporibus vite nostre servabimus et auxilium sibi et ecclesie sue contra omnes iniuriatores suos et ecclesie sue pro viribus nostris, quamdiu vivemus, inpendemus et ad hoc per presentes nostras litteras obligamus. In cuius rei testimonium meum, fratris mei domini Ottonis Monasteriensis episcopi et ecclesie Paderbornensis sigilla presentibus sunt appensa. Ego Otto Monasteriensis episcopus et ecclesia Paderbornensis profitemur omnia supradicta ita esse. Datum apud Essende anno Domini M⁰.C⁰C.L⁰ sexto, mense Augusto.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 156. Vom Siegel Bischofs Simon nur ein kleines Bruchstück erhalten; Siegel des Paderborner Kapitels abgefallen; Siegel des Bischofs Otto von Münster noch vollständig erhalten. Gedr. Lacomblet, UB. II, 427. Dieses Schreiben wohl als das ad omnes *erlassene anzusehen, vergl. Nr. 666 Art. [8], und darum vor Aug. 24 zu setzen.*

664.

Bischof Simon von Paderborn spricht in zwei gleichlautenden, an Papst Alexander IV. und das Kardinalskollegium gerichteten Schreiben, worin er den Hergang des von ihm mit dem Grafen Wilhelm von Jülich gegen Erzbischof (Konrad) von Köln unternommenen Kampfes schildert, den Erzbischof von jeder Schuld an seiner Gefangennahme frei. Essen 1256 August (vor August 24).

Gedr. UB. V, 575. Vor August 24 zu setzen, da die Briefe als bereits erlassen im Friedensinstrument erwähnt werden. Vergl. Nr. 666 Art. [8]. Hier wie in folg. Nr. Mitsiegler das Pad. Kap. und Bischof Otto v. Münster.

665.

Bischof Simon von Paderborn berichtet in zwei gleichlautenden, an Papst Alexander IV. und den demnächst nach Deutschland kommenden päpstlichen Legaten gerichteten Schreiben, dass er gebannt sein wolle, wenn er den Friedensvertrag mit dem Erzbischof (Konrad) von Köln bräche, und dass er in die Ernennung der Äbte von Heisterbach, Camp und Altenberg zu Exekutoren gewilligt habe; zugleich bittet er um diesbezügliche päpstliche Briefe. 1256 (vor August 24).

Gedr. UB. V, 576. Vor August 24 zu setzen, weil diese Schreiben schon im definitiven Friedensinstrument als abgegangen erwähnt sind. Vergl. Nr. 666 Art. [29].

666.

Vorläufiger und endgültiger Friedensvertrag zwischen Erzbischof Konrad von Köln und Bischof Simon von Paderborn. Letzterer ausgestellt Essen 1256 August 24.

Tenor ordinacionis, composicionis et pacis. [1] Ante omnia castrum Vilse destruetur. Oppidum Saltcoten manebit indestructum, et cum eius omni utilitate, pertinenciis, iuribus et proventibus universis, prout iam est vel erit in futurum in aucmento cum termino, quod dicitur wicbelede[1]), erit attinens equali dominio et pro indiviso archiepiscopo et ecclesie Coloniensi et episcopo et ecclesie Paderbornensi perpetuo. Si quid vero occurrerit emendum in oppido, hoc simul ement, et proventus ex hoc emergentes

erunt communes et equaliter participabunt. Simile erit de oppido in Gisike[2]) cum molandino extra fossatum, et si molandinum adiacens extra villas Saltcoten et Geseke[3]) de novo[4]) constructum fuerit, communiter ement et equaliter participabunt. [2] De Alberto de Stormede ita est ordinatum, quod S(imon)[5]) episcopus Paderbornensis faciet sibi iusticiam archiepiscopo sibi assidente, et si idem A(lbertus) de Stormede eo non fuerit contentus, C(onradus)[5]) archiepiscopus Coloniensis, Otto[5]) Monasteriensis et B(runo)[5]) Osnaburgensis episcopi cum dicto Conrado archiepiscopo inter S(imonem)[5]) Paderbornensem et dictum Albertum amicabiliter component, et si O(tto)[5]) Monasteriensis cum prefatis concordare non posset, stabitur dicto archiepiscopi Conradi et B(runonis)[5]) Osnaburgensis in hac parte, ita tamen, quod hoc non vergat in exheredacionem ecclesie Paderbornensis. [3] Item archiepiscopus et ecclesia Coloniensis id iuris per omnia in ecclesia Heruordensi habebunt pacifice et quiete, quod antecessores dicti archiepiscopi optinuerunt, et abbatissa Heruordensis ecclesie[6]) et ipsa ecclesia in omni eo iure ac iuris possessione seu libertate permanebit, quibus sub archiepiscopi eiusdem C(onradi)[7]) predecessoribus consistebat, nec episcopus aut prepositus Paderbornensis aliquid iuris ecclesiastici contra ipsius ecclesie libertatem antiquam seu privilegia sibi vendicabit seu usurpabit, nisi hoc per iusticiam optinuerint coram iudice superiori. [4] Item altum iudicium apud Eruethe, quod gogerithe[8]) dicitur, optinebit Conradus archiepiscopus eo modo per omnia, quo sui predecessores optinuerunt. [5] Item oppidum Brielon idem archiepiscopus sine omni inquietacione et contradictione ipsius episcopi S(imonis)[5]) possidebit, quemadmodum sui predecessores bone memorie Engelbertus et Heinricus archiepiscopi possederunt. [6] Item Vilse sine licencia archiepiscopi Coloniensis[9]) nullatenus reedificabitur, et nullo unquam tempore aliqua nova municio vel castrum aliquod per ipsum episcopum Paderbornensem vel ipsius auctoritate aut promocione seu procuracione in terminis ducatus archiepiscopi Coloniensis absque ipsius licencia construetur. [7] Item nullo unquam tempore ipse episcopus S(imon)[5]) aut[10]) aliquis suo nomine, procuracione seu consensu vel auctoritate in archiepiscopum seu ecclesiam suam, terram aut homines suos violenciam aliquam seu guerram, spolium aut rapinam faciet, sed[11]), si quid talium causetur sibi irrogari, hoc prosequatur coram Conrado archiepiscopo Coloniensi, qui sibi faciet de hoc iusticie complementum. [8] Item *dedit*[12]) episcopus S(imon)[5]) litteras patentes ad papam urbano modo et ad omnes, ad quos archiepiscopus *requisivit*,[13]) que *continent*[14]) excusacionem archiepiscopi super captivitate et detencione episcopi Paderbornensis, et has litteras *dedit* sub sigillo suo, ecclesie sue et fratris sui Ottonis episcopi Monasteriensis. [9] Item si que sunt super captivitate Paderbornensis episcopi vel detencione vel aliquo ipsum negocium contingente littere a domino papa vel eius legato vel curia regali optente, nulle sint nec eis utatur ipse nec ecclesia sua nec aliquis pro ipsis nulleque ullo unquam tempore impetrentur, et si fuerint impetrate, irrite sint et inanes. [10] Item si archiepiscopus C(onradus)[5]) super ista ordinacione, composicione seu pace aut hoc negocium contingente litteram a domino papa vel eius legato confirmatoriam seu[15]) conservatoriam aut aliam quamcunque impetrare voluerit per se vel per procuratorem, episcopus S(imon)[5]) Paderbornensis nec per se nec ecclesia sua nec aliquis pro ipsis nec ad procuracionem eorum se opponet, quin immo episcopus S(imon) dabit litteras suas patentes, quod tali impetracioni suus consensus accedat. [11] Item si archiepiscopus Conradus[5]) guerram movere voluerit alicui vel aliquis ei, Paderbornensis episcopus S(imon)[5]) contra dictum archiepiscopum non iuvabit nec assistet alicui contra eundem[16]) archiepiscopum consilio vel auxilio, ita tamen, quod, si predictus[17]) archiepiscopus ecclesiam Paderbornensem, episcopum Monasteriensem, dominum B(ernardum) de Lippia et eius primogenitum, comitem Conradum de Rethberg et eius natum guerrare voluerit, episcopus S(imon)[5]) Paderbornensis pro posse suo se interponet ad hoc sedandum. Si vero ipse infra quindenam in hoc non procerit, Albertus de Horde, Heinricus de Vitinchoue,[18]) Hunoldus marscalcus, Godefridus de Meskede, electi a domino Paderbornensi episcopo, Bertoldus et Hermannus de Brakelo, Ludolfus de Herisia, Amelungus de Driburg, electi a domino C(onrado)[5]) Coloniensi archiepiscopo, infra quindenam subsequentem component amicabiliter, si possunt. Quod si factum non fuerit, B(runo)[5]) Osnaburgensis episcopus,[19])

Albertus de Hůrde[20]) et Hunoldus marscalcus, Heinricus de Vitinchoue,[21]) ex parte archiepiscopi electi iurati, convenient in Susatum, inde non recessuri, quousque sub sacramento suo, quantocius poterint, dixerint, utrum prefatus[22]) Coloniensis iustam causam habeat guerrandi, et si dixerint eum habere iustam, prefatus S(imon) Paderbornensis episcopus[23]) non iuvabit; si vero iniustam, iuvabit, et stabitur tali determinacioni et[24]) dicto trium. Si quartus non concordat cum dictis tribus, idem erit observandum. Si aliquis dictorum amicorum S(imonis)[5]) Paderbornensis episcopi[25]) causetur se gravari et ledi per archiepiscopum Coloniensem,[26]) ut per hoc[27]) ad guerrandum compellatur, et si predictorum quis mortuus fuerit, qui dicere debebat cum aliis, vel alias contigerit, quod interesse non poterit, vel forte noluerit, vel a domino suo recesserit, alius loco illius de consilio remanencium substituetur per archiepiscopum predictum[28]), qui iuratus cum aliis loco condicto dicet, et stabitur dicto, dummodo tres concordent, ut[29]) superius est expressum, et ante pronunciacionem istorum quatuor vel trium episcopus S(imon)[5]) Paderbornensis non iuvabit. [12] Item ecclesia erit infra oppidum Saltcoten[30]) et baptisterium et sepultura, nec quid requiretur de oppidanis, attamen aream dabunt infra oppidum, in qua domus suo plebano edificabitur per oppidanos, et ad structuram ecclesie iuvabunt, salvo tamen iure patronatus episcopo Paderbornensi. [13] Item Hermanno de Hardenberge,[31]) Alberoni de Ole, Gozwino de Rodenberg,[32]) Hermanno pincerne, Helmwico de Elsepe et aliis hominibus archiepiscopi, qui dixerint Paderbornensem episcopum S(imonem)[5]) sibi debitorem alicuius pecunie, faciet iusticiam coram archiepiscopo C(onrado)[5]) Coloniensi. [14] Item S(imon)[5]) Paderbornensis episcopus requisitus cum trecentis dextrariis et ferro coopertis una vice C(onrado) archiepiscopo Coloniensi serviet.[33]) [15] Item inter archiepiscopum Conradum[5]) ex parte una et Ottonem[5]) Monasteriensem episcopum ex altera ita conventum est, quod castrum Lunen destruetur funditus nec ullo tempore in futurum erit castrum vel municio, sed[34]) erit villa sicut fuit ultra quadraginta annos sine municione.[35]). [16] Tenor assecuracionis. Episcopus Paderbornensis fidem *dedit* et iuramentum *prestitit*[36]) corporale, quod observabit supra dicta, videlicet formam ordinacionis, composicionis et pacis. Prelati et capitulum maioris ecclesie Paderbornensis et alii clerici et laici, nobiles et ministeriales, qui ab archiepiscopo C(onrado)[5]) nominati fuerunt et quos Paderbornensis habere potuit, fraude et dolo exclusis fidem *dederunt* et *iuraverunt*,[37]) quod ipsi dominum suum talem habebunt, quod ipse formam supradictam conservet inconvulsam, et si ipse eandem infregerit in aliqua parte, quod ipsi non assistant sibi consilio vel auxilio contra archiepiscopum Conradum et ecclesiam Coloniensem[38]) neque suos. *Iuraverunt*[39]) *dominus H(einricus) de Svalenberg prepositus maior, Euerhardus de Heruordia, Iohannes de Schildezce, priores, Iohannes scolasticus, Heinricus Luscus, canonici Paderbornenses, Ioachim plebanus de Vilse. Prefati eciam fidem dederunt super eodem. Item super eodem fidem dederunt et iuraverunt Wernerus de Gudensberg, Hermannus de Osede, Albertus de Scardenberg, Bertoldus, Wernerus et Hermannus de Brakelo, Ludolfus de Herisia et eius natus Albero, Amelungus de Driburg, Udo dictus Sumercalf, Hereboldus et Albertus fratres de Amelungessen, Ludolfus marscalcus, Thethardus de Norde, Conradus sculthetus de Wartberg et eius frater Gerhardus, Heinricus camerarius, Andreas de Sola Domo, Conradus dictus Stapel et Hermannus frater eius, Alradus de Beitersen, Bertoldus dictus Sumercalf, Heinricus de Gummere, Olricus de Wlversen, Iohannes de Nedere, Conradus de Siddessen, Regenbodo dictus Büsse, Iohannes de Dinckelburg, Willardus de Dreuere, Florinus de Vanen, Elyas de Asle, Wolbertus de Bikinchusen, Conradus de Etlen, Ludekinus de Dalberne, Rodolfus de Stenuordia, Albero de Welethe, Heinricus de Weuere, Frethericus de Istincdorpe, Iohannes de Groten Nedere, Wlbertus de Esne.* [17] Item civitas Paderbornensis et oppidani in Wartberg litteras suas patentes *dederunt*,[40]) quod dominum suum moneant et inducant pro posse suo, quod conservet formam prescriptam; quam si infregerit in aliqua parte, consilio vel auxilio sibi non assistent contra archiepiscopum memoratum, ecclesiam suam neque suos, neque[41]) victualia dabunt nec vendent eidem. [18] Dominus de Lippia frater domini Paderbornensis et eius primogenitus et homines eorum duodecim,[42]) *videlicet ex parte senioris: Gerhardus de Huneuelde, Albertus de Dranthem, Rabodo de Haren, Heinricus de Stenbeke, Hermannus de Lippespringe, Rotcherus de Bokeneuorde,*

ex parte iunioris: Godescalcus dictus Wenet, Iohannes de Rubo, Arnoldus de Odelinchusen, Sifridus de Hüffe, Euerhardus de Veithlere, Hermannus de Ledereslo fidem dederunt et iuraverunt, quod ipsi dominum Paderbornensem talem habebunt, quod formam supradictam observet, et[43]) si non fecerit, ipsi non assistant[44]) sibi consilio et[45]) auxilio contra archiepiscopum memoratum, ecclesiam suam neque suos. [19] Idem *fecit*[46]) O(tto)[5]) Monasteriensis episcopus[47]) cum viginti quinque militibus *subnotatis*[48]): *Symone de Gemene, Willelmo dicto Rusce, Godefrido burggravio de Regchede, Heinrico et Hermanno eius natis, Fretherico de Menhüuele et Rodolfo eius nato, Alberto dapifero et Bernardo eius nato, Godefrido de Coten, Iohanne pincerna seniori, Iohanne pincerna de Mereuelde, Bernardo Werence, Gerlaco Bittero de Rethe, Hermanno de Langene, Gerlaco de Beueren, Ludolfo de Werne, advocato de Warendorpe, Lutberto de Svanesbule, Heinrico Norendin, Hermanno de Hakenez, Theoderico de Bilrebeke, Heinrico de Stromberge, Wezcelo de Lembeke, Suethero Werence.* [20] Idem *fecit* comes de Rethberg[49]) cum sex, *quorum*[50]) *nomina sunt hec: Albertus de Müdelere, Otto de Sindene, Ecbertus de Rokinchusen, Heinricus de Wolde, Hugo de Cleicampe, Rotherus de Sindene.* [21] Dominus de Woltecge, comes de Scowenburg, dominus de Hoya, Otto de Rauensberg, de Euerstene et de Cigenhagen comites, advocatus iunior de Scalkesberg[51]) fidem dabunt et iurabunt, quod, si episcopus S(imon)[5]) Paderbornensis formam prescriptam infregerit, ipsi consilio vel auxilio sibi non assistent contra archiepiscopum memoratum, ecclesiam suam neque suos, et singuli super hiis litteras suas dabunt[52]) patentes. Similiter Bremensis dabit litteras patentes sine iuramento. [22] Item Osnaburgensis, Mindensis episcopi et abbas Corbeiensis pro ipso episcopo S(imone)[5]) Paderbornensi fideiubebunt, quod ipse supradicta observet, et si[53]) infregerit, ipsi erunt manifesti adiutores Coloniensis contra Paderbornensem, et illud processum habebit, si prefati voluerint facere ad peticionem Paderbornensis episcopi et ipse bona fide laborabit, quod hoc fiat. [23] Item si dominus de Lippia et eius primogenitus contra iuramentum suum venientes iuverint episcopum Paderbornensem S(imonem)[5]), predicti duodecim milites fidem *dederunt* et *iuraverunt,*[54]) quod episcopum S(imonem)[5]) Paderbornensem vel dominum Lippensem vel eius primogenitum contra archiepiscopum Coloniensem C(onradum)[5]) non iuvabunt vel contra suos. [24] Item si episcopus Monasteriensis O(tto)[5]) contra iuramentum suum veniens iuverit fratrem suum S(imonem)[5]) Paderbornensem, viginti quinque milites ex parte archiepiscopi C(onradi)[5]) supra[55]) nominati fidem *dederunt* et *iuraverunt,*[56]) quod episcopum O(ttonem)[5]) Monasteriensem contra archiepiscopum C(onradum)[5]) Coloniensem vel suos non iuvabunt. Idem *factum est* de comite C(onrado)[5]) de Rethberg *et de sex militibus supra notatis.*[57]) [25] Item episcopus Monasteriensis et dominus de Lippia *elegerunt,*[58]) quod si ipsi, quod absit, peieraverint assistendo fratri suo contra formam supradictam venienti, se incidisse in penam sex milium marcarum, quas ipse archiepiscopus C(onradus)[5]) recuperare poterit in redditibus eorum et insuper in personis et rebus illorum, qui coadiutores cum armis fuerint eorundem contra archiepiscopum memoratum sive suos. [26] Item ipse S(imon)[5]) Paderbornonsis elegit et acceptavit sub pena quinque milium marcarum, quod formam supradictam observet. Quam si non observaret, archiepiscopo C(onrado)[5]) salvum erit recuperare dicta quinque milia marcarum in redditibus episcopi Paderbornensis S(imonis)[5]) et insuper in personis et bonis eum coadiuvancium. [27] Item *posuit*[59]) Paderbornensis S(imon)[5]) episcopus[60]) viginti quinque fideiussores, qui *promiserunt*[61]) fide data et iuramento prestito, si episcopus S(imon)[5]) infregerit, intrare Gesike a die monicionis infra quindenam ad iacendum tamdiu, donec ipse episcopus impleverit et emendaverit, quod infregerit. Et quicunque fideiussorum non servaverit, quod promisit, *elegit*[62]) se teneri archiepiscopo Conrado[5]) in centum marcis, quas archiepiscopus C(onradus)[5]) in persona et bonis suis sine offensa recuperabit, et si aliquis horum fideiussorum decesserit, episcopus S(imon)[5]) requisitus infra mensem sub sacramento alium substituet, qui ei fuerit nominatus. *Sunt*[63]) *autem hii fideiussores: Bertoldus, Wernerus et Hermannus de Brakelo, Ludolfus de Herisia et Albero eius natus, Amelungus de Driburg, Udo Sumercalf, Hereboldus de Amelungessen, Elyas de Asle, Albertus de Scardenberg, Wernerus de Gudensberg, Hermannus de Osede, Ludolfus marscalcus, Thethardus de Norde, Conradus sculthetus de Wartberg et Gerhardus eius frater, Heinricus camerarius, Andreas de Sola Domo, Conradus et Hermannus*

fratres dicti Stapel, Alradus de Beitersen, Bertoldus dictus Sumercalf, Heinricus de Gummere, Olricus de Wluersen, Iohannes de Nedere. [28] Item cum composicio ista fuerit consummata, ipse Paderbornensis episcopus S(imon)[5] procurabit cum archiepiscopo Conrado,[5] quod civitas Coloniensis et alie civitates per litteras patentes testificentur, quod ipse Paderbornensis S(imon)[5] talem composicionem promisit servare sub penis et assecuracionibus composicioni insertis. [29] Item *dederunt*[64] Monasteriensis et Paderbornensis episcopi ad dominum papam et legatum futurum patentes litteras consencientes in ipsis, quod, si episcopus Paderbornensis non observaret composicionem, quod ipse elegit, se auctoritate pape excommunicatum ipso facto, et quod dominus papa et legatus dent super hoc executores seu quascunque alias litteras, quarum auctoritate monicione premissa excommunicatus denuncietur et compellatur ad solucionem pecunie supradicte et ad observacionem omnium predictorum. Executores super eo erunt de Veteri Monte, de Hesterbaich[65] et de[66] Campis abbates, ordinis Cisterciensis, vel duo ex eis. [30] Item si episcopus Paderbornensis S(imon)[5] invaserit archiepiscopum C(onradum) Coloniensem[67] seu terram et homines suos[68] incendiis seu rapinis et hoc fuerit manifestum eo modo, quod vulgariter openbare orloge dicitur, oppidum Saltcoten de[69] expresso consensu et voluntate prefatorum episcopi S(imonis)[5], prelatorum, capituli et aliorum laicorum et clericorum, nobilium et ministerialium Paderbornensium in omni redditu et cum omnibus pertinenciis et iuribus et cum omni integritate, qua[70] hoc habuerunt, erit archiepiscopi C(onradi)[5] et ecclesie Coloniensis in perpetuum[71] et[72] nichilominus oppidum Gesike erit archiepiscopi et ecclesie Coloniensis, sicut fuit ante ordinacionem presentem conscriptam et confectam. [31] *Ut autem hec omnia supra posita et conscripta adimpleantur et impleta firma et inconvulsa perpetuo permaneant, venerabiles patres Conradus archiepiscopus Coloniensis, Otto Monasteriensis, Symon Paderbornensis episcopi, ecclesia, prepositus, prelati et clerici ecclesie Paderbornensis, Ber(nardus) de Lippia et Ber(nardus) eius natus, Conradus comes de Rethberg, Widekindus de Svalenberg, viri nobiles, milites, fideiussores et iurati supra dictorum sigilla habentes in perpetuam firmitatem et testimonium sigilla sua, que haberi poterunt, presenti instrumento apponent, sigilla vero non habentes contenti sunt sigillis appositis. Nos Dei gratia Conradus Coloniensis archiepiscopus, Otto Monasteriensis, Symon Paderbornensis episcopi, ecclesia, prepositus prelati et clerici Paderbornensis ecclesie B(ernardus) de Lippia, B(ernardus) eius natus, Conradus comes de Rethberg, Widekindus de Svalenberg, viri nobiles, milites, fideiussores et iurati supra dictorum profitemur presentibus omnia supra posita ita esse et vera. Actum et datum apud Essende IᴰX. Kalendas Septembris, anno Domini MᴰCᴰC.Lᴰ sexto.*

[1]) wichbelede *A'*, wicbilede *B.* [2]) Geseke *A'*, *so immer*; *hier auch B. Das Folgende bis* [2] *steht am Schlusse der Urk. bei B mit Verweisungszeichen.* [3]) Giseke *B.* [4]) *Es folgt durchstrichen* emtum vel *B.* [5]) *Name fehlt B.* [6]) ecclesie Heruordensis *B.* [7]) eiusdem Conradi *fehlt B.* [8]) Eruete *A'*, hogerichte *B.* [9]) Coloniensis *fehlt B.* [10]) vel *B.* [11]) set *A'.* [12]) dabit *B*, *das auch* Paderbornensis *hinzufügt.* [13]) requisierit *B.* [14]) contineant *B.* [15]) aut *B.* [16]) eundem *fehlt B.* [17]) predictus *fehlt B.* [18]) Hvrde *A*, Vitinchouen *B.* [19]) episcopus Osnaburgensis *B.* [20]) Horde *B.* [21]) Heinricus de Vitinchouen et Hunoldus marscalcus iurati (*letzteres durchstrichen*) *B.* [22]) prefatus *fehlt B.* [23]) prefatus S. *und* episcopus *fehlt B.* [24]) et *fehlt A und B.* [25]) episcopi *fehlt B.* [26]) Coloniensem *fehlt B.* [27]) propter *B.* [28]) per archiep. substituetur *B.* [29]) prout *B.* [30]) Soltcoten *B.* [31]) Hardenberg *B.* [32]) Rodenburg *B.* [33]) serviet archiepiscopo Coloniensi *B.* [34]) set *A'.* [35]) *Dieser Satz steht in B am Schlusse. Vgl. unten.* [36]) fidem dabit et iuramentum prestabit *B.* [37]) postmodum fidem dabunt et iurabunt *B.* [38]) Coloniensem ecclesiam suam, *letzteres übergeschrieben B.* [39]) *Der Abschnitt von hier bis* Esne *fehlt bei B. A' hat folgende Abweichungen:* Scideze, Sůmercalf *(bei* Bertoldus), Wlversen, Elias, W̊lbertus de Esne. [40]) dabunt *B.* [41]) nec *B.* [42]) *Statt des kursiv Gedruckten hat B* quos dominus archiepiscopus viderit expedire, fidem dabunt et iurabunt *u. s. w. A' hat folgende Abweichungen:* Hů̊nevelde, Bekeneuorde, Huffe. [43]) quod *B.* [44]) assistent *B.* [45]) vel *B.* [46]) faciet *B.* [47]) episcopus Monasteriensis *B.* [48]) nominandis *B.* *Die folgenden Namen bis* Werence *fehlen. A' hat folgende Abweichungen:* burgravio de Rechede, Menhuuele, Wernen. [49]) Retberg *B.* [50]) quorum *bis* Sindene *fehlt B.* [51]) Scalckesb. *A'.* [52]) ecclesiam suam *fehlt B*, *dann* dabunt litteras suas *B.* [53]) quod *B.* [54]) fidem dabunt et iurabunt *B.* [55]) supra *fehlt B.* [56]) dabunt — iurabunt *B.* [57]) Idem fiet de comite de Rethberg cum sex militibus *als Zusatz über der Linie und am Rande geschrieben B.* [58]) eligent *B*; *dann* pejur.

[59]) ponet *B.* [60]) S. episcopus *fehlt B.* Paderborn. ep. Simon *A'.* [61]) promittent *B.* [62]) eliget *B.* [63]) Sunt *bis* Nedere *fehlt B. A' hat abweichend* Aslen, Gudensberg, Somercalf. [64]) dabunt *B.* [65]) Hesterbach *A' u. B.* [66]) de *fehlt B.* [67]) Conradum Coloniensem *fehlt B, dagegen* seu ecclesiam Coloniensem *hinzugefügt B.* [68]) suos *fehlt B.* [69]) *Der von* de *an bis* Paderbornensium *fehlende Theil hinter* in perpetuum *gesetzt.* [70]) in qua *B.* [71]) *Vergl. Anmerk. 69.* [72]) et *fehlt B.* [73]) *Statt des Nachfolgenden schliesst B mit dem Passus über Lünen, vergl. Art. [15]. Dann folgt:* Nos episcopus Paderbornensis et decanus maior Coloniensis protestamur in hanc formam esse concordatum et in testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda.

Or. des vorläufigen Friedensvertrages (B), am linken Rand beschädigt, im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 202. Zahlreiche Korrekturen, das bis zum Rand beschriebene Pergament, darin ein ursprüngliches Loch, weisen auf einen minder feierlichen Charakter der Urk. hin. Die beiden Siegel des Paderborner Bischofs und Kölner Domdechanten von dem von der Urk. abgeschnittenen Pergamentstreifen abgefallen; kleine Bruchstücke liegen bei. Der definitive Friedensvertrag in zwei Original-Ausfertigungen (A und A') im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 155; beide wie auch B von Kölner Hand geschrieben. Nach den Einschnitten haben an A 28 Siegel gehangen; das des Domherrn Heinrich Schele wurde nachträglich eingefügt. Acht fehlen jetzt, nach den gleichzeitigen Bezeichnungen auf dem Rande: des Erzbischofs Konrad, des Paderborner Dompropstes, ein unbezeichnetes, Lippiensis, de Svalenberg, A. de Driburg, de Gemene(?), Wil. Rusce. *Es hängen, theilweise verletzt, noch folgende Siegel an: 1) Bischofs Otto von Münster, wie Westf. Sieg. II Taf. 43 Nr. 4; 2) Bischofs Simon von Paderborn, wie Westf. Sieg. II Taf. 49 Nr. 3; 3) des Paderborner Kapitels; 4) Konrads von Rietberg, Adler, wie Westf. Sieg. I Taf. 29 Nr. 3; 5)* sigi(l)um Werhe(ri) de Godenburich, *gespaltener Schild, rechts aufsteigender Löwe, links drei Balken wie Nr. 3 an Urk. Nr. 542. 6)* sigillum Alber(ti) de Scardenb(u)rih(?), *gekrönter Menschenkopf mit breitem Maul, auf zwei eingeknickte Arme gesetzt; 7)* s. Godefr(idi) burcgr(avii)? de Reggthe, *Schräggitter; 8)* sigillum Fr(e)derisci d(e) Menhuvel, *Schildeshaupt; 9)* s(igil)lum Ger(l)aci d(e) (Bever)en, *zwei nach oben und unten eckig gezogene Balken; 10)* sigi(l)lum Hermanni de L(ange)ne, *fünf, davon zwei halb, schräg rechts gesetzte Rauten; 11)* sigillum Lu(tberti) de Svan(esb)ule, *3(2:1) umgedrehte Steigbügel; 12) Bruchstück des Siegels* Euerha(rdi)..P(a)derburn(ensis) arch(idiaconi)? (Herv)ord(e)n(sis), *oval, rothes Wachs, oben Christus segnend, die rechte Hand erhebend, in der linken ein Buch* (?), *in der Mitte in romanischem Bogen rechts Maria mit dem Kinde, links eine Heiligenfigur, darunter der h. Liborius, vor diesem eine knieende Figur. Ueberschrift:* s. Liborius; *13)* s. mag(ist)ri Ioh(ann)is can(onici) Paderb(ornensis) pr(ior)is . . .; *Iohanns von Schildesche, rund, sitzende Figur, eine vor ihm knieende segnend; Umschrift fast ganz zerstört, im Siegelfeld eine zweite Umschrift; 14)* s. Ioh(ann)is scolastici Pad(erbor)ne(nsis), *spitzoval, Pelikan, die Brust zerhackend, davor Nest mit 3 Jungen; 15)* s. Henrici thes(aurarii) (Pat)herb(urnensis), *spitzoval, rothes Wachs, Petrus mit dem Schlüssel in der rechten Hand, die linke ausgestreckt; 16)* s. Henrici Lusci canonici Paderbor(n)en(sis), *spitzoval, stehende Figur mit Palmzweig in der rechten, Buch in der linken Hand, je eine Rose zu beiden Seiten; 17)* sigillum Bertoldi de B(ra)kle, *drei Pfähle mit darüber gelegtem Balken; 18)* sigillum (Werner)i de Braclo, *aufsteigender Löwe; 19)* sigillum Hermanni de B(rake)l, *wie das Bertholds; 20)* s. Hermanni de Osde, *aufsteigender gekrönter Leopard; vgl. Westf. Sieg. I, 2 S. 39. An A' hingen 12 Siegel an Pergamentstreifen. Davon sind erhalten 1) Bischofs Simon v. Paderborn; 2) des Kapitels (Bruchstück); 3) stark beschädigt, Reitersiegel Bernhards zur Lippe, wie Lipp. Regg. I Taf. 6; 4) Konrads von Rietberg; 5) Widukinds von Schwalenberg, beschädigt; dabei liegend ein zweites, wahrscheinlich von A stammendes, wohlerhaltenes Siegel W's v. Schw., achtstrahliger Stern:* sigillum comiti(s W)idekindi de Svalenbe(rch?). — *Der zwischen Bischof Simon und dem Kölner Domdechanten Goswin festgesetzte, undatirte Präliminarvertrag (B) unterscheidet sich vom definitiven Friedensvertrag (A) dadurch: 1) dass in B die Eides- und Bürgschaftsleistung, Absendung der von Erzbischof Konrad gefor-*

derten Briefe u. s. w. als zukünftig, in A dagegen als geschehen dargestellt wird; 2) dass in A die Namen der Bürgen eingefügt sind; 3) durch Angabe des Besiegelungsmodus am Schluss. Alle drei Abweichungen sind durch kursiven Druck hervorgehoben, die bisher noch unbekannte Fassung von A findet sich im Text, die Abweichungen in B in den Anmerkungen. Wegen Art. [17] muss die Abfassung des Präliminarvertrages spätestens vor 1256 August 11 stattgefunden haben; vergl. oben Nr. 656; die Schlussverhandlungen in Essen zwischen August 16 und 20; vergl. Nr. 657 und 660. Sämmtliche von B. Simon auszustellende Briefe sind in den vorangegangenen Nrr. erhalten, von den Schreiben der übrigen nur ein geringer Bruchtheil. Der Präliminarvertrag gedr. Schaten ad annum, im Auszug Seibertz, UB. I, 297 zu August 23. Vergl. Lacomblet, UB. II, 427 Anm. und Cardauns, Annalen 34, 50 Nr. 413; Lipp. Regg. I, 201 Nr. 287. Schaten giebt im Anhang nach Kölner Angaben, wahrscheinlich also aus unserer Quelle, auch die fideiussores. *Auffälligerweise fügt er im Text die sechs* fideiussores *des Grafen Konrad von Rietberg hinzu, obwohl sie nicht in B stehen. Litteratur über den Kampf Simons mit Konrad und die Verträge Grauert, die Herzogsgewalt in Westfalen S. 92 ff. und Cardauns, Konrad von Hostaden S. 75 ff.*

667.

Zwei Edle von Ziegenberg vertragen sich mit Bischof Simon wegen des geschuldeten Soldes für geleistete Dienste. Roden *1256 Oktober 2.*

Nos B(urchardus) et H(ermannus) nobiles de Cigenberge presentibus protestamur, quod inter venerabilem dominum nostrum Symonem Paderbornensem episcopum ex parte una et nos ex altera pro omni dampno, quod in servitio ipsius venerabilis domini S(imonis) et ecclesie sue Paderbornensis pertulimus ad ipsius ecclesie subsidium invitati et pro sallario quadraginta marcarum nobis promisso et etiam pro omni questione sedanda, que nobis pro prefatis dampnis contra eundem dominum S(imonem) episcopum et ecclesiam suam posset competere, taliter est conventum, quod idem dominus episcopus ducentas marcas sub hac distinctione ab hac hora in antea per quinquennium nobis solvet; videlicet in festo beati Martini proximo nunc instante dabit nobis quinquaginta marcas, si ad id faciendum obtulit se facultas. Alioquin Paderborne intrabit inde nullatenus exiturus, donec eadem quinquaginta marcarum summa fuerit persoluta. Secundi vero anni circulo devoluto prefatus dominus episcopus S(imon) quadraginta marcas in predicto festo beati Martini sub distinctione prehabita nobis solvet, de tercio et quarto anno simile faciendo. Quinto vero anno triginta marcas sepedictus dominus episcopus nobis solvet et sic consummabitur solucio pecunie supradicte. Et ne ex hoc aliqua in postmodum questio valeat suboriri, presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum apud Roden anno Domini M°.C°C.L°. sexto, V°I. Nonas Octobris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 203. An Pergamentstreifen, am Rande verletzt, dreieckiges Siegel mit Adlerflügel Burchards; von Umschrift noch Borch . . *zu lesen. Das zweite ist bis auf zwei Bruchstücke, die aber auch den Adlerflügel haben, zerstört; von Umschrift zu lesen:* et Gis . . . . . igenberg, *wahrscheinlich gemeinsames Siegel des H. und eines Ungenannten, wahrscheinlich Giso. Ueber Familie und Schloss Ziegenberg zu vergl. Wenck, Hess. Landesgesch. II, 778 ff.; III, UB. S. 164. Das* servitium *war wohl im Kampf gegen Köln geleistet.*

668.

Propst Friedrich von Berich urkundet über den Erwerb von Gütern seitens seines Klosters. Burg Waldeck 1256 October 21.

F(ridericus) Dei gratia prepositus in Beriche cum universali congregatione sua omnibus hoc scriptum aspicientibus in salutis auctore summe pacis iocundari perfruacione. Quia nonnunquam, que rationabiliter ordinantur, per curricula dierum variis eventibus adnichilantur, tam presentibus quam absentibus notum esse volumus, quod Hermannus dictus de Hancuorde, cum eum communione plene fraternitatis mutatione

laicalis habitus ordini nostro conformavimus, pro spe remunerationis eterne contulit ecclesie nostre quartam partem de bono, quod habuit in Wenkershusen, cum omnibus attinentiis. Alteram secundam partem apud fratrem eius dictum Godefridum pro talentis IX comparavimus cum pleno consensu fratrum suorum et heredum, videlicet Heinrici Diaboli et Godefridi et Hermanni, qui et ab omni contradictionis iure, quod in hoc habebant, se totaliter excutiebant.[1]) Ne igitur hec post fortasse posteris nostris vento oblivionis elapsa aliquis infringere presumat, sigillo domini comitis et sigillo civitatis sue confirmavimus. Huius rei testes sunt: Hermannus Brotrump, Andreas de Nece, Remboldus de Rene, Bulemast, Bodo, Egennolfus, Hermannus de Culte, Heinricus de Buffem, Almarus Saere, Hermannus de Afful et alii quam plures, quibus presentibus hec acta sunt in castro Waltdeke, in die XI milium virginum, anno Domini M⁰.C⁰C.L⁰VI. Datum in Waldeke.

[1]) *Or. hat* tottaliter excuttiebant.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. Von Besiegelung keine Spur, auch kein Umbug, wahrscheinlich nie besiegelt gewesen.

669.

Ritter Dietrich von Helden urkundet über Abtragung einer Schuld an Kl. Bredelar. Bilstein 1256 November 17.

Omnibus hanc litteram visuris ego Theodericus miles dictus de Heldene significo, quod, cum abbas et conventus monasterii in Bredelar, ordinis Cysterciensis, pro pensione trium solidorum, quos annuatim eis solvere tenebar et per aliquot annos non solvi, me convenissent in Susato coram domino Roberto ibidem canonico, a domino Hugone sedis apostolice legato constituto, promisi in figura eiusdem iudicii de pleno consensu uxoris mee et liberorum meorum me annuatim fratribus iamdicti cenobii tres solidos legalium denariorum soluturum de curia mea in Heldene proxima die beati Martini, quousque tres marcas insimul persolvam ad redditus trium solidorum conparandorum, et publice profiteor, quod[1]) promissum ratum habeo et collaudo. Et ob maiorem firmitudinem in signum habitionis rati sigillo domini mei Theoderici nobilis de Bilenstene, quia proprium non habui, hoc scriptum petivi roborari. Testes huius rei sunt: Siffridus de Medelike, magister Gerlacus, canonici Susatiensis ecclesie, Erpo sacerdos ibidem, arbitri huius cause, sicut scriptum eorum super eo testatur, Theodericus custos Susatiensis, Heinricus de Ythere, Iohannes nunc plebanus in Brakele, Albertus plebanus beati Thome et socius suus Godefridus, Godescalcus de Horhusen et Helmwordus, burgenses Susatienses. Datum Bilenstene anno gratie M⁰.C⁰C.LV⁰I., XV⁰. Kalendas Decembris.

[1]) quia *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 60. An von der Urk. abgeschnittenem Pergamentstreifen dreieckiges Siegel Dietrichs v. Bilstein, wie Westf. Siegel I Taf. 41 Nr. 4.

670.

Dietrich Grope von Gudensberg urkundet über die Beilegung eines Zwistes zwischen Kl. Bredelar und Walther und Konrad von Listingen wegen Oesdorf und Meerhof. Gudensberg 1256 November 18.

Omnibus hanc litteram visuris ego Theodericus de Godenburg cognomento Grope notum fore cupio, quod, cum Walterus dictus de Listhingen et filius suus Conradus abbatem et conventum in Breydelar, ordinis Cysterciensis, super quibusdam bonis in Osninctorp et Mari sitis impetivissent, ipsi fratres iure suo et privilegiis se defendebant, talis tandem compositio intervenit, quod idem Walterus et filius suus Conradus, zelo devotionis succensi, omni impetitioni et actioni, qua predictum claustrum impetebant, omnique iuri, quod in predictis bonis videbantur habere, pro reverentia domini nostri Ihesu Christi eiusque pie matris Marie nec non pro religione et favore eorundem fratrum in presentia mei et aliorum honestorum virorum publice cesserunt cum heredibus universis, et hanc cessionem ob maiorem firmitudinem sigillo meo, quia proprium non habuerunt, roborari petiverunt, ne ipsi vel heredes eorundem quovis

umquam tempore hanc litem temerarie suscitare attemptent. Datum Gudenberg anno gratie M°.C°C.L°V°I., XII°II. Kalendas Decembris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Dalheim Nr. 24. An Pergamentstreifen verletztes dreieckiges Siegel: gekrönter Fratzenkopf, aus dessen Mund zwei Arme mit ausgestreckten Fingern herauswachsen. Auf der Rückseite von Hand s. XV: Ostrop.

671.

Die Brüder Brotrump verkaufen an Kl. Netze ihre Güter in Netze. Naumburg 1256 November 30.

In nomine sancte trinitatis amen. Omnibus presens scriptum inspecturis salutem in vero salutari. Nos fratres Henricus, Hermannus, Warmundus, milites, Lodewicus, Thidericus et Henricus, qui dicimur Brohtrumpe, presencium litterarum testimonio unanimiter recongnoscimus, quod domino preposito sanctoque conventui ac regali familie in Neze bona nostra inibi sita cum agris adiacentibus pro quadam summa pecunie communi consensu vendidimus, et ipsa bona ad manus dominorum nostrorum nobilium de Nuenburc libere resingnavimus et domino preposito conventuique prefato proprietatem donari petivimus. Quo facto in manus dominorum nostrorum nobilium de Nuenburc et aliorum proborum virorum fide data promisimus pro fratre nostro Hekehardo absente, statim, cum ad partes redierit, infra primum mensem faciat id ipsum; quod si non fecerit, nos tres fratres Henricus, Hermannus, Warmundus, milites, et Henricus de Herberge ad vocationem domini prepositi de Neze opidum Nuenburc intrabimus inde non recessuri, nisi promissum nostrum fide data firmatum a fratre nostro Hekehardo primitus impleatur. Huius rei testes sunt: nobiles domini nostri fratres V(olquinus), W(idekindus) de Nuenburc, Berno sacerdos, dominus Andreas de Neze, Wernerus de Welberc, Conradus Nagel, milites, Thimarus[1]) de Wira Thidericus de Gran et alii quam plures. Ne autem hec acta cum cursu temporis a memoria hominum labantur, presentem paginam fecimus conscribi. Et quia propriis sigillis caremus, dominorum nostrorum de Nuenburc et de Waldeke inpensione sigillorum petivimus muniri. Datum in Nuenburc anno M°.C°C.L°VI., in die beati Andree.

[1]) Ditmarus *in Nr. 675.*

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen sehr zerstört 1) dreieckiges Siegel Volquins v. N., der Löwe auf Balken, vergl. unten Nr. 680; 2) dreieckiges mit spitzem achtstrahligem Stern; von der Umschrift ist noch He . . . *erhalten. Vgl. Nr. 676.*

672.

Graf Adolf von Waldeck, iudex provincialis *und* advocatus provincie, *als Mitsiegler in zwei Kompromissen von Speierer Diöcesanen genannt. 1256.*

Gedr. Würdtwein, Nov. Subs. XII, 72 und 74. Vgl. Varnhagen, Grundlage S. 305 Anm. f.

673.

Abt Jordan von Abdinghof bekundet eine Memorienstiftung. 1256.

Iordanus Dei gratia Paderburnensis abbas universis presentem paginam intuentibus cupimus esse notum, quod Widekindus et Thezzeke uxor sua pro salute anime sue facultatem decem marcarum nobis presentarunt, quam summam circa bonorum domine Syderadis de Widen premortue expendimus emptionem, tali tamen conditione posita, ut sex maltra annone, videlicet duo siliginis, duo ordei, duo avene, singulis annis citra festum Martini eisdem, quoad vixerint, faciamus de nostro granario presentari. Cum autem unus eorum decesserit, superviventi subtrahentur duo maltra, ita quod idem quatuor tantum maltra recipiet tempore sue vite. Cum vero secundum ordinationem superioris ambo migraverint ex hoc seculo, unum maltrum singulis annis indeficienter dabitur conventui ad predictorum hominum

memoriam cum ceteris fidelibus sollempniter peragendam. Cetera denique quinque maltra nobis dimittentur amplius absoluta. Ut autem huius rei rationabilis processus in futuro servetur inconvulsus, presentem paginam desuper conscribi fecimus sigilli nostri et ecclesie nostre munimine roboratam. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto, presentibus testibus ad hoc rogatis: Arnoldo priore, Henrico dicto priore de Wilbodessen, Hermanno Dracone, Gerhardo de Baddenhusen, Rotberto quondam cellerario, Hermanno camerario, Pelegrimo, ecclesie nostre confratribus et abbatis familia, et aliis quam plurimis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 55. An Pergamentstreifen Bruchstück vom Siegel des Abts.

674.

Graf Hermann von Pyrmont verkauft u. a. mit Zustimmung seines Bruders Gottschalk dem Kl. Barsinghausen einen ihm von seiner verstorbenen Schwester Gräfin Kunigunde von Hallermund übertragenen Hof in Gestorf. Zeugen. 1256.

Gedr. Hodenberg, Calenberger UB. I, 29. Dem Verkauf eines andern Hofes daselbst an Kl. B. und einer Schenkung der Gräfin K. hatten Gottschalk von Pyrmont und seine Söhne Gottschalk und Hermann 1253 Juli 6 zugestimmt. Gedr. a. a. O. Nr. 28.

675.

Graf Heinrich d. j. von Waldeck bekundet Güterüberlassung in Netze an Kl. Netze. 1256.

Heinricus iuvenis comes de Waldeke notum esse cupimus universis tam presentibus quam futuris, quod Ditmarus et uxor eius Adelheidis dicti de Wira et filii eorundem Iohannes et Nicolaus bona sua omnia sita in Nezce in nostro districtu, que proprietatis titulo possederunt,[1]) pro quindecim marcis argenti, tum quia prepositus et conventus monasterii in Nezce filie eorum pie propter Deum prebendam unam ibidem et liberaliter contulerunt, vendiderunt et tradiderunt proprietatis titulo monasterio sepedicto, in ipsum transferentes dominium eorundem. Et ne super hiis in posterum dubium aliquod oriatur, prefati Ditmarus et uxor eius Adelheidis et filii eorundem Io(hannes) et Nicolaus nostrum sigillum appendi huic littere petierunt. Actum anno Domini M°.C°C.L°VI°., presentibus Berdoldo[2]) presbytero, Andrea de Nezce, Walthero, Olrico, Hermanno Brotrump, militibus, Ditmaro Opoldo, Reinboldo de Rein, aliisque pluribus castrensibus nostris in Waldeken.

[1]) possiderunt *Or.* [2]) *So Or.*

Or. im Fürstl. Wald. Arch. in Arolsen. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

676.

Graf Heinrich d. j. bekundet Güterüberlassung in der Drünge an Kl. Netze. 1256.

Heinricus iuvenis comes in Waldeke omnibus hoc scriptum visuris salutem in vero salutari. Noverit tam presens etas quam futura posteritas, quod Ditmarus dictus Opolt una cum matre sua ceterisque heredibus consencientibus decimam minutam curie in Drunge pertinentem ecclesie sancte Marie in Nezce de sua bona voluntate pro remedio anime patris sui contulit ecclesie supradicte perpetuo. Et ut hoc factum firmum permaneat et stabile, scriptum presens sigilli nostri munimus appensione. Huius rei testes sunt: prepositus Frislariensis Widekindus de Waldeke, dominus Reinhardus de Ytere, Andreas de Neyce, Olricus, Waltherus, Hermannus Brotrump, milites, Reinboldus de Ren et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°VI.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An angehängtem Pergamentstreifen dreieckiges Siegel des Grafen Heinrich, spitzer achtstrahliger Stern; vgl. Nr. 671. Gedr. Varnhagen, Grundlage, UB. Nr. 40.

677.

Graf Adolf von Dassel überträgt einen Zehnten in Helmarshausen an Kl. Lippoldsberg. Nienover 1256.

In nomine Domini amen. Adolfus Dei gratia comes de Dassele universis huius pagine inspectoribus in perpetuum. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos pro remedio anime nostre decimam in Helmwordessen ecclesie in Lippoldesberge contulimus acceptis ab ecclesia sex marcis, ita ut nos proprietatem ipsius decime a Paderburnensi episcopo elaboremus. Hanc simul nobiscum omnes filii nostri et cognati Adolfus et Ludolfus fecerunt donationem. Et ut stabile et firmum permaneat, presentem paginam nomine nostro et filiorum nostrorum nec non cognatorum nostrorum conscriptam sigillo nostro fecimus roborari et ecclesie tradi cum litteris concessionis domini episcopi Paderburnensis. Actum anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo LVI. Datum Nienouere in castro.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Lippoldsberg. An Pergamentstreifen dreieckiges Siegel des Ausstellers: Hirschgeweih; zwischen den Enden sechs in Kreuzform (4 : 2) *gestellte Kugeln, unterhalb zwei Kugeln. Umschrift:* † Sigillum comi(tis A)dolfi de Dasle. *Auf der Rückseite Aufschrift s. XIII. ex . oder XIV. in .* de decima in Helmwardeshusen, *das* hu *anscheinend durchstrichen.*

678.

Edelherr Bernhard zur Lippe bekundet Beilegung eines Streites zwischen Hermannus de Odelinchusen *und Kl. Marienfeld wegen eines Hofes in Darphorn. Zeugen. 1256.*

Gedr. UB. III, 610. Reg. Lipp. Regg. I, 201 Nr. 288.

679.

Edelherr Bernhard zur Lippe übereignet ihm resignirte und ans Lippstädter Kloster verkaufte Ländereien demselben. 1256.

Bernhardus vir nobilis de Lippia. Noverint universi tam futuri quam presentis evi fideles, quod, cum Otbertus dictus advocatus et Frederunis uxor eius, cives Lippenses, decem iugera agrorum prope oppidum Lippense sita de manu nostra iure feodali tenerent, conventione facta inter dictos Otbertum et Frederunim ex parte una et .. priorissam et conventum Lippensem ex parte altera de certa pecunie summa iam dicta decem iugera agrorum prefati Otbertus et Friderunis libere in manus nostras resignarunt, et nos eadem de consensu et petitione ipsorum intuitu retributionis eterne dictis .. priorisse et conventui Lippensis ecclesie contulimus perpetue possidenda. Contulimus etiam eisdem .. priorisse et conventui duo iugera agrorum a Ricbodone et Theoderico socero eius, civibus Lippensibus, libere nobis resignata, de quibus tres modii mensure Lippensis nobis solvebantur. Ut autem hec omnia rata et inconvulsa permaneant, paginam hanc inde conscriptam inpressione sigilli nostri duximus caute roborandum. Acta sunt anno Domini M°.C°C.L sexto.

Or. im Stiftsarchiv zu Lippstadt. Reitersiegel Bernhards an anhängendem Pergamentstreifen wie Lipp. Regg. I, Tafel 6. Reg. Lipp. Regg. II, 16 Nr. 488.

680.

Volquin und Widukind Edle von Naumburg übereignen einen angekauften Hof dem Kl. Netze. 1256.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ego Volcwinus miseratione divina nobilis de Nuenburg omnibus hoc scriptum visuris salutem in salutis auctore. Ne gesta temporum simul labantur cum tempore, fideli scripto commendantur. Noverint universi, quod ego et frater meus dominus Widekindus, Haluerstadensis ecclesie canonicus, cum consensu ceterorum nostrorum coheredum proprietatem curie in Netze site et agrorum pertinencium, quam prepositus et conventus ecclesie sancte Marie in Netze a domino Heinrico de Aldendorb et Hermanno et Warmundo militibus et Lodewico et Theoderico et Ekehardo fratribus, qui dicuntur Brotrumpe, et eorum coheredibus pro summa XX marcarum compara-

verunt. Et quia predicta bona a nobis iure feodali possidebant, nos proprietatem ipsorum bonorum, quia ad nos pertinuit, cum omni integritate contulimus ecclesie supra dicte libere et pure propter Deum. Et ut hoc factum firmum permaneat et stabile, sigillorum nostrorum presentem paginam munimus appensione. Huius rei testes sunt: dominus Berno et Heinricus sacerdotes, Wernerus de Wedelberc, Conradus Claviclus, milites, Heinricus de Herberge, Wernerus Bintreme et Lentfridus et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°VI.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen 1) dreieckiges Siegel Volquins mit zwei Balken, worauf nach rechts aufgerichteter Löwe und dieser — aber nur theilweise — von Schrägbalken belegt, so dass das Hintertheil des Löwen bedeckt ist und bis an den Schildrand geht, aber selbst von der linken Vordertatze belegt ist; 2) kleines spitzovales Siegel Widukinds, Blume an langem Stengel, an jeder Seite auf unterm Zweig ein Vogel, der nach der Blume pickt. Abbildung Schmidt, UB. des Hochstifts Halberstadt, Bd. II Taf. VIII Nr. 50.

681.

Die Brüder Konrad und Giso Edle von Gudensberg übereignen einen ihnen resignirten Hof dem Kl. Netze. 1256.

In nomine Domini amen. Ego Conradus et Ghiso frater meus nobiles de Ghodenberg omnibus hoc scriptum visuris salutem in salutis auctore. Scripti presentis testimonio notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod quandam aream in Berendroph sitam, quam Bernardus miles dictus Bitersole et filius suus Dimarus a nobis titulo possidebant feodali, quam de consensu et voluntate coheredum suorum in manus nostras resignaverunt, cuius proprietatem, quia ad nos pertinuit, ecclesie sancte Marie in Neze et conventui ibidem contulimus libere et pure propter Deum. Et ad maiorem huius facti evidentiam presens scriptum uno sigillo ambo contenti duximus roborandum. Huius rei testes sunt: de Helfenberic nobiles Iohannes et Ekehardus fratres, dominus Volradus de Heskeberic, de Thueren Ludewicus et Volcnandus, Iohannes de Welperic, Warmundus, milites, et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°V°I.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen verletzt dreieckiges Siegel Konrads v. G., acht schachbrettartige Reihen von Schrägbalken belegt.

682.

Die von Wolfershausen schenken dem Kl. Netze eine Hufe in Netze. 1256.

Nos Hermannus de Wolfershusen miles, M. uxor eius et pueri eorundem et Hermannus natus quondam domini Heinrici de Wolfershusen litteris presentibus rocognovimus et publice protestamur, quod ecclesie in Nezce in aliquo benefacere cupientes mansum unum situm in Nezce, cuius proprietas ad nos dinoscitur pertinere, quem Heinricus, Warmundus, Hermannus, milites, Ludewicus, Theodericus, Eckehardus et Heinricus de Herberen, dicti Brotrunf, noscuntur a nobis in feodo tenuisse, prefate ecclesie sanctimonialium in Nezce, ordinis Cisterciensis, proprietatis titulo tradimus et donamus, in ipsam eiusdem mansi dominium transferentes. Et ne in posterum super eo dubium aliquod oriatur, presentes litteras sigillo domini Conradi de Elbene et sigillo mei Hermanni de Wolfershusen cum subscriptis testibus in huius rei testimonium fecimus communiri. Testes sunt: Hermannus vicarius, Conradus de Buren, Wideroldus de Hospitali, clerici Fritslarienses, Gerlacus Scotpant,(?) Conradus de Besse, Conradus Geroldi clericus, comes Albertus de Waldensten, Heinricus ds Biscofeshusen, Ropertus de Mezce, Hermannus de Reingoldeshusen, Reinherus de Wictorf, Conradus de Werene, milites, Theodericus plebanus de Wictorf, Hermannus de Blumenstein, Conradus Iupan, Conradus de Hemenchusen miles et alii quam plures. Actum anno Domini M°.C°C.LV°I.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. Erstes Siegel vom Pergamentstreifen ab; an 2. Stelle dreieckiges Siegel: quergetheilter Schild, in dessen oberer Hälfte springender Wolf, in der unteren drei (2 : 1) Ringe.

683.

Die von Bischofshausen geben ihre Zustimmung zur Ueberlassung eines halben Zehnten in Netze an das Kloster daselbst. 1256.

Nos Wernerus, Ghederudis uxor eius, Heinricus, Wernerus et Hermannus nati eorundem, dicti de Biscofeshusen, litteris presentibus recognoscimus et publice protestamur, quod de nostra voluntate procedit et plene nostrum adhibemus consensum, ut prepositus et conventus monialium in Nezce, ordinis Cisterciensis, medietatem decime in Nezce, quam filii domini C(onradi) dicti Bulemast a nobis iure optinent feodali, in utilitatem sui monasterii convertant, quocumque modo hoc optinere poterint a filiis supradictis. Promittimus etiam bona fide, quod nunquam de illa medietate prefate decime inpetemus monasterium memoratum. Et ne super hiis in posterum dubium aliquando oriatur, presentes litteras sigillis mei Werneri et Heinrici cum subscriptis testibus fecimus communiri. Testes sunt: Hartmannus de Vrphe canonicus et Hildegherus vicarius ecclesie Fritslariensis, Ripertus plebanus sancte Marie, Siboto de Ythere, Cuno de Holzheim, Andreas de Necehe, milites, Trotmarus et Conradus Gude, cives Fritslarienses. Actum anno Domini M°.C°C.L°V°I.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen 1) dreieckiges Siegel mit nach rechts aufgerichtetem Löwen. Umschrift: Sigillum Henrici de Lewenstene; *2) Fragment dreieckigen Siegels mit rechtsschrägem Schildeshaupt, woran drei Lappen.*

684.

Berthold von Brakel und Rathmänner der Stadt Paderborn bekunden eine Vermögensscheidung zwischen dem Paderborner Bürger Helmicus Wolf u. seinem Sohne Iohann bei des letztern Verheirathung. 1256.

Bertoldus dictus de Bracle et consules civitatis Paderburnensis omnibus presens scriptum visuris salutem in Domino sempiternam. Universis presentem paginam inspecturis cupimus esse notum, quod, cum Iohannes filius Helmici dicti Wlpis civis Paderburnensis legitimam duceret, pater suus eidem dedit viginti quinque marcas gravium denariorum et decimam in Widinchusen (et)[1]) mansum ... situm in agris Bracle et Hemedessen iure hereditario ipsi et heredibus suis voluntarie ac favorabiliter assignando, ea tantum posita conditione, ut idem Io(hannes) omnibus aliis integraliter renunciaret patris bonis nec ullam deinceps patre vivente sive (post obitum eius?) super bonis predictis movere posset questionem aliquatenus, sed pater suus et mater sua dicti . . . . . liberam haberent disponendi facultatem de bonis sepedictis, qualibet Io(hannis) iam dicti impetitione cessante, quicquid eisdem (videtur) ho(nestius) ac utilius . . . . . Ut autem talis ordinatio in posterum firma permaneat et subsistat presentem litteram (exinde fac)tam sigillis . . . . . decrevimus utile roborandam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto. Huius (ordinationis?) testes sunt: Fredericus senior, Fredericus iunior, milites dicti de Hy(stincdorp?), Thidericus . . . . . gener Helmici sepedicti et alii quam plures.

[1]) *fehlt Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, defekt und theilweise verblasst, Kl. Hardehausen Nr. 100. Die an Pergamentstreifen angehängten Siegel abgefallen. Erwähnt Ztschr. XXXVII, 2, 120.

685.

Gottschalk gen. von Padberg bekundet, dass er mit Zustimmung seiner Brüder Iohann, Kanonikus in Geseke, Werner, Kanonikus in Paderborn und Pfarrer in Körbeke, und Ritter Hermann vor einigen Jahren einen Theil ihres Zehnten in Beringhausen unter Vermittelung Elgers v. Dalwigk an Abt Widukind von Bredelar verkauft habe; jetzt überlässt er den Rest dem Abt Alexander v. B. unter Vermittelung Adams von Aspe, Alrads v. Horhusen und Heinrichs v. Odenhusen mit Zustimmung seiner Gemahlin Adelheid, seiner Kinder Hermann, Dietrich, Gottschalk, Gertrud und Kunigunde, seiner Brüder Johann und Werner, seiner Neffen Johann, Herrn der Burg und Gottschalk, Schwägerin Sophie

und ihrer Söhne Gottschalk und Johann. Zeugen: Thetmarus in Pathberg plebanus, Hermannus de Ythere, Helmicus de Keldinchusen, Constantinus, Bernardus de Walberni(n)chusen, Conradus iudex, Elwicus. *Bei dem feierlichen Verzicht in Marsberg Zeugen:* Ludolfus de Capella et filii sui Henricus et Iohannes, Albertus de Mulenhusen et frater suus Gerlacus, Werno de Westhem, Conradus de Yburg iudex, Hermannus superius theatro, Hermannus de Flesse(n)ger, Godefridus de Eleren, Bertoldus et Helmicus fratres, Wigandus, Wideroldus et Nicolaus fratres, Godefridus Dives. *125(6)7 Januar 28.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 61. An Pergamentstreifen die Siegel 1) Gottschalks v. P.; 2) der Stadt Marsberg; 3) Johanns v. P. Gedr. Seibertz UB. I, 293 nach Kopie. Im Druck zu korrigiren: S. 363 Z. 2 v. u. litteram, *Z. 1 v. u.* quicquid, *S. 364 Z. 7* Curbike, *Z. 8* possederimus, *Z. 12* Widekyndo, Bredelar, *Z. 16* quid, *Z. 18* probis *statt* pro his, *Z. 24* Gerthrudis, *Z. 28* benivola, *Z. 29* usufructuario; *S. 365 Z. 8* monimentum. *Zur Datirung vergl. Nr. 599. Reg. Beiträge zur Gesch. d. Fürstenth. Waldeck und Pyrmont III, 133 Nr. 66.*

686.

Papst Alexander IV. befiehlt auf die Klage des Bischofs Simon von Paderborn, dass die Klöster Helmarshausen und Corvey von seiner Gewalt exemt zu sein behaupten, die Exemtionsurkunden aber nicht vorweisen, 1) dem Dechanten und Scholaster von Wildeshausen das Unterthänigkeitsverhältniss von Helmarshausen, 2) dem Dechanten und Scholaster von Fritzlar und dem Erzpriester von Naumburg das Verhältniss Corveys zu Paderborn zu untersuchen. Lateran 1257 Februar 25.

Nr. 1) gedr. UB. V, 577; Nr. 2) Reg. das. Nr. 578; Druck der Nr. 2 bei Schaten ad annum.

687.

Bischof Bruno von Osnabrück bekundet ein Vermächtniss des Dechanten von St. Johann (in Osnabrück). Osnabrück 125(6)7 März 15.

B(runo) Dei gratia Osnaburgensis episcopus. Notum esse volumus hanc litteram intuentibus, quod dominus Engelbertus decanus sancti Iohannis coram nobis est protestatus et recognovit, quod statim die ipso sui obitus ecclesia Angarensis a pensione, qua temporibus vite sue tenetur eidem, erit libera totaliter et soluta. Unde ipsi ecclesie presentem paginam sigillo nostro et sigillo dicti decani dedimus communitam. Datum Osnaburg, anno Domini M°.C°C.L°VI., Idus Marcii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Iohann und Dionys Herford Nr. 11. An Pergamentstreifen Bruchstück vom Siegel des Bischofs.

688.

Papst Alexander IV. verwirft in einem an den Bischof und das Kapitel zu Paderborn gerichteten Schreiben den von Bischof Simon mit Erzbischof (Konrad) von Köln geschlossenen Frieden, spricht den Paderborner und s. Vasallen von den geleisteten Eiden frei und bestimmt, dass die Paderborner Kirche hinsichtlich ihrer Besitzungen in den Stand gesetzt werde, worin sie vor der Gefangenschaft des Bischofs sich befunden habe. Lateran 1257 März 16.

Gedr. UB. V, 580. Die Friedensurk. oben Nr. 666.

689.

Papst Alexander IV. theilt dem Bischof (Rudolf) von Schwerin die Gefangennahme des Bischofs (Simon) von Paderborn und die derselben folgenden Ereignisse mit und beauftragt ihn mit Wahrung der Interessen des Bischofs und seiner Kirche. Lateran 1257 März 21.

Gedr. UB. V, 581.

690.

Papst Alexander IV. ernennt den Dechanten von Deventer, den Scholaster von Wildeshausen und Magister Hildeger, Kanonikus von St. Johann in Osnabrück, zu Richtern in der Klagesache der Paderborner Kirche gegen Erzbischof (Konrad) von Köln wegen Vorenthaltung der Stadt Brilon. Lateran 1257 März 27.

Gedr. UB. V, 582.

691.

Ritter Volbert von Borken stiftet eine Familienmemorie im Kl. Hardehausen. Fritzlar 1257 März 30.

Volpertus miles de Borken universis hoc scriptum audituris salutem in Domino. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego et Bertoldus filius fratris mei, Antonia soror mea et Volpertus filius eius actioni pariter et cause, que vertebatur inter nos ex parte una et fratres de Herswithehusen ex altera super duobus mansis in Hademar, quos pro remedio anime sue frater meus dominus Volpertus, quondam Fritslariensis ecclesie canonicus, eisdem contulerat cognita facti veritate penitus renunciamus. Insuper consentientes fratris mei devocioni tam pro illius quam pro nostra memoria in loco iugiter habenda dictos mansos prefato monasterio scripto et sigillo in perpetuum confirmamus et contra quoslibet inpetentes warandiam debitam prestamus. Coheredes mei, quia sigilla propria non habent, meo contenti sunt. Ceterum ad maius robur facti nostri simul consentimus et petimus, ut sigillum domini Heinrici cognati nostri de Bissoffeshusen presentibus litteris appendatur. Testes autem (rerum)[1] gestarum sunt milites subnotati: Conradus de Hebelde, Heinricus et Wernherus fratres de Bissoffeshusen, Hermannus Pencelere, Conradus Seruus de Urfa; cives vero: Herbordus filius comitis, Conradus domine Gude, Godeliuus, Conradus filius Engilberti, Theodericus filius Gerlaci thelonearii et alii plures. Acta sunt hec Fritslarie anno Domini M°.C°C.LV°II., feria V. ante palmas.

[1]) *Fehlt Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 105. Beide Siegel und Befestigungen fehlen.

692.

Bischof Bruno von Osnabrück gestattet den Verkauf eines Hofes durch das Kapitel in Enger. Osnabrück 125(6)7 März 31.

Bruno Dei gratia Osnaburgensis episcopus omnibus hanc litteram intuentibus salutem in vero salutari. Nos attendentes, quod capitulum ecclesie Angarensis de curte Selesburen propter sui remocionem et distanciam prebendas et iura sua commode et utiliter, prout competebat, habere non possent, vendicioni ipsius curtis, immo verius commutationi in alia bona magis capitulo adiacentia consensimus ad petitionem capituli memorati. Unde presentibus protestamur, quod nos ratum et gratum habemus, quod dominus Herebordus de Spredowe miles et sui heredes dictam curtem Selesburen cum omni iure et utilitate et cum omnibus attinenciis emerunt a capitulo memorato. Datum Osnaburg anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo V°I., vigilia palmarum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster Stift St. Johann u. Dionys in Herford Nr. 18. Das ovale Siegel des Bischofs liegt, vom Pergamentstreifen ab, daneben. Datirung nach der Osterrechnung der Kölner Provinz. Wenn die Datirung in Cardauns, Annalen d. hist. Ver. f. d. Niederrhein 35, 27 Nr. 191 kein vereinzelter Fall ist, begann in Osnabrück das Jahr mit Mariä Verkündigung und gehört obige Urk. zu 1256.

693.

Everhard Wolf von Gudensberg verkauft an Kl. Arolsen all sein Recht an dem Zehnten in Helsen. Volkmarsen 1257 April 6.

In nomine sancte et individue trinitatis. Omnibus Christi fidelibus huius pagine scriptum visuris Everhardus Lupus dictus de Guodenborgh salutem. Que geruntur in tempore, ne simul fugiant cum tempore, solet ea discretorum industria scripture memorie commendare. Noverint igitur universi tam

posteri quam presentes, quod ego Everhardus Lupus dictus de Guodenburg cum assensu fratris mei Theoderici Lupi et suorum heredum, consentiente Walburge uxore mea simul et pueris cum omnibus suis iustis heredibus, partem meam decime in Helsen cum omnibus attinentiis ecclesie Aroldensi, cui ipsa decima pro situ suo contigua est et commoda, vendidi mediantibus quibusdam viris discretis pro triginta quatuor marcis legalium denariorum, omni iuri nostro in eadem decima habito sollemniter renuntiando, et ecclesia iamdicta absque omni inpedimento gaudebit perpetuali et stabili fruitione decima supradicta. Ne igitur predicta ecclesia super emtionis huiusmodi legitimo contractu quoquomodo possit defraudari, in signum habitionis rati et warandye presentem paginam sigillo proprio feci roborari. Testes huius rei sunt: Wernerus de Guodensberg, Conradus Grope, Theodericus Lupus, Theodericus de Medrike, Albertus gograuius, Albertus de Lutersen, Henricus de Pessenkusen, Volpertus de Brunhardessen, Luderus de Ahusen, Conradus de Epehe, Iohannes de Osterhusen, milites; Gyselerus procurator divinorum in Volcmarsen, Thetmarus de Witmare, Hermannus de Wetthere, sacerdotes; Ernestus de Houwede, Borgardus de Rodhen, Conzo Hasso, Alexander de Twiste, Heinricus de Wormlon, Albertus de Brunhardessen, Iohannes de Vesperdhe, Hermannus de Osterhusen, Heinricus Meghedevelth, Borgardus de Benvilthe, Borgardus de Lechtenvils, Arnoldus Rufus, Iohannes filius Symonis, Heynricus Berebom et alii quam plures. Acta sunt hec publice in opido Volcmarsen anno Domini M°.C°C.LV°II., V°III. Idus Aprilis.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen dreieckiges Siegel des Ausstellers in gelbem Wachs: der Maueranker. Vgl. unten Nr. 727.

694.

Die in Soest zur Berathung eines Landfriedens versammelten Vertreter westfälischer Städte, darunter Paderborn, bekunden eine Güterauflassung. Soest 1257 April 15.

Gedr. Rübel, Dortmunder UB. I, 106; erwähnt Westf. UB. III, S. 913 Anm. 1.

695.

Papst Alexander IV. beauftragt den Dechanten von Deventer, den Scholaster von Wildeshausen und Magister Hildeger, Kanonikus zu St. Johann in Osnabrück, Erzbischof (Konrad) von Köln durch Androhung der Exkommunikation zu zwingen, wegen der dem Bischof Simon von Paderborn und seiner Kirche angethanen Kränkungen und Schädigungen Genugthuung zu geben. Lateran 1257 April 17.

Gedr. UB. V, 584.

696.

B. Simon v. Paderborn Z. Erzbischofs Gerhard v. Bremen für Kl. Lilienthal. Bremen 1257 April 23.

Gedr. Brem. UB. I, 276. Vgl. folg. Nr.

697.

Bischof Simon von Paderborn, Verweser des Erzstifts Bremen, verspricht den Bürgern zu Bremen, sie bei den von ihnen unter Erzbischof Gerhard II. besessenen Rechten und Freiheiten zu belassen. Bremen 1257 April 25.

Gedr. Brem. UB. I, 277. B. Simon war Neffe des altersschwachen Erzb. Gerhard und wahrscheinlich um diese Zeit von ihm zum Verweser bestellt. Vgl. Mon. Germ. SS. XVI, 384; Lappenberg, Brem. Geschichtsquellen S. 11; unten Nr. 715 und Nr. 716.

698.

Abt Jordan und Kapitel von Abdinghof bekunden den Erwerb einer Hufe in Steinheim für ihre Kustodie. 1257 April 27.

Iordanus Dei gratia abbas totumque capitulum ecclesie sancti Pauli in Paderborn omnibus hanc paginam visuris salutem in vero salutari. Ordinationibus rerum humanarum subrepere poterit oblivio, si

firmitatem non acceperint a testibus et a scripto. Hinc est, quod universis huius littere continentiam intuentibus cupimus esse notum, quod Arnoldus ecclesie nostre custos quendam mansum situm in villa Stenhem, quem Iohannes dictus Strepenagel ab ecclesia nostra iure tenuit pheodali, de consensu nostro et capituli nostri de denariis custodie comparavit assignans ipsum ad usus custodie nostre cum annua pensione, ita etiam, ut nec ipse nec aliquis custodum successorum suorum predictum mansum sine consensu nostro et capituli nostri a custodia possit aliquatenus elongare. Ut autem factum huiusmodi postmodum maneat inconvulsum, presentem paginam desuper conscribi fecimus nostri et capituli nostri munimine confirmatam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, V. Kalendas Maii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 56. Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

699.

Ludolf, früher hochstiftisch Paderborner Marschall, und sein Bruder Hermann verpfänden der Stadt Paderborn die ihnen zustehende Pfennigabgabe. 1257 Mai 1.

Ludolphus venerabilis patris domini episcopi ac ecclesie Paderbornensis quondam marscalcus et Hermannus fratres omnibus hanc litteram inspecturis notum esse volumus, quod pensionem nobis in civitate Paderbornensi de obolis debitam eidem civitati pro triginta marcis legalium denariorum in civitate Paderbornensi titulo pignoris obligavimus et presentibus obligamus pro nobis et heredibus nostris eidem civitati prefate obligationis iustam warandiam promittentes. Pecuniam vero nobis de dicta civitate solutam in usus nostros et heredum nostrorum convertimus duos mansos unum in Masenhem et alium in Northem comparantes a nobis et heredibus nostris pro restauro possidendos. Et ut hec rata permaneant, presentem paginam nobilis viri de Osedhe Hermanni, meo, ego Ludolphus pro me et fratre meo Hermanno ac opidi superioris in Wartberig sigillis duximus et petivimus in veritatis testimonium roborandam. Acta sunt hec de consensu domini Ludolphi cellerarii Paderbornensis, patrui nostri, anno domini M°.CC°. quinquagesimo septimo, Kalendas Maii.

Or. im Stadtarchiv zu Paderborn. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs 1) kleines dreieckiges Siegel, Hirschgeweih mit sechs Enden, an jedem Ende mit fünfblätteriger Rose belegt. Umschrift: s. Ludolfi marscalci . . .; *2) grosses dreieckiges Siegel, aufgerichteter gekrönter Löwe mit auffallend dickem Zagel, vgl. Westf. Sieg. I, 2 S. 39; 3) grosses rundes Siegel der Stadt Warburg, wie Westf. Siegel II, Taf. 75 Nr. 5.*

700.

B. (Simon) v. Paderborn u. Bernhard zur Lippe Z. K. Richard's für Aachen. Aachen 1257 Mai 22.

Böhmer-Ficker, V, 5299, wo Litteratur. Reg. Lipp. Regg. I, 202 Nr. 290. Erwähnt Schaten ad annum mit irrigem Datum.

701.

Symon Paderburnensis episcopus *Zeuge König Richards für Köln. Köln 1257 Mai 27.*

Böhmer-Ficker, V, 5304, wo Litteratur.

702.

Papst Alexander IV. gewährt denen, welche die Paderborner Kirche am Feste Mariä Verkündigung und in der Octav besuchen, einen Ablass von einem Jahr und 40 Tagen. 1257 Mai 28.

Erwähnt UB. V, 848.

703.

Papst Alexander IV. ertheilt dem Bischof und Kapitel der Paderborner Kirche die erbetene Erlaubniss, auf Paderborner Gebiet Burgen und Befestigungen zu bauen trotz des Verbotes des Erzbischofs von Köln. Viterbo 1257 Mai 30.

Gedr. UB. V, 581.

704.

Papst Alexander IV. beauftragt den Bischof (Heinrich) von Hildesheim, das dem Bischof (Simon) von Paderborn ertheilte Recht, in seinem Gebiete Burgen und Befestigungen zu bauen, dem Erzbischof (Konrad) von Köln gegenüber nöthigenfalls durch Exkommunikation zu wahren. Viterbo 1257 Mai 30.

Gedr. UB. V, 586.

705.

Gerhardus abbas de Herswiteshusen *unter den Zeugen in Urk. des Grafen Borchard von Lutterberg für Kl. Walkenried. Walkenried 1257 Juni 3.*

Falke, Cod. trad. Corb. p. 900. Fehlt im Walkenrieder UB.

706.

Graf Hermann von Everstein und Edelherr Bernhard zur Lippe Zeugen in Kaufurk. der Burg Ringenberg durch B. Otto von Münster. Münster 1257 Juni 6.

Gedr. UB. III, 618; vgl. daselbst Nr. 620 und 622.

707.

Papst Alexander IV. fordert u. a. die Paderborner Diöcesanen zur Unterstützung des Kl. Fröndenberg durch Verleihung eines Ablasses von 100 Tagen auf. Viterbo 1257 Juni 13.

Gedr. UB. V, 589.

708.

Richter und Rathmänner in Volkmarsen bekunden Güterverzicht eines Warburger Bürgers zu Gunsten des Kl. Hardehausen. Volkmarsen 1257 Juni 15.

Alexander iudex et consules universi in Volchmersen omnibus hoc scriptum audituris salutem in Domino. Notum facimus presentibus et futuris, quod Conradus civis in Warthberg, dictus de Weythen, proventus decime et curtis in Roden itemque proventus curtis in Vorsten, quos de consensu et voluntate abbatis et conventus monasterii in Herswithehusen per aliquos annos perceperat, eisdem coram nobis integre et absolute resignavit, recognoscens et protestans publice se et heredes suos nichil penitus iuris habuisse in bonis supradictis, nisi perceptionem proventuum sibi tantum et uxori sue Mechthildi ad tempus certum constitutam. Unde etiam pro habundanti cautela nuntios predicti abbatis et conventus, videlicet dominum Gumpertum monachum et sacerdotem, fratrem Conradum magistrum in Scerue et fratrem Arnoldum magistrum textorum idem C(onradus) induxit in possessionem bonorum predictorum, a quibus et homines colentes eadem bona susceperunt ea iure colonorum. Ut igitur hec rata maneant et inconvulsa, nos presentem paginam conscribi et sigillo nostre civitatis fecimus conmuniri. Testes huius rei sunt: Giselerus[1]) sacerdos, Luderus de Ahusen, Conradus de Eppe, milites; Albertus de Brunhardessen, Alradus de Brune, Iohannes ibidem, Thitmarus de Pathberg, Theodericus Rufus pistor, Lodewicus mercator, Henricus pellifex, Rodolfus molendinarius et alii quam plures. Acta sunt hec in Volchmersen anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo, septimo decimo Kalendas Iulii.

[1]) *Von hier an mit anderer Feder geschrieben;* ibid *mit Abkürzungsstrich an* d.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 106. Befestigung sammt Siegel fehlen.

709

Papst Alexander IV. befiehlt in drei Schreiben dem Domkantor (Mauricius) zu Paderborn, für die Auslieferung der vom Kardinallegaten Petrus bei verschiedenen Personen der Diöcesen Bremen und Verden und beim Elekten von Lund deponirten Geldsummen Sorge zu tragen. Viterbo 1257 Juni 17.

Gedr. UB. V, 591 u. 592. Die beiden ersten Schreiben sind gleichlautend. Ueber den Paderborner Kantor Mauricius vgl. UB. V, Einleitung XXV u. unten Nr. 712. M. war damals an der Kurie.

710.

Graf Ludolf von Dassel, Schwestersohn der Grafen von Everstein, bekundet, dass er und sein damals noch lebender Bruder Adolf an Kl. Lippoldsberg einen Zehnten in Helmarshausen (Helmuordessen) *früher für 10 Mark verkauft, und dass er jetzt nach dem Tode des Inhabers* Conradus de Solinhen *unter Vermittelung seines Oheims Gr. Ludwig von Everstein dem Propst des Klosters denselben abgetreten hat. Zeugen:* Comes Ludewicus de Euerstene, prepositus Herbordus de Lippoldesberg et frater Albertus, Otto miles de Nigenhouere, Thidericus rector ecclesie in Gotbike, Hermannus de Dasle famulus, Thidericus Rise famulus. *Höxter 1257 Juli 10.*

Or. im Kgl. St.-A. Marburg. An Pergamentstreifen Siegel des verstorb. Gr. Adolf wie Nr. 677. Gedr. Wigand, Archiv IV, 389 f. Z. 3 v. unten ist hinter prep. *einzuschieben* et conventus; *S. 390 Z. 12 zu setzen* imposterum.

711.

Graf Ludolf von Dassel bekundet eine Memorienstiftung seiner Mutter Clemente in Kl. Lippoldsberg. Höxter 1257 Juli 10.

Ludolfus Dei gratia de Dasle comes omnibus presentes litteras inspecturis promptam ad eorum beneplacitum voluntatem. Tenore presentium profitemur, quod Clementis mater nostra super curiam nostram Hilwoldeshusen puri argenti nobis prestitit octo marcas, et quod illos denarios in eadem curia pro anime sue remedio contulit conventui in Lippoldesberg singulis annis ad ipsius memoriam peragendam et anniversarium, sicut fratrum eorundem anniversarii agi solent. Et si forte curiam nostram redimere nobis placeat vel de nostre fuerit beneplacito voluntatis, dicti denarii in usus aliorum reddituum convertantur, unde conventui ad anniversarium matris nostre statuta consolatio ministretur. Ne igitur in posterum oriatur dubitatio de hoc facto presentem paginam ipsis dedimus sigillo fratris nostri A(dolfi) defuncti, quia eo post mortem suam usi fuimus, munimine roboratam. Datum Huxarie, anno Domini M°.C°C. quinquagesimo VII., in die septem fratrum martyrum.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Lippoldsberg. An Pergamentstreifen Siegel wie vor. Nr. 710. Wigand, Archiv IV, 385 heisst die Mutter Ludolfs Clementa *(von Everstein).*

712.

Dominus Mauricius cantor Paderburnensis *in einem an der Kurie ausgestellten Notariatsinstrument als Zeuge erwähnt. Viterbo 1257 Juli 15.*

Erwähnt UB. V, 849.

713.

Edelherr Bernhard zur Lippe bekundet seine Aussöhnung mit Dompropst Heinrich von Paderborn wegen Wegnahme der Ravensburg. Herford 1257 Juli 19.

Bernhardus nobilis de Lippa senior omnibus in perpetuum. Acta sollempniter delet oblivio, nisi scripturarum fulciantur testimonio. Noverint itaque tam posteri quam presentes, quod nos compositionem sincero pacis osculo firmatam, quam nobilis vir dominus Hinricus prepositus maioris ecclesie in Patherburne, Hartradus Wlf, Iohannes de Busche, Rodolfus Nagel, Sifridus de Brinke, Tidericus Matevrent,[1]) milites, et Wernherus et Tidericus de Karshem necnon ministeriales de Rauensberg et omnes coadiutores

ipsorum nobiscum amicorum nostrorum consilio pacifice inierunt super eo, quod castrum Rauensberg, quod sub tuitione nostra habuimus, a nobis alienarunt, presentibus litteris nostris patentibus protestamur sigilli nostri munimine roboratis, quod nunquam nec a nobis nec ab amicis nostris super eo calumpniam patientur. Preterea sub assecuracione militari et fide data ad stabilimentum memorate compositionis nos eisdem obligavimus, quod venerabiles fratres nostri dominus episcopus Otto Monasteriensis et dominus episcopus Simon Patherburnensis et nobilis vir avunculus noster comes Otto de Tekeneburg, nec non filii nostri dominus Gerhardus prepositus Bremensis et dominus Ber(nhardus) nobilis de Lippa iunior et civitates nostre Lippia et Lemgo litteris suis et sigillis compositionem supradictam protestantes roborabunt. Item si aliquo casu impediente dicta amicorum nostrorum sigilla obtinere non possumus, in reliquis affirmabimus, quod obtinere non prevaleamus, sed quanto citius semper poterimus, litteras supradictorum amicorum nostrorum eisdem erogabimus. Datum Heruordie, anno Domini M°.C°C.L°VII°., feria quinta ante festum beati Iacobi.

[1]) vnt *mit überschrieb.* e.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Grafschaft Ravensberg Nr. 7. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Gedr. Schaten ad annum. Lamey, Gesch. d. Grafsch. Ravensberg, Cod. dipl. Nr. 36. Grupen, Origg. Germ. III, 183. Auszug, Clostermeyer, Krit. Beleuchtung u. s. w. 9. Reg. Lipp. Regg. I, 203 Nr. 291.

714.

Dompropst Gerhard von Bremen bestätigt obigen Vergleich. Sparenberg 1257 August 9.

Gerhardus Dei gracia prepositus maioris ecclesie in Brema. Omnibus presens scriptum visuris et audituris in Domino salutem. Conpositionem, quam dominus Hinricus prepositus maioris ecclesie in Patherburne et kastellani et ministeriales de Rauensberg et omnes coadiutores ipsorum cum nobili viro patre nostro domino Ber(nardo) seniore de Lippa per pacis osculum inierunt super eo, quod castrum Rauensberg, quod sub tuitione sua habuit, ab ipso alienarunt, presentibus litteris nostris patentibus et sigilli nostri appensione protestamur et ratam habemus, ne super eo in posterum tam a patre nostro Ber(nardo) iam dicto et ab amicis suis quam a nobis calumpniam paciantur. Datum in Sparenberg, anno Domini M°.C°C.L°.V°II., in vigilia beati Laurencii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Grafschaft Ravensberg Nr. 8. An Pergamentstreifen spitzovales Siegel, stehende Figur in langer Gewandung, in der Rechten ein in fünfblätteriger Rose endender Zweig, dessen Abbildung in den Lipp. Regg. fehlt. Gedr. Lamey Gesch. d. Gr. v. Ravensb. Cod. dipl. Nr. 37. Reg. Lipp. Regg. I, 203 Nr. 292.

715.

Bischof Simon von Paderborn, Verweser der Kirchen von Bremen und Corvey, und Herzog Albrecht von Braunschweig einigen sich zu schiedsrichterlicher Beilegung ihrer jetzigen und künftigen Streitigkeiten. Elstorf 1257 August 10.

Nos Symon Dei gratia Paderburnensis episcopus, sancte Bremensis et Corbeyensis ecclesiarum tutor, et nos eadem gratia Albertus dux de Brunswike attendentes utilitatem, commodum et honorem, que nobis terris et hominibus nostris ex mutuis promocionibus et auxiliis poterunt provenire, omnem questionem vel discordiam, que super quibuscunque causis inter nos hactenus suborta fuerat, concordavimus in hac forma, quod ab invicem nos diligere et fideliter promovere studebimus cum effectu, nullum dampnum vel molestiam ab alterutra partium in posterum inferendo. Nullus eciam nostrum homines alterius vel aliquid preiudicium alterius vel gravamen manifeste vel occulte manu tenebit vel iuvabit in aliquo vel fovebit. Verum si ab ecclesiis nostris vel terris hincinde aliquid iniurie vel dampnum fuerit irrogatum, aut si super bonis vel proprietatibus aliqua questio suscitetur, hoc inter nos componi debet, amicicia vel iusticia mediante. Ad quod faciendum octo viros fide dignos ex utraque parte duximus statuendos, qui questionem motam componant, prout superius est expressum et observabitur utrobique,

quod ab eisdem in iusticia vel amicicia concorditer fuerit diffinitum. Nos Symon Paderburnensis episcopus ex parte nostra statuimus Bertoldum et Hermannum de Braklo, Albertum et Herboldum fratres de Amelungessen, nos vero Albertus dux de Brunswik ex parte nostra statuimus subnotatos: Hermannum de Oldwardeshusen, Henricum de Homburgh, Georgium de Wettesen, Hermannum de Uslaria. Si vero prefatorum quis decesserit, alius eidem etiam ydoneus infra mensem substituetur, qui ad hoc fuerit requisitus, et per prefatos octo infra mensem, postquam eis intimatum fuerit, sedabitur, ut predictum est, questio suscitata. Nos eciam Symon Paderburnensis episcopus et Albertus dux de Brunswik fide corporaliter prestita promisimus ea, que prescripta sunt, perpetuo inviolabiliter observare. Huic etiam ordinationi composicionis nostre testes aderant, quorum nomina sunt subscripta: Iohannes et Gerardus comites Holtsatie, Heinricus et Iohannes comites de Oldenburg, Adolfus de Dannenberg, Heinricus de Lůghowe, Conradus de Wernyngerothe, Henricus de Woldenberge, Hermannus, Lodwicus et Conradus de Euersteyn, comites, Guntherus nobilis de Lindove, prepositus Hildeboldus, Engelbertus, canonici Bremenses, Conradus de Dorstat, Luthardus de Meynersen, nobilis Henricus de Homborgh, Geuehardus de Bortvelde, Iohannes de Soyteneburg[1]) et ceteri quam plures. Ut autem omnia suprascripta in suo robore perpetualiter perseverent, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Actum et datum in campo apud Elstorpe, anno Domini millesimo CC°. quinquagesimo septimo, in die beati Laurencii martyris.

[1]) *So eher als* berg *wie Schaten hat.*

Aus Msc. I, 134 p. 82 im Kgl. St.-A. Münster. Gedr. Schaten ad annum mit 1252; so auch Reg. in Böhmer Regg. imp. von 1246—1313, Reichssachen S. 349 Nr. 18, aber irrig, wie schon aus dem Titel Simons hervorgeht. Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 105; Dürre, Homburg (Ztschr. f. Niedersachsen 1880) Nr. 78. Bemerkung über Heinrich v. Homburg irrig, weil Stelle bei Schaten verderbt. Vgl. folg. Nr.

716.

Durch B. S(imon) von Paderborn, sancte Bremensis ecclesie tutorem, *wird Vergleich zwischen EB. Gerhard von Bremen und Herzog Albrecht von Braunschweig vermittelt.* Albertus dux de Bruneswic domino S(imoni) Padeburnensi episcopo et Gerhardo comiti Holzatie fidem dedit; dominus Iohannes marchio Brandenburgensis comiti Iohanni de Scowenburg fidem dedit. *Elstorf 1257 August 10.*

Gedr. nach Or. im Kgl. St.-A. Hannover. Sudendorf UB. der Herz. v. Braunschw. Lüneburg I, 43.

717.

B. Widukind von Minden bekundet Beilegung eines Streites wegen Zehnten von Aeckern und Hufen östlich an dem von Kalldorf nach Lemgo führenden Wege. Mitsiegler Bernhard zur Lippe. Zeugen ausser den Mindener Kanonikern: Eggelbertus gogravius, Thidericus de Uflen, Godescalcus dictus Weneth, Albertus gogravius, Tidericus de Hilbeke, Heinricus de Rottorpe et Conradus de Spenthowe, milites. *Kalldorf 1257 September 19.*

Aus Msc. VII, 2401 p. 45 im Kgl. St.-A. Münster. Gedr. Würdtwein, Subs. dipl. VI Nr. 180. Reg. Lipp. Regg. I, 204 Nr. 293. Statt merita *zu lesen* merica; *vgl. Lipp. Regg.*

718.

Das Paderborner Domkapitel überlässt Ritter Werner Stapel Küche und Brauerei des Kapitels und den bischöflichen Baumgarten. 1257 November 12.

Henricus Dei gratia prepositus, Rabodo decanus et capitulum Paderbornensis ecclesie tenore presencium dicimus et confitemur, quod ad preces Wernheri Stapel militis, ministerialis ecclesie nostre, et Elisabetht uxoris eius de bona voluntate consensimus, et placet nobis, quod coquinam et braxatorium nostrum, que non solum sunt ruinosa, sed[1]) et edificiis propriis expensis reedificent[2]) et dictas officinas reedificatas inhabitabunt et eis pro commodo utentur, quamdiu vixerint ambo vel alter eorum, et pomerio episcopali similiter utentur, quia in eo dominus Hermannus dictus de Sunninchusen, cuius erat,

benivole consensit. Post mortem vero amborum coquina et braxatorium cum omnibus edificiis et eciam pomerium episcopale ad ius dominorum et utilitatem nostri capituli et nullius alterius revertentur. Ut autem prescripta prefato militi et Elisabeth uxori sue, quamdiu ambo vixerint vel alter eorum, rata omnia et firma permaneant, ad evidenciam pleniorem presentem paginam super hoc conscriptam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Ego Hermannus de Sunninchusen, canonicus Paderbornensis, quia omni iuri, quod in curia seu pomerio habui, cessi et capitulo dimisi, ut[3]) prescripta gratia prefato militi ac eius uxori compleretur, in mei consensus testimonium etiam meo signaculo hanc litteram sigillavi. Ego Wernherus dictus Stapel pro me et uxore mea Elisabeth sigillum conventus sancti Pauli in Paderborne hiis litteris petivi apponi. Actum anno Domini M°.C°C.LV°II., in crastino sancti Martini.

[1]) *Hier fehlt ein Satzglied.* [2]) *So im Or.* [3]) *Folgt* autem *unterpunktirt.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 211. An Pergamentstreifen Siegel 1) des Paderborner Domkapitels, 2) des Kl. Abdinghof, 3) des genannten Paderborner Domherrn, spitzoval, stehende Figur mit Palmzweig und Buch, über dem Kopf eine fünfblätterige Rose, an jeder Seite ein achtstrahliger Stern. Umschrift: S. Hermanni canonici Lubicensis. *Ueber ihn zu vgl. unten Urkk. von 1263 (vor März 15) und 1264 Mai 28.*

719.

Graf Adolf von Dassel schenkt zum Seelengedächtniss seiner Frau Ermendrude an Kl. Lippoldsberg einen Zehnten. 1257 December 28.

Comes Adolfus Dei gratia dictus de Dassele omnibus hoc scriptum perlustrantibus salutem. Evanescunt, que in tempore geruntur, nisi apicibus litterarum cum robore testium affirmentur. Hinc est igitur, quod recognosco et publice protestor coram universis, ad quos presens scriptum pervenerit, quod, cum uxor nostra Ermendrudis apud conventum in Lippoldesberge sepulture traderetur, ego cum consensu filiorum nostrorum et heredum, videlicet Ludolfi, Adolfi, Hedenrici pro remedio anime ipsius quandam decimam in Crummenbike eidem ecclesie et conventui donavi, ut memoria eius fideliter peragatur et anniversarius. Hoc autem ut ratum et stabile permaneat, presentem litteram sigillo meo et filii mei comitis Ludolfi fecimus roborari. Testes: dominus Conradus nepos meus nobilis de Sconenberge, Adolfus et Ludolfus nepotes mei nobiles de Euerstene, dominus Bodo de Adeleuessen, dominus Hermannus de Uslaria, milites, dominus Otto miles in Nigennouere et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domino millesimo C°C.L°VI°I., in die innocentum.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Lippoldsberg. An Pergamentstreifen Siegel des Ausstellers wie Nr. 598. Gedr. Spilcker, Everstein UB. Nr. 106. Ueber diesen Gr. Adolf (II.) v. Dassel vgl. Wigand, Arch. IV, 148 und Ztschr. VIII, Stammtafel.

720.

Erzbischof Gerhard von Mainz bestätigt die inserirte, vom Erzbischof Siegfried I. 1205 September 22 konfirmirte Schenkung für Bursfelde. Geismar 1257.

In nomine sancte et individue trinitatis ipsius favente clementia Gerhardus sancte Moguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius recognoscimus per presentes nos privilegium infrascriptum reverendi domini Sifridi quondam archiepiscopi Moguntini non cancellatum, non abolitum, non rasum nec in aliqua sui parte viciatum, vero ipsius Sifridi archiepiscopi predicti sigillo sigillatum, prout prima facie apparebat, vidisse, diligenter examinasse et legisse tenoris et continentie in hec verba:

In nomine sancte et individue trinitatis. Sifridus Dei gratia sancte Moguntine sedis archiepiscopus. Noverit tam presens etas Christi fidelium quam successura posteritas futurorum, qualiter Heyd(enricus) comes in Lutterberg in presentia nostra constitutus decimam in Sceden cum omni iure et utilitate, quo eam ab ecclesia Moguntina in pheodo tenebat, cum consensu heredum suorum in manus nostras absolute et libere resignavit, postulans a nobis attentius, ut eandem decimam Bursveldensi ecclesie pietatis

intuitu conferremus. Nos itaque honeste postulationi sue grato concurrentes assensu predictam decimam ob remedium anime nostre in sustentationem fratrum Deo ibidem famulantium cum omni iure titulo proprietatis contulimus. Ut autem hec nostra donatio rata et inconvulsa permaneat, paginam presentem conscribi et sigillo nostro eandem fecimus communiri sub interminatione anathematis districtius inhibentes, ne quis ei temere contraire presumat. Testes autem huius rei sunt: Adolfus comes de Dassle, Albertus comes de Euersteyn, Hermannus de Vslaria, Waltherus advocatus de Gandershem, Thidericus vicedominus de Rusteberg, Hermannus de Rodem, Iohannes de Geuere, Hugo de Willerode, Borchardus de Badingen, Herbordus frater eiusdem, Theodericus de Odera. Acta sunt hec anno incarnationis Dominice M°.C°C.V°. Datum Rusteberg X°. Kalendas Octobris.

Quam ipsius donationem et confirmationem rite et rationabiliter factam nos Gerhardus sancte Moguntine sedis archiepiscopus predictus approbavimus et eandem auctoritate nostra in Dei nomine confirmamus. Pietatis itaque affectu pro anime nostre requie ecclesie Bursveldensi predicte dedimus et contulimus proprietatis titulo decimas novalium in Sceden et in Euernhosen tam presentes quam eciam in posterum novandas cum decimis principalibus prefate ecclesie de iure pertinentibus pacifice ac libere perpetuo possidendas, piscationes eciam memorate ecclesie iu Werra flumine a vado Heynbeke usque ad locum, qui vocatur Redersich, quibus a prima sui fundatione usa fuisse dinoscitur, ipsi iure proprietatis damus et privilegio sedis nostre confirmamus. Ut autem premissa rata et inconvulsa omni evo permaneant et contra ipsam in posterum nunquam aliquis venire presumat, eadem banno autoritatis nostre communimus et inde presentem paginam sigilli nostri inpressione mandavimus roborandam, testibus subternotatis, quorum nomina sunt: Otto de Euersteyn et Borchardus de Woldenberg comites, Bertoldus de Brakele et Rauen de Papenheym, Fridericus de Driuorde et Albertus de Scardenberg et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis Dominice M°.C°C.L°V°II. Datum apud Geysmariam.

Or. im Kgl. St.-A. Hannover, Kl. Bursfelde Nr. 18. An grünrothseidenen Fäden das plattgedrückte Siegel des Erzbischofs in weissem Wachs mit rückwärts aufgedrücktem Secret: Reiter zu Pferde. Reg. Spilcker, Everstein UB. S. 32 Nr. 25 und S. 112 Nr. 108. Darnach Böhmer-Will, Regg. arch. Mag. II, 133 Nr. 63 und 337 Nr. 171. Vgl. Knesebeck, Urkk. z. Gesch. d. Frhrn. v. Uslar-Gleichen Nr. 53. Blätter zur nähern Kunde Westfalens VIII, 14. Max, Gesch. des Fürstenthums Grubenhagen I, 91.

721.

Abt Timmo von Corvey genehmigt den Verkauf von drei Hufen Landes zu Bronhardessen *seitens Dietrichs von Herberge mit Zustimmung seiner Brüder Heinrich, Otto und Werner. 1257.*

Or. im Kgl. St.-A. Hannover. An geflochtenen blauweissen Leinenschnüren spitzovales Siegel des Abts, sitzende Figur mit Stab in der Rechten und Buch in der Linken. Gedr. Hodenberg, Calenb. UB. I,32. Bronhardessen = *Broenssen (Feldmark bei Barsinghausen. A. a. O. Nr. 7.)*

722.

Vicepropst Dietrich in Geismar bekundet Beilegung eines Testamentsstreites. Geismar 1257.

Theodericus Dei gratia viceprepositus in Geismaria omnibus Christi fidelibus eternam in Domino salutem. Notum esse volumus presentibus et futuris, quod Adelheidis relicta Regenhardi cognomento Guthman, quondam concivis nostri, decem et octo solidos gravium denariorum dedit Hermanno Adelheidis filio in compositionem cause, quam idem H(ermannus) habuit adversus femimam memoratam super testamento, quod sibi asserebat delegatum a predicto R(egenhardo), marito eius, cum ageret in extremis, et hoc testibus optinebat. Accepta igitur hac pecunia et uno moldro siliginis renuntiavit omni actioni sue obligans se una cum matre sua et fratre suo Godefrido sub pena excommunicationis tali conditione, quod tam ipsi quam omnes coheredes eorum nunquam de cetero sepedictam A(delheidem) super hac re debeant molestare, et si a quoquam presumptum fuerit, is continuo sententiam excommunicationis incurrat.

Ut igitur hec rata permaneant, nos nostra auctoritate excommunicationis eorum arbitrariam obligationem et formam compositionis huic pagine insertam nostro sigillo duximus roborandam. Testes huius rei sunt: Theodericus Wilhelmi filius sacerdos, Bertoldus provisor scolarium, Ernestus Crigel miles, Hugo monetarius, Henricus de Elsingen, Henricus de Indagine, Euerhardus faber et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C. quinquagesimo VI°I. in Geismaria.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 104. Von Besiegelung keine Spur.

723.

Edelherr Bernhard zur Lippe schenkt seiner Ministerialin Ermentrude, Tochter des Ritters Arnold von Wiringhusen, *Frau Antons v.* Hule, *und ihren Kindern die Freiheit. Unter den Zeugen:* Henricus plebanus de Horste, Iohannes capellanus de Lipperothe, Lambertus sacerdos de Dedinchusen, Helengerus miles de Valehusen. *1257.*

Gedr. Seibertz, UB. I, 308. Reg. Lipp. Regg. I, 204 Nr. 294.

724.

Berthold v. Brakel u. Graf Ludolf v. Dassel Z. Heinrichs v. Homburg für Amelunxborn. 1257.

Gedr. Or. Guelf. IV, 494 Nr. 16. Reg. Dürre, Homburg (Ztschr. f. Niedersachsen 1880) Nr. 86. Vgl. Ztschr. XXXVII, 2, 121.

725.

Die Rathmänner der Stadt Kassel urkunden über einen Verkauf von Gütern in Kirch-Ditmold an Kl. Hardehausen. 1257.

Nos consules civitatis Cassele notum esse (volumus) omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, quod concivis noster dictus de Thetmelle(?) .. libera donatione omnia bona sua, que habet in villa The(tmelle), assignavit ecclesie et conventui (in Hersvith)ehusen post mortem suam (pro) remedio anime sue perpetue possidenda. Huius rei testes sunt: . . . (Si)fridus . . . Hermannus Hegere(?), Albertus di(ctus) . . . us . . . Thomas, Rodolfus de Heiligenrode et quam plures alii. Ad id confirmandum presentem paginam sigilli nostri appensione communivimus. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LVII.

Or., fast ganz verblasst und defekt, im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen 104 a. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Auf der Rückseite: de bonis in Dethmelle.

726.

Die Brüder Sigebodo u. Thetmar von Itter willigen in Freilassung einer Wachszinsigen. 1257.

Sigibodo et Tethmarus fratres de Ythere omnibus Christi fidelibus salutem in Domino. Presenti scripto protestamur, quod nos libertati, qua donata est Alheidis filia Mechthildis de Brune, que cerocensualis fuerat ecclesie in Brune, propter sufficiens restaurum, quod eidem providit ecclesie, unanimiter consentimus, ipsamque perpetuo ratam habentes renuntiamus omni iuri, quod nobis in ea ratione advocatie conpetere videbatur. Recognoscimus etiam omnem successionem sue generationis perpetuo libertatam. Verum quia proprium sigillum non habemus, hanc paginam sigillis domini Hartmanni de Vrphe vicem gerentis prepositi et domini Henrici militis de Biscopeshusen duximus confirmandam. Testes huius rei sunt: Henricus decanus Frislariensis, Hartmannus canonicus supradictus et Henricus miles de Vtershusen et alii quam plures. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo septimo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 103. Beide Siegel vom Pergamentstreifen ab.

727.

Everhard Wolf von Gudensberg verkauft einen Theil seines Zehntens in Helsen an Kl. Arolsen. 1257.

Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris huius pagine scriptum visuris Everhardus Lupus dictus de Godenburg salutem. Que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, necessarium

videtur et utile, ut ea scriptis, quorum recens est memoria, fideliter commendentur. Noverint igitur universi, quod ego Everhardus Lupus de Gvodenborg consentiente Walburge uxore nostra simul et pueris cum omnibus nostris iustis heredibus partem decime nostre in Helsen ecclesie in Aroldessen, cui ipsa decima pro situ suo contigua est et commoda, vendidimus mediantibus quibusdam viris discretis pro viginti marcis legalium denariorum, ea videlicet conditione, ut si iam dicta ecclesia infra terminum trium annorum a circumcisione Domini non receperit viginti marcas legalium denariorum non pro redemptione, sed pro arbitraria eiusdem decime legali reemptione, omni iure nostro in eadem decima habito sollempniter in manus domini Corbeiensis resignabimus absolute et ecclesia Aroldensis absque omni impedimento iam dicta gaudebit decima perpetuali et stabili fruitione. Ceterum vero pro utilitate et ad cautelam sepedicte ecclesie a nobis iam dictam decimam Borchardus de Rodhen, Albertus de Brunhardessen et duo filii Hermanni de Osterhusen medio tempore in pheodo receperunt. Ne igitur predicta ecclesia super huius emptionis legitime contractu quoquomodo possit defraudari, in signum habitionis rati et warandie presentem paginam cum fide data sigillo proprio fecimus roborari. Testes huius rei sunt: Albertus nobilis de Eversten, Conradus dictus Grope de Godenburg, Theodericus de Mederike, Albertus de Lutersen, Theodericus de Harehusen, Bodo de Harehusen, Albertus ghograuius, Luderus de Ahusen, Heinricus de Pessenkusen, milites, Borchardus de Rodhen, Albertus de Brunhardessen, Borchardus de Benvilthe et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°VI°I. Solutio erit in circumcisione Domini.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs das dreieckige Siegel des Ausstellers: der Maueranker. Vgl. oben Nr. 693.

728.

Herzog Otto von Braunschweig überlässt auf Bitten Geuehardi magistri Templi *dem Kl. Kemnade 4 1/2 Hufe zu Latferde. Zeugen:* Ekbertus de Wlferbutle, Anno dapifer noster, Heino de Wenethen, Thidericus de Area, Geuehardus de Bottvelde[1]), Euerardus de Odem, Gernandus frater de Templo Domini. *1257(?).*

[1]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Kemnade Nr. 7. Siegel von dem von der Urk. abgeschnittenen Pergamentstreifen abgefallen. Im Datum M°.C°C.LVII°., *in der* V *anscheinend eine Korrektur; vielleicht hat daselbst ursprünglich* X *gestanden. Jedenfalls ist die Datirung verderbt und die Urk. Otto d. Kinde († 1252) zuzuschreiben, da von seinem sich dem geistlichen Stande widmenden Sohne Otto um diese Zeit kein derartiger selbständiger Akt bekannt ist, oder statt Otto ist Albrecht zu setzen. Von den Zeugen kommen die meisten um diese Zeit,* Thidericus de Area *nach Mittheilung von Schulrath Dürre nur von 1236—1250 vor.* Geuehardus magister Templi *ist nach Prof. Hans Prutz unzweifelhaft Vorsteher eines Templerhauses aber bis jetzt ebenso wie sein Ordensgenosse* Gernandus *nicht nachzuweisen. Gedr. Asseburger UB. I, 287 zu 1257, wo zu korrigiren* dilectione *statt* dilatione.

729.

Papst Alexander IV. bestätigt in Gegenwart genannter Zeugen die Entscheidung des frühern Kardinallegaten Hugo v. St. Sabina von 1257 November 26, wonach dem Kanonikus Widukind von Waldeck die Propstei Fritzlar abgesprochen und dem Magister Giso zugesprochen wird. Viterbo 1258 Januar 18.

Gedr. UB. V, 595. Die Bezeichnung Wid. de W. canonicus Paderbornensis *bedeutet wohl nur: Widukind v. W. aus der Paderborner Diöcese, Kanonikus (in Fritzlar), im Gegensatz zu dem aus Mainz stammenden Giso. Wikudind nennt sich sonst nie Paderborner Kanonikus. Er scheint die Propstei trotz des Urtheils behalten zu haben; vgl. Urk. von 1260 und oben Nr. 676.*

730.

Einigung zwischen Berthold d. ä. und d. j. von Büren und ihren gleichnamigen Söhnen. Salzkotten 1258 Februar 14. Spätere Bestimmung über Schloss Büren. Büren 1269.

Inter nobiles viros Ber(toldum) seniorem et Ber(toldum) filium suum ex parte una et B(ertoldum) iuniorem et Ber(toldum) filium eius ex altera, dominos de Buren, et ipsorum coadiutores compositionis hec est forma: Prefati nobiles dampnum ab alterutra partium sibi illatum de pleno sufferentes nullam super eo facient de cetero questionem. Item utraque partium in omni honore, iure ac possessione castrorum, opidi et bonorum omnium permanebit, in quo ante motam discordiam fuerat constituta. Item, si quis deinceps de partibus predictis in hac excesserit compositione per occisionem, captivitatem vel eiectionem alterius de castro suo, castrum et opidum in Buren alterius perpetuo permanebit, et ministeriales illum reputabunt pro domino, in quo fuerit compositio violata, et excedens solvet domino et sancte Coloniensis ecclesie archyepiscopo et domino Paderbornensi episcopo mille marcas. Prefati vero Coloniensis archyepiscopus et Paderbornensis episcopus in restaurationem dictarum mille marcarum erunt coadiutores, si necesse fuerit, illius, in quo fuerit compositio violata, vel heredum illius, si idem fuerit interfectus. Si vero alio modo quis istorum excesserit, vel auctoritate propria vel procuratione fuerit evidenter excessum, idem excessus emendabitur infra mensem, secundum quod quatuor ad hoc constituti duxerint emendandum. Duo enim milites, scilicet Hermannus dictus Coluo et Bernhardus de Boderika a parte nobilis viri Bertoldi senioris et B(ertoldi) filii sui sunt statuti, a parte vero nobilis viri B(ertoldi) iunioris Helmicus de Elsepa et Godefridus de Mescheda, milites, qui decidant[1]) questionem, que suscitata fuerit, statuentes, ut excessus suos excedens corrigat infra mensem. Si quis vero dictorum militum quatuor decesserit, alius eque ydoneus infra mensem substituetur eidem. Quodsi predicti quatuor nequiverint concordare, dominus Paderbornensis episcopus et marschalcus Coloniensis, qui tunc fuerint, duos viros ydoneos adaptabunt, postquam ab alterutra partium fuerint requisiti, et ratum et certum habebitur, quod maior pars istorum decreverit faciendum, et secundum ipsorum decisionem et ordinationem excessus, sicut dictum est, emendabitur infra mensem. Si autem memoratis quatuor vel sex militibus obtemperatum non fuerit, ipsi innocentiam et nocentiam partium ad dominum Paderbornensem et marschalcum, qui tunc fuerint, deferre debebunt. Prefati vero Paderbornensis episcopus et marschalcus Coloniensis rebellem, si adhuc in pertinacia sua perstiterit, condempnabunt in pena superius annotata, videlicet ut castrum et opidum in Buren et ministeriales illius, in quo compositio fuerit violata, et heredum suorum perpetuo permaneat, et excedens persolvet domino Coloniensi archiepiscopo et domino Paderbornensi episcopo mille marcas. Actum et datum in Saltkoten anno Domini M°.C^{mo}C.L^{mo}VIII., XVI°. Kalendas Marcii.

Porro nos iam sepedicti domini in Buren maturo habito consilio, nostro atque heredum nostrorum pleno accedente consensu, castrum in Buren, hactenus nobis commune, divisimus in hac forma, videlicet, quod cuilibet nostrum libera cedet voluntas, in partem suam omne suum commodum edificare, dummodo non cedat in preiudicium et gravamen; hoc eciam adiecto, quod ad communem necessitatem et commodum porta una et ponte eodem communiter potiemur. Hanc separationis castri nostri predictam ordinationem promisimus corporaliter fide in alterutrum prestita inviolabiliter observare, vallantes eandem omnino pena et astrictione in compositione nostra superius annotata. Nos igitur Ber(toldus) iunior dominus in Buren protestamur presentibus omnia supradicta ita esse et vera, quod per appensionem sigillorum venerabilis domini S(imonis) Paderbornensis episcopi, marschalci Coloniensis, Hermanni de Osede et Regenhardi de Ittere, nobilium, nostri necnon opidi nostri de Buren fecimus communiri. Fide autem corporaliter prestita et iuramento promisimus ea, que predicta sunt, perpetuo inviolabiliter observare. Actum et datum Buren, anno Domini M°.C^{mo}C.LXV°IIII. Si quam autem postmodum aliarum possessionum nostrarum, opidi, ministerialium seu maiorum vel minorum de communi consensu nostro et amicorum nostrorum consilio separationem facturi sumus, stabit sub pena et federe supradicto sub sigillo eciam nobilium de Patberg et de Artdeia.

[1]) decedant *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Büren Nr. 9. Von den an Pergamentstreifen angehängten Siegeln kleine Bruchstücke des bischöfl. Siegels und eines Reitersiegels vorhanden. Gedr. als Beilage zu der Processschrift in Sachen Paderborn gegen Büren betr. die von Moriz von Büren behauptete Reichsunmittelbarkeit der Herrschaft Büren 1658; ferner Fahne, UB. des Geschlechts Meschede, 17. Die Bemerkung über Datirung daselbst irrig.

731.

Graf Heinrich von Sternberg verbürgt sich u. a. dafür, dass der aus der Gefangenschaft entlassene Bischof Bruno von Osnabrück Urfehde halten und den Entscheidungen der Bischöfe Otto von Münster und Simon von Paderborn u. a. sich fügen werde. Münster 125(7)8 März 7.

Gedr. UB. III, 632; Kindlinger, Volmestein II, 31 und Reg. Lipp. Regg. 202 Nr. 289 zu 1257 März 5.

732.

Erzbischof Konrad von Köln bestätigt die Schenkung eines kölnischen Ministerialen an Kl. Bredelar. Köln 125(7)8 März 23.

In nomine sancte et individue trinitatis. Conradus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, Italie archicancellarius, universis Christi fidelibus imperpetuum. Quia nostrum interest, tam pro favore religionis quam ex debito offitii pastoralis omnium religiosorum et maxime illorum, qui contempto mundi flore ordini artiori se constrinxerunt, necessitati subvenire et eorum causas efficaciter expedire, ut tanto quietius domino famulentur et ut nostri aput ipsum iugiter suis precibus memorentur, sciat igitur presens etas et postera, quod Helmwicus miles dictus de Elsepe, ministerialis noster et castellanus in Ruden, quedam bona habuit in villa Dreuere sita, que proprietario iure ab ecclesia monialium in Frundeberg titulo emptionis legitime operavit et nostro tempore quiete possedit. Evoluto autem aliquanto temporis spatio idem Helmwicus divina inspiratione proventus eadem bona cum omnibus pertinentiis suis, agris videlicet cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarum decursibus de plenario consensu et voluntate domine Hildegundis uxoris sue, nam liberis caruit, et Godefridi dicti de Sumere consanguinei sui et heredis et uxoris sue aliorumque heredum suorum pro remedio anime sue et uxoris et carorum suorum beate Marie virgini gloriose monasterii in Bredelar, Cysterciensis ordinis, permissione nostra mediante sollempniter legavit, libere et quiete veri dominii iure perhenniter possidenda omni iuri suo in eisdem bonis hactenus habito publice cedens cum heredibus universis abbatem Alexandrum monasterii iam dicti et fratres suos in possessionem eorundem bonorum favorabiliter introduxit warandiam prestans et, quicquid ad similitudinem huius donationis pertinuit, affectuose totum adimplevit. Proinde abbas et conventus claustri memorati Helmwici prefati et uxoris sue benefitiis devote respondentes consortium fraternitatis sue et sepulturam apud eos ipsis concesserunt omniumque bonorum, in quibus domino deserviunt, plenariam participationem. Nos vero hac pia actione et mutua familiaritate utriusque partis plurimum delectati amore Ihesu Christi eiusque pie matris Marie virginis gloriose, quia iam dictum claustrum cum rebus omnibus et personis in nostram protectionem recepimus specialem, in hac parte sibi providere cupientes prefati Helmwici et uxoris sue religiosam donationem sincere approbantes auctoritate nostra confirmamus, utpote ministeriales nostri, et in testimonium huius donationis et habitionis rati presentem paginam sigilli nostri appensione roboramus prohibentes et sub anathemate districtius inhibentes, ne quis sepe dictum claustrum in bonis prelibatis de cetero presumat inquietare vel indebite molestare. Huius rei testes sunt: Conradus subprior fratrum Predicatorum in Susato et socius suus Rothgerus, Heinricus in Bedelike prepositus; milites: Heinricus scultetus Susatiensis, tunc temporis marscalcus, Albertus de Stormede, Godefridus de Mescede, Bernardus de Boderike, Gerwinus de Bokeneuorde, Alexander, Rodolfus de Burbenne, Hermannus de Nehem, Heinricus de Aflen, Gerhardus de Lynderenbike, Suikerus et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M°.C°C.L° septimo, indictione XV.,

sedi apostolice presidente reverendo papa Alexandro II⁰II., imperium nobili rege Richardo regente. Datum Colonie in palatio nostro X⁰. Kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno X⁰VII⁰II.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Patroclusstift in Soest Nr. 31. An geflochtenen blauweissrothen Leinenschnüren Siegel Konrads mit Rücksiegel (betende Figur). Bredelarer Schrift und Regest den Schnüren angeheftet.

733.

Graf Gottschalk d. ä. von Pyrmont und seine Söhne Gottschalk und Hermann überlassen das Obereigenthum an 3 Hufen zu Ahe bei Schauenburg dem Bischof Widukind von Minden; dieser nimmt dieselben an und übereignet andere Hufen dem Kl. Wennigsen. Hannover 1258 März 30.

Gedr. Hodenberg, Calenb. UB. VII, 39.

734.

Bischof Simon von Paderborn schenkt dem Kl. Hardehausen einen Hof in der Neustadt Warburg. 1258 April 10.

Symon Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus universis hoc scriptum audituris salutem in eo, qui est vera salus. Presentibus protestamur, quod nos cum consensu capituli nostri et ministerialium ecclesie nostre proprietatem aree nostre in novo oppido in Warthberg ecclesie Herswithehusensi contulimus cum omni libertate et exemptione speciali, quam eadem area in vigiliis minime faciendis vel exactionibus sive obsequiis ad usus oppidorum necessariis nullatenus prestandis ante nostra tempora retinebat et in ipsa libertate et exemptione ad nos exstitit devoluta. Ceterum cum nos quondam de consensu capituli et ministerialium ecclesie nostre eandem aream cum edificiis eiusdem Alberoni militi dicto de Welethe in pheodo contulerimus, ipsa vice dantes eidem liberam facultatem de predicta area locatione, inpigneratione seu etiam venditione, quicquid eidem expedire poterat faciendi, venditionem eiusdem aree cum edificiis suis et omni libertate predicta, quam Albero prefatus miles fecit ecclesie Herswithehusensi, gratam et ratam habemus, consensu capituli et ministerialium ecclesie nostre nichilominus[1]) accedente. Ut autem ipsum factum nostrum et ecclesie nostre cum omni gratia Alberoni militi in eadem area quondam concessa ecclesie memorate stabile et firmum perpetualiter perseveret, presens scriptum sygilli nostri et ecclesie nostre Paderburnensis appensione duximus roborandum. Datum anno Domini millesimo C⁰C.LVIII⁰., mense Aprili, quarto[2]) Ydus eiusdem mensis.

[1]) nichillominus *Or.* [2]) quanto *mit überschriebenem* r.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 111. Beide Siegel vom Pergamentstreifen ab.

735.

Propst Sweder von St. Peter und Andreas in Paderborn, Domscholaster Johann von Paderborn und Pleban Joachim von Vilsen als Mitsiegler in Sühnurkunde Gottschalks von Erwitte, Vogts von Geseke, und seines Sohnes Rudolf mit der Stadt Geseke genannt. 1258 April 16.

Gedr. Seibertz, UB. I, 311 mit April 20; Fahne, UB. des Geschl. Meschede, 14. Pfarrer Joachim von Vilsen auch Mitsiegler in Urk. desselben Vogts ähnlichen Inhalts von 125(6)7 März 5. Seibertz I, S. 389 Anm. (Or. im Kgl. St.-A. Münster, Geseke 11 und 12. Siegel fehlen.)

736.

Papst Alexander IV. bestätigt den Verkauf mehrerer nicht genannter Güter seitens des Kl. Corvei an Kl. Hardehausen. Viterbo 1258 April 30.

Gedr. UB. V, 598 nach Transsumpt von 1274 Febr. 5 im Domarchiv zu Osnabrück; Transsumpt von 1308 März 25 im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 113. Vgl. oben Nr. 467, 505—7.

737.

Die Rathmänner von Brilon bekunden, dass Ludolf d. j. von Metzinchusen, *Sohn des Ritters Ludolf, dem Abt Alexander und Kl. Bredelar Bürgschaft für dem Kl. überlassene Güter in Rösenbeck mit Zustimmung seiner Erben: Walters von* Metzenchusen, *der Brüder Suicher und Ulrich, Ludolf und Sweder geleistet; dann den Novizenmeister Magister Johann und den Konversen Ekbert in den Besitz derselben eingeführt habe. Zeugen: genannte Rathmänner. Brilon 1258 Mai 1.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 64. An geflochtenen blauweissrothen Leinenfäden beschädigtes Siegel der Stadt Brilon, wie Westf. Sieg. Taf. 66 Nr. 1. Gedr. Seibertz UB. I, 312 nach obiger Vorlage. Darin zu korrigiren: S. 390 Z. 13 deinde, *Z. 19* quoque *statt* ergo, *Z. 21* sententia *statt* forma, *Z. 4 von u.* Gime *statt* Gune. *Reg. Philippi, Siegener UB. I, 26.*

738.

Papst Alexander IV. gestattet dem Cistercienserkl. Bredelar in der Paderborner Diöcese, alle Güter, welche seinen Angehörigen, wenn sie in der Welt geblieben, zugefallen wären, mit Ausnahme der Lehengüter, zu beanspruchen und zu behalten. Viterbo 1258 Mai 7.

Gedr. UB. V, 600.

739.

Graf Otto von Everstein verkauft dem Kl. Wormeln einen Hof daselbst vorbehaltlich des Wiederkaufs. Volkmarsen 1258 Mai 14.

Otto Dei gratia comes de Eversten omnibus Christi fidelibus hoc scriptum intuentibus salutem in salutis auctore. Tenore presentium tam presentibus quam futuris notum esse cupimus, quod nos curiam nostram in Wormlo sitam conventui iam dicte ville vendidimus cum omni fructu inde proveniente, tali exceptione, si senior de Buren aut Albertus filius noster eam emere voluerit, a festo beati Michahelis nunc instantis anni facere possunt. Si autem hunc terminum neglexerint duorum annorum, deinceps emere non poterunt. Emptio autem erit summa centum marcarum. Huius facti testes sunt: Rodolfus de Stenuorde, Tethardus de Norde, Tidericus de Horehusen, Bodo de Monte, Iohannes de Nedere, Thetmarus de Uflen, Conradus de Wethen, Ernestus de Howede. Proprietatem curie superius dicte ab ecclesia Maguntina nostris expensis obtinebimus. Ad evidentiam et firmitatem huius rei Albertus filius noster consensit hanc paginam conscribi et sigillo nostro roborari. Acta sunt hec anno gratie M°.C°C°.LVIII., in Uolcmarsen, sequenti die Servatii, presidente Maguntine ecclesie Gerhardo, regnante Righardo Romanorum rege.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Wormeln Nr. 5. An Pergamentstreifen Bruchstück des Eversteinschen Siegels. Gedr. Spilcker, Everstein Nr. 111. Berthold d. ä. von Büren war Vater der Gisla, Frau Ottos v. E. Vgl. Ztschr. XLIII, 2, 41 und Stammtafel. Rückschrift s. XV. upp den vryenhoff.

740.

Die Grafen Gottschalk und Hermann von Pyrmont verkaufen dem Grafen Heinrich von Hoya mit Zustimmung des Lehnsherrn, Bischofs von Minden, den Zehnten in Balge und in Renne, auch die Vogtei in Natenstedt. Unter den Zeugen Bischof Widukind von Minden und Ludolf von Dassel. Hallermund 1258 Mai 23.

Gedr. Grupen, Origg. Pyrm. et Swal. 88. Hodenberg, Hoyer UB. 17 (n. d. Or. mit anhängendem Siegel).

741.

Rathmänner und Bürger der Stadt Paderborn bekunden, dass Albert gen. Plape sein Haus dem Kl. Abdinghof u. dieses dasselbe dem Heinrich Carnifex überlassen hat. 1258 Mai 31.

Consules et burgenses civitatis Paderbornensis omnibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Tenore presentium protestamur, quod Albertus dictus Plape domum suam contulit ecclesie

sancti Pauli Paderbornensis libere et absolute, quam domum Henricus carnifex dictus Neppelin sibi conferri postulavit a capitulo prefate ecclesie. Quam ab eo recepit iure hereditario tali ratione, ut ipse, vel quicunque successorum suorum domum illam habuerit, eam de proprio sumptu edificet, sive ex ustu sive ex vetustate fuerit collapsa, et singulis annis in cena Domini triginta denarios bonorum et legalium denariorum in civitate Paderbornensi predicte ecclesie persolvat, XII denariis, qui de area domus dabuntur, nequaquam in computationem prescripte pensionis procedentibus. Ne autem huiusmodi factum aliquo casu possit iufirmari, presentem membranam sigillo nostro duximus roborandam. Testes huius rei sunt: Andreas Wltur, Helmicus Wlpis, Yshusen[1]), Iohannes de Scerue, Hermannus de Ammereken, Iohannes de Tulo, Conrat Suicgard, Ludolfus sutor, Hermannus Salentin et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C. quinquagesimo octavo, pridie Kalendas Iunii.

[1]) *So Kopiar, statt* Ysherus?

Aus Msc. VII, 4217 fol. 142v im Kgl. St.-A. Münster. Daselbst Notiz über die späteren Besitzer des Hauses.

742.

Bischof Simon von Paderborn belehnt Raven von Papenheim mit einem Kornspeicher. 1258 Mai.

Simon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis presens scriptum inspecturis salutem in Domino.[1]) Presentibus protestamur et notum facimus, quod nos aream granarii Ravenonis militis dicti de Papenheim, castellani nostri in Wartburg, in ipso castro usque ad granarium nostrum eidem contulimus ab ipso et suis heredibus iure pheodali perpetuo possidendam. Datum anno millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, mense Maio.

[1]) conspecturis sal. a Dom. *Abschrift.*

Nach Abschr. Falckenheiners aus dem „Copeibuch aller von Papenheim" Bl. 103 in dessen Handschriften VII, S. 161.

743.

Ritter Conrad v. Elben bekundet, dass die Töchter Widukinds von Holzheim dem Verkauf einer Reihe Hufen an Kl. Hardehausen zugestimmt haben. Gudensberg 1258 Juni 29.

Conradus miles de Elbene universis hoc scriptum audituris salutem in Domino. Notum sit omnibus, quod neptes mee Gertrudis et Mechildis, filie domini Widekindi de Holzheim, iubente patre earum consentienteque domino Theoderico fratre meo, avo earum, me etiam presente, renunciaverunt penitus omni iuri, quod eis competebat in septem mansis et dimidio manso et cunctis pertinentiis eorum, quos W(idekindus) miles pater earum et fratres eius C(onradus) et U(nargus)[1]) pari consensu abbati et conventui in Hersuithehusen vendiderunt, sicut in privilegio super hoc confecto plenius continetur. Cuius rei testes sunt mecum: Rotbertus de Mezce et Conradus de Werhene, Conradus filius fratris mei Th(eoderici) supradicti, Conradus de Bertholderode, Thetmarus Bittersole, Theodericus Iupan. Acta sunt hec anno gratie millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, in die apostolorum Petri et Pauli, in castro Gudensberg.

[1]) *Ergänzt nach Urk. v. 1258; vgl. unten. Nr. 764.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen 114. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

744.

Auf Betreiben des Bischofs Simon von Paderborn schliessen Domkapitel u. Ministerialen der Kirche von Bremen, Graf Iohann v. Oldenburg und die Stadt Bremen eine Vereinbarung, worin sie sich gegenseitig Schutz gegen ihre Feinde, namentlich die Rustringer, und Beobachtung der Rechte eines Jeden zusagen. Wollen Ministerialen und Rathmänner von Bremen eine festere Einigung, so sollen sie es thun, wenn Bischof Simon anwesend sein kann. Bremen 1258 Juni.

Gedr. Brem. UB. I, 289.

745.

Vogt Ludwig von Homberg und seine Frau verkaufen Häuser und Höfe in Klein-Englis an Kl. Hardehausen. 1258 Juni.

Ego Lodewicus advocatus de Homberg et Conegundis uxor mea universis hoc scriptum audituris salutem eternam. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos pari consensu vendidimus abbati et conventui de Herswithehusen, Cisterciensis ordinis, omnes domos et areas, quas habuimus in minori Engilgis pro sex marcis absolute et libere iure perpetuo possidendas. Insuper pro eadem summa consensimus et permisimus, quod Conradus filius Tammonis et Gertrudis uxor eius prefatis abbati et suo conventui omnia bona sua in predicta villa et circa villam sita, scilicet agros, domos, areas et pascua cum ceteris suis pertinentiis vendiderunt totamque proprietatem suam ibidem transtulerunt integraliter ad eosdem. Quorum plane bonorum nos una cum ipsis warandiam debitam prestamus. Notandum, quod coram nobis Gerlacus, Volcmarus et Lodewicus fratres et Iohannes, Rilindis et Hadewigis sorores eorum renunciaverunt penitus omni iuri, quod sibi in bonis eisdem competere videbatur. Igitur ut ea gesta monasterio in Herswithehusen in perpetuum inconvulsa permaneant, ego Lodewicus hanc paginam super hoc contractu confectam feci conscribi et sigilli mei munimine roborari. Acta sunt hec anno gratie millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, mense Iunio, coram testibus istis: Thetmaro plebano de Homberch, Alberto plebano de Diliche, fratre Iohanne, cellerario de Herswithehusen, fratre Hermanno et Timmone professis ibidem; militibus: Hermanno Meysenbuc, Roberto de Cassele et Gumperto Cristiano, sculteto de Cassele, Norperto, Sifrido de Winthusen, Bonefacio et aliis multis.

Or. im Kgl. St-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 113. Siegel und Befestigung fehlen jetzt.

746.

Bischof Simon von Paderborn vermittelt mit Erzbischof Gerhard von Mainz, den Äbten von Fulda und Hersfeld zwischen den Grafen Ludwig und Gottfried von Ziegenhain; die Einigungsbedingungen wurden in 10 Punkten festgesetzt. 1258 Juli 1.

Reg. Wenck, Hess. Landesgesch. II, UB. S. 184 Anm. Zweimaliges Reg. bei Böhmer-Will, Regg. arch. Mag. II, 343 Nr. 221 und 345 Nr. 234, das eine Mal zu Juli 1, das andere Mal zu 1258. Nach Ilgen und Vogel, Kritische Untersuchungen u. s. w. in Hess. Ztschr. Neue Folge Bd. 10, 372 fast vollständig zerstörtes Or. im Kgl. St.-A. Marburg mit Datum Juli 1.

747.

Ritter Heinrich von Homburg überlässt an Kl. Falkenhagen die von Ritter Berthold v. Brakel an dasselbe verkaufte Villa Villenhusen. *Homburg 1258 Juli 1.*

Omnibus presentes litteras inspecturis Henricus de Honburg[1]) miles promptam ac benevolam ad eorum beneplacita voluntatem. Presentibus protestamur et notum facimus universis, quod nos cum consensu et voluntate nostrorum heredum ad preces dilecti nostri Bertoldi de Brakele consanguinei et amici favorabiles inclinati, villam in Villenhusen, quam Albero miles de Herstelle a nobis in feodo tenebat, et cenobium in Ualkenhagen ab ipso milite suis denariis propriis conparavit, eidem cenobio cum agris, nemoribus, pascuis, aquis, pratis, cultis pariter et colendis, cum omnibus attinentiis ac iuribus universis contulimus libere et benigne et nobis pro huiusmodi recompensatione beneficii idem[2]) cenobium et uxori nostre defuncte plenam fraternitatem contulit, ita quod uxoris nostre et etiam nostrum post mortem nostram anniversarium peragant, sicut eorum anniversarii agi solent. Huius rei et facti testes sunt, quorum personas subscriptis nominibus explicamus: dominus Bertoldus de Brakele, dominus scultetus de Sosato, Hartungus[1]) de Helze, Conradus de Gandersem, Ernestus de Rode, Fridericus de Istindorp[1]) Alexander de Flecten, Hermannus de Stenhem, milites; capellanus de Hindeneburg, Ludolfus de Corbyea, Fridericus de Istindorp, Conradus de Holthusen, famuli, et alii quam plures. Ut autem hec nostra

donatio rata et stabilis et inconvulsa et inviolabilis perseveret, presentem paginam sigillo nostro et sigillo domini Bertoldi de Brakele firmiter fecimus communiri. Datum Homburg anno Dominice incarnationis M°.C°C.L°VII°I., Kalendas Iulii.

[1]) Hartunhus *Or.* [2]) iidem *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 4, seit Säkularisung im Besitz des Studienfonds in Paderborn. Von den beiden an Pergamentstreifen angehängten Siegeln ist das dreieckige Heinrichs v. Homburg, nach rechts aufsteigender Löwe, mit Fehrand, ziemlich gut erhalten; das Bertholds von Brakel fehlt sammt Befestigung. Reg. Lipp. Regg. I, 205 Nr. 296 und Dürre, Homburg Nr. 88. Ztschr. XXXVII, 2, 119 (Giefers) zu 1250 Juni 24. Dass wie oben zu datiren ist, folgt wohl aus Dürre, Homburg 86, wo ebenfalls Heinrichs verstorbener Gemahlin gedacht wird.

748.

Hermann von Wolfershausen verzichtet auf Pfandrechte an Gütern in Holzheim, die Kl. Hardehausen kauft. 1258 Juli 7.

Hermannus de Wolfershusen universis hoc scriptum audituris salutem in Domino. Notum sit omnibus, quod, cum fideiussor essem ad Iudeos Widekindi de Holzheim, et ipse michi bona sua in Holzheim titulo pignoris obligasset, fratres de Herswithehusen, prohibueram, ne in predicta villa bona emerent ab eodem. Verum ad petitionem [1]) prefati W(idekindi) consencio et concedo, ut bona, que abbas et suus conventus emere decreverunt, emant cum suis pertinenciis salva pace, et ego verbo et scripto sigillo meo signato penitus renuncio iuri meo. Huius rei testes sunt: Thetmarus plebanus de Homberg, Lodewicus de Vohele scultetus, Everhardus et Conradus Holzsadele, Eckehardus de Vilsberg, Giso Springel, Everhardus quondam scultetus et alii plures. Datum anno gratie millesimo ducentesimo quinquagesimo VII°I., Nonas Iulii.

[1]) petionem *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 116. Siegel und Befestigung aus dem Einschnitte verloren. Gedr. Wigand, Archiv I, 2 S. 68.

749.

Bischof Simon v. Paderborn tauscht mit dem Stift Herford Ministerialen. Kleinenberg 1258 Juli 12.

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis presens scriptum visuris notum facimus, quod nos Sinderammum de Scutemere et Cunegundim sororem eius, cum ministeriales ecclesie nostre essent, ipsos Heruordensi ecclesie in ministeriales tradidimus, Ludolfum et Heinricum fratres, natos Heinrici de Oldendorpe, recipientes in concambium pro eisdem, ab ipsis ecclesie Paderbornensi debite fidelitatis prestito iuramento. Datum in Clinenberge, anno Domini M°.C°C.LVII°I., II°II. Idus Iulii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 52. Siegel und Befestigung abgefallen.

750.

Edelherr Bernhard zur Lippe überträgt mit seinem Bruder B. Otto v. Münster behufs Stiftung einer Familienmemorie einen Zehnten aus Horst an Kl. Rengering. Wolbeck 1258 Juli 18.

Gedr. UB. III, 635. Reg. Lipp. Regg. II, 17 Nr. 490.

751.

Dem Grafen Gottschalk von Pyrmont und seinen Söhnen Gottschalk und Hermann resigniren die Brüder von Brüninghausen den Zehnten dreier Hufen in Eydingehusen; *die Grafen Gottschalk und Hermann von Pyrmont resigniren denselben dem Bischof Widukind von Minden. Neustadt 1258 Juli 23 und Lügde 1258 Juli 30.*

Gedr. Hodenberg, Calenb. UB. I, 35 und 36. Ueber Eydingehusen *vgl. daselbst S. 2 Anm. 1.*

752.

Bürger in Geismar verkaufen dem Kl. Hardehausen ihre Güter in Klein-Englis. 1258 Juli.

Ego Conradus et Gertrudis uxor mea, cives oppidi Fritslariensis, universis hoc scriptum audituris salutem in Domino. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos et liberi nostri Wilhelmus et Hildeburgis uno animo et pari consensu vendidimus abbati et conventui monasterii in Herswithehusen, Cisterciensis ordinis, omnia bona nostra in minori Engilgis tam in villa quam extra villam sita, videlicet agros, domos, areas, horrea, prata, pascua cum ceteris suis pertinentiis pro viginti marcis, translata integraliter proprietate nostra sine exceptione qualibet ad eosdem. Que nimirum bona absolute et libere iure perpetuo possidenda iam presentavimus memoratis emptoribus et quamdiu in hac vita sumus, warandiam debitam prestamus. Igitur ut, que a nobis dicta et gesta sunt, prefato monasterio inconvulsa permaneant, presentem paginam super contractu isto confectam conscribi et sigillo civium nostrorum fecimus consignari. Acta sunt hec anno gratie millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo mense Iulio, coram testibus subnotatis: Gebenone, Trochtmaro, Alberto filio monetarii, Conrado Munin, Conrado domine Gude, Hertwico Pagano, Godelibo et aliis multis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 115. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

753.

Das Paderborner Domkapitel bestätigt das Wachszinsigenrecht einer Familie. Paderborn 1258 August 2.

In nomine sancte et individue trinitatis Amen. Henricus Dei gratia prepositus, Rabodo decanus, Heinricus thesaurarius et capitulum ecclesie Paderbornensis universis presens scriptum visuris perpetuam in Domino salutem. Quia lubrica est mens hominis et ad oblivionem facilis, ea, que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, scripti solent memoria perhennari. Noverint igitur universi, quod quedam mulier Imeka nomine habens mansionem in villa Brucke ante Bileuelde, cum adhuc viveret et esset libere condicionis, pro remedio anime sue et pro commodo temporali dedit se una cum filiis et[1]) filiabus suis iure cerocensuali super altare sancti Liborii Paderbornensis, ita quod, quicumque eorum esset maior natu, daret annuatim in festo Liborii super altare ipsius fundum cere vel duos denarios, et quicumque eorum moreretur et esset silfmundig, daret meliorem vestem super predictum altare, et sibi ad invicem in hereditate succederent. Hec sunt nomina filiorum: Thederat mortuus, Alfart extra provinciam, Iohan conversus Campi sancte Marie, Hemminc in indagine moratur Stenhagen; filie vero predicte Emeken: Windelgart, Methelt, Gerburg mortua, Ida mortua. Predicta Windelgart habet maritum Bileuelde, Leuoldum nomine, qui habent filios et filias. Hec sunt nomina filiorum: Gerlag, qui moratur Limego et habet filiam Gerhardi de Orlinghusen, Leuolt et Echart, qui morantur Bileuelde. Filie vero: Megthelt, maritus eius, Geselbrach Bileuelde; altera filia Windelgart mortua et habet filium dictum Brun. Item Megthelt filia predicte Emeken habet pueros Helmigart, Regenwise, qui morantur in molendino Vmlo. Pueri: Regenwise, Herman, Heinric, Giselbrahc, Meinhart, Iohan, Alheit et Mechtilt. Item filia Emeken Ida nomine habet pueros Thideric et Gertrut in opido Bileuelde. Item Gerburg filia predicte Emeken habet filiam Kristinam in opido Bileuelde. Cum autem predicta progenies Emeken ius cerocensuale, sicut prescriptum est, super altare sancti Liborii recongnoscant, et casu inopinato ex incendio fulguris, quod Bileuelde olim contigit, conditionis sue perdiderint privilegium, nos precibus eorum annuentes presens scriptum sigillo capituli nostri duximus roborandum eorum privilegium innovando. Datum Paderborne anno Domino M°.C°C. quinquagesimo octavo, II°II. Nonas Augusti.

[1]) filiis et *wiederholt Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn, Nr. 213. Brucke *wahrscheinlich Bauerschaft Brok im Amte Brackwede bei Bielefeld. Ueber ältere Erwähnung Bielefelds als* oppidum *vgl. UB. III, S. 90.*

754.

Propst Berthold von Hofgeismar, Dekan von St. Peter in Mainz, überlässt dem Kl. Hardehausen ein Drittel des Zehnten vom Südberg bei Hofgeismar. Mainz 1258 August 2.

Ber(toldus) Dei gratia prepositus Gesmariensis et decanus sancti Petri in Maguntia viro religioso G(erhardo) abbati et conventui in Herswithehusen oraciones in Christo devotas cum promptitudine[1]) obsequendi. Cum religiosorum peticionibus porrectis devote ac humiliter sit pie in summo pontifice annuendum, ut ipsarum meritis exauditores earundem post presens ergastulum in sinu Abrahe penitus collocentur, nos vestrarum precum interventu nobis oblato tam suppliciter[2]) volentes ex affectu cordis intimo inclinari, tertiam partem decime in Suthberg iuxta Gesmariam nobis racione prepositure nostre ibidem actenus pertinentem, nunc autem vacantem, vobis et monasterio vestro offerimus perpetuo possidendam. Et hoc appensione sigilli nostri firmiter protestamur. Actum Maguntie anno Domini M°.C°C.L°VIII°., mense Augusto, in crastino beati Petri.

[1]) propmtitudine *Or.* [2]) supliciter *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 117. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Die Bestätigung der Kanoniker unten Nr. 759. Vgl. oben Nr. 527. Sutberg *war eine Flurabtheilung bei Geismar.*

755.

Beilegung eines Besitzstreites zwischen Ritter Berthold von Calden und Kl. Hardehausen. Hofgeismar 1258 August 11.

Theodericus Dei gratia plebanus et viceprepositus in Geysmaria, Hermannus scul(t)hetus et consules oppidi eiusdem universis hoc scriptum audituris salutem eternam. Notum sit omnibus, quod post decessum Alberti militis de Calden, Bertholdus miles frater eius abbatem et conventum de Hersuithehusen impetiit imponens eis, quod frater suus in ultima voluntate positus aliquantam pecuniam et quasdam res alias sibi et Alberto filio suo designasset. Cui cum frater Gumpertus et frater Iohannes cellerarius et alii nuntii monasterii ex parte abbatis et conventus sui satisfacere parati essent, prout iusticia dictaret, quod nichil eis penitus assignasset, consilio amicorum suorum tam Bertholdus quam Albertus filius suus renuntiaverunt penitus actioni pariter et cause. Preterea predictus B(ertholdus) coram nobis publice recognovit, quod nec ipse nec liberi sui quicquam iuris haberent in omnibus, que fratris sui defuncti fuerant, ex quo eis de bona voluntate et gratia minime contulisset. Insuper protestatus est manifeste, quod grata et rata habet omnia, quecunque frater suus A(lbertus) monasterio et fratribus de Hersuithehusen pro anime sue remedio bona fecit. Professus est etiam, sese velle tum pro fratris sui, tum pro Dei amore fratres antedicti monasterii pro suo posse in omnibus promovere. Igitur ut ea, que dicta et gesta sunt, de facili perversa improbitate non mutentur, ego Theodericus vices gerens prepositi adhibito sigillo civium presentem paginam super premissis confectam duxi sigilli mei munimine roborandam. Data in Geysmaria anno gratie millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, in crastino beati Laurentii martyris, coram testibus subnotatis: Theoderico filio Wilhelmi, Gerhardo de Schaten, Hildebrando de Calden, sacerdotibus; Ernesto Crigel, Theoderico de[2]) . . . militibus; Iohanne de Calden, Theoderico de Wartberg, Lodewico filio Ordonis, Iohanne filio Marchwini et aliis multis.

[1]) fratri *Or.* [2]) *Name abgerissen.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 118. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab.

756.

Bischof Iohann von Hildesheim an die Äbtissin Ida von Herford. Poppenburg 1258 Septbr. 5 (?).

Iohannes Dei gratia Hildensemensis episcopus honorabili domini sue Ide Hervordensis ecclesie abbatisse in devotis orationibus sinceram in Domino caritatem. . . . Datum Poppenburg anno Domini M°.C°C.LVIII°., Nonis[1]) Septembris pontificatus nostri anno primo.

[1]) nono *Abschrift.*

Aus Msc. VII, 3301 pag. 99 im Kgl. St.-A. Münster aus der Storchschen Sammlung saec. XVIII mit Bemerkung, dass Authenticum vorhanden gewesen.

757.

Abt Heinrich von Hersfeld und Fulda bekundet, dass Gerold und Iohann von Calden ihre Güter in Hadebrachteshusen *an Kl. Hardehausen verkauft haben vorbehaltlich einer Rente von 15 Denare für die Pfarrei von Frohnhausen (?). Zeugen: Konrad, Propst von St. Johann bei Hersfeld, Berthold, Propst von St. Michael, Gerlach, Propst von Marienberg bei Fulda. Fulda 1258 September 15.*

So Hardehauser Repertorium im Kgl. St.-A. Münster aus Msc. VII, 4509c p. 6. Vgl. zu diesem Reg. Nr. 760 von 1258 Oktober 9.

758.

Edelherr Bernhard zur Lippe und Gemahlin Sophia treffen mit Rathmännern und Konvent des Klosters in Lippstadt Verordnungen über die Klostereinkünfte. Kl. Lippstadt 1258 Septbr. 20.

Bernhardus maior vir nobilis dominus de Lippia et uxor ipsius illustris domina Sophia, consules eiusdem oppidi atque conventus sancte Marie in oppido Lipp(ensi) omnibus presentis pagine inspectoribus salutem in omnium salutis auctore. Quoniam omnium habere memoriam non est humanitatis sed divinitatis, que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, scriptis et memoriis ea solent perhennari. Ad noticiam tam presentium quam futurorum desideramus pervenire, quod nos unanimi consensu statuimus et ordinavimus, ut annona pensionaria, que ad claustrum beate Marie in Lippia videbitur pertinere, viro fideli et circumspecto, in quem convenerimus vel cui commiserimus, integraliter presentetur ad sustentationem competentem tam prepositi et sacerdotum quam dominarum convenienter per circulum anni exponendam. Denarios vero pratorum et ortorum sive de aliqua pensione emergentes in subsidium dominarum ad lacticinia sive in caseis vel butiro statuimus convertendos. Necessaria de horreo curie ad necessitatem claustri ordinavimus exponencia. Cibaria, que offerentur ad ecclesiam beate Marie in foro, media pars prebendarum preposito et suis cedet sacerdotibus, reliqua vero pars dominabus in claustro sepe nominatis. De oblationibus dicte ecclesie in foro argenteis prepositus, quicumque fuerit, ruinas domorum et destructiones sepium vel curie suis propriis expensis sufficienter reparabit. Ecclesia vero claustralis cum omnibus proventibus suis dictis dominabus serviat excepta secunda missa, que ad subsidium structure eiusdem ecclesie conferetur. In festivitatibus dominice nativitatis, resurrectionis, pentecostes et matris misericordiarum prepositus dictis dominabus servicia delicatissima ministrabit. Statuimus etiam ac ordinavimus, ut omni annorum circulo revoluto tempore debito tam vivorum quam mortuorum progeniei dominii Lipp(ensis) memoria sollempniter peragatur. Ut autem huius ordinationis firmitas inviolabiliter observetur, presentem paginam sigillorum nostrorum appensione duximus muniendam. Acta sunt hec in claustro Lippie anno Domini M°.C°C. quinquagesimo octavo, in vigilia Mathei apostoli et evangeliste, presente domino nostro B(ernhardo) de Lippia et domina nostra comitissa de Rauensberg, domino L. camerario, domino H. preposito, domino L. sacerdote, domino Iohanni militi dicto de Lippia, consulibus Lipp(ensibus) et aliis quam pluribus, qui huius ordinationis decreto affuerunt.

Or. im Fürstl. Lipp. Arch. zu Detmold. An Pergamentstreifen das Siegel Bernhards (Abb. Grupen, Origg. Germ. 3, 224, das kleinere Reitersiegel), Sophiens (Abb. Lipp. Regg. I, Nr. 14), des Klosters und der Stadt, in verschieden grossen Bruchstücken. Reg. Lipp. Regg. 1, 206 Nr. 299. Daselbst in den Zeugennamen A. *statt* L.

759.

Kanoniker von Hofgeismar heissen eine Schenkung ihres Propstes an Kl. Hardehausen gut. Hofgeismar 1258 September 21.

Gerhardus et Theodericus, Conradus et Cono, canonici ecclesie Gesmariensis, universis hoc scriptum audituris salutem in Domino. Presenti scripto protestamur, quod nos omnes pariter et singuli donationem, quam fecit dominus Bertholdus, nostre Gesmariensis ecclesie prepositus, conferendo monasterio in Hersuithehusen tertiam partem decime in Suberg[1]), quam de manu ipsius in feudo tenuerat Albertus

miles de Calden, ratam et gratam habentes approbamus et eidem monasterio ad ius perpetue proprietatis sigillo nostre ecclesie confirmamus. Datum in Gesmaria anno gratie M°.C°C.LVI°II., in die Matthei apostoli et evangeliste.

[1]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen, Nr. 119. Siegel und Befestigung fehlen. Vgl. oben Nr. 754.

760.

Geismarer Geistliche bekunden, dass die Freien Gerold u. Johann von Calden ihre Besitzungen dem Kl. Hardehausen verkauft haben. Hofgeismar 1258 Oktober 9.

Gerhardus et Theodericus sacerdotes, Conradus dyaconus et Conradus subdiaconus, confratres ecclesie sancte Marie in Geysmaria, omnibus hanc paginam inspecturis in Domino salutem. Tenore presentium protestamur notumque facimus presentibus et futuris, quod Geroldus et Iohannes de Calden, homines libere conditionis, cum consensu legitimorum heredum suorum, videlicet Conegundis uxoris Geroldi, Růdengeri, Iohannis et Geroldi filiorum, Helmburgis et Bertheidis filiarum eiusdem, Theoderici quoque, Conradi, Geroldi et Conegundis liberorum predicti Iohannis, integre vendiderunt omnia bona sua iuxta Hadebrachtishusen sita abbati et conventui monasterii in Herswithehusen, Cisterciensis ordinis, Paderbornensis dyocesis, pro novem marcis gravium et legalium denariorum iure perpetuo cum omnibus suis pertinentiis possidenda, et hec coram nobis recognoverunt, debitam eis warandiam prestantes et deinceps prestituri. Ut igitur hec rata maneant et inconvulsa, nos ad instantiam predictorum G(eroldi) et Io(hannis) presentem paginam conscribi et sigillo nostre ecclesie necnon sigillo civitatis nostre pro habundanti cautela et robore fecimus communiri. Testes huius rei sunt: Ernestus Crigel, Theodericus de Ufile, Bertoldus de Aseykindorp, Bertholdus de Calden, milites; Hermannus scultetus, Iohannes de Calden, Henricus de Nvinvuere[1]), consules in Geismaria; Henricus Burmester, Bernhardus Longus, Theodericus de Hengildirn, Euerwinus, rustici in Calden et alii quam plures. Actum et datum in Geysmaria anno Domini M°.C°C.LVII°I., VI°I. Idus Octobris.

[1]) *So Or. statt* Nyennovere.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 120. Beide Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Auf der Rückseite von Hand saec. XIII. ex. Harthrath(usen); *im Hardehauser Güterverzeichniss (oben Nr. 289 a)* Adebrachteshusen *genannt, jetzt Mönchehof, eine Domäne bei Wilhelmsthal NW. Kassel. Wahrscheinlich hat Hardehausen zu den in Nr. 289 a angeführten Besitzungen noch mehr Hufen daselbst erworben und mit jenen zu einem grösseren Gute vereinigt, so dass das Dorf sich auflöste und an Stelle des Dorfnamens der des Gutes trat; Martin, Statistik von Niederhessen II, 342 (Spancken). Vgl. oben Nr. 757.*

761.

Bischof (Simon) von Paderborn (avunculus noster *von den Ausstellern genannt) siegelt mit und ist erster Zeuge in der Urk. der Grafen Johann und Gerhard von Holstein für die Bürger zu Hamburg. Hamburg 1258 Oktober 10.*

Gedr. Lappenberg, Hamb. UB. I, 632. Mediante Symone episcopo de Paderborne *wurde am selben Tage Freundschaft zwischen den genannten Grafen und Bischof Johann von Lübeck gestiftet. Ueber diese Aufzeichnung vgl. Lüb. UB. I. S. 318 f. Nr. 290. Heilwigis, die Mutter der Grafen, war B. Simons Schwester.*

762.

Ein päpstlicher Kommissar beauftragt den Paderborner Dompropst (Heinrich), den Abt (Thimo) von Corvey zur Zahlung einer mehreren italienischen Bankiers geschuldeten Summe zu veranlassen. 1258 Oktober.

1) Abbas ecclesie s(ancti) Iacobi de Pruino commissarius apostolicus subdelegat prepositum ecclesie Paderbornensis, quatenus sententiam a se latam in causa Iacobi Gisberti, Aldebrandi Brunetti et sociorum

contra abbatem et conventum Corbeyensem diocesis Paderbornensis exequatur, nimirum ut predictus abbas actoribus solvat 50 marcas et pro expensis 10 marcas. De 1258 sub sigillo.

So im Repertorium des Paderborner Kapselarchivs unter 115, 1; die Urkunde selbst ist verloren.

2) Extractus ex litteris commissarii apostolici de publica sententia contra abbatem et conventum Corbeiensem. Abbas ecclesie s. Iacobi de Priminio, Senonensis dyocesis, iudex seu executor a domino papa deputatus, dilecto sibi in Christo viro venerabili et discreto preposito ecclesie Paderbornensis vel eius vices gerenti salutem in Domino. Cum nos viros religiosos abbatem, priorem et conventum monasterii Corbeiensis, Paderbornensis diocesis, per Iohannem rectorem ecclesie de Vassenbecke procuratorem per nostram diffinitivam sententiam condemnaverimus etc. Datum anno Domini M°.C°C.LVII°I., mense Octobris.

Nach Lib. Var. V. fol. 11. Wahrscheinlich hängen die Schulden des Corveyer Abts mit seiner Konfirmation im Jahre 1255 zusammen; vgl. Nr. 613. Die Kaufleute sind wohl Florentiner.

763.

Die Rathmänner von Marsberg urkunden über den Erwerb mehrerer Hufen in Esbike *durch Kl. Bredelar. 1258 Dezember 5.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Universis Christi fidelibus hoc scriptum inspecturis consules Montis Martis rectum sapere et veritati inherere. Sicut merito laudatur, qui circa commissum sib extitit fidelis et augmentavit, ita et digne culpatur, qui creditum sibi non adauxit set minoravit. Notum sit igitur tam presentibus quam posteris, quod, cum Gerlacus senior congnomento Dikeber villicationem bonorum in Esbike ab ecclesia sanctorum Petri et Andree in Paderburne villicationis iure teneret, duos mansos eidem villicationi pertinentes distrahens unum Lodewico militi dicto de Esbike, alterum Regenhardo de Glindeger hominii iure porrexit, ita tamen, ut de quolibet manso fertonem perciperet annuatim. Annis vero aliquibus transactis eandem villicationem cum omnibus pertinentiis suis abbas et conventus monasterii in Bredelar, ordinis Cysterciensis, a Gerlaco iuniore et Elgero et Bernardo clerico, fratribus iam dicti Gerlaci filiis, pro quadam summa compararunt predicte ecclesie permissione. Postea Alexander prefati monasterii abbas et conventus, licet detentores eorundem mansorum impetere possent et gravare, utpote pro violenta detentione, bono tamen pacis et concordie potius intendere quam litem suscitare cupientes, alterum de distractis mansis a Theoderico de Dodinchusen, qui tunc temporis illum ad pensionem trium solidorum tenebat, mediantibus honestis viris Hermanno plebano in Esbike, Adam milite de Aspe, Lodewico de Lethe, Ludolfo de Capella, Conrado de Yburg magistro consulum, Theoderico Cnosh, datis sibi XII marcis legalis monete, redemerunt cum omnibus pertinentiis suis. Deinde idem Theodericus eundem mansum in manus abbatis claustri iam dicti publice resignavit ipsumque et fratres suos in possessionem bonorum eiusdem mansi introduxit et tam idem Th(eodericus) et uxor et mater quam Hildegundis filia patrui sui omni iuri suo, quod in eodem manso videbantur habere, sollempniter coram nobis et tota parrochia ville in Esbike renuntiaverunt. Prefate Hildegundi, quia ius hereditarium in eodem etiam manso sibi usurpabat, de predictis XII marcis, ut iuri suo cederet, due marce sunt persolute. Quapropter ut huius emptionis contractus firmus in evum permaneat et inconvulsus, presentem paginam ob maiorem firmitudinem sigilli nostri impressione rogatu utriusque partis fecimus roborari. Acta sunt hec anno gratie M°.C°C.L° octavo, indictione II., Nonis Decembris. Huius (rei)[1]) testes sunt: Garlacus Dikeber iunior et Elgerus fratres, Hermannus Tregel et filius suus Constantinus, Hermannus Constantini filius, Albertus de Mulenhusen, Heinricus de Odenhusen, Heinricus de Capella, Bertoldus iudex, Godefridus de Eleren, Bertoldus de Huxoria et Helmwicus fratres, Wigandus et Wideroldus fratres, Hermannus de Flessenger et consules omnes. In Esbike: Erpo, Luthardus villicus et filii sui Gothwinus, Iohannes et Ludolfus, Heinricus Houeth, Arnoldus et Godefridus, fratres, Arno(l)dus Ruleder, Conradus carpentarius et parrochiales ibidem omnes tam iuvenes quam senes et alii quam plures.

[1]) rei *fehlt Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 63. An geflochtenen grünweissrothen Leinenfäden Siegel der Stadt Marsberg. Vgl. oben Nr. 519 f.

764.

Die Brüder von Holzheim verkaufen zwei Eigenhörige dem Kl. Hardehausen. 1258 Dezember 20.

Widekindus, Conradus et Vnargus fratres de Holzheim universis hoc scriptum audituris salutem eternam. Presenti scripto protestamur, quod Degenhardum et Cristinam uxorem eius, homines nostros, pari consensu vendidimus abbati et conventui monasterii in Herswithehusen et ius proprietatis, quod nobis in eisdem competebat, transtulimus integraliter ad eosdem, ut ex hoc nunc et in omne tempus reliquum a nobis manu missi sint abbatis et sui conventus servicio mancipati. Quod factum nostrum, ut inconvulsum permaneat, ego Widekindus cum fratribus meis presentem paginam feci conscribi et sigilli mei munimine roborari. Verum fratres mei, quia sigilla propria non habent, meo contenti sunt. Insuper ad maiorem noticiam gestorum sigillum civium de Homberg duximus apponendum. Testes sunt: Thetmarus plebanus de Homberg, Lodewicus advocatus, Everhardus, Conradus et Wideroldus, qui vocantur Holzsadele, Euerhardus quondam sculthetus et Wigandus filius eius, Bentwicus de Borken et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M°.C°C.LVII°I., in vigilia Thome apostoli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 121. Beide Siegel und Befestigungen aus den Einschnitten fort.

765.

Abt Thimo von Corvey gestattet zwei Ministerialen, Zehnten zu Hönscheid und Renten in Goddelsheim vom Kl. Schaken gegen Güter zu Radern einzutauschen. 1258.

Thymo Dei gratia Corbeyensis abbas omnibus presencium tenorem inspecturis salutem in Domino. Notum esse cupimus tam posteris quam presentibus universis, quod dominus Bernhardus de Dalwich cum consensu heredum suorum quartam partem decime in Hohensceth et, quicquid iuris in eadem habere videbatur, preposito et conventui sanctimonialium in Scaken liberam resignavit et liberaliter reliquit quiete perpetuo perfruendam; item quod dominus Fredericus de Horhusen III solidos et III denarios, quos de bonis in Gotloveshen sitis annuali pensione percepit, preposito et conventui iam dictis resignavit, iidem ministeriales nostri prescriptis possessionibus et perfruitionibus suis in restaurum resignationis in Rotheren a preposito et conventu [1]) facte in nostra presentia penitus renuntiantes. Ne quis autem ausu temerario prescriptos contractus valeat irritare, presentem paginam in testimonium ad evidentiam pleniorem conscribi fecimus et sigilli nostri appensione roborari. Datum anno Domini M°.C°C. quinquagesimo octavo.

[1]) *Or.* conventui.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

766.

Abt Thimo von Corvey genehmigt die Resignation einer Hufe zu Spallersleben an Kl. Gröningen. Corvey 1258.

Thimmo Dei gratia Corbeiensis abbas. Notum sit presentibus et ad noticiam future perveniat etatis, quod comes Siffridus de Blankenburg per litteram patentem sigillo suo roboratam advocatiam, quam tenebat de ecclesia nostra super manso in Spalersleue ecclesie in Groningen pertinente, liberum nobis accedente consensu heredum suorum resignavit. Quem nos ad petitionem prepositi, prioris et aliorum confratrum nostrorum predicte ecclesie et eorum successoribus ab omni iure advocatie liberum dimisimus, et hoc per presentem paginam sigillo nostro roboratam protestamur. Datum Corbeye anno Domini M°.C°C. quinquagesimo octavo, prelacionis nostre anno quarto.

Or. im Kgl. St.-A. Magdeburg, Gröningen. Nr. 7. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Die Urk. muss in den letzten Wochen des Jahres 1258 ausgestellt sein; vgl. Nr. 613.

767.

Abt Alexander von Bredelar überlässt einen Platz in Marsberg. 1258.

Frater A(lexander) dictus abbas in Bredelare et conventus ibidem dilecte in Christo domine Mechilde[1]) monetarie in Monte Martis salutem et sincerum dilectorum affectum. Secundum formam peticionis[2]) vestre concedimus vobis locum in domo nostra in Monte Martis, quam diu vobis placuerit, ubi recondatur annona decime in Dorler annuatim. Et non solum in hoc sed et in omnibus, que ad vestram salutem et honorem spectant, videre paratos nos semper invenietis, quia benivole aput nos meruistis. Et ut hec peticio vestra rata in evum permaneat, presenti scripto sigillo nostro munito roboramus.[3]) Anno M°.C°C.LVII°I.

[1]) *So Abschr.* [2]) pocionis *Abschr.* [3]) *So inkorrekt die Abschr.*

Nach Abschr. XV. Jahrh. auf Papier im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. Auf der Rückseite steht: missiva abbatis de Bredelere ad monialem Aroldessen.

768.

Die Grafen Hermann u. Gottschalk v. Pyrmont verzichten auf eine Hufe in Allersheim. Höxter 1258.

Hermannus comes de Perremunt ex consensu fratris Godescalci renuntiat iuri in mansum ad Ellersen. Datum Huxariae. Testes: comes Ludewicus de Eberstein, Ludolfus de Dasle, Hermannus Nove Ecclesie scholasticus 1258.

So Harenberg, Hist. Gandersh. p. 1711. Graf Ludwig von Everstein verkauft diese von den Erben des Gerbodo erworbene Hufe mit Zustimmung seiner Frau Adelheid an Kl. Amelunxborn. Mitsiegler sein Bruder Otto u. Graf Ludolf v. Dassel. 1258. Daselbst p. 1699. Reg. Spilcker, Everstein Nr. 112.

769.

Vogt Ludwig v. Homberg verkauft seinen Wald an Kl. Hardehausen. Homberg 1258.

Lodewicus advocatus de Homberg et Conegundis uxor eius universis hoc scriptum audituris salutem in Domino. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos pari consensu silvam nostram in monte Hundesburch et circa montem eundem sitam, que Wolfhelmischere nuncupatur, abbati et conventui in Herswithehusen vendidimus integraliter pro sex marcis absolute et libere iure perpetuo possidendam, translata proprietate nostra et dominio ad eosdem. Verum pro minori precio, quam valeat, decrevimus illam predicto monasterio dare, quia cum temporali emolumento remuneracionem eternam ab omnipotente Domino volumus expectare. Igitur ut nostra vendicio prefatis abbati et conventui in Herswithehusen in perpetuum inconvulsa permaneat, ego Lodewicus hanc paginam super ea confectam feci conscribi et sigilli mei munimine roborari. Testes huius nostri facti sunt: Widekindus de Holceheim, Euerhardus, Conradus et Wideroldus fratres Holzsadele et alii plures. Acta sunt hec in Homberg anno Domini M°.C°C.L°VII°I.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 107. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Rückschrift saec. XIII. ex. de rubo in Engelgis.

770.

Heinrich v. Urf überträgt drei ihm aufgelassene Äcker bei Klein-Englis an Kl. Hardehausen. Iesberg 1258.

Heinricus de Urfa omnibus hoc scriptum audituris salutem in Domino. Notum sit tam presentibus quam futuris, quod, Conrado filio Tammonis cive Fritslariensi et Gertrude uxore eius tria iugera in campo et duas areas, in villa scilicet minori Engilgis sitas, quas de manu mea in feodo tenuerunt, ex consensu meo vendentibus, ego et Heinricus filius fratris mei proprietatem eorundem monasterio in Herswithehusen contulimus absolute et libere in perpetuum possidendam. Acta sunt hec extra portam

castri Iagesberg anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo octavo, presentibus fratre Iohanne cellerario de Herswithehusen, fratre Timmone converso ibidem et domino Ortwino milite de Linsingen et sigilli mei munimine roborata.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 109. Siegel vom Pergamentstreifen verloren.

771.

Graf Widukind von Schwalenberg verzichtet auf seine lehnsherrlichen Rechte an vom Kl. Falkenhagen angekaufte Güter und übergiebt sie demselben. (Ohne Jahr, um 1258.)

Widekindus Dei gratia comes de Sualenberch Christi fidelibus hoc scriptum videntibus salutem in salutis auctore, qui est Christus. Certiora sunt et minori possunt perturbari calumpnia, si vigorem trahunt a testimonio litterarum. Inde est, quod ad notitiam pervenire volumus fidelium tam futurorum quam presentium, quod ecclesia et conventus sanctimonialium in monte sancte Marie de ordine Cisterciense, Paderbornensis diocesis, bona sita in Zabbenhusen, que a nobis tenuerunt Geroldus dictus Dodenbroke et Koningundis uxor[1]) sua emendo ab ipsis pro viginti quatuor marcis comparavit, cum universis attinenciis, hominibus, agris, pratis, pascuis et silvis et hoc de voluntate heredum suorum et consensu. Preterea duos mansos a Wluerammo filio domini Halt de Espringe sitos in eadem villa Zabbenhusen eodem iure comparavit. Nos igitur proprietatem et quicquid iuris habuimus in iam dictis fbonis, nec non et Menzenhagen cum suis attinenciis, quem de consensu matris nostre et fratrum nostrorum pro anima patris nostri eidem ecclesie contulimus, renunciamus absolute. Huius rei testes sunt: sacerdotes: Conradus de Stenem, Willhelmus de Somersele, Lambertus de Sualenberch, Euerhardus de Colrebeke, Godescalcus de Valkenhagen, milites: Amelungus de Lippa, Theodericus[2]) de Ebelinghusen, Bertoldus de Elmeringhusen, Eckehardus de Barchoue, Iohannes de Aluerisen, cives de Sualenberch: Henricus de Wicbelethe, Henricus Lose, Rowicus de Dudenhusen et alii quam plures. Ne vero hoc actum aliqua possit involvere ambiguitatis fallatia, presentem paginam ad cautelam sigilli nostri munimine iussimus roborari.

[1]) *Or.* uxsor. [2]) Theoderricus *Or.*

Or. im Besitz des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 20. An Pergamentstreifen in weissem Wachs das grosse runde Siegel des Grafen Wittekind mit dem achtstrahligen Stern. Vgl. Lipp. Reg. I, 208 Nr. 301 (wo die Urk. um 1258, aber wahrscheinlich in das Jahr fallend bezeichnet ist).

772.

Ritter Widukind von Holzheim befiehlt seinem Richter das Kl. Hardehausen in den Besitz des angekauften Gutes zu setzen. (Ohne Jahr, um 1258.)

W(idekindus) miles de Holzheim Theoderico comiti suo in Holzheim salutem et omne bonum. Mando tibi et precipio, quatinus cum fratre Humboldo professo in Hegene, quem ego et fratres mei Conradus et Vnargus ad hoc transmittimus, cellerarium de Herswithehusen et fratres, qui secum sunt, ex parte conventus sui mittas in possessionem bonorum, que nos pari consensu eisdem vendidimus et denuncies publice omnibus, qui in villa sunt, prout ius exigit, quod nos venditis sex mansis recessimus penitus a nostra possessione et proprietate et illam transtulimus ad abbatem et conventum de Herswithehusen cum omnibus, que ad illos dinoscuntur veraciter pertinere.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 108. Siegel vom Pergamentstreifen verloren. Datirung nach Massgabe der Urk. von 1258 Juli 7, oben Nr. 748. Gedr. Wigand, Archiv I, 2 S. 69 mit Erläuterung.

773.

Johann u. Gottschalk v. Padberg verzichten zu Gunsten des Kl. Kappel auf alle Ansprüche an eine Hufe in Westernkotten (Cothen). *Unter den Zeugen Berthold v. Büren. 1258 (1259) Januar 16.*

Reg. Lipp. Regg. I, 305 Nr. 295. Hier ist Kölner Datirung angenommen, da wegen der meisten kölnisch-westfälischen, besonders Soester Zeugen die Ausstellung wahrscheinlich im kölnischen Westfalen geschah. Zu Cothen *vgl. Lipp. Regg. II S. 7.*

774.

Graf Gottschalk von Pyrmont verkauft dem Kl. Marienmünster zwei Häuser zu Eilbrexen (Born) und vier vogteifreie Hufen daselbst. 1259 Januar 21.

Quicquid[1]) sincera fide promittitur, dispositio roborare debet solemni titulo litterarum. Nos ergo Godescalcus Dei gratia comes in Perremont[2]) notum esse volumus omnibus in Christo credentibus, quod nos cum consensu uxoris nostre et heredum nostrorum, scilicet Godescalci, Hermanni et Hildeboldi, ecclesie in monasterio sancte Marie apud Swalenberg proprietatem duarum domorum, quas in Elbrachtessen[3]) possedimus, cum omni proventu tam in silvis quam pascuis vel piscationibus et quatuor mansis, predictis domibus pertinentibus, simul cum advocatia, que nostra fuit, libere hec omnia predicta possidenda vendidimus. Testes autem huius facti[4]) sunt: dominus Wilhelmus[5]) plebanus in Lugethe, dominus Iohannes prepositus in Valkenhagen[6]); de militibus: Henricus[7]) de Abbenhosen, Ernestus de Borchoue, Iohannes et Ernestus sui filii, quibus et ipsa pecunia pro parte data fuit, Bernhardus de Ottersen, Arnoldus de Ottersen, Bertoldus de Amerinchosen[8]), Iohannes de Valebroke, Arnoldus de Almeworde, Eckehardus[9]) de Barchoue[10]), Arnoldus Crane[11]), Bertramus de Bruwen, Iohannes de Ierikessen[12]), Iohannes de Huckenhosen[13]), Iohannes de Dale, Iordanus de Aldendorpe[14]), et quam plures. Ne autem in posterum[15]) nostri facti dubium oriatur, presentem paginam sigilli nostri appensione duximus esse roborandam. Acta sunt hec anno gratie M°.C°C. quinquagesimo nono, in die beati Agnetis virginis et martiris.

[1]) Quidquid *D.* [2]) Perremunt *C.* [3]) Eylbrachtssen *C.* [4]) hii *B u. C.* [5]) Wylhelmus *C.* [6]) Valckenhagen *D.* [7]) *fehlt C.* [8]) Amerynchusen *C*, Ameringhusen *D.* [9]) Eckhardus *C u. D.* [10]) Borchove *D.* [11]) Krane. [12]) Ierckesen *D.* [13]) Huckenhusen *C u. D.* [14]) Oldendorpe *C u. D.* [15]) imposterum *D.*

Nach Msc. I, 129 fol. 19 (B), I, 131 p. 42 (C) und VII, 4512 p. 36 (D) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Lipp. Regg. I, 208 Nr. 302, II S. 5. und Ztschr. XLVI, 2, 160; darnach hat Kopiar in Detmold statt Bertoldus de Amerinchosen: B. de Elmerinchusen.

775.

Dietrich Wolf von Gudensberg verkauft seinen Antheil am Zehnten zu Helsen an Kl. Arolsen. Bei Rhoden. 1259 (um Ianuar 25).

In nomine sancte et individue trinitatis. Omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris Theodericus Lupus de Gůdenburg salutem. Quoniam facta rerum temporalium a memoriis facile labuntur hominum, nisi incongrue litterarum conscriptoribus commendantur, innotescat igitur tam futuris quam presentibus, quod ego Theodericus Lupus de Gůdenburg cum assensu fratris mei Euerhardi Lupi et suorum heredum consentiente uxore mea[1]) cum omnibus meis iustis heredibus partem meam decime in Helsen cum omnibus attinentiis ecclesie Aroldensi, cui ipsa decima pro situ contigua est et commoda, vendidi mediantibus quibusdam viris discretis pro quadraginta marcis legalium denariorum, omni iuri nostro in iamdicta decima habito sollempniter renuntiando. Et ecclesia sepedicta absque omni impedimento gaudebit perpetuali et stabili fruitione decima supradicta. Ne igitur predicta ecclesia super emptionis huius legitimo contractu quoquomodo possit defraudari, in signum habitionis rati et warandie presentem paginam feci conscribi et sigillo proprio roboravi. Testes huius rei sunt: Wernerus nobilis de Gůdensberg, Conradus Grope de Gůdenburg, Hermannus de Schardenberg, Arnoldus Magnus de Gůdenburg, Theodericus de Medrike, Heinricus de Pessenkusen, Bodo de Horhusen, Theodericus de

Horehusen, Albertus de Luterssen, Albertus gogravius, Volpertus de Brunhardessen, Heinricus et Heinricus sacerdotes dicti de Helsingghen, Borchardus de Rodhen, Burchardus de Benvilthe, Alexander de Thwiste, Borchardus de Leghtenvils, Conradus de Sledhere, Heinricus Sartor, Theodericus Rufus, Conradus miles de Epehe, Heinricus de Metzenhusen, frater Bertoldus, frater[2]) Thymmo et alii quam plures. Acta sunt anno Domini M°.C°C.L°.VII°II., in colle quodam iuxta villam Rode.

[1]) *Unausgefüllte Lücke für den Namen.* [2]) *Or. hat* fratres.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs das Siegel des Ausstellers mit dem Maueranker. Unzweifelhaft hängt obiger Akt mit der Resignation in Nr. 777 zusammen, darum obige Datirung. Vgl. Nr. 693 und 727.

776.

Dietrich und Everhard Wolf von Gudensberg bekunden den Verkauf ihres Zehnten in Helsen an Kl. Arolsen Bei Rhoden. 1259 (um Januar 25).

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Theodericus Lupus et Everhardus Lupus fratres dicti de Gv̊denburg omnibus hoc scriptum visuris salutem. Quoniam super factis modernorum oblivione superveniente a posteris calumpnia posset exoriri, necessarium videtur et utile, ut ea scriptis, quorum recens est memoria, fideliter commendentur. Unde noverint universi, quod nos cum assensu uxorum nostrarum simul et puerorum omniumque nostrorum iustorum heredum decimam nostram in Helsen cum omnibus attinenciis vendidimus ecclesie Aroldensi pro septuaginta quatuor marcis legalium denariorum. Et quia proprietatis ipsius decime ad ecclesiam spectat Corbeiensem, cum ecclesia Aroldensis ipsam proprietatem eiusdem decime consequi poterit, omni iuri nostro in eadem decima habito sollempniter renunciando in manus domini Corbeiensis, a quo iam dictam decimam pheodali iure tenemus, resignabimus absolute et ecclesia Aroldensis absque omni impedimento gaudebit perpetuali et stabili fruitione decima supradicta. Ceterum vero pro utilitate et ad cautelam sepedicte ecclesie a nobis iam dictam decimam Borchardus de Rodhen, Alexander de Thwiste, Borchardus de Benvilthe, Heinricus de Metzenhusen medio tempore in pheodo receperunt et ecclesie memorate pro ducentis marcis legalium denariorum in pignore obligaverunt. Igitur ut hoc factum ratum sit et in posterum a nostris forte successoribus non irritetur, presentem paginam nostri facti confirmativam conscribi fecimus et sigillorum nostrorum impressione roboravimus. Huius rei testes sunt: Wernerus nobilis de Gv̊densberg, Conradus Grope, Hermannus de Schardenburg, Arnoldus Magnus de Gv̊denbnrg, Theodericus de Mederike, Heinricus de Pessenkusen, Bodo de Harehusen, Theodericus de Harehusen, Albertus gogravius, Albertus de Luterssen, Volpertus de Brunhardessen, Conradus de Epehe, Heinricus et Heinricus sacerdotes dicti de Elsingen et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°VII°II., in colle quodam iuxta villam Rode.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. Die an Pergamentstreifen angehängten Siegel sind abgefallen und liegen bei. Urk. von demselben Schreiber wie vorherg. Nr. Vgl. Nr. 693, 727 und 777.

777.

Dietrich und Everhard Wolf resigniren dem Abt von Corvey ihren Zehntenantheil in Helsen zu Gunsten des Kl. Arolsen. 1259 Januar 25.

Venerabili domino . . Corbeiensi abbati Theodericus Lupus, Everhardus Lupus et uxores simul cum pueris paratum sue possibilitatis obsequium. Cum nos partem nostram decime in Helsen, quam de manu vestra iure pheodali tenemus, cum omnibus attinentiis vendiderimus ecclesie Aroldensi, et quia propter diversa vie pericula rerum nostrarum et corporum dispendia timentes ad presentiam vestri venire personaliter ausi non simus, omni iuri nostro in iam dicta decima habito solempniter renuntiando in manus vestras litteris nostris patentibus libere resignamus et absolute supplicantes pro iam dicta ecclesia Aroldensi, ut proprietatem supradicte decime, que ecclesie vestre pertinet, consequi valeat, benigne cum

effectu promoveatis. Igitur ut hec resignatio firma sit et robore stabilitatis munita, ne vel etiam successorum nostrorum subtilitas immutet, presentem paginam nostri facti confirmativam sigillorum nostrorum impressione fecimus insigniri. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°VII°II., V°III. Kalendas Februarii.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen die dreieckigen Siegel der beiden Aussteller, jedes mit dem Maueranker. Vgl. die beiden vorherg. Nrr. und 693 u. 727.

778.

Propst Johannes von Werbe bekundet Ankauf eines Zehntenantheils. Fritzlar 1259 Januar 28.

Ne gestarum rerum memoria successu longevi temporis evanescat, poni solet in ore testium et scripture memoria perennari. Noverint igitur universi hanc paginam inspecturi, quod ego Iohannes prepositus in Werbe de consensu communi eiusdem cenobii comparavi octavam partem decime in Giffelce apud Conradum de Giffelce civem opidi Frit(slariensis) pro sex marcis arg(enti)... is denariorum gravium sub tali forma, quod idem venditor prefatum spacium, prefatam decimam ab impe . . . . vel alterius veri prepositi ecclesie Fritslariensis debeat libertare; quod si non fecerit, duo mansi in Giffe(lce) . . . comparavit a rustico dicto Scele, cedent prefato cenobio ad restaurum, quod super addita . . . rit, sicut decreverit, viri utriusque partibus equaliter faventes, quod idem venditor est mult . . . bitatus cum suis pueris et uxore. Et ne talis venditionis ordinatio successu longi temporis calumpniam paciat(ur) . . . sigillo civitatis Fritslariensis et preterea sigillo domini Henrici de Biscopeshusen fecimus roborari. Huius vero emptionis testes sunt: Hartmannus de Urfe canonicus Frit(slariensis) et Hildegerus vicarius et Iohannes de Hildewarhusen, Rotmarus, Gerlacus Minimus(?), Albertus Monetarii et quam plures alii. Acta autem sunt hec anno Domini M°.C°C°.LIX. in Fristlaria et in octava beati Agnetis.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen, durch Mäusefrass theilweise zerstört. An Pergamentstreifen: 1) das nur zur Hälfte erhaltene Siegel der Stadt Fritzlar, sitzender Bischof mit Stab; 2) guterhaltenes dreieckiges Siegel Heinrichs von Bischofshausen, nach rechts aufgerichteter gekrönter Löwe.

779.

Elekt Balduin von Osnabrück überlässt die Nutzniessung der dem Kl. Hardehausen geschenkten Hufen in Holzheim Heinrich, dem Sohne seiner Schwester und dessen Vater, Ritter Johann von Paderborn. Osnabrück 1258 (1259) Februar 19.

Baldewinus Dei gratia electus ecclesie Osnaburgensis et capitulum ibidem universis hoc scriptum audituris salutem in Domino. Notum facimus universis, quod nos electus usufructum bonorum in Holzheym, videlicet sex mansos, quos comparavimus monasterio in Hersethehusen ad proprietatem perpetuam pro remedio anime nostre, assignavimus Hinrico filio sororis nostre, canonico maioris ecclesie nostre, et Iohanni militi, patri suo dicto de Paderburne, temporibus vite ipsorum, et hoc de bona voluntate et consensu abbatis et conventus monasterii supradicti, hoc adiecto, quod, si per incendia vel rapinas vel alios contrarios eventus ipsa bona vastata fuerint, non cedet in dampnum monasterii nec predicti Hinricus et pater suus restaurum talis dampni a monasterio poterunt extorquere. Item post obitum predictorum dicta bona ad prefatum monasterium absolute et libere revertentur. Item adiectum est, quod, si dicti Hinricus et pater suus ante festum Michahelis decesserint, fructus illius anni monasterio remanebunt. Si vero post dictum festum obierint, quicquid de fructibus illius anni ordinaverint, ratum erit. In cuius rei testimonium et fidem presens scriptum nostro et capituli nostri sigillis fecimus communiri. Datum et actum Osenbrugge, anno Domini M°.C°C.L°VII°I., X°I. Kalendas Marcii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 110. Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Bischof Bruno von Osnabrück starb 1258 December 20; Balduins Wahl fand also vor 1259 Februar 19 statt, während Potthast, Suppl; Grote, Stammtafeln; Gams, Series Episcop. als genauesten Termin nur „vor Juni 23“ kennen.

780.

Ritter Conrad v. Elben bekundet einen Verzicht zu Gunsten des Kl. Werbe. Niedenstein 1259 März 2.

Ego Conradus miles de Elvene presenti littera manifestum perhibeo testimonium, quod Wernherus et Gotfridus fratres dicti de Waldekke, filii quondam Arnoldi Vinitoris, coram me ab omni iure, quod in decima in Barstorp se habere dicebant, absolute renunciaverunt pro quadam summa pecunie videlicet VIIII solidorum gravium denariorum, quam ab ecclesia sancte Marie in Werbe receperunt. Huius rei testes sunt: Theodericus plebanus in Wichthorp, Reinboldus sacerdos frater actorum, Wigandus miles de Kirchberech, Conradus miles de Heimerekeshusen, Heinricus de Herebergen, Temmo de Tusgenen, Conradus de Wictorh [1]), Teodericus [1]) et Lothewicus Brotrumpe, Engelhardus et Theodericus de Waldekke et alii quam plures. Ne super hoc facto aliqua dubitacio valeat in posterum suboriri, presens scriptum ad instanciam utriusque sigillo meo confirmavi. Acta sunt hec in opido Nithensten, anno Domini M°.C°C.L°VII°II., dominica Invocavit.

[1]) *So Or.*

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

781.

Die Brüder Johann und Gottschalk von Padberg bekunden ihren Verzicht auf Güter in beiden Esbike. *1259 März 4.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Universis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis Iohannes et Godescalcus fratres et coheredes domini castri in Pathberg de visis et auditis veritati testimonium perhibere. Quia coram Deo est acceptabile et coram hominibus laudabile, ut ea, que cum viris religiosis tractamus, sincero corde et plena fide effectui mancipare studeamus, ut potius eorum precibus adiecti gratiam Dei proinde consequamur, quam ex eorum querela vel murmure contra nos divina ultione puniamur. Ad noticiam igitur tam presentium quam futurorum pervenire cupimus, quod quedam bona habuimus sita in altera villa Esbike ecclesia carens [1]) et domum et aream in altera villa Esbike ecclesiam habens [1]) hereditaria successione ad nos legitime devoluta et a nobis quiete possessa. De quibus concordi voluntate et consensu et amicorum nostrorum consilio dominum Alexandrum de Bredelar abbatem et suum conventum, ordinis Cysterciensis, convenimus, ut, si eadem bona et domum et aream emere vellent, assensum preberemus. Cumque multum reniterentur et inviti nimis consentirent inopiam pretendentes et ne bona nostra appetere viderentur, tandem ad instantiam nostri mediantibus probis viris et fide dignis predicta bona et domum et aream prefatum ita integre, sicut nos possedimus, cum omnibus pertinentiis suis, agris videlicet cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, pro quadraginta marcis et octo legalium denariorum titulo emptionis a nobis legitime compararunt iure proprietario perhenniter habenda. Tunc nos in presentia abbatis monasterii iam dicti et totius conventus eadem bona et domum et aream cum omnibus pertinentiis suis ibidem super principale altare beate Marie virginis gloriose sollempniter obtulimus omni iuri nostro in eisdem bonis et domo et area habito tam ego Iohannes senior natu et domina Meicthildis uxor mea et Hermannus filius meus quam Godescalcus frater meus, legitima adhuc uxore carens et liberis, publice renuntiantes et eadem bona et domum et aream claustro dicto benivole assignantes libere et quiete veri dominii iure possidenda. Post hoc abbas sumpta stola et baculo omnes invasores eorundem bonorum vinculo excommunicationis innodavit. Deinde ad Montem Martis venimus et ibidem similiter sepedicta bona et domum et aream prefato claustro coram consulibus et aliis honestis viris contulimus omni iuri nostro cedentes iterato et hanc cessionem sententia seculari, sicut moris est, et sigillo consulum et testimonio rogavimus confirmari, hoc adiecto, ut, si nobis vel heredibus nostris postmodum in eisdem bonis complaceret, pro predicta summa reemere possemus. Postremo ipsum abbatem et fratres claustri memorati in possessionem eorundem bonorum affectuose introduximus warandiam ipsis ubique locorum prestare cupientes. Hiis ita rite peractis predicta bona a Bernardo de Walberninchusen, apud quem pro XII marcis fuerant obligata,

redimentes de summa predicta residuum nobis integraliter persolverunt. Ad evidentiam vero huius rei uberiorem et firmitudinem, ne quis heredum nostrorum vel aliquis hominum contractum huius emptionis timore Dei postposito immutare attemptet, presentem paginam tum sigillo nostro, quo ambo contenti sumus, quam sigillo consulum Montis Martis fecimus roborari. Acta sunt hec anno gratie M°.C°C.L° nono, indictione II., quarto Nonas Martii. Huius rei testes sunt: Hermannus miles de Ytere, Iohannes et Conradus fratres de Brocbike, Olricus de Westhem, Constantinus, Albertus dapifer noster; in Monte Martis: Adam miles de Aspe, Conradus de Yburg, magister consulum, Bertoldus iudex, Ludolfus de Capella et Heinricus filius suus, Heinricus de Odenhusen, Wigandus et Wideroldus fratres, Hermannus de Vlesenger, Godefridus de Eleren, Bertoldus et Helmwicus fratres et consules ibidem omnes; in villa Esbike: Hermannus ibidem plebanus, Gerlacus Dikeberus et frater suus Elgerus, Lodewicus de Leten et villani omnes.

[1]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 65. An grünweissrothen Leinenfäden Siegel 1) des J. v. P., 2) der Stadt Marsberg. Da hier wie in Urk. von 1258 December 5 (oben Nr. 763) und von 1259 April 27 und Juni 19 (vgl. unten) Conradus de Yburg *als* magister consulum *erscheint, ist wohl nicht an Kölner Datirung zu denken, trotzdem die Urk. von derselben Hand stammt, wie die bei Nr. 599 erwähnten.*

782

Schultheiss und Rathmänner in Geismar bekunden einen Vergleich zwischen Kl. Hardehausen und Adelheid, Wittwe des Geismarer Bürgers Regenhard Gutman. Geismar 1259 März 7.

Hermannus sculthetus et consules in Geismaria universis hoc scriptum audituris salutem in Domino. Notum sit omnibus, quod ordinatio quedam habita fuerat inter abbatem et conventum de Hersuithehusen ex parte una et Regenhardum cognomento Gutman concivem nostrum et Alheydim uxorem eius ex altera super bonis suis, que post obitum dicti R(egenhardi) ab A(lheyde) relicta eiusdem violata est. Unde ex litteris sibi super hac ordinatione datis didicimus dictum abbatem et suum conventum contra iusticiam dampnis gravibus pregravatos. Pro cuius dampni restitutione, cum prefatam A(lheydim) citassent, amicabilis compositio intervenit in hunc modum: Ipsa cunctis, que ex parte monasterii de Hersuithehusen possederat, simpliciter ex toto renuntians coram nobis omnia etiam abbatis et sui conventus esse publice recognoscens domum, agros et cetera tam mobilia quam immobilia nichil prorsus excipiens eisdem absolute et libere resignavit. Cellerarius autem et nuntii abbatis spoponderunt se paraturos eidem competentem mansionem apud curtem suam in Gesmaria, in qua a festo beati Mychahelis et deinceps habitaret, in qua domo ligna ad ignem ei procurabunt. Item ex tunc usque ad mortem suam dabuntur ei singulis annis ex parte prefati conventus sex mudde siliginis, quatuor mudde ordei, duo mudde avene et unum quartale pise, duo calcei hyemales et duo calcei estivales, tercio anno agnine pelles, unum moltrum caseorum. Verum predicta A(lheydis) nunquam dabit quicquam alicui ex hiis, que habet vel post habitura est, sine licentia abbatis vel sui cellerarii, quia tam ipsa quam ea, que habet, sunt monasterii supradicti. Quod si in contrarium egerit, quinque marcas abbati et quinque civibus pro pena dabit nec aliquid remittetur. Eidem pene abbas et suus conventus, si Alheydi ea, que scripta sunt, non persolverint, subiacebunt. Testes huius compositionis sunt clerici: Theodericus viceprepositus, Theodericus plebanus maioris ecclesie, Conradus de Gandera canonicus, Conradus Griseus presbiter, Bertholdus dyaconus; milites: Stephanus de Haldessen, Ernestus Crigel; consules: Bertholdus de Coribeke, Heinricus de Nyennouere, Iohannes de Calden, Iohannes fabri filius, Iohannes de Huxaria, Lodewicus Ortonis filius, Hermannus de Nothuelde, Apollonius et alii quam plures. Igitur ut hec rata et inconvulsa permaneant, sigilli nostri munimine duximus confirmanda. Acta sunt hec in Gesmaria, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, Nonas Marcii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 126. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Ueber einen andern Vergleich derselben Adelheid vgl. Nr. 722.

783.

Werner von Bischofshausen und seine Söhne erwirkten, dass das Kl. Breitenau dem Kl. Hardehausen zwei Hufen in Zwesten überlässt. 1259 (um März 12).

Wernherus de Biscopeshusen et filii eius Heinricus, Wernherus, Hermannus et Bruno clericus universis hoc scriptum audituris salutem in Domino. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos cum consensu uxorum nostrarum et heredum duos mansos in Lon, quos Ernestus miles nobis assignaverat, reddidimus eidem cum suis pertinentiis pro gravium denariorum viginti sex marcis, ut eos absolute et libere vendere potuisset. Item accepimus ab eodem sex marcas denariorum, quod alios duos mansos in Lon, quos a nobis in pheudo tenuerat et iam nobis rite resignavit, nos consequenter eosdem domino abbati de Breidenowe resignavimus et datis illi pro restauro duobus mansis in Tuisten obtinuimus, quod cum conventu suo proprietatem super predictis duobus mansis in Lon contulit monasterio in Hersuithehusen perpetuo possidendam. Igitur ut hec, que a nobis gesta sunt, rata et inconvulsa permaneant, presentem paginam super hiis confectam sigillorum nostrorum appensione duximus roborandam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 123. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Vgl. die folgenden Nrr.

784.

Der Abt von Breitenau bekundet Ueberlassung zweier Hufen in Lohne an Kl. Hardehausen. 1259 März 12.

. . . (Dei) gratia abbas in Breydenowe omnibus hoc scriptum audituris salutem eternam. Notum (sit presentibus et) futuris, quod Ernestus miles dictus de Lon duos mansos in eadem villa, quos . . . Wernheri militis de Bysscopeshusen et filiorum eius resignavit eisdem, ut ipsi . . . . . ipsorum proprietatem monasterio in Hersuithehusen obtinerent. Nos igitur ad instantiam . . . . . requisito et habito consensu conventus nostri, primum receptis ab eisdem in restauro . . . . . Tuesten proprietatem prenominatorum mansorum in Lon, quos ipsi iam nobis legitime resignaverunt . . . . (abbati) et conventui supradicti monasterii iure perpetuo possidendam. Igitur ut hec nostra donatio a nullo possit infringi, presentem paginam conscribi et sigilli nostri et sigilli conventus nostri fecimus munimine (robora)ri. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, in die sancti Gregorii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 127; an beiden Seiten sind Streifen abgerissen. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Vgl. die vorherg. Nr. und die folgende.

785.

Kapitel und Schöffen in Fritzlar bekunden Güterverkauf an Kl. Hardehausen. 1259 März 14.

Nos capitulum ecclesie Frithslariensis et nos scabini oppidi eiusdem universis hoc scriptum audituris salutem in Domino. Quod a fidelibus secundum veritatem agitur, ne lapsu temporis in oblivionem veniat, scripto et testibus precavetur. Notum itaque sit tam presentibus quam futuris, quod Ernestus miles dictus de Lon cum consensu Gertrudis uxoris sue et Iutte filie sue vendidit abbati et conventui monasterii in Hersuithehusen, Cysterciensis ordinis, Paderburnensis dyocesis, integraliter omnia bona sua in Lon, videlicet novem mansos circa eandem villam sitos, curtem suam in eadem villa, domos, areas, ortos, horrea, rubos, novalia, silvas, aquas, prata, pascua, pomeria cum universis iuribus et pertinentiis suis, nichil prorsus excipiens, pro centum et viginti septem marcis gravium denariorum absolute et libere iure perpetuo possidenda, translata proprietate sua et dominio ad eosdem. Verum quia de predictis novem mansis prefatus Ernestus unum Gerlaco Munin et Arnoldo Iudei filio concivibus nostris obligaverat et duos domino Wernhero de Byscopeshusen et filiis eius assignaverat, istos tres pecunia redemit ab eisdem, ut liberos emptoribus presentaret. Item quia sex in pheudo tenuerat, illos tali premissa conditione, ut monasterio in Herswithehusen conferrent proprietatem, suis dominis resignavit,

domino abbati de Breydenowe, mediantibus predicto W(ernhero) de Byscopeshusen et filiis eius duos mansos, domino Heinrico et domino Everhardo fratribus de Utershusen duos, domino Conrado de Hebelde duos, quorum proprietatem dominus abbas predictus cum suo conventu et milites prenominati cum suis uxoribus et heredibus prefato monasterio Hersuithehusensi, prout constitutum fuerat, absolute et libere contulerunt et cum supradicto Ernesto warandiam debitam prestant emptoribus contra quoslibet, qui eos super premissis bonis attemptaverint, impulsare. Porro ut ea, que gesta sunt, monasterio in Hersuithehusen rata in perpetuum et inconvulsa permaneant, nuntii abbatis et conventus simul cum Ernesto milite de Lon petiverunt presentem paginam super hoc contractu confectam appensione sigillorum ecclesie Frithslariensis et civium ad perhennem memoriam confirmari. Testes huius rei sunt canonici: Heinricus cantor, Wideroldus de Wlfershusen, magister Otto, Hartmannus de Urfa, Gumpertus de Ritthe, Conradus Maz, Iacobus, Heimmeradus; milites: Conradus de Hebelde, Heinricus de Bischopeshusen, Sybodo de Ithere, Bertholdus Mesenbuch, Cuno de Holzheim, Gerlacus de Griphede, Wideroldus Liber, Conradus de Utershusen; cives: Trochmarus, Herbordus comes, Conradus Munin, Conradus domine Gude, Iohannes, Heinricus domine Ade, Gumpertus Store et alii plures. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, pridie Ydus Martii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 128. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Vgl. hierzu die Nrr. 783, 784 und 786.

786.

Schöffen in Homberg bekunden Güterüberlassung an Kl. Hardehausen seitens Everhards von Uttershausen. 1259 März 15.

Nos scabini oppidi in Homberg universis hoc scriptum audituris salutem in Domino. Notum est omnibus, quod dominus Everhardus de Utershusen et filii eius Heinricus et Meinricus, uxor Heinrici Sophya et filii eius Meinricus et Heinricus pro triginta solidis gravium denariorum, quos dedit illis Ernestus de Lon, pari consensu contulerunt monasterio in Hersuithehusen proprietatem super duobus mansis, quos predictus R.[1]) miles in pheudo tenuerat ab ipsis et iam legitime resignavit, renuntiantes penitus dominio et iuri suo. Igitur ut hec, que ab illis gesta sunt, prefato monasterio rata et inconvulsa[2]) permaneant, petiverunt presentem paginam sigilli nostri munimine confirmari. Huius rei testes sunt: Tythmarus plebanus de Homberg, Lodewicus advocatus, Everhardus et Conradus Holzsadel, Volpertus de Rimegudesuelde, Unargus de Holzheim, milites; Everhardus quondam sculthetus[3]) et Wigandus filius eius, Renwicus de Burken, cives et alii plures. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, Ydus Marcii.

[1]) *So das Or. irrig für* E(rnestus). [2]) incomvulsa *Or.* [3]) sculhetus *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 129. Siegel und Befestigung verloren.

787.

Conrad von Gudensberg verpfändet dem Kl. Volkhardinghausen die Hälfte des Zehntens daselbst. Wolfhagen 1259 März 21.

Nos Conradus de Gůdenburgh omnibus tam presentibus quam futuris volumus esse notum, quod consentientibus uxore et filiis nostris Wilhelmo, Conrado et Bertholdo medietatem decime in Volchardinghusen et medietatem decime in Wicenrot obligavimus pro XXXI marcis ecclesie in Volchardinghusen. Huius obligationis testes sunt: Io(hannes) et E(ckehardus) fratres de Helfenberg, A(lexander) et V(olradus) fratres de Escheberg, Io(hannes) et Wer(nerus) fratres de Wedelberg, Warmundus, L(odowicus) et V. fratres de Tueruen, Her(mannus) de Blommenstein, Conradus de Buene, Albertus de Langele, Conradus gener noster. Ut autem hec obligatio firma permaneat et a posteris nostris rata servetur et inconvulsa, presentem litteram sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum in Wlfhaien, anno Domini M°.C°C.LVII°II., in die sancti Benedicti.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen dreieckiges Siegel, acht schachbrettartige Reihen mit einem vom rechten Obereck nach links unten laufenden Schrägbalken belegt. Umschrift: Sigillum Conradi de Godenburc.

788.

Hermann von Padberg verzichtet auf die Vogtei in Hasselborn. 1259 März.

Notum sit omnibus tam futuris quam presentibus huius littere inspectoribus, quod ego Hermannus dictus de Pathberg omni actioni sive iuri, quod michi competere videbatur in advocatia curtis in Hasleburne, penitus renuntiavi, ita quod nec ego nec aliqui de meis heredibus super predicta advocatia de cetero movebimus questionem. Ne quis autem in posterum huiusmodi factum presumat retractare, presens scriptum sigillis, videlicet domini abbatis de Bredelare[1], Iohannis de Pathberg mei consanguinei, opidanorum[2]) de Monte Martis ac mei premunire decrevi, et hec facta sunt presentibus viris idoneis videlicet duobus fratribus de Brocbeke[3]), Boemundo de Eruete, Alberto dapifero meo, Theoderico de Brilo et aliis quam plurimis fide dignis. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°IX., mense Martio.

[1]) Bredele *mit Abkürzungszeichen.* [2]) opidorum *Or.* [3]) Brocheke *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Dalheim Nr. 30. Von den vier an Pergamentstreifen angehängt gewesenen Siegeln nur an erster Stelle Fragment dreieckigen Siegels wie Abbild. Seibertz UB. II. Taf. 5 Nr. 11 und an vierter Stelle wie Abbild. ebenda Nr. 10, die beiden andern abgefallen. Ueber die Lage von Hasleburne *vgl. Ztschr. XXXVIII, 2, 134. Ob Kölner Datirung?*

789.

Graf Hermann von Pyrmont verkauft an Abt Heinrich und Kl. Marienmünster zwei Häuser in Eilbrexen (Born). Pyrmont 1259 April 15.

Nos Hermannus Dei gratia comes in[1]) Perremont[2]) presentibus litteris patentibus protestamur, quod nos, cum nostre uxoris ac[3]) aliorum heredum nostrorum consensu, duas domos proprias, quas in Elbractessen[4]) possedimus, cum omni usu inde proventuro iu agris, in silvis, in piscationibus et quicquid nominari potest, domino Henrico[5]) venerabili in Monasterio abbati et sue ecclesie perpetuo vendidimus possidendas[6]). Testes: Henricus[7]) Rufus, Meynricus de Humuelde, Hermannus de Betem, Ameluncus[8]) Kanne, castellani nostri: Bernhardus de Ottersen, Bertoldus de Elmerinchosen[9]), Iohannes de Valebroke, Arnoldus de Almeneworde, Ernestus de Barchoue[10]), Arnoldus Crane[11]), Bertramus[12]) de Bruwen, Iohannes de Ierikessen[13]) et alii quam plures. Decrevimus autem pro plena cautione predicte ecclesie. tradere istam litteram, sigilli nostri munimine roboratam, ut predicta venditio facta[14]) tam solemniter a nostris posteris nullatenus valeat retractari. Datum in Perremont, in crastino Tiburtii et Valeriani, anno Domini M°.C°C.L nono.

[1]) de. *D.* [2]) Pirremont *D.* [3]) et *D.* [4]) Eilbrachtessen *D.* [5]) Hinrico *C.* [6]) possidenda *B.* [7]) Hinricus *C.* [8]) Amelungus *D.* [9]) Elmerynchosen *C*, husen *D.* [10]) Borchove *D.* [11]) Krane *D.* [12]) Bertamus *B.* [13]) Ierckessen *D.* [14]) tam sol. facta *D.*

Nach Msc. I, 129 fol. 18 (B), I, 131 p. 40 (C) und VII, 4512 p. 38 (D) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Lipp. Regg. I, 209 Nr. 304; Ztschr. XLVI, 2, 161 mit Bemerkung, dass ein Detmolder Kopiar Bernhardus de Terssen (Cerssen) *statt Ottersen und Kopialbuch von Grevenburg statt* Meinricus Henricus de Humvelde *hat. Vgl. folg. Nr.*

790.

Die Brüder Gottschalk und Hermann Grafen von Pyrmont schenken an Heinrich, Abt des Kl. Marienmünster, vier Häuser zu Eilbrexen (Born). Lügde 1259 April 15.

Nos Godescalcus ac Hermannus fratres comites in Perremont omnibus in Domino sperantibus presens scriptum inspecturis significamus, quod nos uno ore collectaque manu nec non cum consensu

nostrarum uxorum ac reliquorum omnium heredum nostrorum venerabili domino Henrico[1]) abbati in monasterio apud Sualenberg[2]) et universis eiusdem ecclesie dominis proprietatem quatuor domorum, quas in Elbractessen[3]) possedimus cum omni, quod ex illis provenit in silvis, in pascuis, aquis, piscationibus, in novalibus, seu quicquid[4]) utilitatis potest nominari, preterea advocatiam, que et nostra fuit, eidem ecclesie[5]) perpetuo possidenda hec predicta vendidimus. Testes sunt: Wilhelmus[6]) plebanus in Lugethe, Henricus Rufus, Meynricus de Humuelde, Hermannus de Betem, Ameluncus Kanne; castellani in Perremont[7]): Henricus de Abbenhosen, Hernestus[8]) de Barchoue, Iohannes de Valebroke, Arnoldus de Almeneuuorde, Eckehardus de Barchoue, Arnoldus Krane, Bertramus de Bruwen, Iohannes de Gerikessen[9]), Iohannes de Buckenhosen[10]), Iordanus de Aldenthorpe et ceteri quam plures. Ut autem a nostris posteris hec venditio retractari post hac non possit, presentem litteram sigillorum nostrorum annexione roboramus. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C. quinquasesimo nono, in crastino Tiburtii et Valeriani, in Lugethe.

[1]) Hinrico *C.* [2]) Swalenberg *C u. D.* [3]) Eylbrachtessen *C*, Elbrachtessen *D.* [4]) quidquid *D.* [5]) ecclesie eidem *D.* [6]) Wylhelmus *C.* [7]) Perremunt *C.* [8]) Ernestus *D.* [9]) Gerickessen *b.* [10]) Bockenhosen *C*, *korrigirt* Beckenhosen *B.*

Aus Msc. I, 129 fol. 42v (B), I, 131 p. 44 (C) und VII, 4512 p. 39 (D) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Lipp. Regg. I, 209 Nr. 303; Ztschr. XLVI, 2, 161 mit Bemerkung, dass vielleicht Huckenhosen *statt* Buckenhosen *zu lesen. Vgl. vorherg. Nr.*

791.

Graf Otto von Everstein entscheidet einen Güterstreit zwischen Kl. Hardehausen und Bürgern in Volkmarsen. 1259 April 20.

Otto Dei gratia comes de Euersten omnibus hoc scriptum audituris salutem et pacem. De causis legitimis et diligenti examine discussis testimonium perhibentes notum facimus universis, quod abbas et conventus monasterii in Herswithehusen bona in Vorstin integre sine aliqua exceptione, hoc est, cum proprietate et omnibus pertinentiis suis a domino Adolfo comite in Waltheke comparaverunt. Postmodum vero Godescalcus et Conradus de Culthe, cives in Volchmersen, qui eadem bona colebant, nitebantur sibi aliquid iuris usurpare in ipsis bonis, tamquam in feodo eis locata forent; sicque monasterium in Herswithehusen in possessione sua aliquantulum perturbabant. Super quo sepius conventi et commoniti ex parte predicti monasterii, cum surda aure omnem ammonitionem pertransirent, tandem ab abbate eiusdem citati sunt in Paderburnen, ut ibi coram ecclesiastico iuditio suam iusticiam demonstrarent. Medio itaque tempore placuit utrisque partibus, ut causa hec coram prudentibus viris amicabiliter terminaretur. Quod et factum est hoc modo: Abbas et conventus memorati monasterii direxerunt ad nos Gumpertum et Iohannem de Sylo monachos suos, fratrem Conradum magistrum in Scerue et fratrem Bertrammum stabularium, quibus ex adverso occurrerunt supradicti G(odescalcus) et C(onradus) cum amicis suis, habitoque consilio unanimi consensu renuntiaverunt coram nobis integre omni iuri, quod in bonis in Vorstin eis competere videbatur et monasterium in Herswithehusen statuit eis dare novem marcas denariorum, ut inter eos omnis controversia sopiretur. Hoc facto per sententiam adiudicata sunt bona in Vorstin monasterio in Herswithehusen in possessionem liberam et perfectam. Ne quis ergo in posterum monasterium in Herswithehusen in predictis bonis molestare presumat, summam et processum totius rei huic pagine inscribi et nostro sigillo fecimus perpetuo communiri. Testes huius rei sunt: Gozwinus de Weithin, Theodericus de Mederike, Theodericus de Horhusen, Albertus de Luthersen, Albertus gogravius, Henricus de Pessinchusen, Luderus de Ahusen, milites; Conradus de Weithen et Gerhardus gener eius et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°IX., XII. Kalendas Maii.[1])

[1]) Maiy *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 130. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Gedr. Spilcker, Everstein, UB. Nr. 114.

792.

Ritter Iohann nebst Sohn und Bruder verkaufen die Hälfte einer Villa dem Kl. Volkhardinghausen. 1259 April 23.

Universis presentem paginam inspecturis Io(hannes) miles cum filio suo Conrado et Ar(noldus) frater suus cum heredibus suis in Domino salutem. Ne gestarum rerum memoria processu temporis evanescat, discretorum industria sic providetur, ut scripturis et nominibus testium perhennetur. Hinc est, quod nos ad memoriam tam presentis evi quam futuris Christifidelium cupimus devenire, quod medietatem ville in Wizenroth pro XIIII marcis ecclesie vendidimus in Volchardinchusen omni exactioni voluntarie renunciando. Ne autem a posteris nostris ecclesia in tali facto possit impediri, presentem litteram sigilli nostri munimine decrevimus roborari. Huius rei testes sunt: Conradus et Giso fratres de Godenberg, Wernherus miles de Godenberg, Everhardus Lupus, Iohannes et Rodolfus fratres de Helfenberg, Godefridus canonicus de Megedeburg, Conradus de Holthosen, Willehelmus et Conradus fratres de Gode(n)burg, Iohannes filius domini Gisonis. Acta sunt hec anno incarnationis Domini M°.C°C.L°VIIII°., in festo sancti Georgii.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen das sehr verletzte dreieckige Siegel: die von einander abgekehrten Adlerrümpfe in der oberen, und die durch Gitter verbundenen Balken in der untern Hälfte.

793.

Abt Alexander von Bredelar bekundet, dass Ritter Adam von Aspe mit Zustimmung seines Schwiegersohnes Arnoldus de Roderichessen *und seiner Tochter Sophia gewisse Güter* (octo moldra solventia) *in* Thuissene *dem Kl. Bredelar geschenkt habe; die Hälfte des Einkommens soll verwerthet werden* ad libros scribendos et emendandos. *Zeugen:* Conradus de Yburg, magister consulum Montis Martis, Bertoldus iudex, Heinricus de Capella, Hermannus superius theatro, Werno de Westhem, Heinricus Morel, Sigenandus et consules omnes ibidem. In Wlueshagen consules: Bertoldus magister consulum, Walthereus de Hasungen, Iordanus de Gran, Arnoldus de Doringeberg, Heinricus Rufus villicus, Lodewicus de Frislaria, Ribertus, Theodericus Gumberti, Iohannes Roberti, Heinricus molendinarius, Ernestus de Hasungen et Iohannes. Anno gratie M°.C°C.L°. nono, V°. Kalendas Maii. *1259 April 27.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Propstei Marsberg Nr. 7. An Pergamentstreifen erhalten sind nur 1) ein grösseres Bruchstück vom Marsberger Stadtsiegel, 2) ein kleineres der Rathmänner von Wolfhagen, auf dem zwei springende Wölfe noch erkennbar. Thuissine *lag im Diemelthale zwischen Marsberg und Westheim; die Feldmark dieser Ansiedlung gehört jetzt theils nach Untermarsberg, theils nach Ösdorf bei Westheim (Spancken). Ausführliche Nachrichten darüber: Blätter zur näheren Kunde Westfalens" V, 96. Warum die Urk. ins Marsb. Archiv gekommen, erwähnt ein Regest s. XVII.* Haec bona una cum hisce literis probabiliter translata sunt per aliquam commutationem ad praeposituram nostram Marsperg. *Gedr. Seibertz, UB. I, 315. Ueber eine andere Schenkung desselben Ritters vgl. oben Nr. 426.*

794.

Die Grafen Heinrich von Sternberg u. Widukind von Schwalenberg unter d. Bürgen in Urk. der Äbtissin Margaretha von Gandersheim, die Vogtei über Gandersheim betreffend. Braunschweig 1259 Mai 3.

Gedr. Harenberg, Hist. Gandersh. p. 192. Reg. Lipp. Regg. I, 209 Nr. 304 a.

795.

Äbtissin Ida von Herford belehnt Ritter Dietrich mit einem Herforder Gute. Arnsberg 1259 Mai 19.

Ida Dei gratia Heruordensis ecclesie abbatissa omnibus presentem paginam inspecturis perpetuam et perennem rei geste memoriam. Sapit iusticiam et continet equitatem, scripturis roborari autenticis, que sunt acta legitime, ac memorie stabili propter humani generis statum instabilem commendare. Hinc est, quod paci et tranquillitati devotorum nostrorum intendere cupientes notum facimus tam presentibus quam posteris, (quod)[1] de consensu et coniventia ministerialium ac tocius ecclesie nostre, ad preces et interventum nobilis viri comitis in Arnesberg, consanguinei nostri predilecti, Theodericum filium Alexandri militis bone memorie dicti de Merninchosen, deditum libertati per nobilem virum comitem Th(eodericum) in Lympurg, sicut in ipsius litteris evidenter apparet, in ministerialem ecclesie nostre recepimus. Et curtem in Sconenholthosen, que quondam patris sui extiterat et Conradus patruus ipsius Th(eoderici) nobis de iure vacantem tenuerat in feudum, de manu nostra recepit cum omnibus attinentiis suis, uxori etiam sue, sorori Rotgeri militis de Eleren, dumtaxat porreximus usufructum, firma a dicto Th(eoderico) et sufficienti caucione recepta, quod annis singulis certis statutis temporibus censum et canonem debitum absque cunctatione[2] persolvet. Testes autem, qui rogati et vocati premissis affuerunt, sunt hii: Godefridus nobilis vir comes de Arnesberg et filius eius Henricus, dominus Henricus nobilis de Bilsten, Hermannus de Ehem, Herman de Ole, Udo de Elsepe, Rotger de Ellere, milites, Iohan de Ehem, Boymund notarius, Herman de Suneren, Wernner Balke, Iohan de Wichlo, Conrat de Ruthenberg, Henric Clauiger et alii quam plures. Hec autem, ut rata et inconvulsa permaneant, sigilli nostri typario decreuimus roboranda. Acta sunt superius memorata in Arnesberg, anno Domini M°.C°C.L°IX., feria secunda ante ascensionem.

[1]) quod *fehlt Or.* [2]) cuncta *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 53. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Auf der Rückseite der Urk. von Hand saec. XV. Littera infeudationis . . . super curte Schonholthusen in Surlandia. *Im ältesten Herforder Güterverzeichniss des 12. Jahrhunderts (Msc. VII, 1316 c) findet sich Schönholthausen nicht, wohl aber in denen des 13. und 14. Jahrh.* villicatio in Sconeholte, *(Msc. VII, 1316 d)* Sconenholthusen *(Msc. VII, 3324 A) im Kgl. St.-A. Münster.*

796.

Papst Alexander IV. ertheilt denen, welche die Kirche des Kl. Falkenhagen an Mariä Himmelfahrt und Kirchweih besuchen, 100 Tage Ablass. Anagni 1259 Mai 23.

Gedr. UB. V, 604, wo Anmerkung über andere Falkenhagener Ablassbriefe.

797.

Hermann v. Wolfershausen und seine Verwandten Heinrich und Konrad v. Rengshausen (Rengoldeshusen) *verzichten auf alle ihre Ansprüche auf die Vogtei über die an Kl. Hardehausen von den Brüdern von Calden verkauften Güter zu* Hadebrachteshusen. *Mitsiegler: Berthold v.* Wulfershusen *für die Brüder v. R. Zeugen Bertold v.* Wulf., *Bruder des Hermann und Heimerad, Kanoniker zu Fritzlar;* magister Burchardus sacerdos et Wigandus de Giffelce clericus, Wernerus de Slirbach, Wernherus Lugelin et Conradus Holtsadel, *Ritter. 1259 Mai 25.*

So Hardehäuser Regest im Kgl. St.-A. Münster nach Msc. VII, 4509 c. 6.

798.

Papst Alexander IV. beauftragt die Bischöfe (Rudolf) von Schwerin, (Johann) von Lübeck und (Simon) von Paderborn, den König Christoph von Dänemark anzuhalten, binnen Monatsfrist den Erzbischof (Jakob), den Propst und Archidiakon von Lund freizulassen. Anagni 1259 Juni 4.

Reg. UB. V, 607.

799.

Pröpst Sweder von Busdorf und Johann von Padberg bekunden Beilegung eines Streites zwischen Ritter Alexander von Escheberg und Kl. Bredelar. Padberg 1259 Juni 11.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Svederus Dei gratia prepositus ecclesie sanctorum Petri et Andree in Paderborne et Iohannes dominus castri in Pathberg omnibus hanc litteram visuris paci intendere et veritati inherere. Quia pium est et Deo placitum religiosos in suis necessitatibus adiuvare, ut in suo laudabili proposito valeant perseverare, noverint idcirco presentes et futuri, quod Alexander miles dictus de Eskeberg per tempus aliquot litigium habuit cum fratribus in Bredelar super quibusdam agris, qui vulgo dicuntur burhage, apud grangiam Upsprunge sitis, de quibus decimam requisivit et ipsi eo iure se defendebant, quia eosdem agros per XL annos libere et quiete possedissent. Item idem miles decimam requisivit de agris, qui etiam vulgo dicuntur burhage et pertinent curie villicationis in Esbike, que decimam non solvit; item in quadam legitima area eisdem fratribus pertinente, in qua quandoque pomerium fuerat arboribus consitum, set ab illis de Monte Martis succisum, ubi nunquam decima fuit requisita, licet sepius fuerit seminata; set cum predicti fratres quinque annis quiete eam possedissent, idem miles tunc primo decimam tolli precepit violenter et hanc violentiam sibi fieri querebantur. Item idem miles arguit ipsos fratres, quod terminos suos per quedam signa lapidum nimis dilatassent. Igitur cum super dissensione tali querimonie iurgiorum hinc et inde quam plures audirentur et cotidie augmentarentur, quidam fideles propter bonum pacis et concordie et favorem religionis se interponentes, ne forte pericula maiora orirentur, in tantum processerunt, quod ab utraque parte arbitrio se submiserunt. Sicque arbitri sunt electi viri probi et fide digni ex parte domini Alexandri monasterii iam dicti abbatis et fratrum suorum Albertus gogravius de Mederike, Adam de Aspe, milites, Bertoldus iudex Montis Martis, Godefridus de Eleren, ex parte altera sepe dicti militis Theodericus de Mederike, Hermannus de Ythere, Lubertus de Boine et Hermannus Tregel, milites. Nos vero prepositus Paderbornensis et Io(hannes) de Pathberg superius dicti super arbitrium constituti una cum prefatis arbitris consedimus in unum causas huius litis et circumstantias diu multumque discutientes, tandem consensu utrarumque partium certificati arbitrium diximus et ordinavimus, quod predictus miles de agris Upsprunge et agris curie in Esbike pertinentibus, qui ab utroque situ suo burhage dicuntur, amplius decimam non requiret nec obtinebit. In area pomerii, si circumsepta fuerit, possunt domus construi ibidem, vituli depasci, arbores et herbe diverse plantari et seminari, et hoc arbitrio fratrum relinquitur. Si autem annona ibi seminata fuerit, decima sequetur. De signis lapidum, quicquid discretiores utriusque ville in Esbike et alii, quibus de situ agrorum melius constiterit, ordinaverint, ex utraque parte ratum habebunt. Item de agris ignotis et indivisis, si seminati fuerint, et dubitatur, quo vel cui pertineant, decima solvetur. Si vero fratres predicti claustri eosdem agros partiri in commune decreverint, predictus miles non recusabit, similiter si ipse voluerit, fratres assensum prebebunt. Item fratres claustri prelibati eidem militi quatuor marcas gravis monete dare iussi sunt, quas infra XIIII dies sibi integre persolverunt, ita ut omnis contentionis occasio inter eos mota penitus sopiatur. Deinde idem miles tam ex parte sui quam fratris sui Volradi omni actioni et impetitioni[1]), qua fratres impetiit claustri memorati, publice renuntiavit, deinceps omni affectu et favore intendere cupiens circa eiusdem loci promotionem. Ego vero Iohannes de Pathberg et Theodericus de Mederike superius dicti ex parte uxoris eiusdem militis et heredum eius promisimus eos benivole in premissis omnibus consentire. Ut autem huius compositionis ordinatio rata in evum permaneat et inconvulsa presentem paginam de hac re conscriptam sub sigillorum nostrorum appensione rogatu utrarumque partium decrevimus roborare. Acta sunt hec in Pathberg, anno gratie M°.C°C.L° nono, indictione II., in die sancti Barnabe apostoli. Huius rei testes sunt cum arbitris: Thetmarus plebanus in Pathberg, Theodericus Vitulus, Helmwicus de Keldinchusen, Constantinus et Conradus iudex frater suus, Godefridus de Wlfethe et Albertus gener eius, Lodewicus de Lethe, Arnoldus Brothrumph, Iohannes Faytelin, Erpo, Bodo, Elwinus, Conradus carnifex, Conradus

Utdranc, Luthardus villicus in Esbike et Gozwinus filius eius, Hermannus Constantini filius, Arnoldus Ruleder, Giselerus, Conradus clericus, Isnagel et alii quam plures.

[1]) impetioni *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 67. An geflochtenen blauweissrothen Schnüren 1) spitzovales Siegel des Propstes, getheilt, oben die Köpfe der beiden Apostel, unten fünfblättrige Rose, Umschrift verwischt; 2) Siegel Iohanns von Padberg.

800.

Die Rathmänner von Marsberg bekunden eine Schenkung an Kl. Bredelar. 1259 Juni 19.

In nomine sancte et individue trinitatis. Universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis consules Montis Martis notum fore cupimus, quod Fredericus miles dictus de Horhusen divina, ut credimus, inspiratione ammonitus domum suam cum area in Monte Martis sitam cum domibus eiusdem domui pertinentibus et censu universo de unanimi voluntate et consensu uxoris sue domine Adele et filiorum suorum Stephani et Conradi contulit sollempniter presentibus nobis beate Marie virgini gloriose monasterii in Bredelar tam pro remedio anime sue quam patris et matris sue in perpetuum ibidem pertinentem, ita ut de censu predicto et fratris sui Theoderici militis adiutorio, et quicquid processu temporis addere possent, capella, in qua lumen de nocte iugiter haberetur, in cimiterio predicti claustri edificaretur, in qua et missa pro defunctis cottidie celebraretur et pater suus iam pridem defunctus ibidem sepulture traderetur. Huic donationi presentes fuerunt: Adam miles dictus de Aspe, Widekyndus de Froyzbach, Conradus de Yburg magister consulum, Bertoldus iudex, Albertus de Mulenhusen, Ludolfus de Capella et Heinricus filius suus, Hermannus superius theatro, Godefridus de Eleren, Bertoldus de Huxoria, Iohannes Scatbalo, Heinricus de Kulete, Fredericus Picus, Stephanus Caupo et consules omnes et alii quam plures. Protestabatur etiam miles iam dictus publice coram nobis, quod hec omnia, sicut superius prelibatum est, in castro Leicthenvils, in vigilia videlicet beati Viti coram castrensibus ibidem uxore sua et filiis predictis consentientibus legitime ordinasset et super eo litteram sigillo suo communitam prefato claustro in signum habitionis rati tradidisset. Hinc nos ad maiorem firmitudinem, ne quis temerarie huic donationi et attestationi presumat in posterum contraire, presentem cartam in argumentum veritatis duximus sigilli nostri impressione roborandam. Acta sunt hec anno gratie M°.C°C.LI°X., XI°II. Kalendas Iulii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 66. An Pergamentstreifen Siegel der Stadt Marsberg.

801.

Kl. Harsefeld verspricht d. Bischof Simon v. Paderborn u. dem Postulirten Gerhard v. Bremen, dem letzteren zur Erlangung der erzbischöflichen Würde behülflich zu sein. Hamburg 1259 August 6.

Nos R. Dei gratia abbas et conventus monasterii in Herseuelde, ordinis sancti Benedicti, Bremensis dyocesis, universis presencia visuris notum facimus et presentibus publice protestamur, quod venerabilibus dominis Symoni Paderbornensi episcopo necnon Gerhardo postulato Bremensi in adipiscenda pontificis dignitate in ecclesia Bremensi ac alias in promocionum et devocionum obsequiis per nos et per nostros assistere promisimus fide data, quantum possumus, cum effectu eosdem publice[1]) et occulte prout a nobis requisierint, fideliter promovendo. In cuius promissionis et obligacionis nostre robur et testimonium presens scriptum sigillo nostro fecimus communiri. Et nos conventus predicte ecclesie uno eodemque sigillo cum nostro abbate contenti sumus ista vice. Datum Homborg anno Domini M°.C°C.LIX°., VI°II. Idus Augusti.

[1]) pupplice *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 214. An Pergamentstreifen vom breitovalen Siegel des Abts Bruchstück aus der Mitte erhalten. Nicht Simons Neffe Gerhard, sondern Hildebold erhielt das Erzbisthum Bremen.

802.

Graf Konrad v. Arnsberg belehnt einen Bürger in Lippstadt mit Gütern in Swinvelde. *1259 August 26.*

C(onradus) comes de Arnesberg universis, ad quos presentes littere pervenerint, notum facimus et presenti scripto cum sigilli nostri attestacione protestamur, quod nos Hermanno de Benninchusen civi Lippensi et Walburgi uxori sue bona quedam in Swinvelde sita in feodum porreximus et fatemur bona eadem eosdem a nobis tenere, cupientes, quod, quicumque ipsum Hermannum super eisdem bonis impetere sive causare decreverit, ad nos veniens suam coram nobis questionem proponat, et nos eidem iusticie exhibebimus complementum. Datum tertia feria post Bartholomei apostoli, anno Domini M⁰.C⁰C.L⁰ nono.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Holthausen Nr. 2. An von der Urk. eingeschnittenem Streifen Rest vom Siegel des Ausstellers.

803.

Ritter Hermann genannt Spiegel übereignet unter gewissen Bedingungen mit seinen Brüdern Rabe und Ekbert dem Kl. Hardehausen Güter. 1259 Zeit der Ernte (August?).

Hermannus miles cognomento Speculum omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, eternam salutem. Noverint presentes et futuri, quod ego et fratres mei Raueno et Ekebertus bona nostra in Wern(ekessen?) . . . et consensu assignavimus abbati et conventui in Herswithehusen, Cisterciensis ordinis, Paderbornensis dyocesis, (cum omnibus) proventibus suis in liberam possessionem diebus vite domine Iutthe matris nostre sub tali (conditione, quod) singulis annis de bonis eisdem matri nostre decem moltra dabuntur, ad quos voluerit . . . . . residuis proventibus eidem honeste necessaria ministrabunt. Post mortem au(tem predicte Iutthe) predicti abbas et conventus integre duobus annis percipient omnes proventus bonorum eorum . . . . (nost)ram elemosinam, quatinus ex eo parentes nostri et nos animarum nostrarum salutare remedium a . . . . . consequi mereamur. Super hiis omnibus nos predicti fratres H(ermannus), R(aveno) et E(kebertus) cum sororio nostro Theo(derico) . . . . ope in fide nostra simul promisimus, quod nos abbati et conventui in Herswithehusen prefatam ordinationem usque ad tempus prefinitum nullatenus infringemus aut inpedimentum aliquod in bonis supradictis faciemus, sicut presenti pagina protestamur et sigillo, quo omnes contenti sumus, efficaciter confirmamus. Testes huius rei sunt: dominus Iohannes sacerdos in castro Warthberg, dominus Raueno de Papenhem, Tethardus de Northe, Conradus de Rekelinchusen, milites, et Conradus de Weithen. Acta sunt hec anno Domini M⁰.C⁰C.L⁰IX., tempore messionis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 131. An beiden Seiten fehlen grössere Theile. Siegel und Befestigung verloren. Die Ergänzung Werne(kessen?) *nach verblasster gleichzeitiger Rückschrift.*

804.

Ritter Werner und Hermann genannt von Brakel, bestätigen den Bürgern der Stadt Brakel die ihnen in Folge eines Brandes von ihren gleichnamigen Vätern und deren Bruder Berthold ertheilte Vergünstigung, wodurch die Bussen im feierlichen Gerichte, Vogtding, auf 60 Schillinge und im täglichen Gerichte auf 3 Denare erlassen werden. 1259 September 9.

. . . Presentes erant: Hermannus de Osethe et Conradus de Godenberg, nobiles, Henricus et Bertoldus de Sosato, Am(e)lungus de Paderborne, Hermannus Stapel, Udo Somercalf, Ludolfus Marscalcus, Fredericus de Ystingdorp, Engelhardus de Stenhem, Henricus de Flegthen, Tidericus de Sebeke, Hermannus de Osthem, milites, Manegoldus iudex, Everhardus de Wimelingdorp, Gotswinus de Hemedessen, Tidericus et Iohannes de Edessen, Tidericus Faber, Henricus de Tavenhusen, Henricus de Emenhusen, Bertoldus de Suthem, Alexander dictus miles, tunc temporis consules et universitas oppidi Brakele. Datum et actum anno Domini M⁰.C⁰C. quinquagesimo nono, in crastino nativitatis beate virginis Marie.

Or. im Stadtarchiv zu Brakel. An rothgrünen geflochtenen Seidenschnüren in weissem Wachs 1) das dreieckige Siegel Bertholds v. B., drei Pfähle, in der Mitte von einem Querbalken belegt;

2) dreieckiges Siegel Werners v. B., ein aufgerichteter Löwe; 3) dreieckiges Hermanns, vier in der obern Hälfte mit einem Querbalken belegte Pfähle. Gedr. Wigand, Archiv IV, 179. An der dort punktirten Stelle ist questionis *zu ergänzen. Mit Ausnahme der Zeugen korrekt. Ausführliches Regest Ztschr. XXXVII, 2, 122.*

805.

Ritter Eckehard von Ballenhausen willigt in Ueberlassung eines Zehnten in Hadebrachteshusen *seitens seines verstorbenen Schwagers Helferich von Rothenburg an Kl. Hardehausen. 1259 September 18.*

Ekkehardus de Ballenhusen miles. Licet omnibus religiosis debito affectu intendere cupiamus, tamen eos specialiter promovere volumus, quos ad velle nostrum esse congnovimus promptiores. Hinc est, quod omnibus presentem litteram intuentibus cupimus esse notum, quod nos una cum Lukkarde dilecta uxore nostra et pueris nostris collationem, quam dominus Helfericus de Rothenburg dilectus socer noster pie memorie fecit in decima de Hadebrach(t)eshusen cum religiosis viris et in Christo dilectis dominis monasterii Hersuithehusen, Cysterciensis ordinis, Paderburnensis dyocesis, ratam et gratam promittimus[1]) habituros, ipsis super ea firmam prestantes, si necesse habuerit, warandiam. Ne autem quisquam successorum nostrorum hoc in posterum infringere valeat, presentem litteram sigillo nostro duximus roborandam. Testes huius rei sunt: dominus Gumpertus frater et monachus eiusdem monasterii, dominus Iohannes plebanus in Surthenburg[2]), dominus Albertus de Ebeleyuen, Ekkehardus de Warthberg, Heinricus dictus Thobelstein, milites; Theodericus scriptor et multi alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.L°IX., X°IIII. Kalendas Octobris.

[1]) permittimus *Or.* [2]) *Schluss mit* er *und* ur *Zeichen.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen 132. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Vgl. Nr. 757 u. 760. Rückschrift saec. XVI. Uber den Zehenden zum Monnichehuoue bey Cassell.

806.

Heinrich u. Christine tauschen mit Kl. Hardehausen Güter. Jesberg 1259 September 19.

Ego Heinricus et Cristina uxor mea universis hoc scriptum audituris eternam in Domino salutem. Recognoscimus et presenti scripto protestamur, quod nos et liberi nostri Hermannus, Berta et Agnes simplici permutacione dedimus abbati et conventui in Herswithehusen, Cisterciensis ordinis, bona nostra in Hademar cum omnibus pertinenciis suis, scilicet areis, agris, pratis, pascuis, nichil penitus excipientes, pro bonis suis in minori[1]) Engilgis sitis, ita videlicet, ut ex parte eorum nichil etiam sit exceptum preter silvulam, que nuncupatur Wolfhelmeskere, quam emerunt a Lodewico advocato de Homberg, nec ad bona predicta eatenus pertinebat. In hac autem bonorum permutacione hoc nobis addiderunt, quod mediam partem decime in eadem villa, que a nobis obligata fuerat, sua pecunia redemerunt. Verum ut ea, que a nobis et ab ipsis pari consensu gesta sunt, inconvulsa permaneant, consensimus et petivimus intencione unanimi sigillo domini Heinrici militis de Urfa, sculteti de Iagesberg, perpetuo roborari. Acta sunt hec in Iagesberg anno gratie M°.C°C.L°I°X., in die sancti Michahelis, coram testibus subnotatis: Iohanne cellerario de Herswithehusen, Hermanno sacerdote et monacho dicto de Borken, fratre Timone, Heinrico milite de Urfa, Conrado de Urfa, Wigando et Conrado fratribus de Gilse.

[1]) mininori *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 133. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Ueber den Verkauf des genannten Wäldchens vgl. Nr. 769; über Hardehauser Güter in Kl. Englis vgl. Nr. 752.

807.

Bischof Simon von Paderborn bestätigt einen Tausch zwischen Ritter Berthold Schuwen und dem Pleban zu Natzungen. 1259.

Nach Repertor des Gräfl. Westphalen'schen im Jahre 1848 verbrannten Archivs zu Fürstenberg, wo Original vorhanden gewesen.

808.

Das Paderborner Domkapitel überlässt eine Hufe an Kl. Paradies. 1259.

Henricus Dei gratia prepositus, R(abodo) decanus totiusque Patherburnensis ecclesie capitulum universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis eternam in Domino salutem. Noverint tam presentes quam futuri, quod nos mansum in Biginchusen curti in Gokesberg attinentem pro pensione consueta, videlicet quatuor solidis et totidem obolorum, cenobio in Paradyso de voluntate obedienciarii domini Henrici concessimus in perpetuum in festo beati Martini persolvenda, quamdiu idem cenobium predictam valuerit solvere pensionem. Ut autem hec concessio firma permaneat, presentem litteram sigillo ecclesie nostre fecimus roborari. Datum anno Domini M°.C°C.LI°X.

Abschr. saec. XIV. im Besitz der Paderborner Abtheilung des Vereins. Vgl. Seibertz, UB. I, 300.

809.

Comes Adolfus de Waldekke *Z. Ottos v. Ravensberg für Marienfeld. Halle 1259.*

Reg. UB. III, 651.

810.

Edelherr Bernhard zur Lippe bekundet, dass sein Ministeriale Herboldus de Dedinctorp *mit Zustimmung seiner Frau Sophia und seiner Brüder Albert und Alrad dem Kl. Marienfeld eine Rente von 4 Scheffel Hafer aus seinem Hause Hiddentrup* (Hiddingthorpe) *vermacht hat. 1259.*

Gedr. UB. III, 1747.

811.

Ritter Konrad von Gudensberg verkauft und verpfändet an Kl. Volkhardinghausen Güter. 1259.

Nos Conradus miles dictus de Godenborc scire volumus presentes et futuros, quod de consensu uxoris nostre, filiorum nostrorum et omnium heredum nostrorum areas sitas in villa Volcarhudinchusen[1]), bona in Iunckerenhagen, novalia que dicuntur Sundere, que hereditaria sorte et legitima a nostris progenitoribus ad nos devoluta nobis libere contingebant, ecclesie sanctimonialium in Volcarhudinchusen pro summa XV marcarum legalium denariorum vendidimus perpetuo possidenda, quartam partem ville Wizenrot nichilominus eidem pro X[2]) marcis obligantes, spirituali et seculari sublata qualibet actione, obligantes et nos persona propria sive personarum testimonio ad firmissimam prestandam warandiam causam.[1]) Ne quisquam nostrorum successorum vel heredum bona predicta nos foro nimis facili alleget vendidisse, sciat cum his, que nobis super talem sortem potuissent accidisse, filiam nostram Regelindem dotasse et ipsam contubernio predictarum sanctimonialium devocius assignasse. Ne autem quisquam hoc factum successive possit vel audeat irritare, presens scriptum nostro sigillo decrevimus roborandum. Huius rei testes sunt: dominus Io(hannes) de Helfenberc et E(ckehardus) frater suus, dominus Wernerus de Godensperc et alii quam plures milites. Datum anno Domini M°.C°C.LVIIII.

[1]) *So Or.* [2]) *Der eine untere Strich des x schlecht zu erkennen; doch eher x als v.*

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen unkenntliche Reste gelben Wachses.

812.

Gyso von Gudensberg, Richter in Maden, bekundet Ueberlassung zweier Hufen an Kl. Hardehausen. Auf dem Kirchhof zu Fritzlar. 1259.

Gyso de Gudensberg, domine ducisse iudex provincialis in Maden, universis hoc scriptum audituris salutem in Domino. Notum sit omnibus, quod Heinricus miles de Hutershusen et filii Everhardi militis, fratris sui, Heinricus et Meinricus, super duobus mansis in Lon, quos Ernestus miles de Lon in pheudo tenuerat ab ipsis et rite resignavit pro quinque marcis gravium denariorum, quas dedit illis, proprietatem contulerunt monasterio in Hersuithehusen absolute et libere iure perpetuo possidendam. Huius rei

testes sunt milites: Conradus de Hebelde, Hermannus de Helbene, Lodewicus de Linsincgen, Gerlacus de Grifethe, Cono de Holzheim, Everhardus Holzsadel; cives: Albertus Monetarii, Herbordus Comes et alii plures. Acta sunt hec in cymiterio Frithslariensi, anno Domini millesimo ducentesimo L⁰ nono.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Hardehausen Nr. 124. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Vgl. Nr. 786.

813.

Ritter Konrad von Elben, Schultheiss, Rathmänner und Bürger von Wolfhagen bekunden Ueberlassung eines Hauses und Hofraumes in Wolfhagen an Kl. Hardehausen. 1259.

Ego Conradus miles de Eluene, Theodericus scultetus, consules universi et burgenses in Wulfhagin omnibus hanc inspecturis paginam eternam salutem. Quia dignum est, ut opus devotionis et caritatis transeat in exemplum et memoriam posteris, nos tenore presentium protestamur, quod dominus Florentius, rector ecclesie nostre in Wulfhagin, pietatis intuitu, domum unam et aream, quam sibi comparaverat et nostra concessione liberam possederat, cum omnibus edificiis et pertinentiis suis integre et absolute contulit abbati et conventui monasterii in Herswithehusen, Cisterciensis ordinis, Paderbornensis dyocesis, in puram elemosinam. Ipsaque domus sita est intra opidum nostrum apud altum propugnaculum, pro qua mercedem bonam se sperat a domino recepturum. Itaque precibus eius inclinati predictis abbati et conventui eandem domum et aream plene donamus libertati, ut sit exempta ab omni iure, quo cives nostri sunt astricti, et si qui eam inhabitaverint ex parte memorati abbatis et conventus, plenam ratione ipsius aree obtineant libertatem, ut nullo iure civitati nostre servire et obedire teneantur, nisi eo solo, quod nocturno tempore debent circa se vigiles clamoribus excitare. Licebit etiam eis, si voluerint, iuxta commodum suum ipsam aream in edificiis emendare. Ut igitur hec rata et inconvulsa permaneant, ego C(onradus) miles ex parte domine mee ducisse sigillo meo ea confirmavi simulque sigillo civitatis nostre volui efficaciter communiri. Testes huius rei sunt: Iohannes de Helfinberge, Conradus de Gůdinburg, Theodericus Lupus, Alexander et Volradus [1]) fratres de Escheberge, milites et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M⁰.C⁰C.LI⁰X.

[1]) Volrradus *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 125. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Ueber das genannte Haus vgl. Nr. 593.

814.

Die Rathmänner von Kassel bekunden Verkauf einer halben Hufe bei Mühlhausen an Kl. Hardehausen. Kassel 1259.

Universitas consulum in Cassele omnibus hoc scriptum inspecturis ete(rnam salutem). Notum facimus presentibus et futuris, quod Berthradis concivis nostra et Henricus filius eius et Berthradis filia ipsius cum consensu heredum suorum vendiderunt abbati et conventui monasterii in Herswithehusen, Cisterciensis ordinis, Paderbornensis dyocesis, dimidium mansum suum, quem proprium hereditario iure possederant, iuxta villam Molehusen, pro septem marcis et dimidia legalium denariorum. Et quia predicta B(erthradis) fratrem habet Henricum nomine et tres filios, videlicet Hermannum, Ludolfum et Cunonem, qui coheredes bonorum eius in remotis partibus multo tempore commorati sunt, nos presentibus protestamur, quod litteras eorum sigillatas et nobis directas recepimus et perspeximus, per quas providentie matris sue et fratris atque sororis suam hereditatem commiserunt, ratum se habere testantes, quicquid de ea pari consensu et consilio decernerent faciendum. Ut ergo monasterium in Herswithehusen predictum dimidium mansum, quem secundum formam hanc legitime contraxit, possideat iure perpetuo et inconvulso, nos in robur et testimonium predictorum presentem paginam conscribi et sigillo nostre civitatis fecimus communiri. Testes huius rei sunt: Sifridus de Winthusen, Sifridus Sidinswanz, Walthelmus de Thonen, Alhardus, Bonefacius, Godefridus de Besse, Gerlacus de Molehusen, Wichnandus pistor et alii quam plures. Acta sunt hec in Cassele, anno Domini M⁰.C⁰C.LVII⁰II.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 122. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Gleichzeitige Rückschrift: de dimidio manso in Molehusen iuxta Casle.

815.

Bischof Simon von Paderborn und die Edelherrn Bernhard d. ä. und d. j. zur Lippe geben ihren Konsens zu einem Häuserverkauf Konrads v. Rietberg in Rokeslo und Winkel. O. J. (1259—60).

Gedr. UB. III, 649. Urk. Datirt nach Regierungszeit B. Wilhelms von Münster. Reg. Lipp. Regg. I, 210 Nr. 305 zu (1259), ebenso Druck in Ledebur, Allg. Archiv für die Geschichtskunde des Preuss. Staates XV, 59. Vgl. folg. Nr.

816.

Bischof Simon von Paderborn bekundet Verzichtleistung seines Verwandten Otto von Rietberg, Kanonikus von Paderborn, auf die von seinem Vater Konrad an Kl. Marienfeld verkauften Güter in Rokeslo und Winkel sowie auf den Hörigen daselbst. Rietberg 1260 (1261?) Januar 2.

Gedr. Ledebur, Allg. Archiv für die Geschichtskunde des Preuss. Staates XV, 60. Vielleicht ist 1261 nach Kölner Datirung zu setzen, da eine korrespondirende Urkunde des Münsterschen Kanonikus Konrad, ausgestellt in Münster, ebenfalls 1260 d. h. wohl 1261 Januar 7 datiert ist. Vgl. Ledebur S. 58 ff. UB. III, 649, 1746 f., 1750 und vor. Nr.

817.

Die Rathmänner der Stadt Paderborn entscheiden einen Rechtsstreit über ein Haus in Paderborn zu Gunsten des Kl. Hardehausen. Paderborn 1260 Januar 3.

Universis hoc scriptum audituris consules civitatis Paderburnensis salutem in Domino. Intelleximus, quod domnus Arnoldus miles dictus de Paderburn(e)[1]) inpetat abbatem et conventum de Herswithehusen super domo sita in Paderburn(e), quam vendiderat pater eius, in qua ius asserit se habere, et propter hoc turbat monasterium et molestat. Nos igitur diligenti facta inquisicione in domo, de qua questio vertitur, prefatum A(rnoldum) nichil iuris habere penitus protestamur, presertim cum longe antequam nasceretur, ab abbate et suo conventu iusta et notoria emptione comparata sit et eam plus quam quadraginta septem annis possederint, nemine prorsus iusto titulo prohibente. Denique quod predicta domus et empta sit rite et tot annis possessa iuste, multi concivium nostrorum parati sunt iuramento propter Deum et defensionem iusticie confirmare. Datum in Paderburn(e) anno Domini M°.C°C.LX°., in octava Iohannis ewangeliste.

[1]) Paderburñ *Or. So immer.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 134. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Gedr. Wigand, Archiv I, 2, 70 (mit der Notiz, dass die Urk. nur ein gerichtliches Attest, nicht den Urtheilsspruch enthalte, weil sonst die Zeugen beeidet worden wären).

818.

Johann, Herr der Burg in Padberg, genehmigt den Verkauf von Grundstücken in Unter-Upsprunge seitens seines Bruders Albert an Kl. Bredelar. 1260 Januar 30.

In nomine Domini Amen. Omnibus hoc scriptum visuris . . Iohannes iunior dominus castri in Pathberg veritati testimonium perhibere. Universitati fidelium notum fore cupio, quod, cum Albertus frater meus quosdam agros in inferiori villa Upsprunge sitos circa quindecim iugera de manu mea feodali iure teneret et meo tempore quiete possideret, suppliciter rogavit, ut sibi eosdem fratribus monasterii in Breydelare vendere liceret pro maiori utilitate. Cuius petitioni cum assensum preberemus, eosdem agros domino Alexandro abbati claustri iam dicti et suo conventui pro undecim marcis legalium denariorum vendidit cum omnibus pertinentiis suis de consensu uxoris sue Antonie et filie sue Frederunis offerens eosdem super altare beate virginis Marie omni iuri suo in eisdem agris habito cedens publice cum heredibus universis. Tunc predictam summam abbas et conventus integre sibi persolverunt, mihi unam marcam tribuentes. Hinc ego intuitu Dei eiusque pie matris Marie et favore religionis necnon

ad instantiam eiusdem Alberti proprietatem eorundem agrorum uxore mea domina Meicthilde et heredibus meis consentientibus iam dicto claustro libere donavi et super altare beate virginis in presentia abbatis et totius conventus sollempniter obtuli, omni iuri meo in ipsis agris habito cedens et warandiam plenariam et perpetuam de eisdem prestare cupiens, hoc adiecto, ut, si ego vel heredes mei eosdem agros quandoque emere vellemus, pro decem marcis legalium denariorum nobis venderentur. Post hec abbas omnes invasores eorundem agrorum excommunicavit. Ut igitur hec emptio et mea donatio rata in evum permaneat, in huius rei testimonium presentem cartam exinde conscriptam tradidi prefati claustri fratribus sigillo meo roboratam. Acta sunt hec anno Domini M⁰.C⁰C.L⁰X., indictione tertia, II⁰I. Kalendas Februarii. Testes huius rei sunt: Thetmarus in Pathberg plebanus, Lambertus et Godefridus in Brilon et Haldi(n)chusen plebani, Hermannus de Ythere, Helmwicus de Keldinchusen et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 73. An Pergamentstreifen Siegel Johann's von P.

819.

Dompropst Heinrich v. Paderborn schenkt dem Kl. Marienmünster ein Salzwerk in Salzkotten. 1260 Februar 13.

Nos Henricus Dei gratia maioris ecclesie Paderbornensis prepositus omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino. Quia iustum est, ut, que digne et ordinabiliter semel disposita fuerint, nulla valeant subsequentium temeritate aut ignorantia divelli, et exemplo pie devotionis alii ad similia provocentur, noverint ergo tam presentes quam futuri, quod nos ob dilectionem Dei et pro salute anime nostre comparavimus ecclesie monasterii sancte Marie prope Swalenberg integrum soltwerc[1]) a Conrado iudice in Soltkotten, annuente uxore et omnibus heredibus suis, libere perpetuo possidendum. Ne quis autem heredum suorum inposterum huius rei contradictor possit existere, vel ecclesiam in aliquo in predicto soltwerc impedire, presens scriptum sigillo nostro duximus roborari. Datum anno Domini M⁰.C⁰C.LX⁰., Ydus[2]) Februarii. Plumbi vero quantitas XII, VII et dimidium cintene magni lapidis.

[1]) *In den Handschriften stets* soltwere. [2]) idibus *C.*

Aus Msc. I, 129 fol. 6 (B) und VII, 4512 p. 41 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 162.

820.

Bischof Simon von Paderborn bekundet dem Kl. Marienmünster die Schenkung eines Salzwerks in Salzkotten. 1260 Februar 13.

S(imon) Dei gratia Paderbornensis episcopus abbati et conventui monasterii apud Swalenberge[1]) eternam in Domino salutem. Presentium tenore protestamur nos ad petitionem dilecti consanguinei nostri domini Henrici prepositi Paderbornensis proprietatem vobis unius integri soltwerc in oppido[2]) Soltkotten, quod dictus prepositus vobis a Conrado iudice emptionis titulo comparavit, contulisse. In cuius rei testimonium presens scriptum dedimus sigillo nostro roboratum. Datum anno Domini M.CC.LX. Idus[3]) Februarii. Quantitas plumbi[4]) XXVIII et dimidium cintene magni lapidis.

[1]) Swalenberg *C.* [2]) opido *B.* [3]) idibus *C.* [4]) plumbii *B.*

Aus Msc. I, 29 fol. 23 (B) und VII, 4512 p. 40 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 162. In den Gewichtsangaben steckt hier oder in voriger Nr. ein Irrthum, wahrscheinlich hier, da in Msc. I, 129 die Zahl korrigirt, dimidium *durchstrichen ist,* cintene *fehlt.*

821.

Graf Widukind von Schwalenberg verzichtet zu Gunsten des Kl. Marienmünster auf die Vogtei in genannten Orten. O. J. (Vor 1260 Februar 26).

Omnia, que sub tempore aguntur, labente tempore simul labuntur, si non scripto vel vivo et idoneo testimonio premuniuntur. Nos igitur Widekindus comes in Swalenberg tam futuri quam presentis temporis Christi fidelibus notum facimus[1]), qualiter petentibus venerabilibus dominis de monasterio sancte

Marie advocatiam, que videbamur habere in quibusdam bonis et[2]) prediis ipsius ecclesie vel qualemcunque iuridicionem nobis pertinentem, videlicet in Coldenuelde X mansus, in Ewippe[3]) duos mansus, in Meringen IIII mansus, in Marslo II mansus, cum consensu nostre matris et universorum heredum nostrorum ab omni iure, quo nobis servicia modo exhiberi[4]) poterant, eximentes[5]) ad peticionem sicut prefati sumus, et dilectionem predictorum dominorum totaliter largimur eisdem, ut liberam et plenam facultatem habeant in eisdem faciendi et dimittendi, secundum quod ipsis expedire videatur, et quod ipsorum placitum fuerit voluntati. Testes huius facti sunt clerici: Hermannus provisor cenobii Montis sancte Marie, Willehelmus[6]) plebanus de Sumerselle, Euerhardus de Castro; laici: Florinus de Vresenhusen, Thedericus de Eblinghusen[7]), Widekindus de Greuinge[8]), Wernherus Almeningewo(r)the[9]), Iohannes de Wiginghusen, Wernherus Dicberner, consules civitatis et alii quam plures. Ne vero per nos vel nostros successores in posterum ulla possit accedere calumpnia, presentem paginam sigilli nostri appensione iussimus communiri[10]).

[1]) notum facimus *fehlt B.* [2]) vel *C.* [3]) *korrumpirt* Eumppe *B*, Eunippe *am Rande und C.* [4]) etiam serv. exhib. *C.* [5]) exemptes *B.* [6]) Wilhelmus *C.* [7]) Eblighusen *B.* [8]) Geriunge *C und Kopialbuch von Grevenburg; vgl. Anm. zu Nr. 449.* [9]) Almemgewothe *C.* [10]) *Eine Hand saec. XVIII trug in B nach:* Anno Domini 1260; *ebenso in Spilckers Kollektaneen Bd. XII.*

Aus Msc. I, 129 fol. 8v (B) und VII, 4512 p. 43 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 163. In der folgenden Nr. heisst Wern. Dicberner *Burgmann in Schwalenberg.*

822.

Die Brüder Heinrich Graf von Sternberg und Widukind Graf von Schwalenberg genehmigen den Verkauf mehrerer Güter seitens des Kl. Marienmünster an das (Moritz-) Kloster auf dem Werder bei Minden. 1260 Februar 26.

Henricus comes de Sternenbergh[1]) et Wedekindus comes de Swalenbergh[2]) fratres cum ipsorum heredibus universis omnibus hanc litteram visuris notum esse cupimus, nos venditionem bonorum Coldenvelde[3]) et Meringhen ab ecclesia sancte Marie in monasterio iuxta Swalenbergh[4]) factam, quam venerabilis pater abbas et conventus Insule apud Myndam[5]) emptionis titulo compararunt, gratam ac ratam habere et predicta bona ab omni iure, quod habuimus vel habere videbamur sive advocatie sive petitionis nomine, censeantur libera dedisse ac penitus absoluta. In cuius rei testimonium presens scriptum dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratum. Huius facti testes sunt: C(onradus) de Biga, Io(hannes) de Donepe, Luderus de Werne, Io(hannes) de Rottorp, Tidericus de Edessen, castellani de Sternenbergh[6]); B(urchardus) de Holthusen, B. de Eben(?), B. de Voltessen et Wernerus Dicberner[7]), castellani de Swalenberge[8]) et alii quam plures. Datum anno Domini M^{0}.C^{0}C.LX^{0}., V. Kalendas Marcii.

[1]) Sternenberg *C.* [2]) Swalenberg *C.* [3]) *B hat im Text* Coldenvede, *am Rande von derselben Hand* Coldenuelde. [4]) h *fehlt C.* [5]) Mindam *C.* [6]) Edessum *C;* h *fehlt C.* [7]) Dicbernen *C.* [8]) Swalenberg *C.*

Aus Msc. I, 129 fol. 33v (B) und VII, 4512 p. 45 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Gedr. Ztschr. IX, 71. Reg. Lipp. Regg. I, 210 Nr. 306; Ztschr. XLVI, 2, 163 f. Die Form Ebn *ist sicher korrumpirt.*

823.

Die Brüder Berthold und Werner von der Lippe erklären sich damit einverstanden, dass Konrad, Amelung und Ulrich von Wülpke (Wulbeke), *welche den Zehnten zu* Om *dem Kl. Loccum zu verkaufen beabsichtigen, das fragliche Lehen statt ihrer dem Bischofe (Widukind) von Minden resigniren. Lichtenfels 1260 Februar 29.*

Gedr. Hodenberg, Calenberg. UB. II, 208 (a. d. Or. im Klosterarchiv zu Loccum. Herzsiegel des Friedrich von Horhusen, Verwandten (cognati) *der Aussteller, der statt ihrer, da sie kein eigenes haben, siegelt).* Om *wahrscheinlich Vorwerk im Oehmer Holz, Amt Stolzenau.*

824.

Verzicht auf Ansprüche an Gütern zu Gunsten des Kl. Haina. Wildungen 1260 März 21.

Nos Hartmannus et Wilhelmus fratres, Wernherus Morthane, Deinhardus et Hartradus de Mehele. Ne gesta hominum ab eorum memoria elabantur, necesse est ea scriptis vel testibus communiri. Noverint igitur universi presencium inspectores nos omni actioni super bonis nostris in Mehele adversus ecclesiam in Hegene penitus renunciasse, et quicquid in ipsis iuris habuimus, dicte ecclesie in honore sancte Dei genitricis Marie uno ore coadunata manu libere tradidisse uxorum et puerorum nostrorum accedente voluntate unanimi et consensu. Ego quoque Rudolfus de Hadewerke omni actioni, quam adversus predictam ecclesiam in Hegene habui, una cum uxore et pueris meis profiteor me publice renunciasse. Ne igitur super predictis aliqua inposterum oriatur kalumpnia, presentem paginam conscribi et sigillo universitatis civium in Wildungen procuravimus communiri. Actum anno Domini M°.C°C.LX°., dominica iudica, in loco Wildungen, presentibus hiis: Ludewico sculteto, Hermanno plebano in Wildungen, plebano in Weldene, Ludewico Winter, Heinrico et Gumperto de Anref fratribus, militibus, scabinis omnibus, Gumperto et Conrado de Anref, Cunrado de Ermbretesfelde.

Or. im Grossherzogl. Hessischen Staatsarchiv zu Darmstadt. An Pergamentstreifen Siegel der Stadt Wildungen: Reitersiegel, im Schild des Ritters ein Löwe, Umschrift: Sigillum civitatis *(sehr weiter Zwischenraum)* in Wildungen. *Auf der Rückseite von gleichzeit. Hand:* De abrenuntiatione Werheri Morthane et Rudolfi de Hadewerke et eorum coheredum bonorum in Mehelen.

825.

Graf Adolf von Waldeck bekundet einen Ankauf seitens des Kl. Werbe. 1260 März 22.

Nos Adolphus Dei gratia comes in Waldeke omnibus (hanc) litteram visuris in Domino salutem. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod Henricus de Eringin et eius frater nostro mediante consensu decem iugera de mansu eius, qui situs est in Betthenhusen, ecclesie in Werephe contulerunt ad emendum ipsorum usui possidenda[1]). Ne quispiam super isto contractu possit dubitare, litteram ipsis sigilli nostri munimine tradimus roboratam. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX°., XI°. Kalendas Aprilis.

[1]) possidendis *Or.*

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen Fragment vom runden Siegel des Grafen.

826.

Das Paderborner Kapitel bestätigt die Schenkung eines Salzwerkes in Salzkotten durch Bischof Simon von Paderborn an Kl. Marienmünster. 1260 April 9.

R(abodo)[1]) Dei gratia decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis honorabilibus viris confratribus suis abbati ac conventui monasterii beate Marie virginis apud Swalenbergh[2]) eternam in Domino caritatem. Collationi proprietatis unius integri soltwerc in oppido[3]) Soltkothen, vobis a venerabili patre ac domino nostro episcopo facte, quod vobis dominus prepositus a Conrado iudice titulo emptionis comparavit, consentimus et presentium apertione ac sigilli nostri appensione comprobamus. Datum anno Domini M°.C°C. sexagesimo, quinto Idus Aprilis.

[1]) Nos *fügt D hinzu.* [2]) *C und D ohne* h. [3]) opido *B.*

Aus Msc. I, 129 fol. 37 v (B), VII, 4512 p. 42 (C) im Kgl. St.-A. Münster und Grevenburger Kopiar Nr. 23 (D), letzteres mitgetheilt von Pfarrer Schrader in Natzungen. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 164. Vgl. oben Nr. 819 und 820.

827.

Die Brüder Johann und Gottschalk von Padberg resigniren dem Abt (Thimo) von Corvey einen Zehnten zu Gunsten des Kl. Bredelar. 1260 April 16.

Venerabili domino .. abbati Corbeygensi Iohannes et Godescalcus fratres et coheredes domini castri in Pathberg cum totius fidelitatis integritate paratam ad obsequia voluntatem. Cum decima ville in

Enimunde, quam ab ecclesia vestra hominii iure tenemus, abbas et conventus de Bredelar de consensu nostro et heredum nostrorum et amicorum consilio emptionis titulo a nobis legitime comparaverint, in manus vestras ipsam decimam, quia presentie vestre copiam non habemus, presentium tenore sigillo nostro, quo ambo contenti sumus, signato tamquam viva voce sollempniter resignamus et omni iuri nostro in ea habito publice cedimus rogantes obnixe, quatinus intuitu Dei et favore religionis nostrique servitii respectu proprietatem eiusdem decime ipsis conferre dignemini, ut obtenta libertate proventibus eiusdem decime libere et quiete potiantur. Hoc apud reverentiam vestram, si exauditi fuerimus, cum gratiarum actione una cum ipsis studebimus fideliter deservire. Datum anno gratie M°.C°C.LX., indictione III., XV°I. Kalendas Maii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 72. An Pergamentstreifen verletztes Siegel der Aussteller, daran Pergamentstreifen mit einem vom Inhalt abweichenden Regest von Hand des Schreibers der Urkunde: Littere Iohannis et Go(descalci) fratrum de Pathberg de cessione et resignatione decime in Ekesbike et decime in Enemunde et de consensu Hermanni de Dauerenburg. *Auf der andern Seite:* Alie littere habentur de emptione earundem decimarum.

828.

Walther v. Rengshausen verzichtet auf Güter bei Hadeberchteshusen *zu Gunsten des Kl. Hardehausen. 1260 April 16.*

Ego Waltherus de Ringoldeshusen tenore presencium protestor, quod integre et absolute renunciavi omni iuri, quod mihi competere videbatur ratione advocatie in quibusdam (bonis)[1] sitis iuxta Hadeberchteshusen, que abbas et conventus monasterii in Herswidehusen comparavit. Testes huius rei sunt: dominus Wideroldus, Conradus Muz[2] et Heinbradus, canonici Frithslarienses, Conradus de Hevelthe, Albertus Monatarius[3], Henricus de Wilsberg, Ciso[3] et alii quam plures. Quia sigillum proprium non habeo, sigillo domini Wideroldi sum contentus. Acta sunt anno Domini M°. ducentesimo sexagesimo, XVI. Kalendas Maii.

[1]) bonis *fehlt Abschr.* [2]) Maz? [3]) *So Abschr.*

Nach Abschr. saec. XV. im Kgl. St.-A. Münster. Zu Hadeberchteshusen *vgl. Nr. 760.*

829.

Die Brüder Berthold u. Werner v. d. Lippe resigniren ihrem Lehnsherrn, dem Bischof W(idukind) von Minden zu Gunsten des Klosters Loccum den Zehnten zu Om. *Lichtenfels 1260 April 30.*

Huius rei testes sunt: Widekindus de Brunzbach, Gerlacus de Virminne, Olricus de Westem, Elegerus de Dalewich. . . . II. Kalendas mai.

Abgedr. Hodenberg, Calenberg. UB. Abthl. III. Nr. 209 (n. d. Or., dessen Siegel abgefallen, im Klosterarchiv zu Loccum). Da die hierzu gehörende Nr. 823 am selbem Orte II. Kal. Marcii *ausgestellt ist, steckt wahrscheinlich ein Irrthum in der Datirung.*

830.

Bischof Simon von Paderborn bekundet Ueberlassung von Hof und Zehnten in Valehusen *für Kl. Gehrden. 1260 Mai* $\frac{23}{30}$.

Nos Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis presens scriptum intuentibus in Domino salutem. Presentibus publice protestamur, quod domina Helewigis uxor Ludolfi marscalci nostri, vir nobilis Hermannus de Osethe et Hermannus marscalcus noster in nostra presentia constituti, curiam et decimam in Valehusen Hermanno de Siddessen, Henrico de Howede, Tyderico de Sebeke et Frederico de Ystingdorp, militibus, famulis vero prepositi de Gerdene: Iohanni de Pistrino, Hennikiso et Hermanno de Wartberg iure feodali porrexerunt, quousque predictam curiam et decimam in Valehusen prepositus et ecclesie Gerdensis ad usus perpetuos ecclesie sue a domina abbatissa et ecclesia sua Hersiensi valeant obtinere. Pro quibus bonis, videlicet in Valehusen, prepositus et ecclesia sua Gerdensis Ludolfo

marscalco et Helewigi uxori sue et Hermanno marscalco et ipsorum heredibus sexaginta marcas denariorum in Wartborg persolverunt. Promiserunt eciam in manibus nostris et in manibus Hermanni de Siddessen, Henrici de Howede, Thiderici de Sebeke et Friderici de Ystingdorp militum, fide corporaliter prestita, quod ante festum beati Iacobi proxime venturum sigilla et consensum viri nobilis Hermanni de Osethe, Bertoldi, Wernheri et Hermanni dominorum de Brakle, Bertoldi et Henrici schultetorum de Sosato, ecclesie Gerdensi sine difficultate qualibet procurabunt, alioquin, cum requisiti fuerint, dominus Hermannus de Osethe et Hermannus marscalcus vel si ipsi, quod absit, adimplere neglexerint, fideiussores ipsorum Rodolfus de Stenvorde, Fredericus de Ystingdorp, Albero de Wellede, Volpertus de Eysnen, Iohannes de Nedere, milites et Iohannes de Northe et Ioannes de Wellede filius Thethardi opidum Wartborg intrabunt, fide militari nullatenus exituri, quousque omnia supradicta fideliter fuerint adimpleta. Presentes erant: Conradus de Ethelen, Scrape, Conradus de Siddessen, Godescalcus de Wellede, milites; burgenses vero: Siffridus, Albertus Monetarius[1]), Hermannus de Dalhem, Conradus de Wethem, Conradus filius Eremberti et alii quam plures. Presentem eciam literam ex utraque parte sigillo nostro petiverunt sigillari. Acta sunt anno Domini M°.C°C.XL., in octava Pentecostes.

[1]) *Ob nicht Plural? Vgl. Nr. 833 Z. 8 v. u. nach dem Or.*

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 23 D. 2. mit falscher Jahreszahl: die X muss dem L nachgestellt werden, wie sich aus den andern denselben Gegenstand behandelnden Urkk. ergibt, ausserdem dass Simon erst 1247 Bischof wird; vgl. unten Urk. zu 1260 Juni 15, Nr. 834. Valehusen *eingegangener Ort zwischen Altenheerse und Gehrden; das Valhuser Feld, noch jetzt unter diesem Namen bekannt, wird theilweise von Dringenberg aus bebaut. (Spancken). Vgl. Zeitschr. XXXVIII, 2, 135.*

831.

Erzbischof Konrad von Köln, Abt Thimo von Corvey, Herzog Albrecht von Braunschweig und seine Brüder verbünden sich im Lager bei Kogelnberg: die Braunschweiger nehmen ihren Besitz im Herzogthum Westfalen vom Erzbischof zu Lehen und verzichten auf alle Ansprüche am Herzogthum; die Verbündeten versprechen sich gegenseitig Hülfe. Unter den Zeugen: die Grafen Adolf von Waldeck, Otto und Konrad von Everstein, beide Berthold, Edelherrn von Büren, die Brüder Albert und Herbold von Amelunxen. 1260 Mai 30.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf. Am Pergamentstreifen 1) in rothem Wachs Siegel König Richards, am Rande beschädigt; 2) am Rande stark beschädigtes Siegel Engelberts von Köln; 3) Thimos von Corvey; 4) Albrechts von Braunschweig, Umschrift verletzt. Zwischen questionis *und* nos igitur prenominati *Lücke von* 1/4 *Zeile, doch fehlt nichts. Rückschrift saec. XIII.* confederatio perpetua ducis de Brunswich et renuntiatio ducatus Westfalie. *Gedr. Spilcker, Everstein Nr. 125, Wigand Archiv VI, 231 (beide mit irrigem Datum); Lacomblet UB. II, 489, Seibertz UB. I, 317; Reg. Mittelrh. Regg. 3, 1623, Cardauns, Annalen 35, 59 Nr. 504; besprochen zuletzt Grauert, die Herzogsgewalt in Westfalen, 162 f. Im Druck Lacomblet (nach dem Or.) zu korrigiren: S. 274 Z. 3 von o.* Bruneswicens, *so immer; Z. 15* duci ac; *Z. 1 v. u.* duorum; *S. 275 Z. 5* exorto; *Z. 7* Ytalie; *Z. 14* Gozewinus, sculthetus, *Z. 15* Harboldus.

832.

Papst Alexander IV. beauftragt einen Scholaster in Erfurt, die Klage des Kl. Lippoldsberg gegen den Abt von Reinhausen u. Graf Ludolf v. Dassel zu untersuchen. Anagni 1260 Juni 1.

Gedr. UB. V, 851.

833.

Bischof Simon von Paderborn gestattet der Neustadt Warburg, Mauern und Befestigungen zu errichten. Warburg 1260 Juni 1.

Simon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis presencia visuris in perpetuum salutem in eo, qui est omnium vera salus. Ut factarum rerum memoria perpetuo perseveret, expedit actus nostros

temporales per scripturas auctenticas eternari. Hinc est, quod nos novum oppidum nostrum in Wartberg, per quod ecclesia nostra Paderbornensis in omnibus suis necessitatibus est suffulta, cupientes in omnibus specialiter promovere, consulibus et universitati eiusdem oppidi, capituli nostri Paderbornensis, ministerialium et universitatis eiusdem ecclesie nostre communi accedente connivencia et consensu ex dilectione et gracia speciali duximus indulgendum, ut oppidum suum muro necessario inter se et oppidum vicinum et sibi contiguum et municionibus circumquaque necessariis muniant et circumdent. Et ut hec nostra ordinacio et gracia sibi facta a nobis et nostris successoribus et ab ecclesia nostra perpetualiter firma et inviolabilis observetur, presens scriptum nostro sigillo et ecclesie nostre Paderbornensis, Hermanni nobilis de Osede nomine omnium castellanorum in Wartberg, Bertoldi, Werneri et Hermanni dominorum de Brakelo, civitatis Paderbornensis et oppidorum in Wartberg sigillorum munimine roborari fecimus coram testibus subnotatis: Gerhardo preposito Bremensi et Widekindo de Osede canonico Paderbornensi, Adolfo comite de Woltecge, Hermanno de Osede et Hermanno de Holthusen, nobilibus, Bertoldo et Wernero de Brakelo, Conrado de Etlen, Conrado de Rekelinchusen, Heinrico dicto Pancoken et Helya nato eius, Theoderico de Mederike, Iohanne de Osterhusen et castellanis nostris Fretherico de Istincdorp, Conrado et Alberone fratribus de Welede, Godescalco de Welede, Conrado et Volberto fratribus de Eisen, Thethardi de Norde, Gerhardo et Godescalco fratribus de Dinckelborg, Conrado, Gerhardo et Helmwico fratribus et sculthetis, Iohanne de Nedere et Ludolfo de Humbraihtessen, militibus, Hermanno marscalco, Iohanne de Welede, Berterammo et Fretherico, Theoderico et Theoderico de Norde, Gerhardo et Helmwico fratribus, scultheti natis, Conrado Lusco et Conrado de Etlen, famulis, Conrado de Siddessen, Regenbodone dicto Bussen, Heinrico de Howede, Iohanne de Osthem, Ernesto et Heinrico de Grimelsen, militibus; Adolfo de Butelesdorpe, Gerhardo, Alexandro et Conone de Nedere, Iohanne et Alberto fratribus de Nedere, Amelungo et Godescalco fratribus de Nedere, Iohanne de Nedere, Volberto de Rosbeke, Conrado de Ossendorpe, Godefrido de Dasborg, Iohanne de Howede et sororio eius Hermanno Rufo, Heinrico et Conrado fratribus de Rotwordessen, famulis et civibus predicti oppidi proconsulibus: Alberto et Sifrido Monetariis et consulibus pro tempore: Hermanno de Dalem, Conrado de Withen, Wernero scultheto, Conrado dicto Rant, Hermanno de Amelungessen, Conrado de Papenhem, Iohanne de Nazungen, Conrado Brunwardi nato, Heinrico sartore, Alberto de Lete, Arnoldo de Helmwordeshusen, Ecgehardo Erenberti nato, Hermanno de Hemedessen et universitate oppidorum in Wartberg, cum aliis quam pluribus. Nos enim omnes suprascripti vel ministeriales, vassalli et universitas ecclesie Paderbornensis, qui sigilla nostra presentibus non apposuimus, vel sigilla propria non habemus, sigillis appensis contenti sumus, et omnia supradicta ita dicimus esse et vera. Actum et datum Wartberg anno Domini M°.C°C.L°X., in Kalendis Iunii, pontificatus nostri anno XII°II.

Or. im Stadtarchiv zu Warburg. An rothseidenen Fäden an erster Stelle Reste des Siegels des Bischofs mit Rücksiegel, an fünfter an Hanfschnur unkenntliche Reste, die übrigen sechs Siegel nebst Befestigung fehlen. Gedr. Schaten ad annum, Wigand, Archiv III, 3, 187. Vgl. hierzu Nr. 651.

834.

Ludolf Marschalk, Gemahlin und Bruder bekennen Schulden halber dem Kl. Gehrden Hof und Zehnten in Valehusen *verkauft und, um das Kloster gegen Ansprüche sicher zu stellen, ihre Verwandten veranlasst zu haben, in Gegenwart Bischof Simons von Paderborn darauf zu verzichten. 1260 Juni 15.*

Nos Ludolfus marscalcus et Heylewigis uxor eius, Hermannus frater suus et ipsorum heredes universis presens scriptum intuentibus notum esse cupimus, quod, cum nos magnis et diversis debitis occupatos curiam et decimam in Valehusen vendere oporteret et eadem bona Adolphus prepositus et ecclesia sua Gerdensis ad usus suos perpetuos emptionis titulo pro sexaginta marcis denariorum legalium legitime compararent, volentes eidem ecclesie cavere, ne ab aliquo herede nostro in predictis bonis in posterum

gravaretur, de consensu et voluntate sororii nostri viri nobilis Hermanni de Osethe et consanguineorum nostrorum Bertoldi, Werneri et Hermanni dominorum de Brakele necnon Hinrici et Bertoldi fratrum de Susato schultetorum predicta bona cum omnibus suis pertinentiis ad usus ecclesie Gerdensis in presentia venerabilis domini nostri Symonis Paderbornensis episcopi libere et absolute resignavimus. Et ne aliquis nostrum hoc factum predicto preposito et ecclesie sue Gerdensi infringere presumat, hanc litteram sigillis nostris et consanguineorum nostrorum ipsis dedimus communitam. Presentes sunt: Rodolfus de Stenvorde, Fredericus de Ystingdorp, Thethardus et Tidericus fratres de Northe, Albero et Godescalcus [1]) de Wellede, Conradus de Ethelen, Scrape, Henricus de Howede, Conradus de Siddessen, Hermannus de Siddessen [2]), milites; burgenses vero: magister Sifridus, Albertus Monetarius, Conradus Rant, Hartmannus et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, Viti martiris.

[1]) Gothscalcus *B.* [2]) Sidessen *C.*

Nach dem Gehrdener Kopiar f. 25 (B), Msc. II, 71 S. 233 (C) u. Msc. I, 252 b S. 35 (D) im Kgl. St.-A. Münster. Vgl. oben Nr. 830. Der Vorname ist bei Scrape *hier sowie in Urk. von 1260 Mai* $^{23}/_{30}$*, oben Nr. 830, ausgefallen und dürfte vielleicht Engelbertus oder Arnoldus gelautet haben, wenigstens kommen diese unten zu 1266 Febr. 5 vor.*

835.

Detmar Bittersole und Frau verkaufen Güter an Kl. Berich. 1260 Juni 28.

Suffocari potest oblivio fidelium, quibus robur non adhibitur, vox vel vicacitas litterarum. Ea propter universis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis cupimus esse notum, quod Deitmarus Bittersole et sua uxor cum suis heredibus duos mansus in Alderdorp cum usufructu conventui in Beriche pro quadam summa denariorum, videlicet XX marcis, vendidit iure proprietatis commodius possidendos. Nos vero adhuc cercius esse volentes de mansibus predictis, ut Hermannus sororius predicti Detmari iuri suo in mansibus sepedictis renunciaret coram Wi(dekindo) viro nobili de Nouo Castro, elaboravimus diligenter. Verum, ne quis in posterum heredum suorum hec acta valeat infringere vel irritare, presentem litteram predicto conventui in testimonium sigillo nobilis de Nouo Castro et burgensium in Wl(f)hagen et sigillo conventus in Berige duximus firmius roborari. Testes: Widekindus de Nouo Castro, Gyso de Godenberc, Iohannes de Helfenberc et suus frater Heckehardus, Alexander de Escheberc, Waremundus Brotrub, Heinricus de Herberge(huse)n, Heinricus de Terre [1]) et suus frater Conradus, Ditmarus Winter, Lodewicus de Hertinkenhusen. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX°., in vigilia apostolorum Petri et Pauli.

[1]) *Korrigirt, ob statt* Ittere? *Kopiar I hat* Treren.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An geflochtenen Hanffäden 1) dreieckiges Siegel Johanns von Helfenberg, schräg gestellter Maueranker; 2) Reste gelben Wachses anscheinend vom Reitersiegel der Stadt Wolfhagen; 3) abgefallen.

836.

Papst Alexander IV. gestattet dem Kl. Hardehausen Besitzungen und andere Güter von Freien, die im Kloster Profess ablegen, mit Ausnahme von Lehngütern, zu behalten. Anagni 1260 Juli 7.

Aus Msc. II, 102 p. 95 im Kgl. St.-A. Münster. Vgl. UB. V, 599, 600, 605 Urkk. gleichen Inhalts desselben Papstes für Marienfeld, Bredelar, Paradies.

837.

Hermann und Florenz von Everstein verkaufen Land an Kl. Falkenhagen. Everstein 1260 Juli 10.

Universis Christi fidelibus hanc litteram intuentibus Hermannus et Florencius de Euersten salutem in Domino. Notum facimus universis et presenti kartula protestamur, quod nos cum consensu domini

Georgi cenobio in Ualkenhagen, quod in wlgari hurlant vocatur, pro XL solidis Hoxariensis monete vendidimus liberaliter et absolute; proprietatem vero dictorum bonorum nobiles comites de Euersten eidem ecclesie contulerunt. Ne autem super hoc facto dura emergi possit calumpnia, expedit, ut, que geruntur, ne simul cum tempore labantur, lingua testium et sigillis nostrorum dominorum perhennari.[1] Testes autem huius rei sunt: dominus Albertus de Aldenburg et filius suus, Hermannus et Conradus fratres, prepositus Iohannes, frater Hermannus de Homersen, frater Ludolphus, frater Hermannus, conversi illius ecclesie et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°X. Datum Euersten in die VII fratrum.

[1]) *So statt* perhennentur *Or.*

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 6. An weissleinenen Fäden ein am Rande sehr verletztes, grosses rundes Siegel mit aufgerichtetem Löwen, von dessen Umschrift noch comitis Ludewici *zu lesen ist, allein an zweiter Stelle von den vier angehängt gewesenen Siegeln noch vorhanden. Reg. Spilcker, Everstein Nr. 121 a. Lipp. Reg. I, 211 Nr. 307.*

838.

Abt Heinrich von Marienmünster bekundet die Verpflichtung einer Fruchtabgabe seitens des Klosters Hardehausen. 1260 Juli 23.

Henricus Dei gratia abbas et conventus monasterii iuxta Svalenberg, regule sancti Benedicti, universis hoc scriptum visuris salutem in Domino. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod abbas et conventus de Hersuithehusen de quibusdam agris in Erclen solvent nobis annuatim sex mensuras pise, que vulgo dicuntur schipel, perpetua pensione. Et ut hec rata sint et inconvulsa permaneant, sigilli nostri munimine et conventus nostri fecimus roborari. Datum anno Domini M°.CC.LX°., in die sancti Liborii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 135. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 164. Auf der Rückseite von gleichzeit. Hand: De Herclen.

839.

Graf Widukind von Schwalenberg übereignet seine Güter zu Volkoldessen *dem Kl. Marienmünster gegen das Recht, auf den Gründen jenes Klosters nach Gold und Silber zu graben. 1260 August 15.*

Nos Widekindus Dei gratia comes de Swalenberg omnibus Christi fidelibus hanc paginam visuris salutem in Domino. Expedit ea[1]) que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, scripti memoria perhennari. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod venerabilis abbas Henricus[2]) monasterii prope Swalenberg, prior totaque universitas eiusdem capituli contulit nobis, quicquid in prediis aut in proprietate ecclesie ipsorum auri vel argenti ad suffodendum de terra poterit inveniri. Nos vero e converso utilitati iam dicte ecclesie intendentes cum consensu nostre matris et uxoris et fratrum nostrorum nec non heredum nostrorum ob dilectionem genitricis Dei eidem ecclesie et congregationi bona nostra in Volkoldessen[3]) contulimus perpetuo possidenda. Ne autem predicta donatio a nobis sive a nostris successoribus possit retractari, presentem cartulam[4]) sigilli nostri munimine roboramus. Huius autem rei testes sunt milites: Bertoldus de Helmerinchusen, Conradus de Voltessen, Burchardus de Holthusen[5]), Wernherus Dicberner, Henricus de Helmerinchusen, famuli: Arnoldus de Thudenhosen[6]), Hermannus de Donepe, Helmbertus, Wernerus de Worden et alii quam plures. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LX°., in die assumptionis beate Marie virginis.

[1]) *B hat* ut *statt* ea. [2]) Hinricus *C.* [3]) Wolkoldessen *B.* [4]) kartulam *C.* [5]) Holtusen *B.* [6]) Thudenhusen *C.*

Nach Msc. I, 129 fol. 17 (B), I, 131 p. 52 (C), VII, 4512 p. 46 (D). im Kgl. St.-A. Münster. Gedr. Wigand, Archiv I, 4. 97. Reg. Lipp. Regg. I, 285, Nr. 472; Ztschr. XLVI, 2, 165. Volkoldessen *ausgegangener Ort in der Nähe von Sommersell. Ztschr. XXXVIII, 2, 135 f. sagt zwischen Marienmünster und Entrup, was obigem nicht widerstreitet; jedenfalls ist jeder Gedanke an Völsen, Lipp. Regg. a. a. O. als fraglich hingestellt, ausgeschlossen.* Dudenhusen *gleich Dohnsen, Gut zwischen Driburg und Herste.*

840.

Graf Widukind von Schwalenberg schenkt Güter in Volkoldessen *dem Kl. Marienmünster. 1260 August 15.*

Nos Dei gratia Wedekindus[1]) comes in Swalenberge notum esse volumus fidelibus Christi, quod nos cum consensu nostre matris et nostrorum fratrum ac nostre uxoris nec non universorum heredum nostrorum fratribus in monasterio sancte Marie Domino Ihesu ibidem famulantibus ad prebendam eorundem ampliandam ob reverentiam Dei genitricis et ob dilectionem venerabilis abbatis domini Henrici[2]), nostri amici specialis: dedimus bona nostra in Volkoldessen perpetuo possidenda. Predicta vero donatio, ne a nobis sive a nostris successoribus possit retractari, presentem litteram sigilli nostri annexione[3]) roboramus. Testes nostre donationis sunt: dominus Bertoldus de Elmeringhusen[4]), Conradus de Voltessen, Burchardus[5]) de Holthusen, Wernerus Dicbernere[6]), Heynricus[7]) de Elmeringhusen[8]), hii milites; nostri castellani: Arnoldus de Dudenhusen, Hermannus de Donepe, Helmbertus dapifer, Wernherus de Almeneworthe et alii quam plures. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LX°., in die assumptionis beate Marie perpetue virginis.

[1]) Widekindus *C*, Swalenberg *C und D*. [2]) Hinrici *C*. [3]) annectione *C*. [4]) Helmerinchosen *C*. [5]) Borhardus de Holthosen *C*. [6]) Dicberner *D*. [7]) Hinricus *C*. [8]) Elmerinchosen *C*.

Aus Msc. I, 129 fol. 26v (B), I, 131 p. 51 (C) und VII, 4512 p. 48 (D) im Kgl. St.-A. Münster, Reg. Ztschr. XLVI, 2, 166.

841.

Burgmänner und Rathmänner von Warburg bekunden, dass Kl. Gehrden von Ludolf Marschalk und dessen Bruder Hermann vier Hufen und einen Zehnten unter dem Beding angekauft, sie der Äbtissin von Heerse aufzutragen. 1260 September 15.

Castellani et consules in Wartborg omnibus hanc literam visuris volumus innotescere, quod dominus Adolphus prepositus nomine et ad utilitatem ecclesie sue videlicet Gerdenensis quattuor mansos et decimam domini Ludolphi marscalci et Hermanni fratris sui pro summa sexaginta marcarum legalis monete comparavit tali conditione, quod dicti fratres predictos mansos et decimam in manus domini abbatisse Herisiensis resignabunt, et ipsa proprietatem eorundem, que ad ipsam spectare dignoscitur, conferet dicte ecclesie et conventui perpetuo iure possidendam. Fideiusserunt eciam pro dicto domino Ludolpho et fratre suo Hermanno dominus Hermannus de Osethe, dominus Wernerus de Gudenberg, dominus Rodolphus de Stenvorde, dominus Thethardus de Northe, dominus Iohannes de Nedere, dominus Ludolphus de Humbrachtsen, dominus Godescalcus de Thinkelborg, dominus Frethericus de Ystinctorp et Hermannus marscalcus fide data in manus domini Hermanni de Siddessen, domini Alberti de Lutersen et domini Tiderici de Mogherke, quod si aliquis fuerit defectus in premissis, videlicet quod dicti fratres, dominus Ludolphus marscalcus et Hermannus frater suus et ipsorum heredes dictos mansos et decimam resignare tardarent requisiti, ipsi extunc opidum Wartberg intrabunt inde more militum non exituri, donec omnes defectus integraliter suppleant. Testes huius facti sunt omnes fideiussores in hoc facto: Tidericus Olla, Raveno de Desenberg, Iohannes de Wellete, Thidiricus de Northe, Gozswinus de Wetene, dominus Conradus schultetus, Helmicus natus ipsius, dominus Albero miles de Wellete, Sygehardus de Rothe et alii quam plures. In cuius facti evidens testimonium presentem literam sigillis nostris fecimus communiri. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, in crastino exaltationis sancte crucis.

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 25v D. 4. Wie schon Spancken Ztschr. XXXVIII, 2, 157 gesagt hat, sind die zu gleicher Zeit vorkommenden drei edlen Geschlechter von Gudensberg wohl auseinander zu halten, wovon das eine den Beinamen Olla führte. Hier ist ohne Zweifel, schon nach der Stellung als erster unter den Bürgen, der auch sonst öfters vorkommende Theodericus Olla de Gudenberg *genannt, aber auffallender Weise ohne Geschlechtsname.*

842.

Bischof Widukind von Minden ertheilt der Petrikirche in Höxter eine Indulgenz. Höxter 1260 September 20.

Widekindus Dei gratia sancte Mindensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presentibus et futuris litteras has visuris aut lecturis salutem in Domino sempiternam cum sincera caritate. Universitati vestre per hoc scriptum notum facimus, quod ad instantiam et humilem petitionem civitatis Huxoriensis ad ecclesiam sancti Petri dedimus perpetuam indulgentiam, ut, quicunque in anniversario dedicationis et consecrationis istius ecclesie, in festo paschalis, pentecostes et nativitatis dominice, in festo beatorum apostolorum Petri ac Pauli et in omnibus solemnibus festibus gloriose Dei genitricis beate Marie nec non in festo patroni nostri sancti Iacobi apostoli humiliter ac devote ad prefatam sancti Petri ecclesiam beneficia spiritualia petituri per octo dies convenerint atque (ad)[1]) ornandam, ampliandam, reparandam et conservandam eam pias eleemosynas largiter contulerint aut miserint vel alio pio intuitu adiutrices ei manus dederint, nos de omnipotentis Dei misericordia et beati Petri ac Pauli apostolorum gloriosissimis meritis firmiter confisi omnibus iis[2]) dies et carenam unam de iniuncta eis penitentia singulis annis in perpetuum relaxamus. Datum Huxori anno dominice incarnationis M.CC.LX., in vigilia beati apostoli Matthei.

[1]) ad *fehlt Abschr.* [2]) LXa *überschrieben, darunter* annum unum *durchstrichen.*

Abschr. Falke's, Koll. II, S. 349 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarch. zu Wolfenbüttel. Ob echt?

843.

Graf Widukind von Schwalenberg übereignet Güter in Siddessen und Eckhusen *dem Kl. Gehrden. 1260 September 29.*

Nos Widekindus Dei gratia comes de Sualenberg omnibus presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod ob amorem Domini nostri Iesu Christi et beatissime genitricis eius Marie, necnon ob petitionem et dilectionem domini Adolphi prepositi et domine Alheidis consanguinee nostre, priorisse de Schoneberg tociusque conventus ipsorum sanctimonialium in Gerdene bona in Syddessen et in Eckhusen, que Ernestus dictus Liber quondam a nobis iure feodali possederat, cum silvis, agris, pascuis et omnibus suis pertinentiis predicte ecclesie in Gerdene integraliter contulimus. Et ne hoc factum nostrum aliquis ipsis infringere presumat, presentem literam sigillo nostro ipsis dedimus communitam. Presentes erant: dominus Henricus abbas monasterii, castellani nostri de Swalenberg: Bertoldus et Henricus de Elmeringhusen, Conradus de Voltessen, Borchardus et Helembertus fratres de Holthosen, Iohannes et Warmodus filius suus de Alvessen, Wernherus Dikberner, Hermannus de Donepe, Arnoldus de Dudenhusen et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, in festo beati Michaelis archangeli.

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 26. D. 7. Eckhusen *eingegangener Ort in der Gehrdener Feldmark. Ztschr. XXXVII, 2, 185 f.*

844.

Graf Engelbert von der Mark nimmt die Einwohner der Stadt Büren in seinen Schutz. Borgeln 1260 Oktober 9.

Nos Engelbertus comes de Marcha notum facimus universis presentem paginam inspecturis, nos universos burgenses de Buren cum integritate bonorum (suorum) pro nobis et omnibus amicis nostris pro nobis facere (vo)lentibus et dimittentibus[1]) (in nostram) recipisse protectionem et conductum, ita videlicet, quod in terminis (nostre iurisdic)tionis a nobis vel ab ipsis nullum sentiant impedimentum vel (gravam)e(n), nisi aliqua inter nobiles viros dominos de Bůren et nos oriatur discordia, quod absit. Tunc predictos cives de Bůren ad octo dies, priusquam aliquod dampnum eis inferatur a nobis, debemus pre(veni)re[2]) et (nostr)um conductum durante illa discordia de(ne)ga(re). Id tenore presentium litte-

rarum sub sigilli nostri munimine publice protestamur. Actum et datum in villa Borgelen in anno Domini M°.C°C°. (sexagesimo), in vigilia Ge(reo)nis et V(i)ctoris martirum et sociorum eius.

[1]) dimicantibus *der Druck.* [2]) premunire *Druck.*

Or. theilweise abgeblättert und an der linken Seite zerstört im Pfarrarchiv zu Büren. Befestigung nebst Siegel abgerissen. Die Ergänzungen nach dem Druck Wigand, Archiv III, 3, 39 f.

845.

Erzbischof Konrad von Köln nimmt auf Grund einer inserirten Urk. des Papstes Honorius III. Kl. Helmarshausen in Schutz. Köln 1260 Oktober 20.

Conradus Dei gratia Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, dilecto in Christo . . abbati et conventui monasterii Helmwordeshusen[1]), ordinis sancti Benedicti, Paderbornensis dyocesis, salutem et sinceram in Domino caritatem. Cum litteras habeamus apostolicas in hec verba: Honorius episcopus *u. s. w. folgt Bulle Honorius III. von 1226 Januar 26. Vgl. UB. V, 305.*

Nos vestri commendationem monasterii taliter nobis factam animo voluntario iuxta vestri votum desiderii nobis cum nostri consilio et assensu capituli assumentes vobis promittimus presentium per tenorem, quod eiusdem vestri monasterii possessiones et iura manutenere et defensare pro nostris viribus studebimus bona fide et vestris obviare molestiis et gravaminibus, que vobis contigerit irrogari. Et ut eiusdem commendationis ac defensionis respectum ad nos ac nostros successores eo fiducialius habeatis, litteram hanc exinde conscriptam nostro nostrique sigillo capituli sigillatam vobis duximus contradendam. Nos etiam capitulum protestamur, quod venerabilem patrem et dominum nostrum Conradum archiepiscopum eiusque pro tempore successores ad facienda premissa fideliter et servanda libentissime, quantum poterimus, inducemus. Datum Colonie anno Domini M°.C°C. sexagesimo, XIII. Kalendas Novembris.

[1]) Helmworchusen *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 215. Von den rothen Fäden Siegel Konrads abgefallen, vom Kapitelssiegel ein Bruchstück erhalten.

846.

Die Grafen Adolf und Heinrich von Waldeck übertragen das Eigenthum von Gütern in Esbike *an Kl. Bredelar. 1260 Oktober 22.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Omnibus hanc litteram visuris Adolfus Dei gratia comes in Waldeke et Heinricus filius suus recta sapere et veritatem diligere. Religiosos ordini artiori astrictos ad promerendam gratiam Dei et eorum orationes lucrandas omnimodis adiuvare debemus, quantum ad nostram iurisdictionem spectare videtur, ne iniuste obprimantur, et in angustia consolari, ut quietius Deo valeant famulari. Hinc ad noticiam presentium et futurorum volumus pervenire, quedam bona sita in ecclesiali villa Esbike superius fonte, que, cum Hermannus cognomento Tregel et Constantinus frater suus, milites, in feodo de manu nostra tenerent, abbati et conventui in Bredelar, Cysterciensis ordinis, pro statuta pecunia de consensu heredum suorum vendiderunt, quibusdam burgensibus Montis Martis vice eiusdem claustri hominii iure ea porrigentes, eodem hominio tam diu durante, quousque proprietas eorundem bonorum iam dicto claustro per nos largiretur. Postmodum cum defuncto prefato Constantino idem Hermannus senior frater cum Alheide coniuge sua et filiis Hermanno et Thiderico et filiabus, ministerialibus nostris, et Constantino de priore uxore eiusdem Hermanni filio heredibusque universis sex marcis legalium denariorum ab eodem claustro receptis prenominata bona in manus nostras resignarent et ab omni iure suo in eisdem bonis habito publice cederent suppliciter rogantes, quatinus obsequii ipsorum memores proprietatem eorundem bonorum predicto claustro conferremus, nos eorum precibus inclinati unanimi voluntate et heredum nostrorum consensu intuitu Dei eiusque pie matris Marie virginis gloriose et religionis favore pro abolitione peccaminum nostrorum et omnium carorum nostrorum pro-

prietatem eorundem bonorum cum omnibus pertinentiis suis contulimus sollempniter fratribus claustri memorati libere et quiete cum bona pace et commoditate perhenniter possidenda; warandiam ipsis super hac libertate prestantes. Ne igitur aliquis heredum nostrorum vel aliquis de cognatione supradicta hanc donationem nostram presumat irritare, presentem paginam sigillorum nostrorum appensione decrevimus ob maiorem firmitudinem roborare. Acta sunt hec anno gratie M°.C°C.L°X., indictione III., X°I. Kalendas Novembris. Huius rei testes sunt: Adam de Aspe, Olricus de Berendorph, milites, Heinricus Spore, Franko, Albertus de Mulenhusen magister consulum Montis Martis, Ludolfus de Capella, Conradus de Hemmi(n)chusen, Heinricus de Lateruelde, Godescalcus Hauesalde, consules Montis Martis, Heinricus de Fleictorph et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 71. An geflochtenen rothweissen Hanfschnüren die verletzten Siegel der beiden Aussteller. Auf ein anderes Privileg weisst der angeh. Pergamentstreifen hin Vgl. Nr. 603.

847.

Ritter Adam v. Aspe bekundet Verkauf und Tausch mit Abt Alexander v. Bredelar. 1260 November 17.

In nomine Domini amen. Omnibus hanc litteram audituris ego Adam miles dictus de Aspe notum esse cupio, quod bona quedam, que habui in villa Vrdorph et quiete possedi, utpote proprietario iure ad me devoluta, dominus Alexander monasterii Bredelarensis abbas et suus conventus, mediantibus quibusdam fidelibus, titulo emptionis a me legitime compararunt pro triginta marcis et una legalis monete, heredibus meis legitimis, Arnoldo videlicet milite dicto de Roderikessen genero meo, domina Sophia uxore sua, filia mea, Arnoldo, Heinrico filiis suis et filiabus consentientibus, quia et ipsi pecuniam hanc in restaurum eorundem bonorum in partem decime in Langele apud Wlueshagen, quam emerunt de consilio meo pro maiori utilitate converterunt, unde ego et predicti heredes mei unanimi et plena voluntate iam dicta bona cum omnibus pertinentiis suis, agris videlicet cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, fratribus prefati cenobii sollempniter contulimus et assignavimus libere et quiete proprietario iure perhenniter possidenda, omni iure nostro in eisdem bonis hactenus habito publice renunciantes, parati insuper prestare predicto conventui de eisdem bonis plenariam et perpetuam warandiam. Ut autem huius emptionis contractus ratus in evum permaneat et inconvulsus, ad maiorem firmitudinem presentem cartam de hac re conscriptam, ego Adam sigillo burgensium meorum Montis Martis, quo contentus sum, proprium non habens, rogavi firmari et gener meus Arnoldus predictus proprio sigillo quo utitur, roboravit. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°X., indictione III., X°V. Kalendas Decembris. Huius rei testes sunt: Elgerus prepositus in Aroldessen, Heinricus magister consulum Montis Martis dictus de Odenhusen, Albertus de Mulenhusen, Bertoldus iudex et frater suus Ludolfus, Ludolfus de Capella et filii sui Heinricus et Iohannes, Hermannus superius theatro, Hermannus de Flessenger, Bertoldus et Helmwicus fratres de Huxoria, Heinricus Morel, Ludolfus de Metzenchusen et alii quam plures.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen 1) das grosse runde Marsberger Stadtsiegel, 2) dreieckiges mit Maueranker, Umschrift: + S. Arnoldi de Roderi . . . *Vgl. Nr. 860.*

848.

Kölner Kanoniker stellen über die bei ihnen seitens des Kl. Werbe für den päpstlichen Nuntius hinterlegten rückständigen Gelder einen Depositenschein aus. 1260 November 19.

Gedr. UB. V, 613.

849.

Kanonikus Beraldus von Adria quittirt dem Kl. Werbe die Zahlung einer seit 16 Jahren rückständigen Abgabe mit 16 Kölnischen Solidi. Köln 1260 November 29.

Gedr. UB. V, 614.

850.

Die von Tavenhusen verzichten zu Gunsten des Kl. Gehrden auf alle Ansprüche an Güter in Tavenhusen. *1260 November 29.*

Nos Iohannes, Henricus et Gertrudis fratres et sorores, existentes filii Bertoldi premortui, dicti de Tavenhusen, universis presens scriptum intuentibus notum esse cupimus, quod coram honorabilibus viris et discretis castellanis, consulibus et opidanis in Wartberg ad hoc rogatis, ab omni questione et incusatione, quam ecclesie Gerdensi, Paderbornensis diocesis, super bonis et agris in villa Tavenhusen sitis movebamus, penitus cessavimus. Insuper omni iuri, quod in predictis bonis et agris ex parte patris nostri Bertoldi habuimus vel habere videbamur, libere, absolute et ex bona voluntate totaliter renunciamus. Quia igitur ad hoc factum benivoli fuimus et parati, dominus Adolphus prior et prepositus ecclesie Gerdensis triginta solidos gravium denariorum nobis tribus promisit ac integraliter tempore nobis prefixo persolvit. Et ne aliquis nostrum vel aliquis ex parte nostra prefate ecclesie Gerdensi in posterum aliquam questionem de predictis bonis movere presumat, hanc literam sigillis castellanorum et oppidanorum in Wartberg ex utraque parte petivimus sigillari. Presentes erant: Rodolphus de Stenvorde, Conradus, Gerhardus et Helmicus schulteti, Conradus et Volbertus fratres de Eisnen, Conradus de Syddessen, Albero et Conradus de Wellede, Henricus de Howede, fratres de Dinkelborg, Ludolfus de Humbragtsen, milites; consules vero: Albertus Monetarius, Conradus de Wethen, Conradus Rant, Hermannus de Amelungessen, magister Siffridus, Ioannes de Nath(esungen?), Conradus Brunworder, Conradus de Papenhem et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo, in vigilia Andree.

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 27. D. 8. Tavenhusen *eingegangene Ortschaft zwischen Dringenberg und Gehrden beim Forstdistrikte Buchholz. Vgl. Ztschr. XXXII, 2, 110.*

851.

Bischof Simon von Paderborn, Verweser von Corvey, bekundet Exemtion einer Kapelle vom Kl. Schaken. 1260.

Simon Dei gratia Paderbornensis episcopus et tutor ecclesie Corbeiensis omnibus hanc paginam inspecturis salutem et omne bonum. Notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos ad instanciam Frederici militis de Horhusen et Bernardi militis de Dalwich accedente consensu Ludolfi prepositi et totius conventus in Skaken nec non Ioannis plebani in Godelovessen et parochialium eius exemimus capellam in Roderen noviter constructam et homines eiusdem ville ab ecclesia in Godelovessen matrice sua, ita ut prepositus et conventus in Skaken et plebanus in Godelovessen ab hoc tempore in antea nihil iuris obtineant vel habeant in predicta capella et villa Roderen, sed per se pastorem habeant, quem Fredericus et Bernardus eorumque heredes archidiacono legittime presentaverint, qui predictam ecclesiam porrigent iure perpetuo, in qua plebanus eiusdem ville confessiones recipiet, mortuos sepeliet et universa sacramenta ecclesiastica more debito celebrabit. His adiicimus, quod prefati milites Fridericus et Bernardus in supradicta villa marcam unam in censum in perpetuum annuatim assignaverunt preposito et conventui in Skaken. Qui census dabitur in festo sancti Michaelis; quod si factum non fuerit, divina ibi cessabunt, quousque persolvatur. His interfuerunt Henricus abbas de Flechtorp et Gerardus plebanus in Twiste. Hanc ergo paginam sigillo nostro et conventus in Skaken nec non Volradi archidiaconi duximus confirmandam. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX°.

Nach Overhams Koll. II. fol. 68 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

852.

Bruder H. Abt von Citeaux fordert zur Unterstützung des Kl. Falkenhagen auf. Citeaux 1260.

Frater H. abbas Cistertii totusque conventus abbatum capituli generalis universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Quoniam dicente apostolo omnes stabimus

— vitam eternam. Cum igitur abbatissa totusque conventus in Valle Dei lamentabili prorsus voce nobis significasset, quatenus ab Herimanno bone memorie abbate in Corbeia Saxonica primum plantate sint Ottbergen et postmodum ob latrocinia aliasque incommoditates abhinc ad sanctum Egidium in campo Bruggenvelde translate, propter frequentiam vero secularium hominum eorumque perniciosa scandala ab eodem pio abbate nuper in Vallem Dei deducte, in qua ob summam inopiam vix in posterum subsistere et cultui divino commode vacare possent, nisi liberalitate fidelium christianorum et piis eleemosynis subleventur, quapropter nos humiles sororum preces maxime attendentes universitatem vestram in Domino precamur, ut pauperculis istis consororibus nostris pietatis et caritatis intuitu quisque de bonis a Deo sibi ex gratia collatis gratuitas eleemosynas sincero amoris affectu erogare dignetur et pro his omnibus eterna felicitatis premia a Deo certo exspectet. Nos vero omnibus ac singulis, qui predictis consororibus in Valle Dei eleemosynas dederint vel miserint seu quocunque demum modo egestatem earum sublevaverint et ad structuram earundem monasterii, eiusdem instaurationem et conservationem propter Deum aliquid contulerint, eis affectuose concedimus plenariam participationem omnium charismatum spiritualium in vita pariter et morte, quotquot fiunt aut fient in universo ordine nostro per totum terrarum orbem. Datum Cistercii anno Domini M.CC.LX., in capitulo generali.

Nach Falke's Koll. II, S. 347 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv in Wolfenbüttel. Unzweifelhaft gefälscht, wenigstens in den historischen Angaben über die Entstehung des Klosters, die zu Ehren Corvey's gemacht sind. Vgl. Preuss, zur Geschichte der Anfänge des Kl. Falkenhagen in Ztschr. XL, 2, 88 ff.

853.

Propst Widukind von Fritzlar überlässt dem Kl. Berich zwei Zehnten. 1260.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Widekindus Christi gratia Fritslariensis ecclesie prepositus tam clericis quam laycis in prepositura nqstra constitutis salutem in eo, qui est omnium salus. Que evidenter, iuste et rationabiliter nostra fiunt sollicitudine, ut non possint postmodum malignorum perturbari calumpnia, bone cautionis adhiberi fomenta decrevimus in nostrarum testimonio litterarum. Declaretur ergo tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod nos devotionem et fidelitatem, quam familiaris noster prepositus Fridericus in Beriche et priorissa una cum collegio dominarum supra memorati loci gerunt erga nos et ecclesiam nostram Fritslariensem debita attendentes affectione, eis decimam in Ermenrode contulimus et similiter in Steinbach ea conditione, ut in evum a nostris successoribus, prepositis videlicet Fritslariensis ecclesie, perpetualiter teneant prepositus predicti loci sive procurator ex parte dominarum ibidem degencium in beneficio. Ut res autem ista maneat stabilis et conservetur, et ad amputandam omnem litis occasionem in hac nostra concessione, placuit presentem conscribi cartulam et sigilli nostri munimine confirmari. Acta sunt autem hec anno dominice incarnationis M°.C°C.L°X., hiis presentibus testibus: domino decano Heinrico, thesaurario Heinrico, domino Th(itmaro) de Appolt, Heinrico de Yttere, canonicis Fritslariensis ecclesie, domino Wer(nero) de Biscopeshusen seniore, Henrico, Wernhero, Hermanno, militibus, Andrea de Netzee milite et Walthero, castellanis in Waldecken.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs spitzovales am oberen Theile abgebröckeltes sonst gut erhaltenes Siegel: stehende Gestalt, auf rechter Seite frei im Siegelfelde kleines dreieckiges Schild mit achtstrahligem Stern, auf linker auf den Perlenrand der Legende sich stützender Hund. Gedr. Varnhagen, Grundlage Nr. 41.

854.

Die von Kercenberg *verkaufen ihr Gut an Kl. Bredelar. 1260.*

Omnibus huius pagine inspectoribus Regenhardus nobilis de Ittere, Wernherus canonicus Paderbornensis, plebanus in Curbike, ac . . proconsul et . . consules eiusdem opidi de visis et auditis loqui

veritatem. Notum esse cupimus unversitati fidelium et publice protestamur, quod Rodolfus et Otto fratres dicti Kercenberg ac Henricus dicti Ottonis filius nec non eorum heredes universi constituti coram nobis recognoverunt publice et constanter, quod predium in Kercenberg cum omnibus pertinenciis suis, quod iure proprietario ipsis pertinebat, mediantibus probis viris: Bodone, Frederico de Horhůsen et Ludolfo de Amelungessen, militibus, pro quadam summa ipsis tradita et soluta unanimi consensu et libera voluntate heredum suorum . . abbati et . . conventui cenobii in Breydelar, ordinis Cysterciensis, Paderburnensis dyocesis, legitime et rationabiliter vendidissent et ipsum predium super altare beate virginis ibidem solempniter abbate et conventu astantibus obtulissent et eidem predio cum suis integritatibus omnibus cessissent et renunciassent, coram nobis quoque cesserunt et renunciaverunt secundum cessionis et renunciacionis formam debitam et consuetam. In cuius rei testimonium presentem cartam iam dicto conventui in Breydelar ad instanciam Rodolfi et Ottonis fratrum et Henrici nati dicti Ottonis de Kercenberg et omnium heredum suorum predictorum dedimus sigillorum nostrorum impressione communitam. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°X., indictione III. Testes huius rei sunt: Hermannus cellerarius, Hermannus de Rixswidehusen et Henricus de Upsprunge, conversi claustri prefati, Hermannus de Yttere, Ludolfus de Dalwich, milites; Hermannus superius fonte et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 69. Von den drei an Pergamentstreifen angehängten Siegeln das am Rande verletzte dreieckige Siegel R.'s v. Itter, aufsteigender Löwe, Umschrift: S. (Reg)enhardi nobilis de It(here), *und Bruchstücke des Korbacher Siegels wie Westf. Siegel II. Taf. 78 Nr. 3 erhalten.*

855.

Die Brüder Grupen von Gudensberg übergeben ihr Recht an einen Meier in Frohnhausen dem Kl. Gehrden. 1260.

Theodiricus, Conradus et Theodiricus milites et fratres de Godenburg, dicti Gropen, universis Christi fidelibus hanc paginam intuentibus salutem et sinceram in Christo dilectionem. Confirmari debet summis apicibus sollempnis pactio, ne perire possit prolixi temporis intervallo. Notum igitur facimus presentibus et futuris, ad quos scriptum pervenerit, quod nos per consensum et voluntatem uxorum nostrarum omniumque coheredum nostrorum, quicquid iuris habuimus in Heinric, villico in Vrodenhosen, qui dicitur Iames, integraliter resignavimus, ipsum H(einric) cum omni libertate sibi tradita beate Marie virgini sanctisque apostolis Petro et Paulo in ecclesia Gerdene perpetualiter offerentes. Nos autem hanc donationem ratam habere volentes et inconvulsam, presentem litteram munimine sigillorum nostrorum insignitam fecimus roborari testimonium perhenne super his perhibentes. Nos duo fratres seniores Th(eodericus) et C(onradus) uno sigillo contenti sumus. Huius rei testes sunt: dominus Adolfus prepositus et prior in Gerdene, Albertus et Hermannus milites de Scardenberg, Arno(l)dus Wolf et Arnoldus Magnus, milites de Godenburg, Hermannus miles de Sidessen, Israhel famulus, Hennikis et Bertoldus Stoc famuli de Gerdene et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis Domini M°.C°C.L°X.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Gehrden Nr. 11. Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Ueber Frohnhausen vgl. Ztschrift XXXVIII, 2, 188.

856.

Die Brüder Wedereuen *entsagen zu Gunsten Bredelars allen Ansprüchen an zwei Hufen und einem Zehnten. 1260.*

Nos Conradus et Godescalcus, Albertus et Volpertus fratres dicti Wedereuen nati quondam Alberti Wedereuen militis omnibus hanc paginam inspecturis seu audituris cupimus esse notum, quod nos pure, simpliciter et expresse cessimus et recessimus ab omni impeticionis actionisque materia, que, ut nobis videbatur, conpetebat seu conpetere poterat qualicunque modo contra abbatem et conventum monasterii in Breidelar, ordinis Cisterciensis, racione duarum curiarum sive duorum mansorum et cuiusdam parvule

decime, quas curias seu quos mansos progenitores nostri habuerunt in Rischedehusen et in Wedereuenbercken sitas seu sitos et predictam decimam ibidem sitam, ut nostri progenitores eisdem religiosis predictas curias et decimam eandem iusto vendicionis titulo legitime[1]) vendiderunt, sicut nos ex litteris eorundem religiosorum sufficienter sumus informati, quas litteras nos vidimus, palpavimus et de verbo ad verbum audivimus, quarum series fuit, quod nostri progenitores abbati et conventui monasterii in Bredelar vendiderint et assignaverint de voluntate omnium heredum suorum omnia bona sua in Rischedehusen et in Wedereuenbercken sita et suam decimam ibidem sitam perpetuis temporibus habendam et pacifice possidendam. Quibus litteris sic visis, auditis et intellectis promisimus et per presentes litteras promittimus sepedictis religiosis viris, quod nos seu nostri non debebimus nec[2]) volumus quovis umquam tempore eosdem religiosos in possessione omnium bonorum in Rischedehusen et in Wedereuenbercken sitorum et in eorum pertinenciis singulis et universis nec non in decima ibidem in eiusque pertinenciis qualicunque modo inpedire, inquietare seu perturbare sed pocius nos et nostri heredes volumus et promittimus eos pietatis affectu promovere, ut predicta bona in Rischedehusen et Wedereuenbercken sita singula et universa cum suis pertinenciis et decimam ibidem eternaliter obtineant pacifice quieteque possideant nostro seu nostrorum heredum inpedimento quocunque non obstante in futurum, nihil nobis et heredibus nostris in predictis bonis et decima prefata et in eorum pertinenciis quiquid iuris aut proprietatis reservantes. Ut autem predicti religiosi libertate sua in premissis bonis quiete sine inpulsacione nostrorum heredum pociantur, presentem paginam conscribi fecimus et sigillo veteris opidi Curbeke firmiter signari, propterea quia propriis sigillis tunc temporis caruimus. Et nos proconsul et consules predicti opidi recognoscimus, quod ad peticionem Conradi, Godescalci, Alberti et Volperti dictorum Wedereuen in signum ratihabicionis sigillum nostre civitatis presentibus litteris fecimus apponi, presertim quia omnia et singula prenotata in presencia fuerunt nostra perpetrata. Datum anno Domini M°.CC°.LX°.

[1]) legittime *Abschr.* [2]) non *Abschr.*

Aus Msc. VI, 125 p. 127 im Kgl. St.-A. Münster. Vgl. oben Nr. 623 und 624.

857.

Graf Adolf von Waldeck und sein Sohn Heinrich erklären, dass Kl. Werbe seine Güter in Bettenhausen gegen eine Fruchtabgabe der Stadt Sachsenhausen gegeben habe und verzichten zugleich auf einen Zehnten. Ohne Jahr (um 1260).

In nomine Domini amen. Nos comes Adolfus de Wal(de)ke[1]) et H(enricus) filius suus omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in Domino. Omnes scire volumus, quod Io(hannes) prepositus et Iutta priorissa cum toto collegio sancte Marie in Werbe pro bono pacis et nostra dilectione contulerunt bona sua in Bettenhusen opido nostro in Sassenhusen pro certa pensione, scilicet VIIII modiis siliginis et totidem avene singulis annis in festo beati Martini, de qua scilicet annona predicta ecclesia ad nullum vult habere respectum, nisi ad consules ipsius opidi[2]), de qua causa nos decimam decem iugerum, que comparavit ecclesia a Henrico de Eringen ibidem in Bettenhusen, que ad nos spectat, per omnia relaxamus, insuper communionem civium in pascuis et in omnibus iuribus eius opidi[2]) in Sassenhusen ecclesie sancte Marie in Werbe et omni familie sue confirmamus. Et si aliquid iuris nostri residuum fuit in allodio in Rebrahctenchusen, ecclesie predicte per omnia relaxamus. Ne quisquam successorum nostrorum vel coheredum huic pensioni possit in posterum reclamare, presentem litteram sigillis nostris munimine duximus roborandam.

[1]) *Or.* Walke. [2]) opidis *Or.*

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An flach geflochtenen Leinenfäden rundes verletztes Siegel des Grafen Adolf, stehende Figur, die sich mit der Rechten auf das Schwert stützt, mit der Linken den dreieckigen Schild mit dem achtstrahligen Stern hält, wie schlechte Abbildung Varnhagen, Grundlage, Figur 2; das zweite abgefallen.

858.

Arnold Wolf schenkt dem Kl. Arolsen mehrere Zehnten. O. J. (Um 1260.)

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Arnoldus Lupus, Tidericus, Heverhardus filii mei de Gudenperck et Hermannus de Hosterhusen omnibus hanc paginam inspecturis salutem in Domino. Notum esse cupimus presentibus et futuris, quod ex petitione conventus Aroldessensis decimam, que nobis de curia Monchusen et de duobus allodiis in Wengorichosen in rebus mobilibus pervenire debuerat, predicto conventui unanimi consensu heredum nostrorum taliter contulimus, quod nobis et heredibus nostris duos graves solidos quolibet anno persolvat. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, testes adhibuimus dominum Theod(e)ricum Ollam et [1]fratrem suum Ollam et Marcwardum, et sigilli nostri munimine roboramus.

Aus Kopiar II. fol. 16 im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen.

859.

Gottschalk von Padberg giebt seinem Bruder Albert einen Hof in Upspringe. O. J. (Um 1260).

Noverint universi presens scriptum inspecturi, quod nos Godescalcus de Pathberg fratri nostro Alberto curtis unius site Upspringen dilectionis intuitu et sue petitionis contulimus in Monte Martis perpetuam proprietatem. Huius rei testes suut: Albertus magister consulum, Bertoldus de Hoxaria, Hermannus supra teatro, Werno dictus de Westheim, Hermannus de Vlessengere, Heinricus de Nutlon ceterique consules (Montis) [1]) Martis. Propter quod presens scriptum [2]) appensione [3]) sigilli sui duxerunt roborandum.

[1]) Montis *fehlt Or.* [2]) scriptum *steht hinter* sui, *durch a und b mit* presens *verbunden.* [3]) apensione *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 73. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

860.

Die Rathmänner der Stadt Marsberg bekunden Ankauf von Gütern in Urdorf seitens des Klosters Bredelar. 1261 Februar 14.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Omnibus hanc litteram visuris consules Montis Martis recta sapere et promovere. Propter varios rei eventus, qui evenire solent, necesse est, ut ea, que ab hominibus aguntur, cuncta iuxta seniorum decreta scriptis et testibus firmentur, ne quis per ignorantiam a tramite deviet veritatis. Notitie igitur tam presentium quam futurorum, sicut audivimus et vidimus, declaramus, quod Apollonius miles dictus de Suideri(n)chusen et filii sui et consanguinei ipsius Apollonius, Florinus et Iohannes fratres quedam bona in villa Urdorph habebant, que ab Adamo milite dicto de Aspe feodali iure tenebant, nostro tempore ea quiete possidentes, de quibus cum dominum Alexandrum abbatem de Bredelar et suum conventum, ut emerent, magna precum instantia convenirent, et quia iam dictus Adamus tam pro favore religionis quam precibus ipsorum et aliorum proborum virorum inclinatus in donatione proprietatis consentiret, mediantibus honestis viris eadem bona predictus Apollonius et filii sui et consanguinei prefati in manus eiusdem Ade resignaverunt absolute, tali conditione interposita, quod proprietatem eorundem bonorum iam dicto claustro conferret, quod et fecit, donans et offerens sollempniter proprietatem eorundem bonorum beate Marie in Bredelar de consensu generi sui Arnoldi de Roderikessen et domine Sophie uxoris sue liberorumque ipsius. Deinde conventione facta de emptione bonorum eorundem prefatus Apollonius et filii sui et consanguinei ipsius nichilominus ipsa bona cum omnibus pertinentiis suis, agris videlicet cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, super altare beate virginis Marie in Bredelar in presentia totius conventus devote obtulerunt et contulerunt libere et quiete a fratribus eiusdem claustri sine omni inquietatione proprietario iure perhenniter possidenda omni iuri suo in eisdem bonis hactenus habito publice et voluntarie cedentes nominatim Apollonius sepe dictus et filii sui Apollonius, Arnoldus et Iustatius, consanguinei sui supradicti Florinus et Iohannes fratres de habitione rati tertii fratris eorum, qui eo tempore extra partes fuit, Everhardus de Ense, sororius fratrum eorundem, filii Ottonis fratris

predicti Apollonii, Rodolfus, Otto, Heinricus, Apollonius, Hermannus et Rodolfus de Gozvelde, sororius eorundem cum heredibus universis. Hi etiam pene omnes adeo fideiusserunt, quod Apollonius frater Florini et Iohannis, si quandoque reverteretur, ratam haberet hanc conventionem. Insuper data fide promittentes se warandiam de eisdem bonis ubique locorum perpetuo prestituros. Tunc abbas sumpta stola et baculo omnes invasores eorundem bonorum vinculo excommunicationis innodavit. Postmodum omni cautione prestita et universa certitudine adimpleta Apollonius prelibatus et filii sui et consanguinei et Everhardus de Ense pro eisdem bonis viginti marcas et unam legalium denariorum a dicto abbate et suo conventu integre receperunt, quas sic partiti sunt: Ade militi unam marcam pro proprietate dederunt, fratres claustri memorati duas, Apollonio et filiis suis quinque marce et duo solidi cesserunt, consanguineis suis Florino et Iohanni et Everhardo de Ense octo marce et decem solidi. Filii Ottonis nichil iuris in hiis bonis se habuisse protestati sunt manifeste, quia alia bona in divisione hereditatis recepissent, Everhardo itaque congnomento Felici sex marce fiebant, apud quem predicta bona erant obligata. Preterea, ut huius emptionis contractus et proprietatis donatio robur firmitatis in evum obtineant, presens scriptum in huius rei testimonium sigilli nostri impressione roboravimus rogatu utrarumque partium et voluntate. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX°. primo, indictione quinta, in die beati Valentini martiris. Testes huius rei sunt: Heinricus de Odenhusen, magister consulum Montis Martis, Bertoldus iudex, Ludolfus de Capella et filius suus Heinricus, Bertoldus de Huxoria, Hermannus superius theatro, Hermannus de Flessenger, Conradus de Vassenbike, Heinricus de Kulethe, Heinricus Morel et consules omnes. Affuerunt postmodum milites et militares: Hereboldus de Amelungessen, Iohannes de Brogbike, Godescalcus de Bericoven, Gerlacus Dikeber, Gozwinus de Wethen, Ludolfus de Methzinchusen, Albertus de Mulenhusen, Albertus de Pathberg et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 76. An Pergamentstreifen Siegel d. St. Marsberg. Die Indiktion passt nicht zu 1261; doch schwankt dieselbe bei dem Schreiber dieser Urk. stets. Vgl. Nr. 599.

861.

Ritter Adam von Aspe verzichtet auf das Eigenthumsrecht an Gütern in Urdorf zu Gunsten des Kl. Bredelar. 1261 Februar 14.

Noverit universitas fidelium, quibus hoc scriptum fuerit exhibitum, quod ego Adam miles dictus de Aspe de pleno consensu generi mei Arnoldi de Roderikessen et uxoris sue domine Sophye liberorumque ipsius proprietatem quorundam bonorum in Urdorp, que Apollonius de Suideri(n)chusen et filii sui consanguineique ipsius Apollonius, Florinus et Iohannes fratres de manu mea in feodo tenebant et mihi resignaverunt manifeste, beate virgini Marie in Bredelar sollempniter obtuli et dedi cum omnibus pertinentiis suis partim pro mercede eterna et partim pro trium marcarum summa, Apollonio iam dicto heredibusque universis presentibus et consentientibus, immo magna parcium instantia exorantibus, ut in hac donatione consentirem. Quam igitur donationem proprietatis, ne quis possit umquam impedire, me perpetuo ratam habere presentium tenore sigillo consulum Montis Martis signato, quo contentus sum, quia proprium non habeo, publice protestor. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°X. primo, indictione V., Valentini martiris die. Huius rei testes sunt: Ludolfus de Methzenchusen, Heinricus de Odenhusen, magister consulum Montis Martis, Bertoldus iudex, Ludolfus de Capella et filius suus Henricus, Conradus de Vassenbike et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 75. An Pergamentstreifen Siegel der Stadt Marsberg.

862.

Papst Alexander IV. beauftragt den Erzbischof (Werner) von Mainz und seine Suffragane, Kl. Bredelar gegen Vergewaltigungen zu schützen. Lateran 1261 Februar 21.

Auszüglich gedr. UB. V, 616.

863.

Graf Otto von Everstein schenkt mit Einwilligung seines Sohnes Albert Güter in Scherfede der Katharinenkapelle an der Hardehauser Klosterpforte. 1261 März 21.

Otto Dei gratia comes de Euerstein omnibus hanc paginam inspecturis salutem et omne bonum. Quoniam rerum gestarum memoria scriptis maxime conservatur, nos tenore presentium notum facimus presentibus et futuris, quod nos cum consensu Alberti filii nostri bona nostra in villa Scerue, que Conradi cognomento Boch appellantur, cum omnibus pertinentiis suis et iuribus contulimus capelle sancte Katherine, que est ad portam monasterii in Herswithehusen, Cisterciensis ordinis, Paderbornensis dyocesis, ut census predictorum bonorum ibidem in obsequium Dei et honorem sancte Katherine iure perpetuo deputetur. Huic facto prefatus Conradus Boch cum liberis suis consensum plenum prebuit, renuntians omne iuri, quod ipsum in supradictis bonis contingere videbatur. Ut hec rata maneant et inconvulsa, nos presentem paginam conscribi nostroque sigillo fecimus efficaciter communiri. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LXI., XII°. Kalendas Aprilis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 136. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 125. Bei dieser Urk. liegt ein Siegelstreifen beschrieben in der zweiten Hälfte des 13. Jahrhunderts: Reverendo patri ac domino abbati de Hersedehusen frater S. et ipse dictus abbas in Ozzech cum orationibus devotis sinceram in Domino karitatem . . . I. conversum vestrum nobis commorandi gratia cum litteris testimonialibus transmissum propter summam debitorum necnon et aliorum . . .

864.

Der Konvent des Stifts auf dem Berge bei Herford giebt der Kirche in Enger eine Sohlstätte in Salzuffeln zu Lehn. 1261 März 26.

Omnibus presentem paginam inspecturis preposita, decana totusque conventus Montis sancte Marie in Heruordia rei geste perhennem memoriam. Scrupulo dubitacionis noxie celeri remedio obviare volentes notum esse cupimus universis tam posteris quam presentibus, quod nos domum salis Saltuflen sitam in feodum contulimus ecclesie Angarensi, quam a domino Heinrico, canonico Osnaburgensi, comparavit de nostra voluntate, consciencia et consensu. Ut autem hec rata permaneant, presentem paginam sigillo ecclesie nostre duximus roborandam, hiis presentibus: domino Gerhardo de Sunninchusen, domino Volmundo de Weringen, domino Luberto de Vorencampe, militibus; Iohanne de Libbere, Gerhardo de . . . . bike, Volquino dicto Cretel et aliis quam pluribus. Datum anno Domini M°.C°C.LX°I., proxima die annunciacionis beate virginis.

Or. (beschädigt) im Kgl. St.-A. Münster, St. Johann u. Dionys zu Herford Nr. 19. Siegel u. Befestigung ab.

865.

Bischof Simon von Paderborn verlegt den Kirchweihtag der Minoritenkirche zu Höxter. Driburg 1261 April 13.

S(imon) Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus dilecto in Christo gardiano fratrum Minorum in Huxaria ceterisque fratribus eiusdem domus necnon et omnibus Christi fidelibus hanc paginam visuris salutem et pacem in Domino sempiternam. Solet annuere pontificalis dignitas piis votis et honestis petentium desideriis favorem benevolum impertiri. Ea propter dilectorum fratrum precibus inclinati liberaliter concedimus ac auctoritate Dei et nostra statuimus, ut dedicatio ecclesie eorundem, que in die Simonis et Iude ad honorem omnipotentis Dei fuit facta, deinceps in dominica Quasimodogeniti omnibus annis solempniter celebretur, ita tamen, quod altare beati Francisci confessoris ultimo a domino Thetwardo consecratum . . . .[1]), in quo in die Simonis et Iude „terribilis“[2]) in mane pro memoria dedicationis antique convenientibus populis cum gaudio celebretur. Omnibus[3]) ad hanc dedicationem Christi fidelibus

advenientibus et corde contritis annum et carenam de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum in Driburg, anno Domini M°.C°C. sexagesimo primo, Idus Aprilis.

[1]) *Hier folgt in der Abschr. ein dem Or. nachgebildetes korrigirtes und nicht zu deutendes Wort. Am Rand ist* conservetur *geschrieben.* [2]) terribilis est locus iste *Anfang des Introitus der Messe auf Kirchweih.* [3]) *Folgt* qui *in der inkorrekten Abschr.*

Aus Msc. II, 102 p. 146 im Kgl. St.-A. Münster.

866.

Ritter Werner von Brakel entsagt zu Gunsten des Kl. Marienmünster seinem Antheil an Gütern in Gundenshem. *Höxter 1261 April 14.*

Omnibus presens scriptum visuris Wernherus de Bracle[1]) miles salutem in Domino. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos una cum uxore nostra Mechildi[2]) et filio nostro Bernhardo et filia nostra Reilindi[3]) parti bonorum in Gundenshem, que nos contigit, que scilicet bona Albertus et Sigehardus fratres dicti de Marephe et eorum heredes claustro beate Marie virginis in Monasterio vendiderunt, ob salutem animarum nostrarum publice renuntiamus. Et ut hoc ratum et firmum permaneat apud omnes, hoc scriptum sigilli nostri appensione fecimus roborari. Testes huius rei sunt: Iohannes de Oldenberge, Hermannus de Poppenborch, sacerdotes; Iohannes de Nedhere, Olricus Sumercalff, Udo Sumercalff, milites; Lambertus de Lucteringen[4]), Henricus de antiquo foro, Conradus de Bracle, burgenses Huxarienses et alii quam plures. Datum Huxarie, anno Domini M°.CC°.LX°I., quinta feria ante ramos palmarum.

[1]) Brakele *C.* [2]) Mechtildt *C.* [3]) Reilindt *C.* [4]) Lucringen *C.*

Nach Msc. I, 129 fol. 8 (B) und VII, 4512 p. 49 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Spilcker, Everstein Nr. 127. Am selben Tage verzichtete in Hinnenburg Ritter Berthold von Brakel mit seinen Erben Berthold von Dassel und Burchard von der Asseburg. Zeugen: Henricus plebanus in Brakle, Iohannes de Hindeneburg, Iohannes de Oldenberge, sacerdotes; uterque Fredericus de Istendorp, Fredericus de Oldenberge, Alexander de Vlectene, milites, Ludolphus de Corbeia. *Gedr. Asseb. UB. I, 305 mit Bemerkungen über B. v. Dassel und Hinnenburg. In* Gundensheim *waren begütert die von Brakel, die ihre dortigen Besitzungen den Gebrüdern von Marpe (nordwestlich von Blomberg) zu Lehn gegeben hatten, ferner die Edelherrn von der Lippe, die Grafen von Pyrmont und Schwalenberg und das Stift Corvey. Von allen diesen erwarb Kl. Marienmünster den Grundbesitz, dessen Lage also sicher dem Kloster sehr genehm und vortheilhaft war. Es scheint daher wohl richtiger* Gundeshem *mit den Lipp. Regg. (Regist. IV S. 479) im Amt Oldenburg zu suchen (obschon I, Nr. 308 angegeben, dass es nicht mehr bekannt sei) als* in territorio Corbeyensi, *wohin es eine Bemerkung zum Marienmünsterschen Kopiar verlegt (Ztschr. XXXIX, 2, 7), zumal das Ministerialengeschlecht von Gundesheim nur ausnahmsweise in Corveyer Urkk. vorkömmt. (Spancken.)*

867.

Berthold, Werner und Hermann von Brakel mit ihren Söhnen Berthold von Dassel, Burchard von der Asseburg, Bernhard und Werner bestätigen den Verkauf von Gütern in Eckhosen *seitens der Brüder Heinrich, Johann, Helmicus und Everhard von* Echosen *an Kl. Gehrden und entsagen allen ihren Ansprüchen. 1261 April 25.*

. . . . Presentes sunt: Fredericus et Fredericus de Ystingdorp, Alexander de Flegten, Iohannes de Nedere, castellani in Hindeneborg; Engelhardus et Burghardus de Herste, castellani in Aldenborg; Tidericus de Sebeke, Apollonius, Hermannus de Osthem et Hermannus de Sidessen, milites; laici vero: Mangoldus, Henricus Pape, Bernhardus et Iohannes Kove, Iohannes de Berndorp, Hermannus Obulus, Hennikis.

Nach dem Gehrdener Kopiar f. 276. D. 9 gedr. Asseb. UB. I, 308. Auszug Spilcker, Everstein UB. Nr. 129. Abschr. u. Auszüge Msc. II, 71 S. 239, VI, 224 fol. 66, I, 242 b p. 36, im Kgl. St.-A. Münster.

868.

Bischof Simon von Paderborn und sein Kapitel beglaubigen eine Abschrift des Privilegs Kaiser Konrads II. für Herford. 1261 Mai 23.

Nos Simon Dei gratia episcopus Paderbornensis, decanus et capitulum eiusdem ecclesie presentibus protestamur supranotatum transscriptum privilegii, quod thesaurario de Wildeshusen et magistro Thetmaro, nunciis nostris ad ecclesiam Heruordensem transmissis, ad perlegendum et transscribendum erat exibitum a domina abbatissa, conventu et clero Heruordensi anno Domini M°.C°C.LX°I., feria secunda post dominicam Cantate[1]), et nobis est secundum tenorem suprascriptum transmissum.

[1]) canctate *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 23. Das Privileg Konrads II., gedr. UB. II, 258, u. Kaiserurkunden II, 223; Reg. Stumpf, 354, steht oben auf dem rechts sehr ungleich geschnittenen Pergament. Darunter von anderer Hand Obiges. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

869.

Hermann von Schardenberg verkauft für 20 Mark dem Kl. Volkhardinghausen zwei Hufen in Niederelsungen. In der Kapelle zu Schardenberg 1261 Mai.

Hermannus de Scardenberg omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, in Domino salutem. Noverint universi, quod ego et Stephanus frater meus ex consensu Richecen uxoris mee, filiorum et heredum meorum duos mansos in Nitherenelsingen sitos domino Hartmanno preposito et conventui in Volchardinchusen vendidimus, viginti marcas a dicto preposito et conventu pecunie numerate recipientes. Et ad sufficientem cautelam proprietatem dictorum mansorum dicto preposito et conventui contulimus sine contradictione vel impetitione heredum aut amicorum nostrorum perpetuo possidendam. Testes huius facti sunt: dominus Thidericus et dominus Conradus Olla fratres, dominus Wernherus de Gudensberg, dominus Everhardus et dominus Thidericus Lupus fratres, dominus Conradus de Gudenberg, dominus Iohannes de Gudenberg, dominus Iohannes de Helphenberg, dominus Conradus prepositus in Wormelon, Ernestus miles de Wetter, Bertoldus Stolte et Gerhardus de Stolte, cives in Wartberg. Et quia dominus Albertus huic facto interfuit et tam ipse quam Stephanus natus ipsius et heredes omnes in hoc consenserunt, presens scriptum ipsius, videlicet domini Alberti de Scardenberg, et domini Arnoldi de Gudenberg dicti Magni sigillis dicto preposito et conventui dandum duximus roboratum. Datum et actum in capella Scardenberg, anno Domini M°.C°C.LX°I., mense Maio.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamenstreifen die dreieckigen Siegel Alberts v. Sch. wie an Nr. 666 und Arnolds v. G. wie an Nr. 433.

870.

Abt Giseler von Altenberg urkundet über einen während der Zeit seines Kellneramtes in Hardehausen vollzogenen Verkauf von Gütern an Werner von Bischofshausen. Hardehausen 1261 Juni 2.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis frater G(iselerus) dictus abbas de Veteri Monte salutem in omnium salvatore. Universitati vestre innotescat, quod, cum nos in Herswitehusen officium cellerarii amministraremus et dominus Wernherus nobilis de Bisschopshusen vellet a nobis emere quasdam possessiones sibi venales exhibitas, inter quas erant redditus decem solidorum, accesserunt ad nos quidam fratres germani de Geflesse, dicentes illos redditus ad ecclesiam de Herswitehusen a suis progenitoribus devenisse et ob hoc eosdem se velle de manu nostra et conventus nostri pro condigno precio comparare. Nos autem, requisito consensu domini Wernheri et obtento, pactum inivimus cum illis in hunc modum, ut, si nobis prefixo die paratam pecuniam integraliter assignarent, ipsis eosdem redditus venderemus. Cum igitur dies prefixus advenisset, dicti fratres coram nobis comparentes, dicebant partem pecunie se habere, et pro parte residuo se velle vadium exhibere; quod nos omnino

renunciantes predicto nobili totaliter bona vendidimus memorata. In huius ergo rei testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine dignum duximus roborare. Datum in Herswithehusen, anno Domini M°.C°C.LX°I., in ascensione Domini.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 137. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

871.

Äbtissin Ermegard und Kl. Heerse übertragen Zehnten und Hof in Valhosen *an Kl. Gehrden. 1261 Juni 19.*

Ermengardis Dei gratia abbatissa, Konegundis preposita, Iutha decana, Alheidis thesauraria, Iutha scolastica, Beatrix celleraria universeque domine Hersienses, Ludoldus magister, Iohannes, Hermannus de Ystingdorp, Rodolfus de Antiqua Herisa, Herembertus et Iohannes plebanus sancti Petri in Wartberg universique canonici eiusdem ecclesie omnibus presens scriptum intuentibus salutem in auctore salutis. Que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, oportet ea linguis hominum et scripture testimonio perennari. Hinc est, quod notum esse cupimus universis, quod constitutis coram nobis in ecclesia nostra domino Adolfo preposito Gerdenensi et domino Ludolfo marscalco Paderbornensi, idem Ludolfus decimam et curiam in Valhosen, quam de ecclesia nostra habuerat, pro se et omnibus suis heredibus libere et absolute in manus nostras resignavit. Nos vero circa dominum prepositum et dominam Alheidim de Schoneberg, priorissam Gerdensem, magna dilectione moti, proprietatem dictorum bonorum in Valhusen, quam pro sexaginta marcis erga Ludolphum marscalcum et heredes suos in presentia venerabilis domini Simonis Paderbornensis episcopi nec non nobilis viri comitis Adolphi de Walthecke et universorum castellanorum et consulum in Wartberg emerant, in silvis, agris et pratis et cum omnibus suis pertinentiis tradidimus ecclesie Gerdensi in perpetuum possidendam, in hunc modum videlicet, ut exinde singulis annis in festo Michaelis pensionem triginta denariorum ecclesie nostre persolvat. Preterea curiam in Ekhosen cum suis pertinentiis, quam olim Hedenricus de Siddessen et Albertus filius suus de ecclesia nostra habuerant, Gerdensi ecclesie tradidimus in hunc modum, ut exinde singulis annis sancte Marie dimidiam libram cere et dimidiam domine abbatisse et octo denarios capelle sancti Laurencii ad lumina persolvat. Et ne hoc factum aliquis in posterum presumat infringere, presentem literam sigillis nostris ecclesie Gerdensi dedimus communitam. Presentes erant: Thethardus de Norde, Iohannes de Donepe et Luderus de Werle, milites; famuli vero: Thetmarus de Eydenhosen, Adolphus et Henricus de Sterrenberg, Lubertus de Ospringe, Erpo de Wolth(usen?), de Gerden[1]), Henricus de Meschede, Ioannes de Berendorp, Hennikis et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo, in octava Pentecostes.

[1]) *Vorname fehlt.*

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 24. C. 23. Vgl. Nr. 830 und 834.

872.

Kl. Arolsen bekundet, dass eine seiner Konventualinnen Güter in Urdorf gekauft und später an den Abt von Bredelar verkauft hat. 1261 Juli 1.

In nomine sancte et individue trinitatis. Elgerus Dei gratia prepositus, A(delheidis) priorissa totumque collegium monialium ecclesie in Aroldessen universis Christi fidelibus presens scriptum visuris veritati testimonium perhibemus. Quia et nos sub religionis habitu virginum sponso deservimus, tanto magis dignum est, ut ea, que cum religiosis tractamus et diffinimus, fide et opere fixa inviolabiliter teneamus et scriptis et sigillis memoriter roboremus. Hinc est, quod tam modernis quam profuturis notum fore cupimus, quod domina Mechtildis soror nostra, Conradi Monetarii filia, quedem bona in U(r)dorpp sita ab Adamo milite dicto de Aspe et Arnoldo de Rode(ri)kessen genero eius et domina Sophia uxore eiusdem et liberis eorum heredibus universis, quibus proprietario iure pertinebant, de consilio nostro et voluntate, titulo emptionis cum omnibus pertinentiis suis de rebus parentum suorum legitime[1])

comparavit pro triginta marcis et una legalium denariorum, summam integraliter persolvens in continenti. Et idem Adam et gener eius cum heredibus universis omni iuri suo in eisdem bonis habito publice cesserunt. Cum vero eadem domina Mechtildis pie devotionis intuitu sanctuarium ecclesie nostre de rebus parentum suorum renovare et ampliare cepisset, et quia sumptus ad perficiendum non haberet, et iam ecclesia nostra de labore eiusdem structure in equis, vectis dispendium sustinuisset, decrevit iam dicta bona vendere, ut exinde quodlibet damnum restauraret et opus inceptum consumaret. Sicque prefata bona cum omnibus pertinentiis suis dominus Alexander abbas in Bredelare et suus conventus a prefata domina Mechtilde titulo emptionis pro statuta pecunia comparavit, nostro consensu mediante et permissione. Deinde nos sepedicta bona cenobio assignamus memorato libere et quiete sine omni molestia perhenniter possidenda, omni iuri nostro in eisdem bonis habito sollenniter cedentes et in possessionem ipsum abbatem claustri prelibati et fratrem Iohannem de Flechtorp introducentes, presentibus viris honestis. Ut ergo huius emptionis contractus in evum permaneat et inconvulsum, presentem cartam in signum habitionis rati sigilli ecclesie nostre impressione duximus roborandam. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXI°., Kalendas Iulii.

[1]) legittime *Kopiar.*

Aus Kopiar II, fol. 72 des Kl. Arolsen auf der Fürstl. Domänenkammer in Arolsen.

873.

Berthold d. j. von Büren bekundet Beilegung eines Streites wegen eines Hofes in Upsprunge. Auf dem Kirchhof in Haldinchusen *1261 Juli 1.*

In nomine Domini amen. Omnibus hanc litteram visuris Bertoldus iunior nobilis de Buren recta sapere et efficaciter ea adimplere. Quia res geste citius a memoria labuntur, tanto magis necesse est testimonio bonorum hominum et scriptis has firmare, ut omnium malignantium versutie penitus reprimantur. Noverint idcirco moderni et posteri, quod, cum duo famuli Hereboldus et Alradus fratres et coheredes dominum abbatem de Bredelar et suum conventum impeterent super possessione curtis cuiusdam in superiori Upsprunge site, quam abbas et conventus eiusdem cenobii a Iohanne Frilingo et suis heredibus titulo emptionis legitime comparaverant et nostro tempore quiete possederunt, mediantibus honestis viris intantum processum fuit, quod arbitri ab utraque parte sunt electi; ex parte domini abbatis et sui conventus confrater eorum Helmwicus de Elsepe, Godescalcus miles de Bericouen et Albertus de Pathberg, ex parte altera Godefridus et Bertoldus de Haldi(n)chusen et Ethdi(n)chusen plebani et Conradus miles de Modikessen et Siffridus Susatiensis ecclesie cellerarius et nos super arbitrium constituti, qui considentes una nobiscum formam compositionis sollicite dictaverunt, tandem per multa interloquia et consilia arbitrium dixerunt et ordinaverunt, quod predictus abbas et suus conventus dabunt prefatis famulis et coheredibus quatuor marcas legalium denariorum, quod et fecerunt. Deinde ipsi famuli ex parte sui et heredum universorum omni iuri suo, quod in predicta curte habere videbantur, publice renunciaverunt, obligantes se adeo promiserunt sub obtentu bonorum suorum liberorum in Blikesen cometie nostre pertinentium, ut, si vel ipsi aut aliqui de linea consanguinitatis eorum exceptis venditoribus curtis predicte abbatem et conventum cenobii iam dicti in curte prefata quovis unquam tempore molestarent, bona sua in Blikesen iam dicta penitus perdidissent, et nobis absque omni contradictione vacarent. Huic cessioni et obligationi presentes fuerunt dominus Alexander abbas claustri iam dicti et sui fratres; Bertoldus prior, Iohannes magister novitiorum, Herebordus custos et Wigereus magister conversorum cum arbitris supra memoratis. In huius igitur rei testimonium, ut pactum hoc firmum in evum permaneat et inconvulsum, presentem cartam de hac re conscriptam sigilli nostri appensione rogatu utrarumque partium duximus roborandam. Acta sunt hec et completa in cimiterio Haldinchusen, anno Domini M°.C°C.L°X°I., Kalendas Iulii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 74. An Pergamentstreifen Siegel des B. v. Büren, wie Westf. Siegel Taf. XXXVI, Nr. 11. Superior Upsprunge *ist aufgegangen in dem jetzigen Kirchdorf Giershagen bei Padberg.* Haldinchusen *lag eine halbe Stunde östlich von Alme an der Strasse nach Wünnenberg. (Spancken). Zu* Ethdinchusen *und* Blikesen *vgl. Nr. 446.*

874.

Bischof Simon v. Paderborn vergleicht sich mit Kl. Hardehausen. Driburg 1261 Juli 10.

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis presens scriptum visuris notum facimus et presentibus puplice protestamur, quod dilecti in Christo .. abbas et conventus in Hersuithehusen ad necessitatem ecclesie nostre quadringenta maltra annone nobis dederunt mutuo, videlicet tritici, siliginis, ordei et avene. Ad cuius annone solutionem redditus nostros in Vilse designamus eisdem, scilicet octoginta maltra siliginis et ordei, a festo beati Michahelis proximo nunc instante, anni circulo revoluto, prefata annona in Vilse tunc in antea persolvenda, quousque equipolentiam annone nobis credite receperint, secundum quod annona in Vartberge fuerit estimata. Predictis etiam est adiectum, quod, si quem defectum in persolutione sustinuerit ecclesia memorata, (r)espectum habebit ad curiam nostram in Vartberg et ad triticum nostrum in Paderborne, quod vulgariter sundwete nuncupatur, et ad medietatem decime in Dasborg, annis tamen ipsi ecclesie iam per puplica instrumenta designatis in suo robore duraturis, antequam ipsius solutionis in sortem predictorum quadringentorum moltrorum demonstratio valeat computari. Ceterum nos a discretis viris instructi predictos abbatem et conventum a questione, quam eisdem moveramus, dicentes, quod in ceteris contractibus inter nos et ipsos prehabitis a nobis et ecclesia nostra recepissent aliquid ultra sortem, ipsos presentibus litteris dicimus et pronuntiamus liberos et solutos, protestantes eandem questionem penitus nullam esse. Preterea ius suum in medietate decime Dasborg recognoscimus ecclesie memorate. Datum Driborg, anno Domini M°.C°C.LX°I., in die septem fratrum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 138. Siegel und Befestigung aus den Einschnitten verloren. Sundwete *ist wohl Sendweizen, eine Abgabe, die in einigen Ortschaften an den Synodal- oder Sendrichter zu geben war. Vgl. Zeitschr. XXXI, 2, 180.*

875.

Bischof Simon von Paderborn bestätigt die Schenkung einer Hufe in Rothem *seitens der von Papenheim an Kl. Hardehausen. Warburg 1261 Juli 13.*

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis presens scriptum visuris in perpetuum salutem in eo, qui est omnium vera salus. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod Ludolfus, Raueno, Conradus et Raueno fratres, nati Rauenonis militis de Papenhem, in nostra presencia constituti, consensum et arbitrium liberum adhibebant, quod pater ipsorum predictus mansum unum in campo Rothem, quem a nobis et ecclesia nostra Paderbornensi in feodo tenuerat, ecclesie Hersuedehusensi, Cisterciensis ordinis, ad quam se secundum ipsorum religionem transtulerat, contulit perpetuo possidendum. Et nos proprietatem eiusdem mansi ex communi consensu capituli et ecclesie nostre prefate ecclesie Hersuedehusensi contulimus cum ipso manso perpetualiter possidendam. Ad maiorem eciam evidenciam huic facto testes aderant subnotati: Ludolfus marscalcus, Thethardus de Norde, Conradus, Helmwicus et Gerhardus fratres scultheti, Volbertus et Conradus fratres de Eisen, Conradus et Albero fratres de Welede, Gerhardus et Godescalcus fratres de Dinckelborg, Iohannes de Nedere, Godescalcus de Welede, milites et ceteri quam plures. Nos etiam in robur perpetuum et munimen presens scriptum nostro et capituli nostri sigillis fecimus communiri. Actum et datum Wartberg, anno Domini M°.C°C.LX°I., III. Idus Iulii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 139. Beide Siegel sammt Befestigung aus den Einschnitten verloren. Rothem *eingegangener Ort bei Warburg; das noch jetzt nach diesem Dorfe benannte Feld liegt westlich von Warburg zwischen Germete und der Landstrasse nach Ossendorf. Zeitschr. XXXI, 2, 198.*

876.

Die Äbtissin Ida von Herford bekundet Verkauf zweier Häuser in Dissen an Kl. Marienfeld seitens der Wittwe und Söhne Eckehards von Bermetlo. *1261 Juli 17.*

Zeugen: Hermannus de Elmelo, ebdomadarius Heruordensis, Iohannes rector Forensis ecclesie, Reinhardus de Bauenhusen, Iohannes dictus Socrates sacerdotes; milites: Iohannes de Paderborne, Gerhardus de Sunninchusen, Alexander de Bekeseten, Wolmundus de Verwinchusen, Ludolphus de Ubbincdorpe, Reinbertus de Busche; famuli: Fredericus de Busche, Christianus de Sylethe. *Geschrieben ist die Urk. von* Sigenandus can. Heruordensis.

Gedr. UB. III, 1751.

877.

Bischof Simon von Paderborn überträgt die der Paderborner Kirche gehörenden Güter zu Bredelage dem Kl. Loccum. Paderborn 1261 Juli 30.

Gedr. Hodenberg, Calenb. UB. III, 224 (a. d. Loccumer Kopiar).

878.

Bischof Simon von Paderborn belohnt die treuen Dienste eines Lippstädter Bürgers, indem er ihm ein Salzwasser als Lehen überträgt. Paderborn 1261 August. 4.

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis presens scriptum visuris in perpetuum salutem in auctore salutis. Cum dignum sit bene meritis, pro suis beneficiis consolacionis gratiam impertiri, ut ceteri ad virtutem forcius animentur, scire cupimus universos tam presentes quam posteros, quod nos Dodelmo burgensi Lippensis oppidi pro suis obsequiis nobis et nostris ad necessitatem ecclesie nostre Paderbornensis sepius impensis volentes aliquantulam retribucionem facere meritorum, aquam unam in regio puteo apud Aspe ad unam domum salis necessariam liberis quoque ipsius D(odelmi) porreximus iure pheodali perpetuo possidendam et uxori sue in ipsa aqua porreximus usufructum. Dedimus etiam eidem D(odelmo) liberam facultatem, ipsam aquam in ecclesiām, si que placuerit, donacionis, vendicionis sive alio titulo, quo decreverit, transferendi, hac tamen distinctione adiecta, quod, si ipsa aqua in aliquam ecclesiam translata fuerit perpetuo possidenda, ab eadem Paderbornensi ecclesie in recognicionem proprietatis collate sub protestacione privilegii ecclesie, ad quam transferetur, annis singulis una libra cere in vigilia purificationis beate virginis persolvetur et presentabitur thesaurario[1]) ecclesie memorate. Nos etiam in protestacionem et robur huius facti perpetuum presens scriptum nostro et capituli nostri sigillis ex communi consensu fecimus communiri. Actum et datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°I., II. Nonas Augusti.

[1]) thesaurio *Or.*

Or. Fstth. Paderborn Nr. 216. Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. 1284 Mai 5. (vgl. u.) schenkt Elekt Otto von Paderborn einem Lippstädter Bürger aquam salinarem de puteo regis . . . in Westerenkotten. *Wahrscheinlich ist obiger* put. reg. apud Aspe *damit identisch, da der Name* Aspe *nach Mittheilung des Vikars Fischer in Westernkotten in der W. Feldflur noch vorkommt SO. von W. an der von Geseke nach Erwitte führenden Chaussee. Nach einer Inschrift in der Kapelle in W. soll das Dorf im 15. Jahrh. aus drei durch Krieg zerstörten Dörfern, darunter* Aspe, *entstanden sein.*

879.

Edelherr Bernhard zur Lippe schenkt einen Hof in Gundelshem *dem Kl. Marienmünster. Lemgo 1261 August 29.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Nos Bernhardus de Lippia maior notum facimus universis presentis pagine continentiam inspecturis, quod nos ob reverenciam omnipotentis Dei et pie matris ipsius Marie et ob dilectionem venerabilis viri domini Hinrici abbatis et totius[1]) conventus ipsius de monasterio apud Swalenberg de consensu et bona voluntate uxoris nostre Sophie nec non filiorum nostrorum

Hermanni, Egberti et Tiderici et omnium heredum nostrorum resignavimus curiam in Gundelshem et contulimus eandem predicte ecclesie monasterii cum agris, silvis, pratis, areis et cum omnibus suis attinentiis, iure proprietatis perpetuo possidendam. Et ne hoc factum nostrum aliquis in posterum, quod non speramus, infringere presumat, presentem litteram sigillo nostro prefate ecclesie dedimus communitam. Presentes erant: Ekhehardus de Borghoue, Conradus de Billerbeke, Ernestus de Odestorp, Bertoldus Nethte, Arnoldus et Hermannus de Rikelingdorp, Ludolphus de Dalberne dapifer noster et Gotscalcus capellanus noster; burgenses vero: Gerhardus de Orlinghusen, Iohannes de Swalenberg et alii quam plures. Acta sunt hec in Lemgo anno Domini M°.C°C.LX° primo, in die sancto decollationis Iohannis Baptiste.

[1]) totus *B.*

Aus Msc. I, 129 fol. 17 (B) und VII, 4512 p. 54 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Lipp. Regg. I, 211 Nr. 308. Ztschr. XLVI, 2, 168. In unbedeutend veränderter Fassung liegt derselbe Akt Bernhards unter demselben Datum vor in Msc. I, 129 fol. 37. Die Kinder B.'s sind nicht genannt, statt dessen: verorum heredum nostrorum, *statt* Gerhardus *steht* Gerlacus de Orl. *Datum:* quarto Kalendas Septembris in sancto die Iohannis Baptiste decollationis.

880.

Edelherr Heinrich von Sternberg bekundet, dass er und seine Söhne Hoyer und Heinrich dem Ritter Heinrich Vincke die Vogtei in Modehorst *verpfändet haben. 1261 September 21.*

Zeugen: Astantibus Reynhardo Gograuio, Iohanne de Quernhem, Henrico de Volmerinchusen, Henrico de Stenbeke, Gerhardo de Sunninchusen, Ludolpho de Ubbinctorp, Iordano de Sunlicke, Richardo de Snathorst, militibus, Iohanne de Hethe, iudice, Volquino Cretel, Iosep, Coberto de Rockenhusen, Iohanne de Oldenheruorde, Henricus et Gerlacus fratres de Volmerinchusen, Adolfus.

Gedr. Ztschr. IX, 73 f. mit irrigem Datum 1266.

881.

Äbtissin Ermegard von Heerse vertauscht mit dem Kl. Gehrden Güter in Tavenhusen *gegen solche in* Brochusen. *1261 September 30.*

Ermengardis Dei gracia abbatissa, preposita, decana, custos, celleraria totusque conventus dominarum in Herisia universis presens scriptum intuentibus salutem in auctore salutis. Cum diversa gesta et constitutiones tam presentium quam preteritorum cito vilescerent et ad noticiam futurorum pervenire non possent, nisi scriptis et hominum testimonio comprehenderentur, hinc est, quod notum cupimus esse tam presentibus quam futuris, quod Hermannus miles et dominus de Brakle in curia nostra et in presentia nostra constitutus ex bona et libera voluntate omnia bona in Tavenhusen, que ab ecclesia nostra Herisiense iure feodali possederat, cum silvis, aquis, pratis, pascuis, terris, cultis et incultis et universis suis pertinentiis nobis et ecclesie nostre integraliter resignavit. Nos vero ex pleno consensu conventus nostri ob amorem beati virginis Marie et beatorum apostolorum Petri et Pauli, patronorum ecclesie in Gerdene, et dilectionem totius conventus ibidem predicta bona in Tavenhusen cum omnibus suis pertinentiis ecclesie Gerdensi contulimus iure proprietatis perpetuo possidenda. Adolphus vero prepositus et Alheidis priorissa, neptis nostra de Schonenberg, totusque eiusdem ecclesie conventus ecclesie nostre Hersiensi bona sita in Brochusen ecclesie Gerdensi pertinentia, que Gozscalcus et Conradus fratres de Smechten in feodo ab ipsa Gerdense ecclesia quondam possederant, et insuper unum mansum a prefato milite Hermanno de Brakle, situm videlicet in Smechten, cum omnibus suis pertinentiis in concambio predictorum bonorum in Tavenhusen tradiderunt, que bona nos predicto militi Hermanno de Brakle et heredibus suis iure feodali porreximus perpetuo possidenda. Et ne aliquis in posterum hoc factum nostrum infringere presumat, presentem literam ecclesie Gerdensi sigillo nostro dedimus communitam. Preterea scire volumus universos, quod super omnia prenotata ecclesia Gerdensis predicto militi de

Brakle in isto concambio superaddidit bona sua, que habuit in Titlykessen et centum quartalia annone, que de sepultura uxoris sue ecclesie Gerdensi assignaverat, ipsi relaxavit ac insuper sex marcas denariorum legalium ipsi persolvit. Presentes erant de canonicis nostris: magister Iohannes, Ludolphus, Hermannus de Ystingdorp, Heribertus; milites vero: Hermannus et Enghelhardus fratres de Stenhem, Bernhardus de Herste, Hermannus et Henricus de Osthem, Albero de Herisia, Hermannus de Syddessen; famuli vero: Hedenricus de Ossendorp, Conradus, Wighardus et Her(mannus) de Flechten, Iohannes de Berendorp, Bernhardus camerarius, Hennikis et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX primo, in crastino Michaelis archangeli.

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 24. C. 24. Reg. Overham's Coll. I, S. 22. Vgl. Nr. 850.

882.

Die von Gudensberg verkaufen dem Kl. Volkhardinghausen Güter. 1261 December 30 (?).

In nomine Domini amen. Que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, poni solent in ore testium et scripture memoria perhennari. Noverint igitur universi hanc paginam inspecturi, quod nos Thidericus et Everhardus fratres milites de Godenburg, dicti Lupi, bona voluntate et maturo consilio omnibus nostris heredibus consentientibus vendidimus bona nostra sita in Widikindeshagen et in Aldenhagen cenobio sanctimonialium in Volchardinghusen condicione libertatis, Hartmanno preposito eiusdem loci emptionem huiusmodi procurante. Si vero aliquis summam scire huius rei voluerit, notum sit omnibus, quod nos pro hiisdem bonis quadraginta octo marcas recepimus gravium denariorum, ego Thidericus XXII marcas, ego Everhardus XXVI marcas, de quibus dedi pro Gertrude filia mea moniali eiusdem loci XVIII marcas et octo ad manus recepi. Et ut hec emptio rata permaneat, presentem paginam nostris sigillis et sigillo civitatis in Wlfhagen placuit communiri. Testes vero huius rei sunt: Conradus et Giso fratres de Godenburg, Iohannes et Arnoldus fratres de Godenburg, Iohannes et Ekehardus fratres de Helfenberg, Iohannes et Wernherus filii Iohannis de Helfenberg, Alexander et Volradus de Esseberg, Iohannes de Weidelberg miles et Warmundus miles et Conradus de Dhurinkeberg, Thidericus sculthetus in Wlfhagen et Hermannus plebanus eiusdem loci, Volcmarus miles de Lankele et filius suus Albertus. Acta vero sunt hec anno Domini M°.C°C.LX°I., III. Kalendas Ianuarii, in die Damasi pape.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen 1) dreieckiges, an den Oberecken abgerundetes Siegel mit horizontal liegendem Maueranker. Umschrift: + Sigillum Tiderici Lvpi de Godenboric; *2) ebensolches. Umschrift:* Sigillum Everhardi Lvpi de Gvdenbhvg; *3) verletztes rundes Siegel der Stadt Wolfhagen, geharnischter Ritter auf ebensolchem Pferde, auf Schild und Decke ein Wolf. Im Datum steckt ein Fehler; Damasus ist am 11. December.*

883.

Bischof Kuno v. Minden bekundet u. a. die früher stattgehabte Resignation eines Zehnten in Alrebeke *seitens des* vir nobilis Bernhardus dom. de Lyppa *an Bischof Widukind v. Minden. 1261.*

Reg. Lipp. Regg. I, 211 Nr. 309.

884.

Abt Thimo von Corvey schenkt Eigenthum in Gundelsem *an Kl. Marienmünster. 1261.*

Thymmo Dei gratia Corbeiensis abbas, H(enricus) prior, S(trigerus) prepositus et totus conventus eiusdem ecclesie omnibus hanc litteram inspecturis salutem in Domino. Temporalis expirat actio, nisi robur accipiat a testibus et a scripto. Notum igitur facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos pari consilio et consensu proprietatem, quam habuit hactenus ecclesia nostra in villa Gundelsem, scilicet domibus, agris cultis et incultis, decimis, terris, possessionibus, silvis, aquis, pascuis, pratis, paludibus vel aliis quibuslibet iuri(s)dictionibus ad eam pertinentibus, ecclesie Monasteriensi eo iure, quo ad nos spectabant, contulimus et assignavimus perpetuo possidendam. Et hoc nos ad id faciendum

venerabilis viri H(enrici) eiusdem loci abbatis necnon et conventus ipsius familiaritas et affectus sepe circa nos habitus reddidit faciles atque promptos. Quibus tum pro vicinitate loci tum pro suis amiciciis iugiter esse cupimus expositi atque grati. Et ne hec omnia, que prefata sunt, in oblivionem veniaat posterorum, presentem paginam in testimonium geste rei conscriptam sigillorum nostri et ecclesie nostre appensione fecimus roborari. Testes huius facti sunt: Thidericus marscalcus, Thidericus pincerna, Conradus dapifer, Albertus et Sigehardus fratres de Marpe et alii quam plures. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LX primo. Amen.

Aus Msc. I, 129 fol. 40 (B) und VII, 4512 p. 53 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Ztschr. XLV, 2, 169.

885.

Abt Jordan von Paderborn (Abdinghof) übereignet Güter seines Klosters in Bauerschaft Kesseler gegen Lieferung eines Saumthiers und des Heergewettes. 1261.

In nomine Domini amen. Iordanus Dei gratia Paderburnensis abbas omnibus hoc scriptum inspecturis perpetuam in Domino salutem. Que geruntur in tempore, evanescunt cum tempore, nisi recipiant a voce et lingua testium firmamentum. Unde notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos ad instantiam honestorum virorum bona ecclesie nostre Ketteslere Winando porreximus salvo iure nostro, ut videlicet nobis et successoribus nostris semel in anno, cum ad partes inferiores nos ire contigerit, equus, qui vulgo somere dicitur, transmittatur. Similiter et uxori predicti W(inandi) nomine Wideloche, quoadusque vixerit, eadem bona concessimus, ita tamen ut, si sepedictus W(inandus) nobis in iure nostro, quod vulgo herewede dicitur, satisfaciat. Additum preterea est et nobis et ecclesie nostre cautum, ut, si cui amicorum vel consanguineorum predictorum W(inandi) et W(ideloche) talis nostra collatio displicuerit, ab ipso Winando et W(ideloche) sua uxore nostra ecclesia reddatur indempnis. Alioquin ipsa bona ad ecclesiam nostram revolventur. Testes huius rei sunt: Adolfus prepositus Gerdensis, Heinricus, Iohannes, sacerdotes, Albertus et Thetmarus, servi abbatis et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis Domini M°.C°C.L°XI.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 57. An Pergamentstreifen Bruchstück des Abtssiegels. Auf der Rückseite von Hand s. XV. de bono Ketteslere prope Hoensele et de herwedde. Ketteslere *ist die Bauerschaft Kesseler in der Nähe des heute dem Grafen Galen gehörigen Hauses Assen, Kreis Beckum. Die Besitzungen des Klosters Abdinghof zu Kesseler und Assen waren Zubehör des Gutes* Honsele *bei Lippborg (Ztschr. IV, 166), welches Kaiser Heinrich II. dem Bischof Meinwerk 1023 schenkte und von diesem im J. 1031 dem Kl. Abdinghof zur Ausstattung gegeben wurde. (Spancken.) Gedr. Kindlinger, Münstersche Beitr. III. Nr. 79.*

886.

Graf Adolf von Waldeck schenkt mit seinen Söhnen Heinrich und Widukind eine Fruchtrente an Kloster Netze. 1261.

In nomine Domini amen. Ego Adolfus comes de Waldeke omnibus hoc scriptum visuris salutem in salutis auctore. Noverint universi, quod ego et filii mei Heinricus et Widekindus cum ceteris nostris coheredibus ecclesie et conventui sancte Marie in Netze XX modios annone pro sua hereditate in Elferhusen sita perpetuo contulimus, X siliginis et X avene solvendam annuatim in Sasenhusen de nostris reditibus assignavimus ecclesie predicte. Et ut hoc factum maneat irrevocabile, presentem paginam munimus nostri sigilli appensione. Huius rei testes sunt: Ludevicus plebanus in Sassenhusen, Hermannus et Hinricus dicti Brotrumt, Andreas de Neze, Arnoldus de Parborne, Theodericus de Wagenbac, milites et alii quam plures. Acta sunt anno Domini M°.C°C.LX°I.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen zerbrochenes grosses rundes Siegel des Ausstellers. Gedr. Varnhagen, Grundlage UB. Nr. 42.

887.

Ritter Hermann von Brakel entsagt zu Gunsten des Kl. Marienmünster seinem Antheil an Gütern in Gundensem. *Brakel 1261.*

Omnibus presens scriptum visuris Hermannus de Brakele miles salutem. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nos una cum heredibus nostris, videlicet Bertoldo, Wernhero, Iohanne parti bonorum in Gundenshem, que nos contingit, que scilicet bona Albertus de Marpe[1]) et Sigehardus fratres et heredes eorum claustro beate Marie virginis in Monasterio vendiderunt, ob salutem animarum nostrarum publice renuntiamus. Et ut hoc ratum et firmum permaneat apud omnes, hoc scriptum sigilli nostri appensione fecimus roborari. Testes huius rei sunt: dominus Henricus plebanus in Brakele, Iohannes de Oldenberg, sacerdotes; E(n)gelhardus de Stenhem, Burchardus de Herste, Hermannus de Osthem, milites; Hermannus de Osthem et alii quam plures. Datum Brakele M°.C°C.LX°I.

[1]) Marepe *C.*

Aus Msc. I, 129 fol. 20 (B) und VII, 4512 p. 51 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Spilcker, Everstein, UB. Nr. 128; Ztschr. XLVI, 2, 168.

888.

Die Ritter Berthold, Werner und Hermann von Brakel verzichten mit ihren Erben Berthold (?) von der Asseburg, Bernhard, Berthold, Werner zu Gunsten des Kl. Marienmünster auf ihren Antheil an Gütern in Gundelsem, *welche die Brüder Albert und Sigehard von Marpe an das Kloster verkauft haben. Brakel 1261.*

. . . Testes huius rei sunt: dominus Henricus plebanus in Brakele, Iohannes de Hindeneborg, Iohannes de Oldenberge, sacerdotes; uterque Fredericus de Istendorp, Fredericus de Oldenberge, Alexander de Vlechtene, E(n)gelhardus de Stenhem, Borchardus de Herste, Hermannus de Osthem, milites et Ludolphus[1]) de Corbeia, Henricus de Osthem et alii quam plures. Datum Brakele anno Domini M°.C°C.LX°I.

[1]) Ludohegus *B*, et *fehlt C.*

Aus Msc. I, 129 fol. 20 (B) und VII, 4512 p. 52 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Gedr. Asseb. UB. I. 312 mit Bemerkung über Bertoldus *statt* Burchardus de Asseborg. *Reg. Ztschr. XLVI, 2, 169.*

889.

Edelherr Bernhard zur Lippe überweist mit Zustimmung seiner Gemahlin Sophia und seiner Söhne Hermann und Ekbert dem Kl. Segenthal in Vlotho eine Jahresrente aus der Mühle in Rehme zur Memorie für Bernhards Vater Hermann, Mutter und Sohn Gerhard. 1262 Januar 18.

Gedr. Hodenberg, Calenb. UB. III, 229. Reg. Lipp. Regg. I, 211 Nr. 310.

890.

Bischof Simon von Paderborn verbindet sich mit dem Elekten Engelbert II. von Köln gegen Jedermann, ausgenommen den Bischof Gerhard von Münster und Grafen Wilhelm von Jülich, und verspricht im Falle eines Zerwürfnisses Engelberts mit der Familie zur Lippe seine Verwandten zur Genugthuung anzuhalten, eventuell dem Elekten dazu zu verhelfen; vier Schiedsrichter Bertoldus de Buren senior, Heidenricus de Plettenbraith, Bertoldus de Brakelo, Gerhardus de Norde *sollen etwaige Zwiste zwischen Paderborner Ministerialen und Bürgern einerseits und den Angehörigen von Köln, Osnabrück und Corvey anderseits schlichten. Köln 1261 (1262) Januar 27.*

Gedr. Lacomblet UB. II, 511. Simon wendet hier Kölner Datirung an. Am 3. Februar verbündete sich Bischof Balduin von Osnabrück mit dem Kölner; Or. in Düsseldorf.

891.

Erwählte Schiedsrichter entscheiden vorläufig den Streit wegen des Subjektionsverhältnisses des Stifts Herford zum Bisthum Paderborn; endgültige Erledigung wird der Entscheidung des Papstes vorbehalten. Paderborn 1262 Februar 28.

Anno Domini M°.C°C.LX°II°. feria tertia post dominicam Invocavit ad solvendam questionem exemptionis seu subiectionis ortam super statu Heruordensis ecclesie nos magister Iohannes de Scildece[1]) decanus Hyldesemensis[2]), magister Mauritius cantor Paderburnensis, magister Albertus custos Wildeshusensis, frater Otto gardianus Huxariensis, frater Albero de domo Paderburnensi, ordinis fratrum Minorum, frater Burchardus supprior et frater Iohannes de Hamelen, ordinis fratrum Predicatorum, domus Myndensis[3]), a venerabili domino Symone episcopo et capitulo Patherburnensi[4]) ex parte una, et domina Ida abbatissa et conventu Heruordensis ecclesie ex parte altera communiter in arbitros amicabiles electi[5]), pronuntiamus in nomine Domini in hunc modum, quod omnes sacerdotes Heruordenses parrochiales regentes ecclesias et eorum successores ab episcopo Paderburnensi eiusque successoribus curam recipiant animarum, debitam obedientiam facientes eidem. In quos dictus episcopus vel sui successores nunquam exactionem facient specialem; ad generalem autem una cum aliis canonicis et clericis teneantur. Ebdomedarius vero, qui pro tempore fuerit, pro omnibus suis sociis episcopales synodos frequentabit; qui si prepeditus fuerit, sacerdotem alium pro se mittet. De consensu etiam partium statuimus, quod dominus episcopus et sua ecclesia et domina abbatissa cum sua ecclesia per fidelem nuntium et iuratum communibus expensis procurabunt, per consultationem[6]) domino pape faciendam questionem dirimi, que vertitur inter eos. Neutra tamen ecclesiarum in consultatione[6]) debet exprimi nominatim, sed impersonaliter questio proponetur. Circa festum autem nativitatis beate virginis nuntius iter arripiet, nisi prius ydoneum[7]) inveniri contingat. Heruordensis ecclesia sua mittet privilegia vel tenorem cum suis racionibus et Paderbornensis suas econtra dabit rationes locorum et personarum nominibus non expressis. Iurabit autem nuntius[6]), quod personas et loca non exprimet, nec favorem suum plus ad unam partem, quam ad aliam[8]) acclinabit. Apostolica quoque determinatio[6]) ab utraque parte servabitur et robur perpetue firmitatis habebit. Hec sub pena ducentarum marcarum a parte contradicente solvendarum parti arbitrio stanti precipimus observari. Compositionis[9]) autem huius occasione nec episcopus nec archidiaconus, qui pro tempore fuerint, requirent vel percipient[10]) synodalia decedentium sacerdotum. In huius rei testimonium presentem ordinationem sigillis partium ipsam[5]) approbantium fecimus communiri. Datum Paderburne anno et die premissis[11]).

[1]) Scildesche *B.* [2]) Hild. *B.* [3]) Mindensis *B.* [4]) Pader. *B.* [5]) *Mit Umstellungszeichen bei B.* [6]) *Mit c B.* [7]) idoneum *B.* [8]) alteram *B.* [9]) conpos. *B.* [10]) recipient *B.* [11]) *Dieser Satz fehlt A. Die zwei letzten Sätze bei B mit blasserer Dinte.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 218. Von den an der Haupturkunde (A) an Pergamentstreifen angehängten Siegeln nur die beschädigten Siegel des Bischofs und der Äbtissin an erster und dritter Stelle erhalten; das zweite abgefallen. An der zweiten (B), auf viel kleinerem Pergament geschriebenen, nur ein Bruchstück des Siegels der Äbtissin, das hier an zweiter Stelle hängt, erhalten. Vgl. die folg. Nr.

892.

Gründe für die Privilegien der Herforder Kirche. (Um 1262 Februar 28).

Rationes pro privilegiis.

Licet in scrinio sui pectoris princeps habeat omnia iura recondita, consuevit tamen ad indagandam plenius veritatem allegationibus et rationibus parcium aurem accomodare benignam, unde prescripta privilegia rationibus hiis iuvamus, ea perpetuo valere dicentes. [1] Primo quia dicit Anacletus papa, quod privilegia ecclesiarum et sacerdotum intemerata et inviolata cunctis debent manere temporibus.[1]) Item Leo papa: privilegia ecclesiarum et monasteriorum sanctorum patrum auctoritate instituta nulla possunt inprobitate convelli, nulla novitate commutari, in quo opere auxiliante Deo fideliter exequendo

necesse est, huius sancte sedis pontificem perseverantem exhibere famulatum; dispensatio enim nobis credita est.[2]) Idem Felici episcopo:[3]) si ea destruerem, que antecessores nostri statuerunt, non constructor, set eversor esse iuste conprobarer; testante veritatis voce, que ait omne regnum in se ipsum divisum non stabit et cetera XXV. [2] Secundo, quia decet summum pontificem inmediate sibi subiectam ecclesiam defensare, cum eciam principes seculares usque ad sanguinem pro retinendis sibi subiectis decertent, et abbas de Evescham contra Wigornensem episcopum subiectas sibi tueatur ecclesias, eas exemptas esse ab episcopali iurisdictione contendens; et admittitur ad hoc probandum, sive quod episcopale ius prescripserit in eisdem, et optinet horum utrolibet comprobatio, extra de prescriptionibus: auditis.[4]) Ad idem extra de religiosis domibus, cum venerabilis abbas et conventus Farfensis contra Sabinensem episcopum ecclesiam quandam defendisse leguntur.[5]) [3] Tercio, quia non potest alius quam summus pontifex super privilegiis apostolice sedis iudicare, ut extra de iudiciis: cum venissent.[6]) Eius enim est interpretari, cuius et condere, extra de sentencia excommunicationis: inter alia[7]) et qui maliciose vel astute rescriptum principis interpretatur, infamis est ,c. de legibus LII.[8]) O quociens hanc infamiam incurrunt, qui privilegia frequenter apostolice sedis inpugnant! Et quia non puniuntur ab homine, infamiam non formidant contractum a iure. [4] Quarto, quia privilegium est principis beneficium ecclesie sue spirituali concessum, unde in eo plenissima est interpretatio facienda, ut extra de donationibus[9]): cum dilecti, in fine, ubi dicitur, quod in contractibus plena, in testamentis plenior, in beneficiis quoque plenissima est interpretatio facienda; ad idem de verborum significationibus: olim[10]) ff., de constitutionibus principum beneficium. Si apostolice sedis in dando, quod maius est, facilis fuit caritas, sit facilior in concedendo, quod minus est sancta largitas; XVI q. II. visis[11]) circa medium. Set apostolica sedes privilegia concedendo fuit facilis, debet ergo esse facilior data sue ecclesie conservando; extra de privilegiis: quia circa.[12]) Ibi privilegium super episcopalibus decimis retinendis indultum extenditur ad possessiones acquisitas et postmodum acquirendas, eo quod in beneficiis plenissima interpretatio facienda. [5] Quinto, quia, cum privilegium sit lex privata et lex non debeat esse obscura vel captiosa set certa et manifesta nec esset privata, nisi aliquid specialiter indulgeret, profecto sic intelligenda sunt eius verba, ut res, de qua agitur, valere possit pocius quam perire, unde, cum ista verba privilegio Paschalis inserta: subrogationem abbatis penes monasterium sancti Siluani apud Alciacenum iuxta preteriti temporis morem in vestra semper concedimus dispositione consistere, duobus modis possent intelligi, scilicet causaliter et conditionaliter, causaliter, quia mos preteriti temporis sic haberet, conditionaliter, si mos preteriti temporis sic se haberet, determinavit dominus papa causaliter ea esse intelligenda, ut, quociens in Alcianum monasterio abbatis electio imminet facienda, Alciani monachi de cenobio sancti Bertini personam ydoneam sibi eligant in abbatem. Patet ergo eos peccare, qui malitiose privilegia interpretantur, contra huiusmodi determinationem, que est extra de verborum significationibus: abbate,[13]) quia, si privilegia non valerent, sedes apostolica dando ea ecclesiis illusisset, quod nequaquam est presumendum; extra de rescriptis:[14]) super litteris. [6] Sexto quia dominus papa Adrianus Hervordensem ecclesiam cum omnibus rebus sub apostolica et imperatorum seu regum protectione recepit, propter quod eciam, si amplius non fecisset, ipsi ecclesie merito parcendum fuisset, cum multum principes indignari soleant, cum eorum conductus et protectio violatur, unde merito essent episcoporum privilegia decurtanda, quia protectionem huiusmodi violant et obviare scriptis apostolicis non formidant, ut extra de privilegiis: dilecti filii.[15]) [7] Septimo, quia privilegio domini Adriani pape talis clausula est inserta, que Heruordense monasterium seu ecclesiam Romane ecclesie nullo mediante subiectum esse demonstrat. Dicitur enim signanter ibidem: prohibemus autem, ut in eodem monasterio nulli episcoporum preter Romanum pontificem liceat quamlibet iurisdictionem habere, ita ut, nisi ab abbatissa ipsius monasterii fuerit invitatus, nec missarum sollempnia ibidem celebrare presumat. Ecce quod solus papa ibidem iurisdictionem habet et nullus alius. Set huic clausule sic opponitur: licet episcopo negatur ibi iurisdictionem habere quamlibet, non tamen negatur ei habere ibi aliquam; set huic obiectioni facile respondetur, quia, si privilegium aliquam

episcopo tollit iurisdictionem, tollit eam, que episcopo competeret, si privilegium datum ecclesie nullum esset, set posito, quod nullum esset ei datum, tamen episcopus iurisdictionem ibi quamlibet non haberet quia, si in subiectis sibi ecclesiis episcopus haberet omnem vel quamlibet, sequeretur inconveniens, scilicet quod abbatissa nullam haberet vel alie prelate, et sic canonicarum excessum punire non posset, cum ad abbatissam immediate correctio pertineat de excessibus subditorum. [8] Item (cum) dominus papa episcopos ibi iurisdictionem quamlibet habere prohibeat et inter iurisdictionem hanc vel illam non distinguat, omnem eis iurisdictionem ademit[16]) optimum, extra de privilegiis: quia circa,[12]) ubi episcopus decimas episcopales remittendo indefinite intellixisse iudicatur per interpretationem iuris remisisse decimas omnes de possessionibus acquisitis et postmodum acquirendis. [9] Item iura quasi frequenter universale signum pro particulari ponunt, ut extra de symonia: nemo[17]) ubi dicitur: nemo presbyterorum encenium vel emolimentum quodlibet temporale, immo spirituale detrimentum a quocunque publice peccante accipiat etc., ibi ponitur et exponitur quodlibet pro aliquod, quia, si aliquod minus accipiatur pro spiritualibus, licet non accipiatur quodlibet, symoniacum est; simile XV. q. I.: mulier si accesserit ad omne pecus, moriatur etc.[18]) Ad omne, id est ad aliquod ex omnibus. Et ibi q. VII: si quis omnem traditionem ecclesiasticam scriptam sel non scriptam violaverit, anathema sit;[19]) omnem traditionem, id est aliquam ex omni. [10] Item adhuc opponitur privilegiis, quod in eis verba non ponantur exemptionis ut: eximimus tale monasterium ab omni iurisdictione episcoporum vel similia, ergo non sit exempta ecclesia; ad quod respondetur, quod ibi ponantur verba equipollentia, que idem significant, quia prohibetur in eis, quod nulli episcoporum preter Romanum pontificem liceat ibi quamlibet iurisdictionem habere, ita ut nec eciam missarum sollempnia ibi celebrare presumat; cui non licet, quod minus est, quomodo liceret id, quod maius est, ut excommunicare, suspendere et similia, nullo modo, quia, et si iudex in prolatione sententie non dicat: talem partem absolvo vel condempno, si tamen dicat: statuo et precipio, sententia bene tenet, quia non intentio verbis set verba intentioni deserviunt, extra de verborum significationibus: in hiis, que ambiguitatem continent,[20]) cum suis concordanciis. [11] Preterea Iohannes papa predecessorum suorum exponens privilegia et confirmando subscribens, expressius atque lucidius in suo privilegio Heruordense monasterium tam in capite quam in membris eximit, ita dicens: et ut plenius prosequamur, quod sanctos apostolos iam dictos intendisse sentimus atque ante eos beatum Gregorium ac reverende memorie beatum Nycolaum sanxisse de statibus monasteriorum eorundem invenimus, nos humiliter tantis auctoritatibus subscribendo confirmamus, ut nullus episcopus Paderburnensis aliquam ex eis, scilicet rebus, vel accipiat vel exposcat porcionem neque vel in hiis, que regiminis locum habent, vel in ipsis congregacionibus aut in ipsis cenobiis potestatem optineat, neque ipsorum dominatione potiatur ulla, neque in clericis, neque in famulis, aut in omnibus, quecunque ad monasteria ipsa videntur habere possessionis respectum. Sicut ab omnibus eis hactenus servatum et concessum est episcopis, in quorum parrochiis res eorundem monasteriorum coniacere videntur. Ecce plena exemptio tam in capite quam in membris, et est diligenter notandum, quod in eodem privilegio sequitur, ut nullus episcopus per se ad ipsa monasteria vel cellas eorundem, vel yconomus eius, vel archipresbyter eius, aut archidiaconus illius, seu quilibet ex eius agentibus persona potestatem habeat accedendi etc. Insuper ecclesie monasteriis ipsis subiecte, cum ad ea possessionis respectum habeant, sunt exempte. Insuper et presbyteri in eisdem ecclesiis ordinati adeo sunt privilegiati, quod nullus temptare debet eis turbationem facere, novam constituendo vel antiquam consuetudinem violando, si cetera privilegii eius verba diligencius attendantur. [12] Item non obstat nec obest narrandi diversitas, ubi eadem dicuntur. Nam ewangeliste sepe diversis verbis eandem sententiam expresserunt; nam alius de Domino dicit, quod emisit spiritum, alius, quod tradidit spiritum, et est sensus idem. Et de exemptis ecclesiis aliquando dicitur, quod specialiter beati Petri iuris existunt, ut extra de privilegiis: recepimus,[21]) ubi dicitur, sicut non omnes, qui specialiter beati Petri iuris existunt, annuatim apostolice sedi censum exsolvunt, ita non omnes censuales ab episcoporum subiectione habentur immunes. Inspicienda sunt

ergo ecclesiarum privilegia etc. Aliquando dicitur, quod sint Romane ecclesie speciales, ut extra: cum olim[22]) in fine, aliquando quod ad Romanam ecclesiam nullo spectant mediante, ut extra: ex parte abbatisse.[23]) [13] Item quecumque ecclesie habent eadem seu communia privilegia, habent eandem prerogativam, idem ius sive exemptionem, quia, ubi eadem ratio ibi idem ius, extra de sententiis et re iudicata: in causis,[24]) et extra de translatione prelatorum: inter corporalia,[25]) cum idem iudicium de similibus sit habendum. Set Corbiensis ecclesia, quam exemptam decretalis expressa testatur, et Hervordense communia seu eadem habent privilegia, ergo habent idem ius, prerogativam sive exemptionem. Nam legitur extra de consuetudine: cum venerabilis,[26]) quod duo cardinales, dum in partibus Alimannie legationis officio fungerentur, invenerunt abbatem de monasterio Helmwardeshusen, quod ad Romanam ecclesiam nullo mediante noscitur pertinere, ad monasterium Corbiense, quod est eciam Romane ecclesie speciale, propria temeritate migrasse. Ecce quod Corbiensis ecclesia est exempta, quod patet ex eo, quod licenciam primum monasterium deserendi et aliud transeundi, debuit a sede apostolica vel eius legatis optinere. Sunt autem eadem privilegia Corbiensi et Heruordensi ecclesiis, sicut eorum inspectio manifestat; ergo Heruordensis similiter est exempta et fuit a prima fundatione sua, quod patet ex eo, quia nunc primum agitur, licet frustra, ad eius subiectionem. [14] Item libertati seu exemptioni non obstat, si monasterii Hervordensis (tuitio) vel procuratio abbati Corbeiensi commissa est, et quod ab imperio datus est eidem loco tutor propter invasorum maliciam archiepiscopus Coloniensis; quia procuratione et tuitione propter muliebris sexus fragilitatem abbatissa et conventus indigere noscuntur. Simile invenitur extra de privilegiis: ex ore[27]) in fine ibi: sententialiter diffinimus, quod Euasinum cenobium liberum est in capite tamquam ab episcopali iurisdictione prorsus exemptum, tutela tamen ipsius Cantuariensi archiepiscopo reservata. [15] Item cum delictum persone in dampnum ecclesie redundare non debeat, ut XV q. VI[28]) si episcopum; etiam si abbatissa dicti loci deliquisset, propter hoc ecclesia suum privilegium perdere non deberet, cum sit reale, non personale, nec apostolica sedes, cui subest inmediate propter hoc ipsum monasterium amisisset, ff. quando ex facto tutoris l. ob dolum vel culpam.[29]) [16] Item cum in privilegio Adriani pape plura sint capitula sive membra, clausula illa: salva sedis apostolice auctoritate et dyocesani episcopi canonica iusticia ponitur in fine omnium, quare dicunt, ad omnia premissa clausulam huiusmodi referendam, quia ponitur in fine litterarum papalium hec clausula: appellatione remota, ad omnia pertinet premissa, et sic unico verbo dicunt totum privilegium esse destructum, ad quod respondetur, quod pocius clausulam inmediate sibi iunctam determinat, in qua dicitur, quia omnia bona ecclesie integre conserventur earum, pro quarum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva apostolice sedis auctoritate et dyocesani episcopi canonica iusticia, ut, si tempore dati privilegii episcopus dyocesanus aliquid percipit de bonis, hoc ei salvum esset. Habet enim aliquid de bonis ipsius ecclesie deputatum, quasi tres marcas annuatim, quibus non contentus vult totam ecclesiam sibi subdi; argumentum ad hunc intellectum extra de donationibus: cum dilecti,[30]) ubi clausula ista de foresta ultimam donationem respicit et alias donationes, que libere et absolute fuerunt; et idem est invenire in privilegio Adriani, cum pocius interpretatio sit facienda, ut res valeat, quam, ut pereat, ut extra de verborum significationibus: abbate.[13]) Si enim est inconveniens, quod quis destruat, quod antecessores sui statuerunt, multo magis esset inconveniens, quod quis in eodem instrumento et in eodem privilegio destruat, que iam ante construxit. Dicit enim Leo papa XXV q. II:[31]) si ea destruerem, que antecessores mei statuerunt, non constructor set eversor esse iuste comprobarer. Ecclesiasticus: unus edificans et unus destruens, quid proficit illi nisi labor. Non est verisimile, quia dominus papa totum, quod provide concessit, unico verbo tollere velit, c. de officio te statuo, si quando; extra de electione: ecclesia vestra,[32]) ultra medium. Nam dicitur in capitulo de electione: quia propter diversas,[33]) cum data est forma, que debet in electionibus observari, aliter electio celebrata non valeat; set hec verba tantum ad ea respiciunt, que attemptantur contra formam consilii memorati, non autem ad alia, que ponuntur ibidem. Sicut est istud, quod presentibus omnibus, qui debent et volunt et possunt commode interesse, haberi debeat in electione processus, ne

cetera, que super hoc alibi statuta noscuntur, unico verbo videantur everti. Sic et in privilegio per illa verba: salva episcopi diocesani canonica iusticia, destrui totum privilegium est absurdum, unde hec clausula causa est, quare sedes apostolica de intellectu privilegii consulitur et etiam propter hoc, quia non dicitur ibi: talem ecclesiam esse volumus liberam et exemptam, an equippollentia verba sonant idem, scilicet quod nullus episcoporum preter Romanum pontificum quamlibet ibi iurisdictionem habeat, et alia verba magis expressa, ut nullus episcopus Paderburnensis vel in hiis, qui regiminis locum habent, vel in congregationibus vel in ipsis cenobiis potestatem optinea(n)t, etc., que ponit Iohannes papa, que omnimodam conferunt libertatem. [17] Item in privilegio Conradi Romanorum regis secundi dicitur: sub regie maiestatis tuitionem locum ipsum Hervordensem cum omnibus sibi tam intus quam foris pertinentibus assumimus eumque perpetua libertate donantes, etc. Ergo sequitur, quod exemptus sit, extra de integra restitutione: auditis,[34]) ubi dicitur: cognovimus evidenter ecclesias alias per privilegia Romanorum pontificum non esse ab episcopali iurisdictione subtractas, nisi forte vallis de Evescham sit ille locus, qui fuit a duobus regibus libertate donatus etc. Ecce quod reges dant privilegia libertatis et exemptionis! [18] Item ratione privilegii, unde prescribitur contra obedienciam, ut extra de privilegiis: cum olim.[35]) Et cum ultra ducentos vel CCC annos Heruordensis ecclesia ratione privilegiorum in sua libertate perstiterit, multis vicibus prescriptionis tempora iam dudum complevit, nisi tociens et tantum vel tam diu Paderbornensis ecclesia vacasset, quod tempore vacationis subducto prescriptio completa non esset, quod est inpossibile infra tocies centum annos fieri potuisse, extra de prescriptionibus: auditis.[36]) [19] Item si episcopi privilegia ecclesiarum inpune infringunt, quomodo laici ea servabunt. Quod enim a prelatis agitur, facile trahitur a subditis in exemplum; extra de voto et voti redemptione: magne.[37]) Mille libras auri optimi componere debet, qui infringit ea, secundum Iohannis pape privilegium. O utinam sic fiat, utinam attenderetur ruina! Aman, qui Mardocheum contempsit et opprimere voluit, quem rex voluit honorare. Hester. [20] Item abbatissa Heruordensis ab antiquis temporibus canonicas suas et clericos sue iurisdictioni subiectos propter eorum inobedientias et culpas ab officio beneficioque suspendit et ex longa consuetudine utitur illo iure, quod legitur extra de maioritate et obedientia: dilecta in Christo[38]) tam in textu, quam in apparatu. Preterea consuetudo quodammodo interpretatur verba privilegiorum, ut extra de sepulturis: certificari,[39]) ubi verba illa: salva iusticia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur, quandoque de media, quandoque de tercia, quandoque de quarta parte pro locorum diversitatibus exponuntur. Ad idem I q. III. quesitum[40]): salvo utique episcoporum censu annuo; dicitur ibi: quem de ipsis decimis seu altaribus habere soliti sunt, et talis census episcopo non negatur. [21] Item cum dominus Iohannes papa in suo privilegio determinet interpretando, quid antecessores sui senserint de statibus monasteriorum Corbiensis et Heruordensis, videlicet quod Paderbornensis episcopus ibi nullam habeat dominationem vel in hiis, que regiminis locum tenent, vel in aliis, opponi non poterit, quod fides adhibenda non sit tali instrumento, in quo fiat mencio de alia, nisi adhibeatur utrumque per legem c. de edendo autentico: si quis,[41]) quoniam alia privilegia per interpretationem huiusmodi satis publicata noscuntur et cum exempte ecclesie suis privilegiis sine licencia domini pape renunciare non possint, ut extra de arbitris: cum tempore.[42]) Merito debet et tenetur apostolica sedes sibi subiectas ecclesias defensare. Contra quas etiam opponitur, quia monasteria dici non possunt, cum ibi non sint moniales, set canonice seculares. Set ad hoc facile respondetur, quod hoc non est inconveniens, cum interdum appellentur monasteria ipse ecclesie cathedrales, ut I. q. III:[43]) quesitum. Cetera supplere dignetur discretio cognitoris.

[1]) (*Decreti secunda pars*) *c. 1. C. XXV. qu. 2.* [2]) *c. 2. C. XXV. qu. 2.* [3]) *c. 4. C. XXV. qu. 2.* [4]) (*Decretal. Greg. IX.*) *II. 26. 15.* [5]) *III. 36. 7.* [6]) *II. 1. 12.* [7]) *V. 39. 31.* [8]) *C. de legibus 1. 14.* [9]) *III. 24. 6.* [10]) *V. 40. 16*; *das folgende aus dem Corp. jur. civ. l. 3. D. 1. 4.* [11]) *c. 1. C. XVI. qu. 2.* [12]) *V. 33. 22.* [13]) *V. 40. 25.* [14]) *I. 3. 20. Hdschr.* spol. litteras. [15]) *V. 33. 4.* [16]) *Hier folgt ein schwer deutbares Wort, vielleicht* articulum. [17]) *V. 3. 14.* [18]) *c. 4. C. XV. qu. 1.* mulier que. [19]) *c. 2. C. I. qu. 7. Also nicht* ibi. [20]) *V. 40. 15.* [21]) *V. 33. 8.* [22]) *V. 33. 12.* [23]) *V. 33. 13.* [24]) *II. 27. 19.* [25]) *I. 7. 2.* [26]) *I. 4. 7. Vgl. UB. V, 219.* [27]) *V. 33. 17.* [28]) *c. 3. C. XVI. qu. 6.* [29]) *l. 1. D. 26. 9.* [30]) *III. 24. 6.*

[31]) *c. 4. C. XXV. qu. 2.* [32]) *I. 6. 48.* [33]) *I. 6. 42.* [34]) *I. 41. 3.* [35]) *V. 33. 12.* [36]) *II. 26. 15.* [37]) *III. 34. 7.* [38]) *I. 33. 12.* [39]) *III. 28. 9.* [40]) *c. 4. C. I. qu. 3.* [41]) *l. 1. §. 1. D. 43. 5.* [42]) *I. 43. 5.* [43]) *c. 4. C. I. qu. 3. Die Stelle:* c. de off. te statuo(?) *vermag ich nicht nachzuweisen; sie ist wahrscheinlich verderbt, wie andere. Offenkundige Fehler sind gleich korrigirt.*

Aus Msc. VII, 5208 fol. 30 bis 34 im Kgl. St.-A. Münster. Ueberschrift von anderer aber gleichzeitiger Hand. Datirung fehlt; doch ergiebt sich dieselbe aus voriger Nummer, wo auf die Absendung der beiderseitigen rationes *hingewiesen wird. Allerdings ist in dieser Fassung die Bestimmung, keine Namen zu nennen, unbeachtet geblieben. Den* rationes *folgt u. a. die Urk. Johanns XV. von 989 Juni 26 (Suppl. 534; UB. V, 20); also diese und nicht die von 1046 December 29 (UB. V, 28), wie Wilmans in Löher, Archiv. Ztschr. III, 38 angiebt, hat dem Verfasser der* rationes *vorgelegen. Das Privileg Hadrians IV. UB. II, 303; vgl. UB. V, 106. Die Urkunde Konrads III. (nicht II. wie Text irrig und oben Nr. 868) vgl. KU. II, 223. Wahrscheinlich hängt mit dieser Angelegenheit ihre Transsumirung, vgl. Nr. 868, zusammen. Eine Entscheidung war am 27. Januar 1269 noch nicht erfolgt; vgl. UB. III, 826; dazu unten 1271 April 24.*

893.

Bischof Simon von Paderborn fordert die Kanoniker des Stifts Herford auf, seinem Archidiakon zu gehorchen. Paderborn 1262 Februar 28.

Simon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis presens scriptum visuris imperpetuum. Notum facimus et publice protestamur, quod anno Domini M°.C°C.LX°II., tercia feria post dominicam Invocavit, cum inter nos et ecclesiam nostram ex parte una, dominam Ydam abbatissam Heruordensem et ecclesiam suam ex parte altera, in ecclesia nostra Paderbornensi super questione exemptionis prefate ecclesie Heruordensis vel subiectione eiusdem composicio per arbitrium facta fuit et canonici eiusdem ecclesie sive clerici vel plebani a nobis curam reciperent animarum nobis debitam obedienciam facientes, sicut eisdem ipsa vice iniunximus per obedienciam nobis factam, eis..[1]), qui a nobis curam receperint animarum, sive quocunque iure nobis ad obedienciam teneantur, auctoritate presencium iniungimus, ut.. archidiacono loci, qui pro tempore fuerit, in suis sentenciis obediant, eas servando et fideliter exequendo et omnia, que ceteri plebani nostre diocesis suis exhibere solent archidiaconis, eidem tamquam legitimo archidiacono exhibendo, illis tantummodo exceptis, que in forma compositionis inter nostram et Heruordensem ecclesias sunt conscripta, videlicet de sinodalibus decedencium sacerdotum non prestandis, sunt excepta. Ad cuius rei evidenciam presens scriptum nostro et capituli nostri sigillis fecimus communiri. Datum Paderborne, anno et die predictis.

[1]) *Ein Wort fehlt. Die Urk. ist fehlerhaft stilisirt; Or. stark verblasst.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 219. An Pergamentstreifen Reste des Siegels d. Bischofs.

894.

Graf Hermann von Pyrmont schenkt Güter in Holthusen *an Kl. Falkenhagen. Hameln 1262 März 26.*

Omnibus hoc scriptum visuris Hermannus comes de Perremunt salutem in Domino sempiternam. Quoniam res, que rationabiliter statuuntur, multociens processu temporis a memoriis hominum evolvuntur, necesse est ea scripto testium perhennari et eorum instrumentis publice roborari. Ideoque singulis ac universis presentem paginam inspecturis cupimus esse notum, quod nos de libera voluntate et consensu omnium heredum, nostre videlicet uxoris et puerorum, una cum pleno affectu et assensu Godescalci filii fratris nostri et sue matris bona in Holthusen in parrochia Ludhe sita, quorum nos proprietas contingebat, preposito et conventui sancte Marie in Valkenhagen liberaliter contulimus cum omnibus pertinentiis, agris, silvis, pratis, pascuis, piscaturis et molandinis, iuri nostro nichilominus renuntiando dictam proprietatem prefato conventui integraliter assignavimus inviolabiliter et perpetuo possidendam et hoc persentibus protestamur. Huius rei testes sunt: Amelungus Kanne, Bernardus frater suus, Heinricus Rufus,

Heinricus de Apelderen, Bernardus iudex, Iordanus de Aldendhorpe, Heinricus de Homersen, Arnoldus de Ottersem, Ludolfus de Osen, Wernerus Honhof, Theodericus de Swalenberg et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M⁰.C⁰C.L⁰X⁰II⁰., in die Iudica. Ne autem in premissis ulla dubietatis questio valeat suboriri, presens scriptum super eo confectum sigilli nostri appensione communiri fecimus ad cautelam. Datum Hamelen in crastino annuntiationis dominico.

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 7. An geflochtenen weisslichen Schnüren das verletzte runde Siegel des Austellers in weissem Wachs. Reg. Lipp. Regg. I, 212 Nr. 311.

895.

Johann von Padberg bekundet Verzichtleistung auf Ansprüche an Gut Meerhof zu Gunsten des Kl. Bredelar. 1262 März 28.

Omnibus hanc litteram visuris Iohannes dominus castri in Pathberg salutem. Presentium tenore sigilli mei munimine firmato publice protestor, quod Heinricus famulus dictus de Dwerege, necdum adhuc pueros habens, in presentia mei et aliorum proborum virorum cessavit penitus propter Deum et ad instantiam bonorum hominum ab omni actione et impetitione, qua predium in Mari, grangiam fratrum de Bredelar, impetebat, omni iuri suo, quod in eodem predio videbatur habere, renuntians[1]) sincere et manifeste. Fatebatur etiam idem[2]) Heinricus, quod ad maiorem firmitudinem omne ius, quod in predicto predio habere videbatur, in presentia abbatis et totius conventus super altare beate Marie virginis gloriose voluntarie obtulisset, et quod conventus in recompensationem tante devotionis fraternitatem sibi et uxori sue et patri ipsius et matri benigne contulissent. Et ut hec omnia conscriberem et sigillo meo confirmarem, suppliciter rogavit, protestans publice se ab ipsis fratribus marcam legalium denariorum recepisse. Huius rei testes sunt: Hermannus de Pathberg, Thetmarus de Ythere, Helmwicus de Keldi(n)chusen, Albertus frater meus, Iohannes de Brilon, Gerlacus Rex, Gerlacus Clauier. Acta sunt hec anno Domini M⁰.C⁰C.L⁰XII⁰., quinto Kalendas Aprilis.

[1]) renutians *Or.* [2]) isdem *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Dalheim Nr. 31. An Pergamentstreifen verletztes dreieckiges Siegel des Ausstellers. Im gleichzeitigen Regest heisst es Dwergen.

896.

Edelherr Bernhard zur Lippe resignirt mit seiner Gemahlin Sophia seinem Bruder Bischof Simon von Paderborn Güter zu Körbecke, welche die Brüder von Helmern zu Lehn trugen, zur Übergabe an Kl. Hardehausen. Paderborn 1262 April 4.

Bernhardus nobilis dominus in Lyppia et Sophya uxor eius universis hoc scriptum audituris salutem eternam. Rerum gestarum veritas utiliter litteris commendatur, ne successione temporum vel etatum a noticia fidelium elabatur. Noverint tam presentes quam futuri, quod decimam et alia bona in Corbeke, que Gerlacus et Geroldus fratres de Helmere a nobis in pheudo tenuerant, cum suis heredibus in manus nostras rite ac legitime resignarunt. Nos vero sub spe perpetue Dei gratie, quam obtenturos speramus tam parentibus nostris quam nobis et liberis nostris per devotas et iuges orationes conventus in Hersuithehusen cum consensu filiorum nostrorum, videlicet Hermanni, Eckeberti et Theodorici, prefatam decimam cum bonis memoratis dilecto fratri nostro et semper honorando domino S(imoni) Paderburnensis ecclesie episcopo tali condicione iam resignavimus, ut ab ipso sine difficultate seu dilatione tam eiusdem decime quam bonorum proprietas abbati et conventui prenominati monasterii ad possessionem perpetuam conferatur. Igitur quoniam nos hec bona fide ac pia devotione fecimus, ut conventui ab indebitis molestiis in posterum caveamus, presentem paginam super premissis confectam sigillorum nostrorum munimine roboramus. Testes horum sunt: Hermannus prepositus sancti Petri in secundaria

ecclesia Paderburnensi, Amelungus de Triborg, Heinricus de Gummere, Ludolfus de Dalberne, Helingerus de Valehusen, milites; Godechalcus capellanus, Lampertus de Sutherlage et alii plures. Acta sunt hec in Paderburne, in die Ambrosii episcopi et confessoris, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 142. Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Vgl. Lipp. Reg. I, 213 Nr. 312. Ueber Propst Hermann vgl. u. zu 1264 Mai 28. In fast wörtlich übereinstimmender undatirter Urk. resignirt Edelherr Bernhard zur Lippe d. j.; Hardehausen Nr. 69, Siegel abgefallen. Vgl. u. Nr. 924.

897.

Bischof Simon v. Paderborn übereignet Güter in Körbecke an Kl. Hardehausen. Paderborn 1262 April 5.

Symon Dei gratia Paderburnensis episcopus universis presentia (visuris salu)tem perpetuam in omnium salvatore. Ut gestarum rerum veritas a fidelium noticia non recedat, quicquid temporaliter agitur, provida discrec(ione litt)eris commendatur. Noverint itaque tam presentes quam futuri, quod Gerlacus et Gerroldus fratres de Helmere in pheudo tenuerant unum mansum in Corbeke de manu nostra immediate, decimam totam eiusdem ville de manu fratris nostri Bernhardi nobilis de Lyppia senioris et duos mansos ibidem de manu Hermanni militis de Brakele, quem videlicet mansum et decimam cum aliis duobus mansis pro certa pecunia prius ab abbate et conventu suo sibi data supradicti fratres de Helmere tam nobis quam aliis dominis cum suis legitimis heredibus resignarunt; frater noster dominus Bernhardus et Hermannus miles accepto ceterum ab abbate competenti servitio et suis eandem decimam cum mansis memoratis tali conditione in manus nostras resignaverunt, ut tam decime quam duorum mansorum proprietatem Hersuithehusensi monasterio conferremus. Nos igitur ob honorem Dei et beate genitricis eius Marie tam nostrum mansum quam alia bona libera resignatione de manu layca recepta cum proprietate sua monasterio Hersuithehusensi contulimus absolute et libere iure perpetuo possidenda. Ad cuius facti nostri evidentiam presens scriptum eidem monasterio dedimus sigilli nostri munimine roborandum. Actum et datum Paderborne anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, Nonis Aprilis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 143. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Vgl. Lipp. Regg. I, 213 Nr. 313. Vgl. u. Nr. 924.

898.

Abt Jordan von Abdinghof und Konvent des Kl. Gehrden bekunden Beilegung eines Zwiespalts zwischen Propstei und Kammeramt daselbst. 1262 April 9.

Iordanus Dei gratia abbas, A(dolphus) prepositus, A(delheidis) priorissa totusque conventus sanctimonialium in Gerdene omnibus presens scriptum visuris salutem in auctore salutis. Cum diversa gesta et ordinationes modernorum ad noticiam posterorum pervenire non possint, necesse est, ut hominum et scripturarum testimonio conprehendantur. Notum igitur esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos inter preposituram et cameram[1]) Gerdensem, cum inter hec officia multe discordie verterentur, ex pleno consensu nostro hanc ordinationem inviolabiliter decrevimus observandam, ut videlicet provisor camere[1]) priori Gerdensi unum pellicium, unam cucullam, IIII decim ulnas de panno lineo, duas caligas albas, duos cuturnos, duos calceos cum filtramento et duo paria calceorum estivalium singulis annis debito tempore ministret. Statuimus etiam, ne camerarius, sicut ex antiquo solebat, pelles ovinas nec lanam, quarum dimidietatem integraliter recepit, vel sal vel farinam, quod ad opus, quod betha dicitur vel equum vel pabulum equi a preposito amplius requirat. Et ne camerarius in hac ordinatione nostra aliquod detrimentum patiatur, decrevimus, ut ipse pro supernotatis de granario prepositure decem quartalia triplicis annone siliginis, ordei et avene ultra viginti quatuor quartalia, que ex antiquo, et ultra triginta duo quartalia, que de facto Arnoldi de Geysmaria recipiet, et sic in summa de granario

prepositure sexaginta sex quartalia triplicis annone, preterea quinquaginta pelles agninas pro XX pellibus, quas ex antiquo recepit, et sex vellera ovium in estate et sex in autumpno et sex smere de coquina, sicut antiquitus fecit, sine qualibet difficultate singulis annis percipiet excepto feno et straminibus, que camerario de prepositura insuper ministrentur. Ita secundum predictam ordinationem nec prepositus a camerario nec camerarius a preposito equum aliquo iure requiret, nisi sit in amicitia utriusque. Et ne hec ordinatio ab aliquo infringatur, presens scriptum sigillis nostris fecimus communiri. Presentes et consilia adhibentes erant: Iohannes et Henricus, capellani nostri, Heremannus de Sydder, Iohannes de Berendorp, Arnoldus de Geysmaria, Hermannus Obulus, Iohannes Koue, Hennikys et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXII°., in festo pasche.

[1]) camur. *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Gehrden Nr. 12. Beide Siegel von dem Pergamentstreifen abgefallen.

899.

Kl. Corvey bekundet Verkauf von vier Hufen in Löwen seitens der Brüder von Löwen an Kloster Hardehausen. 1262 Mai 4.

Thymo Dei gratia abbas, H(einricus) prior, S(trigerus) prepositus totusque Corbeyensis ecclesie conventus universis hoc scriptum visuris imperpetuum. Rerum gestarum veritas utiliter litteris commendatur, ne successione temporum vel etatum a noticia fidelium elabatur. Noverint itaque tam presentes quam futuri, quod Theodericus et Arnoldus fratres et coheredes dicti de Louene et Hermannus iam dicti Theoderici filius unanimi consensu filiorum et heredum suorum vendiderunt domino Iohanni abbati et conventui de Hersuithehusen, ordinis Cysterciensis, quatuor mansos in villa Louene sitos cum omnibus pertinentiis suis, agris videlicet cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus et omni prorsus utilitate, que ibidem in presentiarum vel in futuro haberi poterit, nichil penitus excipientes, pro XL quinque marcis legalium denariorum, quos scilicet mansos de manibus Theoderici et Frederici fratrum de Horhusen militum iure homagii tenuerunt. Qui iam dicti fratres de Horhusen, nostri ministeriales, quia supradictorum mansorum iure ministerialium nostre ecclesie tenebant de manu nostra feodum, acceptis X marcis a prefato abbate Hersuithehusensi et suo conventu coram nobis rite ac legitime ius feodi mansorum sepedictorum de voluntate domine Gerthrudis uxoris Theoderici, prefati fratris senioris et filiorum suorum Theoderici, Frederici et filiarum Godeste et Alueradis itemque domina Adele uxore Frederici fratris iunioris et filiis eius Stephano et Conrado et filiabus Adele, Yliana et Aluerade consentientibus cum heredibus universis publice resignarunt. Unde nos domino abbati Hersuithehusensi et suo conventui contulimus proprietatem super premissis, que ad nos pertinebat, iure perpetuo libere et quiete possidendam, translato universo dominio ad eosdem, presertim cum nos et nostra ecclesia in restaurum quatuor mansorum supradictorum, alios quatuor a predicto Theoderico duos in Hoburgehusen sitos et a Frederico fratre suo duos, unum in Listingen et alterum in Agethehusen, de ipsorum proprietatibus recepimus proprietates eorundem ab ecclesia nostra perpetuo possidendas. Ut ergo predictorum abbatis videlicet et conventus Hersuithehusensis emptio et nostra[1]) donatio firma permaneat et inconvulsa, presentem paginam exinde conscriptam sub sigillorum nostri et ecclesie nostre appensione ad maiorem firmitudinem fecimus communiri. Acta sunt in monte Martis hec anno Domini M°.C°C.L°X secundo, indictione V., IIII. Nonas Maii. Testes huius rei sunt: Albertus et Herboldus fratres, Conradus dicti de Amelungessen, Albertus de Lutersen, Fredericus de Mederike, Luderus de Ahusen, milites, Albertus iunior de Amelungessen, Olricus de Westhem, Bertoldus, Wernerus fratres de Westhem, Gozwinus de Wethen, Albertus de Brunhardessen, Bernardus et Elgerus fratres dicti de Dalewich, Mathyas et alii quam plures.

[1]) nostra et *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 144. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab.

900.

Berthold d. j. von Büren quittirt dem Propst und Konvent des Kl. Oelinghausen über Geldempfang wegen des Zehnten in Eden. 1262 Mai 13.

Nos Bertoldus iunior dominus de Buren omnibus presentem litteram visuris cupimus esse notum, quod nos una cum cognato nostro nobile Bertoldo seniore domino de Buren a preposito et conventu Premonstratensis ordinis in Olinchusen recepimus sex marcas legalium denariorum, ut propter huiusmodi summam nostrarum procuratione expensarum proprietatem decime in Edhen, quam a nobis comparaverant, consequantur. In cuius rei testimonium presentem cedulam sigillis nostris statuimus roborari. Datum anno Domini M°.C°C.LXII°., III. Idus Maii, Servatii episcopi.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Oelinghausen Nr. 85. An von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen Fragment der Siegel Bertholds d. j. und d. ä., wie Westf. Siegel I Taf. 36 Nr. 11 u. 10.

901.

Abt Thymo von Corvey übereignet zwei ihm von Hermann von Albaxen resignirte Hufen in Holthusen *dem Kl. Falkenhagen. Corvey 1262 Mai 25.*

Thymmo Dei gratia Corbeiensis abbas omnibus hanc litteram inspecturis salutem in Domino. Per presens scriptum notum facimus universis, quod nos duos mansos sitos in villa Holthusen, quos Hermannus de Albatessen a nobis et ecclesia nostra in feodo possidebat, ipso petente et ad hoc nobis ipsam proprietatem resignante, contulimus ecclesie in Valkenhagen cum omni iure, scilicet domibus, campis, silvis, pascuis et ceteris attinentiis in proprietate deinceps ac perpetuo possidendos, ita tamen, quod in recognitionem proprietatis nostre in eisdem mansis duos fundos cere, duos denarios graves valentes, singulis annis in festo beati Viti ad custodiam persolvantur. Et ut hoc factum nostrum eidem ecclesie in Valkenhagen nemo infringere valeat posterorum, presentem litteram eidem assignavimus in testimonium geste rei sigilli nostri munimine roboratam. Datum Corbeye anno Domini M°.C°C.LX°II., VIII. Kalendas Iunii.

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 8. An Pergamentstreifen Fragment vom Siegel des Abts. Gedr. Falke, Cod. tradit. Corb. 529. Reg. Lipp. Regg. I, 213 Nr. 314 mit irriger Datirung. Daselbst nach deutscher Uebersetzung fundus cere *als* bodem wasses *bezeichnet.*

902.

Bischof Simon von Paderborn überlässt Besitzungen in (Gross-) Daseburg an Kl. Hardehausen. Paderborn 1262 Juni 2.

. . . . Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod medietatem decime in maiori Dasburg et aream superiorem in eadem villa monasterio in Hersuith(ehusen), Cisterciensis ordinis et nostre diocesis, pro centum marcis legalium denariorum numerate pecunie et solute ob evidentem necessitatem ecclesie nostre, que nobis per tyrannidem Alberti militis de Stormede et aliorum emulorum ecclesie nostre imminebat, emptionis titulo precedente et dominio eiusdem decime cum omnibus pertinentiis suis ad ius et proprietatem eiusdem monasterii integraliter translato tradidimus et assignavimus ex omnium consilio et consensu perpetuo possidendum. Datum Paderborne anno Domini M.CC.LX secundo, IV. Nonas Iunii.

Vollständig gedr. Schaten ad annum. Ein Auszug Schatens in Msc. I, 242 p. 26 Nr. 10 im Kgl. St.-A. Münster hat die Jahreszahl 1263. Nähere Bestimmung nicht möglich. Vgl. u. zu 1277 Aug. 14.

903.

Kl. Hilwartshausen verkauft gegen eine Fruchtlieferung zwei Hufen. Hilwartshausen1262 Mai 31.

Universis presencia visuris A. Dei gratia prepositus in Hildewordeshusen, R. priorissa totusque eiusdem loci conventus cupimus non latere, quod nos de communi consensu conventus nostri utili-

tatem ecclesie nostre attendentes duos mansos desolatos sitos in Nehen, in quos vir nobilis L(udolphus) de Dassele contra meram iusticiam sibi advocaciam usurpabat, Iohanni dicto Stolten, Yde uxori sue et certis heredibus suis pro quatuor marcis, cum quibus comparavimus tres mansos a domino Conrado de Beverungen inter bona nostra Holthusen sitos, contulimus cum omnibus suis appendiciis perpetuo possidendos tali conditione interposita, quod idem Iohannes et heredes sui nostre ecclesie de dictis bonis quattuor moltra segetis, duo siliginis et duo avene, imperpetuum tenentur ad mensuram Wartbergensem ibidem singulis annis in festo beati Martini persolvere. Protestamur eciam, quod nos nec aliquis successorum nostrorum ipsum vel heredes suos pro capite meliori vel vestimento inpetere debeat vel ab eis extorquere. Et ut hec rata permaneant et inconvulsa, presentem paginam dedimus eidem sigillis nostris communitam. Testes huius rei sunt: Conradus miles de Beverungen, Helmwicus Lupus et Iohannes, sacerdotes, Gerhardus monetarius de Munden, Henricus Luscus, Georius, Rikardus de Wartberig et Bertoldus Longus et alii quam plures. Datum et actum in Hildewordeshusen anno Domini M°.C°C.LX° secundo, feria quarta infra octavam Pentecostes.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover. An weissen leinenen Fäden 1) Rest vom runden Kapitelssiegel, zwei sitzende Heilige; 2) ovales Siegel des Propstes, stehende Figur mit Buch. Nehen *eingegangener Ort zwischen Bühne und Körbecke. (Spancken.)*

904.

Graf Ludolf von Dassel verlehnt etwaige Vogteiansprüche über zwei Hufen. 1262 Juni 4.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Ludolfus Dei gratia comes de Dassele, Reigeneithis uxor sua, Bertoldus natus suus cupimus non latere, quod nos advocaciam de duobus mansis sitis in Nehen conventui Hildewordensi pertinentibus, quos dictus conventus nomine allodii possidet ab ecclesia Paderbornensi, si quid iuris habebamus in dicta advocacia, contulimus in pheodum Iohanni dicto Stolten, Yde uxori sue et certis heredibus suis perpetuo possidendam. Protestamur eciam, quod dictus Iohannes et heredes sui memoratam advocaciam a nobis et heredibus nostris in perpetuum tenentur habere iure pheodali. Et ut hec rata maneant et inconvulsa, presentem cedulam contulimus eidem sigilli nostri munimine roboratam. Testes huius rei sunt: Gerhardus de Brochusen, Thidericus Scuwe, Conradus de Graen, Hermannus de Nedere, Bernardus camerarius de Herisia, Sigehardus de Marpe, Reinardus Otterscoke dapifer, Iohannes de Calden et Henricus Valke frater suus et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C. sexagesimo secundo, dominica in octava Pentecostes.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover. An rothen geflochtenen Schnüren das grosse dreieckige Siegel des Ausstellers, Hirschgeweih mit 8 Enden.

905.

Ritter Arnold von Roderikessen *verkauft Zehnten. 1262 Juni 7.*

Noverit universitas fidelium, quibus hoc scriptum fuerit exhibitum, quod ego Arnoldus miles dictus de Rod(er)ikessen decimas in Valehusen et Harderadessen habui et quiete possedi, utpote a progenitoribus meis ad me legitime devolutas, quas de pleno consensu et voluntate uxoris mee domine Sophie et liberorum meorum et heredum, mediantibus probis viris domino Heinrico consanguineo meo, plebano in Elsingen, domino Adam milite dicto de Aspe, sororio meo, et Ludolfo de Methzenchusen, Elgerus Aroldensis ecclesie prepositus et conventus sanctimonialium ibidem titulo emptionis a me legitime compararunt cum omnibus pertinentiis suis pro octoginta et quinque marcis legalium denariorum sub ea conditione, ut de eisdem decimis iam dicte ecclesie conventus talentum cere inter nativitatem Christi et purificationem beate virginis Marie mihi persolvat annuatim, quousque proprietatem earundem decimarum predictus conventus consequatur a comite Ottone de Eversteine. Et quando adipisci poterit proprietatem, mox ego et heredes mei resignabimus totaliter sine dampno claustri prefati, quicquid iuris in eisdem decimis habuimus; et tunc idem claustrum a pensione huius cere liberum erit et absolutum.

Ceterum protestor manifeste predictam summam integre a claustro prefato me recepisse et in partem decime in Langele apud Wlveshagen, quam emi contiguam mihi et commodam, de consilio domini mei Ade iam dicti convertisse in restaurum predictarum decimarum, unde predicto conventui contra omnem hominem ego et heredes mei promisimus prestare de eisdem decimis plenariam et perpetuam warandiam. Ut igitur huius emptionis contractus ratus in evum permaneat et inconvulsus, presentem cartam de hac re conscriptam sigillis domini Alexandri abbatis de Breydelar, Montis Martis et Wulveshagen consulum et mei ad maiorem firmitudinem tam predictus conventus quam ego rogavimus roborari. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°XII., indictione quinta, VII°. Idus Iunii. Testes huius rei sunt: Heinricus de Odenhusen, magister consulum Montis Martis, Bertoldus iudex, Hermannus superius theatro, Bertoldus de Huxoria, Conradus de Hemmi(n)chusen, Conradus Comes et consules omnes ibidem; burgenses de Wulveshagen: Thidericus de Gran scultetus, Ernestus de Hasungen, Conradus de Nortvelde, Ludovicus de Frislare.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen hängen: 1) das Siegel des Abts von Bredelar; 2) das grosse runde der Stadt Marsberg; 3) das grosse runde der Stadt Wolfhagen, gepanzerter Ritter auf gepanzertem Pferde mit Fahne und Schild, auf allen ein Wolf; 4) dreieckiges mit aufrechtem Maueranker. Reg. Spilcker, Everstein Nr. 131.

906.

Provisor Johannes des Kl. Werbe erwirbt Güter. Wildungen 1262 Juni 8.

Ne gestarum rerum memoria (successu) longevi temporis evanescat, poni solet in ore testium et scripture memoria perennari. Noverint igitur universi hanc paginam inspecturi, quod ego Io(hannes) provisor ecclesie in Werbe de consensu communi eiusdem cenobii comparavi quedam bona in Barstorp apud sorores dictas de Geldershusen et de Melen, Alheidim et Hildegundim, et maritos ipsarum Everhardum et Gerlacum et pueros ipsorum Conradum, Wigandum, Alheidim, Iuttam, Bertoldum, Alheidim, Hildegundim, Adelheidim, Elezabet, Lodewicum, Thomam, Everhardum, Iohannem, Gerlacum, Rothegerum cum tribus areis et agris in campo attinentibus cum pratis et silvis et pascuis pro XVI marcis gravium denariorum. Et ne talis venditionis ordinacio successu longi temporis calumpniam paciatur, presentem paginam sigillo civitatis in Wildungen fecimus roborari. Huius vero emptionis testes sunt: Hermannus plebanus in Wildungen, sculthetus eiusdem loci, Godefridus de Berendorp, Hermannus Waz, filius suus, Lothewicus Yenis, Henricus et Gumpertus fratres de Anrephen, Gumpertus, Lothewicus, Conradus, Godescalcus fratres, consules omnes eiusdem civitatis. Acta autem sunt hec anno Domini M°.C°C.L°XII°., VI. Idus Iunii, in novo oppido Wildungen.

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen grosses rundes Stadtsiegel von Wildungen: Reiter, der einen Schild mit aufgerichtetem Löwen hält, auf gepanzertem Pferde.

907.

Die Grafen Hermann u. Gottschalk v. Pyrmont schenken dem Kl. Marienmünster Güter. 1262 Juni 20.

Hermannus comes de Pyrremunt et Godescalcus fratruelis ipsius omnibus presentes litteras inspecturis salutem in perpetuum. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, poni solent in lingua testium vel scripture memoria perhennari. Sciant ergo presentes et futuri temporis posteritas, quod nos cum unanimi consensu et libera voluntate omnium legitimorum heredum nostrorum, videlicet uxoris nostre comitisse Hatewigis, filiis nostris Hermanno et Conrado consentientibus, necnon domine Beatrice relicte fratris nostri Godescalci comitis cum ceteris filiis ipsius Hermanno et Hildeboldo annuentibus dedimus proprietatem bonorum in villis Gundensem et Heykenhusen cum mansis dictis villis de iure pertinentibus abbati et conventui monasterii prope Swalenberg, quod Monstere[1]) vulgariter appellatur, pleno iure ac iurisdictione perfecta, ut habeant omne ius, quod nobis conpetebat, liberum

atque quietum in possessionibus, mansis, terris, pascuis, in aquarum piscationibus, viis et inviis, nemoribus et pratis, cultis pariter et colendis, decimis, advocatiis et potestatem universalis iuris tam in causis civilibus quam criminalibus iudiciis presidendi. Unde ne donationem dictarum villarum cum omnibus attinentiis abbati et conventui predictis factam aliquorum impediat calumpnia, presentem paginam cum eorum nominibus, qui donationi proprietatis, cum fieret, affuerunt, et sigillorum nostrorum firmavimus munimento. Nomina testium sunt hec: prepositus in Valkenhaghen, Widekindus comes de Swalenberg, Henricus de Elmerinchusen, Arnoldus de Wicbelethe, Thidericus de Eckersen[2]), Wernherus Dicberner[3]), milites et castellani in Swalenberg, Henricus Rufus, Bertoldus de Grisme, Amelungus Canne, Henricus de Abbenhusen, milites in Pyrremunt. Actum et datum Pyrremunt anno Domini M°.C°C. sexagesimo secundo, XII. Kalendas Iulii, indictione quinta.

[1]) Münstere *C.* [2]) Eckstern *C.* [3]) Dicberner *C ausgeschrieben, B* n̄.

Aus Msc. I, 129 fol. 17 (B) und VII, 4512 p. 56 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Gedr. Osn. Mitth. V, 125. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 170.

908.

Bischof Simon von Paderborn entscheidet einen Streit zwischen Domkapitel und Dompropst von Paderborn wegen Einkünfte der beiden Parteien. Paderborn 1262 Juni 26.

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus omnibus hoc scriptum audituris salutem in Domino. Noverint omnes, quod discordia, que inter decanum et capitulum ex parte una, et Heinricum prepositum Paderbornensem ex altera, super prebendarum defectibus vertebatur, est determinata amicabiliter in hunc modum, quod dictus prepositus et capitulum se parere determinacioni nostre seu arbitrio interposicione fidei in nostris manibus promiserunt. Nos vero deliberato consilio arbitrando pronunciavimus, quod super lite, quam inter se habebant, admisimus iuramentum capituli sub hac forma: „Prepositura capituli Paderbornensis non habet aliquos redditus, nisi soluta prebenda fratribus, sicut sepius audivimus in capitulo nostro ab antecessoribus nostris, excepta decima in Rameshusen. Sic Deus et sancta ewangelia iuvent decanum et canonicos emancipatos.“ Item ecclesie et obedientie, que hactenus fratribus capituli emancipatis conferri consueverunt, non nisi fratribus capituli emancipatis de cetero conferentur. Ad perpetuam eciam evidenciam predictorum presens scriptum nostro, prepositi, capituli et ecclesie sancti Pauli, nobilis viri domini Adolfi comitis de Woltecge et Henrici decani Frislariensis sigillorum munimine fecimus communiri. Actum et datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXII°., VI°. Kalendas Iulii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 221. An Pergamentstreifen angehängt Bruchstücke vom Siegel 1) des Bischofs; 2) des Dompropsts Heinrich, Figur mit Buch und Palmzweig; 3) des Domkapitels; 4) des Kapitels von Abdinghof; 5) des Grafen Adolf von Waldeck; 6) ziemlich erhaltenes spitzovales Siegel des Fritzlarer Dekans Heinrich, sitzende Gestalt, in der Rechten das erhobene Buch, in der Linken ein Schlüssel, daneben ein Halbmond.

909.

Propst, Dekan und Kapitel von St. Peter und Andreas in Paderborn bekunden, dass von den ihnen durch Bischof Meinwerk geschenkten Gütern in Esbike *der Abt von Bredelar zu näher angegebener Fruchtlieferung verpflichtet sei. 1262 Juli 1.*

Hermannus Dei gratia prepositus, Regenhardus decanus totumque capitulum ecclesie sanctorum Petri et Andree Paderbornensis universis hoc scriptum audituris perpetuam in Domino salutem. Que geruntur in tempore, ne nube oblivionis facile involvantur, litteris solent testimonialibus perhennari. Noverint idcirco tam presentes quam futuri, quod de villicatione Esbike prope Pathberg sita, cuius dominium et proprietas ad ecclesiam nostram transactis centum annis et amplius pleno iure pertinuit et pertinet, abbas de Breydelar et conventus triginta solidos et viginti novem moldra annone Horhusensis

mensure, videlicet viginti quinque siliginis, tria tritici, unum pise, tenentur persolvere nostre ecclesie annuatim, ita quod in festo Galli denarios et in festo beati Andree sequentis annonam in domo vel curia prepositure nostre cellerario nostre ecclesie presente et nunctio prepositi, si haberi possit, representetur, nec a preposito nostro nec a nobis in alio loco vel aliis temporibus est predicta pensio aliquatenus requirenda; quia eciam fundator ecclesie nostre, bone memorie Meinwercus, quondam Paderbornensis episcopus, per predicta bona ecclesiam nostram dotavit, prout in privilegiis nostris evidencius continetur. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX° secundo, indictione quinta, in Kalendis Iulii. Testes huius rei sunt: Iohannes abbas Hersuithehusensis[1]), Regenbodo cellerarius ibidem; canonici maioris ecclesie Paderbornensis: Iohannes Hildensemensis decanus et canonicus Paderbornensis, Ludolfus cellerarius, Waltherus thesaurarius, Iohannes scolasticus, Heinricus Luscus, nobilis vir dictus de Buren Bertoldus et alii quam plures tam clerici quam layci.

[1]) Hersuth. *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 78. Von den an Pergamentstreifen angehängten Siegeln nur das des Busdorfer Kapitels erhalten. An Pergamentstreifen angeheftet Zettel mit gleichzeitiger Notiz: Privilegium prepositi Hermanni de Paderburne et capituli sanctorum Petri et Andree Pader(burnensis) de bonis villicationis in Esbike. *Meinwerks Priv. UB. II, 127.*

910.

Bischof Simon von Paderborn entschädigt die Bürger der Altstadt Warburg durch Ueberlassung der aus seinen dort belegenen Gärten erzielten Rente. 1262 Juli 6.

Simon Dei gratia Paderbornensis episcopus omnibus presens scriptum visuris in perpetuum notum facimus et publice protestamur, quod nos oppidanis veteris oppidi Wartberg super dampno, quod sibi dicebant per fossatum quoddam apud novum molendinum nostro nomine irrogatum restauratum competens facere cupientes, pensionem nostram, que nobis ab ortis nostris apud vetus oppidum inter superiorem pontem et novum molendinum sitis debita fuerat annuatim, eisdem assignavimus in festo Michaelis perpetuo possidendam. Cum vero possessores eorundem ortorum in solutione predicte pensionis negligentes fuerint in termino supradicto, prefatorum ortorum possessio perpetua ex arbitrio eorum, qui nunc ipsos ortos possident, ad burgenses nostros videlicet veteris oppidi libere transfertur. Testes huius facti sunt: H(ermannus) nobilis de Osethe, Gerhardus de Northe, Albero de Wellethe, Conradus de Wellethe, Ludolphus de Humbergtsen, Freth(e)ricus de Ossincdorp, Everhardus et Godescalcus fratres de Thinkelberg, Volpertus de Eisnen, milites, et Iohannes de Wellethe, castellani nostri in Wartberg et alii quam plures. In cuius facti nostri et ordinationis munimen presens scriptum eisdem dedimus sigilli nostri appensione roboratam. Datum anno Domini M°.C°C.LXII°., in octava apostolorum Petri et Pauli.

Or. im Stadtarchiv zu Warburg. Vom an Pergamentstreifen angehängten Siegel Bischofs Simon nur ein Bruchstück erhalten. Mittheilung des Gymnasial-Direktors Hechelmann.

911.

Littera resignationis et infeudationis bonorum in Ebbinghusen de quarto Kalendas Augusti. *1262 Juli 29.*

So (Abdingh.) Msc. VII, 4206 fol. 47 im Kgl. St.-A. Münster. Gehört wahrscheinlich zu 1264 Juli 29. Vgl. unten. Zu Ebbinghausen vgl. Ztschr. XLIII, 2, 52.

912.

Abt Thymmo von Corvey genehmigt einen Gütertausch zwischen dem Kämmerer und Marschall seines Stifts, Bernhard und Dietrich. 1262 September 1.

Thymmo Dei gratia Corbeiensis abbas omnibus hanc paginam inspecturis salutem in Domino. Temporalis exspirat actio, nisi robur accipiat a testibus et a scripto. Noverint igitur tam posteri quam

presentes, quod in presencia nostra constituti Bernhardus nostre ecclesie camerarius et Thidericus marscalcus noster pro bono et utilitate partis utriusque de quadam advocacia et bonis infra notatis talem inter se nostro et ecclesie nostre accedente consensu commutationem pariter inierunt, videlicet quod idem marscalcus advocaciam in curia Lutmarsen et in duabus curiis Gerdessen et in duabus curiis Berinchusen ipsi camerario et omnibus suis successoribus pro triginta marcis gravis monete titulo pignoris obligavit et ipse camerarius versa vice duas curias in Annenhusen cum agris ad ipsam pertinentibus assignavit predicto marscalco, ita tamen, quod ipse et sui heredes quinque quadrantes siliginis et tres solidos gravis[1]) monete inde solvant camerario pro annua pensione et hoc statuto tempore, scilicet in festo Michaelis. Quod si marscalcus sepedictus vel sui heredes tempore supradicto persolvere neglexerint, tunc eadem bona cum omni integritate ad ius camerarii libera revertentur. Adicimus preterea, quod idem marscalcus, si forte curias vel agros supradictos[2]) cum hominibus ecclesie locaverit, non debet camerarius ipsos cogere vel artare, sed post mortem alicuius ipsorum hereditatis iura debet ab ipsis misericorditer extorqueri, ita quod possint heredes iterum deservire. Ut autem hec omnia, que prefata sunt, rata et immutabilia perseverent, presentem paginam inde conscribi fecimus et sigillorum nostri et ecclesie nostre necnon et civitatis in Huxaria fecimus munimine roborari. Huius rei testes sunt: Strigerus prepositus, Heinricus prior, Hermannus hospitalarius, Heinricus cantor; layci vero: Alexander de Gundelsem, Frithericus de Oldenborch, Guntherus de Hethewigessen, Lambertus de Lutteringen, Thidericus Pusterman, Nicolaus Biseworn, Arnoldus Biseworn et alii plures. Datum et actum anno Domini M°.C°C. sexagesimo secundo, Kalendis Septembris.

[1]) graves *Abschr.* [2]) supradictas *Abschr.*

Nach Msc. I, 132 p. 202 im Kgl. St.-A. Münster. Gerdessen *eingegangen zwischen Ovenhausen und Lütmarsen; vgl. Wigand, Corveyer Güterbesitz, 87.* Annenhusen *ist nicht zu deuten; vielleicht hat im Or.* Auuenhusen = *Auenhausen S. von Brakel oder = Ovenh. W. v. Höxter gestanden.*

913.

Der Paderborner Domherr Otto (von Rietberg) konsentirt, Bischof Simon v. P. und Hermann III., Sohn des Edelherrn Bernhard zur Lippe, sind Zeugen bei Schenkung einer Hufe in Avenwedde seitens Konrads v. Rietberg an Kl. Marienfeld. 1262 September 20.

UB. III, 692. Ledebur, Allg. Arch. XV, 61ff. Reg. Lipp. Regg. II, 18 Nr. 493.

914.

Äbtissin Ida von Herford bekundet Beilegung eines Streits zwischen dem Konvent des Stifts auf dem Berge und dem dortigen Pleban über ein zu entrichtendes Opfer. 1262 September 29.

Ida Dei gratia Heruordensis abbatissa universis presentem litteram inspecturis in perpetuum. Notum sit universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod discordia sive questio exorta inter dominam custodem et conventum beate Marie in Monte Heruordensi ex parte una et dominum G(erhardum) plebanum eiusdem ecclesie ex altera, super sacrificio, quod imagini beate Marie virginis super altare stanti et in truncum, qui in eadem est ecclesia, offerri solet, decisa est coram nobis et terminata, iusticia mediante. Domina custos supradicta adhibitis sibi duabus discretioribus de sua ecclesia, scilicet decana et Elisabeht maiori,[1]) suffragante sibi possessione et annorum, que etiam contra absentes currere videtur, prescriptione, iustis dictantibus sententiis, iuramento obtinuit, nullo penitus reclamante, quod omne sacrificium dicte imagini sive infra missam sive alio tempore sive in altari sive alias oblatum et etiam in truncum missum cedet in usus predicti conventus et custodis secundum consuetudinem in eadem ecclesia hactenus observatam, et nec sacerdos nec aliquis de parochia laicus sibi unquam aliquid iuris in eo poterit vendicare. Ut autem hec in posterum questio rationabiliter determinata resurgere non valeat, presenti scripto, quod discretorum consilio diffinitum est, declaramus nostre

et ecclesie nostre[2]) sigillo roborato, nominibus eorum, qui huic cause intererant, pariter annotatis: magister Albertus, Godefridus novi opidi sacerdos, Arnoldus sacerdos, Sigenandus diaconus, Alradus dictus Niger, Gerhardus de Sunnighusen, Hermannus et Hermannus Gograuii, Ludolfus de Ublingethorpe, Heinricus de Aldenheruorde et Iohannes de Broclethehusen, Volmundus de Werninge, milites, Iohannes de Libbere, Richardus de Snathem[3]) et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°XI°I., in die beati Michahelis.

[1]) *Hiernach ist ein Wort ausradirt.* [2]) vestre *Or.* [3]) Snath. *mit Abkürzungszeichen Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Herford Stift auf dem Berge Nr. 6. An Pergamentstreifen das ovale Siegel der Äbtissin und das runde des Herforder Konvents.

915.

Ritter Eckehard von Ballenhausen bekundet Verzichtleistung des Ritters Rotger von Rothenburg auf alle Ansprüche an Zehnten in Hadeberteshusen. *Ballenhausen 1262 Oktober 15.*

Ekkehardus de Ballenhusen dictus de Sinnering miles. Quoniam actiones hominum ex facili deleri possunt, necesse est, ut firmentur robore. Sane igitur ad universorum noticiam presentem litteram intuentium cupimus pervenire, quod dominus Rudegerus miles dictus Monachus et pueri sui de Rotenburg ab omni actione, quam habere poterant vel saltem quoquomodo ipsis competere videbatur, erga religiosos viros et in Christo dilectos dominos de Herdehusen, Cisterciensis ordinis, Paderbornensis diocesis, super decima allodii de Hadeberteshusen, cesserunt nobis et aliis probis viris presentibus absolute. In huius enim rei testimonium petiverunt presentes litteras sigilli nostri munimine roborari. Datum Ballenhusen anno Domini M°.C°C. sexagesimo secundo, Idus Octobris.

Nach Abschr. saec. XV. im Kgl. St.-A. Münster. Zu Hadeberteshusen *vgl. Nr. 760 und 805.*

916.

Bischof Simon von Paderborn macht die von der Herbstsynode gefassten Beschlüsse bekannt und befiehlt den Archidiakonen, die Uebertreter derselben durch geistliche Strafen zu ihrer Beobachtung anzuhalten. 1262 Oktober 17.

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris in perpetuum salutem in eo, qui est salus omnium et solamen. Notum esse volumus, quod in nostra synodo nobis, prelatis, canonicis, plebanis, sacerdotibus ac universitate cleri nostre diocesis presentibus et approbantibus, sententiatum extitit coram nobis, quod si bona aliqua a fidelibus (causa) devocionis alicui ecclesie ad emendationem ipsius vel utilitatem sub certa pensione legata fuerint perpetuo possidenda, rector ecclesie ipsius bona prefata sic legata ecclesie (in provisionem) et curam suam recipiet, si sibi videbitur expedire, et ecclesie ab ipsis bonis solvet annuam pensionem convertendam in usus ipsius ecclesie deliberato consilio discretorum, secundum quod voluntas et ordinatio exstitit conferentis; nec ab eisdem bonis ab aliquo iudice, schultheto sive alio nomine exactionis vel pensionis sive iuris ullius aliquid extorqueri poterit ullo umquam tempore, cum eidem ecclesie ipsa bona libere sint legata, nisi tempore legationis alicui predictorum aliquid iuris in dictis bonis legitime fuerit reservatum, et hoc constet per testes legitimos vel per publicum instrumentum. Et in huiusmodi provisione rectoris ecclesie contradictio parrochialium non obstabit. Verumptamen si rector ecclesie vel plebanus rerum propriarum fuerit publicus dissipator, ita quod super provisione vel conservatione rerum ecclesiasticarum sit minime fide dignus, et super huiusmodi conversatione coram suo iudice legitime convictus fuerit vel confessus, extunc bona predicta alicui layco fide digno et prefate ecclesie parrochiano sub debita pensione ex consilio et ordinatione archidyaconi loci taliter committentur, ut voluntas offerentis bona sepedicta fideliter impleatur, successori nichilominus predicti dissipatoris iure suo per omnia reservato. Item exstitit sententiatum, quod, si in ecclesia aliqua fuerit reliquiarum visitatio specialis, oblationes ibi factas dyocesanus[1]), rector ecclesie et ecclesia equaliter participabunt, et ab ipsis tribus est ad easdem oblationes equalis custodia adhibenda. Item sententiatum fuit, quod, si per parrochiam aliquam temporibus debitis mediante

plebano vel suo nuntio secundum consuetudinem portantur reliquie, oblationes ibi facte debent rectori ecclesie presentari. Item de cerocensualibus ita sententiatum exstitit, quod iuris est et in omnibus ecclesiis observatur, quod, si vir cerocensualis ducat uxorem sue conditionis, dabit pellem hyrcinam aut unam solidum, et stat in arbitrio domini, quod duxerit eligendum. Si vero duxerit uxorem, que non est sue conditionis, citandus est tribus edictis, et si comparuerit, dabit quinque solidos et remanebit in iure suo. Si vero non comparuerit, iure suo sibi abiudicato perpetuo remanebit servilis conditionis illius ecclesie, cuius fuerat cerocensualis, antequam suis exigentibus meritis iure suo per sententiam privaretur, et eo defuncto dominus suus tollet hereditatem suam sicut servi. Item si vir cerocensualis proprio arbitrio tradit se in potestatem alicuius, ut sit eiusdem servilis conditionis, dominus suus repetet ipsum pro servo et eo defuncto tollet hereditatem suam, quoniam fraudem fecerat ecclesie sue et a iure suo recesserat ipso facto. Item si aliquis cerocensualis non solverit cerocensum suum per biennium et sit in patria constitutus nec propter paupertatem nimiam obmittat, et de hoc convictus fuerit legitime, deinceps remanebit proprie conditionis illius ecclesie, cuius cerocensualis exstitit, et eo defuncto dominus suus tollet heredidatem suam sicut servi. Si vero idem extra patriam constitutus fuerat per triennium sive amplius et ob causam legitimam solvere cerocensum non poterat et hoc constat, et post reditum suum absque monitione cerocensum suum solverit pro toto tempore sic neglecto, eius negligentia nullum sibi preiuditium generabit, sed in iure suo ante recessum suum prehabito remanebit. Item si vir cerocensualis, qui duxit uxorem non sue conditionis, decesserit et non est vir superstes eius consanguineus et eiusdem conditionis, dominus suus accipit suum herwede; simile est de hereditate, cum non est heres consanguineus eiusdem conditionis, dominus accipit hereditatem. Similiter si mulier cerocensualis decesserit et non est eius consanguinea eiusdem conditionis, dominus tollet exuvias et hereditatem, si residuus non est heres similis conditionis. Constat enim stricti iuris esse, quod in omnibus ecclesiis conventualibus thesaurarius sive custos, in aliis vero parrochialibus plebanus recipiet cerocensum. Item cerocensualis homo non habens heredes sue conditionis in lecto egritudinis constitutus, nichil de bonis suis legare sive alienare poterit; sed totum, quod possidet, cedet thesaurario vel plebano, si decesserit, nisi conditionaliter cerocensualis factus fuerit et hoc probare valeat per testes ydoneos vel per publicum instrumentum. Preterea sententiatum exstitit, quod a laycis sive parrochialibus alicuius ecclesie irrequisito plebano sive rectore ecclesie nichil de rebus ecclesiasticis est ordinandum, quoniam idem plebanus vel rector ipsos parrochianos suos ad decorem domus Dei et obsequium Christi crebris monitionibus confovebit et ad conservationem rerum ecclesiasticarum, sicut ex officii debito tenetur, plus ceteris erit sedulus et fidelis. Nos enim Symon episcopus Paderbornensis decernentes et volentes huiusmodi sententias habere robur perpetue firmitatis, eas sub anathematis interminatione auctoritate, qua fungimur, ab omnibus precipimus perpetuo inviolabiliter observari. Et ne huiusmodi sententiis rite latis quisquam presumat de cetero temere contraire, contradictores, si qui fuerint, mandamus et presentibus iniungimus in virtute sancte obedientie ab universis archidyaconis et ecclesiarum rectoribus competenti monitione premissa per censuram ecclesiasticam districtius coherceri. Ad huius etiam facti nostri perpetuam evidentiam presens scriptum nostro sigillo fecimus communiri. Actum et datum in synodo nostra episcopali anno Domini M°.C°C.LX secundo, in crastino Galli.

[1]) dyocesanius *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 222. Die defekten Stellen der rechten Seite nach beiliegender Abschrift saec. XVIII. ergänzt. Vom an Leinenfäden angehängten Siegel des Bischofs Bruchstück erhalten. Der Abschnitt über die Cerocensualen stimmt fast wörtlich mit der Verordnung Bischof Ludolfs von Münster, UB. III, 232, überein, gedruckt mit irrigem Datum Kindlinger, Beiträge II, 327. Dieser Abschnitt in vorstehender Urkunde wurde schon früh als der wichtigste angesehen, so dass die beiden Inhaltsangaben auf der Rückseite, von denen die eine beinahe gleichzeitig (privilegium de cerocensualibus), *nur ihn erwähnen.*

917.

Richter und Bürgerschaft in Nieheim bekunden die Schenkung zweier Hufen in Erwitzen an Kl. Falkenhagen. 1262 November 2.

Thidericus iudex, consules ac universitas in Nihem burgensium omnibus Christi fidelibus presens scriptum visuris in Domino salutem. Vobis notum esse cupimus, quod domina Thetheldis beate memorie ducta igne divino tradidit se religioni ecclesie in Walkenhagen et in aucmentum sue prebende eidem ecclesie duos mansos, quos habuit in Ermwordessen, ipsius nato Bertrammo consentiente contulit, tamen ita, quod ipse Ber(trammus) duas marcas propter suum consensum recepit. Huic facto interfuerunt: dominus Godefridus plebanus in Nihem, Iohannes de Eysen rector scole, dominus Arnoldus dictus Scrape, Paderbornensis dapifer, dominus Alradus Pallidus, dominus Bertholdus Sumerkalf, dominus Burchardus de Holt(husen), dominus Iohannes de Wiginchosen, Herboldus Holtene, Sifridus de Ermwordessen. Ut autem predictum factum post hac non valeat a quoquam infringi, presentem litteram sigillo nostri oppidi roboramus. Factum anno Domini millesimo ducentesimo LXII., in crastino omnium sanctorum.

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 9. An einem von der untern Seite des Pergaments eingeschnittenen Streifen das fragmentarische Nieheimer Stadtsiegel, sitzender Bischof mit Mitra und Stab wie Westf. Siegel II. Taf. 77 Nr. 5. Reg. Lipp. Regg. III, 7 Nr. 1500 mit irrig aufgelöstem Datum.

918.

Edelherr Bernhard d. ä. zur Lippe und Gemahlin Sophia stiften mit Zustimmung ihrer Söhne Hermann und Dietrich im Kl. Lippstadt ein Jahresgedächtniss für ihre verstorbenen Söhne Gerhard und Ekbert und später für sich. 1262 November 26.

Bernhardus nobilis de Lippia maior et domina Sophia uxor eiusdem omnibus, ad quos hoc scriptum pervenerit, notum facimus ipsorum memoriis firmiter imprimi cupientes, quod nos pro nobis ac natis nostris pia recordatione defunctis in statu devotionis aliquid ordinantes Hermanno et Th(eoderico) natis nostris consentientibus quinque maltia annone conventui sanctimonialium in Lippia contulimus psis de molendino intra muros ibidem sito ad latus turris destructe singulis annis inperpetuum persolvenda. Tali quidem astante discretione, quod unum malt Gherhardi aliud Ecberti natorum nostrorum beate memorie et residuum post mortem nostram cum vigilarum ac missarum frequentacione in cenobio prenominato anno quolibet nostri memoriam reportabit. Ne autem hec nostra donatio per oblivionis introitum aut alias cuiuscumque lesionis specie sub lapsu temporis irritetur, presentem litteram sigillis nostris ipsam donationem nostram approbantibus duximus muniendam. Datum anno Domini M°.C°C.LX secundo, V°I. Kalendas Decembris.

Or. im Stiftsarchiv zu Lippstadt. Reitersiegel Bernhards an abhängendem Pergamentstreifen. Reg. Lipp. Regg. 1, 214 Nr. 315 nach Abschrift saec. XV. im Fürstl. Lipp. Archiv zu Detmold.

919.

Edelherr Bernhard d. j. zur Lippe genehmigt die beim Begräbniss seines Bruders Ekbert gemachte Memorienstiftung seiner Eltern. 1262 December 3.

B(ernhardus) nobilis iunior de Lippia omnibus hanc litteram visuris salutem in Domino. Presentium tenore protestamur, quod nos ob spem proprie salutis et omnium parentum et consanguineorum nostrorum collationem illam, quam pater et mater nostra conventui ecclesie beate Marie in Lippia in exequiis Ecberti pie memorie fratris nostri pie ac laudabiliter fecerunt, ratam et inviolabilem habere decrevimus, videlicet de quinque moltis annone de molendino inferiori infra oppidum Lippense

annuatim predicto conventui persolvendis preter illa quinque molta, que ab antiquo ex eodem molendino persolvi consueverunt, ecclesie memorate, ita quod ibidem animarum memoria tocius nostre parentele in perpetuum habeatur. Datum anno Domini M⁰.C⁰C.LX⁰I⁰I., dominica proxima post Andree (festum).

Or. im Stiftsarchiv zu Lippstadt; die ganze Urk. rescribirt (auf Rasur). An Pergamentstreifen angehängt Siegel Bernhards (Lipp. Regg. I Taf. 17) mit Rücksiegel (abweichend von dem dort abgebildeten), zum Theil zerstört. Reg. Lipp. Regg. 1, 214 Nr. 316. nach Abschrift saec. XV. im Fürstl. Lipp. Archiv zu Detmold. Vgl. oben Nr. 918 zu 1262 November 26.

920.

Abt Hermann von Helmarshausen überträgt gegen eine Fruchtabgabe Güter in Nehen *einem Bürger in Warburg. Helmarshausen 1262 December 6.*

Nos Hermannus Dei gratia abbas in Helmwordessen, Hermannus decanus, Giselbertus camerarius, Bertoldus hospitalarius totusque eiusdem loci conventus omnibus presens scriptum intuentibus cupimus non latere, quod Werno de Bun, uxor sua, Ecchehardus frater suus et Iordanis filius dicti Ecchehardi, Bertoldus et Hecchehardus fratrueles memoratorum fratrum, videlicet Wernonis et Ecchehardi, bona sua sita in Nehen ecclesie nostre et specialiter hospitali pertinencia, presentibus iudice et consulibus in Helmwordessen et aliis quam pluribus fide dignis, in manus nostras resignaverunt. Nos vero pari consensu bona prelibata cum omnibus suis appendiciis ab omni exactione precaria sive advocacia libera Iohanni dicto Stolten civi in Wartberig, Ide uxori sue et certis heredibus suis contulimus perpetua possidenda, eisdem plenum ius ministeriaļium nostrorum conferentes, ita tamen, quod debitam pensionem, videlicet viginti scipel siliginis vel ordei et sex denarios gravis et legalis monete, annuatim inde persolvant expedire. Protestamur eciam, quod nos et successores nostri prenominatum Iohannem et heredes suos, ubicumque necesse fuerit, de dictis bonis tenemur warandire. Et ut hoc robur firmitatis obtineat, presentem cedulam dedimus ipsis sigillo nostro communitam. Testes huius rei sunt: dominus Henricus iudex, dominus Hildemarus plebanus de Bun, Ecchehardus filius Herenberti, Henricus monetarius, Iohannes socer suus de civitate, Thidericus de Huxaria, Hermannus de Budenevelde, Bertoldus de Tunnenhosen, Bertoldus Regenbodi natus, Sibertus, Gerhardus de Langendal et Henricus filius ducis, consules in Helmwordessen et alii quam plures. Datum et actum in Helmwordessen in die beati Nicolai, anno millesimo Domini ducentesimo sexagesimo secundo.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover. An blau-weissen geflochtenen Schnüren verletzt das kleine ovale Siegel des Abts. Vgl. Nr. 903 u. 904.

921.

Austausch von Ministerialen zwischen dem Bischof Simon von Paderborn und der Böddeker Kirche. 1262 December 12.

Symon episcopus Paderbornensis tradidit ecclesie Budicensi Burchardum filium Alberonis militis de Etlen pro ministeriali et recepit in locum eius Ermtrudim natum Conradi de Etlen militis. Anno Domini M⁰.C⁰C.LXII⁰., II⁰. Idus Decembris.

Regest nach dem Böddeker Kopiar fol. CCCXIII im Besitze des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg unter der Ueberschrift: Hee littere invente sunt apud Henrik Mengen in Buren, quas tunc ipse sponte et libere resignavit in Bodeken anno Domini M.CCCC.LII., in die innocentium.

922.

Bischof Simon von Paderborn bekennt vom Kl. Hardehausen 50 (?) Mark erhalten und ihm dafür seinen Hof . . . bei Warburg überlassen zu haben. Paderborn 1262 December 13 (ipsa die Lucie virginis).

Or. fast ganz zerstört im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 145.

923.

Äbtissin Ermgard von Heerse schenkt dem Kl. Willebadessen mehrere Güter. 1262.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Ermegardis divina bonitate Herisiensis ecclesie abbatissa omnibus presentem paginam inspicientibus salutem in Domino sempiternam. Accedens ad nos Theodericus ecclesie Wilbodessensis prepositus petivit instanter, ut suo conventui proprietatem bonorum Iohannis in Wirdessen, Heydenrici et suorum heredum in Edelersen et in Ryckersen Conradi et Alberonis fratrum dictorum de Wellede conferremus. Cuius peticionis instanciam confidentes intuitu divine retribucionis, conventus nostri et ministerialium habito consilio, contulimus eidem ecclesie Wilbodessensi eandem proprietatem quieto dominio perpetuo possidendam. Pro recognitione huius proprietatis talem conditionem interposuimus, ut iam dictus conventus talentum cere quolibet anno transvoluto in nativitate sancte Marie ecclesie Herisiensi ad luminaria solvat et transmittat. Ne igitur nostre ordinationis beneficium processu temporis immutari possit aut infringi, presentem paginam nostri et conventus sigillorum impressione et testium subternotacione duximus roborandam. Testium vero nomina hec sunt: Cunegundis preposita, Iutta decana, Alheidis custos, Iohannes et Ludolfus et Hermannus de Istentorph, canonici; Bernhardus camerarius, Iohannes dictus de Nyhusen laici et quam plures. Acta sunt anno dominice incarnacionis millesimo ducentesimo sexagesimo I⁰I.

Aus Willebadessener Kopiar saec. XV. XVI. im Stadtarchiv Dortmund fol. 79; Regest im Kgl. St.-A. Münster Msc. I, 242b 62. Die Ansiedlungen Wirdessen, Edelersen *und* Rickersen *sind eingegangen in der Feldmark von Willebadessen.* Wirdessen *lag in der Richtung nach Altenheerse;* Edelersen *zwischen Willebadessen und Neuenheerse und* Rickersen *nach dem alten Willebadessener Lagerbuche bei dem (heute zum Gute Borlinghausen, früher zum Kloster Willebadessen gehörenden) Vorwerke Lake. (Spancken.)*

924.

Graf Otto von Ravensberg bekundet den Verkauf zweier Hufen in Hörste im Kirchspiel Stapellage seitens Gerhard gen. Duuellescop *und seines Sohnes Heinrich an Kl. Marienfeld. 1262.*

Zeugen: Bernardus vir nobilis de Lippia, Fredericus notarius noster, Heinricus Vinko, Reinbertus dapifer, Harderadus Vulf, Ludewicus Hake, Bernhardus Lethebur, Herbordus Vos.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Marienfeld Nr. 152. An Pergamentstreifen Reitersiegel des Ausstellers. Gedr. Ztschr, IX, 305. Reg. Lipp. Reg. II, 214 Nr. 317; UB. III, 697.

925.

Hermann von Brakel resignirt dem Bischof Simon von Paderborn zwei Hufen in Körbecke zu Gunsten des Kl. Hardehausen. 1262.

Reverendo domino suo ac venerabili Paderbornensis ecclesie S(imoni) episcopo Hermannus de Brakel debitum obsequium et devotum. Duos mansos in maiori Corbeke, quos a Paderbornensi ecclesia tenuimus iure feodali, et quos a nobis Gerlacus et Geroldus fratres dicti de Helmere feodaliter tenuerunt, nobis eos libere resignarunt. Nos igitur predictos mansos in Corbeke gratie vestre et ecclesie Paderbornensi absolute et liberaliter cum consensu uxoris nostre Clemente et filii nostri Iohannis et aliorum liberorum nostrorum resignamus, ea videlicet interposita condicione, quod eosdem mansos monasterium in Hersuithehusen in quieta possessione obtineat in eternum. Et ut hec rata permaneant in posterum, super hac nostra resignatione nostras eis litteras sigillo nostro roboratas indulgemus. Datum anno Domini M⁰.C⁰C.LX⁰II.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 141. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Vgl. oben Nr. 896 und 897.

926.

Die Brüder von Gudensberg verkaufen dem Kl. Volkhardinghausen ihr Gut in Holthusen *mit zugehörigen Äckern in Twiste. Wolfhagen 1262.*

In nomine Domini amen. Universis Christi fidelibus scripto presentis pagine innotescat, quod nos Conradus et Giso fratres mililes dicti de Gudensberg spontanea voluntate cunctis nostris heredibus debitum assensum prebentibus vendidimus pro triginta marcis gravium denariorum et sub venditionis titulo assignamus domino preposito Hartmanno emptionem huiusmodi fideliter procuranti totique conventui sanctimonialium in Volchardinghusen allodium nostrum situm in Holthusen, quod feodali iure possedimus ab ecclesia Paderbornensi cum agris annexis in Twiste sitis, hominibus et aliis omnibus agris attinentibus iam cultis vel etiam non excultis, ita videlicet, ut prefatum cenobium bona prenotata ammodo quiete possideat et exinde fructus percipiat universos. Astiterunt etiam, cum talis venditio fieret, pro testimonio perhibendo viri idonei et probati universi castrenses in Wulfhagen, videlicet Ekehardus et Johannes milites fratres de Helfenberc et eorum filii Iohannes, Wernerus et Ekehardus, Alexander et Volradus fratres de Essceberg, Iohannes de Wedelberg et Warmundus, dominus Tidericus dictus Lupus et Tidericus de Blomenstein et quam plures alii nobiles et burgenses. Ut vero longeva temporis successio venditionem huiusmodi tam solempniter contractatam nequeat irritare, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine placuit roborari. Acta autem sunt hec in Wolfhagen anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo secundo. Amen.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen dreieckiges Siegel Konrads v. G.

927.

Die Brüder von Gudensberg resigniren dem Bischofe von Paderborn ihr Gut in Holthusen *und bitten, dasselbe dem Kl. Volkhardinghausen zu Lehn zu geben. O. J. (um 1262.)*

Venerabili et beatissimo domino suo episcopo Paderbornensi Conradus et Giso fratres milites dicti de Godenberg debiti sui servitii exhibitionem. Noverit vestra dominatio laudabilis et famosa, quod favorabiliter et spontanea voluntate resignamus vobis nostrum allodium situm in Holthusen, quod possedimus feodali iure ab ecclesia Paderbornensi, studiosissime et quantum possumus flagitando, ut cenobio sanctimonialium in Volchardinckusen eodem iure dignemini assignare, quo nobiscum taliter ordinarunt, quod nec ipsi percipiant vice nostra, voluntarie resignamus et tamen vestre dominationi, sicut hactenus servire paratos, nos dabimus inveniri.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen dreieckiges Siegel Giso's v. G.

928.

Rath und Bürger in Marsberg bekunden, dass die Ritter Konrad und Albero von Welda ihr Gut in Dorslon *einem Marsberger Bürger verpachtet haben. 1262.*

Universis pagine presentis inspectoribus consules ac burgenses civitatis Montis Martis ad perhibendum testimonium veritati omnibus hoc scriptum visuris et audituris cupimus notum esse, quod nobis presentibus viri strennui Conradus et Albero milites dicti de Wellede bonum in Dorslon situm, Henrico dicto de Nutlon civi Montis Martis ac Cunegundi uxori eiusdem puerisque suis legitimis heredibus eorundem venditum accepta pecunia in feodum concesserunt absolutum iure feodali perenniter possidendum spondentes eisdem possessoribus ipsi et eorum liberi warandiam debitam prestituros se fore contra calumniam iniquorum. Ut huius feodi collatio stabilis permaneat in evum, has litteras inde conscriptas munimine sigilli Montis Martis decrevimus roborari. Actum ac datum anno dominice incarnationis M°.C°C.LX° secundo. Testes, qui specialiter astiterunt, sunt: Bertoldus Alradi iudex, Albertus de Mulhusen proconsul, Bertoldus de Huxaria, Hermannus super theatrum, Werno de Westhem, Conradus Can, Iohannes de Bilenchhusen, Gerhardus de Silcenchusen, Hermannus de Flessengere, Gerlacus de Tuiste, Conradus de Vesperde, Conradus de Landesberg, consules, Henricus

Morel, Hermannus de Kerecdorp, Hermannus Flicwecke, Iohannes de Nutlon, Ludico frater iudicis, Ludolfus de Capella, Henricus de Vesperde, Conradus Comes, Iohannes de Tigno, Fredericus Picus, Conradus de Adorp, Henricus de Landesberg, Nicolaus de Corbike, Henricus nepos eiusdem, Iohannes de Orpe, Iohannes monetarius, Wigandus de Clutige, Helmicus de Huxaria, Godescalcus Hauesalde, Conradus de Brilon, Sigenandus, Godefridus de Westhem, Henricus de Culete, Conradus Ludbrandi, Iohannes Scettere, Siffridus et Henricus, proconsules et alii quam plures.

Nach dem defekten Westphalenschen Kopialbuch im Besitz des Grafen von Westphalen zu Laër. Siltzinghusen *(Schaten ad annum 1043),* Sulsinchosen *(Wigand, Archiv VI, 395 Nr. 53; vgl. VII, 300) ausgegangen,* $^3/_4$ *Stunde S. v. Marsberg, jetzt „Grund Sillingsen".*

929.

Rathmänner und Bürgerschaft von Marsberg bekunden Gutheissung eines Tausches in Esbike *mit Kl. Bredelar. 1262.*

Universis pagine presentis inspectoribus consules ac burgenses civitatis Montis Martis ad perhibendum testimonium veritati tam presentibus quam futuris innotescat, quod strennui viri Herboldus de Amelungessen, Alexander, Volradus fratres de Escheberg, Iohannes de Brobike, milites; Albertus de Mulhusen, Bertoldus de Huxaria, Heinricus Morel, Heinricus, Theodericus fratres de Oddenhusen, Constantinus de Esbike cum religiosis viris abbate et conventu de Breidelare, ordinis sancti Benedicti, a parrochia in Esbike super area custodie ville prescripte commutata factum gratum favorabiliter et ratum habent. Huius autem concambii consensum ipsorum unanimem presenti scripto publice protestamur. Ne vero inposterum ab ipsis aut eorum heredibus occasio questionis ulla valeat suboriri, de assensu et petitione virorum prescriptorum partis utriusque has litteras in testimonium concambii prescripti fecimus appensione sigilli civitatis nostre roboratas. Datum anno Domini M°.C°C.L°X secundo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 77. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

930.

Die Rathmänner von Sachsenberg verpflichten sich, dem zu Volkmarsen abgeschlossenen Bündnisse gemäss dem Abt Thymo von Corvey zu treuem Beistande und versprechen, seine Rechte in ihrer Stadt zu achten. Sachsenberg 1262.

Venerabili Domino suo Th(ymoni) abbati Corbeyensi consules nec non et universitas in Sassenberg tam voluntarium quam debitum in omnibus sue possibilitatis obsequium. Vestre dominationi regratiari non sufficimus, quod vestris salubribus consiliis et auxiliis nos pluries imbuistis et, sicut capiti omnia membra quandoque solent congaudere similiter et condolere, sic vobis de prosperitatibus gaudemus et de adversis merito condolemus; et secundum statuta federis in Volcmarsen, breviter dicendo, vobis deesse non recusamus contra iniuriatores favorabiliter assistendo et fideliter serviendo. Preterea iura in civitate nostra emergentia, ab antecessoribus vestris habita, vobis numquam cupimus amputare. Huius autem rei tractatum cum munimine sigilli nostri oppidi roboramus. Datum in Sassenberg anno Domini M°.C°C. sexagesimo secundo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Corvey Nr. 102. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Vgl. hierzu Urk. von 1267 Juli 21.

931.

Äbtissin Ermgard von Neuenheerse fordert Friedrich von Istrup auf, das Kl. Hardehausen in dem Besitz zweier von ihm an dasselbe verkaufter Hufen in Istrup nicht zu stören. O. J. (Um 1262.)

E(rmgardis) Dei gratia Hersensis ecclesie abbatissa dilecto ministeriali suo Frederico de Istentorp salutem cum affectu sincero. Dominus abbas et conventus in Hersuithehusen nobis sunt conquesti, quod tu et tui filii ex tua suggestione ipsos in duobus mansis, sitis in villa Istinctorp, quos a te iusto et racionabili emptionis titulo comparaverunt, inpediatis minus iuste. Et cum nobis constet, quod

dicta emptio bene et laudabiliter est contracta, rogamus et cum bono affectu desideramus, ut tu et tui filii dictam abbatem et suum conventum in possessione dictorum mansorum non inpediatis. Meminimus enim, quod tu dictos mansos nobis libere resignasti, et nos eos porreximus abbati et conventui memorato. Uxor etiam tua et tui pueri tunc geniti, quia ad nostram presentiam venire non potuerunt, ad tuam petitionem et ad nostram voluntatem in opido Brakel domino Hermanno de Brake ad manus nostras sepedictos mansos resignarunt coram pluribus testibus idoneis ad hoc rogatis, super quo nostras litteras conscribi fecimus et nostri sigilli signaculo roborari. Si vero quicquam contra prefatum abbatem et suum conventum de prefatis mansis proponere volueritis, vobis coram nobis, prout iuris sententie dictaverint, iusticiam facient expeditam.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 140. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Als Littera clausa verschickt.

932.

Heinricus de Helwardeshusen sacerdos *genannt in Verpfändungsurkunde von Zehnten in Walshausen. 1262.*

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Lippoldsberg.

933.

Ritter Regenhard v. Itter überlässt Kl. Bredelar ein Gut in Rixsuithehusen. *Corbach 1263 Februar 14.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Omnibus hanc litteram visuris, Regenhardus miles dominus castri in Ythere recta sapere et veritati testimonium perhibere. Quia omnis iusticia exigit et salus anime deposcit, ut, quicquid cum viris religiosis, quorum Deus tutor est, tractemus rata inviolabiliter teneamus, sperantes exinde eorum precibus gratiam in presenti et gloriam in futuro, noverit idcirco presens etas et postera, quod nos et liberi nostri Heinricus videlicet filius noster senior et reliqui fratres sui et sorores unanimi consensu et voluntate Domino inspirante pro remedio animarum nostrarum et carorum curiam nostram in Rixsuithehusen sitam a progenitoribus nostris proprietario iure ad nos devolutam et quiete possessam, domino Alexandro abbate de Bredelar et aliis probis viris mediantibus, contulimus sollempniter et dedimus conventui fratrum cenobii iam dicti in Bredelar, ordinis Cysterciensis, libere et quiete sine omni perturbatione proprietario iure perhenniter possidendam cum omnibus pertinentiis suis sicut nos habuimus agris videlicet cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, viis, inviis, omni iuri nostro in eadem curte habito publice cedentes et ius veri dominii ipsis ad omnem dispositionem eiusdem curtis, prout libuerit, recognoscentes. Insuper eisdem tenore presentium contra quemquam de predictis bonis plenariam et perpetuam prestamus warandiam, ipsos etiam omni affectu tam pro reverentia domini nostri Ihesu Christi eiusque pie matris Marie quam favore religionis non solum in his bonis set et in omnibus, quibus possumus, promovere semper et tueri cupientes. Deinde abbas et conventus claustri iam dicti vicissitudinem nobis pro huiusmodi donatione rependentes spoponderunt nobis et liberis nostris post mortem nostram de proventibus ecclesie sue annuam pensionem annone se daturos omni occasione remota duodecim modia siliginis et totidem avene Corbikecensis mensure in Ythere representanda, nec aliquid ultra ab eis requiremus. Porro ne aliquis heredum nostrorum vel quis hominum hanc nostram donationem ausu temerario imposterum irritare attemptet prefatis fratribus super possessione eorundem bonorum iniuriosus existens aut molestus, unde nostra actio et fides possit violari et quies fratrum claustri memorati turbari, presentem paginam exinde conscriptam in testimonium huius donationis sigilli nostri munimine primitus roboravimus et ad maiorem firmitudinem sub sigillorum etiam appensione nobilis de Buren domini Bertoldi iunioris familiaritate nobis coniuncti et consulum civitatis in Curbike tam ipsi fratres quam nos rogavimus communiri. Acta sunt hec in Curbike anno ab incarnatione Domini M⁰.C⁰C.LX⁰ tercio, indictione VI., in die beati Valentini martyris. Huius rei

testes sunt: Hermannus plebanus in Hogeri(n)chusen, Thetmarus Oppolt, Waligo iunior de Ense, Rauen iudex in Curbike, milites; Alwordus et Iohannes fratres, Heinricus de Alrefh, Arnoldus de Alrefh, Wigandus Scerf, Bertoldus de Leicthenvils, Walterus Comes, magister consulum in Curbike, Iohannes Keinpe et frater suus Bernherus, frater Hermannus in Breydelar conversus, magister grangie tunc in Rixuidehusen.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 80. Von den drei an Pergamentstreifen angehängten Siegeln nur Bruchstück des dreieckigen Siegels R.'s v. J. erhalten. Vgl. Nr. 623, 624, 856.

934.

Abt Themo von Corvey bekundet Verzichtleistung des Bernhard Dickeber auf alle seine von Corvey besessenen Güter und Uebertragung an seinen Bruder Gerlach nach Ministerialenrecht. Marsberg 1263 Februar 22.

Themo Dei gratia Corbeyensis abbas. Universis, quibus presens scriptum fuerit exhibitum, volumus esse notum, quod veniens ad nostram presentiam Bernhardus dictus Dickebir universa bona, que ab ecclesia nostra Corbeyensi tenebat, in manus nostras libere et integraliter resignavit omnibus iuribus renuntians, que habuit vel habere videbatur in eisdem. Nos vero eadem bona nobis taliter resignata Gerlaco fratri eiusdem Bernhardi ecclesie nostre ministeriali contulimus iure ministerialis quiete ac perpetuo possidenda. In cuius rei testimonium has litteras inde conscriptas sigilli nostri munimine duximus roborandas. Testes huius sunt: Swickerus et Odelricus[1]) fratres de Brilon, Gerlacus de Mulhusen, Rodolfus de Esnete, Heinricus de Vesperden, Bernhardus de Walberninchusen, Hartwicus de Durslon, Heinricus de Culete, Bertoldus iudex Montis Martis, Bertoldus de Huxaria, Heinricus de Capella, Ludolfus de Capella, Hermannus super theatrum et alii quam plures nostri fideles. Datum et actum in Monte Martis anno Domini M°.C°C.LX tertio, in cathedra beati Petri.

[1]) Oldelricus *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 79. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

935.

Abt Themo, Kl. Corvey und der Paderborner Dompropst Heinrich, Vormund des Stifts, bekunden in Stiftsangelegenheiten den Entscheidungen des ständischen Raths zu folgen. 1263 März 13.

Themo Dei gratia abbas Corbeyensis et Heinricus eadem gratia Paderbornensis prepositus ipsius Corbeiensis ecclesie tutor necnon eiusdem ecclesie conventus presentium apercione litterarum publice protestamur, quod nos in universis ecclesie nostre negotiis consiliarios nostros tam prelatos quam ministeriales a nobis electos, fideles nostros, confidenter audientes de eorundem consilio cuncta faciemus. Si vero per nos ipsos ecclesie nostre sanius ac utilius consilium sit[1]) inventum, consiliis nostris salubribus gratanter acquiescent. In cuius evidenciam has litteras iuramento nostro et fidei datione firmiter vallatas sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Datum anno Domini M°.C°C.LX° tercio, II°I. Idus Martii.

[1]) fit *Or.*

Or. im Kgl. St-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 54. Die drei an Pergamentstreifen angehängten Siegel sind abgefallen. Stift Herford wandte sich in strittigen Rechtsfällen wiederholt an Corvey um Rath; wahrscheinlich ist obiges Or. bei solcher Gelegenheit ins Herforder Archiv gekommen.

936.

Graf Adolf v. Waldeck Z. des Bischofs Gerhard v. Münster über Streitschlichtung zwischen Kapitel des alten Doms und Laien in Münster. Münster im bischöflichen Palast (1262) 1263 März 13.

Gedr. UB. III, 702.

937.

Bischof Simon und die Archidiakone der Paderborner Kirche verkünden die althergebrachten Rechte der Archidiakone. Paderborn 1263 vor März 15.

Simon Dei gratia episcopus Paderbornensis, Heinricus prepositus in prepositura et in Huxaria sedium archidiaconus, R(abodo) decanus archidiaconus in Detmele, prepositus Volradus archidiaconus sedis in Harhusen, E(uerhardus) archidiaconus Hervordensis, magister Iohannes decanus Hildensemensis, archidiaconus sedis in Stenhem, Mauritius cantor Paderburnensis, archidiaconus sedis in Wartberg, W(altherus) thesaurarius archidiaconus in Lemego, H(ermannus) de Suninghusen prepositi apostolorum Petri et Andree et camerarii Paderburnensis et in archidiaconatibus ad dictam preposituram et cameram pertinentibus vices gerens, universis plebanis, ecclesiarum rectoribus et presbiteris Paderburnensis diocesis utriusque vite salutem. Noverint universi presens scriptum visuri, quod a tempore, cuius non extat memoria, et secundum canonicas sanctiones has habuit ecclesia nostra consuetudines, quas adhuc observamus, quod plebani et presbiteri in alicuius archidiaconatu constituti coram archidiacono loci sunt conveniendi, et quod archidiaconi, si volunt, ipsos possunt ad suam presentiam in ecclesiam Paderbornensem citare et super excessibus suis, si sint enormes, ab officio suspendere, interdicere et excommunicare. Idem etiam plebani et presbiteri sententias ab archidiacono personaliter sive litteratorie vel per nuntium suum, cui vices suas commiserit, latas modis omnibus exsequentur. Has auctoritates et iurisdictiones ab antecessoribus nostris et hactenus a nobis observatas a successoribus nostris cupientes observari, quia sic ad nos sunt devolute, quod nullatenus immutare volumus vel audemus auctoritate venerabilis patris et domini nostri Paderburnensis episcopi, cuius vices nos archidiaconi gerimus, et propria precipimus sub vera obedientia dictas auctoritates et iurisdictiones inviolabiliter ab omnibus observari. Nos etiam episcopus ius et consuetudinem archidiaconorum nostrorum approbantes omnes plebanos sive ecclesiarum rectores et alios clericos nobis ad obedientiam astrictos iure predictorum archidiaconorum nostrorum, qui derogare presumpserint in premissis, auctoritate presentium ab officio decernimus esse suspensos. Datum Paderborne anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, . . . Idus Martii.

Hier nach Druck bei Schaten ad annum, wo die drei Punkte vor Idus *und Angabe von acht Siegeln. Eine handschriftliche Vorlage ist nicht nachzuweisen. Ueber* Hermannus de Sunninghusen *lässt sich feststellen: 1257* $^{19}/_{7}$ *(Nr. 718) ist er* can. maior. eccl. *und zugleich* can. Lubicensis *nach seinem Siegel, das über dem Kopf einer stehenden Figur die Lipp. Rose aufweist. Von 1266 an bis 1289 erscheint er als* scholasticus, *von 1291 bis wahrscheinlich 1303 als* decanus; *vgl. u. und Register zu Asseb. UB. II. S. 437. Ein* Herm. de Sunninch. *erscheint nicht im UB. I. des Bisth. Lübeck, wohl aber von 1256* $^{12}/_{3}$ *bis 1268* $^{23}/_{4}$ *ein* Herm. de Lyppia *als* can. Lubic. *(Vgl. Nr. 120 und 199; 1269* $^{24}/_{9}$ *wird ein anderer genannt; Nr. 203). Ob beide identisch sind? Vgl. auch unten zu 1264 Mai 28 und oben Nr. 380, die wahrscheinlich hierhin gehört.*

938.

Die Brüder von Helfenberg theilen ihren Güterbesitz. 1263 April 1.

Nos Iohannes, Eckehardus et Rodolfus fratres de Helfenberg universis hoc scriptum audituris eternam in Domino salutem. Cum facta mortalium sepe in dubium veniant, utiliter provisum est, ut ad veram noticiam litterarum indiciis innotescantur. Noverint itaque tam presentes quam futuri, quod nos bona nostra in Fridegodessen et in Langele, que quondam fuerant Iohannis Druuen, partiti sumus in hunc modum. Nos Iohannes et Rodolfus obtinuimus bona in Fridegodessen cum pertinentiis suis, illa vero in Langele cum suis pertinentiis obtinuit Eckehardus. Verum quia bona in Langele plus valuerunt quam nostra, dictus E(ckehardus) superaddidit nobis sedecim marcas, ut in particione equalitas haberetur. Sicque nos renuntiavimus parti sue et ipse cum uxore sua et filio renuntiavit

similiter parti nostre. Porro nomina nostra, qui renuntiavimus bonis in Langele, sunt hec: Ego Iohannes et uxor mea Lutgardis, filii mei, Iohannes et Wer(n)herus, filie Iutta et Agnes, frater meus Rodolfus et filii sui Fridericus et Iohannes. Nomina illorum, qui renuntiaverunt bonis in Fridegodessen, sunt hec: Eckehardus et Gysla uxor sua et Eckehardus filius eorundem. Testes huius rei sunt hii: Conradus, Gyso fratres de Godenburg, Allexander et Volradus fratres de Esgeberg, Iohannes de Wedelberg et Warmundus, milites, Theodericus de Blomenstene, Florentius sculthetus, Heinricus magister civium, Hermannus de Elsingen, Ernestus de Hasungen, Conradus de Scutberg, Euerhardus de Granh et alii quam plures. Et ut hec rata et inconvulsa permaneant posteris, fecimus hanc paginam sigillorum nostrorum munimine roborari. Insuper ad maiorem cautelam futurorum sigillo civium in Wl(f)hagen eam petivimus insigniri. Datum et actum in Wl(f)hagen, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tercio, in festo Pasche.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 147. Die vier Siegel von den Pergamentstreifen ab.

939.

Erzbischof Werner von Mainz bestätigt dem Kl. Arolsen das Patronatsrecht der Kirche in Witmare. *Mainz 1263 April 10.*

Wernherus Dei gratia sancte Moguntine sedis archiepiscopus sacri imperii per Germaniam archicancellarius dilectis in Christo preposito, priorisse ac conventui monasterii in Aroldessen, ordinis sancti Augustini, Paderbornensis diocesis, salutem in Domino. Officii nostri debitum nos ad hoc invitat, ut ea, que ab antecessoribus nostris intuitu Dei rationabiliter facta sunt, auctoritate nostra studeamus eadem confirmare. Hinc est, quod lecta peticio contineret, quod olim nobilibus viris Conrado de Eversteyn et fratribus suis comitibus iuri patronatus ecclesie de Wytmare, Moguntine diocesis, quod tenebant in feudum a bone memorie Sifrido archiepiscopo Moguntino quondam antecessore nostro in manibus ipsius archiepiscopi cedentibus, idem archiepiscopus pleno sui capituli accedente consensu ecclesiam ipsam cum patronatus huiusmodi iure et pertinentiis suis vobis et monasterio vestro, prout spectabat ad ipsum, provida deliberatione concessit et donavit pleno iure perpetuo possidendam, ut de ipsius bonis et proventibus eiusdem conventus inopia relevetur, ut prepositus, qui ibidem pro tempore fuerit, officiet ipsam ecclesiam, sicut pastor vel officiarii faciant, congrua portione vicario ibidem reservata, iure archidiaconi per omnia sibi salvo, prout in litteris eiusdem archiepiscopi plenius continetur. Nos igitur litteris huiusmodi inspectis et diligenter examinatis vestris precibus inclinati, quod ab eodem Sifrido archiepiscopo Moguntino quondam antecessore nostro provide factum est, in hac parte ratum et gratum habere volentes, de assensu nostri capituli id auctoritate presentium confirmamus et presentis confirmationis rescriptum nostro sigillo nostrique capituli roboratum vobis tradidimus in testimonium nostri facti. Nemini ergo liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Et si quis attemptare presumpserit, offensam nostram et ecclesie nostre Maguntine se noverit incursurum. Datum Moguntie incarnationis Domini anno millesimo ducentesimo sexagesimo tercio, quarto Idus Aprilis, pontificatus nostri anno quarto.

Nach Transsumt von 1286 im Kopiar I. fol. 11b des Kl. Arolsen aus XVI. Jahrh. in Fürstl. Domänenkammer daselbst und nach Transsumt Erzb. Petrus von Mainz von 1311 Septbr. 13 ebenda fol. 12v.

940.

Graf Hermann von Pyrmont verkauft dem Kl. Falkenhagen Eigenbehörige. Lügde 1263 April 19.

Hermannus Dei gratia comes in Pyrremont omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in vero salutari. Veritas rerum gestarum ab humana mente cum cursu temporis recedit, que non litterarum memoria solidatur. Notum sit igitur universis tam presentibus quam futuris Christi fidelibus, quod

ego prenominatus Hermannus comes in Pyrremont viduam de Zabbenosen, que dicitur Ybeke, cum filiis suis Helmico, Bertrammo, Arnoldo et filia sua Lutgardi et eorum posteris et Iohannem, qui dicitur Daneman, cum filio suo Henrico et ceteris filiis et filiabus suis et eorum posteris cum bonis in Holthusen mihi pertinentibus ecclesie beate Marie in Valkenhagen et in ea Deo famulantibus vendidi pro octo marcis gravium denariorum et eorum libertati cum omni iure, quod ad me spectabat, integraliter et perpetualiter assignavi, tali tamen condicione, ne predictis hominibus ius sibi innatum depravetur ab ecclesia memorata. Huius facti testes sunt: comes Godescalcus filius fratris comitis supradicti, dominus Henricus Rufus, dominus Amelungus Kanno et frater suus Bernardus, dominus Henricus de Abbenosen, Bernardus iudex, Albertus sartor, Albertus Westfalus, Gordanis de Oldendorpe et alii quam plures. Ordinata sunt hec in Ludhe anno incarnacionis Domini M°.C°C.L°XIII., temporibus prepositi Frederici et Gertrudis abbatisse, XIII. Kalendas Maii. Ut autem hec facta rata semper et firma permaneant, presens privilegium sigilli mei munimine roboravi.

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 10. An ungebleichten Zwirnsfäden, welche durch das Wort semper *gehen, das grosse runde Siegel des Ausstellers. Reg. Lipp. Regg. I, 215 Nr. 319.*

941.

Ritter Berthold, Werner und Hermann von Brakel bekunden Güterresignation in Löwen seitens Rembods von Istrup zu Gunsten des Kl. Hardehausen. 1263 Mai 6.

Nos Bertoldus, Wernherus et Hermannus milites de Brakele omnibus hoc scriptum audituris salutem in omnium salvatore. Ut ea, que ad memoriam posteris relinquuntur, semper habeant firmamentum, sorciuntur per litteras fundamentum. Sciant itaque tam presentes quam futuri, quod Rembodo miles de Ystentorp et filii sui Rembodo et Albero, curtem et alias domos sive areas in Louene necnon duos mansos adiacentes eidem ville, quos de manu nostra in feudo tenuerunt, nobis omnibus resignaverunt, sub hac forma videlicet, ut nos domine abbatisse de Herisia cum nostris heredibus dictos mansos resignaremus cum suis attinentiis eo pacto, ut monasterio de Hersuithehusen eorum proprietas perpetuo conferretur. Porro duos mansos prefatus R(embodo) et filii sui nobis in Ahusen pro restauro dederunt et in feudo receperunt, quos etiam nos cum heredibus nostris domine abbatisse de Herisia consignavimus et ab ipsa vice priorum in feudo recepimus, ut ecclesia indempnis permaneret. Igitur ut ea, que ad peticionem supradicti R(embodonis) a nobis fideliter gesta sunt, inconvulsa et omni tempore rata consistant, presentem paginam sigillorum nostrorum appensione duximus roborandam. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tercio, in die Iohannis ante portam Latinam.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 148. Die drei Siegel von den Pergamentstreifen ab.

942.

Äbtissin Ermgard von Heerse urkundet über Auflassungen von ihrem Kloster gehörigen Gütern, Ueberlassung an Kl. Hardehausen und Entschädigung. 1263 Mai 6.

Ermengardis Dei gratia abbatissa in Herisia universis hoc scriptum[1]) audituris salutem in Domino. Tenore presentium protestamur et recognoscimus[2]), quod Rembodo miles de Istinctorp cum uxore sua Mechtilde et liberis Rembodone et Alberone[3]) curtem et alias domos sive areas in villa[4]) Louene necnon duos mansos eidem ville adiacentes cum omnibus suis attinentiis in pratis, silvis, viis et inviis[5]), quos de Bertoldo, Wernhero et Hermanno militibus de Brakele in feodo[6]) tenuit, eisdem cum suis suprapositis[7]) liberis resignavit. Et quia supradicti milites eosdem ab ecclesia nostra in feodo[8]) tenuerunt, nobis rite ac legitime resignarunt. Porro prefatus R(embodo) et filii sui duos mansos in Ahusen eisdem militibus pro restauro dederunt et iterato in feodo[8]) ab eis[9]) receperunt, quos supra

dicti milites cum heredibus suis nobis et ecclesie nostre consignarunt et a nobis vice priorum in pheudo receperunt[10]), ut ecclesia nostra indempnis in omnibus permaneret, ea videlicet[11]) conditione, ut proprietatem supradictorum bonorum in Louene[4]) abbati et monasterio in Hersuithehusen[12]) conferremus, quam eisdem conferimus cum consensu capituli nostri iure perpetuo possidendam, translata proprietate nostra et dominio ad eosdem. Igitur ut hec rata et inconvulsa permaneant, hanc paginam sigillo[13]) nostro et sigillo[13]) capituli nostri duximus roborandam. Testes huius rei sunt: Hermannus, Ludolfus, Herebertus, canonici Herisienses; Ludolfus, Albero, Iohannes, Hermannus Speculum, milites, et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tercio, Iohannis ante portam Latinam.

[1]) scriptum *fehlt B.* [2]) protestantes recognoscimus *B.* [3]) cum — Alberone *fehlt A.* [4]) villa *fehlt A*, Lovene B. [5]) cum — inviis *fehlt A.* [6]) in *doppelt B*, pheudo *A.* [7]) suprapositis *fehlt A.* [8]) pheudo *A.* [9]) ab eis *fehlt B.* [10]) quos — receperunt *fehlt B.* [11]) tamen *für* videlicet *B.* [12]) Herswithehusen *B.* [13]) sygillo *B.*

Or. (A und B) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nro. 149. An beiden Exemplaren sind von den Pergamentstreifen die Siegel abgefallen.

943.

Beide Berthold von Büren übertragen die Vogtei Graffeln dem Menger von Graffeln. 1263 Mai 14.

Nos Bertoldus et filius noster Bertoldus dicti de Buren tenore presentium publice dicimus et protestamur advocaciam nostram ultra villicationem de Graffem Mengero de Graffem et suis heredibus pro XXXVI marcis titulo pignoris obligasse et eidem Mengero suisque heredibus iure pheodali contulisse, ea conditione interposita, si eandem advocaciam ante festum Penthecostes vel ante nativitatem beati Iohannis Baptiste pro dicta pecunia, videlicet triginta sex marcis[1]), redimere voluerimus, liberam habebimus facultatem redimendi, alioquin redimere non poterimus dictam advocaciam nisi in terminis suprascriptis. Post solutionem vero dictorum denariorum ultra tres marcas infra quatuor annos nullam petitionem vel exactionem in dicta advocacia faciemus. Adiectum est eciam, ut, quamdiu hec obligatio duraverit, Ricbodonem de Tindele, Conradum dictum Cotelen, Geldradym Graffem, Iohannem dictum Magnum et molendinum in Borchlere nullis exactionibus sive petitionibus inquietemus. Testes huius rei sunt: Bernardus de Bodeke, Godefridus de Bodeke, Bernhardus de Holthusen, Reyneke de Synesdorph, Tidericus de Andepe, Andreas de Vesperde, Olricus de Kydinchusen, milites; Conradus Luscus, Conradus de Andepe, Heidenricus de Andepe. Si vero nos Bertoldus et filius noster Bertoldus aut nostri heredes contra huiusmodi contractum venire vellemus, quod absit, prefatos testes ad ferendum testimonium contra nos licenciamus et consentimus tamquam nostros homines sub nomine hominii obligatos. Hec autem omnia suprascripta rata et firma permanere promisimus fide data et sigillum nostrum, in quo Bertoldus noster filius est contentus, duximus apponendum. Datum Paderborne anno Domini M.CC.LXIII., feria secunda post ascensionem Domini.

[1]) marcarum *B.*

Nach dem Böddeker Kopiar fol. LXXVI^v im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg (B) und Spilckers Kollekt. Bd. XIV, 100 (C); Abschrift Mooyers hieraus im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Böddeken Nr. 8. Theilweise gedr. Wigand, Archiv II, 3, 336. Vgl. über Graffeln und die Familie v. G. Wigand Archiv IV, 2, 180 ff.

944.

Abt Thymo von Corvey und Dompropst Heinrich von Paderborn als Corveyer Tutor übertragen das Obereigenthum des vom Grafen Adolf von Waldeck resignirten Zehnten in Wirminghausen dem Kl. Flechtdorf. 1263 Mai 28.

In nomine sancte et individue trinitatis. Thymo Dei gracia Corbeyensis[1]) ecclesie abbas, Henricus eadem gratia prepositus maioris ecclesie in Pade(r)burne[2]) et tutor Corbeyensis[1]) ecclesie et capitulum Corbeyense omnibus hoc scriptum inspecturis in eo, qui salus omnium est, salutem. Que geruntur in tempore, ne nube oblivionis facile involvantur, litterarum solent testimonio perhennari,

sicque memorie posterorum inculcari, ne quis valeat de ignorancia excusari. Noverint idcirco tam moderni quam postfuturi, quod nobilis vir Adolfus de Waldeke[3]) decimam ville in Winemari(n)chůsen[4]), quam[5]) ab ecclesia nostra in feodo tenebat, zelo devocionis succensus ad instanciam et peticionem[5]) domini Henrici Flectorpensis[6]) cenobii abbatis et sui conventus in manus nostras cum omnibus pertinenciis suis resignavit absolute, omni iuri suo in eadem decima habito publice cedens, ea tamen condicione interposita, quatenus eiusdem decime proprietatem abbati et conventui monasterii iam dicti liberaliter[5]) conferremus. Nos itaque unanimi consensu et voluntate tocius capituli nostri necnon et consilio ministerialium nostrorum intuitu Dei eiusque pie matris Marie necnon et mutue dilectionis affectu, quo circa predictum claustrum movemur, proprietatem predicte[7]) decime cum omnibus pertinenciis suis abbati et conventui cenobii memorati sollempniter[8]) donavimus ac contulimus libere et quiete proprietario iure perhenniter possidenda, volentes adeo prestare[9]) tenore presencium eisdem super hac proprietatis donacione plenariam ac perpetuam warandiam. Ad huius rei evidenciam pleniorem, ne quis ausu temerario quovis umquam tempore hanc nostram donacionem et iam dicti nobilis cessionem attemptet immutare et quietem fratrum claustri predicti molestare, presentem paginam exinde conscriptam decrevimus sub sigillorum nostrorum et capituli Corbeyensis[1]) et ipsius sepedicti nobilis appensione firmiter roborare et conservandam perpetuo predicto claustro presentare. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX tercio, indictione sexta, quinto Kalendas Iunii, concurrente primo, epacta nona. Huius rei testes sunt: Strygerus prepositus Corbeyensis[1]), Bernardus camerarius ibidem, Euerhardus prepositus Montis Martis; milites: Regenhardus de Ithere[10]), Thytmarus dictus Oppolt[11]), Albertus et Hereboldus fratres de Amelungessen[12]), Thydericus[13]) et Fredericus fratres de Horehusen[14]), Bodo de Horehůsen[14]), Iohannes et Godescalcus[15]) fratres de Pathberg[16]), Iohannes de Brőbeke[17]), Gerlacus miles et fratres sui Godebertus, Godefridus, Olricus[18]) de Westhem, Henricus de Vesperde, Hartwycus[19]) de Dů̊rslon[20]) et alii quam plures.

[1]) Corbeiensis *C.* [2]) Paderbornensis *C.* [3]) Adolphus de Waldeck *C.* [4]) Wyemarinckhusen *C.* [5]) *Lücke bei C.* [6]) Hinrici Flechtorpensis *C.* [7]) prefate *C.* [8]) solemniter *C.* [9]) parare *C.* [10]) Itter *C.* [11]) Dethmarus Opiwolt *C.* [12]) Amelungsen *C.* [13]) Thidericus *C.* [14]) Horhusen *C.* [15]) Godeschalcus *C.* [16]) Padtberg *C.* [17]) Brobicke *C.* [18]) Ulricus *C.* [19]) Hardtwicus *C.* [20]) Durszlon *C.* *In Eigennamen hat C meist i, wo B y hat.*

Nach Msc. VII, 6704 fol. 23 (B) und VII, 6704 A p. 150 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Gedr. Ztschr. VIII, 77. Winemari(n)chusen *wahrscheinlich Wirminghausen im Fürst. Waldeck. Vgl. Varnhagen Grundlage, 82. Ztschr. XLIV, 2, 72 und XLII, 2, 124.*

945.

Bischof Simon von Paderborn genehmigt einen zwischen Regelindis, Wittwe Bernards von Ösede und dem Kl. Abdinghof getroffenen Vergleich betreffs eines Zwistes, der wegen aneinanderstossender Gebäulichkeiten der beiden entstanden war. 1263 Juni 13.

S(imon) Dei gratia Patherbornensis episcopus omnibus, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, eternam in Domino salutem. Cum Regelindis relicta bone memorie B(ernardi) de Osethe post obitum patris sui Lippoldi militis in ipsius domo et curia residentiam faceret personalem, dissensio erat inter abbatem et conventum sanctorum apostolorum P(etri) et P(auli) ex parte una et predictam R(egelindim) viduam ex altera super quodam foramine, quo per murum curie claustralis adiacentis sordes et superfluitates domus eiusdem fundebantur in curiam vicinam emunitatis ipsorum, asserentibus abbate et monachis tales inmunditias in preiudicium et contemptum emunitatis et ecclesie sue et non absque iuris iniuria se diucius tolerare non posse. Tandem dicta R(egelindis) ad petitionem et voluntatem W(erneri) de Brakele militis et B(ernardi) filii sui et aliorum amicorum suorum fecit, sicut debuit, idipsum foramen integraliter obstrui, ita ut nulla preterite inmundicie vestigia remanerent datis sibi pro illius iniurie redempcione XVIII solidis legalium denariorum. Nos igitur ea, que compromissa sunt, favorabiliter approbantes districte et sub pena excommunicacionis precipimus omnibus

illius domus aut curie inhabitatoribus in perpetuum, ne quis hoc, quod iam factum est, revocet aut infringat vel etiam in alio loco aliquo curie sive emunitatis ipsorum similia de cetero attemptare presumat. Testes huius rei sunt: Wernherus de Brakele, Wernherus Stapel, Lothewicus Bolemast, Andreas de Sola Domo, Wernherus Cancer, Albero frater suus, milites; burgenses vero: Andreas Wltur, Heinricus de Kerectorp, Albertus de Curia abbatis, Conradus de Andopen et alii quam plures. In huius itaque facti memoriam presentem paginam sigillo nostro et nostri capituli duximus roborandam. Datum anno Domini M°.C°C.L°XIII., Idus Iunii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 58. An Pergamentstreifen Bruchstücke vom Siegel des Bischofs Simon mit rückwärtigem Sekret. Rückwärts steht von Hand saec. XV. Super immunditiis defluentibus per murum, ne de cetero fiant. *Und:* Item de foramine excessus iuxta curiam nostram. *Vgl. hierzu oben Nr. 419.*

946.

Edelherr Bernhard d. j. zur Lippe schenkt seinem Knappen u. Officialen Wilhelm gen. v. Herinctorpe, *dessen Bruder in seinem Dienste zu Lippstadt gefangen und enthauptet worden, die Vogtei über Hentrup* (Herinctorpe). *Zeugen:* Alradus Niger, Siffridus de Huffa, Godescalcus Slauus, Heythenricus notarius noster, Hermannus de Odelinchusen. *1263 Juni 16.*

Gedr. UB. III, 711. Reg. Lipp. Regg. I, 215 Nr. 320.

947.

Abtissin Ermgard von Heerse erwirbt das Kämmeramt. 1263 Juni 24.

Ermengardis Dei gratia Hersensis ecclesie abbatissa, omnibus presens scriptum visuris salutem in salutis auctore. Ad noticiam cunctorum volumus pervenire, quod Ermendrudis et Cunegundis filie Bernhardi camerarii nostri beate memorie cum consilio et consensu fratrum suorum Ludolfi et Euerhardi sacerdotum nobis officium sive beneficium camerarii, quod ad ipsas hereditario iure erat devolutum, pro quatuor marcis vendiderunt et idem beneficium nobis resignaverunt renunciando omni iuri, quod eis in eodem competebat. Simili modo Christina uxor Bernhardi molendinarii ipsum beneficium nobis resignavit. Huius resignationis testes sunt: Cun(e)gundis decana, Cunegundis de Blankena, Iutta de Suse, Agnes, Heilewigis, Ermengardis, Elizabet,[1]) canonici: Ludoldus, Bernhardus, Henricus, Ludoldus, Herebertus, layci: Hermannus de Herisia, Mathias, Geroldus, Ekbertus, Ioannes Aureus, Ioannes Hasso. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LX°. II°I, in die Iohannis Baptiste. Ne vero huic facto possit calumpnia suboriri, presens scriptum nostro et Hermanni de Herisia sigillis fecimus roborari et ecclesie nostre sigillo.

[1]) *Hier folgt eine Lücke im Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Neuenheerse Nr. 14. Drei Siegel von den Pergamentstreifen ab. Die Jahreszahl ist nicht ganz sicher, da Or. M°C°CLXC *(oder* O) I°I°I *hat; wahrscheinlich sollte* C (= O) *über der Zeile stehen. Gedr. in Osn. Mitth. V, 315 Nr. 18.*

948.

Edelherr Berthold von Hinnenburg gen. v. Brakel überlässt dem Kl. Hardehausen freies Verfügungsrecht über einen Zehnten. 1263 Juli 22.

Bertoldus nobilis in Hindenborch, dictus de Bracle[1]), omnibus, quibus presens scriptum fuerit exhibitum, salutem et omne bonum. Tenore presentis[2]) scripture notum esse volumus protestantes publice, quod nos dominis ac[3]) fratribus in Herswidehusen de bona voluntate nostra consentimus, ut decimam in Windinckhusen, quam a Iohanne dicto Volpe compararunt, colligant et deducant, prout

eorum cenobio videatur utilius expedire. Ut autem in posterum presens scriptum a quovis non possit violari vel calumniari, fecimus sigilli nostri munimine roborari. Datum anno Domini M°.C°C. 63, ipso die sancte Marie Magdalene.

[1]) Brackle *C.* [2]) presentium *B und C.* [3]) et *C.*

Nach Msc. I, 136 p. 128 (B) und II, 103 p. 59 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Das nobilis *sehr auffällig, weil sonst nie vorkommend, wohl verschrieben statt* miles. *Nach Asseb. UB. I, 341 nennt er sich im J. 1268* commorans in Hindeneborch. *Vgl. unten. Vgl. folg. Nr.*

949.

Äbtissin Ermgard von Heerse bekundet Ueberlassung eines von Helmicus W(elpe) gekauften Zehnten an Kl. Hardehausen. Heerse 1263 Juli 25.

. . . . hoc . . . . salvatore . . . . Noverint tam presentes (quam futuri, quod ego) Helmicus cognomento W(elpe) et filius eius Iohannes cum Helmico filio suo decimam in (Widinchusen)[1]) . . . . . Friderici militis de Istincdorpe tenuerunt, abbati et conventui in Hersuithehusen, Cysterciensis ordinis, pro viginti quatuor marcis legalium denariorum cum universis iuribus suis vendiderunt, unde et eidem militi libere et absolute resignaverunt. Et quia idem miles dictam decimam ab ecclesia nostra in feudo tenuit, cum uxore sua Hyldeburga et duobus filiis suis Conrado et Friderico nobis legitime resignavit, ea videlicet condicione, ut proprietas prefate decime, que ad nos pertinebat, monasterio in Hersuithehusen conferretur, quam benivole et devote eisdem contulimus iure perpetuo possidendam, translata proprietate nostra et dominio ad eosdem. Igitur ut hec donatio nostra rata et inconvulsa permaneat, presentem paginam sigilli nostri et sigilli capituli nostri munimine duximus roborandam. Huius rei testes sunt: Ludolfus, Hermannus, Herebertus, canonici; Fridericus de Istincdorpe, Albero et frater suus Iohannes de Herisia, Iohannes de Nedere, milites et alii quam plures. Acta sunt hec in Herisia anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tercio, in die Iacobi apostoli.

[1]) *Ergänzt nach Rückschrift s. XIII.*

Or. beschädigt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 150. Beide Siegel v. d. Pergamentstreifen ab.

950.

Graf Otto von Everstein und sein Sohn Albert entscheiden Streitigkeiten über Güter in Scherfede. 1263 August 2.

Otto Dei gracia comes de Euersten et Albertus filius eius universis hoc scriptum audituris salutem in omnium salvatore. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod Iohanne de Paderborne necnon Iohanne cognomento Pardan coram nobis astantibus et super una domo et area sita in Scerue, et super tribus iuribus in silva, que vulgo vocantur aichtwart, placitantibus, post multos tractatus super premissis habitos a nobis et a filio nostro causa utriusque taliter decisa est, quod predictus Io(hannes) Pardan acceptis a Iohanne de Paderborne duabus marcis prefatam domum cum suis pertinentiis nobis absolute resignavit et nos accepta a Iohanne de Paderborne aliquanta pecunia memoratam domum cum suis iuribus predictis monasterio de Herswithehusen dedimus liberam et exemptam perpetuo possidendam. Igitur ut hec, que a nobis gesta sunt, rata et inconvulsa permaneant, sygilli nostri munimine roboramus. Testes horum sunt: cellerarius maior in Herswedehusen dominus Rembodo et dominus Rodolfus cellerarius minor et frater Bertrammus, frater Conradus de Dalem et frater Heinricus de Nedere, dominus Timmo de Rinbeke et Alexander frater suus, Ernestus de H(o)wede et Theodericus de Wetten et Bernhardus iudex in Scerue. Datum anno incarnationis Domini M°.C°C.LX°III., sequenti die ad vincula Petri.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 151. Von den weissen Leinenfäden ist das Siegel abgefallen. Gedr. Spilcker, Everstein UB. Nr. 132.

951.

Die Gefangenschaft Bischofs Simon von Paderborn wird in der Citation des römischen Königs Richard vor Urban IV. wegen der deutschen Thronstreitigkeiten erwähnt. Orvieto 1263 August 31.

Auszug UB. V, 852. Vgl. oben Nr. 666.

952.

Papst Urban IV. nimmt Kl. Volkhardinghausen mit allen seinen Besitzungen in Schutz und bestätigt seine Rechte und Freiheiten. Orvieto 1263 September 1.

Reg. UB. V, 630.

953.

Graf Gottfried von Arnsberg nimmt in seinem Schutz- und Trutzbündniss mit Erzbischof Engelbert von Köln u. a. aus: Bischof Simon von Paderborn, die Edelherrn Bernhard d. ä. und Bernhard d. j. zur Lippe und seinen Schwiegersohn Graf Heinrich von Waldeck. Erzbischof Engelbert nimmt aus u. a. Bischof Simon von Paderborn, Berthold von Büren und seinen Sohn Berthold. Mitsiegler u. a. Bischof Simon. Köln 1263 September 4.

Gedr. Wigand, Archiv VI, 236; Seibertz UB. I, 327.

954.

Bischof Gerhard von Münster ertheilt denen, welche der durch Brand zerstörten Paderborner Kirche hülfreiche Hand zur Wiederherstellung leisten, Ablass von 40 Tagen. Köln 1263 September 7.

Gerhardus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem et eternam beatitudinem adipisci. Ut ad pietatis opus mentes fidelium divinis muneribus, indulgenciis videlicet et remissionibus, invitemus, et ut propiciacionem perpetuam facilius impetrent, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad reparacionem ecclesie Paderbornensis lamentabiliter destructe per incendium manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies de iniuncta sibi penitencia de omnipotentis Dei confisi gratia misericorditer relaxamus. Datum Colonie anno Domini M°.C°C.LX°III., V°II. Idus Septembris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 223. An rothgelben Seidenfäden Fragment vom ovalen Siegel des Bischofs mit Sekret. Gedr. Giefers, Dom zu Paderborn S. 20.

955.

Landgräfin Sophie v. Thüringen empfängt von Mainz u. a. Patronat der Kirche in Wildungen. Wegen der Burg werden in einer zweiten Urk. Bestimmungen getroffen. Langsdorf 1262 September 10.

Regg. Böhmer-Will. Regg. arch. Magunt. II, 360 f. Nr. 97 f.

956.

B. Simon v. Paderborn u. a. Schiedsrichter im Streit Dietrichs v. Limburg mit Erzb. Engelbert v. Köln. 1263 September 11.

Gedr. Lacomblet, UB. II, 536.

957.

Bischof Simon v. Paderborn bestätigt die Vertauschung des bisherigen Pfarrhauses zu Bielefeld gegen ein anderes. Bielefeld 1263 September 27.

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis presens scriptum visuris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quoniam ab interitu mortalium vive vocis deficit probatio, necesse est, ut actus hominum litterali memoria confirmentur. Noverint igitur universi tam presentes quam posteri, quod nos attendentes personas ecclesiasticas condicionem ecclesiarum suarum posse facere meliorem,

gratum et ratum habendum duximus et presentibus litteris approbamus, quod Euerwinus rector ecclesie in Bileuelde domum suam et aream dotalem, quam habebat in oppido predicto versus cimiterium ad occidentem et minus ad honestatem ecclesiasticam competentem, pro domo Hesceli dicti Fabri et area ipsius ab eodem H(escelo), uxore sua ac heredibus suis omnibus approbantibus commutavit, ab ipso etiam H(escelo) quadam addita pecunie summa in emendationem dotis fideliter convertenda. Nos etiam videntes ipsam commutationem de consensu generi nostri Ottonis comitis de Rauensberg et approbatione burgensium omnium de Bileuelde utiliter ordinatam, predictam mansionem ad opus ecclesie commutatam omni iure dotali ac ecclesiastico duximus libertandam, domum et aream pro ipsa in commutatione receptam ad omne ius civile et burgensium in predicto oppido commorantium reformando. Et ut predictum factum perpetui roboris obtineat firmitatem, nostro, capituli nostri, Ot(tonis) comitis predicti, Waltheri, prefate ecclesie archidyaconi, et oppidi in Bilenbelde[1]) de communi consensu et approbatione predictorum omnium fecimus communiri. Actum et datum Bylevelde, anno Domini M°.C°C.LXIII., V. Kalendas Octobris, pontificatus nostri anno XV°III.

[1]) *So jetzt das mehrfach korrigirte Wort zu lesen.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 224. An Pergamentstreifen 1) Bruchstück vom Siegel des Bischofs, 2) vom runden des Domkapitels; 3) (beiliegend) das Siegel des Gf. O. v. R. wie Abbildung Westf. Siegel I Taf. XXXV Nr. 7; 4) (beiliegend) Fragment vom spitzovalen Siegel des Paderborner Domherrn Walther als Archidiakon, Halbfigur mit erhobenen Fingern und Stab, darunter Spruchband und unter diesem liegende Figur; 5) halb das Bielefelder Stadtsiegel mit Thürmen und dem Ravensberger Sparrenschild, wie Westf. Siegel II Taf. 67 Nr. 1, In der Angabe des Pontifikatsjahres steckt ein Irrthum, da Simon erst 1247 im Sommer gewählt wurde.

958.

Graf Adolf v. Waldeck überlässt das Eigenthumsrecht an anderthalb Hufen dem Kl. Hardehausen. Hardehausen 1263 September 29.

Nos Adolfus comes de Waldeke universis hoc scriptum audituris tenore presentium protestamur ac recognoscimus, quod proprietatem unius mansi et dimidii in villa maiori Corbeke sitos cum universis pertinentiis suis conferimus abbati et monasterio in Hersuithehusen ad lumen capelle ante portam pro remedio anime nostre in honore beate virginis Katerine iure perpetuo possidendam, translata proprietate et dominio ad eosdem. Quem videlicet mansum et dimidium Bertheidis vidua cum duobus liberis suis Iohanne et Heinrico, accepta ab ipsis modica pecunia, quicquid iuris in ipsis habuerunt, nobis libere et absolute resignarunt. Igitur ne hec donatio nostra posteris in dubium proveniat, et ut rata et inconvulsa omni tempore permaneat, hanc paginam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Huius rei testes sunt: Teodericus de Medrike, Hermannus Speculum, Iohannes de Calenberg, Rodolfus de Steinvorde, milites, et alii quam plures. Datum in Hersuithehusen, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo tercio, in die Mychaelis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 152. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Von der Urkunde ist an der einen Seite ein Stück abgerissen und auf einem angeklebten Pergamentstück ist von einer Hand anscheinend s. XV das Fehlende ergänzt. Auf der Rückseite ist der Bemerkung s. XIII. de uno manso et dimidio in Corbeke maiori *von Hd. s. XVI hinzugefügt:* geheten de Luchtehoff.

959.

Edelherr Konrad von Schönenberg urkundet über einen Vergleich des Kl. Hardehausen mit Ritter Konrad v. Markessen. Schönenberg 1263 November 3.

Conradus nobilis de Sconenberg universis Christi fidelibus, quos presens scriptum attigerit, salutem in perpetuum. Noverint tam presentes quam futuri, quod dominus Conradus miles de Markessen

de consensu filiorum Conradi et Henrici ac Regenboldi consanguinei eorum in presentia nostra omnem actionem et discordiam adversus dominos ordinis Cisterciensis in Hersuithehusen habitam propter mansos, qui adiacent curie in Hadeberteshusen, in perpetuum relaxarunt, cedentes unanimiter omnem iurisdictionem, quam in ipsis bonis habere videbantur pro quadam summa pecunie, sicuti predicti domini ecclesie in Hersuithehusen cum prefatis domino C(onrado) milite, C(onrado) et H(enrico) filiis suis nec non R(egenboldo) consanguineo eorum poterant concordare. Ipsi vero huic facto debitam firmitatem volentes adhiberi procuraverunt presens scriptum sub testimonio nostri sigilli roborari ad maiorem cautelam adhibendam sub testimonio sigillorum opidi Geismariensis ac viri nobilis comitis Ludolphi de Dasle, nichilominus ... Thesle, Rothero de Rosebeke, Ludolpho de Hunbrechtessen iuniore, militibus, Iohanne de Lichbike, Iohanne Scriit, Henrico de Colden, Gerhardo de Engellant et aliis quam pluribus. Datum et actum Schonenberg anno Domini M°.C°C.LXIII°., III°. Nonas Novembris.

Nach Abschr. saec. XV. im Kgl. St.-A. zu Münster.

960.

Papst Urban IV. beauftragt den Guardian der Minoriten in Osnabrück und den Prior der Dominikaner in Minden mit Untersuchung der Klagen, welche Pröpstin und Kapitel des Stifts Herford gegen die Äbtissin Ida wegen Verschleuderung des Stiftsgutes erhoben haben. 1263 November 9.

Gedr. UB. V, 632.

961.

Arnold v. Gudensberg verpfändet dem Kl. Volkhardinghausen 1/2 Zehnten. Gudensberg 1263 December 20.

Universis presentem paginam inspecturis Arnoldus nobilis de Godenberch in presenti vita eternam gloriam promereri. Noverint tam presentes quam futuri, quod ego Arnoldus ex consensu heredum meorum per patentem cedulam protestor partem meam decime in Iuncherrenhagen, hoc est dimidiam, pro X et VIII marcis ecclesie in Volchardinchusen esse obligatam et tamdiu quiete possidebit, quoad usque a me vel a meis heredibus pro denominata summa a predicta ecclesia redimatur. Talis enim ordinatio, ut stabilis et inconvulsa permaneat, sigillo proprio decrevi roborari. Testes huius facti sunt: Wernherus miles de Godensberch, Theodericus Lupus, dominus Iohannes de Godenberch et filius suus Conradus et alii quam plures. Acta sunt hec in Godenberch, anno incarnationis Domini M°.C°C.LX°III°., in vigilia beati Thome apostoli.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen dreieckiges an den Oberecken abgerundetes Siegel, in dessen oberer Hälfte zwei von einander abgekehrte Adlerrümpfe, in unterer drei durch Gitter verbundene Balken.

962.

Kl. Abdinghof bekundet, dass von einem Hausplatz am Markte seinem Kloster eine Jahresrente von 10 Schillingen zu entrichten sei, bei Nichtzahlung Gebäude u. Platz frei zurückfallen. 1263 December 21.

Iordanis Dei gratia abbas, R(obertus) prior totumque collegium ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Paderburn omnibus, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, salutem in vero salutari. Ne ea, que aguntur in tempore, labuntur cum tempore, expedit, ut ea, que per nos fiunt, in scripta publica redigantur. Notum esse cupimus universis, quod nos aream quandam in foro Paderburnensi sitam, quam quondam Andreas filius Conradi Sancti ab ecclesia nostra tenuerat, ipso Andrea eandem resignante et consentiente, Henrico dicto Endehachte et uxori sue Cunegundi et liberis ipsorum iure perpetuo contulimus possidendam, tali conditione adiecta, quod de eadem area conventui nostro decem solidi legalium denariorum, quinque videlicet in vigilia Pasche et quinque in festo beati Michaelis persolventur annis singulis nomine pensionis. Quodsi forte, quod absit, hos decem solidos diebus prefixis non persolverint, extunc area cum suis edificiis libera ad nos redibit.

Preterea quicquid unquam in edificiis eiusdem aree vel per incendium, quod Deus avertat, vel per vetustatem vel quocunque casu destructum aut ruinosum fuerit, per possessores ipsos de suis expensis et non de nostris erit reparandum. Adiectum est insuper, quod predictis H(enrico) et uxori sue C(unegundi) et ipsorum liberis predictam aream sine conventus nostri consensu in manus alias transferre vel vendere non licebit. Ne igitur hoc factum oblivio deleat aut importunitas ingenii malignantis infringat, presentem paginam sigillo ecclesie nostre et sigillo civitatis Paderburnensis fecimus communiri. Huic facto interfuerunt: Robertus prior, Hermannus camerarius, Hermannus custos, monachi ecclesie nostre, Conradus de Tito, Isherus filius Isheri, Iohannes de Tulo, Tidericus de Amerunge, burgenses Paderburnenses, et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C.LXIII°., XII°. Kalendas Ianuarii.

Or. im Kgl. St.-A. zu Münster, Kl. Abdinghof Nr. 59. Beide Siegel vom Pergamentstreifen ab.

963.

Kl. Abdinghof urkundet über Verpachtung einer ihm gehörenden Mühle. Paderborn 1263 December 24.

Iordanus Dei gratia abbas, R(obertus) prior et conventus sanctorum apostolorum Petri et Pauli Paderbornensis universis presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Presentibus litteris protestamur, quod Machorius et Iohannes dictus de Wellede molendinum in Hustede, quod ab ecclesia nostra tenent, de quo conventui nostro octo solidi nomine pensionis annuatim et perpetualiter sunt solvendi, Gernando et Tyderico filio suo sub hac forma locaverunt, quod ipse G(ernandus) et filius suus T(ydericus) de molendino prefato pensionem predictam, quatuor videlicet solidos in die beati Georgii et quatuor solidos in die beati Galli, conventui nostro persolvant annuatim. Quam locationem nos approbantes, quamdiu iidem G(ernandus) et filius suus in solutione pensionis supradicte fideles ac perseverantes fuerint, ratificamus et presenti confirmamus cyrographo sigillorum nostrorum munimine roborato. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°III°., IX. Kalendas Ianuarii.

Aus Msc. VII, 4217 fol. 146v im Kgl. St.-A. Münster.

964.

Bischof Gerhard v. Münster überträgt Kl. Liesborn einen Zehnten in Linzel, welchen Edelherr Bernhard zur Lippe von ihm und der Ministeriale Ritter Hermann von der Lippe von diesem zu Lehen getragen, nach Resignation seitens des letztern an Bernhard d. ä. und d. j. zur Lippe. 1263.

Gedr. UB. III, 712. Reg. Lipp. Regg. II, 19 Nr. 494.

965.

Abt Iordan von Abdinghof übergibt gegen Verpflichtung von Bau und Geldabgabe einen Hof am Markte an Arnold Kneboz. Paderborn 1263.

Iordanus Dei gratia abbas, R(obertus) prior totumque collegium cenobii sanctorum apostolorum P(etri) et P(auli) in Patherborne omnibus in perpetuum. Notum esse cupimus universis, quod nos aream nostram in foro, que adiacet domui Iutten vidue uxoris quondam Gerbodonis Arnoldo dicto Kneboz, Godefrido et Thiderico filiis suis et ipsorum heredibus iure hereditario contulimus perpetuo possidendam. Idem vero Arnoldus et filii sui domum ibidem propriis expensis construent, et si forte, quod absit, per incendium destructa fuerit aut quicquid ibi in structura opus fuerit, propriis sumptibus reparabunt. Quicunque vero domus eiusdem inhabitator fuerit, conventui nostro omni anno septem solidos legalium denariorum persolvet, in vigilia Pasche quartum dimidium solidum dabit et in festo Michahelis quartum dimidium, tali condicione adiecta, quod, si predicta pensio post diem et terminum predictum infra quatuordecim dies persoluta non fuerit, predicta area et domus extunc in perpetuum cedent ecclesie nostre nec aliquid iuris tam ipsis quam heredibus ipsorum in eadem domo remanebit. In cuius rei memoriam persentem paginam sigillo capituli nostri et sigillo civitatis duximus communiri. Datum Patherborne, anno Domini M°.C°C.L°XIII. Testes huius rei sunt: Andreas de

Sola Domo, Conradus Stapel, Lotheuuicus Bolemast, milites; burgenses vero: Andreas Wltur, Helmicus de Hella, Ysherus et Heinricus fratres, Heinricus de Kericthorp, Conradus de Ty(to) et alii quam plures.

Or. (beschädigt auf Papier gezogen) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 58. Von den beiden an Pergamentstreifen angehängten Siegeln keins erhalten; das jetzt mit Bindfaden an Or. befestigte Kapitelssiegel stammt aus späterer Zeit. (Zweiter erst 1359 vorkommender Stempel, vgl. Westf. Siegel III S. 23.)

966.

Graf Hermann von Everstein schenkt Güter an Kl. Falkenhagen. Everstein 1263.

Hermannus Dei gratia comes in Everstene omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in eo, qui salus est vera. Veritatem rerum gestarum solet processus temporis obfuscare, que non litterarum inscriptionibus adiuvatur. Pateat ergo universis catholice fidei subiectis, quod ego Hermannus comes in Everstene et uxor mea Hadhewigis cometissa eiusdem loci bona, que dicuntur Kerchoff, sive latino vocabulo Cimiterium, cum omni iure, quod ad nos spectabat, ecclesie in Falkenhagen libere et absolute contulimus possidenda, propterea ut simus orationum in eadem ecclesia Deo famulantium participes et ut ibi fructum anime percipiamus, ubi vera sunt gaudia et beatitudo perpetua; ideoque etiam, quia filiam Ludolfi servi nostri puellam Hadhewigim ad nostram petitionem in suum plenum consorcium ut cum eis sponsa Christi nominaretur et esset, receperunt prebendam conferentes. Nota sunt hec sacerdotibus: domino Sifride de Bredenvorde, domino Conrado de Collibus, domino Tyderico de Nedersen et laycis, domino Burgardo militi de Valebroch et fratri suo Detbeldo, Gheroldo Ortlevi, Lodhewico de Bredenvorde et aliis viris christianis. Ordinata sunt hec in Everstene anno dominice incarnationis M°.C°C.L°XIII. Ut autem hec facta rata semper et firma permaneant, presens privilegium sigilli nostri inpressione fecimus roborari.

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn. An weiss leinenen Schnüren das dreieckige Siegel mit dem aufgerichteten Löwen. Reg. Lipp. Regg. I, 217 Nr. 322. Auszug: Spilcker, Everstein Nr. 134.

967.

Edelherr Bernhard d. j. zur Lippe befreit zwei Güter des Kl. Liesborn beim Kl. Kappel, von denen eins früher zum Hofe in Horn gehörte, von allen vogteilichen Abgaben. Rheda 1263.

Gedr. UB. III, 714. Reg. Lipp. Regg. I, 217 Nr. 323.

968.

Dietrich und Konrad Grupen von Gudensberg bestätigen eine Schenkung ihres verstorbenen Vaters Dietrich an Kl. Arolsen. Gudensberg 1263.

Theodericus et Conradus milites fratres dicti Gropen de Godenburg universis presentem paginam inspecturis in perpetuum duraturam. Rerum gestarum veritas utiliter litteris commendatur, ne successione temporum et etatum a noticia fidelium elabatur. Tenore igitur presentium recognoscimus et protestamur, quod donationem factam a patre nostro bone memorie Theoderico dicto Gropen de Gudenburg de ecclesia in Withmare conventui in Aroldessen convertenda ad omnem utilitatem ibidem Deo servientium unanimi consensu heredum nostrorum ratam habemus et approbamus, tali videlicet conditione, ut tres marcas legalium denariorum de ecclesia in Volckmersen et quicquid ibidem de secunda missa derivari potest nec non de redditibus porcorum dotis in Withmare iam dicti conventus sanctimoniales singulis annis recipiant et equa portione inter se distribuant et in adventu et quadragesima et in anniversario patris nostri de proventibus annone eiusdem dotis in meliori pane et potu ipse consolantur. Quod si forte in posterum alicui provisorum in Aroldessen hec ordinatio displicuerit et infringere voluerit, ne conventus de premissis defectum patiatur, recipiendi et locandi ecclesiam in

Withmare liberam habebimus facultatem et tunc omnia, que prescripta sunt, a nobis et a nostris successoribus singulis annis exigentur. Acta sunt hec coram testibus: Alberto et Hermanno militibus de Scardenberg, Vernone et Hermanno fratribus et aliis quam pluribus. Datum in Gudenburg, anno Domini M°.C°C.LXIII°.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An von der Urk. abgeschnittenen Pergamentstreifen hängen 1) grosses dreieckiges Siegel, gebogener Baumast, an dessen fünf Zweigen je eine fünfblätterige Rose und an einer Seite an dem Handgriff ein Kessel (Grüppen) mit drei Füssen hängt; 2) kleineres dreieckiges Siegel, Baumast mit einzelnen mit Rosen belegten Zweigen.

969.

Ritter Heinrich von Homburg verspricht Verpfändung des halben Zehnten im Dorfe Kemnade an Bisthum Minden zu Gunsten des Kl. Kemnade. Homburg 1263.

H(einricus) miles et Dei gratia dominus in Homborch omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem. Ad notitiam omnium pervenire volumus, quod nos et heredes nostri medietatem decime in villa Kaminatis, quam ecclesia Kaminatensis emit a fratribus E(rnesto) et Io(hanne) militibus dictis de Embere, resignabimus ecclesie Mindensi, dummodo superius memorata ecclesia proprietatem eiusdem decime ab episcopo et ecclesia Mindensi valeat obtinere. Et interea quod ecclesia Kaminatensis proprietatem medietatis decime iam dicte non habet, eidem ecclesie eandem decimam liberaliter pro centum et quinquaginta marcis ad petitionem superius memoratorum militum inclinati favorabilius obligavimus. Ut autem hec, que dicta sunt, firmiter observentur, presens scriptum damus ecclesie Caminatensi sigilli nostri munimine roboratum. Datum in Homborg, anno Domini millesimo M°.C°C.LXIII.

Nach Msc. I, 139 fol. 249 im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Dürre, Homburg Nr. 99 (Ztschr. für Niedersachsen) 1880 aus Overhams Koll.

970.

Bodo von Homburg verspricht bezüglich des halben Zehnten in Kemnade dasselbe wie sein Vater. Homburg 1263.

Bodo dictus de Homborch omnibus, ad quos littera pervenerit, salutem in Domino. Notum brevi volumus universis, quod nos et heredes nostri medietatem decime in villa Kaminatensi, quam[1]) ecclesia Kaminatensis emit a fratribus Io(hanne) et E(rnesto) vocatis de Embere, resignabimus ecclesie Mindensi tali conditione: si ecclesia superius memorata proprietatem eiusdem decime ab episcopo et ecclesia Mindensi valeat obtinere, et quamdiu ecclesia Kaminatensis medietatem proprietatis iam dicte decime non habet, eedem ecclesie eandem decimam pro centum et L marcis obligamus. Unde nos in memoriam et testimonium horum omnium superius expressorum presentem litteram damus ecclesie Kaminatensi sigilli nostri munimine roboratam. Datum in Homborgh, anno Domini M°.C°C.LX°III.

[1]) quia *Abschr.*

Nach Msc. I, 139 p. 542 im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Dürre, Homburg Nr. 100 (Ztschr. für Niedersachsen 1880).

971.

Ritter Hermann von Brakel bestätigt dem Kl. Hardehausen alle von seiner Familie erworbenen Besitzungen. Brakel 1263.

Hermannus miles de Brakele universis hoc scriptum audituris salutem in Domino. Tenore presentium protestamur et recognoscimus tam presentibus quam futuris, quod nos una cum uxore nostra et liberis nostris necnon cum omnibus heredibus nostris omnium contractus bonorum inter abbatem et monasterium de Hersuithehusen et progenitores nostros factos ratos habemus et approbamus et debitam warandiam prestamus, hoc adicientes, quod, quicquid possident, in quo aliquid iuris nobis competere videbatur, eisdem in perpetuum confirmamus. Igitur ne quis successorum nostrorum eos in

posterum super hiis impulsare potuerit, presentem paginam sigilli nostri munimine roboramus. Datum in Brakele anno Domini M°.C°C.LXI°II.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 146. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Rückschr. s. XIV. de bonis uppe der missen und uppe der brede.

972.

Konrad von Gudensberg bestätigt Verpfändung von Zehnten seitens seines Vaters Johann an Kl. Volkhardinghausen. Gudensberg 1263.

Noverint universi, ad quorum notitiam hoc scriptum pervenerit, quod ego Conradus filius domini Iohannis de Godenberg promisi data fide ratam habere venditionem bonorum, quam fecit pater meus donec ad tempus istud ecclesie in Volchardinghusen, similiter impignorationem IIII decimarum, quam eidem ecclesie fecisse dinoscitur, decimam in Junckerrenhagen pro XXV marcis, decimam in Geppenhagen pro XII marcis, decimam in Widekindeshagen et quedam alia bona ibidem pro IIII marcis, decimam in Strot pro III marcis. Has predictas decimas et alia bona pignori obligata tamdiu ecclesia libere possidebit, donec quelibet decima secundum suam obligationem a me vel a meis heredibus a predicta ecclesia redimatur. Et quia proprio sigillo adhuc non utor, rogavi hanc litteram sigillis subscriptorum militum roborari, scilicet domini Wernheri de Godensberc et domini Theoderici Lupi et patrui mei domini Arnoldi Magni. Acta sunt hec in Godenberg, anno Domini M°.C°C.LX°III°., presentibus viris honestis videlicet his, quorum sigilla apposita sunt, et aliis scilicet Otthone advocato, Helmungo milite de Hasu(n)gen et duobus filiis domini Wernheri de Godensberc et aliis quam pluribus.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen 1) dreieckiges Siegel, in oberer Hälfte zwei von einander abgekehrte Adlerrümpfe, in unterer drei durch Gitter verbundene Balken, wie an Urk. Nr. 961; 2) dreieckiger Schild, gespalten, rechts aufgerichteter Löwe, links vier Balken. Umschrift: Sigillum Werheri de Gudenberich; *3) dreieckiger Schild mit horizontalem Maueranker. Umschrift:* Sigillum Tiderici Lvpi de Godenboric.

973.

Die Rathmänner v. Brilon bekunden Verkauf von Gütern in Rösebeck an Kl. Bredelar. 1264 Januar 4.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 82. An Pergamentstreifen Siegel der Stadt Brilon, wie Westf. Siegel II Taf. 66 Nr. 1. Gedr. Seibertz, UB. I, 331. Daselbst S. 415 Z. 1 statt pings venerit *zu lesen* Pinguis Uenter, *die Lücke Z. 7 auszufüllen mit* excepto fertone.

974.

Papst Urban IV. beauftragt Dechant und Thesaurar von Fritzlar, die Klage des Rektors der Kirche in Capele *in der Paderborner Diöcese über Schädigung der Kirche zu untersuchen. Orvieto 1264 Februar 8.*

Gedr. UB. V, 638 nach dem Arolsener Kopiar II. Nach der Provenienz kann nur der jetzt wüste Ort Cappel, S. v. Mengeringhausen, gemeint sein. Vgl. Ztschr. XLII, 2, 125.

975.

Heinrich Herr von Alpen tritt eine Ministerialin an Abt (Thimo) v. Corvey ab. Alpen (1263) 1264 März 21.

Universis Christi fidelibus, quibus presens scriptum exibitum fuerit, H(enricus) dominus de Alphem eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra, quod Lacistiam de Walshem meam ministerialem a iure ministeriali, quo michi subdita fuerat et subiecta, resignavi atque ipsam venerabili domino Dei gratia abbati Corueygensis ecclesie tribui et assignavi, quatinus dictus abbas ecclesie memorate de fidelitate ipsius gaudeat, sicut de ceteris suis ministerialibus gaudere consuevit. Et hoc litteris

presentibus proprio sigillo sigillatis duximus protestandum. Datum in Alphem, anno Domini M°.C°C.LX° tertio, in die Benedicti abbatis.

Nach Abschr. Msc. I, 134 p. 176 im Kgl. St.-A. Münster. Abschr. Falke's Koll. II. S. 361 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel fügt den Msc. I, 134 nicht genannten Namen des Corveyer Abts Thymo hinzu.

976.

Bischof Balduin von Osnabrück bekundet Verzichtleistung genannter Ritter auf die Kirche zu Visbek und deren Güter zu Gunsten des Stifts Corvey und des Dompropstes Heinrich zu Paderborn. Osnabrück (1263) 1264 März 22.

Baldewinus Dei gratia Osnaburgensis ecclesie episcopus omnibus presens scriptum visuris rei geste noticiam. Acta sollempniter delet oblivio, nisi scripturarum fulciantur testimonio. Noverint itaque tam posteri quam presentes, quod Alexander dictus Houeth et filius suus Alexander, milites, coram nobis in Osenbrugge comparuerunt et ecclesie in Visbeke et universis bonis ad eandem pertinentibus, que contra iusticiam dudum detinuerant, penitus renunciaverunt premissam ecclesiam cum prenominatis bonis cenobio Corbeiensi nec non venerabili viro domino Hinrico Paderbornensi preposito liberaliter recognoscentes. Item iam dicti milites coram nobis protestati sunt, quod Nicholaus miles itidem dictus Houeth nunquam iam dicta bona ab ecclesia Corbeiensi vel a prefato preposito Paderbornensi nec ab alio quoquam susceperit vel in partem hereditatis paterne fuerint assignata, quod, cum requisiti fuerint, sine qualibet contradictione in omni loco, in quo salva incolumpnitate vite ipsorum pervenire poterint, per se et testes ydoneos comprobabunt. Item dotem et mansos iam sepe dicte ecclesie ab omni gravamine et vexacione suorum mancipiorum exonerabunt, nisi de voluntate prenominati prepositi residentia eisdem concedatur. Huius rei testes sunt: Godeschalcus thesaurarius, Hinricus prepositus in Quakenbruke, magister Gerlacus de Hore, Euerhardus de Horst, maioris ecclesie canonici; item Iohannes scolasticus, Gerhardus thesaurarius ecclesie sancti Iohannis, Iohannes plebanus sancte Katerine, Albertus plebanus in Vecte et Fredericus scriptor comitis de Rauensberge nec non Gerhardus de Uarenthorpe, Giselbertus de Bissenthorpe, Iohannes camerarius, Wescelus Wlf, Ludolfus Hake, Ber(n)hardus de Beueren, Fredericus de Glanen, Iohannes Sprit, milites, et alii quam plures. Item ut in facto tam legitimo nulla in posterum possit intervenire calumpnia, ad instantiam utriusque partis presentem paginam ad omnium premissorum maiorem et uberiorem firmitudinem fecimus conscribi et nostro nec non ecclesie nostre sigillis roborari. Datum Osenbrugge, anno M°.C°C.LXI°II., XI. Kalendas Aprilis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Corvey Nr. 102a. Die beiden Siegel vom Pergamentstreifen abgerissen. Visbek N. von Vechta. Ueber Corvey'schen Besitz daselbst vgl. KU. I. Register. Da hier unzweifelhaft Kölner Datirung anzunehmen ist, so starb Bischof Balduin nicht, wie bisher angenommen worden (vgl. Gams, Ser. epp. s. v.), bereits am 13. Febr. 1264.

977.

Äbtissin (Ida) v. Herford, die Brüder Edelherrn Bernhard u. Hermann zur Lippe u. Kanonikus Otto v. Paderborn Zeugen bei Schenkung Konrads v. Rietberg an Kl. Ägidii in Münster. (1263) 1264 März 25.

Gedr. zuletzt UB. III, 704.

978.

Frethericus senior et iunior de Histinctorp, Alleradus de Vlechten *unt. d. Z. in Urk. des Grafen Ludolf von Dassel für Kl. Lippoldsberg. 1264 März 28.*

Or. im Kgl. St.-A. Marburg. Kl. Lippoldsberg.

979.

Widukind von Holten bekundet Gutskauf in Affoldern seitens des Kl. Berich. Fritzlar 1264 April 1.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Widekindus de Holten omnibus presentem litteram inspecturis notum esse cupio tam presentibus quam futuris, quod ecclesia ancillarum Christi in Beriche mansum unum in Affoldern situm ab Arnoldo de Lutteswick de bona voluntate et consensu Ludewici, Brunonis, Gumperti filiorum suorum pro octo marcis comparavit titulo proprietatis iure perpetuo possidendum. Verum ne ea, que aguntur in tempore, labantur cum tempore, vel ne aliquis successorum suorum venditionem predictam valeat imposterum immutare vel etiam ausu temerario contraire, sigillo civium Hombergensium et ecclesie predicte communio presens scriptum. Huius rei testes sunt: Thetmarus plebanus in Homberch, milites: Wideroldus Holtsadel, Conradus frater suus, Volpertus de Borken, Bertoldus filius fratris sui, Wernerus scultetus, Hermannus de Wolphershusen, Hermannus de Suntheim, Henricus de Vossebach, Unart, scabini: Winandus filius Everhardi, Henricus frater suus, Volpertus filius patrui eorum, Conse de Orphe, Henricus Store, Rentwigus de Borken. Acta sunt hec Fritzlarie, anno Domini M°.C°C.LXII°II., Kalendas Aprilis.

Aus Kopiar I, 42 und II, 51 des Kl. Berich im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen.

980.

Die von Büren bekunden einen mit dem Erzbischof von Köln wegen des Zehnten in Eden geschlossenen Lehnstausch. 1264 April 4.

Nos Bertoldus senior dominus de Bůren et Bertoldus filius noster necnon Bertoldus nobilis de Bůren, patruelis noster, omnibus presentem litteram visuris cupimus esse notum, quod, sicut venerabilis dominus noster Coloniensis ecclesie archiepiscopus nobis contulit proprietatem decime in Edhen solventis singulis annis XVIII molta annone, ita nos ipsi et ecclesie sue proprietatem bonorum Olrici militis nostri ministerialis solvencium singulis annis XXIIII molta annone in villa, que dicitur Kydinchusen, in concambio redonamus, quod tenore presentium cum appensione sigillorum nostrorum publice protestamur. Datum anno Domini M°.C°C.LX° quarto, pridie Nonas Aprilis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Ölinghausen Nr. 95. An von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen an 1. Stelle Bruchstüche weissen Wachses mit dem Rautenkranz, 2. unkenntlich. Vgl. Nr. 900 und 984. Auf der Rückseite von Hand saec. XIII. ex. de concambio in Eden et Kedinchusen.

981.

Äbtissin Ermgard v. Heerse u. Konvent überlassen Genannten ihre Hufen in Wülfte. 1264 April 4.

Evanescit omnis actus temporis, nisi aut voce testium aut scripto memoria fuerit stabilita. Notum igitur sit omnibus presens scriptum intuentibus tam posteris quam modernis, quod nos Ermegardis Dei gratia abbatissa totusque conventus ecclesie in Hersse mansos et agros ad villicationem nostram in Wolfte pertinentes porreximus hiis subscriptis ac eorum heredibus perpetue possidendos, ita sane quod unusquisque ipsorum singulis annis ecclesie nostre pensionem persolvat in festo beati Martini sibi debitam et asscriptam. Iohannes Trille quinque solidos, Gotfridus de Lederike quatuor solidos et sex denarios, Herbertus de Molendino sex solidos, Gerlacus Nagel sex solidos, Hermannus Luterlinc sex solidos, Sigenandus tres solidos, Gotfridus de Wolfte novem solidos, Herpo sex solidos, Albertus de Dessebeke duos solidos, Gerhardus Stengel duos solidos, Conradus de Paderborne decem et octo denarios, Gotscalcus de Dessebeke decem et octo denarios, Iohannes Azelon decem et octo denarios, Iohannes Clingelenberg unum solidum, Iohannes Helkenbach sex denarios, Gotfridus plebanus de Bia sex denarios, Gerhardus Grinop sex denarios, Henricus Bodel quatuor denarios, Iohannes Brunhart tres denarios et obulum, beggine in Brilon duos denarios et obulum, Conradus de Harhusen sex denarios, filii Berengeri sex denarios, Henricus Ketel tres solidos, in Sedelinchusen sex denarios, Wilhelmus de

Lipp. Landesbibliothek

Brochusen unum solidum, Winandus de Edelerenchusen sex denarios, quedam domina in Sikerbike novem denarios, in villa Iutfelde tres solidos. Has pensiones dabunt hii prenominati aut eorum heredes tempore prenominato. Si vero ipsam villicationem nostram alicui villico nos committere contingerit, dictas pensiones singulorum predictorum aut heredum suorum per ipsum villicum nostrum nolumus aucmentari. In cuius rei testimonium presentem paginam exinde confectam sigillo nostro et ecclesie nostre duximus roborandam. Datum anno Domini M°.C°C.L°XIIII°., feria sexta ante dominicam Iudica.

Nach Msc. VII 4510 pag. 2 (B) u. Msc. 4510 A. fol. 74v (C) im Kgl. St.-A. Münster; letzteres hat in den Namen einige Abweichungen, die offenbar Lesefehler sind.

982.

Papst Urban IV. ertheilt den Wohlthätern des Kirchenbaues in Osterrode u. a. in der Paderborner Diöcese 40 Tage Ablass. Orvieto 1264 April 7.

Gedr. UB. V, 647.

983.

Papst Urban IV. befiehlt dem Domdechanten von Paderborn, dem Kl. Arolsen die ihm entfremdeten Güter wieder zu verschaffen. Orvieto 1264 April 30.

Gedr. UB. V, 649.

984.

Erzbischof Engelbert von Köln bestätigt den Verkauf des Zehnten zu Eden und die Uebergabe desselben an Kl. Oelinghausen. Winter 1264 Mai 1.

Engelbertus Dei gratia Coloniensis ecclesie arehiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, notum facimus universis et presentibus litteris publice protestamur, quod nos commutationem decime in Eden, quam a nobis et ecclesia nostra Coloniensi tenuerunt in feodo viri nobiles Bertoldus senior et Bertoldus iunior domini de Buren et eorum heredes, factam cum bonis in Kedinchusen, que ipsorum nobilium proprium allodium extiterunt, ratam et gratam habemus et proprietatem dictorum bonorum in Kedinchusen nostro et ecclesie nostre Coloniensis nomine recepimus eadem bona ipsis nobilibus in feodo concedendo, ita quod dicti nobiles et eorum heredes dicta bona a nobis et nostris successoribus teneant, debitum inde homagium faciendo; donationem vero prefate decime in Eden factam dilectis in Christo . . preposito et sanctimonialibus monasterii in Ülinchusen per dictos nobiles de Buren in nomine Domini ratificamus et confirmamus et proprietatem dicte decime in Eden cum suis pertinenciis taliter a nobis et nostra ecclesia Coloniensi per mutationem alienatam dictis preposito et sanctimonialibus conferimus in perpetuum possidendam. In cuius rei testimonium et firmitatem presentem litteram sigilli nostri munimine fecimus roborari. Huic facto intererant: Hartmannus prepositus Ressensis, frater Wolfardus de domo Theutonica, domini pape penitentiarius, dilecti avunculi nostri Hermannus et Lodewicus comites de Euersteyn, Gerardus comes de Nuwenare, Gerardus de Lanscronen, Theodericus de Kerbusg, magister coquine nostre, et alii quam plures nostri fideles. Datum Wintere Kalendis Maii anno Domini M°.C°C.LX quarto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Ölinghausen Nr. 96. An geflochtenen weissleinenen Schnüren in dunkelm Wachs das spitzovale Siegel des Erzbischofs, sitzend mit Stab und offenem Buch, rückwärts Brustbild, in jeder Hand eine kleine Fahne. Vgl. Nr. 900 und 980.

985.

Dompropst Heinrich v. Paderborn, Tutor v. Corvey, bekundet, dass die Wölfe von Gudenberg auf den halben Zehnten zu Helsen zu Gunsten des Kl. Arolsen resignirt haben. Mengeringhausen 1264 Mai 8.

H(einricus) Dei gratia maior in Paderburne prepositus, tutor ecclesie Corbeyensis, universis Christi fidelibus in Domino salutem. Ab humana facilius elabuntur memoria, que nec scripto nec

voce testium perhennantur. Cognoscant ergo presentes et postfuturi, quod fideles nostri de Godenberg Everhardus et Theodericus fratres dicti Lupi, litteras suas propriis suis sigillis signatas nobis direxerunt, in quibus medietatem decime in Helsen, quam a nobis et ecclesia nostra iure tenebant feodali, libere nobis resignarunt et absolute, asserentes etiam, quod propter diversa viarum pericula et rerum suarum dispendia nos personaliter adire non possent. Insuper in eisdem litteris nobis significare curarunt, quod iam dictam decimam cum omnibus suis attinentiis, accedente pleno consensu et assensu uxorum suarum, puerorum et omnium iustorum heredum, ecclesie Aroldensi pro LXXIIII marcis legalium denariorum vendidissent, quapropter nobis supplicabant, ut proprietatem sepedicte decime, que nostre pertinet ecclesie, eidem ecclesie Aroldensi conferremus. Nos vero divine miserationis intuitu et pro anime nostre remedio, sicut ad nos et ad nostram spectabat ecclesiam, tradidimus et donavimus proprietatem eiusdem decime cum omnibus suis attinentiis ecclesie Aroldensi pleno iure perpetuo possidendam. Ut ergo hec nostra donatio debitam et perpetuam optineat firmitatem, presens privilegium inde conscriptum et sigilli nostri munimine roboratum tradimus in testimonium facti nostri. Testes autem huius facti sunt: dominus Adolfus comes in Waltecke, dominus Bernhardus camerarius Corbegensis, dominus Ludolfus rector ecclesie de Cappele, dominus Oppoldus miles, Borghardus de Roden, Theodericus Stake et alii quam plures. Datum apud Mengerinchosen anno Domini M°.C°C.LXII°II., VIII. Idus Maii.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen grosses spitzovales Siegel des Ausstellers.

986.

Berthold d. j. Herr von Büren genehmigt den Verkauf des Zehnten in Eden an Kl. Ölinghausen. Büren 1264 Mai 10.

Nos Bertoldus iunior dominus de Bůren omnibus presentem litteram inspecturis cupimus esse notum, recognoscimus, profitemur et tenore presencium publice[1]) protestamur, quod pater noster Bertoldus senior dominus de Bůren ac Bertoldus iuvenis consanguineus noster nobilis decimam in Edhen de pleno consensu nostro conventui in Ůlinchusen amicorum nostrorum mediante consilio vendiderunt. Igitur super ratahabitione huiusmodi venditionis presentem litteram iam dicto conventui conscribi fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum in Buren anno Domini M.°C°C.LX° quarto, VI°. Idus Maii.

[1]) pubblice *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Ölinghausen Nr. 97. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

987.

Papst Urban IV. fordert den Dompropst und Dechanten von Hildesheim auf, die nach Mittheilung des Lübecker Dominikaners Heinrich gen. von Ratzeburg von Graf Ludolf von Everstein und den Bürgern von Höxter Volmar gen. von Braunschweig und Rudolf Longus dem verstorbenen Bischof Heinrich von Oesel geschuldeten Summen einzuziehen und bei den Dominikanern in Hildesheim nach seinen Wünschen zu deponiren. Orvieto 1264 Mai 22.

Gedr. zuletzt UB. V, 650.

988.

Bischof Simon von Paderborn überträgt dem Kl. Dalheim Güter daselbst unter der Bedingung einer jährlichen Wachsabgabe an die Domkirche. 1264 Mai 28.

Symon Dei gratia Paderburnensis episcopus universis presens scriptum visuris in perpetuum salutem in eo, qui est salus omnium et solamen. Quoniam ab interitu mortalium vive vocis deficit probatio, necesse est, ut actus hominum temporales litterarum memoria confirmentur. Unde noverint

omnes, quod, cum Gisla priorissa et conventus dominarum ordinis beati Augustini in Dalhem bona in Dalhem, que Iohannes filius Conradi de Amerungen, ministerialis noster, in feodo a nobis tenebat, ab eodem Iohanne emptionis titulo comparassent, viginti quatuor marcis sibi precio persolutis, idem Iohannes venditor et heredes eius in nostris manibus eadem bona communiter resignaverunt. Quorum bonorum proprietatem et dominium ad petitionem eiusdem Iohannis et suorum heredum prefate Gisle priorisse et conventui in Dalhem de consensu capituli nostri contulimus iure perpetuo possidendum, ita quod ecclesie nostre Paderburnensi de prefatis bonis annuatim in die beati Liborii pondus cere, quod vulgo pund dicitur, persolvetur. Huius facti testes sunt: prepositus Hermannus, magister Iohannes, magister Mauricius, Henricus cellerarius, Waltherus custos et Iohannes Stapel, canonici Paderburnenses, et magister Ditmarus; milites vero: dominus Bertoldus, Hermannus, Wernherus de Brakel, Hermannus Spegel, Albertus et Herboldus fratres de Amelungessen, Iohannes de Brobeke, Conradus de Etlen et alii quam plures clerici et laici. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX° quarto, in vigilia ascensionis Domini.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 225. An gelb-rothen Seidenfäden die obere Hälfte vom ovalen Siegel des Bischofs. Hier erscheint an der Spitze der Kanoniker prepositus Hermannus, *ein paar Wochen später* prepositus Hermannus de Lippa *(u. Nr. 993), ebenfalls in hervorragender Stellung. Lipp. Regg. I, 217 f. Nr. 324 und II, 7 bezeichnen diesen Propst Hermann als Dompropst und Bruder des Edelherrn Bernhard IV. zur Lippe. Ersteres ist unmöglich, da um diese Zeit Heinrich von Schwalenberg Dompropst war; letzteres unwahrscheinlich, da Hermann III. zur Lippe vor und nach dieser Zeit als Laie erscheint. Da an einen Propst von Lippstadt (auf Helmicus folgte Luttfried) und an eine Namensverwechselung nicht zu denken ist, bleibt nur die Möglichkeit der Annahme eines aus dem Ministerialengeschlecht der Lippe stammenden Propstes von Busdorf übrig. Der Busdorfer Propst heisst 1262 Hermann (vgl. Nr. 896 u. 909). Unmöglich wäre eine kurze Bekleidung dieser Würde durch Hermann III. zur Lippe allerdings nicht; 1265 übernimmt sie sein Bruder Dietrich. Hingewiesen sei auch hier auf den Nr. 937 als Stellvertreter des Busdorfer Propstes erwähnten Kanonikus Hermann von Sunninghusen, der zugleich Domherr in Lübeck war, während dort zu gleicher Zeit ein* Hermannus de Lippia *als Kanonikus erscheint.*

989.

Bischof Simon von Paderborn bekundet, dass Ritter Amelung von Driburg bei der Aufnahme seiner Tochter Regelind als Konventualin des Kl. Willebadessen dem letztern 20 Mark geschenkt und hierfür seinen Hof in Husen angewiesen habe. Sconelo *1264 Juni 16.*

S(imon) Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris notum facimus, quod, cum Amelungus miles de Driborg filiam suam Regelendem ad famulandum Domino ad cenobium Wilbodessen transtulisset et eadem virgo a conventu ipsius cenobii in consororem mere recepta fuisset intuitu karitatis, idem miles ipsum cenobium pro tanta dilectione et favore aliqua munificentia respicere voluit, ut tam filia sua quam conventus possent in necessariis commodius procurari; et per consilium amicorum suorum eidem cenobio viginti marcas ex liberalitate mera contulit, pro quibus curiam suam in Husen cum omnibus suis usibus quousque ipsam pro predicta summa redimat, assignavit. Quod factum idem miles et Heinricus filius suus publice recognoverunt coram nobis se fecisse. Et pro ipso facto et obligatione tali warandiam facient pro omnibus omni tempore necessario, et quandocunque fuerint requisiti. Testes etiam aderant subnotati: Hermannus nobilis de Osede, Bertoldus et Hermannus domini de Brakele, Alradus de Beithersen, Arnoldus dapifer, Bertoldus et Olricus fratres dicti Sumercalf et Vdo Sumercalf, Rodolfus de Stenuordia, milites, et ceteri quam plures. Nos etiam in testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine duximus muniendum. Datum apud Sconelo anno Domini M°.C°C.LXII°II., XVI. Kalendas Iulii.

Or. im Besitze des Freiherrn von Wrede zu Willebadessen. Siegel in Stücken an angehängtem Pergamentstreifen. Sconelo (Schonlohe, Schonlau), *eingegangener Ort in der Gemarkung von Dringenberg, ist bekannt durch den Freistuhl, der dort i. J. 1414 und auch noch im XVII. Jahrh. bestand. Vergl. Gobelin Persona, Cosmodr. VI, 92; Wigand, Archiv IV, 123; Lindner, Veme, 158. Husen im Kirchspiel Atteln, Kreis Büren.*

990.

Richter, Konsuln und Bürgerschaft der Stadt Höxter bekunden, dass Paderborner Bürger vor ihrem Gerichte in Geldgeschäften Zeugniss ablegen können und sie in Paderborn. 1264 Juni 16.

Iudex, consules ac universitas civium oppidi Huxariensis universis presens scriptum intuentibus notum facimus ac presentibus protestamur, quod universitas civium civitatis Paderbornensis cum suo iudice et duobus burgensibus coram nostro iudicio Huxariensi in causa veniali sive pecuniaria possint ferre testimonium seu testificari in causis supradictis et nos in eorum civitate viceversa. In cuius rei memoriam presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno Domini M°.C°C.LX quarto, in crastino beati Viti martiris.

Or. im Stadtarchiv zu Paderborn. An von der Urk. abhangendem Pergamentstreifen noch die Hälfte des Höxterschen Stadtsiegels in gelbem Wachs, eine Säulenhalle, aus deren Dach zwei Thürme, auf diesen sowie zwischen ihnen aus dem Dache wachsend auf langer Stange, je ein Kreuz. Vgl. Westf. Siegel II Taf. 98 Nr. 2 ein kleines Bruchstück dieses Siegels.

991.

Nach Urk. der Gräfin Margaretha von Berg und ihres Sohnes Adolf entsagten u. a. Hermann Spiegel zum Desenberg und Gemahlin allen Ansprüchen an Schloss Windeck. Neuss 1264 Juni 26.

Gedr. Lacomblet, UB. II, 544.

992.

Papst Urban IV. beauftragt den Abt von St. Michael in Hildesheim, dem Subdiakon Johannes, Kanonikus in Herford, dessen Pfründe nur 2 Mark einträgt und für den sich die Rathmänner in Herford bei ihm verwendet haben, ein genügendes Beneficium zu verschaffen. Orvieto 1264 Juni 27.

Gedr. UB. V, 655.

993.

Bischof Simon von Paderborn u. Edelherr (Bernhard) zur Lippe d. j. Zeugen und Mitsiegler, prepositus Hermannus de Lippa *Zeuge beim Vergleich der Grafen Otto und Ludwig von Ravensberg mit den Brüdern von Gesmold. Münster 1264 Juni 29.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Grafsch. Ravensberg Nr. 9. Gedr. Schaten ad annum; Lamey, Ravensb. Gesch. Nr. 42 mit VI. Kalendas Iulii. *Reg. Lipp. Regg. I, 217 Nr. 324.*

994.

Beide Bertholde Herren von Büren resigniren zu Gunsten des Kl. Ölinghausen Güter in die Hände des Erzbischofs von Köln. 1264 Juli 4.

Universis, ad quos littere presentes pervenerint, nos Bertoldus maior et Bertoldus iunior domini de Buren notum facimus et presentis scripti munimine protestamur, quod nos considerantes attestationem dominicam, que dicit: quod uni ex minimis meis fecistis, michi fecistis, sperantes ex hoc consequi retributionis eterne premium, si ad pia loca de bonis nostris converterimus, unde persone ibidem Domino famulantes sustentationem habeant et earum suppleatur inopia, que cottidianis exercitiis in divino famulatu satagunt deservire; hinc est, quod nos huiusmodi considerationis respectu decimam in Eden, quam a venerabilibus patribus archiepiscopis Coloniensibus nos et progenitores nostri tenuimus

in feodo, iusta et rationabili commutatione facta cum bonis nostris allodialibus, que tenuimus hactenus in villa, que dicitur Kedinchusen, que quidem bona resignamus tam nos quam uxores et liberi nostri in manus venerabilis patris domini Engelberti Coloniensis archiepiscopi loco eiusdem decime ab eo et suis successoribus in perpetuum in feodo servaturi conferimus monasterio in Ülinchusen de consensu ipsius domini archiepiscopi perpetuo tamquam merum allodium possidendam, renunciantes omni iuri, quod nos et heredes nostri vel eorum successores in dicta decima possemus nobis dicere[1]) vel habere, dantes in testimonium eidem monasterio presentes litteras sigillorum eiusdem venerabilis patris et nostrorum munimine roboratas. Testes huius rei sunt: Euerhardus prepositus sancte Walburgis, Iohannes dictus Lupus, Conradus de Aldenrůden, sacerdotes, Bertoldus de Buren nobilis, Theodericus dapifer, Renherus de Hare, Iohannes de Nehem, milites, Gerlacus de Dŏrlare. Datum quarto Nonas Iulii anno Domini M°.CC°.L°X quarto.

[1]) dicire *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Ölinghausen Nr. 99. An rothen Wollfäden 1) das ovale Siegel des Erzbischofs mit rückwärtigem Sekret, 2) u. 3) an weissen Wollfäden das dreieckige mit dem Rautenkranz u. verletztes dreieckiges Reitersiegel des jüngern Berthold, wie Westf. Sieg. I Taf. 36 Nr. 1 und 11. Vgl. Nr. 900.

995.

In Urk. des Sifridus quondam advocatus in Lotheim et Osterlinden *wegen Ueberlassung von Zehnten in* Lotheim, Mencgershusen *und* Eddinchusen *an Kl. Haina erscheinen als Mitsiegler* domini comites de Waldecke, Reinhardus de Ittere, Heinricus de Biscopeshusen. *Unter den Zeugen:* Giselerus de Godelouesheim, ... de Budenvelt frater Sifridi, Godescalcus Smelz (?), Elgerus Dickeber, Euerhardus de Ense. *1264 Juli 15.*

Bruchstück des Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Haina. Siegel von den Pergamentstreifen ab.

996.

Richter und Rathmänner von Salzkotten bekunden, dass ihr Mitbürger Gunther und seine Söhne dem Kl. Willebadessen Rückerstattung einer Schuld unter gewissen Bedingungen versprochen haben. 1264 Juli 19.

. . iudices . . consules ceterique burgenses opidi in Saltkoten omnibus presens sc(riptum visu)ris volumus de(cl)arari, quod Guntherus noster concivis et filii Euerhardus et Philippus eiusdem ex . . . . . po(sse)ssores et villici Theoderici prepositi in Wilbodissen ac eiusdem ecclesie in plumbo scilicet trigint(a . . . li)brarum, quod vulgus cynthenere appellat maioris ponderis. De quo vero plumbo iam dicte e(cclesie) in Epyphania Domini nunc instante quindecim cynthenere restituent possessores memorati, quod . . . . ardus vector et Iohannes dictus Gobeyg[1]) burgenses nostri pro iam dictis villicis nostris et cum ipsis adimplere (fir)miter promiserunt. Huius autem ordinationis testes sunt: Hinricus sacerdos, milites vero: Conradus de E . . . ., Florinus de Uexillo, Wilhardus et Walbertus fratres; famuli: Helmicus, Wilhelmus, Heidenricus, G(erhar)dus et alii quam plures. Ut autem hec ordinatio rata permaneat, presens littera super eo confecta (conse)nsu ac petitione partis utriusque nostro sigillo est firmata. Acta sunt hec anno Domini (M°.)C°C. sexagesimo II°II., quarto decimo Kalendas Augusti.

[1]) *Vielleicht* Sobeyg *Or.*

Or., in einer Falte stockfleckig, im Besitze des Freiherrn von Wrede zu Willebadessen. Bruchstücke des ältesten Stadtsiegels an abhängendem Pergamentstreifen, wie Westf. Sieg. II Taf. 100 Nr. 3. Vgl. Tumbült in Westd. Ztschr. V, 166 ff.

997.

Uebertragung von Gütern in Ebbinghausen an Hermann genannt Martin. 1264 Juli 29.

Gerhardus nobilis de Huleuelt et Gerhardus natus eius universis hanc litteram visuris salutem in auctore salutis. Quoniam, ut ait apostolus, generatio preterit et generatio advenit et status seculi

ex facili dissoluntur, oportet actus hominum temporales scripturis auctenticis eternari. Notum ergo facimus et publice protestamur, quod conparentibus coram nobis Gyseke Hermanno dicto Martino ex una parte, et ministeriali nostra Cunegundi dicta[1]) Schardisge ex altera,[2]) eadem Cunegundis in figura iudicii ipsius oppidi astantibus etiam consulibus ibidem necnon et pluribus personis racione hominii nobis annexis bona in Ebbinchusen, que de manu nostra tenuit, nobis perpetualiter et libere resignavit. Cum igitur memorata bona ad manus nostras forent devoluta, Hermanno Martino et uxori sue Alheydi non iure ministeriali sed feodali porreximus cum suis heredibus perpetuo possidenda. Aderant[3]), dum hec fierent, Ioachim plebanus in Vilse, Theodericus de Vexsillo, Hermannus de Haren, Iohannes de Stormede, sacerdotes, Růdolphus advocatus, Bogemundus de Eruethe, Haroldus[4]) de Stocchem, milites, Albertus Lutgeri[5]), Hermannus de Monasterio, Elyas tunc magister consulum, Lambertus, Ecbertus de Foro, Herman de Caminata, Heynrihc Scymeko, Herman Pauo, Godeschal de Herdinchusen, Grimmo, Iohan Pauo, Heynrhic de Bennenchusen, Conraht de Adenen, Godefridus de Osthem, Herman tunc iudex, Theodericus Cancer, Henricus villicus dominarum et Wernezo frater eius, Iohan Mars, Heinrihc Wardeman, Wernezo apud piscinam, Hartmannus institor, Reynfridus Vrhygman et alii quam plures. Ut autem hec pagina rata permaneat et inconvulsa, sigillo nostro et sigillo burgensium in Gyseke fecimus communiri. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°X quarto, in crastino beati Pantaleonis martiris, quarto Kalendas Augusti.

[1]) nostre — dicte *Or.* [2]) *Hier folgt* quod *überflüssig wiederholt.* [3]) adherant *Or.* [4]) *Loch im Perg.* [5]) t = c *über der Zeile.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 60. Beide Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Das Reg. oben (Nr. 911) wahrscheinlich von dieser Urkunde. Ein Bernhardus de Huleuelde *vgl. Lacomblet, UB. II, 324; ein* Gerhardus de H. *UB. III, 776.*

998.

Bischof Simon von Paderborn vergleicht sich mit dem Osnabrücker Bürger Hermann gen. von Brochusen wegen der während seiner Gefangenschaft bei ihm kontrahirten Schuld. Paderborn 1264 August 6.

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris notum facimus, quod cum Hermanno cive Osnaburgensi dicto de Brochusen super debitis, quibus sibi fuimus obligati, postquam a captivitate, qua nos dominus Coloniensis tenuit, exivimus, in nongentarum marcarum summa concordavimus nomine omnium debitorum et ipsam summam infra novem annos eidem et . . uxori sue ac liberis ipsorum, si idem decesserit, persolvemus secundum distinctionem talem, quod idem Hermannus quinquaginta marcas recipiet annuatim de villicationibus nostris Hese et Barchusen et quinquaginta marcas de redditibus nostris Saltkoten apud Eruethe, ut sic infra novem annos predicte summe quantitas persolvatur. Prefatus etiam Hermannus hac ordinatione contentus pro se ac . . uxore sua, liberis et heredibus libere renuntiavit omnibus instrumentis super hiis vel aliis debitis pridem confectis et omni actioni sive iuri, quod eidem et . . uxori sue, liberis vel heredibus contra nos vel ecclesiam nostram ratione debitorum ipsorum competere poterat, sive etiam competebat. Nos etiam in robur et memoriam ordinationis huiusmodi presens scriptum nostro et capituli nostri sigillis fecimus communiri; et post novem annos hoc scriptum non habebit robur aliquod firmitatis. Actum et datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXII°II., Syxti martiris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 227. Beide Siegel sammt Befestigung abgefallen. Die beiden Paderborner Villikationen Hese *und* Barchusen, *worüber Lipp. Regg. nähere Nachrichten, liegen im Fürstenthum Lippe; ersteres, jetzt Heerse genannt, im Amte Schötmar, Nieder- und Ober-Barkhausen im Amte Örlinghausen.*

999.

Johannes u. Gottschalk von Padberg bekunden Schenkung von Gütern in Enemuden *an Kl. Bredelar. 1264 August 17.*

Nos Io(hannes) et Go(descalcus) fratres et coheredes de Pathberg omnibus hoc scriptum visuris recta sapere et veritati testimonium perhibere. Gesta hominum, que conscribuntur tempore actionis, non poterunt imposterum absorberi nube oblivionis. Hinc est, quod tam modernis quam futuris notum fore cupimus, quod Alradus, filius Bodonis militis dicti de Horhusen, quedam bona cum area in Enemuden sita de manu nostra in hominio tenuit, que de unanimi consensu et voluntate matris sue domine Hildegundis et coheredum suorum monasterio in Bredelar sollempniter contulit cum omnibus pertinentiis suis pro anima patris sui, cum ibidem sepeliretur, conveniens nos una cum amicis suis eadem bona nobis resignando, tali conditione interposita, quatinus et nos eorundem bonorum proprietatem ad preces suas conferremus monasterio memorato. Nos itaque intuitu Dei eiusque pie matris Marie nec non ad instantiam amicorum nostrorum et predicti Alradi, presertim cum promotioni eiusdem monasterii pro posse nostro sincere intendere debeamus, proprietatem predictorum bonorum et aree libere et quiete perhenniter possidendam fratribus ipsius cenobii devote contulimus omni iuri nostro in predictis bonis et area habito totaliter cedentes, heredibus nostris consentientibus universis. Deinde pro affectu huius donationis fratres monasterii prefati marcam nobis dederunt. Et ut hec premissa rata semper permaneant, presentem cartam sigillis nostris duximus roborandam. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX°II°II., XVI. Kalendas Septembris. Testes: Thidericus et Fredericus fratres de Horhusen, Olricus de Westhem, Albertus frater noster et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 81. Siegel von dem von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen abgefallen. Enemuden *lag wahrscheinlich in der Feldflur von Obermarsberg.*

1000.

Äbtissin Ida von Herford bekundet Beilegung eines Streites zwischen dem Stift auf dem Berge und dem Edelherrn Wilhelm von Blankena wegen der Vogtei über Eggeringhausen und Ebbinghausen. 1264 August 29.

Ida Dei gratia Heruordensis ecclesie abbatissa omnibus presentem paginam inspecturis rei geste memoriam. Orta inter . . decanam et conventum Montis sancte Marie iuxta Heruordiam ex parte una et Willehelmum filium domini Willehelmi nobilis viri de Blankena ex altera super advocatia in curtibus Eckerinchusen et Ebbinchusen et in mansis et pertinentiis ad ipsas curtes materia questionis tandem in hunc modum inter partes, mediantibus bonis viris, amicabilis compositio intervenit. Memoratus Willehelmus precise sponte et absque coactione renunciavit omni iuri, quod habuit vel habere poterit in futurum in advocatia predicta, ita quod nunquam supradictis . . decane et conventui ipse ac heredes sui in posterum moveant questionem, et si quid unquam contra compositionem huiusmodi fecerit, sit irritum et inane. Et hec omnia se servaturum proprio iuramento astrinxit et hoc Hermannus dictus Withon rogatus ab eo fide data promisit. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro ac oppidi nostri Heruordensis cum testibus interesse rogatis: Gerhardo de Sunninchusen, Volmundo de Weruincge, Hermanno Gograuio et Gerhardo iuniore de Sunninchusen, militibus, Svedero de Odenhosen, Frederico de Arnolte, Lutwardo Barnaba, Volcquino Cretel, Gerhardo de Bernebeke, Hartmanno, qui Grubo dicitur, et Iohanne de Bileuelde et aliis pluribus decreviaus muniendum. Datum anno Domini M°.C°C.L°X quarto, in die decollationis Iohannis Baptiste.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Herford Stift auf dem Berge Nr. 7. An Pergamentstreifen 1) das am Rand verletzte Siegel der Äbtissin; das zweite abgefallen. Gedr. Osn. Mitth. V, 315. Ueber Eckerinchusen (Eggeringhusen: *Additamenta, 117, II) ist zu bemerken: Der Bischof von Paderborn verfügt 1287 über den Novalzehnten zu E.; der Ort gehört also zur Diöcese Paderborn. Ein Dorf dieses Namens liegt* $^1/_2$ *Meile von Etteln im Kr. Büren und grenzt an die Etteler Mark.*

(Item dat hervordesche gúet. dat dar hefft de Tegersche halff únde de andere helfte Albert van Lippspringe, de en hebben neyn echtwort in der Etteler marke, wente darumme, dat he er eghen holt hebben: *Markenprotokoll von 1411, Wigand, Archiv IV, 162). Es ist wahrscheinlich das obengenannte Gut. Ebbinghausen, mit Egg. zusammen genannt, liegt* $^1/_2$ *Stunde davon entfernt. Auch Mooyer hat diese Ortschaften als diejenigen bezeichnet, wo das Stift begütert war. (Vgl. oben Nr. 52 Anm. 1 u. Nr. 111 Anm. 5.) (Spancken). Vgl. Nr. 349.*

1001.

Bischof Simon von Paderborn transsumirt eine Urk. seines Vorgängers Wilbrand über Freilassung gewisser Hörige des Soester Bürgers Widukind behufs ihrer Übergabe als Wachszinsige an die Paderborner Domkirche. Paderborn 1264 August.

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris in perpetuum. Notum facimus et presentibus protestamur, quod nos scriptum auctenticum venerabilis patris felicis recordationis Wilbrandi, predecessoris nostri, non cancellatum non viciatum nec in ulla sui parte corruptum vidimus in hec verba:

Uuilbrandus Dei gratia Paderbornensis episcopus universis Christi fidelibus, ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit, perpetuam in Domino salutem. Scire cupimus omnem hominem et iusticiam Dei diligentem, quod Widekindus civis Sosatiensis quosdam homines iure gentium et hereditario sibi pertinentes, videlicet Gertrudim cum prole sua tunc nata, scilicet Henrico et Elysabeth ac Windelburga, Gertrude quoque et Alheide, filiabus Elisabeth, Gerlaco eciam filio Windelburge et prole adhuc nascitura propter Deum manumisit in hunc modum, ut se ad principale altare sancte Dei genitricis Marie et sancti Lyborii in Paderborne contraderent. Qui manumissi et liberi ad predictum altare se dederunt et sibi et successoribus suis hanc legem condiderunt, quod, quicunque inter eos fuerit etate provectior, unum fundum cere vel duos nummos det in die sancti Lyborii annuatim. Quo mortuo, sive vir fuerit sive femina, sua vestis optima sive lanea sive linea supradicto altari offeratur, et quicquid substantie residuum fuerit, cedat pueris suis, vel, si prole careat, legitimis heredibus conditionis eiusdem. Preterea Thethardus supradicte Gertrudis maritus, libere existens conditionis, ut uxori sue et proli esset in conditione conformis, ad idem ius cerocensualium cum uxore sua et prole predicta se tradidit ad altare prefatum. Ne autem hanc donationem victor quis temerarius per calumpniam in posterum presumat irritam facere, sub districto anathemate omnipotentis Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli prohibemus, et exinde presentem paginam fecimus conscribi et sigilli nostri munimine roborari. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C XXVII., indictione XV., pontificatus nostri anno II°I. Testes huius rei sunt: Volradus maior prepositus, Amelungus decanus, Volquinus, Iohannes scolasticus, Volbertus cellerarius, Hugo, Ludolfus, Widekindus camerarius, Conradus thesaurarius, Gerungus, Rabodo, Euerhardus, Iohannes, Ludolfus et Iohannes, canonici Paderbornenses.

Nos etiam in predicti scripti robur perpetuum et munimen presens scriptum duximus innovandum et sigilli nostri signaculo confirmandum. Datum Paderborne anno Domini M°.C°C.LXII°II., mense Augusto, pontificatus nostri anno XI°X.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 226. Siegel und Befestigung verloren. Zur Urk. Wilbrands vgl. Ztschr. XXXVIII, 2, 146. In Urk. Simons wiederum ein Fehler in Berechnung der Pontifikatsjahre.

1002.

Kl. Arolsen bekundet einen Abgabentausch mit Stift Fritzlar. 1264 September 7.

Omnibus presentes litteras inspecturis . . prepositus, priorissa et conventus monasterii in Aroldesen salutem in Domino. Tenore presentium protestamur, quod de pensione annua sex solidorum, quam ecclesia nostra de area Gerlindes Fritslariensis inter institores recepit et de annua pensione, quam

ecclesia Fritslariensis in curia nostra Lekerinchusen habebat, pro comodo et utilitate utriusque ecclesie permutacio intervenit, ita quod . . decanus et capitulum eiusdem ecclesie de cetero pensionem eandem de area predicta recipient et curia nostra iam dicta ad pensionem non tenebitur memoratam. Datum anno Domini M°.C°C.LXII°II., VII. Idus Septembris.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Stift Fritzlar. Siegel von dem von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen ab.

1003.

Graf Widukind von Schwalenberg schenkt dem Kl. Marienmünster seinen Hof in Rotleuessen. *Schwalenberg 1264 September 27.*

Widekindus Dei gratia comes in Sualenberg[1]) tam presentibus quam futuris hoc scriptum visuris[2]) salutem in eo, qui est salus omnium atque vita. Contractus, qui fiunt in fuga temporis, debent vivaci litterarum memoria perennari, ne lubrica natura fugitivi temporis gestis bona fide contractis possit in posterum novercari. Noverit etas tam presens quam postera, quod nos propter perpetuam memoriam anime nostre nec non omnium parentum nostrorum curiam nostram in Rotleuessen[3]), quam nostris propriis denariis emeramus, que non attinuerat cometie Swalenberge, cum tribus mansis, cum pascuis, aquis, silvis, cum omni iure vel usu, que sibi competebant, cum consensu matris et uxoris et fratrum nostrorum et heredum legitimorum ecclesie beate virginis in monasterio prope Swalenberg quiete contulimus possidendam et fratrum usui profuturam, ita quod caritati dominorum in anniversario nostro singulis annis abinde serviatur, ut ad orandum pro nobis efficiantur promptiores. Verumtamen ne factum hoc vel per invidiam vel ignorantiam valeat obfuscari, presentem paginam appensione nostri sigilli et fratris nostri Adolphi[4]) duximus eternandam. Testes huius rei sunt: prepositus Fredericus in Valkenhagen[5]), Bertoldus plebanus in Sualenberg, dominus Wilhelmus in Sumersile[6]), sacerdotes;[7]) Heinricus de Elmerinchusen[8]), Theodericus de Ekersten, Wernerus dictus Dicbernere, milites; Engelhardus de Abbenhusen, Amelungus de Scidere[9]), Andreas de Brockhosen, famuli, aliique quam plures, qui dum fieret, affuerunt. Anno Domini M°.C°C.LXII°II., in festo beatorum martyrum Cosme et Damiani. Datum Sualenberg per manum Bertoldi notarii[7]).

[1]) Wydek. *C*, Swalenbergh *B*. [2]) decursuris *B*. [3]) Rodelshen *durchstrichen in B, dann* Roldessen, *auch B*. [4]) et — Adolphi *fehlt B' u. C*. [5]) Walkenhagen *B' u. C*. [6]) Sumerselle *B' u. C*. [7]) *Von* Datum *an bei C nachgetragen. Das folgende bis* anno *fehlt C*. [8]) *B' hat Endung* hosen. [9]) Scite re *B'*.

Aus Msc. I, 129 fol. 26 und 39 (B u. B'), I, 131 p. 46 (C) und VII, 4512 p. 56—59 (D) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 171.

1004.

Graf Adolf von Waldeck und sein Sohn Heinrich bekunden, dass Arnold von Paderborn und seine Erben vor ihnen allen Ansprüchen an einen Hof in Lotheim zu Gunsten des Kl. Haina entsagt haben. Waldeck 1264 November 9.

Vgl. Wenck Hess. Landesgesch. II, 1016 Anm. e); Varnhagen, Grundlage, 319.

1005.

Regenhard von Itter bekundet Pachtübernahme mehrerer Äcker, Mühlenland genannt, seitens des Kl. Bredelar. 1264 November 21.

Omnibus hanc litteram visuris Regenhardus dominus castri in Itere eternam in Domino salutem. Universis Christi fidelibus tam presentibus quam postfuturis notum fore cupimus, quod dominus Allexander abbas et conventus monasterii in Bredelar, ordinis Cisterciensis, quosdam agros, qui vulgo dicuntur Mulenlant, Rixsuithehusen grangie ipsorum vicinos et contiguos, ecclesie in Hogeri(n)chusen pertinentes, cuius ecclesie ius patronatus et advocacie nos contingit, de plenario nostro consensu et filiorum nostrorum

Heinrici, Conradi et Thiderici et domini Hermanni sacerdotis, tunc temporis ibidem persone, ad annuam pensionem receperunt, ita quod ecclesie memorate quatuor tantum solidos legalis monete de eisdem agris persolvant annuatim et nichil ultra ab ipsis requiratur. Porro ut predictos agros libere et quiete sine inpulsacione possiderent, pro cessione advocacie eorundem agrorum tres marcas legalium denariorum nobis dederunt et nos omni iuri advocacie in predictis agris habito publice cessimus cum heredibus nostris iam dictis, volentes semper fratribus claustri prelibati de eisdem agris plenariam et perpetuam prestare warandiam. In cuius rei testimonium presentem cartam tam sigillo nostro quam burgensium de Curbike ad maiorem firmitudinem decrevimus roborare. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°XIII°I., XI°. Kalendas Decembris. Testes huius rei sunt: Hermannus conversus magister grangie in Rixuitehusen, Rauen iudex in Curbike, Conradus Sclegeregen, Iohannes Keenpo, Siffridus de Barstorph et Wernherus frater suus, Hermannus superius fonte, Thidericus de Vorstenberch et alii quam plures.

Aus Msc. VI, 125 p. 129 im Kgl. St.-A. Münster. Rixuithehusen, Rischedehusen, *nachher* Rissinghusen, *schon wiederholt genannt (vgl. Nr. 623 f. u. ö), ehemaliges Dorf, lag zwischen Höringhausen und Meineringhausen, an dem von Strote herkommenden Wasser, im Waldeckschen. 1525 tauschten die Grafen von Waldeck die Güter zu* Rischedehusen *vom Kl. Bredelar ein. Vgl. Varnhagen, Grundlage S. 320 Anm. z.*

1006.

Bischof Simon von Paderborn, Edelherr Bernhard d. ä. zur Lippe sind zugegen bei Verzichtleistung des Grafen Friedrich von Rietberg auf die Vogtei des Kl. Varlar. Diestedde 1264 November 27.

Gedr. Niesert UB. I S. 383; Auszug UB. III, 726; Reg. Lipp. Regg. I, 218 Nr. 325.

1007.

Heinrich von Schachten erklärt vor den Rathmännern der Stadt Wolfhagen den Verkauf der Hälfte seines Meierguts zu Langeln an Stift Heerse. Wolfhagen 1264 November 27.

Florentius sculthetus[1]), Conradus prefectus et consules opidi in Wolfhagen universis presens scriptum inspecturis in perpetuum. Notum esse cupimus, quod Henricus de Scagthen[2]) nobis publice declaravit, quod domina abbatissa Herisiensis et suus conventus mediam partem villicationis in Langele, que ad ipsum hereditario iure fuerat devoluta pro summa octoginta marcarum emptionis titulo ab ipso Henrico et de consensu suorum coheredum comparasset, eandem mediam partem villicationis predicte coram nobis viva voce resignando, super quo has litteras conscribi fecimus et sigillo oppidanorum nostrorum fecimus[3]) communiri. Testes hii sunt, qui dicte renuntiationi presentes aderant: dominus Hermannus de Blomensten[4]), plebanus in Wolfhagen, milites: Giso de Godenberg[5]), Iohannes, Ekehardus fratres de Helpenberg[6]), Alexander, Volradus fratres[3]) de Escheberg, Iohannes de Wethelberg, Waremundus, Tidericus[7]) de Blomenstene, Iohannes (et Wern)herus fratres de Helpenberg, consules: Ernestus de Hasungen, Tidericus[7]) villicus, Everhardus de G . . dictus[8]) Titubans, Conradus frater Richardi, Bertoldus Duvelescop[9]), Bertoldus de Godesleren[10]), Conradus de Foro, Tidericus[7]) de . . . erne, Wintherus[11]) de Iste, Hartmodus Drucel. Acta sunt hec apud Wolfhagen, anno Domini M°.C°C.LXIIII., V. Kalendas Decembris.

[1]) schulthetus *C.* [2]) Schachten *C.* [3]) *fehlt C.* [4]) Slomenstre *C.* [5]) Gyso de Godenborg *C.* [6]) Helpenborg *C.* [7]) Fridericus *B.* [8]) . . . dictus *fehlt B.* [9]) Dufeleskop *C.* [10]) Godensberg *B.* [11]) Winterhus, *das folgende bis* acta *fehlt C.*

Nach Msc. VII, 4511 fol. 139 im Kgl. St.-A. zu Münster (B) und Abschrift Tütels im Kopiar von 1727 im Pfarrarchiv zu Neuenheerse S. 43 Nr. 58 (C); beide aus dem Or. Nach C hing das Siegel noch an, nach B nur unkennbares Bruchstück, das Or. selbst war durchlöchert und beschmutzt. Abschriften aus B in Msc. V, 10 fol. 12 und von Mooyer im Kgl. St.-A. Münster. Gedr. Wigand, Arch. V, 334 mit falscher Datirung.

1008.

Die Burgmänner in Wolfhagen bekunden Verzichtleistung der Jutta, Gattin Heinrichs von Schachten auf ihre Ansprüche an das Meiergut in Langeln. Wolfhagen 1264 November 27.

Giso de Godenburg, Iohannes et Ekehardus fratres dicti de Helpenberg ceterique castrenses in Wlfhagen universis presens inspecturis perpetua mentis et corporis salute gaudere. Humane facilius elabuntur memorie, que nec scripto nec vocis testimonio perennantur. Noverint igitur presentes et futuri, quod Jutta uxor Henrici de Scagthen coram nobis constituta renunciavit omni iuri, quod ei competebat ex collatione Henrici predicti vel ratione dotis vel dotalicii in media parte villicationis in Langele, que ad eundem Henricum fuerat iure hereditario devoluta. Et ne eadem renuntiatio cuiquam in posterum cedat in dubium, presens scriptum sigillorum nostrorum appensione et testium subscriptione fecimus roborari. Testes hii sunt: dominus Hermannus plebanus in Wlfhagen, milites: Alexander et Volradus fratres de Escheberg, Iohannes de Wethelberg, Waremundus, Tidericus de Blomenstene, Iohannes et Wernherus fratres de Helpenberg. Acta sunt hec in castro Wolfhagen, anno Domini M°.C°C.L°XII°II., V. Kalendas Decembris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Neuenheerse Nr. 16. Von den weissen geflochtenen Wollfäden die drei Siegel ab. Die Rückschrift ist die des Heerser Beneficiaten Tütel. Gedr. Wigand, Arch. V, 335.

1009.

Bischof Simon von Paderborn, Edelherr Bernhard d. ä. zur Lippe u. a. bekunden Verzicht des Meinnardus Amphora *auf einen Zehnten bei* Wluerinchusen. *1264 December 6.*

Nos Dei gratia Symon Paderbornensis episcopus, Lutfridus prepositus oppidi Lippensis, Bernhardus senior Lippensis, Fredericus comes de Redberg, Arnoldus marescalcus archiepiscopi Coloniensis, Hermannus dictus de Dauerenberge miles, consules et commune oppidum Lippense presencium tenore protestamur et notum esse cupimus universis, quod, cum Meinnardus Amphora questionem movisset capitulo Sůsaciensis ecclesie super quadam decima parva apud Wluerinchusen sita, que quondam villa fuit nunc autem desolata inter oppidum Lippense et villam Ouerhagen, tandem idem Meynnardus cum uxore sua Benedicta, fratre suo Alberto, pueris quoque suis et legitimis heredibus ipsius ad nostram accedens presenciam eandem decimam cum omnibus suis attinenciis resignavit in manibus domini L(utfridi) prepositi Lippensis, super qua resignatione facienda Henricus decanus ecclesie sancte Marie ad gradus in Colonia, a qua ecclesia dicta decima tenetur, ei commiserat vices suas. Renunciaverunt eciam predicti Meinnardus, uxor sua, frater suus et heredes ipsius omni actioni, omni questioni et omni iuri, si quod haberent vel habere viderentur vel habere se dicerent vel possent dicere se habere in decima memorata seu decimis quibuscunque seu agris quibuscunque vel in quacunque alia re ad capitulum Sůsaciense pertinente. Idem eciam Meinnardus et Hermannus dictus Wardeslo fide data firmiter promiserunt, quod eximent capitulum Sůsaciense ab omni questione sive inpetitione, si quam Aleydis mater ipsius Meinnardi movere vel facere vellet capitulo memorato. Ne autem super huiusmodi resignatione ac renunciatione omnium predictorum ab eodem Meinnardo, fratre suo et uxore ac heredibus suis in posterum de novo capitulo Sůsaciensi contingat questionem suboriri, presentem paginam super eo conscriptam ad petitionem parcium utrobique sigillorum nostrorum appensione fecimus communiri. Actum et datum VI°II. Idus Decembris, anno Domini M°.C°C.L°X quarto.

Aus Msc. VII, 6109 fol. 20 im Kgl. St.-A. Münster. 1264 December 19 (feria proxima ante festum beati Thome apostoli) *erklärt* Benedicta uxor Meinhardi Amphore cum pueris, *dass sie nie ein Recht* in decima Ussene et in decima Wolferinchusen *gehabt habe*; *daselbst fol. 45. Derselbe Verzicht noch einmal erweitert f. 53v bis 55 mit Beurkundung der Rathmänner von Lippstadt von (1264) 1265 Januar 1.*

1010.

Der Paderborner Dompropst Heinrich, Vormund des Stifts Corvey, verspricht dem Erzbischof von Köln erforderlichen Falls eine Hülfe von 50 Bewaffneten. Hellersen 1264 December 19.

Nos Heinricus Dei gratia prepositus Paderbornensis et Corbeiensis ecclesie tutor notum facimus universis, quod pro gratia domini Coloniensis archiepiscopi obtinenda eidem cum quinquaginta armatis obsequium nostrum fide media promisimus faciendum, postquam nobis ad quindenam fuerit intimatum, et omnem promotionem ac fidelitatem secundum formam in omnibus articulis quondam inter Coloniensem et Corbeiensem ecclesias conscriptam de communi consensu venerabilis domini abbatis Thymmonis, conventus, ministerialium ac burgensium ecclesie Corbeiensis fideliter observabimus tam in opidis quam in castris Corbeiensibus in nostra tutela constitutis et protectioni nostri fratris comitis A(dolfi) de Waldecke iam commissis in cunctis necessitatatibus sive beneplacitis domini Coloniensis et ecclesie sue benigne ac favorabiliter adimplendam, quod presenti scripto nomine nostro et totius ecclesie Corbeiensis secundum fidem nostram prestitam per appensionem sigilli nostri publice protestamur. Actum et datum apud Heldersen, anno Domini M°.C°C.LX° quarto, XIIII. Kalendas Ianuarii.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 205. Am Pergamentstreifen angehängt ovales Siegel des Dompropstes, stehende Figur, in der Rechten einen Palmzweig, in der Linken ein Buch haltend; zu beiden Seiten ein sechsstrahliger Stern; in der theilweise verwischten Umschrift auch das tutor ecc̄l. Corb. *erwähnt. Gedr. Lacomblet UB. II, 547; Auszug Seibertz, UB. III, S. 455 Anm.* Heldersen *wahrscheinlich Hellersen im Kirchspiel Bellersen, Kreis Höxter.*

1011.

Bischof Simon v. Paderborn bekundet, dass Erzbischof Engelbert von Köln die ihm aus der Villikation Soest verschriebenen Einkünfte für 1000 Mark jederzeit einlösen kann. Bonn 1264 December 29.

Nos Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus presentibus protestamur pro nobis et pro ecclesia nostra, quod, quocunque anno sive tempore anni venerabilis dominus Coloniensis archiepiscopus Engelbertus aut successor eius centum et quinquaginta marcarum redditus nobis et ecclesie nostre in villicatione Susatiensi pro mille marcis denariorum legalium ibidem obligatos a nobis et ecclesia nostra pro dictis mille marcis redimere voluerit, de hoc sine contradictione nostra vel ecclesie nostre habebit liberam facultatem. Datum Bunne, anno Domini M°.C°C.LXIIII., in crastino Innocentium.

Or. im Kgl. St.-A. zu Düsseldorf, Kurköln Nr. 209. Von dem anhängenden Siegel des Bischofs sind nur zwei kleine Bruchstücke erhalten.

1012.

Graf Hermann von Pyrmont entsagt mit Zustimmung seiner Gemahlin Hedwig und seiner Söhne Hermann und Konrad zu Gunsten des Kl. Barsinghausen allen Ansprüchen an Güter in Bodensethen *und an eine Kornrente aus der Kurie zu Gestorf und bestätigt die Schenkung seiner Schwester Kunigunde Gräfin von Hallermund für Anniversarien an das Kloster. 1264.*

Gedr. Hodenberg, Calenb. UB. I, 42. Vgl. oben Nr. 674. Bodensethen *lag zwischen Gestorf u. Alferde.*

1013.

Berthold d. j. Herr von Büren genehmigt die Übereignung des Zehnten zu Eden an Kl. Ölinghausen und den deshalb mit dem Erzbischof von Köln getroffenen Lehnstausch. Büren 1264.

Nos Bertoldus iuvenis dominus in Bůren omnibus presentem litteram inspecturis salutem in Domino. Recognoscimus, profitemur et tenore presentium protestamur, quod pater noster B(ertoldus) senior dominus de Bůren ac Bertoldus iuvenis consanguineus noster nobilis decimam in Eden cum

omnibus suis attinentiis et cum decima curtis in Caldenhouen de pleno consensu nostro et uxoris nostre Ermengardis et Burgardi filii nostri et omnium heredum meorum conventui in Ůlinchusen tanquam in eius allodium contulerunt iusta et rationabili commutatione facta cum bonis nostris allodialibus, que sita sunt in Kedinchusen, cum venerabili domino nostro archiepiscopo Coloniensi nichil iuris prorsus nobis vel heredibus nostris[1]) in predictis decimis reservantes, dantes eidem monasterio in testimonium presentem litteram sigilli nostri munimine roboratam. Testes aderant: dominus B(ertoldus) pater noster, prepositus[2]) sancte Walburgis, Renero miles, dominus Teodericus dapifer, Albertus sororius noster de Eversten et alii quam plures. Datum in Bůren anno Domini M°.C°C.LXIIII.

[1]) *Or. hat* heredes nostri. [2]) *Vorher Lücke für den Namen.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Ölinghausen Nr. 94. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Von Seiten des Erzbischofs hatten Ar(noldus) eius marscalcus in Westfalia, Hedenricus de Plettenbret, Herbordus de Heldene, milites, *den Tausch geprüft und gebilligt. Or. undatirt (wahrscheinlich zwischen Nr. 980 und 984 einzureihen) im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln 210.*

1014.

Hermann von Brakel belehnt die von Wethen. 1264.

Notum sit universis tam presentibus quam futuris, quod ego Hermannus de Brakele, Clementia uxor mea . . . . . uulshusen et Iohannes . . . . . decimam in Buttelsdorf . . Conrado de Wethen, Alheidi uxori sue . . . . . Conrado de Wethen natis dicte Alheide et Hermanni prenotati in feudo contulimus . . . . . Testes huius facti sunt: Hermannus de Osiche (Oesede?), Engelhardus miles de Steinheim, Albertus de Welde, Gerhardus et Godeschalcus de Dinkelberg, Volkmarus et Gerhardus Schulten, Heinrick de Howede, milites, Albertus Monetarius, Godefriedus, Conradus, Iohannes de Stade, Conradus de Ossendorp, Adolphus de Butelsdorp, Iohann de Howede, Hermannus Rufus, Conradus . . . . Hermannus de Dalehem, Conradus Brunwardi, Iohannes et Conradus de Amelungessen, Conrad et Burchart Forst de Wethen, Thomas, Rudolphus officialis in Calenberg, comes in Wartburg et universi . . . cives de Wartburg et alii quam plures. Et ut predicta collatio inconvulsa permaneat, predictam literam dictis Conrado, Alheide et omnibus heredibus dandam duximus. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto.

Nach dem „Copei Buch aller von Papenheim" Bl. 104 im Besitze des Herrn von Papenheim zu Stammen.

1015.

Die Rathmänner in Wolfhagen bekunden Verzichtleistung Luthards von Ren auf seine Ansprüche an eine von Ritter Goswin von Wethen dem Kl. Hardehausen überlassene Hufe in Asseln. 1264.

Nos consules in Wlfhagen omnibus Christi fidelibus hanc paginam inspecturis salutem in Domino. Universis vobis et singulis tam presentibus quam futuris notum facimus tenore presentium protestantes, quod Lůthardus dictus de Ren omni actioni et iuri, quod sibi competere videbatur in manso sito in Aslen, quem dominus Gozwinus miles dictus de Wethen monasterio in Herswithehusen in elemosina contulit, coram militibus et castellanis nostris penitus renuntians, triginta tres solidos gravium denariorum accepit a fratribus monasterii supradicti. Igitur ut omnem in posterum in hac causa calumpniantibus viam obstruamus, seriem huius rei sigilli nostri munimine posteris reliquimus roboratam. Testes huius rei sunt: dominus Ekkehardus et dominus Iohannes fratres et milites dicti de Helpenberg, dominus Iohannes de Wedelber , dominus Volradus et Alexander fratres de Escheberg, Bernhardus et Thetmarus dicti Bithersole, Hermannus de Elsingen, Euerhardus de Gran, Albertus de Langele, Heinricus molendinarius et alii quam plures. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 153. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1016.

Richter und Schöffen von Lemgo bekunden Abfindung der Brüder Hermann und Konrad genannt von der Lippe durch den Abt von Marienfeld wegen einer Hufe in Hüntrup in Gegenwart von Heinricus miles de Gummere, Gerlacus de Orlinchusen, Gerlacus gener eius de Bileuelde, Iohannes de Odinchusen, Albertus, Heinricus de Werthere, *Bürger in Lemgo. 1264.*

Gedr. UB. III, 731. Reg. Lipp. Regg. I, 218 Nr. 327.

1017.

Abt Timmo von Corvey erklärt, dass weder der Graf von Tecklenburg noch Graf Heinrich von Oldenburg Anrecht an der Vogtei in Löningen besitzen. O. J. (Um 1264.)

Timmo Dei gratia abbas Corbeiensis ecclesie universis hoc scriptum audituris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Notum esse volumus cunctis Christi fidelibus, quod neque nos neque antecessores nostri ius advocatie in Loningen umquam porreximus neque recognovimus domino . . comiti de Tekeneburg sive domino H(enrico) comiti de Aldenburg neque alicui heredum suorum neque usque in hodiernum diem recognoscimus. Sed hoc fatemur et presenti scripto publice protestamur, quod, quicquid ibi ratione advocatie consequitur, fit per violentiam nullo iure.

Or. im Osnabrücker Domarchiv G. An Pergamentstreifen Siegel des Abts wie Westf. Siegel III Taf. 123 Nr. 5. Graf H. von Oldenburg kann nur der 1270 gestorbene Graf Heinrich von Wildeshausen sein, der Schwiegersohn Otto's II. v. Tecklenburg. Ist ferner letzterer gemeint, so müsste die Urk. bereits vor 1263 ausgestellt sein. Obiger Zeitpunkt, den der Druck in Osn. Mitth. III, 281 aufweist, scheint willkürlich und ist hier nur beibehalten, weil andere Zeitbestimmung nicht gut möglich.

1018.

Propst und Kapitel der Osnabrücker Kirche tauschen mit Genehmigung des Münsterschen Bischofs (Gerhard), als geistlichen und weltlichen Vormunds des Hochstifts Osnabrück, mit der Abtei Herford Ministerialen aus. Osnabrück 1264 (1265) Januar 19.

Prepositus . . decanus totumque capitulum Osnaburgensis ecclesie omnibus presentes litteras inspecturis notum facimus, quod nos, vacante sede in ecclesia nostra, approbante domino episcopo ecclesie Monasteriensis, in spiritualibus et temporalibus nostre ecclesie provisore et tutore, Alheydim filiam Gerhardi dicti de Monte, ministerialem ecclesie nostre, damus in ministerialem ecclesie Heruordensi, recipientes Eckehardum, filium Eckehardi de Bermetlo militis, ministerialem ipsius ecclesie Heruordensis in ministerialem nostre ecclesie pari concambio pro eadem. Actum et datum Osenbrugge, anno Domini M°.C°C.L°X.II°II., V°IIII. Kalendas Februarii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 56. Siegel von dem von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen abgefallen. Bischof Gerhard war ein Bruder des noch unter Urban IV. († 1264 October 2) zum Osnabrücker Bischof postulirten, von Clemens IV. aber nicht bestätigten Grafen Engelbert von der Mark. (Vgl. UB. V, 665). Statt Engelbert wurde Widukind von Waldeck gewählt; da dessen Wahlkapitulation bereits am 7. Mai 1265 erfolgte (Osn. Mitth. II, S. 336; UB. III, 748, wo 1265 statt 1266 zu setzen, schon sein Nachfolger Walram genannt; die Bemerkung über Widukinds Tod UB. III, 743 Anm. 3 zu streichen), so muss man in Osnabrück schon mehrere Monate vor der am 11. Juli 1265 erfolgten Entscheidung des Papstes diese gekannt haben.

1019.

Graf Hermann von Pyrmont übereignet ihm von denen von Abbenhusen resignirte Güter in Heikenhusen *dem Kl. Marienmünster. Schwalenberg 1265 Januar 20.*

Nos Dei gratia Hermannus comes de Permunt[1]) omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, in perpetuum. Que geruntur in tempore, ne labantur, poni solent in lingua testium et scripture memoria

perennari. Sciant ergo tam presentes quam futuri, quod dominus Henricus miles de Abbenhusen[2]) bona in Heykenhusen[3]), que sibi in feodo contuleramus, idem Henricus[4]) et uxor sua, Enkelhardus de Abbenhusen[2]), frater suus et uxor sua aliique heredes eorum nobis eadem bona libere resignaverunt. Nos vero cum consensu cognatorum nostrorum videlicet Godescalci[5]) et fratris sui Hildeboldi aliorumque nostrorum heredum ipsa bona in Heykenhusen[3]) ecclesie beate Marie virginis in monasterio apud Swalenberg pro sex marcis gravis monete cum advocatia et decima, cum pascuis et aquis et omni iure et usu, quod eis competebat secundario, conferimus libere possidenda. Ut igitur istud factum firmum permaneat et inconvulsum, presentem paginam sigilli nostri munimine et nostrorum cognatorum, videlicet Godescalci et Adolphi comitum[6]) de Sualenberg sigillorum robore fecimus communiri. Testes huius facti sunt: dominus Willico prepositus, dominus Bertoldus[7]) plebanus de Swalenberg[8]), dominus Wilhelmus plebanus de Sumersile, dominus Bertoldus Sumercalf[9]), dominus Henricus de Elmerinchusen[10]), dominus Theodericus de Eckersten, dominus Wernherus[11]) Dicbernere, dominus Amelungus Kanne, dominus Heinricus Rufus[12]), milites, Theodericus de Rottinghen, Bernhardus Kanne, famuli. Acta autem sunt hec anno Domini M.CC.LXV°, in castro Swalenberge, in die Fabiani et Sebastiani martyrum.

[1]) Permont *C.* [2]) Abbenhosen *C.* [3]) Heikenhosen *C.* [4]) Heinricus *C.* [5]) Gotscalci *C.* [6]) Adolfi comitis *C.* [7]) Bartoldus *B.* [8]) Swalenbergh *B. So immer.* [9]) Sumercalff *B.* [10]) Elmer'nghosen *C.* [11]) Wernerus *C.* [12]) Henr. Ruffus *B.*

Nach Msc. I, 129 fol. 27v (B); dem Gehrdener Kopiar fol. 48v G. 2 (C) und Msc. VII, 4512 p. 59 (D); 1 und 3 im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Ztschr. XLVI, 2. 171.

1020.

Graf Hermann v. Pyrmont überlässt dem Kl. Marienmünster 2 Hörige. Lügde 1265 Januar 30.

Nos Dei gratia Hermannus comes de Permont et nostri cognati, videlicet Godescalcus et Hildeboldus cum matre eorum Beatrice, omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, cupimus esse notum, quod Bertoldum, qui agnominatur Dusingh, et Iohannem fratrem suum, dictum Tatere, qui nobis iure proprietatis attinebant[1]), cum consensu omnium legitimorum heredum nostrorum pro tribus fertonibus ecclesie beate Marie perpetue virginis in monasterio ad Swalenberg contulimus in perpetuum. Ut igitur istud factum a nostris successoribus firmum permaneat et inconvulsum, presentem paginam cum sigillorum nostrorum munimine roboramus. Testes huius facti sunt: dominus Willico prepositus, dominus Wilhelmus (plebanus) de Ludhe et dominus Bernhardus socius suus, dominus Amelungus Kanne, dominus Hinricus dictus Rufus[2]), milites; Bernhardus iudex de Ludhe dictus de Ottersen et alii quam plures. Factum est autem anno Domini M.CC.LXV°. in Ludhe, III°. Kalendas Februarii[3]).

[1]) attinebamus *B.* [2]) Rufig *B*, Unsig *C.* [3]) *C hat* idus.

Aus Msc. I, 129 fol. 20v (B) und VII, 4512 p. 62 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Gedr. Osn. Mitth. V, 126; Reg. Ztschr. XLVI, 2, 172, beide mit Februar 11.

1021.

Stift Busdorf bekundet Beilegung von Streit zwischen ihnen einer- dem Kl. Arolsen, dem Grafen von Waldeck und Bürgern von Bivanc *andrerseits. 1265 Februar 1.*

Nos Regenhardus decanus et capitulum sanctorum Petri et Andree Paderbornense presentibus litteris universi et singuli recognoscimus et confitemur, quod questio, que vertebatur inter nos ex una parte et prepositum et conventum Aroldensis ecclesie et nobilem virum dominum A(dolfum) de Waldecke et cives de Bivanc super novalibus predii nostri in Harderadessen nunc excultis ex altera, de consensu utriusque partis amicabiliter in hunc modum est sopita, quod predicti prepositus et conventus et A(dolfus) nobilis de Waldecke et cives de Bivanc nobis et capitulo nostro septem marcas monete legalis persolverunt et nos omni actioni et iuri, si quod in predicto novali habuimus vel habere poteramus, pure et sine omni conditione renuntiavimus, eis plenum ius in ipsis recognoscentes. In

cuius rei notitiam et evidentiam hanc litteram conscribi fecimus et sigillo nostro (et)[1]) ecclesie roboravimus. Anno Domini M°.C°C.LXV°., Kalendis Februarii.

[1]) *Oder* nostre eccl.

Aus Msc. II. fol. 3 des Kl. Arolsen im Fürstl. Wald. Archiv in Arolsen.

1022.

Äbtissin Pinnosa v. Herford bekundet Resignation auf das Herforder Schenkenamt. 1265 Februar 3.

P(innosa) Dei gratia Heruordensis ecclesie abbatissa, . . preposita, . . decana totumque capitulum eiusdem omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, in salutis auctore salutem. Quia temporis lapsus continuus hominis conditionem debilitat, sensus hebetat et oblivionem inducit, scripturas oportet et necesse est fieri auctenticas, per quas quies paretur hominibus et revocando in memoriam iurgiorum materia[1]) amputetur. Hinc est, quod nosse cupimus tam presentes quam futuros, quod Iohannes miles de Brokeldehusen, Aleydis uxor eius, Aleydis filia ipsius, Io(hannes) et Cristianus maritus ipsius Aleydis officium pincernatus in nostras manus ad nostram et ecclesie Heruordensis utilitatem sponte et libere resignarunt, renunciantes expresse omni iuri, quod eis vel heredibus suis in predicto officio pincernatus cum suis attinentiis competeret vel quacunque occasione posset competere in futurum. Dicto vero Iohanni de gratia est concessum, ut garbas, semellas, mensam curie perciperet[2]) tempore vite sue; super quibus nullo umquam tempore sua posteritas et qui nunc sunt heredes movebunt questionem[3]), nec iuris quispiam obtinebunt. Testes autem, qui rogati et vocati affuerunt, hii sunt: Reinardus et Hermannus senior Gograuii Heruordenses, Gerhardus de Sunninchusen, Volmundus de Weruingen, Rembertus de Rodinghusen, Ludolfus de Ubbindorpe, Iohannes de Qernhem, Rembertus de Serincworden et Iohannes de Brokeldehusen et alii quam plures. In cuius perhennem memoriam hanc paginam nostris, nobilis viri domini H(enrici) de Sterrenberg, honorabilis domini . . prepositi Monasteriensis necnon et civium Heruordensium sigillis decrevimus roborari. Datum et actum anno Domini M°.CC,LXV., tertio Nonas Februarii.

[1]) materiam *Or.* [2]) percipet *Or.* [3]) questioem *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 57. Von den an rothgelben Seidenfäden angehängten Siegeln vom zweiten, des Kapitels, noch Bruchstück erhalten. Gedr. Ztschr. f. Niedersachsen 1858, 98 und Bemerkungen dazu S. 90; Reg. Harenberg, Monum. ined. II, 110; Lipp. Regg. I, 219 Nr. 328.

1023.

Graf Otto in Ravensberg belehnt Johann von dem Bussche mit der Vogtei einer zum Stift Schildesche gehörigen Hufe. Ravensberg 1265 Februar 13(?).

Otto comes in Rauensberg omnibus in perpetuum. Acta sollempniter delet oblivio, nisi scripturarum fulciantur testimonio. Noverint itaque tam posteri quam presentes, quod nos amicorum nostrorum accedente consilio domino Iohanni de Busche et heredibus suis necnon Sophie uxori sue advocatiam unius mansi in Pepingthorpe ad ecclesiam Schildesche pertinentis iure contulimus feodali, ipsa advocatia ob pignus dilectionis infeodantes eundem. Item ut in facto tam legitimo nulla in posterum possit intervenire calumpnia, presentem paginam super eo fecimus conscribi et sigilli nostri munimine roborari. Datum Rauensberg, anno Domini M°.C°C.L°XV°,, XVII° Kalendas Marcii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Schildesche Nr. 19. Siegel vom Pergamentstreifen ab. XVII. Kal. Marcii *bezeichnet den 13. Februar, auf den die Iden fallen. Wahrscheinlich hat der Schreiber den Monat für voll gerechnet. Reg. v. d. Bussche, Geschichte der von dem Bussche Nr. 24.*

1024.

Edelherr Hermann zur Lippe gewährt der Stadt Lippstadt ein Privileg. Lippstadt 1265 Februar 23.

Reg. Lipp. Regg. I, 219 Nr. 329.

1025.

Äbtissin Ermgard von Heerse willigt in den Verkauf einer Pachthufe Landes beim Dorfe Welda. Paderborn 1265 März 1.

Ermengardis abbatissa et conventus Herisiensis ecclesie universis, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, vias agnoscere veritatis. Noverint tam presentes quam futuri, quod Franco de Wellede et filius suus Conradus mansum quendam situm in campis citra villam Wellede, cuius proprietas ad nos spectare dinoscitur titulo pignoris, detineant obligatam salva nostra pensione, que singulis annis nobis debetur de eadem, ratum et gratum habemus permissione liberali, quia Iohannes Wagtele, civis Paderbornensis, et Conradus et Henricus fratres de Wellethe eam pro XXX marcis legalis monete ipsis obligarunt nostro accedente consensu. Ne igitur hoc factum in posterum aliqua tergiversatione celari valeat aut impugnari, presens cyrographum prefatis laicis de consensu parcium sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Actum et datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.L°XV°., Kalendis Marcii. Presentibus testibus ad hoc rogatis: preposito Paderbornensi Henrico, cellerario Ludolfo, Henrico Lusco, Ludolfo canonico Herisiensi, Hereberto presbitero, Hermanno de Istendorp plebano, Thethardo de Norde, Frederico de Istentorp, Alberone de Wellethe. Conrado scu(l)theto de Wartberg, Olrico de Westem, Hermanno de Scmegten[1]), Bernhardo camerario, Lutberto de Espringe et aliis quam pluribus, quorum nomina Deus scit.

[1]) Scēgthen *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Neuenheerse Nr. 17. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab.

1026.

Landfrieden zwischen Bischof Simon von Paderborn und Landgraf Heinrich von Hessen. Im Lager bei Elsingen 1265 März 16.

In nomine Domini amen. Nos Simon Dei gratia Paderburnensis episcopus et nos Henricus eadem gratia lantgravius Thuringie et dominus Hassie notum facimus universis, quod attendentes utilitatem, commodum et honorem, que nobis, terris nostris et subditis universis ex virtute pacis potuerit evenire, zizaniam discordie, quam inimicus humani generis in populos seminavit, exstirpare volentes, ut pullulet virtus pacis, communicato consilio nostro et nobilium terrarum nostrarum generalem pacem patrie ab hac hora in antea et Pascha proximo nunc instante per triennium fide corporaliter prestita ad invicem promisimus inviolabiliter observare. Si quid enim questionis vel discordie emerserit hinc vel inde, ad sedandam eandem questionem XII milites sunt statuti, ex parte videlicet nostri, domini Paderburnensis, Hermannus nobilis dictus Bircule, Hermannus Spigel, Ludolfus marscalcus, Rudolfus de Stenuordia, Helias de Asle et Albero de Wellede, milites; ex parte vero nostri, H(enrici) lantgravii, vir nobilis Albertus comes de Waldensten, viri nobiles Giso et Wer(nerus) fratres de Gudensberg, Iohannes de Helfenberg, Giso de Gudenburg et Henricus de Blumensten, milites, qui, postquam ipsis questio fuerit intimata, infra quindenam in die et loco competenti convenient, sedantes eandem questionem in amicicia vel in iure. Si vero dampnum sive spolium factum fuerit hinc vel inde et hii, qui dampnum sustulerint, proclamatione debita fuerint subsequuti, communicatis auxiliis ipsum dampnum sive spolium repetemus. Ad hec si quis dampnificatus bona sibi ablata obligaverit in iudiciis nostris et ius sibi fieri postulaverit, nos Henricus lantgravius secundum famam spoliatoris, que in vulgari lumunt dicitur, et nos S(imon) episcopus Paderburnensis secundum consuetudinem et ius terre nostre conquerenti faciemus plenam iusticiam exhiberi. Ceterum predicti nobiles et milites omnes questiones subortas ante consummationem huius pacis competenti loco et tempore decident in amicicia vel in iure et dictis ipsorum parabitur utrobique. Si quis autem ipsorum ex necessitate vel infirmitate absens fuerit, per alios nichilominus questio decidatur. Si autem quis decesserit, alter eque dignus substituetur eidem, quando fuerit requisitus. Nos Arnoldus marscalcus Westfalie nomine

venerabilis domini nostri Coloniensis archiepiscopi et nos Ludolfus comes de Dassele et Conradus nobilis de Sconenberg predictam pacem in omnibus articulis, secundum quod superius est predictum, fide corporaliter prestita promisimus inviolabiliter observare. Ut autem hec omnia obtineant roboris firmitatem, presens scriptum sigillis nostris fecimus communiri.[1]) Actum et datum in campo apud Elsingen, anno Domini millesimo C°C.L°XV°., XV°II. Kalendas Aprilis.

[1]) fecimus *fehlt Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 228. Reste des Siegelstreifens sind noch vorhanden. B. Simon hatte sich an den andern Landfriedensbestrebungen nicht betheiligt. Einen Monat nach obigem schloss Erzbischof Werner von Mainz ein Landfriedensbündniss mit einer Reihe an Hessen grenzender Herren und Städte. Böhmer-Will, Regg. arch. Mag. II, 364 Nr. 128 u. ö. Vgl. unten den theilweise mit diesem übereinstimmenden Vertrag von 1266 Juni 6. Im folgenden Jahre erscheinen exequutores pacis in terra Hassye *mit eigenem Siegel, vgl. Kopp, Hist. Nachrichten von den Herrn zu Itter S. 186 f. Landgraf Heinrich war auch mit dem Grafen Gottfried von Ziegenhain verbündet; Gottfried sagte ihm 1262 Juni 2 ausdrücklich Hülfe zu, wenn die Grafen von Waldeck auf Seiten des Erzbischofs von Mainz treten würden. Gedr. Ledderhose, Kleine Schriften IV, 279; vgl. Ilgen und Vogel, Kritische Bearbeitung u. s. w. in Ztschr. f. Hess. Gesch. N. F. X, 342.*

1027.

Die Brüder von Hohenbüchen (Altafago) *verkaufen an Kl. Wülfinghausen die Vogtei über Güter zu Holtensen* (Holthusen), *welche sie von der Kirche zu Corvey zu Lehn getragen haben. Hildesheim 1265 März 25.*

Gedr. zuletzt Hodenberg, Calenb. UB. VIII, 33.

1028.

Edelherr Hermann v. Holte schenkt die vom Edelherrn Rabodo von Blankena erkaufte Vogtei über die Höfe Eggeringhausen u. Ebbinghausen dem Stift auf dem Berge bei Herford. Bielefeld 1265 April 6.

In nomine Domini amen. Hermannus nobilis vir dominus in Holte universis, ad quos presens scriptum pervenerit, rei geste noticiam. Scire cupimus tam presentes quam posteros, quod nos advocatiam in duabus curtibus Ekerinchosen et Ebinchosen et eorum mansis et attinenciis, quam advocatiam nobilis vir Rabodo de Blankena nobis vendidit, conventui ecclesie sive monasterii Montis beatissime virginis Marie extra muros Heruordenses perpetuo dedimus et contulimus sub hac forma, quod Gerardus de Sunninchosen, Hermannus Gograuius, Reynbertus de Rubo, milites, Fridericus de Rubo, Fridericus de Arnholte, Thetmarus Boso memoratam advocatiam ad manus predicti conventus a nobis titulo homagii receperunt in feodum. Nichil tamen de ea ad eorum utilitatem percipient, et cum predicti sex omnes mortui fuerint et diem extremum clauserunt, nos sive heredes nostri aut alii in eadem advocatia successores recepto herwadio uno post mortem ultimi decedentis aliis sex modo premisso conferemus absque more dispendio, et sicut nos sic et nostra posteritas firmam et sufficientem prestabit eiusdem advocatie ab omnibus impetentibus warandiam et suis litteris roborabit, herwadio, ut dictum est, post mortem vasallorum heredibus sive successoribus nostris, ut dictum est, semper salvo nec amplius requiretur. Testes autem, qui vocati et rogati ad hoc interfuerunt, hii sunt: Gerlacus de Borigbike, Reynbertus de Rubo, Reynbertus de Serincworthen, milites, Fridericus de Arnholte, vasalli nostri: Rodolfus Nagel et filius eius, Rotgerus Hathewig, Rodolfus de Blasne, milites, Iohannes, Winandus Hadewig, Heinric de Umlo, Hecbertus de Roczinhosen, Heinricus de Spechteshagen, magister scabinorum et plures alii burgenses. Acta sunt hec in Bilevelde, anno Domini M°.C°C.LX°V., VI°II. Idus Aprilis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Herford, Stift auf dem Berge Nr. 8. Siegel und Befestigung ab. Gedr. Osn. Mitth. V, 316. Vgl. Nr. 349 und 1000.

1029.

Konrad v. Schönenberg verzichtet vor Bischof Simon v. Paderborn zu Gunsten des Kl. Gehrden auf die Vogtei der von Friedrich von Istrup dem Kl. verkauften Hufen bei Siddessen. Brakel 1265 April 13.

Conradus de Schonenberch et Alheitis[1]) uxor sua, item Agnes mater Conradi et Bartholdi fratrum de Schonenberg omnibus, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, salutem in perpetuum. Notum esse cupimus universis, quod, cum dominus Hermannus prepositus et prior ecclesie Gerdinensis una cum ecclesia memorata a domino Frederico de Ystingdorp[2]) dicto Longo et a suis heredibus proprietatem trium mansuum, qui adiacent ville Siddessen[3]) pro viginti marcis quatuor legalium denariorum emissent iure perpetuo possidendos, ego Conradus de Schonenberg cum consensu uxoris mee[4]) Atheithis[5]) et domine Agnetis[6]) matris mee et Bertoldi clerici fratris mei ad petitionem domini Fretherici prenominati et ad voluntatem domini S(imonis) Patherbornensis episcopi advocatiam trium mansuum illorum, que iure hereditario nobis pertinebat, in presentia domini S(imonis) episcopi[7]) ad usus ecclesie memorate libere et absolute resignavimus nihil iuris nobis in hac advocatia nos aut heredes nostri de cetero vendicantes. In cuius rei concambium et evidentiam pleniorem idem Fredericus[8]) miles mansum unum in Weplethe[9]), quem proprium possidebat, nobis, ut fieri solet, obtulit et eundem a nobis postea in feodo recepit. Acta sunt hec in presentia domini S(imonis) Patherbornensis episcopi in civitate Brakele, anno Domini M°.CC°.LXV., in crastino Quasimodogeniti. Huic facto interfuerunt: Otto comes de Eversten, Ludolfus comes de Dassele, Wernerus et Hermannus de Brakele, milites, Albertus de Amelungessen, Bodo de Monte Martis, Fretericus[10]) et Thidericus[11]) fratres de Harehusen, Albertus de Luterssen[12]), Bartoldus Somercalf et alii quam plures milites et[13]) burgenses.

[1]) Alheidis *D.* [2]) Fritherico Ystingdorp *D.* [3]) Sidessen *C.* [4]) mei *C.* [5]) Alheidis *D.* [6]) Agnes *C*, Agnis *D.* [7]) et *fügt C hinzu.* [8]) Fridericus *D.* [9]) Weplithe *D.* [10]) Fredericus *D.* [11]) Thiedericus *D.* [12]) Luterszen *D.* [13]) milites et *fehlt D.*

Nach dem Gehrdener Kopiar f. 27 D 10 (B); Msc. II, 71 f. 232 (C); Reg. mit Aufführung der Zeugen VI, 224 f. 67 u. Msc. I, 242b p. 33, letztere drei im Kgl. St.-A. Münster. Abschr. Falckenheiners aus „Hof-Archiv zu Cassel" in dessen Handschriften X p. 141 (D).

1030.

Rathmänner und Bürgerschaft der Stadt Paderborn bekunden den Ankauf einiger Höfe vom Konvent der Gokirche. Paderborn 1265 April 30.

In nomine Domini amen. Nos Conradus de Tito, Iohannes de Barichem, Heinricus Margus Henricus Clericus, Tidericus de Amerhunge, Hermannus Wltur, Fredericus de Anuorde, Hermannus Herenfridi, Henricus Crago, Hermannus Salentinus, Helmicus Ursus, Henricus de Suthem, Wicbertus, Conradus Sulteuot, Christianus de Inferno, Iohannes Retheri presenti anno consules Paderbornenses et universitas civitatis eiusdem omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino. Litteris presentibus protestamur, quod nos quasdam areas conventui Rurensis ecclesie pertinentes comparavimus quatuor marcis denariorum paratorum, insuper iure pensionali singulis annis in festo Michahelis marcam legalium denariorum de eisdem areis predicto conventui libere persolvemus. Quia vero sepius, que in tempore minus procurantur, cum tempore labuntur, presentem paginam sigillo civitatis nostre dignum duximus roborari. Datum in Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°V, in vigilia Philippi et Iacobi.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Gokirche Nr. 11. An Pergamentstreifen Fragment vom Paderborner Stadtsiegel, wie Westf. Siegel II Taf. 78 Nr. 6. Auf der Rückseite von Hand s. XIV de domo consulatus Paderb. *Von H. s. XVI.* 1 marck ut dem Loyhuse.

1031.

Graf Adolf von Schwalenberg schenkt dem Kl. Falkenhagen Ländereien. Schwalenberg 1265 Mai 10.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Adolfus Dei gratia comes de Sualenberh omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in eo, qui salus est vera. Sepe fides fallitur per processum tem-

poris, cum gesta non clarificat auctoritas scripturarum. Igitur scire cupimus tam presentes, quam posteros, quod nos cum consensu matris nostre et fratruelis nostri Henrici pro remedio anime fratris nostri beate memorie comitis Wedekindi et parentum nostrorum, et ut divina propiciacio pro nobis facilius possit impetrari, agros, qui siti sunt infra riwulum, qui dicitur Visbeke et agros ecclesie Falkenhagen et eciam agros trans flumen molendini usque ad signa, que possunt evidenter ostendi, eidem ecclesie et Deo in ea famulantibus cum omni iure et omnibus usibus, qui ad nos spectabant, libere et absolute contulimus perpetuo possidendos. Ut autem hec nostra donacio rata et firma permaneat, presens scriptum sigilli nostri inpressione fecimus roborari. Huius facti testes sunt: frater noster prepositus Volquinus, dominus Wilhelmus de Somersele, vicem [1]) gerens prepositi, dominus Bertoldus sacerdos in Sualenberh; milites: dominus Henricus dictus de Elmerecosen, dominus Tydericus de Eckersten, dominus Wernerus Dicbernere, Egellardus de Abbenosen, castellani eiusdem castri et alii quam plures. Datum in Sualenberh, anno dominice incarnationis M°.C°C.LX°V°., V°I. Idus Maii.

[1]) viscem *Or.*

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 11. An Pergamentstreifen das grosse runde Siegel des Ausstellers. Auf der Rückseite von einer Hand s. XV. littera de Visbecke et clostervrede. *Reg. Lipp. Regg. I, 220 Nr. 331 mit irrigem Datum.*

1032.

Abt Thymmo von Corvey und der Paderborner Dompropst Heinrich als Vormund des Stifts Corvey belehnen die Herzöge Albert und Johann von Braunschweig nach Resignation der Grafen von Pyrmont mit der Vogtei über die Stadt Höxter und andere Orte. Hannover 1265 Mai 13.

Thymmo Dei gratia abbas Corbeiensis et Henricus eadem gratia Paderbornensis prepositus, tutor ecclesie antedicte, universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris hanc paginam inspecturis salutem in Domino et Domino Dei filio Iesu Christo. Recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod ad liberam resignationem comitis Hermanni de Peromunt [1]) sueque coniugis ac recti [2]) fratris sui comitis Gotscalci [2]) bone memorie necnon puerorum utriusque ac heredum illustribus [3]) principibus, dominis ducibus Alberto et Iohanni de Brunschwig [4]) advocatiam Huxariensis [5]) civitatis infra muros porreximus eo iure, quo prefati comites de Piromont ab ecclesia nostra tenuerunt in feudo multis annis, salvo tamen eo, quod nobis nostrisque successoribus, abbatibus, prepositis et ecclesie nostre permaneant salva et integra iura nostra, que sunt hec secundum consuetudinem hactenus observatam. Cives Huxarienses ad expeditiones nostras, cum indiguerimus, tenebuntur; potest et abbas pro tempore facere petitiones pro subsidio faciendo; preposito vero super vino, pane et [6]) cerevisia tale ius servabitur, sicut multis temporibus est servatum. [7]) Nullus etiam [8]) minister vel de abbatis familia aut conventus in civitate Huxariensi obligabitur, nisi prius coram abbate de eo querimonia deposita fuerit, sicut decet. Insuper advocatiam in Bodenfelde [9]) et Hamele, quam Hermannus et Ernestus milites de Usler [10]) a nobis et a nostra ecclesia tenuerunt in feudo, porreximus ducibus memoratis simul cum feudo, quod Bodo, domini Bertholdi [11]) filius de Homborgh [12]), a nobis tenere debebat et nunquam curabat recipere, et si etiam recepisset, propter multiplices suos excessus, quos adversus nostram perpetravit ecclesiam, ipsum suum feudum culpis suis dignoscitur merito perdidisse. Domini duces etiam iam [13]) prefatum feudum domino Henrico de Homborgh nobis astantibus porrexerunt, promittentes in manus nostras, quod nunquam deinceps prefatum feudum dicto Bodoni restituent vel relinquent. Preter ista domini duces sepius nominati nos et ecclesiam nostram tueri debent contra quemlibet et in suis iuribus conservare. Ceterum cum privilegia nostra imperialia perspexerimus, cum rescriptis eorundem privilegiorum ad dictos dominos duces nostre nuncios ecclesie remittemus, [14]) secundum que rescripta super feudis eorum possit nova forma concipi litterarum. Desupra abundante autem gratia adicimus: si Hoxarienses [15]) rebelles extiterint, et in quibus tenentur, non velint dominis

ducibus obedire, quod ipsis de omnibus castris ecclesie ac munitionibus contra Huxarienses astabimus pro viribus et muniale auxilium prestabimus bona fide. In predictorum siquidem omnium firmissimum argumentum et ad omnem dubietatis scrupulum de cordibus tam futurorum quam presentium penitus amovendum presentem paginam super his conscriptam sigillorum nostrorum appensione exquisito[16]), de maturo fidelium nostrorum consilio et ipsorum consensu accedente pariter et conventus assensu duximus roborandam. Huius itaque rei testes sunt et presentes aderant: venerabilis pater dominus Theodericus Vironensis[17]) episcopus, Henricus prior Corbeiensis, Fridericus prepositus, Burchardus cellerarius[18]), Henricus custos, Requinus[19]) magister caritatum, Bartoldus capellanus domini abbatis, Henricus decanus Noue Ecclesie, cantor, plebanus Corbeiensis; comes Henricus de Sterneberg, comes Ludolphus de Hallermunt[20]), Lotardus de Meinersen, Henricus de Homburg, Gebhardus de Bortfelde[21]), Fridericus de Neindorff[22]), Baldewinus[23]) de Grenichen[24]), Henricus de Vorstede[25]) et alii quam plures. Actum et datum Hannouere, anno Domini M.CC.LXV., in vigilia ascensionis Domini eiusdem anni.

[1]) Pyrmunt *D.* [2]) Godtschalci *B*, Godtscalci *C.* [3]) il[l]ustrioribus *A und S.* [4]) Brunscwig *B und D*, Brunswig *S.* [5]) Hoxariensis *B und S immer.* [6]) ac *C.* [7]) servatum est *D.* [8]) *Fehlt D und S.* [9]) Boddenfelde *A.* [10]) Uszleria *C*, Uslaer *D und S.* [11]) Barth. *B und D*, Balt. *C.* [12]) Homborch *C*, Hamborgh *D und S.* [13]) *Fehlt D.* [14]) remitteremus *D.* [15]) Hux. *D.* [16]) *So die Hdschr., S hat* exquisiti, *vielleicht* requisiti? [17]) Viconensis *irrig Hdschr. und Druck.* [18]) cellarius *Handschr.* Borch *B und S.* [19]) Requimus *B u. S.* [20]) *B, C mit* dt, *D mit* d. [21]) Bortfeldt *B, C.* [22]) Nemdorff *S.* [23]) Baldowinns *B, C.* [24]) Grenigen *D.* [25]) Voresstatt *C*, Vorestede *D u. S.*

Aus Corveyer Sammelband I in Bibliothek der Paderborner Abtheilung des Vereins (B), Msc. II, 40 p. 327 V (C) und I, 245 fol. 404 (D) im Kgl. St.-A. Münster, Druck Schaten ad annum (S). B Abschrift vom J. 1641 ist entnommen ex libro quodam pervetusto documentorum Corbeiensis ecclesie in pergameno legibiliter conscripto ... folio centesimo quadragesimo septimo, *vielleicht Msc. I, 134 saec. XV. im Kgl. St.-A. Münster, worin gegenwärtig dieses Blatt fehlt. Also fehlte damals das Or. bereits. Aus derselben Quelle stammt wahrscheinlich C. Druck ausser Schaten Lünig, Spicil. eccl. I, 19, 910; Origg. Guelf. IV, 209; Wigand, Denkwürdige Beitr. f. Gesch. u. Rechtsalt. 107; Reg. Lipp. Regg. I, 220 Nr. 330; Dürre, (Homburg Ztschr. f. Niedersachsen 1880) Nr. 102.— Heinrich v. Sternberg ist am selben Tage Zeuge für Moritzkloster zu Minden. Ztschr. IX, 72.* Hamelen *nicht Hameln, sondern wahrscheinlich Hemeln S. Uslar, W. Göttingen an der Weser.*

1033.

Dechant u. Kantor der Kirche in Soest bekunden Schenkungen an Kl. Bredelar. 1265 Mai 21.

Thidericus Dei gratia decanus et Heinricus cantor ecclesie Sosatiensis universis hanc litteram inspecturis salutem in Domino sempiternam. Litterarum presentium tenore publice protestantes omnibus declaramus, quod Godescalcus dictus de Harhusen et filii eius, heredes ipsius, Nicolaus, Iohannes et Menricus constituti in nostra presencia curtem quandam in Velmede apud Gesyke sitam cum omni sua integritate, quam a Rodolfo advocato in Gesike se feodali iure dicebant possidere, necnon et aream quandam in eodem oppido sitam cum suis pertinentiis, quam tytulo emptionis compararunt, monasterio in Breydelar unanimi consensu et voluntate devote obtulerunt perpetuo possidendam, omni iuri suo, que in predicta curte habere dinoscebantur, pro salute sua et carorum suorum una cum eadem area renunciantes predicti monasterii fratres sui iuris successores in perpetuum statuerunt. In cuius rei testimonium presentem litteram propter preces utriusque partis sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°XV., XII. Kalendas Iunii. Huius rei testes sunt: Wlfhardus sacerdos, Helmwordus et Wydekyndus burgenses Susatienses et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Soest, Patrokli-Stift Nr. 43. Vom Pergamentstreifen Siegel ab.

1034.

Vogt Rudolf von Geseke bekundet Ueberweisung eines Gutes bei Geseke an Kl. Bredelar. Soest Geseke u. Rüthen 1265 Mai 22.

In nomine sancte et individue trinitatis. Universis Christi fidelibus huius pagine inspectoribus Rodolfus advocatus in Gesike utriusque vite perfrui suavitate. Quia res geste citius a memoria elabuntur, quin testimonio litterarum et testium cautius roborentur, noverint idcirco tam moderni quam post futuri curtim quandam, Velmede apud Gesike sitam proprietario iure a progenitoribus meis ad me legitime devolutam, quam Godescalcus dictus de Horhusen civis Susatiensis et filii sui de manu mea feodali iure tenuerunt, monasterio Bredelarensi, ordinis Cysterciensis, pro salute sua conferre proponentes eandem, dummodo ego in donatione proprietatis consentirem. Hinc ego primitus intuitu Dei eiusque pie matris Marie, mediantibus religiosis viris domino Alexandro eiusdem monasterii abbate et fratribus suis Iohanne dicto de Fleictorph, consanguineo meo, Hermanno cellerario, Helmwico de Elsepe, et domina Agnete nepte mea canonica in Gesike, tam pro remedio anime mee et carorum meorum quam rogatu et instantia eiusdem Godescalci et filiorum suorum proprietatem eiusdem curtis de plenario consensu domine Bertradis uxoris mee, Wezeli filii mei et filiarum mearum sollempniter contuli et dedi cum omnibus pertinentiis suis monasterio iam dicto libere et quiete iure veri dominii possidendam, presentibus honestis viris in castro Ruden ante capellam, Conrado videlicet et Iohanne sacerdotibus et capellanis altero in castro altero in oppido, domino Bertoldo nobili de Buren seniore et Bertoldo filio suo, Gerwino de Bokenevorde, Iohanne de Nihem, Volnando de Langenstroth, Hermanno Colue, militibus, Thiderico Rump, Hermanno de Lon et Godescalco fratre suo, Iohanne Stotere et Herebordo fratribus, Godefrido de Sumere, Thiderico de Efle, Iohanne Blote, Hermanno de Nicthe, Hereboldo de Hedenchusen, militaribus. Hiis ita firmatis statim Gesike veni, ubi ad maiorem firmitudinem iuditio, quod frigedinch vulgo dicitur, presidens coram scabinis et libertinis publice protestatus sum, quia proprietatem eiusdem curtis de consensu heredum meorum monasterio iam dicto iure proprietario perhenniter habenda assignavi et eandem curtem ab omni iure advocatie mee liberam semper permanere iudicavi, protestans manifeste tunc a fratribus monasterii sepedicti integre me recepisse viginti quinque marcas legalis monete in restaurum proprietatis mihi promissas, quas in usus heredum meorum converti fructuose. Deinde prefatus Godescalcus de consensu meo eandem curtem cum omnibus pertinentiis suis, sicut ipse quiete possedit, domum quoque et aream in Gesike sitam, quam titulo emptionis proprie compararat cum omnibus sibi pertinentibus pro salute sua et carorum suorum necnon et favore religionis filiis suis, Nicolao, Iohanne et Meinrico plenarie consentientibus, conventui monasterii prelibati voluntarie, sicut dudum domino inpirante desideraverat, assignavit et dedit cum omni pace et commoditate perpetuo possidendam omni iure suo in eadem curte, domo quoque et area habito una cum filiis predictis publice cedens, et hec cessio seculari sententia confirmata est. Post hec nuntios, fratres scilicet monasterii prefati, simul ego et predictus Godescalcus in possessionem curtis eiusdem introduximus, warandiam plenariam semper prestare spondentes de eadem curte fratribus monasterii memorati. Preterea, ut huius proprietatis eiusdemque curtis religiosa donatio rata in evum permaneat et inconvulsa, presentem cartam exinde conscriptam sigilli mei impressione primitus signavi, insuper ad maiorem rei evidentiam munimine sigillorum domini Burensis senioris et filii sui, predictorum castrensium domini Coloniensis in Ruden et burgensium in Gesike tam fratres monasterii predicti et ego quam Godescalcus prefatus rogavimus robarari. Acta sunt hec partim apud Susatum, partim Gesike et Ruden, anno Domini M°.C°C.LX° quinto, indictione VIII. X°I. Kalendas Iunii. Huic itaque attestationi donationis stabilite apud Gesike presentes fuerunt eiusdem ecclesie canonici Gerhardus de Ruden, Arnoldus, Ioachim plebanus sancti Petri, Arnoldus rector scolarium, Heinricus Spiker sacerdos, Heinricus de Santbrincke, Lubbertus dictus Comes, Haroldus, milites, Meinricus gogravius, Wernerus Balke, Helyas magister consulum, Hermannus

iudex, Ecbertus Caluus, Albertus Luthgeri, Hermannus de Scathenhusen, Henricus Werenzo et Helmicus fratres, Ernestus pellifex, Wlbero, Ecbertus pistor et Thetmarus fratres, Merbodo et consules omnes, Henricus comes libertinorum, Iohannes de Beneni(n)chusen[1]), Albero de Gesike, Henricus de Rubo, Iohannes Walberti filius, Henricus Paruus, Andreas de Velmede, Bernardus de Kaldenhotte, Io(hannes) Alfen.

[1]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 83a. An Pergamentstreifen 1) Bruchstück des dreieckigen Siegels des Vogts Rudolf, sechsmal getheilter Schild, darauf nach rechts gerichteter gekrönter Löwe. Umschrift: Sigillum Rodolfi militis de Eruete *(gut erhaltenes Exemplar befindet sich im Kgl. St.-A. Münster, Stift Geseke Nr. 14); 2) Siegel Bertholds d. ä. von Büren, wie Westf. Siegel I. Taf. 36 Nr. 1; 3) Bertholds d. j. von Büren, wie Westf. Siegel I Taf. 36 Nr. 2; 4) der Burgmannschaft in Rüthen, wie Westf. Siegel II Taf. 82 Nr. 7; 5) Bruchstück des Siegels der Stadt Geseke, wie Westf. Siegel II Taf. 66 Nr. 4. Auf angehefteten Pergamentstreifen von gleichzeitiger Hand:* Privilegium Rodolfi advocati de Gesike de bonis in Velmede apud Gesike, quorum proprieta sconstitit XXV marcas et fertonem. Bulle sunt appense propter firmitatem domini Bertoldi de Buren senioris et filii sui, de Ruden et Gesike burgensium. *Auf der andern Seite:* Testes etiam: Bernardus apud aquam, Heinricus pistor, Iohannes et Scarlaken, servi advocati Rodolfi, Conradus de Stalepe, liberi homines, Thetmarus liber vir, Rothgerus de Langenbike, Arnoldus de Volkesmer, Volquinus, Elricus de Pa . . . e, Heinricus Eruenoth, Thidericus de Hustede.

1035.

Graf Adolf von Schwalenberg überträgt dem Kl. Falkenhagen Güter zu Sabbenhausen und Winkhausen. Schwalenberg 1265 Juni 25.

In nomine sancte et individue trinitatis. Adolfus comes in Sualenberg omnibus in perpetuum. Contractus, qui fiunt in fuga temporis, debent vivaci litterarum memoria perennari, ne lubrica natura fugitivi temporis gestis bona fide contractis possit in posterum novercari. Noverit etas tam presens quam postera, quod Iohannes miles dictus de Wiginchosen, receptis septuaginta marcis a conventu sanctimonialium beate virginis in Valkenhagen, sex mansos et quatuor areas sitos Tzabbenhosen et Wigin(c)hosen cum pascuis, aquis, silvis et omni iure et usu, quo ei conpetebant, in manus nostras resignavit cum sue uxoris arbitrio et heredum suorum legitimorum omnium consensu. Nosque dicta iam bona supradicto conventui contulimus eternaliter obtinenda, firmam spem habentes, quod qui pauperibus Christi subvenerit, eternam mercedem accipiet secundum promissionem ewangelicam, que non fallit. Predicta eciam bona in nostram recepimus protectionem, ita ut quisquis ea maliciose presumserit invadere, nostram indignacionem se noverit incurrisse. Presens ergo scriptum muniri fecimus fide testium et sigillo, ne aliquis pro bonis supradictis ancillis Christi questionem temerariam moveat in futuro. Testes huius rei sunt: Heinricus Hageman, Wernherus Dicbernere, Theodericus de Ekersten, Conradus de Voltessen, milites, Engelhardus de Abbenhosen, Amelungus de Scidere, Andreas de Brochosen, Amelungus et Ernestus de Buchosen, Iohannes de Biga, Bernhardus et Fredericus de Kolle(r)bike, Hermannus et Heinricus et Ludolfus et Arnoldus fratres claustri Valkenhagen et alii quam plures qui viderunt, audierunt et, dum fieret, affuerunt, procurante domino Wilhelmo de Sumersile tunc tutore. Factum est autem anno incarnacionis Domini M°.C°C°.L°XV°., V°II. Kalendas Iulii, regnante Romanorum rege Richardo. Datum Sualenberg per manum Bertholdi notarii.

Or. im Besitz des Studienfonds zu Paderborn jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 12. An Pergamentstreifen das grosse runde Siegel des Ausstellers, wie Lipp. Reg. II, Taf. 20. Reg. Lipp. Regg. I, 220 Nr. 332. Auf Rückseite von Hand saec. XV. u. a. Wynchusen.

1036.

Detmar Bittersole verkauft dem Kl. Berich zwei Hufen. 1265 Juni 28.

Universis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis cupimus esse notum, quod Deitmarus Bittersole et sua uxor cum suis heredibus duos mansos in Aldendorp cum ecclesiali usufructu conventui de Beriche pro quadam summa denariorum, videlicet XX marcis, vendidit iure proprietatis commodius possidendos. Nos vero adhuc certius esse volentes de mansibus predictis, ut Hermannus sororius predicti Deitmari iuri suo in mansibus sepedictis renunciaret coram Wi(dekindo) viro nobili de Nouo Castro (petivimus) et aboravimus diligenter. Verum ne quis in posterum heredum suorum hec acta valeat infringere vel irritare, presentem litteram predicto conventui in testimonium sigillo nobilis de Novo Castro et burgensium in Wulfhagen et sigillo conventus de Beriche duximus firmius roborari. Testes: Widekindus de Novo Castro, Gyso de Gudenberg, Iohannes de Helfenberg et suus frater Heckehardus, Alexander de Escheberg, Waremundus de Brotru(m)b, Henricus de Herbergun, Henricus de Treven et suus frater Conradus, Deitmarus Winter, Lodewicus de Hertinkenhusen. Acta sunc hec anno Domini M°.C°C.LXV., in vigilia apostolorum Petri et Pauli.

Aus Kopiar I fol. 35 und II, 95 des Kl. Berich im Fürstl. Waldeck. Archiv. in Arolsen.

1037.

Verpfändung eines neben der Busdorfer Propstei gelegenen Hauses. Paderborn 1265 Juli 1.

Noverint universi tam posteri quam moderni, quod Alhedis dicta de Driburg et Iohannes dictus de Alfne cum uxore sua Walburge, eiusdem Al(hedis) filia, a me Henrico dicto Elegast decem et octo marcas Paderbornensis monete et legalium denariorum mutuo receperunt, pro quibus domum suam iuxta preposituram orientalis ecclesie Paderbornensis michi titulo pignoriticio unanimiter obligarunt, tali adiectione, ut ego H(enricus) prefatam domum pro tempore porrigens possessori censum abinde percipiam annualem, eisdem Al(heidi), Io(hanni) et Wal(burge) partem oblate pensionis dimidiam tribuendo et ipsam (dom)um quacunque de necessitate reparandam equali utriusque partis pecunia construamus. Preterea si aliquis michi super dicto facto forte moverit questionem, ipsi me eripient ex questione huiusmodi suis laboribus et expensis. Ut autem huius rei contractus detrahentium obiectionibus et vive probacionis interitu non cassetur, litterali memoria sigilloque Paderbornensis civitatis evidentius est munitus. Actum et datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°V°., crastino commemoracionis beati Pauli, coram domino Lodewico milite et Aspeder iudice Iohanne in foro iudice, Conrado dicto de Thi(to) et Iohanne de Barchosen, civium rectoribus, Henrico dicto Dukere, Henrico dicto Clerico, (Thi)derico de Amerungen, Hermanno Wlture, Henrico dicto Cragen, Hermanno dicto Salentin, Helmico dicto Bere, Iohanne filio Retheri, Christiano et Lutberto dictis de Inferno, Conrado dicto Sulteuoit, Henrico de Sutheim, Henrico dicto Wlture, Friderico de Anuorde et aliis quam pluribus ad hoc rogatis.

Or., stark beschädigt und auf Papier gezogen, im Kgl. St.-A. Stift Münster, Busdorf Nr. 25. An Pergamentstreifen Reste des Paderborner Stadtsiegels.

1038.

Graf Gerhard von Holstein gelobt mit seinem Oheim, dem Bischof S(imon) von Paderborn, dem Grafen Günzelin von Schwerin, und den Rittern Otto von Barmstedt, Berthold von Brakel, Albert und Herbold von Amelunxen, Hermann von Tralowe, Pape Wolf, Ludolf von Kuren, Volrad von Husberge, Marquard von Segeberg, Heinrich von Wedel und Gerbert Vogt, zwei Wochen nach Vollzug der Ehe zwischen seiner Tochter Lutgard und dem Herzog Johann von Braunschweig diesem Schloss Schaumburg als Pfand für die Mitgift abzutreten. Lüneburg 1265 Juli 15.

Gedr. Sudendorf, UB. I, 58 (n. d. Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover) und Hasse, Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urkk. u. Regg. II, 303.

1039.

Die Rathmänner von Marsberg bekunden zwei Memorienstiftungen. 1265 Juli 21.

Omnibus hanc litteram visuris consules Montis Martis eternam in Domino salutem. Universitati fidelium notum fore cupimus publice presentibus protestantes, prout audivimus in parte et vidimus, quod Bodo miles, burgensis noster, dictus de Horhusen post obitum patris sui Alradi militis paterno motus affectu rogavit devote abbatem et conventum in Bredelar, quatinus propter Deum et suas preces anniversarium patris sui et matris peragerent annuatim. Quos cum ad hoc faciendum benivolos invenisset, assignavit ipsis decem solidos de bonis suis in Dodinchusen annuo percipiendos ad consolationem in eodem anniversario conventui faciendam. Postmodum autem modico elapso tempore eodem Bodone immatura morte ex hac luce subtracto et apud cenobium iam dictum sepulto relicta sua domina Hildegundis ad omne opus bonum prona una cum seniore filio suo Alrado reliquis liberis suis consentientibus donationem mariti sui approbavit et ratam tenuit. Insuper pro remedio anime eiusdem mariti sui bona quedam Enemuden sita sibi pertinentia predictis decem solidis aditiens fratribus prefati claustri cum omnibus pertinentiis suis in presentia clarorum virorum sollempniter contulit et dedit libere et quiete possidenda, omni iuri suo tam in eisdem bonis quam in decem solidis predictis habito cedens manifeste cum filio suo et heredibus universis sub tali conditione, ut anniversarium tam patris et matris mariti eius quam ipsius mariti sui in memoria habeatur ibidem annuatim die statuto et tunc simul ex proventibus eorundem bonorum et de predictis decem solidis nullis prorsus aliis usibus deputatis conventus eiusdem claustri consolationem habeat competentem et defuncti eternam requiem. Preterea, ne in eisdem bonis isdem conventus aliquod inpedimentum haberet, predicta domina et pueri eius eadem bona Iohanni et Godescalco fratribus de Pathberg, a quibus ea in hominio tenebant, resignaverunt rogantes, quatinus claustro prefato proprietatem eorundem bonorum conferrent, qui et fecerunt favore religionis provocati. Hinc nos in huiusmodi rei testimonium presens scriptum sigillo nostro rogatu iam dicte domine et filii sui roboravimus. Testes: Adam de Aspe, Thidericus et Fredericus fratres de Horhusen, Albertus de Lutersen, Iohannes et Conradus fratres de Brocbike, Olricus, Swicherus de Westhem, Albertus magister consulum in Marsberg et consules omnes ibidem. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°X. quinto, indictione octava, XI°I. Kalendas Augusti.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 83. An Pergamentstreifen Siegel der Stadt Marsberg.

1040.

Die Edlen Bertholde von Büren schenken dem Kl. Holthausen bei Büren den Zehnten ihres Hofes in Holthausen. 1265 August 1.

Bertoldus senior nobilis de Buren, Bertoldus filius eius ex una parte et ex altera Bertoldus iuvenis, patruelis ipsorum, nobilis et filius eius Bertoldus testantur, quod conventui sanctimonialium, Cysterciensis ordinis, iuxta oppidum Buren contulerint decimam curie in Holthusen, in quo claustrum situm est, divine remunerationis intuitu et in recompensationem bonorum in Stenbeke. Testes: Hermannus nobilis de Osedhe, frater Albertus et con .... eiusdem, dominus Bernhardus de Boderike et Godefridus filius suus, dominus Bernhardus de Holthusen, dominus Menricus de Andepen, dominus Heinricus de Koldinch(usen), dominus Thidericus dapifer, milites; Henricus de Budiken, Elias frater suus, Hermannus frater suus, Hermannus iudex, consules Burenses. Anno 1265, Kalendis Augusti.

Aus Msc. I, 242 p. 113 Nr. 4 im Kgl. St.-A. Münster.

1041.

Dompropst Heinrich von Paderborn, Vormund von Corvey, vertauscht Ministerialen mit dem Erzbischof Engelbert von Köln. Soest 1265 August 16.

Heinricus Dei gratia prepositus Paderbornensis et Corbeiensis ecclesie tutor universis presentes litteras visuris volumus esse notum, quod nos Fridericum et Alheidim, Heinrici pueros de Widhem,

prepositure nostre predicte pertinentes contradimus venerabili domino Engelberto sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo et sue ecclesie recipientes pro eisdem Fintoriam uxorem Conradi de Scaren et Emundum eius filium in concambio a ministerialibus approbato. In cuius facti evidentiam et robur has litteras inde conscriptas sigillo nostro fecimus roborari. Actum et datum in Sosato, in crastino assumptionis beate Marie virginis anno Domini M°.C°C.LX°. quinto.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 214 mit einem an Pergamentstreifen anhängenden Siegelrest.

1042.

Bischof Simon v. Paderborn schenkt auf Bitten seines Bruders Bernhard, Herrn zur Lippe, dem Stift auf dem Berge bei Herford gegen Wachslieferung einen Allodialzehnten. Paderborn 1265 August 29.

In nomine Domini amen. Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris in perpetuum salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quoniam ab interitu mortalium vive vocis deficit probatio, provide conservatur actorum[1]) veritas instrumentis. Igitur notum facimus tam presentibus quam posteris, quod divine retributionis intuitu et ad petitionem fratris nostri dilecti Bernhardi domini de Lyppia et aliorum plurimorum, qui nobiscum zelo pietatis moti fuerant in hac parte de communi consensu capituli et ecclesie nostre proprietatem decime allodii ecclesie beate virginis in Monte apud Heruordiam ex libera resignatione predicti fratris nostri et aliorum, qui ius habebant vel se habere dicere poterant in eadem decima, ipsi ecclesie liberaliter dedimus cum ipso allodio iure proprietatis perpetuo possidendam, ita tamen, quod[2]) dicta ecclesia annis singulis unam liberam cere in purificatione beate virginis in memoriam donationis huius ecclesie nostre solvet. Et ad maiorem evidentiam presens scriptum prefate ecclesie dedimus nostro et ecclesie nostre sigillorum munimine roboratum. Actum et datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX quinto, in die decollationis beati[3]) Johannis Baptiste.

[1]) *A und B haben* auctorum. [2]) *Folgt überflüssiges* de *bei B.* [3]) *Fehlt bei B.*

Zwei Or.-Ausfertigungen (A u. B) von derselben Hand im Kgl. St.-A. Münster, Herford, Stift auf dem Berge Nr. 9. An roth-gelben Seidenfäden 1) in weissem Wachs Bruchstück vom Siegel des Bischofs; 2) in grünem Wachs das gut erhaltene des Domkapitels; an B hängt nur noch an Pergamentstreifen an zweiter Stelle Rest des domkapitularischen Siegels. Auf Rückseite von B von Hand saec. XV up den tegheden to demme vorwerke.

1043.

Die Stadt Herford ertheilt einem Bürger der Altstadt die Erlaubniss, auf seinem neben der städtischen Mühle liegenden Grundstücke Gebäude aufzuführen. 1265 October 6.

Heinricus borechmester dictus de Bekeseten, consules ac universitas veteris opidi Heruorden(sis) omnibus presentia visuris rei geste perhennem memoriam. Ad noticiam singulorum pervenire cupimus, quod nos de communi consensu . . Alberto de Molandino et uxori sue . . Gerthrudi, heredibus sive successoribus suis gratiam fecimus specialem, edificandi videlicet domum vel domos in area sua iuxta molandinum, que nunc vacat, liberam habeat facultatem cum tali pensione quam husneten[1]) faciunt ad quodlibet opus civitatis. Hoc eciam adjecto, ut, si dicte domus per incendia vel alios malos eventus delerentur, in voluntate ipsius . . Alberti vel successorum suorum manebit reedificandi domos cum eadem pensione, ut supra tactum est. Ne autem huic voluntarie donacioni nostre aliqua in posterum scrupulosa questio valeat suboriri, presens eis scriptum super hoc confectum sigillo nostro fecimus communiri in testimonium subnotatis cum testibus, quorum hec sunt nomina: Alexander de Bekeseten, Herbordus de Lunne, Hermannus Tribunus, Johannes de Brokeldehusen, milites; Johannes de Libberen, Svanenhals, Geruasius, Joseph, Gerhardus de Bernenbeke, Johannes de Bilevelde, Johannes dictus Claudus, Thethardus de Bilevelde, Bernhardus Westerwalt, Heinricus Rufus, Hamelungus de Groninchusen, tunc

temporis consules existentes, et alii quam plures adesse rogati. Datum Heruorde, anno Domini millesimo C°C.L°V quinto, in octava sancti Michahelis archangeli. Hoc [2]) eciam adiecto, ne aliquis iudex noster publicus [3]) aliquam in predictas domos contra voluntatem predictorum Alberti et suorum successorum exerceat [4]) iurisdicionem.

[1]) *So Or. wohl statt* husnoten. [2]) *Von hieran von anderer Hand.* [3]) puplicus *Or.* [4]) excerceat *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 58. An Pergamentstreifen anhangend das plattgedrückte Siegel der Altstadt Herford. Vergl. über das Mühlengericht zu Herford Ztschr. IV, 49.

1044.

Widukind vom Naumburg überträgt eine Hufe bei Welden. Welden 1265 October 9.

Quoniam ea, que fiunt in tempore, labuntur cum tempore, expedit, ut scripti vel testium munimine roborentur. Hinc est, quod nos Widekindus dominus de Novo Castro ad noticiam transferentes futurorum presentibus recognoscimus Gerlaco et Adelheidi uxori sue et ipsorum pueris mansum situm in campo pertinenti ville Weldene, qui ad nos pertinere dinoscitur, in pheodo concessisse perpetuo possidendum. Volumus autem, ut, si prefatus Gerlacus, Adelheide uxore sua predicta mortua, aliam duxerit uxorem et ex ea pueros genuerit, ipsa et pueri eius in manso supradicto habeant nichil iuris. Ne autem huic facto suboriatur calumpnie spes alicuius, presens scriptum exinde confectum conscribi fecimus cum subscriptione testium, sigilli nostri munimine roboratum. Testes autem sunt: Heinricus de Biscofeshusen, Reinhardus de Ythere, Detmarus dictus Opolt, Walich de Ensen, Arnoldus de Padelburne, Theodericus de Wagenbach, Ludewicus Maz, Sybodo de Ythere, Heinricus de Urphe, milites, Wernherus de Wedelberg, Kericaste, Eberhardus de Wera, Hermannus Maz, Helwicus Skike et universi rustici in Weldene. Actum in cimiterio ibidem. Datum in festo beati Dyonisii et sociorum eius, anno Domini M°.CC°.LX° quinto.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs, Umschrift abgeblättert, dreieckiges Siegel W'.s v. N.

1045.

Hermannus de Holte prep. Noue Ecclesie *Zeuge in Urk. Bischofs Gerhard von Münster für Kl. St. Aegidii. Münster 1265 October 23.*

Gedr. UB. III, 748.

1046.

Graf Adolf von Schwalenberg bezeugt, dass sein Burgmann Engelhard von Abbenhusen sein Pfandrecht an Gütern zu Eykenhosen *dem Kl. Marienmünster resignirt habe. 1265 November 2.*

Adolphus [1]) Dei gratia comes de Swalenberg omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino. Quia veritas multotiens calumpniam patitur, expedit, ut, que coram nobis aguntur, in scripta publica redigantur. Sciant ergo presentes et posteri, quod Enkelhardus de Abbenhusen, [2]) noster castellanus, ad instanciam comitis Hermanni de Peremont [3]) feodum et omne ius, quod a fratre suo in bonis Eykenhosen [4]) habuit, ecclesie in monasterio beate Marie virginis prope Swalenberg libere resignaverat; proprietatem vero illorum bonorum comes Hermannus eidem ecclesie dedit in perpetuum coram nobis. Mortuo autem comite Hermanno Enkelhardus asserens eadem bona a fratre suo sibi in iure pignoraticio obligata et illud ius ecclesie predicte non contulisse. Ideo ecclesia et idem Enkelhardus convenerunt nobis presentibus iterato videlicet, quod Enkelhardus weddeschat pignoraticium supradictorum bonorum illi ecclesie pro decem et octo solidis gravium et legalium denariorum dedit ad redimendum. Feodum vero et pignoraticium, insuper omnia iura, que in eisdem prius habuit, secundario coram nobis sepedicte ecclesie contulit et libere cum omnibus attinenciis resignavit. In cuius rei robur

et testimonium presentem paginam cum appensione nostri sigilli fecimus communiri. Testes huius rei sunt: dominus Bertoldus plebanus in[5]) Swalenberg, dominus Willehelmus plebanus de Sumerselle[6]), dominus Borchardus[7]) et Helmbertus fratres de Holthosen, dominus Bertoldus et Olricus fratres dicti Sumerkalf[8]), dominus Hermannus de Stenhem, dominus Johannes de Wiginghosen, dominus Theodericus de Eckersten, dominus Wernerus Digbernere[9]), milites; Amelungus de Schidere, Sigehardus[10]) de Marpe, Andreas officialis comitis et alii quam plures. Acta sunt hec in opido Swalenberg, in crastino omnium sanctorum, anno Domini M.CC.LXV°.

[1]) Adolfus *C.* [2]) Abbenhosen *C.* [3]) Permont *C.* [4]) Heikenhosen *C.* [5]) de *B.* [6]) Wilhelmus — Sumersile *C.* [7]) Burchardus *C.* [8]) Sumercalff *C.* [9]) Dickberner *C.* [10]) Sighehardus *C.*

Nach Msc. I, 129 fol. 21 (B) Gehrdener Kopiar f. 49 G. 3 (C) und VII, 4512 p. 61 (D), 1 und 3 im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 173, wo andere Handschriften.

1047.

Die Brüder Ludolf Marschall und Hermann von Warburg verkaufen 16 Morgen in Westerhagen. 1265 November.

Nos Ludolphus marscalcus et Hermannus fratres de Wartberg recognoscimus, quod sedecim iugera agrorum, in campo Westerhagen sita, Borighardo Bolen et Herebordo socero suo, civibus novi opidi Wartberg, vendidimus pro sedecim marcis et ea ipsis et eorum heredibus in pheodo contulimus possidenda, ita tamen, si in festo nativitatis Domini nunc instantis ad tres annos dictis Borighardo et Herebordo vel ipsorum heredibus dictas sedecim marcas restituerimus nec dicta iugera pro summa predicta vendidimus, ea ad nos et nostros heredes revertentur. Testes sunt: Hermannus Speculum et Ecbertus fratres de Desenberg, Hinricus de Howethe, milites; Conradus de Weten, Gerhardus iudex, Hartwicus Rant, Hermannus de Dalehem, Conradus de Ossentorp, Johannes et Conradus fratres de Amelungessen et alii quam plures. In cuius etiam facti testimonium presens scriptum conscribi et nostro et opidanorum de Wartberg sigillis fecimus communiri. Datum anno Domini M°.C°C.L°X quinto, mense Novembri.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 155. Von beiden von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen die Siegel abgefallen.

1048.

Bischof Simon von Paderborn und Graf Wilhelm von Jülich versprechen für Vollführung des zwischen dem Erzbischof Engelbert und der Stadt Köln ergangenen Schiedsspruches zu wirken und treffen deshalb mehrere Anordnungen. 1265 December 4.

Gedr. Lacomblet, UB. II, 557.

1049.

Dietrich gen. von Blumenstein, s. Frau Jutta, ihre Kinder Gertrud, Kunigunde, Jutta und Werner verkaufen ihre Güter in Sungelse *für 210 Mark an Kl. Haina. Wolfhagen 1265 December 8.*

Unter den Zeugen viri fidedigni Hermannus prepositus in Aroldesen, Hermannus plebanus in Wolfhayn, Arnoldus de Ruderichesen, Gyso de Gudenborg, Johannes de Helfinberg, Warmunt, Volradus et Allexander fratres de Escheberg, Johannes de Wedelberg, Hermannus de Osterhusen, milites; Wernherus de Velsberg, Luthardus de Ryen, Volradus Allexandri filius de Escheberg, Johannes de Helfenberg junior, Theodericus Jupan, Albertus de Dytmellen, Rudegerus de Lare *und Rathmänner von Wolfhagen.*

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Haina. Von den an Pergamentstreifen angehängten Siegeln erhalten dreieckiges Siegel Johanns von Helfenberg, Maueranker.

1050.

Ritter Regenhard von Itter verkauft dem Kl. Bredelar eine ihm geschuldete jährliche Abgabe. 1265 December 28.

In nomine sancte et individue trinitatis. Omnibus hanc litteram visuris Regenhardus miles dominus castri in Ythere pacem diligere et veritatem. Acta hominum, quia cito vergunt in oblivionem et in nichilum, quin juxta decreta seniorum literarum testimonio sigillis et testibus fulciantur, ut in memoria habeantur. Presentibus igitur et futuris notum esse cupimus presencium tenore publice protestantes, quod ego et Heinricus, Conradus et Thidericus filii mei et heredes unanimi consensu et voluntate curtem nostram in Rixsuitehusen sitam jure veri dominii et libertatis ab omnibus progenitoribus nostris ad nos legitime devolutam et quiete possessam domino Allexandro abbati in Bredelar et suo conventui, ordinis Cisterciensis, sollempniter contulimus et dedimus proprietario jure, sicut nos possedimus, pacifice possidendam, ita sane ut annuam exinde nobis et heredibus nostris solverent pensionem, duodecim videlicet modios siliginis et totidem avene Curbikecensis mensure. Quam pensionem quia pro majori nostra utilitate vendere decrevimus abbatem et conventum iam dicti monasterii convenimus, ut, si eam emere vellent, libenti animo assensum preberemus. Super quo ipsi habito consilio Curbike nos adierunt comparantes ibidem a nobis mediantibus probis viris eandem pensionem titulo emptionis pro triginta et tribus marcis legalium denariorum, quos integre nobis persolverunt in continenti et nos statim cum eadem summa in restaurum hujusmodi pensionis comparavimus ab Hermanno patruo nostro dicto eciam de Ythere decimam in Rikersbroc longe nobis fructuosiorem quam predictam pensionem. Ea propter prefatam curtem cum pensione et omnibus pertinentiis suis, agris videlicet cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, piscacionibus, sicut nos antiquitus libere possedimus, iterato contulimus et dedimus favorabiliter beate Marie virgini gloriose cenobii memorati et fratribus ibidem Domino famulantibus libere et quiete proprietario jure perhenniter possidendam, plurimum ipsis de eadem faventes possessione, omni juri nostro sive advocacie, exactionis vel peticionis in eadem curte aut pensione habito cedentes absolute. Et hec cessio, uti moris est, seculari sententia fuit confirmata. Set et hoc manifestum profitemur heredibus nostris tam feminis quam masculis consencientibus universis, quia eosdem fratres in possessione ejusdem curtis introduximus et ipsis semper prestabimus cum favore de curte sepedicta et pensione veri dominii plenariam et perpetuam warandiam. Ut autem hujusmodi emptionis contractus ratus in evum et inconvulsus apud nos et heredes nostros permaneat, presens scriptum exinde conscribi fecimus et sigilli nostri impressione primitus communiri. Insuper ad majorem firmitudinem sigillis Frederici militis de Horhusen et consulum antique civitatis et nove in Curbike rogavimus confirmari. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LX° quinto, indictione VIII., in die Innocentum. Hujus rei testes sunt: Hermannus in Hogeri(n)chusen plebanus, Florinus de Rekerinchusen, Wigandus de Lellebike, milites, Walterus Comes, magister consulum Curbike, Johannes Keinpe et Bernerus fratres, Conradus de Langele, Albertus Wedereue, Euerhardus Virdach, Heinricus de Balehorn, Heinricus magister consulum nove civitatis, Johannes frater suus, Burchardus de Otmari(n)chusen et alii quam plures.

Aus Msc. VI, 125 p. 129. Gedr. Wenck, Hess. Landesgesch. II, UB. Nr. 178. Vergl. Nr. 932.

1051.

Widukind von Naumburg, Halberstädter Kanonikus, und seine Neffen schenken dem Kl. Netze Güter in Netze. 1265.

In nomine domini amen. Widekindus Dei gratia dominus Noui Castri, canonicus Haluerstadensis, Volquinus, Lodewicus, filii fratris nostri, omnibus presens scriptum intuentibus salutem in eo, qui est salus omnium. Que geruntur (in tempore, ne) cursu temporis evanescant, cum scriptis et nominibus testium perhennentur. Hinc est, quod cunctorum tam futurorum quam presentium noticie volumus esse declaratum, quod quandam hereditatem in areis et in agris in Nezze sitam, que titulo proprietatis

ad nos et ad filios fratris nostri spectabat, quam dominus Heinricus Kerickaster et sui coheredes a nobis iure feodali tenuerunt, hanc nos et Volquinus et Lodewicus filii fratris nostri de bona nostra voluntate cum consensu domini Heinrici Kerickaster et sue uxoris Gertrudis et filiorum suorum Lentfridi et Euerhardi et privigne sue Frederunis et aliorum heredum ipsorum in honorem beati Marie virginis ad usus regalis familie sanctimonialium in Nezze cum quadam filia Kerickaster et Gertrudis nomine Enstela titulo proprietatis sue contulimus perpetuo possidendam. Ne igitur hec donatio a posteris valeat retractari, presentem litteram contulimus sigillo dominii nostri in Nouo Castro et sigillo canonicatus nostri munitam. Huius rei testes sunt: dominus Wernherus de Wedelberch, dominus Lodewicus Gastmeister, dominus Heinricus de Usdach, dominus Conradus Clauiculus, milites; dominus Berno, dominus Heinricus frater suus, dominus Johannes de Wedelberch, sacerdotes; Heinricus de Herberge (et C)onradus de Gifflice, Lentfridus, Lodewicus fratres de Eluene, Lodewicus Gastmeister, Lentfridus Clauiculus, Euerhardus de Wira, Heinricus de Ren, Theodericus de Glec ... famuli, Wideroldus, Ekehardus (ca)merarius, Thetmarus Pistor, Ludolfus Flamingus, burgenses et alii quam plures. Acta enim sunt hec anno domini M°.C°C°.LX°V°.

Or. (theilweise abgeblättert) im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in weissem Wachs gut erhalten: 1) dreieckiges Siegel mit breitem gegitterten Balken, worüber drei schmale Pfähle. Umschrift: Sigillum Widekindi de Nouo castro. *2) rundes Siegel, Mutter Gottes mit dem h. Stephan wie Abbildung Schmidt, UB. d. Hochst. Halb. II, Taf. IX Nr. 63.*

1052.

Edelherr Bernhard zur Lippe urkundet über Kauf einer zu seiner Vogtei gehörigen Hufe in Böntrup (Bouinchtorpe) *seitens seines Ministerialen Gerhard gen. v. Waltrup vom Kl. Liesborn und über die ihm vom Kloster gewährte Entschädigung. Zeugen:* Alradus et Siffridus milites, castellani nostri, Wilhelmus villicus de Herinchtorpe, officialis noster. *1265.*

Gedr. UB. III, 753. Reg. Lipp. Regg. I, 221 Nr. 333.

1053.

Giso von Gudensberg verkauft dem Kl. Volkhardinghausen einen Hof. Wolfhagen 1265.

Giso de Godenbur(g) omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, in Domino salutem. Noverint universi, quod ego ex consensu Adelheidis uxoris mee, filiorum et heredum meorum curiam minorem, sitam in Holthusen, vendidimus domino preposito Hartmanno et conventui in Volchardinchusen, viginti marcas a dicto preposito et conventu pecunie numerate recipientes. Et ad sufficientem cautelam proprietatem dicte curie iam sepedicto preposito et conventui contulimus sine contradictione vel impetitione heredum aut amicorum nostrorum perpetuo possidendam. Testes huius facti sunt: dominus Hermannus plebanus in Vulfhagen, dominus Tidericus Lupus, dominus Arnoldus de Rodericsen, dominus Iohannes de Helffenberc, dominus Alexander de Escheberc, dominus Hermannus de Hosterhusen, dominus Tidericus de Blomsten, dominus Warmundus, Iohannes de Helffenberc iuvenis, Heinricus de Hosterhusen, Iohannes Spirinch, Albertus de Langele, Hermannus rector scolarium dictus Bittersole, Heinricus de Lencgeuelt et alii quam plures. Et quia dominus Tidericus Lupus huic facto interfuit, presens scriptum ipsius, videlicet domini Tiderici, et civitatis in Wlfhagen sigillis etiam et proprio dicto preposito et conventui dandum duximus roboratum. Datum et actum in castro Wlfhagen, anno Domini M°.C°C.LX°.V°.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen 1) das Siegel des Ausstellers, das mit Schrägbalken belegte Schachbrett; 2) das grosse runde Siegel der Stadt, der Reiter mit den Wölfen auf Schild- und Pferdedecke; 3) fehlt sammt Befestigung. Auf der Rückseite von Hand saec. XVI: littere pertinentes ad minorem curiam Hoilthusen, ad quam spectat de Coluersbreide et alia prope Twyste.

1054.

Vitzthum Heidenreich von Rusteberg verzichtet auf alle Ansprüche an Besitzungen auf dem Sutberg, *die Erzbischof Gerhard von Mainz dem Kl. Hardehausen geschenkt hat. 1265.*

Ego Hedhenricus vicedomnus[1]) de Rusteb(erg) ... paginam inspecturis salutem eternam. Cum nos ... Herswithehusen supra dupla parte decime et tribus mansis in monte Suth(berg) ... vertebatur, sic decisa est, quod ego Hedhenricus vicedomnus de Ru(steberg), ... Theodericus, item Theodericus Hermannus et filius meus Theodericus recep(tis) .... gravium denariorum renuntiavimus penitus omni actioni et iuri, quod nobis in premissis bonis competere videbatur, gratam et ratam habentes donationem proprietatis, quam fecit eis supra predictis bonis dominus Gerhardus archiepiscopus Moguntinus. Verum quia in plena amicicia composuimus, volentes precavere, ne in posterum aliquid molestie contra eos vel calumpnie super ista causa suboriri possit a nostris successoribus, presentem paginam ego Hedhenricus et prepositus Luppoldus frater meus sygyllis nostris duximus roborandam. Alii vero fratres nostri, quia propria sygylla non habent, nostris contenti sunt. Insuper consensimus ad efficatius munimen et testimonium, quod dominus Ludolfus comes de Dasle et cives Geismarienses, qui ad hanc compositionem laboraverunt, sygillorum suorum appensione hec gesta fidelia confirmarent. Datum anno Domini M°.C°CLXV.

[1]) *So Or.*

Or. (oben ein Stück ausgerissen) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 154. Die vier Siegel von den Pergamentstreifen ab. Ueber die Schenkung des Erzbischofs und die Theilnahme des Ausstellers vgl. Nr. 537 und 538.

1055.

Verzichtleistung des Vitzthums Heidenreich von Rüsteberg zu Gunsten des Kl. Hardehausen. O. J. (Um 1265.)

Universis presentem paginam inspecturis. Nos Hedenricus vicedominus in Rusteberg fratresque mei cupimus esse notum, quod de consensu heredum nostrorum tribus mansis in Sutberg et decima ibidem, de quibus conventui in Herswindehusen materiam questionis movere[1]) videbamur, abrenunciamus penitus cum iure, quod nobis in predictis mansis et decima conpetere videbatur, presentium (testi)monio litterarum. Ad maiorem evidentiam huius facti presentem litteram (sigillis) domini prepositi Northunensis fratris nostri ac Hedenrici vicedomini antedicti ... duximus roborandam.

[1]) moveri *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 154. Die Siegel von den Pergamentstreifen ab. Vgl. vor. Nr.

1056.

Bischof Simon von Paderborn vermittelt zwischen seinen beiden Neffen Bernhard IV. u. Hermann III. zur Lippe einen Besitzvergleich. O. J. (1265—1270.)

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus, Engilbertus comes de Marca, H(enricus) de Hoya, Ot(to) de Rauensberg et A(dolfus) de Walhecke, comites, omnibus hoc scriptum percepturis salutem. Noverint universi, quod B(ernardus) dominus de Lippia in compositione, quam cum fratre suo per viros nobiles ordinavit, fide media promisit Hermanno domino de Lippia, Hermanno de Monasterio, Iohanne de Rechethe, Conrado de Amelungessen, Sifrido de Huffe, Alrado Nigro, Gotscalco Slauo, Reinfrido de Busche, Bernhardo dicto Wlf, militibus, et Hinrico Slauo fideiussoribus constitutis, quod omnia bona, que in parte fratris sui nunc post compositionem primam, cum pater sibi castrum Rethe reliquit, per ipsum fuerint vendita vel quocunque modo alienata, fratri suo ante festum beati Martini nunc instantis restituet expedita sive absoluta. Quod si non fecerit et a fratre super eo culpatus fuerit, cum fideiussoribus predictis Paderborne vel Bileuelde intrabit, non exiturus, quousque cum ipso composuerit in amicicia vel in iure. E converso vero Hermannus bona, que per ipsum vel patrem

post compositionem primam aligenata fuerint, in parte fratris senioris pro sorte obligationis fratri suo relaxabit, in parte altera obligata et de parte relaxata predictus frater senior cum fideiussoribus suis non tenetur. Ad hec de dote sororis fratrum predictorum, Heilewigis videlicet, ita condictum est, quod Bernardus frater senior cum dictis fideiussoribus fide media promisit, quod trescentas marcas puri argenti solvet de ipsa dote in temporibus, que solutioni fuerint deputata, vel cum IIII militibus Paderborne intrabit, inde non exiturus, nisi prius dos predicta fuerit persoluta.

Gleichzeitige Pergamentausfertigung ohne Besiegelungsspur im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 229. Die Datirung ergibt sich aus der Regierungszeit der verschiedenen Aussteller. Heilwig zur Lippe ist gänzlich unbekannt. Auf der Rückseite finden sich folgende Abgabe-Aufzeichnungen: Iohannes et Hecbertus de Bennenhosen quatuordecim solidos, Wernherus de Susse X solidos, Heinricus et Hermannus de Hildemanninchosen decem et octo solidos, Bertoldus de Hildemanninchosen IIII solidos, Herman et Lubbrath decem solidos, Heinricus et Frethericus fratres decem solidos, Heinric Lutheric IIII solidos, Ludolf de Werinchosen II solidos, Heinric bir(?) Lake II solidos, Heine II solidos, Herman Breuis II solidos, Ernestus de Withem fertonem, Euerhardus de Withem V solidos, Arnoldus de Caterbeke sex solidos, Ecbertus Haghene IIII solidos, fratres de Westlanghen fertonem, custos de Westlanghem solidum, Alexander de Werinchosen fertonem, Iohannes Magnus fertonem.

1057.

Äbtissin Pinnosa von Herford beauftragt ihren Beamten in Leutesdorf mit dem Neubau ihres verfallenen Klosterhauses daselbst. O. J. (1265—1276.)

P(innosa) Dei gratia Heruordensis ecclesie abbatissa, preposita, decana totusque conventus eiusdem speciali suo Siffrido in Ludenstorp salutem et quicquid possunt pro meritis(?) cum affectu. Domum in Ludenstorp nimia vetustate collapsam intendimus reparare propriis sumptibus et expensis. Rogamus igitur omni diligencia, qua possumus, quatinus in continenti lapidibus ac aliis necessariis preparandis te exhibeas benivolum et paratum. Nos enim omni ambiguitate postposita infra festum Pentecostes proxime venturum tibi ad hoc pecuniam (prestabimus. Tu) autem nobis omnes diligenter circumstancias rescribas, te in hiis et aliis talem exhibens, ut tuam sedulitatem teneamur merito commendare.

Or. (stark beschädigt) im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 59. Vom Siegel der Äbtissin noch Bruchstücke beiliegend erhalten. Datirung nach Regierungsjahren der Äbtissin.

1058.

Graf Adolf von Schwalenberg und der Rath der Stadt Lügde bekunden Verzichtleistung auf Güter in Hummersen zu Gunsten des Kl. Falkenhagen. O. J. (Um 1265.)

A(dolfus) Dei gracia comes de Sualenberg et universitas consulum opidi in Luthe omnibus hanc paginam inspecturis notum esse cupimus et presentibus publice profitemur, quod, quando domino Wilhelmo de Sumersile plebano, domino Iohanne de Beldersen, domino Heinrico de Valkenhagen capellano, sacerdotibus, domino Bertoldo Sumerkalf milite, Bernhardo de Luthe iudice, Arnoldo de Ottersen, Hermanno Haken, Ernesto de Homersen, omnibus conversis eiusdem ecclesie Valkenh(agen), et aliis quam pluribus presentibus actio, quam Heinricus dictus de Homersen, civis in Luthe, habuit contra ecclesiam Ualkenh(agen) pro quibusdam bonis Homersen sitis, quorum proprietatem dicta ecclesia Ualkenh(agen) contraxerat a patruelibus eiusdem H(enrici), ipse vero H(einricus) hoc eo minime consenciente factum esse asseruit, cassata pro una marca denariorum legalium et uno porco valente unum fertonem argenti penitus extitisset, idem H(einricus) tam pro se quam pro suis heredibus, ut supradicta firma et inconvulsa permaneant, renunciavit coram nobis omni actioni, quam de

memaratis bonis habere posset. Renunciavit etiam coram nobis omni actioni, quam habuit contra eandem ecclesiam pro duabus prebendis, quas sibi et uxori sue esse asseruit assignatas, supplicans nobis intimo ex affectu, quatinus hec supradicta firmiter munire nostrorum sigillorum robore curaremus. Data.

Or. im Fürstl. Lippischen Archiv zu Detmold. An Pergamentstreifen Siegel des Gr. Adolf (= Grupen Orig. Germ. 3, 111) und der Stadt Lügde (Schlüssel und Pyrmonter Ankerkreuz mit grossentheils zerstörter Umschrift) vgl. Westf. Siegel II, Taf. 8 Nr. 5. Das Datum ist nicht ausgefüllt, die unterste Zeile durch die Plicatura verdeckt, das Wort Data *durchschnitten bei Befestigung des ersten Siegels. Reg. Lipp. Regg. I, 222 Nr. 334.*

1059.

Rathmänner von Marsberg bekunden Güterverkauf in Aspe. Kl. Bredelar 1266 Januar 8.

In nomine Domini amen. Omnibus hanc litteram visuris consules Montis Martis notum esse cupimus publice protestantes, prout audivimus et vidimus, quod Adam miles dictus de Aspe noster burgensis, libere conditionis homo, quedam bona habuit in medio ville iam dicte Aspe sita, quindecim moldra solventia, que de plenario consensu et voluntate Arnoldi militis de Roderikessen generi sui et uxoris sue domine Sophie filie iam dicte Ade et filiorum eius Arno(l)di et Heinrici et liberorum eius reliquorum heredumque omnium legitimorum domino Alexandro abbate de Breydelar plurimum, ut emerent, exhibuit, quia potius ipsis quam alicui persone seculari faveret; nam tria moldra siliginis et totidem avene ad domos fratrum et sororum in oppido nostro legaverat de eisdem bonis annuatim solvenda. Super qua emptione abbas et conventus monasterii prefati habito inter se consilio comparaverunt ab ipso milite duo moldra ordei et dimidium, sex avene et dimidium eorundem bonorum titulo emptionis pro duodecim marcis legalium denariorum, quam summam statim integre sibi solverunt, et ipse eandem partim filiabus suis distribuit, partim religiosis et pauperibus pro remedio anime sue et carorum suorum erogavit. Postea fratres monasterii prelibati in possessionem eorundem bonorum presentibus predicte ville civibus sollempniter introduxit necnon et ipsa bona cum omnibus pertinentiis suis, agris videlicet cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus favorabiliter assignavit proprietario iure, sicut ipse pacifice possedit, eisdem fratribus perpetuo possidenda, ita quod de eisdem bonis, sicut superius dictum est, tria moldra siliginis et totidem avene in oppido nostro persolvant annuatim in domos fratrum et sororum equaliter parcienda, hoc tamen excepto, ut, si intemperies aeris vel plaga communis, utpote prelii, incendii, vastationis seu sterilitatis emerserit, que solutionem totalem eorundem bonorum minoraverit, dampnum huiusmodi defectus tam predicte domus apud nos quam conventus claustri prefati equaliter tolerabunt. Hiis ita ordinatis isdem miles omni iuri suo in eisdem bonis habito publice cedens warandiam etiam de eisdem se semper prestare promisit in hiis et omnibus premissis heredibus suis tam feminis quam masculis consentientibus universis. Ne igitur ordinationis huiusmodi et emptionis contractum coram nobis legitime stabilitum aliquis imposterum timore Dei postposito attemptet impedire, predictos religiosos in possessione sive perceptione eorundem bonorum molestando, quod utique tamquam propriam iniuriam doleremus, presentem cartam exinde conscriptam sigillo nostro communivimus rogatu predicti militis et favore religionis speque eterne retributionis. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°XV°I., indictione nona, VI. Idus Ianuarii. Huius rei testes sunt: Elgerus quondam prepositus in Aroldessen, Albertus de Mulenhusen, magister consulum Montis Martis, Bertoldus iudex et frater suus Ludolfus, Ludolfus de Capella, Heinricus et Iohannes filii sui, Heinricus de Odenhusen et frater suus Thidericus, Bertoldus de Huxaria et Helmwicus fratres, Conradus de Vesperde et Iohannes fratres, Hermannus Monetarii et Lodewicus fratres, Heinricus Morel, Hermannus de Flessenger et consules omnes, Thidericus de Horhusen, Iohannes de Brocbike, milites, Ludolfus de Mezenchusen.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 84. Von den beiden an Pergamentstreifen angehängten Siegeln Bruchstück des erstern, Arnold's v. R., mit dem Maueranker erhalten; noch ein dritter Einschnitt. Der Schwiegersohn Adam's, Arnold von Roderikessen, erwähnt in seiner Bestätigungsurkunde Siegel von Wolfhagen, vgl. Nr. 1087.

1060.

Äbtissin Ermgard von Heerse bekundet einen Übertrag an Kl. Willebadessen seitens eines ihrer Ministerialen. Heerse 1266 Januar 21.

Ermegardis Dei gratia Herisiensis ecclesie abbatissa universis presens visuris perpetuam in Domino salutem. Presentibus protestamur, quod coram nobis et cum nostro consensu Ludolfus miles de Herisia, ministerialis noster, et filii sui, dominus Sweterus canonicus Paderbornensis, Ludolfus canonicus ecclesie nostre, Albero miles, Johannes et Theodericus[1]) ecclesie Wilbodessen, in recompensationem[2]) XVI marcarum, in quibus eidem ecclesie tenebantur, bona in Wirdessen, quicquid videlicet in eis iuris habebant, et feminam quandam nomine Marburgim cum universa prole sua genita vel gignenda liberaliter contulerunt. Insuper pensionem duorum solidorum, quam predicta ecclesia ipsis solvere consuevit, eidem ecclesie resignarunt. Nos autem collacionem supradictam approbantes et ratificantes presentibus confirmamus, litteris sigilli nostri munimine roboratis. Testes hii sunt: Conegundis preposita, Mechtildis[3]) decana, Alheidis thesauraria, Theodericus prepositus in Wilbodessen, Thetmarus plebanus ibidem, Hermannus, Herebertus, canonici ecclesie nostre, Fredericus[4]) miles de Istentorp, Bernhardus camerarius, et alii quam plures. Acta sunt hec Herisie, anno domini M°.C°C.LXV°I., XI°I. Kalendas Februarii.

[1]) Tiodericus *B.* [2]) compensationem *B.* [3]) Mechildis *B.* [4]) Fridericus *C.*

Nach Willebadessener Kopiar saec. XV./XVI. fol. 79v im Stadtarchiv Dortmund (B) und Overham's Koll. I. fol. 55, unvollständig, im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (C).

1061.

Bischof Simon von Paderborn bekundet Memorienstiftungen derer von Allhausen im Kl. Gehrden. Iburg 1266 Februar 7.

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris in perpetuum salutem in eo, qui est omnium vera salus. Noverint universi tam presentes quam posteri, quod Hugo bone memorie miles de Alle(n)husen tres solidos legalium denariorum ecclesie Gerdensi contulit in molendino suo Holthusen compos sui pro memoria sua peragenda perpetualiter persolvendos. Extunc eciam Henricus miles, filius prefati Hugonis, similiter tres solidos pro sua suorumque memoria in eodem molendino tradidit. Itaque in festo beati Michaelis annis singulis dimidia marca denariorum legalium persolvatur. Postmodum eciam Olricus de Allenhusen, qui ecclesie Gerdensi super premissis questionem movere inceperat, tandem saniore ductus consilio, prefatam ordinationem benigne, libere et favorabiliter approbavit, quousque de consilio et consensu prepositi et conventus predicte ecclesie equales redditus propriis denariis compararet perpetualiter persolvendos. Et nos ad perpetuam evidentiam huius facti presens scriptum nostro et ecclesie nostre sigillis fecimus communiri coram testibus subnotatis: Bertoldo et Olrico fratribus dictis Sommercalf, Amelungo de Driborg, Udone Summercalf, Ludewico Bulemast, Conrado Stapel, Arnoldo Scrapen, Wernero de Brakelo, militibus, Henrico et Johanne fratribus de Driborg, Olrico de Ermwordessen, Engelberto dicto Scrapen, Conrado de Gerden, famulis et ceteris quam pluribus. Datum Iborg, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, septimo Idus Februarii.

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 28 D 11. Der Ortsname Holthusen *wiederholt sich im Paderborner Lande so oft, dass ohne nähere Anhaltspunkte nicht zu erkennen, von welchem Holthusen hier die Rede ist. Nach Maassgabe des Wohnorts des Schenkers kann* Holthusen *(Holzhausen) bei Nieheim, bei Hinnenburg, bei Istrup oder auch bei Borgentreich, letztere drei wüst, gemeint sein.*

1062.

Edelherr Konrad von Schöneberg verkauft Vogteirechte an Kl. Willebadessen. Schöneberg 1266 Februar 23.

Conradus nobilis de Schonenberch universis presens scriptum visuris et audituris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quoniam ab interitu mortalium vive vocis deficit probatio, proinde conservatur actorum veritas instrumentis. Hinc est, quod scire cupimus tam presentes quam posteros, quod domino Thiderico[1]) preposito Wilbodessensi ac conventui et ecclesie sue de libero consensu fratris nostri Bertoldi, Alheidis uxoris nostre ac heredum nostrorum omnium advocaciam nostram in villa Wirdissen[2]) in duabus curiis, una videlicet, quam ecclesia Wilbodessensis ab Hermanno dicto de Dwergen emptionis titulo comparavit, et alia curia, quam Giselerus ab ecclesia Herisiensi tenet in pheodo, tam in ipsis curiis quam in omnibus ad ipsas pertinentibus pro tredecim marcis gravis monete vendidimus perpetuo possidendam, et presentibus renunciamus omni iuri, nos et heredes nostri, quod in predicta advocacia habuimus sive habere aliquomodo videbamur. Et ut presens scriptum ac factum ipsum perpetuam obtineat roboris firmitatem, testes sunt adhibiti subnotati: Ludolfus comes de Dasle[3]), Hermannus nobilis de Osede, Wedekyndus[4]) de Humme, Regenhardus de Gothardessen, Ludolfus de Humbrachtessen, Henricus de Haldunghen[5]), milites; Johannes de Lubeke, Rotherus de Rosbike[6]), Ludolfus de Humbrachtessen et fratres sui, Florinus de Wartberg[7]), Hogerus et alii quam plures. Ad maiorem etiam evidentiam huius facti presens scriptum sigillo nostro roboravimus et sigillo venerabilis domini nostri episcopi Paderbornensis petivimus communiri in testimonium et munimen. Et nos testes suprascripti[8]) recognoscimus omnia predicta esse vera et sigillis appensis contenti sumus. Actum et datum Schonenberch in castro nostro, anno M°.C°C.LXVI°., in vigilia beati Matthie apostoli.

[1]) Tiderico *B.* [2]) Wirdessen *C.* [3]) Dalle *B.* [4]) Wedekindus *C.* [5]) Haldungen *C.* [6]) Rothes de Rosbicke *B.* [7]) Warborg *B.* [8]) subscripti *B.*

Nach Willebadessener Kopiar saec. XV/XVI f. 71v im Stadtarchiv Dortmund (B); Overhams Koll. I. fol. 55 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (C). Zu Wirdissen *vgl. Nr. 1060. Gedr. Wigand Arch. IV, 155 mit einigen Abweichungen.*

1063.

Edelherr Berthold von Büren senior *und sein Sohn Berthold Zeugen bei Streitschlichtung des Marschalls Arnold von Westfalen wegen Güter in Schwefe. 1266 April 2.*

Gedr. Seibertz UB. I, 334.

1064.

Edelherr Heinrich von Waldeck wird von Erzbischof Werner von Mainz in der Bestimmung, dass die Brudersöhne Widukinds von Naumburg in ihrem Theile der Stadt Naumburg beliebig Burgmänner aufnehmen können, ausdrücklich ausgenommen. Mainz 1266 April 2.

Gedr. Gudenus, Cod. dipl. I, 714. Litteratur Böhmer-Will, Regg. Arch. Mag. II, 367 Nr. 153.

1065.

Graf Otto von Everstein übereignet dem Kl. Wormeln das Patronat der Kirche in Heddinghausen. Volkmarsen 1266 April 8.

Otto Dei gratia comes de Eversten universis presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod patronatum ecclesie in Heddinchosen cenobio Wormlon pure pro Dei amore contulimus, cuius proprietas ad nos spectare videtur. Ut autem hec rata et omni ambiguitate seclusa permaneant, presentem paginam munimine nostri sigilli fecimus roborari. Testes huius facti sunt: Henricus archipresbiter sedis Witmare, Hermannus rector scolarium in Volcmersen, Ernestus miles de Howede, Helwicus sculthetus de

Wartberge, Borchardus de Legtenvils, Rodolphus et Henricus fratres dicti de Berken, Alexander de Tuiste, Borchardus de Benuilte, Gotfridus de Helsen et alii quam plures. Acta sunt hec in Volcmersen, VI. Idus Aprilis anno Domini M°.C°C.L°XV°I.

Or. im Pfarrarchiv zu Wormeln. Vom angehängten Siegel nur ein Rest vorhanden, auf welchem gekrönter Löwenkopf mit einer Tatze. Auszüglich gedr. Spilcker, Everstein Nr. 138 und Seibertz UB. I, 335. Im Msc. VII, 4519 im Kgl. St.-A. Münster p. 7 ist dazu bemerkt: Hec collatio fraudulenter quondam sublata sub conditione tali, quod ecclesia in Germette in jus nostrum transiret pro alia ecclesia.

1066.

Graf Heinrich v. Waldeck d. j. bekundet, dass Ludwig von Züschen allen Ansprüchen auf Güter in Altendorf und Hebel zu Gunsten des Kl. Haina entsagt hat. Fritzlar 1266 April 25.

Or. (sehr defekt) im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Haina. Siegel und Befestigung fehlen. Vgl. Wenck, Hess. Landesgesch. II, 1016 Anm. e.

1067.

Edelherr Gyso von Gudensberg bekundet Verzicht zweier Brüder auf zwei Hufen zu Gunsten des Kl. Hardehausen. Gudensberg 1266 April 25.

Gyso vir nobilis de Godenesberg universis hoc scriptum audituris salutem in Domino. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod Eilhardus et Andreas frater suus causam habebant adversus abbatem et conventum de Herswithehusen super quibusdam mansis in Roden, que, cum coram nobis ventilaretur, visum est nobis et aliis discretis viris, quod ex parte ipsorum contra viros religiosos iniuste proponeretur, unde ad consilium nostrum cedentes omnino a iure, quod existimabant sibi competere in bonis supradictis et errorem suum profitentes, publice coram nobis renuntiaverunt penitus actioni. Huius rei testes sunt: dominus Godescalcus plebanus in Godenesberg, Conradus miles de Werhene, Conradus et Theodericus fratres de Elbene, Everhardus sculthetus de Godenesberg, Gunthardus et alii quam plures. Datum in Godenesberg, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, in die beati Marci ewangeliste.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 159. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1068.

Bischof Simon von Paderborn verlegt Stift Nigenkerken nach Höxter. Paderborn 1266 April 27.

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus omnibus hanc paginam inspecturis salutem in vero salutari. Cum omnis etas ab adolescentia sua prona sit ad malum ideoque hominum malitia succrescente in tantum invaluerit predonum audatia, quod viri ecclesiastici maxime seculares canonici extra munitiones nequeunt cum securitate debita Domino famulari nos attendentes, quod nova conventualis ecclesia sita inter Corbeiam et Huxariam, nostre diocesis, propter predonum insultus et tribulationes varias honore in debito in divinis et in observantia religionis antique est modis omnibus destituta et canonicorum edificiis destructis incendio ipsi, necessitate urgente, nolentes et dolentes reliquerunt eandem ecclesiam desolatam et insuper perpendentes utilitatem in vario prebendarum incremento ipsam ecclesiam cum suo conventu et cum reliquiis beati Pauli et beate Luttrudis cum sepultura mortuorum et scolis nostri capituli et aliorum discretorum accedente consilio et consensu in locum alium munitum, videlicet Huxariam, in nomine patris et filii et spiritus sancti transferimus ad ecclesiam beati Petri, volentes et constituentes et in virtute sancte obedientie precipiendo mandantes, ut prepositus, decanus et capitulum sic translati a nobis disciplinam et religionem, quam ipsorum antecessores in Noua Ecclesia olim servare consueverunt, observent ac omnem honorem et justiciam, quam Corbeiensi ecclesie statutis temporibus in processionibus facere consueverunt, in Huxaria residentes ipsi Corbeiensi ecclesie faciant reverenter, ac si in Noua Ecclesia

personaliter residerent. Volumus etiam et constituimus, quod dicta ecclesia sancti Petri cum suo conventu et cum sua emunitate gaudeat, quantum ad libertatem, tam in personis quam in rebus privilegio, quo gaudet nostra Paderbornensis ecclesia secundum constitutiones canonicas et legales. Precipimus etiam, quod dicta Noua Ecclesia auctoritate capituli sancti Petri Huxariensis per honestum et bone conversationis presbiterum officietur perpetuo in divinis. Ut autem hec rata et inconvulsa subsistant, presentem litteram tradidimus nostri et capituli nostri sigillorum appensionibus roboratam. Actum et datum in Paderborne anno Domini M°.C°C.LXVI., V°. Kalendas Maii.

Or. in zwei Ausfertigungen, die eine im Kgl. St.-A. Münster, St. Petri-Höxter, beide Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen; die zweite im Generalvikariatsarchiv in Paderborn; erstes Siegel ab, an zweiter Stelle hängt an Pergamentstreifen das am Rande verletzte grosse runde Paderborner Kapitelssiegel. Auf dem Rücken dieses Or. steht auf einem zu diesem Zwecke aufgeklebten Pergamentstreifen (anscheinend von Schatens Hand): reparata est haec charta A. 1662 sub Ferdinando epo. Paderb. *Gedr. Schaten ad annum und Ztschr. d. Berg. Gesch.-Vereins, IV, 244. Ueber die ferneren Schicksale des Stifts vergl. u. Urk. von 1284 Mai 13, welche Schaten zum Jahre 1264 brachte und dadurch die Geschichte des Stifts verwirrte.*

1069.

Bischof Simon von Paderborn bekundet Streitbeilegung zwischen Äbtissin des Stifts Geseke und Stadt wegen der von den Bürgern zu zahlenden Pflugpfennige in der Weise, dass die Stadt jährlich zwei Solidi zahlt. Mitsiegler Arnold, Kölnischer Marschall, und Stadt Geseke. 1266 April 27.

Gedr. Seibertz UB. I, 337.

1070.

Bischof Simon v. Paderborn überträgt dem Kl. Hardehausen das Eigenthum über die von ihm angekauften Güter gegen Wachsabgaben an die Domkirche u. deren Thesaurar. Paderborn 1266 April 28.

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis scriptum presens visuris salutem in auctore salutis. Ut a presentibus tollatur dubium et futuris veritas elucescat, presentis scripti testimonio cupimus declarari, quod circa ecclesiam Herswedehusen, quam cum universitate ecclesie nostre speciali favore prosequimur, moti affectu gratie specialis, proprietatem et dominium in parvo Dasburg et magno Corbeke, quas prefata ecclesia Herswedehusen emptionis tytulo comparavit, et que ab omnibus personis intermediis, que ius pheodale in ipsis habebant vel se habere dicebant, in nostris manibus resignarunt, libera resignatione ab ipsis recepta de communi consensu capituli et ecclesie nostre predicte ecclesie dedimus et transtulimus in ipsam perpetuo possidenda. Et in recognitionem huiusmodi donationis facte prenominata ecclesia Herswedehusen dabit ecclesie nostre Paderbornensi octo libras cere, et thesaurario, qui pro tempore, solvet et presentabit easdem octo libras cere in festo purificationis beate virginis annuatim. In cuius facti testimonium presens scriptum eidem ecclesie dedimus nostro et ecclesie nostre sigillorum munimine roboratum. Testes etiam aderant subnotati canonici maioris et secundarie ecclesiarum Paderbornensium: Rabodo decanus, Euerhardus de Heruorde, magister Iohannes decanus Hildensemensis, Widekindus de Osede, magister Mauricius cantor, Iohannes Stapel, Henricus cellerarius, Waltherus thesaurarius, Hermannus scolasticus, Godebertus, Tydericus de Sosato, Fredericus de Her(isia), Swederus de Herisia, Amelungus, Wernherus de Pathberg, Otto de Rethberg, Bernhardus de Warendorp, Tydericus prepositus orientalis ecclesie, Bertoldus de Sconenberg, Regenhardus decanus, Gerhardus custos, Hildeboldus scolasticus, Volquinus cellerarius, Ludolfus cantor, Bertoldus de Brakel, magister Arnoldus, magister Thedericus, Andreas, magister Bor(c)hardus et alii quam plures clerici et layci. Nos Iohannes divina providentia abbas et conventus ecclesie Herswedehusensis

recognoscimus, predicta, sicut scripta sunt, omnia ita esse, quod per appensionem sigilli nostri publice protestamur. Actum et datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXV°I., II°II. Kalendas Maii, pontificatus nostri anno vicesimo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 232. An Pergamentstreifen 1) kleines Bruchstück vom Siegel des Bischofs; 2) spitzovales kleines Siegel des Abts Johann von Hardehausen, im Siegelfeld eine Hand aus weitem Ärmel hält einen Krummstab; über und unter dem Ärmel je eine Lilie, die sich auf der andern Seite des Stabes mit ober- und unterhalb befindlichen Rosen wiederholt, wie Westf. Siegel III Taf. 125 Nr. 2; 3) die Hälfte des Siegels des Paderborner Domkapitels. Schaten erwähnt die Urk. ad annum.

1071.

Edelherr Hermann zur Lippe Mitsiegler in Urk. Propst's Luttfried für Kl. Lippstadt. 1266 April. Reg. Lipp. Regg. II, 19 Nr. 496.

1072.

Landfriedensbündniss zwischen Bischof Simon von Paderborn und Heinrich, Landgrafen und Herrn von Hessen. Im Lager zu Elsingen 1266 Juni 6.

Nos Simon Dei gratia Paderbornensis episcopus et Henricus lantgravius dominus Hassye universis hoc scriptum visuris notum facimus, quod atten(dentes) utilitatem, commodum et honorem, que nobis, terris nostris et subditis universis ex mutuis promotionibus, auxiliis et ex virtute pacis provenire poterunt, hi(nc vel i)nde generalem pacem patrie nostre (et fi)dele auxilium observare promisimus fide prestita corporali contra omnes, exceptis hiis, qui inferius sunt excepti. Et si spolium acciderit et pax facta fuerit, sine more dispendio spoliatores pro nostris viribus prosequemur, quousque consequamur plenam iusticiam ab eisdem, et si quis in aliquo iudicio . . . spolio sive iniuria obligatus fuerit in terra (domini) Paderbornensis, . . . reus iudicabitur secundum ius et consuetudinem t(erre. In ter)ra vero lantgravii secundum suam (consuetudinem ius) sumunt. Ceterum si quis motu proprio et contemptis iudicibus sive diffinitoribus ad hoc statutis pignus ullum acceperit ad restitutionem super . . . ens fuerit vel rebellis, communicato consilio et auxilio generali sicut predo publicus compelletur debitam ad (emendam), et hec emenda ce . . . terra delictum (fuerit) perpetratum. Ad hec si quis nostrum reliquum in terram suam in auxilium evocaverit, eidem . . . victualibus (provi)debit . . . vero . . . (similiter?) ipsum absque emenda alterius tolerabit. Simile erit de bonis acquisitis, que . . . casus se obtulerit (prenom?)inatus . . . autem promisso. Ex parte (domini) Paderbornensis episcopi sunt excepti venerabiles domini Maguntinus et Coloniensis archiepiscopi, comes Godefridus de Cygenhagen et ceteri sui propinqui (et consanguinei) et amici, (ex) parte vero lant(gravii) venerabiles domini Maguntinus et Coloniensis archiepiscopi, abbas Fuldensis, dux de (Bru)neswic, pueri quondam ducis (Otton)is, fratres [1]) sui, lantgravius . . ., comes Hermannus de Hinnenberg et ceteri sui propinqui, consanguinei et amici. Preterea (si quis) . . . super iniuriis sive d(ampnis) . . . emerser(it), . . . (im)posterum ad decidendam ipsam questionem in amicicia vel in iure judices sunt statuti ex parte (domini Paderbornensis) Albertus de Scardenberg, . . . nobilis (Hermannus) (Bir)cule, ex parte vero (lantgra)vii Giso de Gudensberg et Wernerus de Gudenburc fratres et Otto comes de Everstein iudex . . ., qui decident (in amicicia vel) in iure et maiori parti consentientium parebitur utrobique. Si quis etiam predictorum decesserit, alius iudex infra mensem substituetur eidem. (Ut autem) . . . optineant roboris firmitatem, fideiuss(ores) hinc et inde sunt statuti, quorum nomina subnotata . . . Ex parte domini Paderbornensis Albertus de Scardenberg, . . . de Kalenberg, Thidericus Grope, Volpertus de Eysen, Gerhardus de Dinckelburc, Godescalcus de Dinchelburc, Ernestus de Howede, Hermannus de Holthusen, Godescalcus de Wel(l)ede, Bertholdus dictus Somercalfh, ex parte vero lantgravii Giso de Gudensberg et Wernerus de Gudenburc, frater eius, Giso de (Guden)burc, Johannes de Helphenberg, Waremunt de Wulfhain, Johannes de

Wiedelberg, Echardus de Tuerne, Everardus et Thidericus de Gudenburc fratres et Hen(ricus de) Blumenstein. Actum et datum in campo aput Elsingen, VIII. Idus Junii, anno Domini M°.C°C.L°X sexto.

[1]) *Or. wohl irrig* fratris.

Or. (zum Theil durch Mäusefrass zerstört) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 233. Ein Pergamentstreifen, von dem Siegel ab, hängt an. Einzelnes ist nach dem frühern Bündniss der beiden Aussteller von 1265 März 16 (vgl. Nr. 1026) ergänzt, da mehrere Bestimmungen desselben mit diesem übereinstimmen. Beide Verträge sind am selben Orte geschlossen. Gedr. lückenhaft Spilcker, Everstein Nr. 139. Ueber Graf Hermann v. Hinnenberg vgl. Asseb. UB. I, 329 Anm. u. XVI.

1073.

Abt Johann von Hardehausen Z. in Verkaufsurkunde eines Grundstücks in Fritzlar seitens dortiger Kanoniker an Kl. Haina. 1266 Juni 9.

Or. (sehr defekt) im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Haina. Siegel und Befestigung fehlen.

1074.

Die Wittwe eines Paderborner Bürgers schenkt Kl. Abdinghof zu einer Memorienstiftung Äcker. 1266 Juni 22.

Noverint universi presens scriptum visuri, quod ego Iutta relicta Gerbodonis, quondam civis Paderbornensis, pro remedio animarum mariti mei prenominati et Henrici monachi fratris mei bone recordationis et pro salute propria et pro nostra memoria annis singulis peragenda quosdam agros sitos apud locum, qui dicitur Hatherbusch, quatuor videlicet iugera ecclesie sancti Pauli Paderbornensis contuli liberaliter et donavi, filio meo Iohanne consentiente et eisdem agris renuntiante coram iudice et consulibus civitatis Paderbornensis. Quare nos iudex, . . magistri consulum et consules predictam donationem coram nobis a prefata Iutta factam et a Iohanne filio eius approbatam protestantes ad peticionem ipsius vidue et filii eius Iohannis presenti scripto sigillum civitatis nostre duximus apponendum. Unde et nostra ac aliorum testium nomina presenti pagine sunt inscripta, scilicet Rotgerus iudex, Andreas Vultur senior et Isherus de Oldendorpessen magistri burgensium, Isherus maior, Helmicus Vulpes, Iohannes de Scherue, Iohannes de Lessede, Conradus de Tito, Godescalcus de Saltkoten, Albertus Paganus, Conradus de Andopen, Volbernus quondam iudex, Conradus de Vilse et alii plures. Actum anno Domini M°.C°C.LXVI°., X. Kalendas Iulii.

Aus Msc. VII. 4217 f. 166 v im Kgl. St.-A. Münster.

1075.

Bischof Simon von Paderborn bekundet die Uebergabe seines Kornspeichers in Warburg. Delbrück 1266 Juli 15.

Simon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris notum facimus et publice protestamur, quod granarium in castro Wartburg, quod nostrum fuerat, fratribus dictis (. . . de Papenheim?) nec non castellanis nostris pro castrensi feudo cum structura et area porreximus iure hereditario perpetuo possidendum. Presentes erant advocati: H(enricus) comes de Hoya et dominus de Lippia et nobilis de Holthusen et ceteri quam plures milites et famuli. Actum et datum Dellebruggen anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, in sala (?) feria quinta divisionis apostolorum.

Aus dem „Copeibuch aller von Papenheim“ Bl. 104. 1266 fällt div. apost. *auf* feria quinta. *Vgl. Nr. 747.* Sala *ist schwer zu deuten; vielleicht örtlich gleich Wohnung, vielleicht korrumpirt.*

1076.

Edelherr Konrad von Schöneberg verkauft Güter an Kl. Bursfelde. Schöneberg 1266 Juli 23.

Conradus nobilis de Sconenberg universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit salutem. Noverit tam presentis quam future etatis memoria, quod nos de consensu uxoris nostre

Alheithis et aliorum heredum nostrorum quedam bona nostra in villa Halcmerthe sita, videlicet duos mansos, qui vulgariter Hoieldesgot nuncupantur, cum universis attinentiis ac proventibus eorum, sicuti nostri progenitores et nos ab antiquo iure proprietario possedimus evidenter, reverendo domino Iohanni abbati dicto de Borie ac universitati conventus ecclesie in Bursvelde vendidimus pro quadam summa denariorum, utpote ad invicem poteramus concordare, cedentes omni iuriditioni, quam in bonis predictis habere videbamur, quam ad laudem et ad honorem beato Thome apostolo in ecclesia prefata patrocinanti pro salute fidelium nostri generis tam vivorum quam defunctorum libere possidendam contulimus in eternum, et ut nos perpetuo omnium bonorum, que ibi devote peraguntur participes efficiamur. Nos vero huic facto debitam firmitatem adhibentes sub testimonio sigillorum virorum nobilium, videlicet comitis de Dasle, domini Hermanni de Osede tum et nostro sigillo presencia fecimus roborari. Huius rei testes sunt: dominus Ludolfus de Humbrachtessen, Henricus de Holdungen, milites; Iohannes de Lehtbike, Rotherus et Thetmarus fratres de Rosbike, Bertoldus de Beverungen et alii quam plures. Datum Sconenberg, anno Domini M°.C°C°.LX°VI°., in crastino beate Marie Magdalene, feria sexta.

Or. im Kgl. St.-A. Hannover. Das erste Siegel sammt Befestigung abgefallen, an Pergamentstreifen an zweiter Stelle sehr verletztes dreieckiges Siegel, quergetheilter Schild, oben halber Löwe, unten gegittert (Schonenberg); an dritter Steile sehr verletzte Fragmente, anscheinend auch aufrechter Löwe.

1077.

B. Simon v. Paderborn bekundet Schenkung einer Fruchtabgabe an Kl. Hardehausen. 1266 August 5.

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris imperpetuum. Notum vobis facimus et publice protestamur, quod Conradus dictus de Garden salubri ductus consilio pro remedio patris sui ac matris, sui ipsius et suorum consanguineorum pensionem quandam, videlicet viginti moldrorum annone in Syrikessen, quam ecclesia Herswithusensis eidem solvere consueverat annuatim, de consensu et libera approbatione matris sue Cunegundis et heredum suorum, videlicet Amelungi de Driborg et filiorum suorum Heinrici et Iohannis, Alexandri de Gondelsen, Ode uxoris sue et filiorum suorum Heinrici, Amelungi, Tymonis et Amelungi, Iohannis camerarii, Heinrici fratris sui ac sororis et mariti ipsius Bertoldi dicti Scyldere ac ipsorum heredum omnium predicte ecclesie legavit legitime coram nobis et relaxavit eidem ecclesie iure perpetuo possidenda. Et nos proprietatem et ius ipsius pensionis de consensu et peticione predictorum omnium donavimus ecclesie memorate. Memoria enim Amelungi senioris de Garden et uxoris ipsius Cunigundis predicte in die beati Viti martyris, Conradi vero iunioris in vigilia sancti Iacobi cum consolatione conventus in meliore pane et potu cum piscibus perpetualiter peragetur in ecclesia memorata. Huic facto testes aderant subnotati: Theodericus prepositus sancti Petri, O(tto) de Rethberg, Bertoldus, Wernherus et Hermannus domini de Brakele, Hermannus dictus Byrcule, Albertus de Scardenberg et Conradus de Scardenberg, Herboldus et Conradus de Amelungessen, Lv̊dolfus de Herisia et Albero filius eius, Bertoldus et Olricus fratres dicti Somercalf, Arnoldus Scarpo, Iohannes de Nedere, Theodericus de Sebeke, Conradus de Rekelinchusen, Frethericus de Isdendorpe, Helmicus sculthetus de Warthberg et Albero de Welede, Gerhardus de Dinckelborg, Alradus dictus de Beithersen, milites; Bernhardus de Brakele, Regenbodo et Fredericus de Istendorp et alii quam plures milites et famuli. Datum anno Domini myllesimo ducentesimo sexagesimo sexto, tercio Nonas Augusti.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 160. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1078.

Konrad genannt Pullus und Frau Ditheldis verzichten zu Gunsten des Kl. Haina auf Güter in Dodenhausen und Swinefe. *Waldeck 1266 August 22.*

Conradus dictus Pullus et Ditheldis legittima ejusdem notum fieri cupimus universis presentem paginam inspecturis, nos omni actioni, quam habuimus adversus ecclesiam in Hegene super bonis in

Thudenhusen et in Swinefe sitis omni dolo excluso abrenuncciasse una cum pueris nostris, videlicet Remboldo, Conrado, Alberto et Henrico liberaliter et expresse. Actum in Waldeken, anno Domini M°.C°C°.L°X sexto, dominica post assumptionem beate virginis Marie. Hujus rei testes sunt: Ditmarus scultetus, dominus Hermannus dictus Brotrumph, dominus Andreas de Nezehe, milites, Wilhelmus Faber, Drabodo junior, Johannes, Conradus de Foro, Arnoldus sutor, Gozmarus, Egelolfus et alii quam plures. Ut autem hec abrenuncciatio nostra firma permaneat et inconvulsa, presentem litteram dedimus eisdem sigilli domini nostri comitis Adolfi de Waldeken munimine roboratam necnon sigillo universitatis ibidem.

Or. im St.-A. Marburg, Depositum des Kl. Haina. Von den beiden an von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen angehängten Siegeln nur das zweite, der Stadt Waldeck, 8strahliger Stern, Umschrift: sigillum opidi de Waldeke, *erhalten.* Swinefe *Wüstung NW. Altenhaina in Hessen.*

1079.

Bischof Simon von Paderborn wird zum Vormund des Stiftes Corvey erwählt. Corvey 1266 August 25.

Anno 1266 in crastino S. Bartholomei littere Simonis episcopi Paderbrunnensis et Thymonis abbatis Corbeiensis de electione Simonis in tutorem Corbeiensem. Fideiussores Simonis consanguinei eius Bernhardus, dominus de Lippia et Fridericus, comes de Redbergk. Datum Corbeye.

So Reg. im Msc. I, 242 p. 117 Nr. 9. Ob Datum richtig? Schon 1257 August 10 (oben Nr. 715) erscheint B. Simon als Brem. et Corb. ecclesiarum tutor; *später für letzteres, wohl als Stellvertreter, der Paderborner Dompropst Heinrich und 1267 Juli 21 auch der Kölner Erzbischof.*

1080.

Bischof Simon von Paderborn bestätigt Verpfändung von Zehnten durch seinen Marschall Ludolf an Kl. Hardehausen. 1266 September 14.

Symon Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus viris religiosis domino abbati et conventui in Herswithehusen salutem in auctore salutis. Ne quod ex consensu mutuo rationabiliter agitur, inter partes successu temporis oblivione surrepente vel alias machinatione spontanea revocetur in dubium, contractum scripti fidelis perhennitati credere laudabilis est cautela, cum ex hoc altercationis amputata materia societas humani federis et concordia facilius conserventur. Hinc est, quod impigneracionem seu ypotecam vobis a Lǒdolfo marscalco nostro cum suorum consciencia et assensu coheredum factam seu constitutam in decima curtis Ruzhusen C et X marcis denariorum gravis monete legalis et usualis sibi per vos numeratis ratam habemus et gratam. Et ne de hoc in posterum questionis aliquid a cavillosis hominibus pertimescere debeatis, presentis scripti patrocinio sygilli nostri appensione suffulti vobis eandem duximus roborandam. Datum anno Domini M°.C°C.LXVI., in die exaltationis sancte crucis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 161. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Auf der Rückseite von verschiedenen Händen saec. XV. de decima Rozehusen et Bunessen et de Lutwardessen et Radoluessen. *Ueber diese Orte vgl. unten zu 1297 Juli 21.*

1081.

Graf Albert von Schwalenberg verzichtet zu Gunsten des Kl. Marienmünster auf alle Ansprüche an die Höfe zu Hekhusen *und* Swidersen. *Burg Schwalenberg 1266 September 14.*

Nos Albertus Dei gratia comes de Swalenberg notum facimus universis, quod ad dilectionem et peticionem Heynrici [1]) venerabilis abbatis monasterii prope Swalenberg advocatie exactionibus seu peticionibus omnibusque aliis gravaminibus, que in curtibus Heckhusen[2]) et Swyderzen[3]) habere possumus, renunciamus et ecclesie sancte Marie perpetue virginis prope Swalenberg libere conferimus et damus perpetuo possidenda. In cuius rei robur et testimonium presentem paginam cum appensione nostri sigilli fecimus communiri. Testes huius rei sunt: Bertoldus plebanus de Swalenberg; hii sunt milites: Conradus de Roden[4]), Wernerus Digbernere, Helmbertus de Holthusen; hii sunt famuli:

Fredericus de Historp[5]), Amelungus de Schydere, Enckelbertus, Andreas et Arnoldus officiales comitis. Acta sunt hec in castro Swalenberg, in sancto die exaltationis sancte crucis, anno Domini M°.C°C.LXVI°.

[1]) Henrici *D. C hat stets* i, *wo B* y, *ebenso einfach* c *oder* k, *wo B* ck *hat.* [2]) curtis *B;* Hechusen *C.* [3]) Swidersen *C.* [4]) Rode *C.* [5]) Ystorpt *C.*

Nach Msc. I. 129 f. 22 (C); dem Gehrdener Kopiar fol. 49v G 6 (B); VII, 4512 p. 64 (D), 1 und 3 im Kgl. St.-A. Münster. Overhams Koll. V, 115 hat 1265. Im Kopialbuch zu Detmold ist das sexto *von späterer Hand.* Hek- *oder* Ekhusen *eingegangener Ort in der Feldmark von Gehrden (Ztschr. XXXVIII, 2, 196 u. Nr. 843);* Swidersen, *in Urk. von 1330, nach welcher der Ort damals eine villa desolata war,* Swederdessen *genannt; nach Urk. v. 1401 verkauft Abtei Heerse ein Gut zu* Swedersen, *welches zu jener Zeit ein Bauer zu Niesen bebaute. Doch ist es schwerlich gleich Schweckhausen zwischen Peckelsheim und Niesen. Reg. Ztschr. XLVI,2. 173 f.*

1082.

Bischof Simon von Paderborn entscheidet einen Rechtsstreit zwischen Kl. Gehrden und den Söhnen Rabe's von Papenheim über Güter in Rothen *zu Gunsten des ersteren. Löwen 1266 September 15.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris in perpetuum salutem in eo, qui est salus omnium. Ut a presentibus tollatur dubium et futuris veritas elucescat, presentis scripti testimonio cupimus declarari, quod, cum inter virum dilectum in Christo Hermannum prepositum Gerdensem et ecclesiam suam ex parte una, et filios fratris Ravenonis de Papenhem super bonis in Rothen coram nobis questio moveretur, prefatus frater Raveno in nostra presentia constitutus de predictis bonis prefato preposito et ecclesie sue fecit viva voce et assertione fide digna firmam warandiam coram nobis asserens et demonstrans, quod ipse predicta bona, de quibus questio movebatur, quondam salubri ductus spiritu dudum ante nativitatem puerorum suorum predicte ecclesie in Gerdine cum omni iure, quod in ipsis habebat, contulerat libere iure perpetuo possidenda. Filii vero ipsius fratris Ravenonis e converso dicebant, quod per assertionem predictam et confessionem patris sui in hoc casu nullum sibi deberet vel posset preiudicium generari, cum iidem essent sui heredes et legitimi successores. Nos enim[1]) auditis hinc inde propositis ab universis et singulis militibus, ministerialibus et fidelibus nostris coram nobis astantibus petivimus istam sententiam nobis dari. Qui prehabito concordi consilio communiter asserebant sententiando coram nobis, quod, cum prefatus frater Raveno per confessionem et assertionem fide dignam, tamquam vir religiosus fuisset, publice protestatur, donationem predictorum bonorum ab ipso ante nativitatem puerorum suorum factam fuisse, sicut superius est expressum, filios suos et heredes nullam posse de ipsis bonis prefate ecclesie movere de cetero questionem. Sententia enim[1]) predicta a subscriptis militibus data fuit et firmiter approbata, videlicet Hermanno nobili dicto Bercule, Hermanno de Brakelo, Frederico de Harehusen, Ioanne de Bro(c)beke, Herboldo de Amelungessen, Alberto de Luthersen, Alberto de Schardenberg, Alberone de Wellede, Helmico schulteto. Nos etiam videntes predictam sententiam rite latam et ab omnibus approbatam ipsam approbavimus et presentibus litteris approbamus volentes nihilominus exinde excipere premium eternale, nisi videntes ecclesie nostre grave preiudicium in hoc esse ius et proprietatem ipsorum bonorum sepedicte ecclesie Gerdensi ad petitionem dilecti in Christo Hermanni, ipsius ecclesie prepositi, contulimus et donavimus de consensu capituli nostri iure perpetuo possidendum. Et in perpetuam evidentiam huius facti presens scriptum nostro et capituli nostri sigillis fecimus communiri. Preterea testes aderant subnotati: venerabilis dominus Themo abbas Corbeiensis, Hermannus hospitalarius, Bertoldus portanarius, Albertus comes de Everstene, Ioannes de Kalenberg, Goscalcus et Gerhardus de Dingkelborg, Udo de Wethen, Ernestus de Howede, Olricus de Westhem, milites; Conradus Luscus, Tidericus de Norde, Hermannus de Dalhem, Hermannus et Iohannes de Pathberg, Regenbodo de Ystingdorp et ceteri quam plures. Actum et datum apud Lovene, in octava nativitatis sancte Marie, anno Domini M°.C°C. sexagesimo sexto.

[1]) *So die Abschriften.*

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 28 D 12 (B); Msc. II, 71 p. 227 (C); Regest mit Namen Msc. I, 242 p. 38 (D); VI, 224 fol. 71 (E); letztere drei im Kgl. St.-A. Münster. Frater Raueno de Papenhem *war Deutschordensritter, gestorben vor 1295 Juni 14. (Vgl. Wyss, Hess. UB. I, 600 und unten.) Unter* Rothen *ist wahrscheinlich das in der Warburger Feldmark eingegangene* Rothen *(Ztschr. XXXI, 2, 198) zu verstehen, mit Sicherheit lässt sich dies jedoch nicht bestimmen. Das in der Pfarre Titelsen heute bestehende Dorf Rothe und auch das bei Wrexen eingegangene Dorf Rothen waren beide eben auch für Kl. Gehrden nicht abgelegen. (Spancken.) Reg. der Urk. mit Zeugennamen bei Schaten ad annum; ungenau Beiträge zur Gesch. v. Waldeck III, 135 Nr. 72.*

1083.

Edelherr Berthold von Büren Z. und Mitsiegler in Verpflichtungsurkunde Adolfs gen. Allant gegenüber dem Soester Kapitel wegen der Villikation in Calle. Soest 1266 September 21.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Soest, Stift St. Patroklus Nr. 46.

1084.

Edelherr Heinrich von Sternberg verpfändet an Ritter Heinrich Vincke die Vogtei in Müdehorst. 1266 September 22.

Henricus nobilis de Sterenberg omnibus in perpetuum. Notum esse cupimus universis, quod nos, Hoyerus et Henricus, filii nostri, Henrico militi dicto Vinken, uxori et pueris suis ac hereditariis successoribus suis advocaciam villicacionis in Modehorst obligavimus[1]) in pignore pro quinquaginta marcis legalis monete et talium denariorum, qui solvuntur[2]) in moneta Heruordensi; quam cum redimere voluerint[3]), infra festum nativitatis beate Marie virginis et sancti archangeli Michaelis cum denariis supradictis. Ut autem hec rata permaneant, presentem litteram sigilli nostri munimine dedimus roboratam. Actum et datum anno Domini M°.C°C.LXVI., in die beati Mauricii. Astantibus hiis: Reynhardo Gograuio, Johanne de Quernhem, Henrico de Volmerinchusen, Henrico de Stenbeke, Gerhardo de Sunninchusen, Ludolfo de Ubbinctorp, Jordan de Sernlike(?), Richardo de Snathorst, militibus, Johanne de Hethe judice, Volquino Cretel, Josep, Roberto[4]) de Rockinchosen, Johanne de Oldenheruorde, Henricus et Gerlacus fratres[5]) de Volmerinchusen, Adolfus et alii quam plures.

[1]) obligavit *Or.* [2]) solvantur *Or.* [3]) voluerit *Or. Verbum d. Hauptsatzes fehlt.* [4]) *Vielleicht* Coberto. [5]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Grafschaft Ravensberg Nr. 10a. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Müdehorst, Bauernhof zum Dorfe Niederdornberg bei Schildesche gehörig. Gedr. Zeitschr. IX, 73 nach fehlerhafter Kopie. Reg. Lipp. Regg. I, 222 Nr. 335.

1085.

Abt Johann von Hardehausen bestimmt den Zahlungsmodus der Schuldsumme, welche Konrad von Enenhus für Bischof Simon von Paderborn an Hardehausen zahlen muss. 1266 October 9.

Universis hoc scriptum audituris frater Jo(hannes) dictus abbas in Herswithehusen salutem in Domino. Notum sit omnibus, quod Conradus de Sola Domo pecuniam, quam pro domino episcopo solvere tenetur ecclesie nostre annis singulis, quoadusque tota summa debiti persolvatur ex integro, sic solvet, videlicet: si dominus episcopus defunctus fuerit vel ad alium episcopatum assumptus ante tempus solutionis prefate pecunie, ad eiusdem pecunie solutionem non erit deinceps obligatus. Si vero tempus persolvendi pecunie precesserit defunctionem vel assumptionem domini episcopi ad locum alium, pro illo anno ab ipso ex integro persolvetur pecunia sibi ab ipso domino episcopo constituta. Porro si dominus episcopus supervixerit et in loco suo remanserit, in solutione annos sibi deputatos propter pactum interpositum fideliter observabit. Datum anno Domini M°.C°C.LXV°I., in die beati Dyonisii martyris.

Or. im Besitz der Paderborner Abth. des Vereins. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1086.

Graf Ludolf von Dassel übereignet ihm resignirte Güter dem Kl. Hilwartshausen. Schöneberg 1266 October 29.

Nos Ludolfus nobilis comes de Dasle recognoscimus, quod Conradus de Bertolderod, filius Conradi de Bertolderod militis premortui, coram nobis constitutus villam Matzikenrod, quam pater suus et ipse a nobis in pheodo tenuerant, ad manus nostras libere resignavit rogando instanter, ut proprietatem eiusdem ville ecclesie Hildewardeshusen et conventui donaremus. Nos itaque predicti Conradi precibus inclinati ipsam villam Matzikenrod titulo proprietatis cum omni iure et universo fructu ad eandem villam iuste pertinente iam dicte ecclesie Hildewardeshusen et conventui cum villa Holthosen dicta simul et pariter cum advocacia et omni iure contulimus et conferimus in hiis scriptis libere et quiete perpetuo possidendas. Protestamur eciam presenti littera, quod iam dictas villas a nullo principum spiritualium vel secularium hactenus in pheodo habuimus, sed sicut patres nostri premortui vero titulo proprietatis iam dudum possederant, ipso iure prefate ecclesie in Hildewardeshusen donavimus liberas et solutas. Testes huius rei sunt: Stephanus de Haldessen, Stephanus cognatus suus, Widekindus de Stokh(usen?), Bertoldus de Mense, Reinhardus de Gothardessen, milites, Johannes Stric, Johannes de Ledbike et alii fide digni. Datum apud Schonenberch, anno Domini M°.CC°.LXVI°., IIII. Kalendas Novembris.

Or. im Kgl. St.-A. Hannover. An Pergamentstreifen in dunkelbraunem Wachs dreieckiges sehr guterhaltenes Siegel, Hirschgeweih mit Achtender im Siegelfelde.

1087.

Ritter Arnold von Roderikessen *sammt Frau und Kindern genehmigt den Verkauf von Gütern in Aspe seitens seines Schwiegervaters Adams von Aspe an Kl. Bredelar. 1266 November 11.*

Omnibus hanc litteram visuris Arnoldus miles dictus de Roderikessen notum fore cupio publice protestans, quod ego et uxor mea domina Sophia et filii mei Arnoldus, Heinricus et Adam conventionem illam de bonis quibusdam in medio ville Aspe sitis, qua inter se dominus abbas de Bredelar et suus conventus ex una parte et gener meus dominus Adam de Aspe ex altera concorditer convenerunt, omnimodis ratam habemus et eidem conventui de possessione eorundem bonorum plurimum favemus, privilegium adeo super eisdem bonis primitus datum de consensu nostro sigillis consulum de Monte Martis et Wlueshagen signatum ratificantes, heredibus nostris in premissis consentientibus universis omnique juri suo in eisdem bonis habito cedentibus manifeste. In cuius rei testimonium et firmitatem presens scriptum proprio sigillo, quo utor, decrevi ex parte omnium nostrum roborare. Acta sunt hec anno domini M°.C°C.L°X sexto, indictione nona, in die beati Martini episcopi et confessoris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 85. An Pergamentstreifen dreieckiges Siegel des Arnold v. R., Maueranker. Vgl. Nr. 1059.

1088.

Graf Otto von Ravensberg bezeugt, dass die Gebrüder Vridach den von Hermann von Brakel zu Lehn getragenen Zehnten zu Donowe *an Kl. Ösede verkauft haben. Bielefeld 1266 November 14.*

Otto comes in Ravensberg omnibus in perpetuum. Acta sollempniter delet oblivio, nisi scripturarum fulciantur testimonio. Noverint itaque tam posteri quam presentes, quod Otto et Helmicus et Engelbertus fratres dicti Vrigedach, nostri ministeriales, amicorum suorum accedente consilio decimam in Donowe, in parrochia Rothinghusen sitam, quam de manu domini Hermanni de Bracle jure tenent feodali, cenobio Osethen pro octoginta marcis et sex marcis cum consensu domine Sophie matris ipsorum vendiderunt, domino Hinrico ibidem preposito existente, Johannem de Busche, militem, Hinricum Budel et Johannem Brusere cum dicta decima ad manus premisse ecclesie infeodantes. Item dicti fratres et mater ipsorum coram nobis promiserunt, quod, cum sepedicta ecclesia a domino H(ermanno) de Brakele

ius feodale obtinere poterit, ipsi in propriis expensis ad sepedictum Hermannum transibunt et sepedictam decimam resignabunt, nichil iuris sibi ipsis et posteris suis in ea reservantes, et quamdiu hoc officium non mancipabitur tot personis, quot sepedicta ecclesia nominaverit vel habere voluerit, premissam decimam jure conferent feodali. Item ad hoc fide data promiserunt Johannes de Busche miles, Sifridus Ruffus de Runnesbeke[1]), Robertus de Rokinghosen, Johannes Claudus de Hervordia et sepedicti fratres et per fidem datam se invicem obligantes, quod, si in omnibus premissis aliquis defectus accideret, oppidum Bileveldense intrabunt, inde non exituri, donec omnia fuerint adimpleta. Horum fidem receperunt Rodolfus Nagel, Rotgerus Hathewich, Johannes de Busche, milites, Johannes Brusere, Hinricus Budel, Arnoldus Grip. Item huyus facti testes sunt: Johannes de Kersebroke, Rodolfus de Blasne, Regenbode Top, Reinbertus de Busche, Gerlacus de Burgbeke, milites, Johannes Doleken, Willehelmus de Wevelingthorpe, Giselbertus Venator et alii quam plures. Item ut in facto tam legitimo nulla in posterum possit intervenire calumpnia, presentem paginam ad instanciam utriusque partis super eo fecimus conscribi et sigilli nostri munimine roborari. Acta sunt hec coram nobis in oppido nostro Bilevelde, anno Domini M°.C°C.LX°VI°., XVII°I. Kalendas Decembris.

[1]) *Oder* Rumnesbeke.

Or. im Kgl. St.-A. zu Osnabrück, Kl. Ösede. An Pergamentstreifen anhängend Siegel Graf Otto's mit Rücksiegel wie Westf. Siegel I Tafel 35 Nr. 7.

1089.

Die Rathmänner von Corbach bekunden Verzicht des Hermann Godebuz auf seine Güter in Laterfeld zu Gunsten des Kl. Bredelar. 1266 November 22.

Universis presentem paginam visuris consules nove civitatis in Korbike notum esse volumus, quod Hermannus cognomine Godebuz, filius domini Conradi Sechtesellen, mediantibus viris discretis et honestis omni iuri suo, si quod habere videbatur in bonis sitis in Latervelde, super quibus ecclesiam in Breydelar instanter impetebat, publice renunciavit. Insuper fide data spondentibus[1]) et compromittentibus secum domino Wigando de Lellebyke milite et Johanne de Luterbike cognomento Kellereshals promisit, quod ab impetitione, qua filius suus, quem se habere superstitem fatebatur, et aliorum legitimorum heredum suorum, si quos adhuc habiturus esset, liberam iam dictam ecclesiam reddere vellet et quietam. Et hoc presenti pagina sigillo nostro munita publice protestamur. Huius renunciationis testes sunt: Ludolfus de Dalewich, Wigandus de Lellebike, Florinus de Rekerenchusen, milites, Henricus magister consulum et Johannes frater suus, filii domini Christiani, magister Conradus rector scolarium[2]) in Korbike, Gozwinus de Bowenchusen, Gotfridus Wromoth, Wernerus, Arnoldus et Gotfridus, filii domini Wernheri Spyesogen, patrui iam dicti Hermanni, Thomas de Lellebyke, Waltherus Greyue, Hermannus iudex et Gotfridus frater suus, Johannes Surdus et alii quam plures. Acta sunt anno Domini M°.C°C.LX°VI., in festo sancte Cecilye virginis et martyris.

[1]) spondentebus *Or.* [2]) scolarum *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 86. An von der Urkunde abgeschnittenem Pergamentstreifen beschädigtes Siegel der Stadt Corbach.

1090.

Vicepropst Hildeger von Fritzlar verkauft eine Hufe an Kl. Hardehausen. 1266 December 7.

In nomine Domini amen. Ego Hildegerus vicarius . . . universis hoc scriptum audituris salutem in Domino. Noverint tam presentes quam f(uturi, quod) ego mansum in Sungelsen . . . iure pertinentibus vendidi abbati et conventui in Hegene pro octo marcis argenti ponderati. Verum quia eundem mansum (l)egaveram causa . . . tis abbati et conventui in Herswindehusen pro servicio . . . in meo anniversario iugiter faciendo, abbatis et conventus consensum in ista dist(ributi)one requisivi et habui requisitum. Unde ut ea, que a me gesta sunt, inconvulsa permaneant in perpetuum, presentem paginam

feci conscribi et sigilli abbatis de Herswindehusen super consensu adhibito nec non mei sigilli procuravi munimine roborari. Datum anno Domini M°.C°C.LXV°I., in crastino beati Nicholai.

Or. (sehr defekt) im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Haina. Von den beiden Siegeln fehlt das erste sammt Befestigung; das zweite an rothweissgrauer Seidenschnur, spitzoval, Petrus mit Schlüssel, Umschrift: S. Hildegeri vice prepositi Frisl. . . ., *oben ist also wohl zu ergänzen* vicarius prepositi.

1091.

Bodo von Homburg verzichtet auf seine Ansprüche an Gütern in Wilkenhosen *zu Gunsten des Kl. Falkenhagen. 1266 December 17.*

Necesse est ea conscribi, que fiunt in labenti tempore, ne cum tempore pariter evanescant. Ego Bodo dictus de Ho(m)borg omnibus hanc inspecturis litteram notum facio, quod actionem nec non inpetitionem, quam contra claustrum in Walkenhagen habui ratione bonorum sitorum in Wilhenhosen, penitus relaxavi ad instantiam Hernesti civis Embeccensis civitatis dicti de novo foro aliorumque suorum amicorum pro postpositione actionis petitionum prenarrate et ratione cuiusdam pecunie, cuius quantitas mihi pocius in littera obmittitur quam tangatur, maxime tamen propter communicationem orationum, que claustro fiunt in eodem, quarum ratione postposite actionis participem me fecerunt. Ut autem istud inconvulsum maneat ac peroptime firmatum, hanc kartam inde confectam sigilli mei munimine roboravi. Testes huius facti sunt: Ludolfus nobilis homo de Plesse, He(n)ricus Grubo, Tidiricus de Cuuendalle, Rodolfus a(d)vocatus, consules plerique cives prefate civitatis et ceteri. Datum anno Domini M°.C°C.L°XV°I., XV°I. Kalendas Ianuarii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 12a. An Pergamentstreifen dreieckiges Siegel Bodo's v. Homburg, Helm mit Pfauenwedel. Reg. mit korrumpirtem ersten Zeugennamen Ludolfus nobilis, Honto de Plene *u. s. w. Lipp. Reg. I, 222 Nr. 336. Dürre, Homburg Nr. 106 (Ztschr. für Niedersachsen, 1880).* Wilhenhosen *eingegangener Ort im Gericht Polle am Silbersiek in der Herrsch. Everstein. Lipp. Regg. a. a. O. und Dürre, Homburg 88.*

1092.

Graf Ludolf von Dassel bekundet eine Verpfändung an Kl. Hilwartshausen. 1266.

Ludolphus comes dictus de Dassele. Sciant universi, quod Conradus dictus de Bertolderothe necessitate compulsus quedam bona in Mascekenrothe sita, que tenet a nobis in feodo, nobis consentientibus pro summa sex et viginti marcarum preposito et conventui in Hildewordeshusen inpignoravit. Ne ergo hoc aliquis heredum nostrorum in posterum contradicere vel infringere valeat, presentem litteram sigillo nostro communitam in testimonium ei damus. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXVI°., presentibus militibus Widekindo de Humme, Reinhardo de Gothardesen, Stephano de Haldesen et Theoderico cognato suo, Ludolpho de Humbragtesen et Iohanne de Litbike et aliis quam pluribus.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Des. 38 Nr. 186. An Pergamentstreifen am Rande verletztes dreieckiges Siegel des Grafen B. v. D. Vgl. Nr. 1087.

1093.

Graf Otto von Everstein vertauscht mit dem Kl. Hardehausen einen Hof in Scherfede. 1266.

Otto Dei gratia comes de Euersten universis hanc paginam inspecturis salutem in Domino. Notum sit omnibus, quod abbas et conventus de Herswithehusen commutatione facta aream unam suam in medio ville Scerve sitam ad instanciam et peticionem nostram nobis pro domo et area, quam Iohannes Niger inhabitat, ad usus eidem ville necessarios et comodum reliquerunt. Ad cuius rei perpetuam firmitatem presens scriptum sygilli nostri munimine fecimus roborari. Datum anno Domini M°.C°C.LXVI.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 156. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 143.

1094.

Graf Heinrich von Sternberg schenkt nach Verzichtleistung der Ritter Luderus gen. von Werl und Albert gen. von Glisse die Güter Koldenhof und Vehlage an Kl. Levern. Sternberg 1266.

Gedr. Ztschr. IX, 74. Reg. Lipp. Regg. I, 223 Nr. 337. Vgl. Ztschr. XLVI, 2, 177 über Vorverhandlungen.

1095.

Graf Adolf v. Waldeck Z. in zwei Urkk. der Bischöfe Widukind von Osnabrück und Gerhard von Münster für Kl. Marienfeld. 1266.

Gedr. UB. III, 776 und 777.

1096.

Berthold v. Brakel u. Hinnenburg bezeugt, dass Ritter Berthold gen. von der Lippe u. seine Geschwister Werner, Hermann, Amelung und Elisabeth Schenkungen und Verkäufe an Kl. Barsinghausen in Barsinghausen, Grove *und* Elzenhusen, *u. a. seitens der Ritter Heinrich u. Amelung von der Lippe anerkennen. Unter den Zeugen:* Tidericus de Sibeke, Iohannes de Nedere, Borchardus de Herste, Amelungus Canne, Henricus Ruffus, milites, Borichardus de Asseborg. *Hinnenburg 1266.*

Gedr. Ztschr. f. Niedersachsen, 1858, 115; Asseb. UB. I, 329.

1097.

Ritter Gerlach von Griffede schenkt dem Kl. Hardehausen 26 Morgen im Fritzlarischen Gebiete. Fritzlar 1266.

In nomine Domini amen. Notum est omnibus presentibus et futuris, quod ego Gerlacus miles de Griffede cum consensu Cunegundis uxoris mee et heredum meorum donavi Deo et ecclesie Herswidehusen pro remedio anime Heinrici Ubelworim et pro duodecim marcis, quas eidem ecclesie pro eodem Heinrico solvere tenebar, viginti sex iugera agrorum in territorio Fritslariensi perpetuo iure possidenda; de qua donatione, si quis hominum predictam ecclesiam fratresque ibidem Deo servientes inquietare voluerit, ego Gerlacus et heredes mei ipsis fratribus warandiam prestabimus. Hiis testibus: domino Hildegero tunc vicepreposito Fritslariensi et domino Gisone de Godensperg, qui ambo sua sigilla presenti scripto appenderunt, presentibus etiam Ernesto de Lon, Reinhero de Withtorp, militibus; Trotmaro, Herebordo comite et Conrado Gode, civibus Fritslariensis opidi multisque aliis. Facta est autem hec donatio in manus domini Iohannis tunc abbatis in Herswidehusen, pluriumque fratrum suorum anno Domini M°.C°C.L°X sexto, in domo domini Hildegeri Fritslarie.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 157. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab.

1098.

Ritter Hermann von Witten übergibt dem Bischof Simon von Paderborn Ministerialen. 1266.

Nos Hermannus miles de Wittene universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, in perpetuum. Vestre notum esse cupimus universitati, quod nos ac heredes nostri Iohannem et Uniconem fratres ad petitionem venerabilis domini episcopi Paderbornensis ipsi domino episcopo tradidimus ministeriales et hoc presenti littera nostra bulla roborata publice protestamur. Actum anno Domini M°.C°C.LX° sexto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 231. An von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen Bruchstücke eines dreieckigen Siegels, schraffirter Schild, im Schildeshaupte ein Balken, auf dem noch ein Würfel, erhalten.

1099.

Der Rath der Stadt Höxter bekundet, dass Frau Adelheid Hellekopsch und ihre Erben allen Ansprüchen am Zehnten zu Hesingehusen *und andern Gütern entsagt haben. Höxter 1266.*

Nach Urk.-Auszügen des 16. Jahrh. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Des. 7. Gen. Nr. 3. fol. 118.

1100.

Rathmänner und Bürgerschaft in Warburg bezeugen, dass Heinrich von Brakel Kl. Hardehausen wegen eines Güterverkaufs seines Bruders Hermann nicht belästigen wolle. 1266.

Universis Christi fidelibus, ad quos hoc scriptum pervenerit, consules et universitas civium in Warthberg salutem in Domino. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod dominus Heinricus frater domini Hermanni de Brakele coram nobis est voce publica protestatus, quod dominum abbatem et conventum de Herswithehusen ratione emptionis bonorum, que ipse dominus H(ermannus) frater suus vendidit eisdem, quocumque modo posset, nollet umquam aliquatenus inpetere, vel etiam impedire, set gratum et ratum habere, quicquid ordinavit cum fratribus eisdem vel ad hoc decreverit rationabiliter ordinare. Testes huius rei sunt: Rembodo de Dalhem, Conradus de Sydessen, Rapheno Speculum, Iohannes de Ostem et sui filii, milites; Geroldus Comes, Gerhardus iudex, Conradus de Weten, Lodolfus de Osdagessen, Heinricus Iudeus, Wedele, Conradus filius Osbern, Godescalcus de Dinkelborg, Euerhardus de Talpenhusen, Conradus de Ossendorp, Godefridus de Sylhem, Helmicus de Tithmanneshusen et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C.LX°VI.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 158. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1101.

Ritter Hermann von Brakel erklärt dem Grafen Otto von Bentheim seinen Verzicht auf den Zehnten zu Donowe *zu Gunsten des Kl. Ösede. 1267 Januar 13.*

Nobili viro ac domino suo O(ttoni) comiti de Benethem Her(mannus) miles dictus de Brakele paratum et voluntarium in omnibus sue possibilitatis obsequium. Dominationi vestre consensu heredum meorum nec non consilio aliorum amicorum meorum decimam de villa Donowe, quam de manu vestra tenebam, cum omnibus attinentiis resigno liberam cum ipsa, quicquid ordinaveritis, habentes obtionem. Nichilominus[1]) de aliis bonis meis, que de manu vestra teneo, vobis, sicuti actenus fui, homayo sum astrictus. Presentes erant: Bertoldus miles de Brakele, Her(mannus) plebanus de Brakele, Th(idericus) de Seybike, Jo(hannes) de Busche, milites, C. Sapiens et alii quam plures. Hec ut verius credantur, sigilli mei munimine protestor. Datum anno Domini M°.C°C°.L°XVI°I., in octava Ephyphanie.

[1]) nichilhominus *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Osnabrück, Kl. Ösede. Siegel des Ausstellers: sechsmal gespaltener Schild mit darüber liegendem schmalen Querbalken. Die tieferliegenden Theile des Feldes sind gitterartig schraffirt. Inhaltlich stimmt mit dieser Urk. folgende undatirte überein:

Dilecto ac diligendo domino suo[1]) comiti de Benethem H(ermannus) de Bracle promtam ad obsequia voluntatem. Nobilitati vestre decimam in Donowe, quam de vestra manu tenuimus, tenore presentium resignamus proinde quam intime postulantes, quod[2]) cenobium in Osede vestre pietatis oculo respicere velitis misericorditer promovendo. Pro ceteris autem bonis, que adhuc a vobis tenemus, jure hominii vobis esse volumus obligati.

[1]) *Absichtlich für den Anfangsbuchstaben des Vornamens gelassener Raum.* [2]) quot *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Osnabrück, Kl. Ösede. Siegel H.'s v. B. an v. d. Urk. abgeschnittenem Pergamentstreifen.

1102.

Ritter Bertold von Brakel bekundet Verzichtleistung seines Neffen Hermann auf den Zehnten zu Donowe. *1267 Januar 13.*

Bertoldus miles dictus de Brakele omnibus presens scriptum visuris testimonium veritatis acceptare. Noverint ergo universi, quod Hermannus miles de Brakele, filius fratris nostri, constitutus coram nobis in castro nostro Hyndeneborch, comiti O(ttoni) de Benethem decimam[1]) de villa Donowe per litteras suas cum omnibus attinentiis resignavit. Hec ut verius credantur, sigilli nostri munimine protestamur, Datum anno Domini M°.C°C°.LXVI°I°., in octava Epyphanie.

[1]) decimam *doppelt im Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Osnabrück, Kl. Ösede. An Pergamentstreifen dreieckiges Siegel, drei gitterartig schraffirte Pfähle, im oberen Drittel mit Querbalken belegt, erhalten.

1103.

Richter u. Rath von Brakel bekunden Ritter Hermanns von Brakel Resignation auf den Zehnten in Donowe. *1267 Januar 13.*

Henricus iudex ceterique consules Braklenses omnibus presens scriptum visuris notum esse volumus, quod dominus noster Hermannus miles dictus de Brakele decimam suam de villa Donowe cum omnibus attinentiis nobili viro O(ttoni) comiti de Benethem per litteras suas libere resignavit. Et hoc presentibus litteris protestamur nostris. Datum anno Domini M°.C°C.L°XVI°I., in octava Epyphanie.

Or. im Kgl. St.-A. Osnabrück. Kl. Ösede. An Pergamentstreifen Stadtsiegel, wie Abbildung Westf. Siegel II Taf. 67 Nr. 4.

1104.

Verzichtleistung auf Güter beim Hof Leveringhausen. Wolfhagen 1267 Januar 22.

Operacio quevis oblivioni traditur corruptione subiectorum, si scripture testimonio memorie non defertur futurorum. Noverint omnes huius littere inspectores, quod ego Manegoldus de Engelbrachtessen habens actionem adversus claustrum[1]) sanctimonialium in Aroldessen[2]) causa per arbitros ydoneos sopita conposicioni amicabili benivolus[3]) acquievi, ita quod ipsa bona, pro quibus actionem habui, que[4]) sita sunt apud curiam Liefferenchusen, ecclesie predicte resingnavi, eidem libere conferendo. Ceterum licet[5]) Hermannus frater meus nichil haberet iuris in eisdem, tamen quia ex debito nature in qualibet causa meus non inmerito coe(m)parator existit, bonis sepedictis renunciavit propter cautelam habundantem. Ne autem successu temporis quis hanc causam possit infringeret, presens scriptum (sigillo) domini venerabilis abbatis Brunonis in Hasungen firmiter extat roboratum. Huius rei testes sunt: dominus plebanus in Wolf(h)agen dictus de Blomenstein, Iohannes miles de Helffenberc, Iohannes de Wedelberc, Arnoldus de Roderikessen[6]), Hermannus de Osterhusen, custos de Hasungen, dominus Rotherus, Hermannus Bittersole et quam plures laici et clerici. Datum Wolf(h)agen anno Domini M°.C°C°.LXVII., XI°. Kalendas Februarii.

[1]) clastrum *Or.* [2]) Arroldessen *Or.* [3]) benenivolus *Or.* [4]) *Folgt* et *Zeichen.* [5]) liceret *Or.* [6]) Roderihessen *Or.*

Or. im Fürstl. Wald. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen kleiner Siegelrest einer sitzenden Gestalt.

1105.

Bischof Simon von Paderborn verbietet, den Edelherrn Regenhard von Itter im Besitz des Burglehns zu Fürstenberg zu belästigen. 1267 Februar 14.

S(imon) Dei gracia Paderbornensis episcopus omnibus presens scriptum visuris cupimus, notum fiat, quod feodum castrense quatuor marcarum, nobili viro Regenhardo de Ytthere ab abbate Hermanno collatum, de censu et proventibus in Vorstenberg debitum, adhuc presentium recognoscimus in tenore, volentes et mandantes districtius, ne quis attinencium nostrorum ipsum in prescripto censu presumat contra iusticiam aliqualiter molestare. Datum anno Domini M°.C°C.LXVII., in salinis in die Valentini.

Gedr. Kopp, Hist. Nachr. v. d. Herren zu Itter S. 55. Vgl. Nr. 439. Der Abt ist Hermann v. Corvey.

1106.

Die schon durch ein früheres Bündniss geeinten Erzbischof Engelbert von Köln und Bischof Simon von Paderborn verbünden sich zur Abwehr der Angriffe auf das von den Nachbarn vielfach geschädigte Stift Corvey; Burgen und Befestigungen werden sie auf eigene Kosten unterhalten; nach dem Tode des einen soll der andere das Stift schützen und erst nach ihm das Recht der Vormundschaft an das Stift zurückfallen. Beide Kirchenfürsten treffen ferner Bestimmungen über Marsberg und die Vogtei in Höxter, welche sie gemeinsam vom Herzog von Braunschweig zurückkaufen wollen. Bonn (1266) 1267 Februar 20.

Gedr. Lacomblet, UB. II, 568; Seibertz UB. III, 1093.

1107.

Die Herzöge Albrecht und Johann von Braunschweig einigen sich über Theilung ihrer Güter. Braunschweig 1267 März 31.

Unter anderen: Insulam, que dicitur Ghyslenwerder, et omnem actionem, quam habent ad Huxariam et Hamelen civitates, retinebunt pariter indivisam.

Gedr. Sudendorf, UB. I, 64 u. ö.

1108.

Abt Johann von Hardehausen bekundet eine Wachsabgabe aus Helmern an Heerse. 1267 April 4.

Frater Iohannes abbas monasterii Herswedehusensis, Cysterciensis ordinis, universis hoc scriptum visuris salutem in Domino. Ut a presentibus tollatur dubium et futuris veritas elucescat, presentis scripti testimonio cupimus declarari, quod de quatuor mansis in Helmere, quos ab Engelhardo et Hermanno de Stenhem fratribus et militibus emptionis tytulo ecclesie nostre comparavimus, et quorum proprietatem venerabilis domina Ermengardis, abbatissa Herisiensis, de communi consensu conventus et ecclesie sue nobis et ecclesie nostre contulit perpetuo possidendam, duo talenta cere in memoriam proprietatis supradicte nobis collate annis singulis in die beati Mychahelis ex hoc nunc et in omne tempus Herisiensi ecclesie persolvemus. Ceterum condictum et promissum fuit inter ista, quod ecclesia nostra Herswedehusensis pro restauro sex denariorum, quos annis singulis in pensione Herisiensi ecclesie solvere tenebatur, oblatas ad divinum officium necessarias in posterum omni tempore ministrabit. Igitur ut ea, que per veritatem gesta sunt, rata et inconvulsa perseverent, presentem paginam super hiis confectam sigillo venerabilis domini nostri Paderbornensis episcopi et sigillo nostro fecimus roborari in perpetuum testimonium et munimen. Datum in Herswedehusen, anno Domini M°.C°C.LXV°II., II. Nonas Aprilis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Neuenheerse Nr. 18. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab.

1109.

Propst Gerhard von Fritzlar schenkt seinem Stift einen seinem Official verkauften Viertelszehnten in Wildungen. Mainz 1267 April 17.

Viris honorabilibus et discretis . . decano totique capitulo ecclesie Frislariensis Gerhardus dictus de Bolandia Dei gratia eiusdem ecclesie prepositus salutem et sinceram in Domino caritatem. Cum Hermannus de Wildungen dictus Maze una cum filiis suis Hermanno et Ludewico quartam decimarum eiusdem ville Wildungen, quam a nobis feodi iure tenebant, in manus . . officialis nostri Frislariensis nostro recipientis nomine de consensu coheredum suorum liberam resignavit recepta propter hoc a magistro Conrado scolastico Frislariensi certa pecunie quantitate, ecce nos receptionem resignationis huiusmodi gratam habentes et ratam ac predictos olim nostros vasallos a fidelitate nobis prestita testimonio presentium absolventes prefatam quartam, quinimmo tres partes residuas, si quando eas absolveritis, aut etiam aliquis vicariorum ecclesie vestre de manibus laycorum, qui sub iure feodi predicto ipsas de manibus vestris tenent, ad preces et instantiam dilecti nobis magistri Conradi dicti de Michelmbach, ecclesie vestre scolastici in proprietatam perpetuam vobis cedimus et donamus, ita quod iuxta ordinationem ipsius scolastici seu aliorum, per quorum expensas et operas fuerint absolute, ecclesie vestre utilitas et commodum procuretur de ipsis. In cuius nostre donationis seu concessionis testimonium damus vobis presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas. Datum Maguntie XV. Kalendas Maii anno Domini M°.C°C.LXVII.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Stift Fritzlar. An röthlicher Schnur spitzovales Siegel des Propstes, stehende Figur mit Buch und Palmzweig. Umschrift: S. Gerhardi . . . ecclesie Fritslariensis.

1110.

Edelherr Bernhard zur Lippe schenkt dem Kl. Marienfeld die von Ritter Berthold gen. von der Lippe, seinem Bruder Werner und ihren Oheimen Hermann und Konrad früher beanspruchten, jetzt resignirten Güter zu Beesen (Bersen) *und Hüntrup* (Huncinctorpe). *Mitsiegler die Stadt Horn und die dort wohnenden Ritter:* Albertus gogravius, Burgardus de Holthosen et Rolandus de Holthosen, Bertoldus de Lippespringe, Vulueramnus de Vreserenhosen. *1267 Mai 1.*

Gedr. UB. III, 789; Reg. Lipp. Regg. I, 223 Nr. 337a.

1111.

Der Schultheiss von Wildungen bekundet Streitbeilegung zu Gunsten des Kl. Haina. Wildungen 1267 Mai 2 und 3.

Godescalcus scultetus in Wildungen, dictus de Mulenhusen, cunctis Christi fidelibus tenore presentium innotescat, quod Denhardus de Mehele, Henricus dictus Kobolt filius suus et Henricus gener eiusdem omni actioni, quam habebant adversus ecclesiam de Hegene super bonis in Mehele sitis, omni dolo excluso renunciaverunt coram me liberaliter et expresse. Hec autem abrenunciatio facta est in crastino sancte Walburgis in Wildungen in presentia subscriptorum, videlicet fratris Ludewici cellerarii in Hegene, fratris Bertrami sacerdotis et monachi, fratris Henrici dicti de Bufheym, domini Henrici de Anref militis, Iohannis dicti Dorrebuch, Vdonis de Corbeke, Conradi de Nezehe et Ysfridi[1]). Postmodum vero dominico die post Walburgis renunciaverunt in Mehele consensu unanimi predictus Denhardus cum sua legittima Cunegunde, Conradus filius ipsorum, Iuttha adhuc virgo existens et Bertradis filie eorundem necnon Werendrudis filia Henrici et Bertradis. Actum anno Domini M°.C°C.LX°V°II., diebus et locis suprascriptis. Huius rei testes sunf: Ditmarus, Conradus, Volcmarus, Volcnandus, Bertoldus, Conradus, Ludewicus, Hermannus, Iohannes, Conradus, Henricus, Wilhelmus et alii quam plures. Ut autem hoc factum firmum permaneat et inconvulsum, presentem litteram ad petitionem utriusque partis sigilli domini mei comitis de Waldeken feci munimine roborari.

[1]) *Vielleicht* Yffridi.

Or. im Grossherzogl. Hessischen St.-A. zu Darmstadt. An Pergamentstreifen Siegel des Grafen Adolf wie Varnhagen, Grundlage, Fig. 2; Umschrift stark verletzt.

1112.

Edelherr Konrad von Schönenberg überlässt das Eigenthum der von ihm zu Lehen gehenden, dem Kl. Gehrden verkauften Äcker bei Haus Esneberch *diesem Kloster. Schönenberg 1267 Mai 22.*

Conradus nobilis de Schonenberg[1]) et Agnes mater eiusdem omnibus, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, salutem in perpetuum. Tenore presentium protestamur, quod, cum dilectus noster dominus Hermannus prepositus Gerdensis agros quosdam, qui adiacent domui Esneberch, numero triginta et octo iugera a fratribus Wichardo, Bertoldo et Ioanne nomine ecclesie pro octo marcis denariorum emisset et postmodum dicti[2]) fratres eosdem agros in manus domini Gerhardi de Eddissen[3]) militis, qui eosdem a nobis in pheodo tenuit, resignassent, nos proprietatem agrorum eorundem ex petitione et voluntate dicti militis et nostro consensu unanimi contulimus ecclesie memorate in perpetuum possidendas. Huic facto interfuerunt: Ludolfus de Humbragtesen miles, Ioannes de Lidbeke, Rotherus de Rosbeke, Henincus de Engelant, castellani nostri, Thetmarus de Rosebeke[4]), Heithenricus de Ethelersen et alii quam plures. In huius rei memoriam presentem[5]) litteram sigillis nostris duximus muniendam. Datum Schoneberg, anno Domini M°.C°C.LXVII., in dominica ante ascensionem Domini, per manum Alberonis capellani et notarii in Schonenberch.

[1]) Schonenberch *C.* [2]) dicti *fehlt C.* [3]) Edissen *C.* [4]) Rofbeke *C.* [5]) presentem *fehlt C.*

Nach dem Gehrdener Kopiar f. 28 D. 13 (B); Msc. II, 71 p. 232 (C), I, 242 p. 37 (D), VI, 224 f. 73 (E), letztere im Kgl. St.-A. Münster. Haus Esneberg *ist wohl bei Dalhausen oder bei der*

Kapelle Eddessen zu suchen, denn hier war Kl. Gehrden begütert und hatte Interesse, die Äcker, von denen in der Urk. die Rede ist, zu erwerben. Uebrigens besass diese Äcker vorher Ritter Gerhard von Edissen. Das Dorf Eddessen ist im J. 1447 auf dem Rückzuge der Hussiten von diesen zerstört worden. (Spancken.)

1113.

Das Paderborner Domkapitel erklärt, dass ein Höriger seiner Kirche nur gegen eine gleich werthvolle Person veräussert werden darf. 1267 Juni 6.

Nos Hinricus prepositus, Rabodo decanus ceterique prelati ac totum capitulum ecclesie Paderbornensis omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod in hoc omnium et singulorum nostrorum unanimis et communis residet et sentencialiter resedit sentencia, quod nullus nostrum ecclesie nostre mancipium sive hominem alienare poterit cum effectu, nisi recepta permutacione ydonea pro eodem de consensu capituli, quod presentibus protestamur. Datum anno Domini M°.C°C.LX° septimo, in crastino Pentecostes.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 60. Das Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Ueber den Grund, warum diese Urk. ins Herforder Archiv gekommen, vgl. Nr. 935.

1114.

Papst Clemens IV. nimmt Personen und Güter des Kl. Bredelar in Schutz und bestätigt dem Kloster besonders den Besitz seiner Ländereien, Weinberge und Gärten. Viterbo 1267 Juni 17.

Reg. zuletzt UB. V, 669.

1115.

Edelherr Berthold v. Büren bekundet eine Hofverpfändung an Böddeker Konventualinnen. 1267 Juni 28.

Bertoldus nobilis de Buren omnibus hoc scriptum visuris eternam in Domino salutem. Ad omnium noticiam pervenire volo, quod Conradus filius Cristine, in presencia mea constitutus, cum suis heredibus curtim suam in Bodeken sitam in foro et dictam Steltemans guet cum suis pertinentiis dominabus in Bodeken, videlicet domine Alheydi cel(l)erarie Budicensi, Benedicte, Elyse in Gheseke pro quinquaginta marcis titulo pignoris obligavit. Acta sunt hec presentibus quam pluribus: preposita Gysla, Rykeza decana, Cunegunde, Alheyde, Tyderico canoniko et Ludolfo, domino Reinbero milite, Horado gogravio, Ludolpho de Bodeken, Conrado pincerna, Henrico filio Ermendrudis, Bodemaro, Ecberto dicto Vurhake. Datum anno domini M°.CC°.LXVII°., in vigilia apostolorum Petri et Pauli.

Nach dem Böddeker Kopiar fol. XXII. im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg.

1116.

Äbtissin Hedwig von Böddeken bestätigt einen Hofankauf. 1267 (um Juni 28).

Hadewigis Dei gracia abbatissa in Budeken omnibus presentem litteram inspecturis salutem in eo, qui est salus omnium. Ne ea, que geruntur in tempore, evanescant cum tempore, necesse est, ut litterarum testimonio roborentur. Notum ergo esse cupimus universis tam presentibus quam futuris, quod domina Aleidis cel(l)eraria in Budeken, Benedicta et soror eius Eliza canonica in Gesike, curtim in foro sitam ville predicte, quam Conradus filius Cristine de manu nostra tenebat, pro quadam summa pecunie comparaverunt heredibus ipsius consentientibus ac predicta bona resignantibus libera voluntate. Nos vero prefatam emptionem ratam habentes iam dicta bona dominabus concessimus memoratis. Ut autem iste contractus a nemine valeat irritari, presentem literam sigillo fecimus nostro fideliter communiri. Testes huius rei runt: conventus Budicensis, Tidericus, Ludolfus, canonici, Henricus, Ermentrudis, Godefridus Berstrate. Datum anno Domini MCCLXVII.

Nach dem Böddeker Kopiar fol. XXII im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg.

1117.

Die Rathmänner von Corbach bekunden Verzicht des Conrad Nothe und Johannes von Nelach auf ihre Güter in Laterfeld zu Gunsten des Kl. Bredelar. 1267 Juli 8.

Universis presentem paginam visuris consules nove civitatis in Korbike notum esse volumus, quod Conradus Nothe et Johannes filius fratris sui Herdegeni dicti de Nelach mediantibus viris discretis et honestis omni iure suo, si quod habere videbantur in bonis quibusdam sitis in Lateruelde, super quibus abbatem monasterii de Breydelar et suum conventum, ordinis Cysterciensis instanter impetierunt, publice renunciaverunt. Ut autem hec renunciatio rata et inconvulsa[1]) in evum permaneat, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Huius vero rei testes sunt: Thetmarus nobilis de Waldekee[2]) cognomento Oppolt, Arnoldus de Paderborne dapifer, Reymboldus de Ryen, Thidericus de Wagenbach, Gyselerus Smelte, milites, Godescalcus[3]) de Mulenhusen, Elgerus de Dalewich, Hedenricus de Nerdere et frater suus Regenhardus, Heinricus filius domini Christiani magister consulum et Johannes frater suus et alii quam plures. Actum et datum anno Domini M°.C°C. sexagesimo septimo, in die sancti Kyliani martyris.

[1]) inconulsa *Or.* [2]) *So Or.* [3]) Godedescalcus *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 89. Siegel von dem von der Urkunde abgeschnittenen Pergamentstreifen abgefallen.

1118.

Bischof Simon von Paderborn genehmigt eine Güterresignation. 1267 Juli 14.

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris in perpetuum salutem in Domino. Presentibus publice protestamur, quod gratum et ratum habemus, quicquid per Ioachim capellanum nostrum dilectum et dapiferum nostrum Arnoldum et Balconem officialem nostrum nomine nostro inter monasterium Bennikinchusen et virum nostrum Iohannem de Vuinch(usen) uxorem suam et liberos extitit ordinatum, in eo videlicet, quod predicti Iohannes, uxor eius et liberi omni iuri renunciabant libere, quod se habere dicebant in bonis Vuinch(usen), que excolebant tempore questionis. Testes huic facto aderant subnotati: Ioachim plebanus de Vilse, Arnoldus monachus Campensis, Arnoldus dapifer, Hermannus dictus Bolico, Godefridus de Hesnen, Thydericus de Scorlinemere, Arnoldus dictus Credo, milites, Wernerus Balco, Hermannus de Brochusen, Lambertus de Suderlage, Henricus Credo, Gotwarus, Hermannus, cives Sosatienses, Conradus de Holthusen, Wilhelmus de Herinchtorp, Conradus de Heruelde, Sintrammus de Hagen, Hermannus iudex de Salinis, Ravem de Gesike, Hermannus et Henricus de Godinchtorp, Conradus de Vuinchusen, Hartmannus custos noster, Conradus et Iohannes villici de Bochem, Fridericus de Ekenber. Presentes etiam fuerunt conversi nostri: frater Henricus, Theodericus, Bruno, frater Gerhardus de Molendino, frater Henricus de Vuinch(usen) et alii quam plures tam clerici quam laici. Ad maiorem etiam evidentiam huius facti presens scriptum sigillo nostro fecimus communiri. Actum et datum anno Domini M°.C°C.L°XVI°I., pridie Idus Iulii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Benninghausen Nr. 28. An Pergamentstreifen Siegel d. B.'s mit Rücksiegel.

1119.

Erzbischof Engelbert von Köln und Bischof Simon von Paderborn verpfänden als Vormünder des Stifts Corvey dem Grafen Adolf von Waldeck Burg Lichtenfels mit Sachsenberg und Fürstenberg und allen Corvey'schen Besitzungen und Rechten aufwärts von Corbach vorbehaltlich der Wiederlöse. Diestedde 1267 Juli 21.

In nomine Domini amen. Nos Engelbertus Dei gratia[1]) Coloniensis ecclesie archiepiscopus[2]), sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, et Symon[3]) eadem gratia Paderbornensis episcopus recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod discordia, que inter nos et amicos nostros ex parte una, et

nobilem virum A(dolfum) comitem de Woltecke[4]) et amicos suos ex parte altera, dudum extitit, sopita est amicabiliter sub hac forma, quod nos, qui nunc Corbegiensis[5]) ecclesie tutores existimus, de consensu abbatis et capituli dicto comiti de Woltecke et heredibus suis[6]) castrum Licthenvils[7]) et duo opida[8]), Sassenberg videlicet et[9]) Vorstenberg, dicte ecclesie pertinencia[10]), cum hominibus, terris, possessionibus et omnibus iuribus suis ab opido[11]) Corbeke et sursum versus Licthenvils[7]) pro septingentis marcis denariorum apud Corbeke et Medebeke legalium, ecclesiasticis beneficiis et ministerialibus dumtaxat exceptis, obligamus, que in vigilia vel in sancto die aut in crastino beate Walburgis et non in alio anni termino annis singulis pecunia integraliter persolvenda infra opidum[12]) Corbeke, dum volumus et poterimus, redimemus; et qui pecuniam Corbeke adduxerint, firmum conductum habebunt illic[13]) veniendi et ad propria redeundi. In cuius rei robur et testimonium nos dicte ecclesie abbatem et capitulum cum effectu inducemus, ut prefatam obligationem gratam et ratam[14]) habeant et eam suis patentibus litteris approbent et confirment. Promissum est etiam[15]), quod dicta ecclesia ad redimendum castrum et opida[8]) prefata cum omnibus suis iuribus[16]) quocunque modo nobis ab ecclesie tuicione cedentibus liberam habeant[17]) facultatem in annis et terminis prenotatis. Si vero dictas litteras abbatis et capituli procurare non poterimus, nos prefatum comitem et heredes suos ab omni actione tam spirituali quam seculari, que contra ipsos racione dicte obligacionis et bonorum a quibuslibet moveri poterit, penitus absolvemus ipsis insuper contra omnes in dictis castro et opidis[18]) iniuriam seu violenciam ex parte ecclesie Corbeiensis facere volentes, racione dicte obligacionis[19]) tam spirituali quam seculari brachio pro nostris viribus, consilio et auxilio favorabiliter[20]) succurremus, salvo omni iure omnium dictos terminos inhabitancium ita, quod quelibet bona hactenus et nunc obligata per memoratum comitem et heredes suos redimi non poterunt, nisi de possidencium vel ecclesie fuerit voluntate. Preterea sepedictus comes cum decem militibus, comes de Arnesberg et filius suus cum sex militibus firmam prestabunt cautionem[21]), ut, cum memorata pecunia integraliter persoluta fuerit, prout superius est expressum, castrum, opida[8]) et bona prenotata cum integritate iurium suorum Corbegiensi[5]) restituantur[22]) ecclesie et inhabitatores eorum iurabunt, quod eidem pertineant, ut tenentur. Nos Dei gratia Coloniensis archiepiscopus, S(ymon) Paderbornensis. G(erhardus) Monasteriensis eadem gratia episcopi et W(idekindus) Osnaburgensis electus, E(verhardus) de Marcha[23]) et F(redericus) de Retberg comites, Her(mannus)[24]) dominus de Lippia, H(einricus) burcgravius[25]) de Stromberg et[26]) H(edenricus) marscalcus Westfalie, Her(mannus) de Monasterio, Hugo Ursus, Bernardus de Beueren, Wezzelus de Lembeke, Henricus[27]) et Bertoldus fratres de Susato, G(erwinus)[28]) de Rinkenrode, G(odefridus) de Houele[29]), Th(idericus) dictus Vlenspit[30]), Her(mannus) de Mereuelde, N(icolaus)[31]) de Beueren, Albertus dapifer, Albero dictus Creuet[32]), R(odolfus)[33]) de Horne, Hereboldus[34]) de Amelungessen, Iohannes de Brocbeke, C(onradus)[35]) de Etlen dicimus publice[36]) omnia supradicta per nos fuisse amicabiliter[37]) et concorditer ordinata, quod nos, qui sigilla habemus, per appensionem eorum protestamur, et nos, qui sigilla non habemus, sigillis appensis contenti sumus. Actum et datum in campo apud Distede[38]), anno Domini M°.C°C.LXVI°I.[39]), in vigilia beate Marie Magdalene.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 234. Von 9 Pergamentstreifen Siegel ab, noch ein 10. Einschnitt. Ein zweites im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel befindl. Original (Miscell.), dessen 9 Siegel fehlen, hat folgende Abweichungen:

[1]) sancte. [2]) ac. [3]) Simon. [4]) Waltecke. [5]) Corbeiensis. [6]) comiti et heredibus suis de Waltecke. [7]) Lechtenvils. [8]) oppida. [9]) Sassenberg ac. [10]) pertinentia. [11]) oppido. [12]) oppidum. [13]) illac. [14]) ratam et gratam. [15]) eciam. [16]) iuribus suis. [17]) habebunt. [18]) oppidio. [19]) ratione d. o. fac. volentes. [20]) fac. c. et auxilio. [21]) caucionem. [22]) restituentur. [23]) Marka. [24]) H. [25]) burchgravius. [26]) et *fehlt.* [27]) Wezelus de Lembeke, Hugo Ursus, Bernhardus de Beveren, Hinricus *u. s. w.* [28]) Gerwinus. [29]) Godefridus de Huvele. [30]) Thidericus dictus Vulenspit. [31]) Nicolaus. [32]) Criveth. [33]) Rodolfus. [34]) Herboldus. [35]) et Conradus. [36]) pupplice. [37]) amicabiliter fuisse. [38]) Distide. [39]) LX° septimo.

Gedr. Schaten ad annum.

1120.

Abt und Kapitel des Kl. Helmarshausen bekunden die Schlichtung eines Güterstreites zwischen dem Edelherrn Konrad v. Schöneberg u. a. mit Johannes gen. Strit. Auf dem Kirchhofe in Hümme 1267 August 5.

. . . (abb)as et universitas capituli in Helmwordeshusen omnibus hoc scriptum visuris imperpetuum. Notum esse cupimus omnibus huius temporis et futuri fidelibus . . . (a Conrado) viro nobile de Sconenberg cum aliis viris honestis et fide dignis litem et controversiam cum Iohanne cognomento Strit pro quibusdam bonis et redditibus . . . (ort)am hac lege et condicione fuisse sopitam. Promittente nimirum prenominato Io(hanne) in manus domini Conradi viri nobilis omne pactum huius negocii fideliter . . . entibus statuit et ordinavit idem vir C(onradus) nobilis habito suorum consilio, ut singulis annis predictus Io(hannes) a bonis, de quibus lis fuit, a tribus scilicet mansis . . . et dimidium cum duobus porcis persolveret, ita ut quilibet fratrum suorum alter alteri succederet, priore propter inopiam fortassis deficiente. De duobus autem . . . (mansis?), qui quinque mudde et dimidium solvebant, fratribus suis nichil iuris in eis possidentibus, quatuor mudde annuali pensione cum pingui porco persolvat. (Statutum est etiam a)b huius pacti ordinatoribus, ut, si quid predicte pensionis aliquando subtractum fuerit, quia eorum voluntati in omnibus consensimus, predictus Iohannes et sui . . . fiant et nichil omnino iuris in eis ultra se habere confidant. Sub eiusdem quoque pacti serie iam sepedictus Iohannes cum fratribus suis, . . . quod usque ad id temporis in bonis, in tribus videlicet mansis in Thesle, se habuisse dicebant, licet iniuste, renunciaverunt, et dominus de Sconenburc . . . or eadem protestatus et huius seriem ordinationis aliis litteris sigillo proprio et sigillo viri nobilis L(udolfi) comitis de Dassele munientes robora(tam monasterio Helm)wordensi tradiderunt ad munimen. Huius rei testes sunt: Hermannus decanus, Bertoldus hospitalarius, Remboldus cellerarius, Gerhardus Hadeke, . . . Ludolf de Humbretessen, Widikindus de Humme, Conradus de Markessen, Heinricus de Holdungen, milites; Bertoldus de Adeleuessen, Thidericus (de G?)eledbike, Rodes, Theitmarus, Conradus de Humme, Arnoldus de Wlfinhosen, Conradus de Ellenhosen, Arnoldus Hurlere, Drutleuus, Iohannes et . . . fratres et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini millesimo C°C.L°X septimo, in die beati Oswaldi regis et martiris, in cimiterio Humme . . . fratres de Desenburc dicti Speculi significamus omnibus, quod ratam habemus ordinationem et compositionem, quam ecclesia Helmw(ordensis) cum Iohanne Strit et suis fratribus habuerunt. Idem tota civitas protestatur.

Or. (dessen vorderer Rand abgeschnitten ist) im Kgl. St.-A. Marburg. Die drei Siegel von den anhängenden Pergamentstreifen abgefallen. Der Zusatz von fratres de Desenburc *an nach der Besiegelung von anderer, aber sehr ähnlicher Hand nachgetragen. Eins der Siegel wird ein Spiegel'sches gewesen sein. In dorso saec. XV.:* Humme III mansos Holdunghen.

1121.

Bischof Simon von Paderborn bekundet Ueberlassung mehrerer Hörige an Kl. Benninghausen. 1267 August 13.

S(imon) Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus universis presentem litteram inspecturis salutem in Domino. Presentium tenore protestamur et notum esse cupimus, quod abbatissa et conventus in Benikinchusen quosdam homines pertinentes ad curtem, que dicitur Westhof, super quibus inter nos et ipsos lis vertebatur, videlicet Arnoldum, Helmicum, Mechtheldim, Lutgardim, Alheydim, Walburgam et Cristinam sacramento interposito obtinuit et confirmavit, quod predicti homines pociori iure ad ecclesiam in Benikinchusen quam ad nostram pertinerent, super quo facto nostrum consensum et ratihabitionem adhibemus. Et ne predicta ecclesia per nos vel successores nostros aliquam paciatur impulsationem vel molestationem, presentem litteram sigillo nostro decrevimus communire. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LX°VII., die Ypoliti martyris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Benninghausen Nr. 29. An Pergamentstreifen Siegel d. B.'s mit Rücksiegel.

1122.

Der in der Fehde zwischen dem Bischof Simon und dem Abte Thymo von Corvey einer- und dem Grafen von Waldeck und dessen Sohn Widukind Elekten von Osnabrück andrerseits in die Gefangenschaft der ersteren gerathene Ritter Werner von Bischofshausen wird daraus unter gewissen Bedingungen entlassen. Volkmarsen 1267 September 7.

Noverint universi tam presentes quam posteri, quod Wernherus miles dictus de Biscopeshusen fuit emancipatus a vinculis sub hec forma. Ego Wernherus de Bischopeshusen protestor et publice[1]) recognosco, quod iuravi et fide vallavi me et meos fratres Paderbornensi et Corbeyensi ecclesiis perpetuo serviturum, serviendo tempore werre inter dominum Paderburnensem ex una et dominum electum Ossnaburgensem et patrem suum comitem Adolfum et eorum amicos ex parte altera, cum duodecim viris armatis et totidem dextrariis valeratis. Tribus etiam annis ex nunc inantea serviam quolibet anno semel contra quemlibet in expeditione domini Paderbornensis, exceptis domino Moguntino et lantgravio[2]) domino Hassie, fideliter in sumptibus et dampnis Paderbornensis ecclesie et Corbeyensis. Insuper si prescripta, quod absit, fuerint per me aliqualiter infirmata, pars mea et fratrum meorum castri de Ythere cedet cum orburis suis omnibus ad proprietatem ecclesie Corbeyensis quam per nobilem virum Regenhardum de Ythere dicte ecclesie Corbeyensi iussi una cum consensu[3]) meorum fratrum sine contradictione qualibet presentari. Ne autem prescripta omnia valeant infirmari, Heinricus et Hermannus et Bruno fratres mei et Regenhardus nobilis de Ythere et Heinricus suus filius ad observantiam predictorum fideiussionibus manualibus se domino Paderbornensi episcopo obligarunt, sicut singuli prenotati suis sigillis presentibus ap(p)ositis recongnoscunt. Datum et actum Volcmarsen, anno Domini M°.C°C.LXVI°I., in vigilia nativitatis Domine nostre.

[1]) puplice *Or.* [2]) langgravio *Or.* [3]) unam cum conscensu *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 235. Von den fünf Pergamentstreifen die Siegel ab. Der Vertrag vom 21. Juli 1267 scheint den Krieg nur momentan sistirt zu haben. Wahrscheinlich ist dieses die Einleitung des grossen Kampfes, der zur Gefangennahme des Erzbischofs von Köln und des Bischofs von Paderborn führte. Schaten erwähnt ad annum mit verderbtem Datum: pridie natalis virginibus *inhaltlich diese Urk., nennt aber als Gefangene* nobilis de Itteren ac ceteros perfidos Corbeiensium clientes. *Wahrscheinlich liegt hier ein Versehen vor, da die Edelherrn von Itter oben als Bürgen erscheinen; vielleicht war aber auch Regenhard von Itter, seit 1264 Februar 14 mit Adolf und Heinrich von Waldeck verbündet (vgl. Kopp, Histor. Nachr. v. d. Herren zu Itter S. 56; Varnhagen, Grundlage S. 309 Anm.), gefangen und hat einen gleichlautenden verlornen Revers ausgestellt.*

1123.

Graf Ludolf von Dassel vergibt Vogteirecht an einen der Kirche in Hilwartshausen gehörigen Hof in Wettesingen. Warburg 1267 September 21.

Ludolfus comes de Dasle, Regelindis uxor ipsius et heredes ipsorum omnibus hanc litteram inspecturis sincerum in omnibus affectum. Notum esse cupimus universis, quod nos Conrado de Wethen civi in Wartberg et domino Conrado militi, genero suo, Alheidi filie sue et ceteris heredibus ipsorum omne ius, quod habebamus in advocatia curtis unius site in Wittesinge, ecclesie in Hildewardeshusen pertinentis, bona porreximus voluntate scriptis presentibus protestantes, quod nos ipsis huius iuris et pheodi, si necesse fuerit, loco et tempore debeamus prestare certam omnibus warandiam et quod ea in perpetuum a nobis et heredibus nostris iure tenere debeant pheodali. Huius rei testes sunt: Hermannus de Osethe et Conradus de Sconenberg, nobiles, Conradus de Rekenechosen, Mei(n)rardus de Dinkelburch, milites, Conradus de Gran, Iohannes Stolte et plures alii. Quod ut firmum

et stabile perseveret, presentem litteram sigillo nostro fecimus roborari. Actum Wartberge, anno Domini M°.C°C.L°XVI°I., in die beati Mathei apostoli et evangeliste.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover, Kl. Hilwartshausen Nr. 54. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1124.

Der durch Fürbitte des h. Liborius von Steinschmerzen befreite Erzbischof Werner von Mainz gewährt zum Dank allen zum Bau der Paderborner Domkirche Beisteuernden einen vierzigtägigen Ablass. 1267.

Vgl. Meibom, SS. rer. Germ. I, 282; Mertens, Der h. Liborius 127 und 169; Böhmer-Will, Regg. arch. Mag. II, 370 Nr. 181.

1125.

Die Edelherren Bernhard und Hermann zur Lippe resigniren dem Bischof von Minden den ihnen zuvor von Richard Voss überlassenen Zehnten in Alrebeke *zu Gunsten des Kl. Loccum. 1267.*

Gedr. Hodenberg, Calenb. UB. III, 274 und 275. Lipp. Regg. I, 224 Nr. 339 und 340. Vgl. oben Nr. 883.

1126.

Propst Dietrich von St. Peter in Paderborn meldet dem Bischof von Minden, dass er die Resignation seiner Brüder Bernhard und Hermann (zur Lippe) auf den Zehnten zu Alrebeke *zu Gunsten des Kl. Loccum genehmige u. thut dasselbe. 1267.*

Gedr. Hodenberg, Calenb. UB. III, 276. Alrebeke *lag in der Feldmark von Rehburg. Vgl. daselbst Nr. 221.*

1127.

Sigebodo von Itter bekundet den Verkauf seines Gutes in Höringhausen an Kl. Bredelar. 1267.

In nomine Domini amen. Omnibus hanc litteram visuris Sygebodo de Yttere pacem et veritatem diligere. Acta hominum cito vergunt in oblivionem et in nichilum, nisi juxta decreta seniorum litterarum testimonio fulciantur, ut in memoria habeantur. Presentibus igitur et futuris notum esse cupio tenore presentium publice protestans, quod ego tunc temporis uxore carens et liberis unanimi tamen consensu et voluntate ceterorum heredum meorum curtem meam in Hoyrynchusen sitam, jure veri dominii et libertatis ab omnibus progenitoribus meis ad me libere devolutam et quiete possessam, domino Alexandro abbati de Breydelar et suo conventui, ordinis Cystertiensis, a me comparandam exhibui affectuose. Super quo ipsi habito consilio Korbike me adierunt comparantes ibidem a me mediantibus probis viris eandem curtem[1]) tytulo emptionis septem marcas legalis monete michi persolventes; reliquam vero pecuniam, si quam habiturus eram, tam pro salute anime fratris mei Thetmari jam pridem defuncti, apud ipsos fraternitatem habentis, quam ceterorum carorum meorum fratribus jam dicti monasterii in elemosinam decrevi largiendam. Eapropter prefatam curtem cum pensione et omnibus pertinentiis suis, agris videlicet cultis et incultis, silvis, pratis, paschuis, aquis aquarumque decursibus, sicut ego et progenitores mei antiquitus libere possedimus, contuli sollempniter et dedi beate Marie virgini gloriose cenobii memorati et fratribus ibidem Domino famulantibus libere et quiete proprietario jure perhenniter possidendam, plurimum ipsis favens de eadem possessione, omni juri meo sive advocatie vel petitionis in eadem curte habito cedens absolute. Et hec cessio, uti moris, seculari sententia fuit confirmata. Set et hoc manifestius profiteor heredibus meis consentientibus[2]) universis, quia eosdem fratres in possessionem ejusdem curtis introduxi et ipsis semper prestabo cum favore de curte sepedicta veri dominii plenam et perpetuam warandiam. Et quia sigillum proprium non habeo, presentem paginam sigillorum domini Regenhardi de Yttere nobilis viri, cognati mei, et civitatis in Korbike munimine feci roborari.

Acta sunt hec anno Domini M°.C°C. sexagesimo septimo. Hujus rei testes sunt: Hermannus de Sunnenchusen scolasticus maioris ecclesie in Paderborne, Wernherus de Pathberg, plebanus in Korbike, Conradus et Conradus sacerdotes et capellani ibidem, Wernherus de Heyly(gen)berg sacerdos, Gyso magister consulum antique civitatis, Bernherus et Johannes Keinpe[3]) fratres, Heinricus Balehorn, Everhardus Uirdach, Albertus Diues, Hermannus Waltman, Heinricus filius domini Christiani, magister consulum nove civitatis et Johannes frater suus et alii quam plures.

[1]) cutem *Or.* [2]) consentibus *Or.* [3]) Kempe *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar, Nr. 88. Von den drei an Pergamentstreifen angehängten Siegeln Bruchstück des letzten, R.'s von Itter erhalten. Auf der Rückseite v. Hand s. XV. Horrinchusen.

1128.

Die Bürgerschaft in Marsberg bekundet Geldabgabe an Kl. Hasungen. 1267.

Universis presens scriptum inspecturis universitas civium in Monte Martis imperpetuum valere. Actio quevis hominum a memoria nunquam elabitur, que scriptis et dictis testium commendatur. Quapropter notum sit tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod venerabilis dominus abbas in Hasungen cum consensu sui conventus decrevit statuere: de parentela Ertmodis et Gertrudis in Monte Martis et earum posteritate masculus in obitu suo quatuor solidos gravium denariorum ecclesie dicte persolvendos assignabit, femina vero duos solidos eiusdem monete deputabit. Ne igitur super hoc in posterum dubitationis possit exoriri scrupulus, presentem literam nostro sigillo fecimus roborari. Huius rei testes sunt: Hermannus prepositus de Aroldessen, Elgerus quondam ibidem prepositus, Hermannus plebanus in Wi(t)mare, Gerlacus de Twiste, Conradus de Hemmenchusen et alii quam plures. Actum et datum anno Domini M°.C°C.L°X septimo.

Gedr. Ztschr. d. Ver. f. Hessische Gesch. u. Landesk. II, 123 anscheinend nach dem Or.

1129.

Elekt Widukind von Osnabrück bekundet Memorienstiftung der Wittwe seines Bruders Heinrich von Waldeck im Kl. Netze. 1267 (?).

Widekin(d)us miseratione divina Osnabrugensis ecclesie episcopus omnibus hoc scriptum visuris salutem in vero salutari. Ne gesta temporum simul labantur cum tempore, fideli scripto commendantur. Noverit tam presens etas quam futura posteritas, quod domina Methildis, relicta fratris mei Heinrici comitis de Waldeke, felicis memorie, cum filiis suis Adolfo, Gotfrido, Ottone pro remedio anime predicti fratris mei ecclesie et conventui vallis domine nostre in Netze VIIII moldera annone contulit perpetuo ibidem, quia ibi exspectabit resurrectionem iustorum. Et ne hoc factum successores possint revocare, presens scriptum sigillorum nostrorum munimus appensione. Facta sunt hec in presentia domini Adolfi comitis de Waldeke et domini Gotfridi comitis de Arnesberg. Huius rei testes sunt: Io(hannes) prepositus de Werbe, Lodewicus plebanus de Sassenhusen, Hermannus Brotrump, Andreas de Netze, Thydericus de Wagenbach, Reimboldus de Rien, Arnoldus de Paderborne, milites, et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXX°VII°.

Or. im Fürstl. Waldeck. Arch. zu Arolsen. An weiss-schwarzen Leinenfäden in weissem Wachs 1) spitzovales Elektensiegel des Bischofs mit Rad als rückwärtigem Sekret, wie Westf. Sieg. I Taf. 52 Nr. 5 und 62 Nr. 12; 2) spitzovales kleines Siegel der Gräfin zu Pferde, Falken auf der Hand, neben dem Kopf und oberhalb je ein sechsstrahliger Stern (verletzt), wie Abbildung Varnhagen, Grundlage Fig. 6. Das Datum ist irrig; Widukind starb 1269 Nov. 18, Graf Heinrich v. W. 1267: also ist wahrscheinlich ein X *zu viel. (Der Todestag W.'s ergibt sich aus Domnekrolog, Osn. Mitth. IV, 192 und Nekrolog von St. Johann; 1269 Januar 27, vgl. UB. III, 826, lebte W. noch, 1270 Januar 18 heisst er* quondam electus. *Mittheilung des Staatsarchivars*

Philippi.) Stüves Angabe, Gesch. d. Hochst. Osn. S. 189, dass W. geweiht worden, ist falsch. Der Ausdruck episcopus *hier u. UB. III, 822 ist ungenau. Vgl. Varnhagen, Grundl. S. 321 Anm. f, wo Zeugen.*

1130.

Alrad von Horhusen u. seine Mutter Hildegundis bekunden Überlassung von Zehnten an Kl. Bredelar. 1268 Januar 8(?).

In nomine sancte et individue trinitatis. Omnibus hanc litteram visuris Alradus dictus de Horhusen necdum adhuc miles et Hildegundis mater sua et coheredes sui universi pacem diligere et veritati semper inherere. Cum homo brevi vivat tempore, cautum est, ut ea, que nostris aguntur temporibus, ne a memoria excidant posterorum, annotatione testium confirmari et testimonio litterarum perhennari. Hinc nos presentium tenore publice protestamur, ad noticiam presentium et futurorum pervenire cupientes, quod, cum nos debitorum multitudine nimis gravaremur et pro hiis a creditoribus nostris plurimum artaremur debita die statuto solvere, sicut fide data a nobis fuit promissum, sicut honorem nostrum diligeremus, ultioribus indutiis nobis omnino denegatis amicorum nostrorum usi consilio et mei, Alradi predicti, uxoris Regelindis nomine et Bodonis unici filii mei et matris mee, Ludolfi et Bodonis fratrum meorum et sororum et coheredum nostrorum omnium unanimi accedente consensu et voluntate decrevimus unam potius partem hereditatis nostre consulte dimittere quam rupto federe honoris et fidei detrimento subiacere. Proinde Thiderico de Mederike et Alberto de Lutersen, militibus, consanguineis nostris, mutue consanguinitatis et debite fidelitatis intuitu circa profectum nostrum et honorem nostrum conservandum satis perplexis, in anxietate nostra cooperantibus nobis affectuose vicem nostram ipsis solis dolentibus rogatuque nostro mediantibus, dimidiam partem decime in Lateruelde hereditaria successione ad nos devolutam et quiete possessam domino Alexandro abbati in Breydelar et suo conventui, ordinis Cysterciensis, tam per nos quam per iam dictos milites, consanguineos nostros, benivole exhibuimus titulo emptionis comparandam, utpote ipsis contiguam et commodam, presertim cum alteram partem eiusdem decime in Lateruelde iam pridem pacifice possedissent nostra etiam parte dimidia eiusdem decime, ex quo carere decrevimus, potius ipsis quam aliis aliquibus faveremus ob antiquam familiaritatis dilectionem. Super quo idem abbas et conventus habito consilio instantiam nostram et favorem cum vidissent, in hac emptione consenserunt. Nosque pro dimidia parte nostra eiusdem decime in Lateruelde acceptantes ab eis centum marcas et triginta legalium denariorum, quos nobis et debitoribus nostris integre, sicut inferius est diligenter notatum, persolverunt, et nos eandem dimidiam partem nostram decime in Lateruelde cum minuta decima et omnibus pertinentiis suis assignavimus iam dicto abbati et conventui monasterii prefati sollempniter et dedimus libere et quiete perhenniter possidendam, heredibus nostris presentibus et consentientibus immo, ut ita fieret, orantibus universis. Postea ego Alradus et fratres mei et coheredes nostri in manus domini abbatis iam dicti et fratrum, qui cum eo erant, in Monte Martis in domo monachorum et in manus avi nostri domini Ludolfi de Herisia et Thiderici filii sui, Thiderici de Mederike et Alberti de Lutersen predictorum militum vera fide spopondimus, quod hunc contractum omni fraude et dolo penitus excluso firmum semper et ratum teneremus. Deinde idem avus noster et filius suus et predicti milites Thidericus et Albertus ex parte omnium nostrum et rogatu abbati etiam et suis fratribus in manus suas fide militari promiserunt, quod hec omnia, que supradicta sunt, rata in evum teneremus et inconvulsa. Insuper promisimus, quod eisdem abbati et suis fratribus de eadem dimidia parte decime prestabimus semper contra omnem hominem perpetuam et plenariam warandiam. Ceterum quia hanc dimidiam decimam a comite de Waldeke in feodo tenuimus, ad habundantem cautelam et firmitudinem maiorem abbatis et conventus monasterii dicti, ne impedimentum aliquod vel iniuriam paterentur, probi milites et militares: Thidericus et Fredericus fratres de Horhusen, Hermannus de Pathberg, Olricus de Westhem et Fredericus Picus, qui omnes pro amore Dei eiusque pie matris Marie

et rogatu abbatis predicti et conventus hominio se humiliter subdiderunt nobis, et nos eandem dimidiam partem nostram decime in Lateruelde ipsis porreximus tamdiu hominii iure vice claustri habendam, quousque idem abbas et conventus benivolentiam dicti comitis vel heredum suorum super hoc contractu valeant adipisci. Qua adepta tunc, sive presentes sumus vel absentes, ius, quod in eadem dimidia decima ville prefate habuimus, eidem comiti vel heredibus suis presentium tenore nos resignasse et predictos milites ab hominio nostro absolutos profitemur. Hiis ita patratis nos omni iuri nostro in hac dimidia decima in Lateruelde habito publice cessimus, ipsum ius, quod habuimus, predictis abbati et conventui voluntarie recognoscentes. Et hec cessio, uti moris est, fuit confirmata sententia seculari. Postremo in memoriam huius facti presenti cedule duximus inserendum, qualiter predicta summa pecunie ex parte nostri et iussu nobis et creditoribus nostris et in locatione sororis nostre aput claustrum Gerdene locate integre sit persoluta, Sigenando itaque burgensi Montis Martis quinquaginta et sex marcas et dimidiam, pro quibus aput ipsum hec dimidia pars decime fuit obligata, persolverunt, Heinrico Morello decem solidos et octo, Thetmaro de Lateruelde duas marcas, Iohanni genero Sigenandi predicti quinque marcas, Godefrido de Westhem septem marcas, Iohanni de Capella sex marcas, Alberto de Mulenhusen quatuor marcas, Bertoldo de Huxoria tres marcas et Helmico fratri suo quatuor, Heinrico de Culethe totidem, Udoni pro vadiis matris nostre quadraginta solidos et ipsi matri nostre octo solidos, avo nostro Ludolfo de Herisia decem marcas Paderborne expensas, Conrado Landesberg marcam, Godefrido Rauene marcam, Wigando de Scerue marcam, Nicolao marcam, Frederico Pico marcam, Heinrico de Odenhusen, magistro consulum Montis Martis, triginta solidos, Iohanni Hildewordi tringinta II solidos, Heinrico de Nutlon sedecim solidos, Iohanni de Nutlon quindecim solidos, Rotgero Natan viginti solidos, Ludolfo de Westhem decem solidos, Hermanno Prouen tredecim solidos, Thiderico de Mederike et Alberto de Lutersen supradictis sex marcas et octo solidos. Igitur ne aliquis heredum nostrorum vel ullus hominum abbatem et conventum monasterii memorati super dimidia parte huius decime a nobis legitime comparate imposterum irreverenter inquietare presumat vel impedire, unde possit fides nostra et promissio violari et quies eorundem abbatis et fratrum suorum turbari, presentem cartam exinde conscriptam in argumentum veritatis sigillo burgensium nostrorum Montis Martis, quia proprium non habemus, rogavimus primitus communiri. Deinde sigillis Iohannis et Godescalci fratrum dominorum in Pathberg, Hermanni de Pathberg et Frederici de Horhusen ad maiorem firmitudinem hoc scriptum rogavimus roborari, ut nec ipsi vel heredes eorum abbatem et conventum in contractu prelibato sinant umquam contra iusticiam molestari. Nos vero de Mederike Thidericus et de Lutersen Albertus huic facto consanguineorum nostrorum subscripsimus, quia in hac conventione mediatores fuimus, omnia veraciter sic legitime fore adimpleta, rite promissa, firmiter stabilita, sicut superius prelibatum est, presentes viva voce absentes presentium tenore sigillo domini abbatis de Fleictorp ex parte nostri et rogatu signato, quia proprium non habemus, publice et constanter protestamur. Acta sunt hec anno gratie M°.C°C.LX°VI°II., indictione XI., sexto Nonas Ianuarii. Adam de Aspe, Stephanus de Horhusen, milites; Albertus de Mul(en)husen, Heinricus de Capella, Hermannus superius theatro, Helmicus de Huxoria, Heinricus de Culethe, Heinricus de Nuthlon, Iohannes de Bilinchusen, Thidericus de Odenhusen, Hermannus de Wartberg, Stephanus Vinitor, Sigenandus, consules Montis Martis, Heinricus de Odenhusen, magister consulum ibidem, Bertoldus iudex et qui infra titulati sunt et alii quam plures huius rei sunt testes.[1])

[1]) Huius rei sunt testes *steht in der letzten durch den Umbug verdeckten Zeile, beginnt mit grossen Anfangsbuchstaben und gehört wahrscheinlich vor* Adam de Aspe.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 90. An Pergamentstreifen die Siegel 1) des Abts von Flechtorf; 2) Johanns von Padberg; 3) der Stadt Marsberg; 4) dreieckiges Siegel Hermanns von Padberg, Schild, Gepräge verwischt. Im Datum sexto Nonas Ianuarii *steckt ein Fehler; entweder ist* sexto Kalendas *oder* Idus, *vielleicht aber auch statt* sexto *eine andere Zahl zu setzen.*

1131.

Die Brüder Adolf und Albert Grafen von Schwalenberg bekunden Verzicht ihrer Blutsverwandten, der Brüder Bernhard und Friedrich von Collerbeck auf drei Höfe in Gestorf zu Gunsten des Kl. Barsinghausen. Schwalenberg 1268 Februar 22.

. . . Hujus rei testes sunt nostri castellani: Theodericus de Ekersten, Wernherus Dicbernere, Johannes de Alphwinessen, Heinricus Rufus, milites, Heinricus de Elmerinchosen, Johannes, Wernherus fratres Dicbernere, Wastmodus de Alfwinessen, Luderus de Disbere, servi . . . Procurante preposito Ottone, dante Bertoldo capellano, tunc in Schwalenberg notario.

Gedr. Scheidt, Vom Adel S. 456; Hodenberg, Calenberg. U.-B. I, 47; Reg. Lipp. Regg. I, 225 Nr. 340a. Bei letztern genealogische Erläuterungen. Vgl. unten Nr. 1142.

1132.

Ritter Konrad v. Siddessen verpfändet Zehnten bei Siddessen an Kl. Gehrden. Warburg 1268 März 4.

Ego Conradus miles dictus de Siddessen et Conradus filius meus tenore presentium protestamur, quod nos ex consensu unanimi domino Hermanno preposito Gerdensi et ecclesie sue decimam nostram super tres mansos, qui adiacent ville Siddessen, pro octo marcis legalium denariorum presentibus multis in civitate Wartburg titulo pignoris obligavimus. Et ad omnem dubietatis sive falsitatis nebulam, que suboriri posset in posterum, precavendam, posuimus ecclesie fideiussores idoneos dominum Heliam de Asle militem, Heinricum de Epen et Conradum de Ossentorp, ut, si forte, quod absit, prefatam ecclesiam aliquis post hec quoquomodo inquietare presumpserit, dicti fideiussores plenam warandiam prestabunt de predictis et ecclesiam omnino conservabunt indemnem. Adiicientes eciam hoc, quod prefatam decimam non nisi infra terminum unius diei, hoc est in dominica Letare, anno revoluto nobis redimere licebit. In huius rei testimonium presentem literam sigillo nobilis viri Hermanni de Osethe et sigillo civitatis Wartberch duximus roborandam. Testes huius rei sunt: Hermannus de Osethe, Heinricus de Howethe, Albero de Wellethe milites; burgenses vero: Conradus Rant, Henricus de Horehusen, Joan Stolte, Johan Pardan, Helmicus de Norte et alii quam plures. Acta sunt hec in civitate Wartberch anno Domini M°.C°C.LXVIII., in dominica Reminiscere.

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 29 D 14.

1133.

Bischof Simon von Paderborn bekundet Güterverkauf seitens der Brüder von Natingen an Kl. Gehrden. Warburg 1268 März 18.

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris in perpetuum salutem in Domino sempiternam. Quoniam ab interitu mortalium vive vocis deficit probatio, provide conservantur actorem veritas instrumentis. Hinc est, quod scire cupimus tam presentes quam posteros universos, quod Tidericus et Elgerus fratres dicti de Nathge omnia bona sua, que habebant et iure hereditario possidebant Nathge, in aquis, silvis, pratis, pascuis, agris cultis et incultis pro nonaginta et quinque marcis Hermanno preposito, conventui et ecclesie Gerdensi vendiderunt, a dicta ecclesia perpetualiter possidenda. Predicti eciam fratres renunciaverunt omni exceptioni. Et ne frater predictorum tercius, qui in patria non extitit tempore contractus predicti, sive eciam ullus heres predictorum omnium ulla in posterum predicte ecclesie de ipsis bonis movere valeat questionem, predicti fratres et ipsorum fideiussores subscripti, videlicet Conradus miles de Rykelinghusen, Tidericus de Norde iuvenis et frater suus, Tidiricus ipsorum patruus, Joannes Rufus, Joannes de Meschede, Gozwinus socer ipsorum, fide corporaliter prestita promiserunt, quod predicta ecclesia nunquam de cetero impetatur sive molestetur a predicto fratre tercio sive heredibus predictorum. Si vero eidem ecclesie ulla unquam questio ratione predictorum bonorum ab ullo fuerit suscitata, prenominati fideiussores infra octo dies, postquam moniti

fuerint, oppidum Wartberg intrabunt sub fide militari nullatenus exituri, quousque questio predicta sedata fuerit et omnino indemnis reddatur ab ipsis ecclesia memorata. Considerandum est eciam, quod fideiussores predicti nomine fratris tercii absentis, sortem ipsi competentem, de pecunia persoluta receperunt in usus ipsius, ac si presens esset, utiliter convertendam. Ad hec supradicti fratres et fideiussores re(n)uncci(ave)runt omni iuri, sive legis auxilio vel exceptioni, quod sibi unquam deinceps competere videretur de pecunia non recepta sive eciam sibi non soluta ab ecclesia supradicta. Preterea ut omnia predicta inviolabiliter perpetuo perseverent, Hermannus prepositus predicte ecclesie et cum ipso Conradus de Schardenberg, Tidiricus de Mederike, Albertus de Lutersen, Regenbodo Busse, Gerhardus et Goscalcus de Dinkelborg, milites, Conradus et Raveno fratres, Geroldus Comes, Joannes Busse, Henricus de Epen, Henricus Judeus, Hermannus de Dalhem, Joannes de Amelungessen, Goscalcus de Eisnen, Joannes Pardam, nomine ecclesie supradicte receperunt fidei promissum a predictis fratribus et fideiussoribus eorundem. Ut autem omnia prefata secundum ordinationem predictam in suo robore perseverent, testes cum predictis aderant subnotati: Albertus monetarius et Arnoldus Gugthere proconsules et ceteri consules singuli et universi oppidorum in Wartberg. Ad maiorem eciam evidentiam et testimonium predictorum presens scriptum nostro, ecclesie nostre et virorum nobilium, Hermanni de Osede, Hermanni dicti Berkulen et oppidorum in Wartberg extitit roboratum. Actum et datum Wartberg, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, in dominica qua cantatur Letare.

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 26 v D 6. Nathge = *Dorf Natingen bei Porgkoʻz; vgl. Ztschr. XLVI,2, 24 ff. Kl. Gehrden war dort bis in die neuere Zeit begütert. Vgl. Nr. 1139.*

1134.

Kl. Gehrden verkauft dem Kl. Hardehausen seinen Hof in Heckeldessen. *1268 März 18.*

Hermannus Dei gratia prepositus totusque conventus sanctimonialium in Gerdene universis hoc scriptum audituris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quicquid a mortalibus in tempore geritur, provide in scriptis redigitur, ut et a presentium memoria per oblivionem non excidat et posteris sine dubitatione aliqua notum fiat. Sciant igitur tam presentes quam futuri, quod nos de consensu domini abbatis sancti Pauli in Paderborne et de consilio amicorum nostrorum pro maiori utilitate nostre ecclesie vendidimus abbati et conventui in Hersuithehusen, Cysterciensis ordinis, Paderbornensis dyocesis, curtem nostram in Heckeldessen cum tota decima cumque omnibus suis pertinenciis, campis, silvis, pratis, pascuis, aquis, viis et inviis, nichil penitus excipientes, pro centum et viginti marcis gravium denariorum per XII solidos numeratorum, quam pecuniam abbas et conventus predicti nobis ex integro persolverunt, unde nos proprietatem nostram et dominium perpetuo possidendum transtulimus ad eosdem. Verum ne fortasse dicatur aliquando a quoquam hominum prenominata pecunia inutiliter a nobis expensa, noverint omnes, quod nos de eadem comparavimus longe melius et utilius predium in villa, que Natenchen nuncupatur, cum omnibus suis pertinenciis et nemore adiacente. Porro quoniam amicis nostris visum est, quod nostre ecclesie in isto facto melius sit provisum, nos et conventus noster non solum emptoribus prefatis super premissis bonis varandiam perpetuam prestabimus, verum etiam nos et successores nostros ad hoc obligamus, quod, si quis eos pretextu alicuius iuris super curte in Heckeldessen impulsaverit, nos expensis nostris et laboribus deponemus. Preterea ut ea, que a nobis bona fide gesta sunt, inviolabiliter observentur, ut etiam omnes occasiones cavillationum penitus amputentur, presentem paginam stilo fideli fecimus conscribi et appensione sigilli nostre Gerdensis ecclesie roborari. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo octavo, in dominica qua cantatur Letare.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 162. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Die Lage von Heckeldessen *lässt sich annähernd schon daraus erkennen, dass im 13. Jahrh. zur Verhandlung eines Gütertausches die Vorsteher der Klöster Hardehausen und Gehrden mit zahlreichem Gefolge von Geistlichen und Laien vor der Pforte des dortigen Gehrdener Klosterhofs*

zusammenkamen (UB. II Nr. 362 S. 121). Einen ferneren Anhaltspunkt gewährt der Umstand, dass das Dorf zum Komitat der Grafen von Everstein gehörte (Spilcker, Everstein UB. Nr. 47). Dieser erstreckte sich nämlich von Dringenberg über Peckelsheim und Eissen nach Ossendorf etc. und umfasste das westlich von dieser Linie gelegene Territorium bis an die Egge oder den Osning. In diesem Bezirke hat sich denn auch der Ortsname Heckeldessen, *in Heldessen abgekürzt, erhalten. Nach dem alten Lagerbuch des Dorfes Helmern besitzen die dortigen Einwohner Ackerländer zu Heldessen, am Heldesser Berge und bei den Heldesser Büschen in der Richtung nach Borlinghausen. Hiernach hat das Dorf* Heckeldessen *zwischen Helmern und Borlinghausen an dem Bache, die Helmede genannt, gelegen. (Spancken.) Vgl. Ztschr. XXXVIII,2, 153.*

1135.

Äbtissin Pinnosa von Herford schlichtet einen Streit zweier Geistlichen über die Einkünfte der St. Michaelskapelle auf dem Berge bei Herford. 1268 April 3.

Pinnosa Dei gratia abbatissa . . preposita, decana totusque conventus ecclesie Heruordensis . . universis, ad quos presens pagina pervenerit, perhennem rei geste memoriam. Scriptura autentica suscitatas sopit discordias, ignorantiam ammovet et suggerit veritatem. Hinc est, quod tam presentibus quam futuris tenore declaramus presentium, quod orta questione inter Iohannem dictum Kisilinc, rectorem cappelle Noui Operis Heruordensis, ex parte una et Reynardum dictum de Ebingenhusen ex altera super reditibus quondam cappelle sancti Michaelis in monte iuxta Heruordiam, talis inter partes nobis mediantibus et consentientibus amicabilis compositio intervenit, quod quocunque casu dicto Iohanne cedente de memorata rectoria Noui Operis vel decedente redditus predicte cappelle sancti Michaelis, scilicet una domus in Bec, agri iuxta montem, qui duo campi vulgariter appellantur, et quicquid ad eandem cappellam a parentibus Reynardi cum iure rationabiliter est collatum, ad beneficium rectoris monasterii Montis sancte Marie perpetuo pertinebunt, et dictus rector missas singulis septimanis ad remedium animarum illorum, quorum bona fuerunt, faciet celebrari. Testes autem, qui interfuerunt, hii sunt: Hermannus, Conradus et Arnoldus, ebdomedarii Heruordenses, Reynardus, Herman(n)us et Hermannus Tribuni, Gerhardus de Suninchusen, Iohannes et Florentius de Q(u)ernhem, milites. In cuius rei testimonium sigillis nostris hoc scriptum dedimus roboratum. Datum anno Domini M°.C°C.LX octavo, III Nonas Aprilis.

Pergamentausfertigung im Kgl. St.-A. Münster, Herford 61. Die Schrift macht den Eindruck einer später entstandenen Fälschung. Auf der Rückseite Reg. aus Anfang saec. XVI. Beide Siegel sammt Befestigung abgefallen. Gedr. Falke, Cod. trad. Corb. 749.

1136.

Stadt Bielefeld untersiegelt Urk. des Grafen Otto von Ravensberg für Beckum. 1268 April 12. Gedr. UB. III, 809.

1137.

Abt Jordan von St. Peter u. Paul in Paderborn vertauscht den der Kustodie des Klosters gehörenden Hof in Kirchborchen gegen die Abtsbreite und andere zehn Morgen bei Paderborn. 1268 Mai 21.

Iordanus Dei gratia abbas ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Paderborne omnibus hanc litteram inspecturis notum esse volumus, quod nos de bona voluntate Hermanni, tunc custodis ecclesie nostre, et de consilio et de consensu totius conventus nostri curiam unam sitam in Kericborchnen custodi seu officio custodie attinentem assumpsimus nobis, ut pertineat nobis et omnibus successoribus nostris dominis abbatibus cum omnibus utilitatibus et commodis, que exinde poterunt provenire. Nos autem pro restauro dicte curie assignavimus et dedimus custodi ad officium custodie predicte agrum quendam, situm prope civitatem Paderbornensem, qui in vulgari Abbedesbrede vocatur,

et continet in quantitate sua viginti iugera mensurata, ut pertineat ad officium dicte custodie cum omnibus utilitatibus et commodis perpetuo a custode ecclesie nostre, quicunque fuerit, pacifice possidendus. Preterea dictus Hermannus custos emit a nobis quendam agrum situm similiter iuxta civitatem Paderbornensem decem iugera continentem et pro precio eius nobis persolvit de officio dicte custodie et de fidelium oblationibus quindecim marcas pecunie numerate, quem agrum a nobis emptum hoc modo cum dictis decem iugeribus et cum omnibus utilitatibus ex eo provenientibus custos ecclesie nostre, quicunque fuerit, ad officium custodie perpetuo volumus similiter pertinere. Istum agrum decem iugerum nos paulo ante ab heredibus, ad quos pertinuit, pro quindecim marcis emeramus et iterum predictam pecuniam, quam a dicto Hermanno custode accepimus, videlicet quindecim marcas pro precio dicti agri expendimus [1]) in quibusdam bonis in villa Widen a nobis nostro monasterio comparatis. Ut autem predictum factum laudabiliter utrobique et utiliter ordinatum nullus possit calumpniose infirmare vel iniquo permutatione confundere, presentem paginam seriem facti huiusmodi continentem sigillo nostro et sigillo conventus nostri ad perpetuam firmitatem duximus roborandam. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXVIII°., XII. Kalendas Iunii.

[1]) expendibus *B.*

Zwei Originalausfertigungen (A und B), von verschiedener Hand geschrieben, im Kgl. St. A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 61. Von beiden Exemplaren beide Siegel vom Pergamentstreifen ab. Die Abtsbreite in der westlichen Feldmark der Stadt Paderborn.

1138.

Päpstliche Richter verurtheilen in einem Process zwischen dem Paderborner Domkapitel und Gottschalk von Beken den letztern wegen seiner Appellation an eine niedere Instanz in contumaciam. Paderborn 1268 Juni 13.

Jo(hannes) Dei gratia prepositus sancti Odelrici et H(ermannus) scolasticus sanctorum apostolorum Petri et Andree Paderburnensis, iudices a sede apostolica delegati, plebanis, vicariis, cappellanis et sacerdotibus Paderburnensibus, quibus hec littere fuerint exhibite, salutem. Quia in causa, quam decanus et capitulum maioris ecclesie Paderburnensis habet contra Godescalcum de Bekene super annua pensione dimidie marce, quam de domo quondam Johannis dicti Spilebrot apud Valvam Vulturis requirunt, contumaciter a iudicio nostro recessit ad inferiorem iudicem frivole appellando, nos ipsum iudicavimus contumacem, et dominum Theodericum prepositum sancti Petri, cellerarium Heinricum, Waltherum custodem, Theodericum de Sosato, Fredericum de Heruordia, Amelungum de Driburch, Bernhardum de Warendorp, canonicos Paderburnenses, procuratores et nuntios decani et capituli prenotati misimus in possessionem domus predicte causa rei servande et etiam pro modo debiti declarati, scilicet pro retentione annue pensionis preteritorum annorum, et facta est hec missio pro contumacia ex primo decreto, ut, si infra annum venerit contumax et de parendo iuri prestiterit cautionem, possessionem recuperet, expensis contumacie restitutis. Datum et actum Paderburne, anno Domini M°.CC°.LXVIII°., feria quarta post Barnabe apostoli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 236. An Pergamentstreifen nur noch an erster Stelle der obere Theil vom spitzovalen Siegel des Propstes Johann: Maria mit dem Kinde. Valva vulturis *das heutige Giersthor.*

1139.

Graf Adolf von Waldeck überlässt das Eigenthum der von ihm lehnrührigen von den Brüdern von Natingen dem Kl. Gehrden verkauften Güter dem Kloster. Waldeck 1268 Juni 21.

In nomine Domini amen. Atholfus [1]) Dei gratia comes in Waltekke universis hoc scriptum visuris in perpetuum salutem in Domino Jesu Christo. Quoniam ab interitu mortalium vive vocis deficit pro-

batio, provide conservatur actorum veritas instrumentis. Noverint[2]) igitur universi tam presentes quam posteri, quod Thidericus, Thethardus et Elengerus fratres de Natge una cum Elisabeth, uxore iam dicti Thiderici, et legitimis heredibus suis, reliqui eius fratres uxores legitimas et liberos non habebant, in nostra presentia constituti omnia bona sua in Natge, que de manu nostra in pheodo tenuerunt, in nostris manibus libere resignarunt, et nos resignatione recepta eadem bona Hermanno preposito et conventui in Gerdene, qui eadem bona pro nonaginta et quinque marcis a dictis fratribus et heredibus suis numerate pecunie emptionis titulo compararunt cum omnibus suis iuribus et proprietate de consensu et voluntate domini Widekindi, filii nostri Osnaburgensis electi, accedente etiam voluntate Machtildis[3]), relicte Heinrici quondam filii nostri, et omnium heredum suorum, videlicet Adolfi, Godefridi, Ottonis et Alheithis, contulimus iure perpetuo possidenda. Et ne idem factum unquam in posterum infringi valeat sive etiam violari, presens scriptum predicte ecclesie Gerdene dedimus sigilli nostri et sigillo domini Widekindi Osnaburgensis electi et domine Machtildis munimine roboratum. Presentes aderant: Hermannus scholasticus Patherbornensis, Remboldus de Ren, Arnoldus de Patherborne, Thidericus de Mederike, Ludolfus, Elgerus, Bernhardus, milites dicti de Dalwich, item Johannes et Hermannus de Patberch et alii quam plures. Datum in castro Woltekke, anno Domini M°.CC°.LXVIII°., undecimo Kalendas Iulii.

[1]) Adolfus *C.* [2]) noverit *C.* [3]) Mathildis *C.*

Nach dem Gehrdener Kopiar f. 26 D 5 (B); Msc. II, 71 p. 245 (C), I, 242b p. 37 (D), VI, 224 fol. 74 (E), letztere im Kgl. St.-A. Münster. Reg. in Spilckers Handschr. Bd. 17 S. 84 in Bibl. d. Hist. Ver. f. Niedersachsen in Hannover zu 1264. Erwähnt Schaten ad annum. Vgl. Nr. 1133.

1140.

Erzbischof Werner von Mainz bestätigt Zehnterwerbung der Fritzlarer Kirche in Wildungen. 1268 Juni 26.

Wernherus Dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, dilectis in Christo . . decano totique capitulo ecclesie Frislariensis salutem in Domino. Cum dilectus in Christo Gerhardus ecclesie nostre prepositus quartam decimarum ville Wildungen in . . officialis sui recipientis ejus nomine manibus resignatam a quibusdam laycis nostri confinii, qui eam ab ipso preposito feudi jure tenebant, ad preces magistri Conradi dicti de Michelbach, ecclesie nostre scolastici, qui certa pecunie quantitate resignationem hujusmodi obtinuit a laycis memoratis, vobis et ecclesie vestre cesserit et donarit, data vobis nichilominus facultate, quod residuas tres partes pro ecclesie vestre utilitate[1]) et commodo procurandis, si quando potueritis, de manibus laycorum, qui eas ab ipso preposito simili jure tenent, absolvere valeatis, sicut hoc in litteris ipsius prepositi vobis datis plenius dicitur contineri, ecce nos devotionis vestre intuitu donationem et permissionem predictas gratas habentes et ratas in ipsas presentium litterarum nostro et ecclesie nostre capituli munitarum sigillis testimonio consentimus. Nos . . prepositus . . decanus totumque capitulum Maguntinum predictis nostrum eciam adhibemus consensum. Actum et datum VI. Kalendas Iulii, anno Domini M°.C°C.LXVII°I.

[1]) *Wiederholt Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Stift Fritzlar. An grünen Seidenschnüren Bruchstück vom Siegel des Erzbischofs, an rothen des Kapitels. Vgl. oben Nr. 1110.

1141.

Güterüberlassung in Sungelsen *an Kl. Haina. Bringhausen 1268 Juli 1.*

Rukerus dictus de . . . n . . . usen et Mech(thildis legi)ttima eiusdem notum fieri cupimus universis presentem paginam inspecturis, nos quedam bona nostra in Sungelsen sita . . . (Gu)mperto, . . . Wernhero

fratribus dictis Lugelin iure feodali renuimus manibus adunatis et consilio prehabito . . . ecclesie in Hegene et fratribus ibidem Domino famulantibus . . . (possi)denda . . . proprietatis titulo vendid(isse) et eisdem una cum pueris nostris, videlicet Hermanni et Henrici necnon Gerdrudis, Hildegundis et Alheydis filiarum nostrarum consensu unanimi accedente, omni dolo excluso abrenunciasse liberaliter et expresse. Actum in Bruni(n)chusen, anno Domini M°.C°C.L°X octavo, in octava sancti Iohannis Baptiste. Testes huius rei sunt: Dominus Bertoldus viceplebanus ibidem, frater Henricus de Giffelce, frater Gerhardus grangiarius de Banefe, Godefridus Szele scultetus in Waldeken, Traybodo monetarius ibidem, Godefridus de Ancforthe, Henricus dictus Cofman, Rukerus sub indagine, Ditmarus filius Widerold(i), Conradus dictus Bosz, Renbernus, Denhardus et alii quam plures. Ut autem hec donatio et abrenunc(iacio) nostra firma permaneat et inconvulsa, presentem paginam dedimus eisdem conscriptam, sigill(i domini com)itis Adolfi de Waldeken munimine roboratam.

Or. (theilweise abgeblättert) im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Haina. Siegel und Befestigung fehlen.

1142.

Die Brüder Adolf und Albert Grafen zu Schwalenberg bekunden, dass die Edelherrn Bernhard und Friedrich von Collerbeck mit ihrer, der Brüder Gottschalk, Hermann und Hildebold und Konrad, Hermanns Sohn, Grafen von Pyrmont, Zustimmung zu Gunsten des Kl. Barsinghausen auf drei Hufen in Gestorf verzichtet haben, von welchen eine die verstorbene Gräfin Kunigunde von Hallermund dem Kloster geschenkt, die beiden andern Graf Hermann von Pyrmont demselben verkauft hat. Schwalenberg 1268 August 1.

. . . Testes sunt: Bertoldus sacerdos in Sualenberge, Theodericus de Eckersten, Wernherus Dicbernere, Iohannes de Alphwinessen, Heinricus Rufus, milites, Heinricus de Helmerinchusen, Iohannes, Wernherus fratres Dicbernere, Wastmodus de Alphwinessen, Luderus de Disbere, servi . . . Procurante preposito Ottone, dante Bertoldo capellano tunc in Sualenberge notario.

Gedr. Hodenberg, Calenberg. UB. I, 48. Reg. Lipp. Regg. I, 225 Nr. 340 a.

1143.

Abt Hermann von Helmarshausen schenkt dem Kl. Holthausen unter Konsens seines Kapitels das Eigenthum des Gutes in Swinuelda. *Büren 1268 August 2.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Cum memoria hominum labilis sit et in ambiguo constituta, cautum est, ut sollempnis actio voce testium et testimonio litterarum confirmetur, ne prolixitas[1]) temporis ipsam valeat oblinire. Nos igitur Hermannus Dei gratia abbas in Helmwordeshusen notum esse cupimus universis presentem paginam inspecturis, quod nos, pleno ac unanimi consensu capituli nostri et fidelium ecclesie nostre adhibito, conventui sanctimonialium Cysterciensis ordinis iuxta oppidum Buren die noctuque Deo servienti proprietatem bonorum in Swinuelda cum omnibus attinentiis suis in aquis, silvis, pascuis et pratis in perpetuum libere contulimus et solute, pro cuius proprietatis tam libera et soluta resignatione nobis et ecclesie nostre in summa XXIII marcarum responderunt. Ad tranquilliorem et securiorem predictorum bonorum fruitionem spondemus et nos obligamus ipsas sanctimoniales ab inpetitione quorumlibet in iam sepedictis bonis tueri et indempnes omnimode permanere. Ne autem libera et spontanea nostra resignatio, quod absit, a nobis sive successoribus nostris aliquatenus possit contra equitatem iusticie retractari, presentem paginam super hiis confectam, sigillorum nostri et ecclesie nostre appensione munitam ipsis tradimus in perpetuum valituram. Presentes aderant: dominus Bertoldus senior, Bertoldus[2]) patruelis eiusdem, filii eorundem eiusdem nominis, nobiles domini in Buren, Theodericus dapifer, Bernhardus de Boderika, Johannes et Herbordus fratres dicti Trusores[3]), Bernhardus de Holthusen, Godefridus de Boderika, milites, Hedenricus et alius Hedenricus de Andepen, Willikinus de Verneda, Hermannus iudex, Theodericus et Bertrammus fratres dicti

Villici, Thitmarus monetarius, Henricus, Elyas, Ludolfus de Budeka, Theodericus Tiuola et alii quam plures. Datum in Buren, II°II. Nonas Augusti, anno incarnationis Domini M°.C°C°.LXVI°II.

[1]) prolixtas *Or.* [2]) Bertodus *Or.* [3]) *Am Ende korrigirt.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Holthausen Nr. 3. An grün-gelben Seidenfäden in grünem Wachs das spitzovale Siegel des Helmarshauser Abts, sitzende Gestalt mit Stab und Buch; an roth-grünen Seidenfäden in grünem Wachs das runde Kapitelssiegel, sitzende Gestalt des h. Petrus, die Rechte zum Schwur erhoben, in der Linken zwei mit den Bärten nach oben erhobene Schlüssel.

1144.

Magister Bernardus von Castaneto, päpstlicher Nuntius, fordert u. a. den Klerus der Diöcese Paderborn auf, die erneuerte Aussprechung des Bannes gegen Bischof (Gerhard) von Münster propter captionem et detentionem sacrilegam venerabilis patris . . Paderburnensis episcopi, quem detinet carcerali custodia mancipatum, *zu verkündigen. Bonn 1268 August 26.*

Gedr. Lacomblet, UB. II, 582. Auszug UB. III, 814. Vgl. unten Nr. 1156.

1145.

Gräfin Beatrix von Pyrmont und ihre Söhne verkaufen ein Haus zu Elbractessen *(= Born) dem Kl. Marienmünster. 1268 August 29.*

Nos Beatrische cometissa de Perremunt[1]) cum universis natis eius, scilicet Gotschalcho[2]), Hermanno, Hildeboldo Conradoque cognato eorum consentiente universis Christi fidelibus duximus declarandum, quod Henricus[3]) miles dictus de Abbenhusen quandam domum cum duobus mansis ceterisque attinentiis in Elbractessen[4]) sitam a nobis in pheodo dinoscitur possedisse, quam quondam a domino Borchardo[5]) et Helmberto militibus et fratribus dictis de Holthusen pignore[6]) detentam, sed nunc plenaliter ab eis exemptam notorium extat cunctis. Nos vero predicta cometissa cum universis meis natis sive heredibus nec non cum predicto milite H(inrico) dicto de Abbenbusen supra dictam domum cum duobus mansis in Elbractessen sitam ceterisque attinentiis, scilicet agris, ortis, pratis[7]), pascuis, silvis, advocatia, proprietate, insuper quicquid iuris in iam dicta domo ceterisque prenominatis habuimus communi consensu pro summa pecunie decem marcarum vendidimus ecclesie sancte Marie prope Swalenberg perpetualiter possidendam. Huius rei testes sunt: dominus Wilhelmus[8]) plebanus in Luden, dominus Bertoldus miles dictus[9]) Sumerkalf, dominus Albertus de Antiquo Castro, dominus Helmbertus miles de Holthusen, Engelhardus miles dictus de Abbenhusen, Wernerus miles dictus Digberner, Thidericus miles dictus de Ecchersten, Menricus[10]) miles dictus de Humuelde, Hermannus miles dictus Grisme et alii quam plures. Ne igitur hec venditio alicui dubium generet, hanc nostri sigilli munimine duximus roborandam. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXVI°II., IIII Kalendas Septembris.

[1]) Biatrische, Permunt *B.* [2]) Goschalcko *C.* [3]) Hinricus *C.* [4]) Elbrachtessen *C.* [5]) Burchardo *C.* [6]) pignere *B. u. C.* [7]) pratis *fehlt C.* [8]) Wylhelmus *C.* [9]) de *fügt D hinzu.* [10]) Wernerus *D.*

Nach Msc. I, 129 fol. 42v (B), I, 131 p. 44 (C) und VII, 4512 p. 65 (D) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. I, 242, 18 Nr. 2 zu 1258 Aug. 29. Gedr. Osnabr. Mitth. V, 128. Reg. Lipp. Regg. I, 206 Nr. 298 zu 1258 und I, 226 Nr. 341 zu obigem Datum; Ztschr. XLVI, 2, 174.

1146.

Notiz über Resignation des Zehnten in Donowe *seitens Hermanns v. Brakel. 1268 Oktober 18.*

Dominus Hermannus de Brakele resignavit domino Ottoni comiti de Benthem decimam de Donowe cum omnibus attinenciis coram castellanis in Benthem Everhardo de Kuendorpe, Bernardo de Sebelinge, Werenboldo de Vecht, Ecberto fratre comitis, Frederico de Ignen, domino Wedekindo de Wester-

winkele, Hinrico preposito de Osedhe, Alberto capellano de Benthem et aliis pluribus. Anno Domini M°.C°C.LX°VI°II., in die Luce evangeliste.

Or. im Kgl. St.-A. Osnabrück. Notiz ohne Siegel auf einem schmalen Pergamentstreifen. Vgl. die Nrr. 1101 bis 1103.

1147.

Graf Adolf von Waldeck verzichtet zu Gunsten des Kl. Berich auf alle Rechte an Gütern in Affoldern. 1268 November 29.

A(dolfus) Dei gratia comes de Waldecke omnibus presens scriptum visuris salutem in Domino. Universis hoc scriptum visuris cupimus esse notum, quod ad honorem beate Katherine virginis et martyris, in cenobio Beriche patrone, et instancia Conradi prepositi, priorisse et conventus eiusdem loci, quicquid iuris habuimus, si quod habere videbamur, in bonis in Affolderem sitis, que possederunt Iohannes et uxor sua, de quibus etiam Gotfridus Luzelwic cum ipso cenobio litem habuit, nobis pertinentes, nos cum heredibus pure et liberaliter propter Deum et, ut ante diximus, ad honorem beate Kalerine renunciamus. Ne eciam aliquis heredum nostrorum hoc violare presumat, litteram presentem sepedicto tradidimus sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt autem hec anno Domini M°.C°C.LX°VI°II., in vigilia Andree.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs am Rande abgeblättert das runde Siegel des Grafen wie schlechte Abbildung Varnhagen, Grundlage, Fig. II.

1148.

Die Edelherrn von Büren bekunden Beilegung eines Streites mit der Stadt Büren. 1268 November.

In nomine Domini amen. Nos nobiles domini de Buren, Bertoldus et Bertoldus seniores cum filiis nostris, domino Bertoldo et Bertoldo, omnibus fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui salvat omnes sperantes in se. Quoniam, que aguntur in tempore, simul evanescunt cum tempore, nisi firmentur testimonio litterarum, hinc est, quod tenore presencium protestamur et notum facimus universis Christi fidelibus, quod nos de bona voluntate et pleno consensu heredum nostrorum dissensionem et discordiam inter nos et opidanos nostros de Buren ortam super denariis de excessu braxando snerincg animo libero relaxamus et penitus adnichilamus, committentes vero ipsorum arbitrio et conscientie ordinationem cervisie et eiusdem excessum, secundum quod visum fuerit eorum profectui civitatis expedire. Preterea conferimus eisdem, quod, quemcunque excessum quis eorum inciderit, infra opidum vel infra ambitum reliquiarum ipsorum, qui Burer marke dicitur, neque a nobis neque ab aliquo de familia nostra extra opidum ad aliquod placitum vel iudicium, quod ghoding, woghetding vel wrigding in vulgari nuncupatur, aliquo modo vocetur, sed actor coram judice et consulibus civitatis plenam iusticiam consequetur, nisi forsan eorum quis incideret in eis, que ad nostram spectant advocatiam vel ad bona nostra propria vel nostrorum libertinorum videantur [1]) pertinere. Ne quis vero huiusmodi factum ex posteris nostris aliqua malignitate possit in irritum revocare, nostrorum appensione sigillorum munimine duximus roborandum. Acta sunt hec coram viris honestis dapifero Theodorico, Meynrico de Andype, Bernhardo de Hol(t)hosen, Gotfrido de Boderke, militibus, iudice civitatis Hermanno, consulibus et opidanis et aliis, quam pluribus. Datum anno Domini M°.C°C.L°XVI°II., mense Novembris.

[1]) vedeantur *Or.*

Or. im Pfarrarchiv zu Büren; in der Mitte ein langer Riss. An rothen Seidenschnüren angehängt drei Siegel, wie Westf. Siegel I Taf. 36 Nr. 1 u. 2 und Taf. 14 Nr. 6. Gedr. Wigand, Arch. III, 3, 40. Ueber das Vorkommen von libertinus *vgl. Lindner, Veme, 395.*

1149.

Ritter Ulrich von Wolfersen und Frau Hildeburg und Kl. Gokirche einigen sich über den letzterem von jenen verpfändeten Antheil an dem Zehnten der Stadt Paderborn. 1268 December 1.

Iohannes prepositus, M. abbatissa totusque conventus cenobii sancti Olrici Paderbornensis omnibus presens scriptum visuris utriusque vite salutem. Notum facimus et publice protestamur, quod Olricus

miles de Wolfersen et Hildeburgis uxor sua cum consensu Regelendis sororis sue et coheredum ipsius et cum approbatione domini .. prepositi et capituli Paderbornensis decimam civitatis Paderbornensis, quicquid videlicet in ea iuris habebant, ecclesie nostre liberaliter contulerunt, ita quod nos ipsis annuatim triginta sex maltra annone, quamdiu ambo viverent, altero vero defuncto XXIIII maltra superstiti, annis singulis solveremus. Nunc igitur cum bone memorie miles predictus viam sit universe carnis ingressus, relicte sue prenominate XX quatuor maltra annone, octo videlicet siliginis, octo ordei et octo avene, annis singulis, quamdiu vixerit, a nobis recognoscimus persolvenda. Est etiam talis adiecta condicio, quod, si quisquam legitimorum heredum pro eadem decima ecclesie nostre sexaginta sex marcas persolverit, decimam obtineat memoratam. Canonicis vero maioris ecclesie nos pensionem annuam de eadem decima, videlicet decem maltra tritici, persolvemus. Actum presentibus viris honestis: Godeberto, Wernhero de Patberich maioris ecclesie, Volquino cellerario, Ludolfo cantore et Bertoldo de Brakel, orientalis ecclesie canonicis, Bernhardo et Hermanno presbiteris; Wernhero Stapel, Amelungo de Driburch, Lodewico Bolemast, Andrea de Sola Domo, militibus; Conrado de Sola Domo, Hermanno .... Ishero Paruo, Hermanno Salentin et aliis quam pluribus. Ad pleniorem igitur huius rei evidentiam et ... firmiorem presentem paginam nostro ac civitatis Paderbornensis sigillis duximus roborandam. Datum anno Domini M .... Kalendas Decembris.

Or. (theilweise zerstört) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 237. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Auf der Rückseite ist das Jahr 1268 Dec. 1 angegeben. Vgl. oben Nr. 419 u. 442.

1150.

Abt Jordan von Paderborn (Abdinghof) bezeugt, dass ein Paderborner Bürger dem Kl. Willebadessen einen Hof übergeben und bestimmt hat, die Einkünfte desselben zur Erneuerung der Mäntel und zu Memorien zu verwenden. 1268.

In nomine Domini amen. Iordanis dictus abbas in Paderborne universis Christi fidelibus, quibus hec scripta claruerint, geste rei noticiam. Erga eos, qui divine vacant speculationi, pronam voluntatem et bonum haberi convenit affectum, quatinus ipsi sua oratione et perfectione aliorum adiuvent imperfectum. Notum igitur esse cupimus modernis et futuris, quod dominus Albertus civis Paderbornensis quandam curtim, quam pro quadraginta marcis denariorum legitime comparavit, assignavit ecclesie in Wilbodessen in perpetuum ab eadem ecclesia possidendam, tali videlicet conditione, ut proventus annui predicte curtis cedant in usus officii camerarie ad mantellos monialium innovandos sive reparandos, ut ex hoc iamdicti viri memoria et uxoris sue domine Mechthildis in eodem loco apud Dominum in benedictione iugiter habentur. Et quoniam ad nos predicte ecclesie visitatio specialiter pertinet. presens factum pie et laudabiliter ordinatum auctoritate nostra, ut dignum est, merito confirmamus et ne quis ei ausu temerario in posterum obviet, modis omnibus inhibemus. Insuper hoc scriptum de ordine geste rei fideliter exaratum sigillo nostro et domini Iohannis in Campo sancte Marie abbatis, qui sepedicti viri amicissimus exstitit, nec non et predicte ecclesie sigillis pro testimonio cautum duximus roborandum. Actum anno Domini M°.C°C.L°XVI°II.

Or. im Besitze der Paderborner Abtheilung des Vereins. Von den drei an rothseidenen Fäden angehängten Siegeln nur das beschädigte erste des Abts Jordan, oval, sitzende Gestalt mit Stab in der Rechten und ein offenes Buch in der Linken, erhalten.

1151.

Die Brüder Adolf und Albert Grafen von Schwalenberg übergeben ihnen resignirte Güter an Kl. Falkenhagen. Burg Schwalenberg 1268.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Nos Adolfus et Albertus fratres Dei gratia comites in Sualenberg omnibus hanc litteram visuris in perpetuum. Que geruntur in tempore, ne labantur

cum tempore, litterarum solent memorie commendari. Ea propter notum universis esse cupimus, quod Heinricus et Conradus et Albertus fratres, nati domini Arnoldi de Winchusen militis bone memorie, et Ludolfus de Immetteshusen sororius ipsorum cum arbitrio uxoris eiusdem L(udolfi) et cum consensu omnium heredum ipsorum receperunt centum et triginta marcas, ita vero, quod dabantur eis pro qualibet marca duodecim solidi graves denariorum in Huxaria legalium a conventu sanctimonialium beate virginis in Ualkenhagen, Paderbornensis dyocesis, pro villa, que dicitur Ouerenhomersen, et Wezzelinguelde et Suthhagen et Northhagen cum omnibus pertinentiis, agris et iuribus in silvis, aquis et pascuis ad ipsa bona pertinentibus et in manus nostras cum bona voluntate et libero arbitrio resignarunt. Promiserunt etiam fide data in manus nostras et in manus omnium castellanorum urbis nostre in Sualenberg se velle deponere sive sedare sive compescere omnes, qui contra ancillas Christi presumerent [1]) de supradictis bonis facere questionem. Nos itaque ad instantiam dilecte matris nostre et sororis nostre, domine Cunegundis eiusdem cenobii abbatisse, et pro remedio animarum patris et fratris carorum nostrorum divinam pietatem sive remunerationem providentes proprietatem iam dictorum bonorum, et quicquid iuris in ipsis bonis habuimus, supradicto conventui dedimus libere et quiete perpetuo possidenda et eisdem bonis renunciavimus absolute. Ne autem huic facto possit aliquis scrupulum dubitationis inponere, presentem litteram fecimus sigillari. Testes: Iohannes de Wiginghus, Tidericus de Ekkersten, Iohannes de Alfwinessen, milites; Wilhelmus de Sumersile, Bertoldus cappellanus, sacerdotes; Ernestus de Bukkenhus, Wasmodus de Alfwinessen, Amelungus iudex et omnes consules oppidi in Sualenberg et alii quam plures. Acta sunt hec in castro Sualenberg, anno Domini M°.C°C.LXVI°II.

[1]) presummerent *Or.*

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 13. In demselben Einschnitt an einem Pergamentstreifen 1) grosses rundes Siegel des Grafen Adolf; 2) dreieckige Siegel des Grafen Albert, der Stern allein. Reg. Lipp. Regg. I, 226 Nr. 343, wo Deutung der Ortsnamen.

1152.

Gottschalk von Padberg bestätigt dem Kl. Bredelar den Besitz mehrerer Güter. Bredelar und Marsberg 1268.

In nomine Domini amen. Universis Christi fidelibus hanc litteram inspecturis vel audituris ego Gotscalcus de Patberg salutem et prosperitatem perpetuam in Domino Ihesu Christo. Ut omnis tollatur ambiguitas sive dubietas et postfuturis veritas elucescat, tenore presentium litterarum cupio ad notitiam omnium pervenire, quod, cum super quibusdam agris et possessionibus cum abbate et conventu in Breydelare aliquamdiu litigarem, quas ad me iure hereditario dicerem evolutas, licet idem abbas et dictus conventus easdem possessiones et agros bona fide et iusto titulo emptionis propronerent se quiete aliquamdiu possedisse, et super eo litteras patris mei domini Iohannis et fratris mei Iohannis de Patberg nec non et patrui mei domini Gotscalci militis et burgensium Montis Martis sigillis signatas et testibus exhiberent. Virorum honestorum amicorum meorum, videlicet Bertoldi nobilis de Buren et fratris mei Iohannis de Patberg et soceri mei domini Frederici de Horhusen, Gotfridi de Hesne, Bernhardi de Dauerenborg, Odelrici de Westheim, Hermanni de Lon precibus ammonitus et consilio inductus salubriter cum consensu uxoris mee Ilyane et unice filie mee Ermendrudis omni juri, quod in supradictis agris michi asscripsi, vel me habere putabam, et omnibus possessionibus sive in agris sive decimis vel silvis supra vel infra monasterium ipsorum vel ubicunque positis vel sitis, que a patre meo domino Iohanne de Patberg et fratre meo Iohanne quocumque iusto titulo possident, in presentia multorum virorum et consulum Montis Martis penitus renunciavi, ita ut sepedictas possessiones sive in agris sive decimis vel silvis quiete et libere possideant, sicut longo tempore possederunt. Insuper et manu mea posita super altare beate virginis in Breydelare publice protestabar tali pollicitatione, ut

nullum ius mihi velim vel debeam in dictis possessionibus de cetero vendicare, vel etiam heredes mei postfuturi in eisdem abbatem et conventum sepe dicti monasterii jure aliquo valeant molestare, abbas vero et conventus jam dictus ex eorum liberalitate gratiam facientes decem marcas currentis monete in solutionem debitorum meorum michi favorabiliter obtulerunt, que pecunia integralis conpositionis et amoris inter ipsos et me debet esse iuge testimonium et perpetuum monimentum. Ne ergo ulla evolutio temporis pacti aut facti mei oblivionem inducat aut quisquam postmodum irrumpere valeat, sigillo meo duxi presentem litteram roborandam. Insuper et ad majorem cautelam predictorum, videlicet Bertoldi nobilis viri de Buren et fratris mei Iohannis de Patberg, Frederici de Horhusen soceri mei, nec non et burgensium Montis Martis sigillorum rogavi munimine sigillari. Acta sunt hec anno Domini C°.CC°. sexagesimo octavo, in Breydelare et in Monte Martis. Testes huius rei: Bertoldus nobilis vir de Buren et milites supradicti; Thetmarus plebanus in Patberg, Ecbertus de Sinstorp, Fredericus Picus, Conradus dictus de Hadeborgehusen, consules Montis Martis: Henricus de Oddenhusen, magister consulum ibidem, Bertoldus iudex, Albertus de Mulenhusen, Henricus de Capella, Henricus de Culthe, Hermannus superius theatro, Helmicus de Huxaria, Henricus de Nuthlon, Iohannes de Bilinchusen, Theodericus de Oddenhusen, Hermannus de Wartberg, Stephanus Caupo, Sigenandus et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 91. Von den 5 an Pergamentstreifen angehängten Siegeln sind 4 beschädigt erhalten: 1) Johanns v. Padberg; 2) Bertholds d. j. von Büren Reitersiegel, wie Westf. Siegel I Taf. 14 Nr. 6; 3) Stadtsiegel von Marsberg; 4) dreieckiges Siegel Friedrichs von Horhusen, zwei zweireihig geschachte Rechtbalken. Umschrift: S. Friderici militis de Horehusen. *Ausführliches Reg. Beiträge z. Gesch. Waldecks u.s.w. III, 135 f.*

1153.

Johannes von Padberg schenkt sein Gut in Enemuden *dem Kl. Bredelar. 1268.*

Universis Christi fidelibus hoc scriptum contuentibus ego Iohannes dominus castri in Patberch notum fore cupio publice protestans, quod ego de pleno consensu domine Meichthildis uxoris mee, Hermanni filii mei, Gotscalci fratris mei et omnium heredum meorum ad ammoniationem et instantiam domini abbatis de Breydelare et sui conventus et Hermanni patruelis mei de Patberg omni iuri meo, quod videbar habere in silvis et novalibus ville Enemuden pertinentibus, que vulgo communis marke dicuntur, sollempniter intuitu Dei eiusque pie matris Marie renunciavi, nullum penitus ius vel iusticiam in eisdem silvis vel novalibus me habere recognoscens nec ulli hominum deinceps licentiam de succisione eorundem lignorum dabo. Et si quis ex nomine meo eadem ligna succidere vel novalia excolere presumpserit, nullam penitus prestabo warandiam, set hoc factum irritum approbo et iniquum et contra meam presumptum voluntatem. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo meo roboravi, insuper ad maiorem firmitudinem, ut hec cessio mea et protestatio rata in evum permaneat et inconvulsa, sigillo burgensium Montis Martis et Hermanni iam dicti idem scriptum rogavi communiri. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX° octavo. Testes: Heinricus de Oddenhusen, magister consulum Montis Martis, Alradus de Horhusen, Albertus de Mulenhusen, Henricus de Capella, Hermannus superius theatro, Helmicus de Huxaria, Hermannus monetarius, Sigenandus, Iohannes de Bilinchusen, Hermannus de Wartberg, Gerhardus Elyke, Henricus de Nutlon.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 93. Von den drei an Pergamentstreifen befestigten Siegeln ist das erste, J.'s v. P., beschädigt erhalten; das dritte (S. Hermanns) ganz verwischt; das zweite abgefallen. Ueber die Enemuder *Mark heisst es in einer Uebersetzung dieser Urk. aus dem 16. Jahrh. in Msc. VI, 125 p. 257:* De vor angetoegede Enemuder marcke myt ereme egendome nest demme berge get an an Packswesze de Manckke hernedder, wente to der langenbrugge unde vort van der langenbrugge up dat stenen cruce, de Wynbeke hen an wente vor den Pystenberch up dat velt.

1154.

Ritter Hermann von Brakel bekundet die Resignation der Brüder Vridach auf den Zehnten zu Donowe *und die eigene an den Grafen v. Bentheim zu Gunsten des Kl. Ösede. 1268.*

Ego Hermannus miles de Brakel notum esse cupio universis et singulis, ad quos presens scriptum pervenerit, quod Engelbertus, Otto et Helmicus fratres dicti Vrigedag et Sophia mater eorundem et heredes ipsorum, quicquid in decima Donowe iuris habere videbantur, in manus nostras resignaverunt. Nos quoque eandem decimam domino comiti de Benethem resignavimus sancte eeclesie[1]) monialium in Osethe perpetuo possidendam. Et hoc scripto presenti publice protestamur. Actum anno Domini M°.C°C.LX°VI°II.

[1]) in *folgt Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Osnabrück, Kl. Ösede. An Pergamentstreifen Siegel des Ausstellers. Vgl. Nr. 1146.

1155.

Die Ritter Berthold, Werner und Hermann von Brakel gestatten dem Kl. Gehrden eine Wasserleitung durch die von ihnen lehnrührigen Äcker in Wernessen. *1268.*

Bertoldus commorans in Hindeneborch, Wernerus in Triborch, Hermannus in Urbe Veteri milites dicti de Brakele cum suis heredibus universis omnibus, ad quos hec pagina pervenerit, in perpetuum. Noverint tam posteri quam presentes, quod nos necessitatibus et utilitatibus ecclesie de Gerdene et conventus inibi Deo servientis digna meditatione pensatis precibus honorabilis viri domini Hermanni prepositi loci eiusdem nec non religiose domine Alheitis priorisse de Schonenberch ceterarumque sanctimonialium precibus inducti ob spem retributionis eterne et remissionis peccaminum nostrorum ipsis per fundum vel fundos agrorum, quos Hermannus, Gotscalcus et Sophia cum heredibus suis in villa et circa villam[1]) Wernesen de manibus nostris in feodo[2]) tenent, aquam ducere ad claustrum suum liberaliter permisimus, secundum quod pro tempore viderint expedire, ita sane, quod dicti heredes per viros idoneos damni quantitate considerata tantum de agris ecclesie recipiant[3]) et sic ipsi conserventur indempnes; quodque in villa Wernesen multis presentibus partibus consentientibus et approbantibus laudabiliter terminatum est. Ne autem a quoquam in posterum hec nostra permissio sive concessio imminui valeat vel infringi, presentem cartam sigillis omnium nostrorum, qui sigillis propriis uti solent, fecimus communiri. Presentes aderant: Heinricus plebanus in Brakele, Engelhardus miles de Stenhem, Geroldus de Helmeren, Bernardus de Koven, in quorum manibus a partibus utrobique de causa predicta in bono pacis terminanda fuit compromissum. Item Iohannes plebanus, Hennekis, Heithenricus, Arnoldus familia domini prepositi et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°XVIII.

[1]) in *fügt C hinzu.* [2]) pheodo *C.* [3]) recipiat *C.*

Nach dem Gehrdener Kopiar f. 29 D 15 (B); II, 71 p. 245 (C), I, 242 p. 37 (D), VI, 224 f. 77 (E), letztere drei im Kgl. St.-A. Münster. Ueber das in der Feldmark von Gehrden eingegangene Wernessen *vgl. Ztschr. XXXVII,2, 185.*

1156.

Bischof Simon von Paderborn verspricht bei seiner Entlassung aus der Gefangenschaft im Friedensvertrage mit Bischof Gerhard von Münster: 1) für Lösung desselben aus dem Banne wegen seiner, des Abts von Abdinghof u. a. Gefangenschaft sich zu bemühen unter Verpflichtung des Einlagers; 2) innerhalb 14 Tagen nach seiner Loslassung diesen Vertrag mit seinen und des Kapitels Briefen zu bekräftigen; 3) niemanden gegen den Bischof Gerhard von Münster beizustehen; gegen den Elekten Widukind von Osnabrück und die Grafen Adolf von Waldeck und Engelbert von der Mark nur zu helfen den Grafen Otto von Ravensberg, Heinrich von Hoya u. Friedrich von Rietberg, den Edelherrn Bernhard u. Hermann zur Lippe, dem Herrn Ludolf von Steinfurt und Vogt Heinrich von

Berg, wenn der Krieg sie principaliter angeht; 4) in der Paderborner Diöcese keine Verkündigung irgend welcher Sentenzen gegen den Münsterschen Bischof zu gestatten; 5) letzterm 1500 Mark Entschädigung zu zahlen; 6) die Äbtissin von Herford vor Ausgang des Streites in Rom nicht zu behelligen; 7) den Streit der beiden Diöcesen und Friedrichs von Rietberg wegen des Waldes Wibelere *Schiedsrichtern zu überlassen; 8) stets selbst diese Artikel zu halten und auch für den Fall seines Todes sein Kapitel zu verpflichten; 9) die Rückgabe der Villa Rischenau seitens des Paderborner Domkapitels an Widukind von Schwalenberg zu genehmigen. Warendorf 1269 Januar 27.*

Bürgen ad 1: Otto de Ravensberg, Godefrydus (de) Czygenhagen, Frethericus de Retberg et Ludolfus de Dasle, comites; Bernhardus et Hermannus fratres domini de Lippia, Ludolfus dominus de Stenuorde, Hinricus advocatus de Monte et Conradus dominus de Sconenberg; item sex canonici ecclesie Paderbornensis: Hinricus prepositus, Thidericus prepositus sancti Petri, Otto camerarius, Wernerus de Patberg, Waltherus thesaurarius et Hermannus scolasticus; item duodecim milites et ministeriales Paderbornensis et Corbeyensis ecclesiarum, scilicet: nobilis vir Bertoldus junior filius Bertoldi de Buren, Bertoldus, Wernerus et Hermannus de Braclo, Amelungus et Hinricus de Driburg, Iohannes filius Lothewici Bulemast, Florinus de Vanen, Volmarus de Brenken, Conradus de Etlen, Wernerus Creuet et Arnoldus dictus Scrape. — *Unter den Bürgen ad 5 u. a.:* dominus Bernhardus maior de Lippia et cum ipso Hinricus Wenet et Hinricus de Gummere; *dann ausser schon Genannten* alii viginti milites ministeriales Paderbornensis et Corbeyensis ecclesiarum: Herboldus, Albertus et Conradus de Amelungeshem, Udo de Weten, Volpertus de Eysnen, Frethericus de Horehusen, Olricus de Westhem, Conradus de Etlen, Gerhardus de Sunninchusen, item nobilis vir Hermannus de Holthusen, Eleyas de Aslen, Fredericus Longus de Ystincthorpe, Iohannes de Nethere, Gotscalcus Wenet, Bertoldus junior Sommerkalf, Meinricus Budel, Wilhardus de Drevere, Wilhelmus de Vernethe, Udo et Olricus dicti Sommercalf, militibus.

Gedr. zuletzt UB. III, 826. Vgl. daselbst Nr. 796 und 828; zu Art. 6 oben Nr. 892 Reg. Lipp. Regg. I, 228 Nr. 345.

1157.

Graf Friedrich von Rietberg nimmt in seiner u. a. dem Grafen Adolf von Waldeck geleisteten Urfehde aus u. a. Bischof Simon von Paderborn und seine Verwandten die Edelherrn Bernhard und Hermann zur Lippe. (1268) 1269 Januar 27.

Gedr. zuletzt UB. III, 825. Reg. Lipp. Regg. I, 227 Nr. 344.

1158.

Graf Otto von Everstein und sein Sohn Albert vertauschen mit Kl. Hardehausen einige Höfe und Häuser. 1269 Januar 28. (Dominica Exurge, ante purificationem s. Marie.)

Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 153 nach jetzt nicht auffindbarem Or.

1159.

Die Edelherrn Bernhard und Hermann zur Lippe verzichten auf ihre Ansprüche an Zehnten in Usnen und Bökenförde. 1269 Februar 6.

Nos Bernhardus et Hermannus fratres nobiles de Lippia universis et singulis has litteras visuris notum facimus et publice protestamur tenore presencium litterarum, quod omni iuri, si quod habuimus vel habere videbamur in decimis Vsnen et Bokenevorde et earum attinenciis, una cum nostris liberis et legitimis heredibus absolute renunciamus. Ad cuius rei firmitatem et robur perpetuum presentem litteram super eo conscriptam sigillorum nostrorum impressione fecimus communiri. Datum feria quarta post festum purificationis beate virginis, anno Domini M°.C°C.L°X nono.

Aus Msc. VII, 6103 im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Lipp. Regg. I, 228 Nr. 346.

1160.

Bischof Simon von Paderborn verpflichtet sich nach seiner Rückkehr in sein Bisthum nochmals zur Beobachtung des am 27. Januar mit Bischof Gerhard von Münster geschlossenen Friedensvertrages. Paderborn 1269 Februar 11.

Gedr. UB. III, 827.

1161.

Graf Otto von Ravensberg bekundet Verzichtleistung des Ritters Johann von dem Bussche und seiner Gemahlin auf alle Rechte an dem Hofe in Schelpmilse. Ravensberg 1269 Febr. 27.

Otto comes in Rauensberg omnibus presens scriptum visuris rei geste noticiam. Tenore presencium protestamur, quod dominus Io(hannes) de Busche coram nobis recongnovit, quod in curia Schelepmilse et in omnibus proventibus ad ipsam pertinentibus nec sibi nec uxori sue nec heredibus suis aliquid iuris reservaret, sed de (gracia) domine decane et tocius conventus sancte Marie in Monte aput oppidum Her(uorde), quamdiu predicti conventus placeret voluntati, ipsam cum integritate fr(uctuum) inde emergencium graciose observaret. Huius recongnicionis sive professionis test(es sunt): Hugo Ursus de Stochem, Hugo de Theem, Herbordus Vos, Hinricus Vin(ke), Hinricus de Aspelcampe, Wernerus Tothranc, Regenbode Top, milites; Fridericus scriptor, Tidericus de Cleue, Ecbertus thin(c)grauius, Conradus advocatus de Bileuelde, Hinricus Clauiger et alii quam plures. Item ut premissa recongnicio sive professio inviolabiliter observetur, presentem paginam super premissis fecimus conscribi et sigilli nostri munimine roborari. Datum Rauensberg, anno Domini M°.C°C.LX°VII°II., II°I. Kalendas Marcii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Herford, Stift auf dem Berge Nr. 10. An von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen Rest vom Siegel des Grafen Otto, wie Abbildung Westf. Siegel I, Taf. 35 Nr. 7. In das Pergament ist in der Mitte ein ovales Loch geschnitten, doch liegt Abschr. saec. XIV. bei, woraus Ergänzung ermöglicht. Schelpmilse in der Pfarre Heepen ö. von Bielefeld. Vgl. Ztschr. XXXVIII, 2, 79. Reg. v. dem Bussche, Gesch. v. d. Bussche Nr. 29 mit Bemerkung über das Loch.

1162.

Edelherr Hermann zur Lippe untersiegelt Urk. der Edelherrn Ludolf und Balduin von Steinfurt über Verzicht von Gütern in Overhagen. Münster (1268) 1269 März 3.

Gedr. UB. III, 830. Reg. Lipp. Regg. I, 228 Nr. 347 mit irrigem Datum.

1163.

Das Paderborner Kapitel überweist dem Kl. Loccum das Obereigenthum eines von den Gebrüdern von Neustadt erkauften Hofes in Bredelage *gegen eine jährliche Wachsabgabe. (Paderborn) 1269 März 21.*

H(enricus) Dei gracia prepositus, R(abodo) decanus et capitulum Paderbornensis ecclesie universis hoc scriptum visuris imperpetuum salutem in eo, qui est omnium (salus) et solamen. Quoniam ab interitu mortalium vive vocis deficit probacio, primum conservatur auctorum veritas instrumentis. Hinc est, quod scire cupimus tam presentes quam posteros universos, quod propter spceialem dileccionem, quam circa ordinem Cisterciensem hactenus habuimus et habemus proprietatem curie in Bredelage et mansorum sibi attinencium cum ceteris suis attinenciis, silvis. pratis, pascuis, agris, cultis et incultis et cum ceteris suis iuribus universis, quam abbas et conventus in Lucka empcionis tytulo compararunt a Io(hanne) et Daniele fratribus de Nova Civitate contulimus iure perpetuo possidendam. Predicti enim abbas et conventus in signum et memoriam huius proprietatis collate dabunt ecclesie nostre annuatim in purificacione beate virginis duas lybras cere. Ut autem hoc factum nostrum inviolabile optineat robur perpetue firmitatis, presens scriptum sigillo ecclesie nostre fecimus communiri. Actum et datum in ecclesia nostra anno Domini M°.C°C.LXI°X., in cena Domini.

Nach dem Kopialbuch des Kl. Loccum saec. XIV. im Kgl. St.-A. Hannover III, 130 p. 61. Erwähnt Hodenberg, Calenb. UB. III, 393 mit falscher Jahresangabe. Ueber Bredelage *daselbst Nr. 224.*

1164.

Edelherr Hermann zur Lippe verspricht mit Zustimmung Bischofs Simon u. seiner Brüder Bernhard u. Dietrich Kl. Lippstadt zu schützen und keine andere Ordensleute zuzulassen. Lippstadt 1269 April 5.

Nos Hermannus nobilis et dominus de Lippia omnibus presencia visuris salutem in dominorum Domino Dei filio Iesu Christo. Licet nonnullarum religionum personis opera divine maiestati placita diversimode peragantur, tamen sola religio in sua devocione perseverans pluribus ob rerum inopiam dissolvendis Deo acceptior comprobatur. Hinc est, quod presencium tenore publice protestamur, quod ex venerabilis domini Symonis Paderbornensis episcopi, patrui nostri dilecti, et dilectorum fratrum nostrorum Bernardi nobilis de Lippia et Theoderici prepositi Mindensis ecclesie consilio, consensu et cooperatione taliter duximus ordinandum, quod ecclesiam sanctimonialium in Lippia a nostris progenitoribus fundatam in omnibus iuribus suis eidem ab ipsis traditis et per litteras apostolicas sancitis integram conservare volentes in eodem opido nostro Lippensi et fundo monachas sive monachas seu cuiuscunque religionis personas nullatenus admittemus. Ne igitur huius ordinationis ritu facte dubietas suboleat in futuris, presens scriptum nostro sigillo et debite confirmationis patrocinio duximus muniendum. Nos vero Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus, Bernardus et Theodoricus fratres nominati ob evidentiam dicte ordinacionis pleniorem et sincere dilectionis affectum hanc paginam stabilivimus nostrorum robore sigillorum. Datum Lippie, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, Nonis Aprilis.

Or. im Fürstl. Lippischen Archiv zu Detmold. An Pergamentstreifen 1) Siegel Bischofs Simon mit Rücksiegel, schlecht erhalten; 2) Hermanns (Abb. Lipp. Regg. I, Nr. 15); 3) Dietrichs mit Rücksiegel (Abb. ebenda Nr. 16). Reg. Lipp. Regg. I, 229 u. 348.

1165.

Adelheid, Wittwe des Konrad Rant in Warburg, schenkt die von ihrem Manne eingelösten Höfe in Klein-Daseburg dem Kl. Bursfelde. Warburg 1269 April 14.

Ego Alheidis in Wartberg relicta Conradi Rant omnibus hanc litteram visuris cupio innotescere, quod, cum villicationes ecclesie in Bursvelde de duobus curiis sitis in minori Dasburch pro quadam summa pecunie iam dudum a predecessoribus domini abbatis Iohannis et conventus ecclesie Bursveldensis in grave dampnum ipsius fuissent titulo pignoris[1]) obligate, prefatus bone memorie Conradus Rant maritus meus cupiens propter Deum ipsam ecclesiam per eius adiutorium in posterum reformari, villicationes ipsas a domino Hermanno Speigele et fratribus suis de Desenberg ad preces et instantiam prefati domini abbatis et conventus pro septuaginta marcis numerate pecunie redemit cum omnibus suis attinentiis sue et mee vite temporibus possidendas libere et quiete. Sed quia idem Conradus meus maritus persolvit carnis debitum moriendo, sicut eo vivente fuerat placitatum, terciam partem dictarum villicationum tantummodo vite mee temporibus retinebo et due partes libere vacant ecclesie supradicte, sed post obitum meum ipsa tercia pars sine omni contradictione meorum heredum, qualescunque fuerint, similiter ad eandem ecclesiam revertetur. Preterea prefatus dominus abbas et conventus advocatiam dictarum villicationum domino Hermanno Speigele a domino Corvo de Papenem pro duodecim marcis titulo pignoris[1]) qualitercunque obligatam pro summa predicta redemit, sed ego Alheidis de illa summa ipso conventui restitui octo marcas et terciam partem eiusdem summe, videlicet quatuor marcas vite mee temporibus obtinebo et post mortem meam heredes mei, quicunque fuerint, illas quatuor marcas reddent ecclesie memorate. Testes huius facti sunt: fratres de Desenberg, Conradus et Albero fratres de Wellede, Gerardus[2]) Sculthetus, milites, Conradus de Wethen, Albertus Monetarius, Hermannus de Dalem, Iohannes Stolto, Iohannes Almanni, Iohannes de Amelungessen, Widelo, Hilbrandus Vos, Wernerus Villicus, Gotfridus de Dasburch et Hartwicus, hoc tempore consules in Wartberg et alii plures. Ne autem aliquis heredum meorum, si quos habuero vel habere me con-

tingat, hoc factum infringere valeat aut presumat, consules in Wartberg et dominus Hermannus Speigel presentem litteram sigillis suis de mea prece in testimonium munierunt. Datum Wartberge, anno Domini M°.C°C.LX°VII°II., Tiburcii et Valeriani.

[1]) pigneris *Or.* [2]) Gerrardus *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Hannover, Kl. Bursfelde. An Pergamentstreifen hängt, sehr beschädigt, das Stadtsiegel von Warburg, das erste Siegel ab.

1166.

Geismarer Geistliche bekunden Übereignung einer von Heerse lehnrührigen Hufe in Helmern an Kl. Hardehausen. 1269 Mai 19.

Theodericus vicepreposítus, Gerhardus sacerdos et Conradus dictus de Gandera, confratres ecclesie sancte Marie in Geysmaria, omnibus hanc paginam inspecturis salutem in Domino. Tenore presentium protestamur notumque facimus presentibus et futuris, quod Geroldus, Bruno, Wern(erus) et Gerlacus fratres de Duergen mansum unum in Helmere situm, quem de manu abbatisse et ecclesia Herisiensi in feodo tenuerant, domino abbati de Herswithehusen et suis fratribus venditum domino Hermanno sacerdoti de Istendorp ad manus domine abbatisse in civitate nostra et in cimiterio sancte Marie resignaverunt predictis domino abbati et suis fratribus ad proprietatem perpetuam conferendum. Ut igitur hec rata permaneant et inconvulsa, nos ad instantiam predictorum G(eroldi), B(runonis), W(erneri) et G(erlaci) presentem paginam conscribi et sygyllo ecclesie nostre nec non sygillo civitatis nostre pro habundanti cautela et robore fecimus communiri. Testes huius rei sunt: Hermannus plebanus de Nova Civitate, Bertoldus de Strovorde[1]), Gerhardus de Scachten, Hermannus de Menbrechtessen, plebani; Hermannus Sculthetus, Engelhardus de Stenem, Conradus de Helmere, Lotwicus Ortonis, Herenbertus de Dasburch, Io(hannes) Everhardi, cives Geysmarie. Datum anno Domini M°.C°C.LXI°X., in die Potentiane virginis.

[1]) *Or.* Stvorde *mit* o *über* t.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Neuenheerse Nr. 19. Nur an 2. Stelle noch Pergamentstreifen.

1167.

Die Rathmänner in Brilon bekunden, dass sie dem Kl. Bredelar wegen der Tödtung Gottfrieds von Huckarde und Frankos so lange jährlich zu ihrem Anniversar eine Mark zahlen werden, bis sie dem Kloster eine gleich grosse andere Rente verschafft haben. 1269 Mai 26.

. . . Cum hec ordinatio fieret, affuerunt in testimonium hii subscripti: Symon Paderbornensis episcopus, Bertoldus senior et filius suus Bertoldus, nobiles de Buren, Yoachym plebanus in Vylse, Robertus marscalcus Westphalye, Thydericus de Vytynchoue, Heydenricus et Hunoldus de Plettenbracht, Fredericus de Harhusen, Herboldus de Amelungessen, Conradus de Ethlen, Volmarus de Brenken, Menricus Budel, milites.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 70. Von den drei an Pergamentstreifen angehängten Siegeln beschädigt erhalten: 1) spitzovales des Pfarrers u. Soester Thesaurars, stehende Figur mit Schlüssel in der Rechten, Buch (?) in der Linken; Umschrift S. God . . . . rar. Susat. *2) der Stadt Brilon. Gedr. Seibertz, UB. I, 347. Daselbst zu korrigiren: Z. 2* cum *zu streichen; Z. 11 u. 14: Or. hat* retributonis *und* prelylabato; *S. 431 Z. 4* Ethlen *statt* Othlen.

1168.

Der Rath zu Lügde (Luthensis) *bekundet, dass Heinrich Bungolf zu Gunsten des Kl. Loccum auf seine Ansprüche an den 6. Theil des Zehnten zu Hüpede verzichtet hat. Lügde 1269 Juni 6.*

. . Testes autem sunt: Heinricus miles dictus de Abbenhusen, Winandus sacerdos de Odestorpe, Bernhardus Kanne, Bertoldus de Elmeringhusen, Gerlacus de Vespere, Arnoldus Krane et alii quam plures . .

Gedr. Hodenberg, Calenb. UB. III, 304.

1169.

Das Paderborner Domkapitel fordert Bernhard den Sohn des Ritters Ludger von Werle auf, seine Ansprüche in einem ihm gesetzten Termine gerichtlich zu erweisen und legt ihm im Fall des Nichterscheinens ewiges Schweigen auf. Paderborn 1269 Juni 19.

H(enricus) Dei gratia prepositus, decanus et capitulum Paderbornensis ecclesie Bernhardo filio Ludgeri militis de Werle salutem et dilectionem. Cum decima Svauedessen capitulo nostro pertineat ad annuam pensionem, de qua dilecto nostro concanonico domino Euerhardo de Heruordia plenam warandiam facimus, et omni tempore necessario faciemus, quoniam idem ipsam decimam a Volrado bone memorie quondam preposito recepit et nomine ecclesie nostre plenum ius habeat in eadem, nec aliquis preter concanonicos nostros ipsam debeat habere sive etiam possidere, rogamus te attentius et monemus, ne de ipsa decima te aliquatenus intromittas. Si vero te aliquid iuris habere dixeris in eadem, ad hoc legitime probandum terminum tibi prefigimus quartam feriam proximam post Margarete in ecclesia Paderbornensi, et scire debes certissime, quod, si in ipsa die non comparueris coram nobis ad probandum ius, si quod dixeris te habere, nos prepositus, ad quem ipsius decime collatio pertinet, super ipsa tibi extunc inponemus perpetuum silencium iusticia exigente, ad restitucionem perceptorum te nichilominus per iusticiam compellendo. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXIX., XII°I. Kalendas Iulii.

Or. in zwei Ausfertigungen (A u. B), die eine fast ganz abgeblättert, im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 239. An beiden Siegel von Pergamentstreifen ab. Diese sowie die Urk. vom 20. Okt. (Nr. 1181) ergeben, dass es sich um einen Zehnten handelt, der als Obedienz dem Domherrn Everhard von Herford überwiesen, der zugleich Archidiakon in Herford war. Mit Rücksicht hierauf ist es wohl sicher, dass unter Suauedessen *der Hof Schwabedissen in der Bauerschaft Unterwüsten Amts Schötmar (Vgl. Lipp. Reg. II, 702), und nicht etwa Schwanei bei Paderborn zu verstehen ist, zumal das Dörfchen Werle, von welchem der in den Urkk. genannte Ritter den Namen führt, nahe dabei in demselben Lippischen Amte liegt (Spancken).*

1170.

Die Brüder von Escheberg verkaufen einen Zehnten an Kl. Bredelar. Wolfhagen 1269 Juni 29.

Universis presentem litteram visuris Alexander miles et Volradus fratres de Eskeberg iusticie inherere et veritati testimonium perhibere. A prudentibus decretum esse dinoscitur, ut ea, que aguntur in tempore, ne simul cum tempore dilabantur, scriptis, sigillis et testibus memorie tam futurorum quam presentium inprimantur. Noverint igitur presentes et futuri, quod nos unanimi consensu ac voluntate domine Alheydis matris nostre et fratrum nostrorum, videlicet Odelrici, Wernheri, Conradi, Hermanni aliorumque coheredum nostrorum propter inevitabilem necessitatem, quam tunc subterfugere nequivimus, mediantibus Thyderico de Medrike, Alberto de Lutersen et Olrico de Westheym avunculo nostro, militibus, dominum Alexandrum abbatem de Breydelar, Cysterciensis ordinis, et conventum eiusdem monasterii convenimus, ut pensionem duarum marcarum et viginti pullorum, quam Alexandro militi patri nostro iam pridem defuncto et nobis pro omni iusticia minute decime et pro omni proventu, qui de areis decimalibus potest provenire, in villa Esbike, in qua ecclesia et curtis iam dictorum abbatis et conventus sita est, annis singulis solvere tenebantur, a nobis compararent ad profectum et utilitatem fratrum monasterii memorati. Iam dicti vero abbas et conventus communicato discretorum consilio propter bonum pacis et concordie eandem pensionem, data summa triginta marcarum legalis monete, a nobis compararunt. Nosque sepedictam pensionem super altare beate Marie virginis gloriose supradicti monasterii sollempniter abbate et conventu presentibus obtulimus nec nos nec heredes nostri sepedictum abbatem et conventum quavis occasione super aliquo iure iam dicte minute decime sive pensionis de cetero poterimus molestare, et quam cito ipsi proprietatem consequi poterunt, nos eam in manus comitis de Waldeke, a quo ipsam hactenus feodali iure tenuimus, resignare non cunctabimur[1]),

ipsique eandem, omni scrupulo contradictionis sive impetitionis[2]) excluso, libere et quiete perpetuo iure possidebunt. Ut autem iste contractus tam rationabilis ratus et inconvulsus in evum permaneat, quia proprium sigillum non habemus, sigillis oppydanorum Montis Martis et Wlfhagen et Iohannis de Helphenberch, Arnoldi de Roderikessen et Gysonis de Gudenborch, militum et castellanorum in Wlfhagen, presentem litteram rogavimus communiri. Acta sunt hec in Wlfhagen, ubi predicte triginta marce integraliter persolute sunt, anno Domini M°.C°C.LX nono, in festo apostolorum Petri et Pauli. Huius rei testes sunt: Hermannus de Blomensteyn plebanus in Wlfhagen et Rotherus capellanus ipsius, sacerdotes, Ekkehardus de Helphenberg, Iohannes de Wedelberg, Gyso de Chygenberch, Henricus Bulemast, Iohannes iunior de Helphenberg, milites, Wernherus de Helphenberg, Thyd(er)icus de Blomensteyn, militares, Lodewicus de Frythslaria[3]) proconsul in Wlfhagen, Iohannes de Reynleuessen, Henricus de Rytte, Conradus in Foro et consules in[4]) Wlfhagen omnes, Henricus proconsul Montis Martis et Thyd(er)icus de Oddenhusen fratres, Henricus et Iohannes de Capella fratres, Albertus de Mulenhusen, Bertoldus et Helmicus de Huxaria fratres, consules Montis Martis omnes et alii quam plures.

[1]) cuntabimur *Or.* [2]) impetionis *Or.* [3]) Frythslatia *Or.* [4]) et *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 95. An Pergamentstreifen Siegel 1) der Stadt Marsberg; 2) der Stadt Wolfhagen; 3) dreieckiges Arnolds v. Roderikessen; 4) dreieckiges Gisos v. Gudensberg; 5) dreieckiges Johanns von Helfenberg, Maueranker, kräftiger wie bei 3, Umschrift: Sigillum Iohannis de Helfenb . . g.

1171.

Bischof Simon v. Paderborn bekundet Verkauf von Zehnten an Kl. Hardehausen. Paderborn 1269 Juli 6.

In nomine Domini amen. Nos Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus totumque eiusdem ecclesie capitulum. Tenore presentium litterarum recognoscimus, quod Hermannus marscalcus noster de Osdagesen, consensu liberorum suorum, heredum et coheredum accedente, vendidit abbati et conventui monasterii Herswedehusen decimam in maiore Northen centum viginti quatuor marcis legalium denariorum sibi pro ipsa persolutis, quam decimam in manus nostras legitime resignatam prefato monasterio cum proprietate possidendam unanimi assensu contulimus, de qua videlicet decima capitulum Paderbornense unam marcam legalium denariorum per manus predicti abbatis et conventus annuatim recipiet in vigilia beatj Iacobi apostoli. Et ut hec rata et inconvulsa permaneant, presens scriptum tam nostro quam capituli nostri sigillis duximus roborandum. Actum et datum in ecclesia Paderbornensi, in octava apostolorum, anno Domini M°.C°C.LX nono.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 165. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab.

1172.

Edelherr Hermann zur Lippe vertauscht mit seinem Bruder Bernhard von Valkenberg die Vogtei eines an Kl. Welver verkauften Hauses in Lippborg mit einer andern bei Untrup. 1269 Juli 25.

In nomine Domini amen. Nos Hermannus de Lippia universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem. Tenore presentium protestamur et notum facimus presentibus et futuris, quod, cum Hinricus miles dictus Scredere, gogravius in Alen, de pleno consensu Elysabet uxoris sue, Hermanni filii sui ac omnium heredum suorum domum in Libborg situm ultra rivum et casam iuxta Libborg cum omnibus suis attinentiis in pratis, agris, rubetis et piscatura, were, pro certa summa pecunie vendidisset ecclesie et conventui in Weluere, ordinis Cysterciensis, prefatus H(inricus) Scredere cum suis heredibus advocatiam predictorum bonorum nobis, a quo hanc in pheodo tenuerat, reddidit resignando. Nos itaque circa prefatam ecclesiam et conventum in Weluere et sanctimoniales ibidem Deo famulantes pium gerentes affectum advocatiam, et quicquid iuris in prefatis bonis habuimus, de consensu fratris nostri domini Bernhardi de Valkenberg ac omnium heredum nostrorum liberaliter et integraliter sibi contulimus pleno iure in perpetuum possidenda. Pro cuius quidem recompensatione

advocatie advocatiam cuiusdam domus site in Wiselderen iuxta Unkintorp a dicto H(inrico) Scredere et suis heredibus recepimus et ipsi eiusdem domus advocatiam in pheodo duximus concedandam et exinde ipse H(inricus) et sui heredes nobis erant in perpetuum homagio fidelitatis astricti. In cuius venditionis, resignationis et nostre collationis testimonium hanc litteram super hiis confectam sigilli nostri iussimus munimine roborari. Petivimus insuper ad maiorem omnium predictorum evidentiam presenti littere sigillum dilecti fratris nostri domini Bernardi de Valkenberg apponi. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.L°XIX°., circa festum beati Iacobi apostoli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Welver Nr. 70. An Pergamentstreifen 1) dreieckiges Siegel Bernhards zur Lippe (hier auffälliger Weise nach der Falkenburg benannt); 2) rundes Siegel Hermanns zur Lippe, wie Lipp. Regg. I Taf. 17 u. 15. Ueber Heinrich Schröder vgl. UB. III, Nr. 995.

1173.

Kl. Abdinghof bekundet Kauf eines Hofes des Ritters Ludolf von Heerse und seiner Frau Agnes von Elsen für sein Hospital. Paderborn 1269 Juli 29.

Hermannus Dei gratia abbas, Rotbertus[1]) prior et conventus monasterii sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Paderborne omnibus hanc litteram visuris oraciones in Domino Iesu Christo. Presentibus dicimus et protestamus, quod nos curiam, que quondam erat Suetheri militis de Elsen, feudali nobis iure pertinentem ad sex denarios nobis annuatim tributariam existentem de pecunia quorundam fidelium Christi comparavimus nobis a Ludolpho[2]) milite et uxore sua Agnete cum consensu heredum suorum pro viginti quatuor[3]) marcis tali condicione, quod dicta curia pertineat hospitali nostro cum omni commodo et utilitate et sit ibi domus hospitalis. Et quidquid[4]) in redditibus antique domui hospitalis hactenus[5]) attinebat, nunc pertineat isti. Et eciam ipsa domus antiqui hospitalis[6]) cum omni utilitate deserviat predicte curie ad usus pauperum peregrinorum et infirmorum cum omnibus fructibus et commodis, que exinde poterunt provenire. Dicimus preterea, quod fideles illi, de quorum pecunia predicta curia extitit comparata, tali condicione pecuniam suam expenderunt pro empcione tali, ut ibi fieret et maneret domus perpetua hospitalis. Et dictus Ludolfus de Herisia cum uxore sua Agneta, quidquid[4]) predicta curia ultra viginti quatuor marcas valuisset, totum dederunt pro hac condicione, ut ibi esset perpetuum hospitale. Adiectum[7]) tamen extitit, quod in anniversario dicti Ludolfi et uxoris sue Agnetis et in anniversario Suetheri militis et Mechildis, qui pater et mater extiterunt predicte uxoris Ludolfi[2]), duos solidos, item duo solidi dentur annuatim de curia supradicta, Et ne quis successorum nostrorum tam pium factum et racionabile confundat vel infirmet, presentem paginam sigillo nostro et conventus nostri duximus roborandam. Huius rei testes sunt: dominus Albero canonicus orientalis, Conradus plebanus ecclesie Forensis, Hermannus plebanus inferioris chori, dominus Conradus de Etlen senior, Andreas de Sola Domo, Conradus de Etlen iunior, Conradus Enhus, Conradus Luscus, milites; Iohannes de Barichusen[8]) magister burgensium, Iohannes de Lessethe, Isherus[9]) Longus, Albertus de Curia, Isherus de Aldorpsen, Thidericus de Valle, Gherhardus[10]) monetarius, Albertus Paganus, consules et burgenses et alii quam plures. Datum Paderborne, anno Domini millesimo CC°. sexagesimo nono, IIII°. Kalendas Augusti.

[1]) Rotgherus *C.* [2]) Ludolffo *C.* [3]) quatuor *fehlt C.* [4]) quidquic *B.* [5]) hactenus *fehlt B.* [6]) hosp. ant. *C.* [7]) adicum *B, C undeutlich.* [8]) Barinch *C.* [9]) Ysherus *C.* [10]) Gerhardus *B.*

Aus Msc. VII, 4217 f. 200 (B) und I, 126 fol. 40 (C) im Kgl. St.-A. Münster. In beiden Hdschr. ist hinzugefügt: Et notandum, quod hospitale ab istis pensionibus via commutationis pro aliis redditibus et pensionibus totaliter est deliberatum et solutum. *In B folgt:* prout etiam patet in privilegio separacionis offitiorum ab invicem, quod invenies in sexto folio post. *Am Rande steht Hinweis von späterer Hand auf fol. 136a. Dort steht das citirte Privileg*

von 1373 Aug. 25. In C folgt nur allgemeiner Hinweis auf dieses Privileg. Oben Nr. 287 wird Suether von Elsen Sohn des Kanonikus Johann von Elsen genannt. Das dort erwähnte, an der Pader gelegene Haus ist mit dem hier genannten Lehnhof identisch. Vgl. unten Nr. 1175.

1174.

Abt Heinrich und Kl. Flechtorf überlassen Güter in Esbike *an Kl. Bredelar. 1269 August 5.*

Heinricus Dei gratia Fleychtorpensis ecclesie abbas totusque eiusdem ecclesie conventus universis has litteras inspecturis imperpetuum. Quia res gestas plerumque nubes oblivionis solet involvere, voluit ea discretorum sollercia litteris et sigillis perhennari. Noverint igitur presentes et futuri, quod bona in villa Esbike, in qua ecclesia est sita, que cum iure proprietario nobis ab antiquis temporibus pertinebant, et que sine honere advocatie ad nos devoluta libere possedimus et quiete, abbati et conventui de Breydelar cum omni integritate et ipso iure proprietario unanimi consensu et voluntate contulimus imperpetuum possidenda, ita sane, ut nulla nobis et nostris successoribus de eisdem bonis conpetat repetitio facienda. Predicti vero abbas et conventus Breydelarensis in reconpensationem eorundem bonorum septem moldra annone, tria siliginis et quatuor avene singulis annis imperpetuum nobis persolvent eandemque annonam nobis in Fleychtorph sive in Monte Martis, si voluerimus, omni scrupulo excusationis excluso ante festum beati Martini in propriis laboribus et expensis presentabunt. Ut autem iste contractus durabilis permaneat nec a nostris valeat violari, ad maiorem firmitatem presentem litteram sigillo nostro et sigillo ecclesie nostre duximus roborandam. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C. sexagesimo nono, Nonas Augusti.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 94. An Pergamentstreifen spitzovales Siegel des Abts, stehende Figur mit Buch in der Linken, Stab in der Rechten. Umschrift verletzt.

1175.

Bischof Simon und Domkapitel von Paderborn bekunden, dass Kl. Gokirche an Kl. Abdinghof einen seinem Pfarrverbande gehörigen Hof überwiesen habe. Paderborn 1269 August 10.

Symon Dei gratia (episcopus)[1]), H(enricus) prepositus, R(abodo) decanus totumque capitulum ecclesie Paderbornensis omnibus hanc litteram visuris perpetuam in Domino salutem. Tenore presentium dicimus et protestamur, quod de voluntate nostra et consensu abbatissa, prepositus et moniales Rurensis ecclesie ex communi consensu curiam quondam Swetheri militis de Elsen sue parrochie pertinentem dederunt ecclesie sancti Pauli Paderbornensis, ut ad illam pertineat iure parrochiali cum omni utilitate et commodo perpetuo possidenda, tali conditione, ut custos predicte ecclesie sancti Pauli septem denarios legales in Paderborne preposito dicte Rurensis ecclesie tribuat annuatim in festo paschali in restaurum curie supradicte. Et ne hoc factum aliquis possit infirmare vel iniqua permutatione confundere, presentem litteram huius facti seriem continentem sigillis nostris fecimus roborari. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXV°IIII., quarto Idus Augusti.

[1]) *Fehlt Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 61a. Die vier Siegel von Pergamentstreifen abgefallen. Vgl. oben Nr. 1173.

1176.

Dompropst Heinrich und Domkapitel von Paderborn verkünden den Bürgern von Herford Anwendung strenger Massregeln gegen Ehebrecher und Wucherer. Paderborn 1269 September 12.

H(einricus) Dei gratia prepositus et capitulum Paderbornensis ecclesie consulibus et universitati burgensium in Heruordia salutem et omne bonum. Universitas vestra scire[1]) debet, quod dominus Euerhardus archidiaconus vester nobis graviter est conquestus, quod nonnulli archidiaconatus sui ipsum contra iusticiam inpedire nituntur, ne iurisdictione[2]) sua utatur in adulteros et usurarios manifestos, ut sic per

iniuriam reclamantium excessus[3]) eorum remaneant incorrecti. Quia vero, quanto maiora sunt peccata, tanto maiori sunt animadversione plectenda, et quia crimen usurarum in tantum invaluit, quod eius negocia[4]) quasi licita reputantur inter christianos; scire[1]) debetis, quod crimen usurarum tam in veteri quam in nova lege detestabile reputatur. Ideoque Iudeus a Iudeo usuram contra legem suam recipere pertimescit[5]). Si christianus a christiano ipsam recepit, sue salutis inmemor et in scandalum fidei christiane. Hinc est, quod, cum facilitas venie incentivum tribuat delinquendi et (ferro) assidenda sint vulnera, quod fomentorum(?) non sentiunt nutrimenta et quia facientes et consencientes[6]) par pena constringit et quia non caret scrupulo societatis oculte[7]), qui manifeste facinora desinit obviare et quoniam archidiaconi episcoporum sunt oculi, pro suis subditis in die districti iudicii responsuri, idcirco ad exstirpandum predictum crimen, quod in dyocesi Paderbornensi nimis invaluit, ita concordavimus in hoc casu, quod auxilio sedis apostolice ac ecclesie Maguntine ac auctoritate domini episcopi et propria communicato consilio contra usurarios taliter procedemus, ne sanguis eorum ibi de nostris manibus requiratur, ubi debemus de singulis reddere rationem, ut, quos timor Dei a malo non revocat, saltem coherceat severitas ecclesiastice discipline. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°IX., II. Idus Septembris.

[1]) sire *Or.* [2]) iuridicione *Or.* [3]) exessus *Or.* [4]) negocio *Or.* [5]) pertimessit *Or.* [6]) consens *Or.* [7]) oculde *Or*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 240. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1177.

Dompropst Heinrich von Paderborn bestätigt mit dem Busdorfer Kapitel den Übertrag eines Kirchenguts des Ekbert Vetteneve an den Bürger Bernhard von Anvorde mit Vorbehalt ihrer Prästationen. 1269 September 17.

Henricus Dei gratia prepositus Paderburnensis omnibus presens scriptum visuris in vero salutari salutem. Notum esse volumus inspectoribus presentium universis, quod nos officium[1]), quod a nobis tenebat Ekbertus dictus Vetteneue[2]), ab eodem et suis heredibus pro quinquaginta marcis a nobis emptum et in manibus nostris libere resignatum, habito consensu prepositi, decani et capituli sanctorum apostolorum Petri et Andree Paderburnensis, contulimus Bernhardo dicto de Anuorde, civi Paderburnensi, et Hildegundi sue uxori et eorum heredibus cum omnibus ipsi offitio pertinentibus quiete et integraliter possidendum, ita tamen, ut iidem B(ernhardus) vel sui heredes tam nobis quam nostris successoribus, prepositis Paderburnensibus et capitulo nostro facient omne debitum, quod de predicto officio nobis fuerit faciendum, Widikindo canonico sanctorum apostolorum predictorum dicto de Scildesce tria Padermoldra siliginis, tria avene et duo ordei de predictis bonis solvant annuatim. Post obitum vero dicti W(idekindi) prefati Bernhardus et sui heredes capitulo sanctorum Petri et Adree prenotato solvent prescriptam pensionem. Huic vero nostre ordinationi testes aderant: Ludowicus dictus Bulemast, Andreas Wltur, Iordanus de Euersen, Conradus Pellere, Iohannes Blomenrich, Lippus, Conradus Woldeig, Iohannes Pistor, Iohannes de Hestene, Eiko, Hermannus de Foro, Iohannes scriptor noster et alii quam plures. Ut autem hec firma permaneant, presentes litteras sepedictis Bern(hardo) et suis heredibus sigillo nostro dedimus roboratas. Nos vero prepositus decanus et capitulum sanctorum apostolorum Petri et Andree predictum huic facto honorabilis viri domini Henrici prepositi prefati rationabilem assensum (prebentes)[3]) unanimi consensu presenti scripto inde confecto in testimonium et robur sigillum ecclesie nostre duximus appendentem. Datum et actum anno Domini M.CC.LXIX°., in die Lamberti martiris.

[1]) officio *Abschr.* [2]) Vettenere *Abschr. Doch vergl. Nr. 1226.* [3]) *Fehlt Abschr.*

Aus Msc. I, 121 fol. 23c im Kgl. St.-A. Münster. Am Rande der Handschrift: de officio cocammet.

1178.

Die Edelherrn Bernhard und Hermann zur Lippe bekunden, dass sie dem Herrn von Itter wegen des Zehnten in Mengeringhausen volle Gewähr geleistet haben. Geismar 1269 September 27.

Gedr. Kopp, Histor. Nachr. v. d. Herrn zu Itter S. 221. Reg. Lipp. Regg. I, 230 Nr. 350.

1179.

Rathmänner und Schöffen beider Städte Herford bekunden die Schenkung einer auf einen Garten zu legenden Wachsabgabe seitens eines ihrer Mitbürger an das Stift auf dem Berge bei Herford. Herford 1269 September 28.

In nomine Domini amen. Omnibus, ad quos scriptum hoc pervenerit, .. consules et scabini tam veteris quam novi opidi Heruordensis perpetuam rei geste memoriam. Veritas scripture fulcitur et roboratur munimine, ut errorem ambiguitatis exterminet et ne oblivio mater litium et materia iurgiorum novas dissensionis questiones inducat. Nosse igitur cupimus tam presentes quam posteros, quod Gerhardus dictus Rufus senior, burgensis noster, divine retributionis intuitu de expresso consensu et voluntate Henrici, Gerhardi, Theoderici, filiorum ac aliorum heredum suorum, nobis et universitate burgensium coram honorabile domino E(uerhardo) archidyacono Heruordensi in ecclesia forensi et prenominatis heredibus astantibus, in orto suo sito extra portam, que Sculenporte vulgariter nuncupatur, ecclesie sancte Marie Montis apud Heruorde libram cere sponte et liberaliter contulit et donavit in die parasceve annis singulis deinceps perpetuo persolvendam, ita ut, ad quemcunque vel quoscunque ortus prenominatus emptione, donatione vel alio quocunque modo heredes vel extraneos pervenerit, ipsi orto pensio prelibata, scilicet unius libre cere, perpetuo sit annexa. Ne tam pia donatio aliquibus pravis machinationibus valeat irritari, in cuius testimonium fidem et memoriam rogati ab ipso Gerhardo donatore et heredibus volentibus et petentibus sigillum universitatis nostre tenori presentium decrevimus apponendum. Datum Heruorde, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, quarto Kalendas Octobris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Herford, Stift auf dem Berge, Nr. 11. Rest vom Stadtsiegel an Pergamentstreifen.

1180.

Die Äbte von Reinhardsbrunn, Petersberg bei Erfurt u. Gernrode beauftragen als päpstliche Provisoren die Äbte von Abdinghof, Breitenau und Flechtorf mit der Revision der Klöster Helmarshausen und Marienmünster. Fulda 1269 Oktober 16.

. . Dei gratia Reinherisburnensis, Montis sancti Petri Erfordie et Gerrode monasteriorum abbates, auctoritate sedis apostolice et constitutionis super hoc edite dati capituli provisores, viris honestis Paderburnensis, Breitenowe et Flichdorf monasteriorum abbatibus in Domino salutem. Tenore presencium vobis iniungimus districte precipientes, quatinus personaliter accedatis ad monasterium Helmwordishusen et monasterium prope Sualimberch diligenter ibidem auctoritate et vice nostra de statu dictorum locorum inquirentes et corrigentes, que ibidem tam in capite quam in membris inveneritis corrigenda, facientes, que decreveritis, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Datum Fulde anno Domini millesimo C°C.LXVIIII., in die Galli.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg. Die drei Siegel von dem abhängenden Pergamentstreifen abgefallen.

1181.

Bischof Simon von Paderborn verkauft mit Zustimmung des Domkapitels dem Kl. Holthausen bei Büren einen Hof daselbst für 60 Mark. Paderborn 1269 Oktober 20.

. . . Acta sunt hec coram Hinrico preposito, Rabodone decano, Everhardo de Hervordia, magistro Iohanne de Scildesce cantore, Widekindo de Osethe, Iohanne de Messinchusen, Hinrico dicto Lusco cellerario, Walthero thesaurario, Hermanno de Sunninchusen scolastico, Thiderico de Susato, Ottone de Retberg camerario, Wernero de Patberg, Fretherico, Amelungo, Bernardo de Warendorp, Thiderico de Lippia preposito orientali, magistro Conrado de Bovinclo, Bertoldo de Assenburg, magistro Thetmaro . . . Ottone comite de Ravensberg et nobilibus viris fratribus dominis de Lippia, scilicet Bernardo et Hermanno.

Gedr. (nach dem Or. im Freiherrl. v. Brenkenschen Archiv zu Erpernburg) Asseb. UB. I, 344; Schaten ad annum ungenau. Reg. Lipp. Regg. I, 230 Nr. 351 mit irrigem Datum.

1182.

Das Paderborner Domkapitel bekundet, dass Bernhard, Sohn Ritters Ludger von Werle, sein Recht an der Obedienz Schwabedissen nicht habe erweisen können und es deshalb dieselbe dem Kanonikus Everhard (Archidiakon) von Herford übertragen und dem Bernhard ewiges Stillschweigen auferlegt habe. Paderborn 1269 Oktober 20.

H(einricus) Dei gratia prepositus, decanus et capitulum Paderbornensis ecclesie universis hoc scriptum visuris salutem in Domino. Presentibus protestamur, quod, cum nos Bernardo filio Ludgeri militis dicti de Werle, qui obedientiam ecclesie nostre in Suauedessen occupat violenter, quam dominus Euerhardus de Heruordia, concanonicus noster, iam multis annis elapsis a preposito Volrado receperat, de ipsa solvens annuam pensionem prefixerimus terminum ad probandum ius suum, si quod haberet in ipsa obediencia, et idem Ber(nardus), licet comparuerit, nichil tamen de intencione sua probaverit, verba tantum frivola pretendendo, predictus dominus Euerhardus ius suum et ecclesie nostre plene et legitime probavit, iusticia exigente et nos Bernardo prefato perpetuum silencium imposuimus de ipsa obediencia iuris ordine in omnibus observato et eandem obedienciam domino Euerhardo sepe dicto adiudicavimus iusticia mediante, volentes ipsi plenam warandiam facere de ipsis bonis sive obediencia omni tempore opportuno. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°IX., XI°II. Kalendas Novembris. Et nos capitulum predictum sigillum nostrum simul cum sigillo prepositi Hinrici scripto in testimonium duximus apponendum. Datum Paderborne anno et die predictis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 241. Von beiden Siegeln nur kleine Reste an Pergamentstreifen erhalten. Suauedissen *nicht = „Schwanney“ wie Rückschrift s. XVII. hat; vgl. Nr. 1169.*

1183.

Graf (Ludolf) von Dassel, Edelherr Hermann zur Lippe, (Berthold) d. ä. von Büren, Propst Dietrich von Busdorf u. a. Paderborner Geistliche u. Laien sind Zeugen bei Verkauf der Herrschaft Horstmar an Bischof Gerhard von Münster. Diestedde 1269 November 3 u. 11.

Gedr. zuletzt UB. III, 840. Reg. Lipp. Regg. I, 230 Nr. 352 mit irrigem Datum; korrigirt Bd. II S. 7.

1184.

Propst Dietrich von St. Peter (Busdorf) in Paderborn, Otto Kämmerer daselbst, Graf Ludolf von Dassel, Herr Hermann zur Lippe und Berthold d. ä. von Büren Zeugen bei Verpfändung münsterscher Güter an Graf Friedrich von Rietberg. Diestedde 1269 November 3 und 11.

Gedr. zuletzt UB. III, 841. Reg. Lipp. Regg. wie vor. Nr.

1185.

Kl. Abdinghof bekundet, dass einer seiner Dienstmannen gegen eine Official-Präbende nebst Fruchtleistung seine Güter ihm übertragen habe. Heslingen 1269 November 4.

Hermannus Dei gratia abbas, Rotbertus prior et conventus monasterii beatorum apostolorum Petri et Pauli in Paderburne omnibus hanc litteram visuris notum esse volumus, quod Godefridus de Heslinge, ministerialis ecclesie nostre, bona sua apud dictam villam Heslingen sita, que de manu nostra iure ministerialium tenebat, pio zelo et debita fidelitate ductus, cum heredem non haberet, sanus mente et corpore, contulit ecclesie nostre cum omnibus fructibus eorundem, tali conditione, ut eidem ad dies vite sue prebendam ministraremus, qualem solent habere offitiales ecclesie seu ministri, et quatuor moltra frumenti ad supplementum prebende annis singulis adderemus. Facta est hec[1]) donatio et dictorum bonorum a dicto G(odefrido) ad manus nostras resingnatio primo apud villam Heslingen, presentibus civibus eiusdem ville et multis civibus de Widhen, secundo in ecclesia nostra Paderburnensi, presentibus magistro Iohanne de Schildesche, canonico Paderburnensi, Amelungo de Yburg, Lodewico Bolemasto, Andrea de Enhus, militibus, Conrado de Enhus, Iohanne de Barichosen, Alberto de Curia, Alberto

Pagano, Thetmaro de Volbacthinchosen, ministerialibus nostris, et multis aliis fide dignis. Ut autem huiusmodi factum maneat inconvulsum et ad notitiam veniat futurorum, presentem paginam duximus roborandam sigillis nostris. Acta sunt hec[2]) apud villam Heslinge pridie Nonas Novembris et in ecclesia nostra, quinto[3]) Kalendas Ianuarii anno Domini millesimo C°.C°.LX° nono.

[1]) hec *fehlt B.* [2]) hec *fehlt A.* [3]) quinta *A.*

Or. in zwei Ausfertigungen (A und B) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 62. An beiden das spitzovale Siegel des Abts, sitzende Gestalt mit Stab und Buch, an Pergamentstreifen hängend leidlich erhalten, wie Westf. Siegel II Taf. 124 Nr. 22; das zweite abgefallen.

1186.

Bischof Simon von Paderborn bekundet, dass Landgraf Heinrich von Hessen ihm die Hälfte der Burg Fürstenstein abgetreten habe, und dass zugleich Festsetzungen bezüglich Neubauten in der dortigen Gerichtsbarkeit getroffen seien. Wolfhagen 1269 November 15.

Symon Dei gratia Paderburnensis episcopus[1]) universis presens scriptum visuris salutem in omnium creatore. Notum facimus et presentibus publice protestamur, quod dominus Hinricus lantgravius Hassie de consensu uxoris sue et heredum suorum nobis et ecclesie nostre medietatem castri sui Vorstenstene donavit perpetuo possidendam, ita quod castellani dicti castri fidelitatem et custodiam ipsius nobis utrisque iurabunt, et edificia eiusdem castri communi consensu faciemus, ita quod edificia partis unius edificiis partis alterius nullatenus preferantur. Si vero processu temporis nos in eadem comitia, in qua castrum situm est, oppidum, molendina vel alias structuras edificare contigerit, proventus ipsorum equaliter dividemus. In comicia vero Scardenberg nos et successor noster sine contradictione domini lantgravii vel heredum suorum edificare poterimus pro nostra libera voluntate. Si autem, quod absit, nos vel nostrum successorem cum ipso discordare evenerit, castellani ibidem neutrum nostrum ad dampnum alterius intromittent nec etiam adiuvabunt, nec aliquis nostrum alterum eiciet, set, cum concordes facti fuerimus, iidem castellani nobis ambobus obedient sicut ante. Si vero nos cum aliquo alio guerram habere contigerit, pars nostra nobis sine contradictione alterius serviet in omnibus, quibus potest. Ut autem hec rata permaneant, presens scriptum nostro et ecclesie nostre sigillis fecimus roborari. Nos etiam comes Otto de Rauensberg, Bernardus nobilis vir dominus de Lippia rogati sigilla nostra[2]) huic scripto apposuimus in testimonium huius facti. Actum et datum Wlfhagen, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, XV°II. Kalendas Decembris.

[1]) epo *Or.* [2]) nostro *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 242. An Pergamentstreifen 1) verletztes ovales Siegel des Bischofs; 2) verletztes rundes des Domkapitels; 3) das dreieckige Ravensbergische wie Abbildung Westfäl. Siegel I Taf. 35 Nr. 7, mit rückwärtigem Sekret, dessen Abbildung dort nichts gegeben, aber dem auf Taf. 16 Nr. 7 sehr ähnlich ist; 4) die obere Hälfte vom dreieckigen Siege Bernhards zur L. wie Abbildung Lipp. Regg. I Taf. 17, mit Sekret. Die Rudera der Burgl Schartenberg finden sich in der Nähe des hessischen Städtchens Zierenberg, N. von demselben. In der Nachbarschaft wird auch Vorstenstene *(Rückschrift s XIV. u. XVI.* Vorstene, Forstei ne *zu suchen sein; aus einer solchen Lage erklärte sich am einfachsten das Interesse des Bischofs am) Mitbesitze der Burg. Ueber eine hessische Burg, welche 1380* Furstinegke *genannt wird, vgl. Varnhagen, Grundlage UB. S. 187; ein Dorf Fürstenwald grenzt unmittelbar an Schartenberg.*

1187.

Abt Hermann und Konvent von Peter und Paul in Paderborn kaufen Güter von den Töchtern ihres Ministerialen Schele. Widen 1269 November 18.

Hermannus Dei gratia abbas ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Paderborne omnibus hanc litteram intuentibus perpetuam in Domino salutem. Tenore presentium dicimus et publice pro-

testamur, quod Bertradis et Ermendrudis, ministeriales nostre, filie Bertrammi dicti Lusci, nostri ministerialis, de consensu heredum suorum, consentientibus quoque filiis et filiabus ipsarum, vendiderunt nobis bona, que de manu nostra iure ministeriali tenebant, videlicet molendinum ad rivum Alipe prope villa(m) Welsede et domum unam et agros ad ipsam pertinentes ... villa et campo Welsede cum omnibus utilitabus pertinentibus ad molendinum, domum et agros supradictos facta in manus nostras resignatione manuali a Bertrade et Ermendrude et earum pueris supradictis. Dicimus preterea, quod Volcquinus, Heinricus et Conradus fratres de Welsede similiter in manus nostras resignaverunt, quicquid in ipsis bonis iuris habebant, receptis a nobis pro pretio tribus marcis. Predictis etiam Bertradi et Ermendrudi pro emptione predicta dedimus denariorum legalium septem marcas. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro et sigillo castellanorum in Scowenborch, (in) quorum presentia dicta emptio facta est, duximus roborari. Testes huius rei sunt: Waltherus vicem gerens advocati in Scowenburch, dominus Wilhelmus de Holte, dominus Ludewicus Post, dominus Woltherus Post, dominus H(einricus) de Welsede, dominus Wernherus Pollex, dominus Euerhardus Ouelgest, dominus Arnoldus Pollex et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXVII°II., in Wida, octava Martini.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 63. An Pergamentstreifen an erster Stelle dreieckiges plattgedrücktes unkenntliches Siegel; an zweiter Rest vom Siegel des Abts. Welsede *nicht* Wessede, *wie Or. einmal hat, (vgl.* villa Widhem *unten Urk. von 1272 Dec. 18) lag zwischen Hessen-Oldendorf und der Schaumburg und eine halbe Stunde von* Welsede *entfernt findet sich an der Weser Gross- und Klein-Widen. Abdinghof hatte aus der väterlichen Erbschaft seines Stifters Meinwerk sehr bedeutende Grundgüter in der Grafschaft Schaumburg. Das Kloster wusste sich die Gunst der dortigen Grafen zu erhalten und blieb bis zu seiner Aufhebung im Besitz derselben. In der ersten Hälfte des 15. Jahrh. hatte der Abt Johann Brockhusen die Ehre, von der gräflichen Familie zur Kindtaufe als Mitpathe auf die Schaumburg eingeladen zu werden; sein Pathengeschenk bestand u. A. in der Fischerei im Amt Widen, namentlich auch auf der Elpe* = Alipe. *(Abdingh. Chron. Msc. Spancken.)*

1188.

Edelherr Bernhard zur Lippe und seine Gemahlin Agnes verzichten auf alle Rechte am Zehnten des Hofes Vorwerk bei Herford. Valkenberg 1269 November 23 (?).

Bernhardus nobilis vir de Lippia et nobilis domina Agnes uxor eius omnibus, ad quos presens pagina pervenerit, geste rei noticiam. Ad hoc scripta fiunt autentica, ut retroacta elucident et in posterum lites et contenciones exstirpent. Hac igitur serie literarum notum facimus universis, quod nos ad honorem virginis gloriose genitricis Dei et ob salutem et remedium animarum nostrarum omne ius, quod ex successione hereditaria vel aliascunque modo habuimus in presenti vel ullo unquam tempore habere potuimus in futuro in decima curtis Vorweric site in pede Montis sancte Marie iuxta Heruordiam, decane et conventui monasterii sancte Marie montis eiusdem una cum liberis et heredibus nostris pure et libere nulla prorsus adiecta condicione donavimus perpetuo et donamus, ita ut nec nos nec maritalis posteritas ullam umquam eisdem moveamus questionem nec in aliqua super ipsa decima turbemus aut molestemus, quod eidem decime renunciavimus et renunciamus et eam resignamus conventui et absolute et voluntarie resignamus donationem pretactam proprietatis decime memorate in Voreweric per venerabilem patrem et dominum Simonem Paderbornensem episcopum et honorabiles viros prepositum, decanum et capitulum ecclesie Paderbornensis post spontaneam resignationem et renuntiationem felicis recordationis B(ernhardi) patris nostri ac [1]) S(ophie) matris nostre dilecte et heredum suorum rite et laudabiliter factam, sicut in instrumentis et litteris inde confectis plenius continetur, ratam, gratam et firmam habemus et ipsi donationi nostrum et heredum nostrorum plenarium impertimur assensum valiture. Testes autem, qui interfuerunt, hii sunt: venerabilis dominus Parbornensis episcopus, nobilis vir Otto comes in Rauensberg, Reinardus et Hermannus Gograuii Heruordenses [2]), Henricus dictus de Gummere,

Godescalcus et Henricus dicti Slavi, milites, et alii quam plures vasalli et ministeriales nostri vocati ad hoc et interesse rogati. Et ut premissa debitum robur obtineant et tenaci memorie commendentur, sigilla nostra presentibus decrevimus annectenda. Datum Valkenburge, anno Domini M°.C°C.XLVII°II., in die Clementis pape et martyris.

[1]) hac *Abschr.* [2]) Heruordensis *Abschr.*

Aus einer Processschrift „die Junfern auf dem Berge von Hervorde tegen hern Corde Wycht deken der kerken sunte Johannis to Hervorde und kerkheren der kerken unser leven frowen up dem Berge vor Hervorde" *von 1494. Die Jahreszahl 1249 wahrscheinlich verschrieben statt 1269, da Bernhard d. ä. zur Lippe erst 1264 starb.*

1189.

Die Brüder von Haldessen bekunden Verkauf von drei ihnen aufgelassenen Hufen in Westheim bei Geismar an Kl. Hardehausen. Geismar 1269 December 13.

Ego Theodericus dictus de Haldessen et fratres mei Iohannes, Stephanus et Regenbodo omnibus hoc scriptum audituris salutem eternam. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod Hinricus et Iohannes cives Geysmarienses, filii Werenzen, tres mansos in Westhem apud Geysmariam de manu nostra in pheodo tenuerunt, quos ea conditione nobis resignaverunt, ut eorum proprietatem monasterio Herswythehusen absolute et libere conferremus. Nos vero sub spe remunerationis divine tam pro nostris progenitoribus quam pro nobis receptis nichilominus VII marcis a fratribus prefati monasterii proprietatem predictorum trium mansorum cum omnibus suis pertinentiis unanimi consensu dedimus prefato monasterio perpetuo possidendam et contra quoslibet eos impulsantes supra premissis bonis warandiam debitam prestabimus fratribus eisdem. Verum ut hoc factum nostrum robur habeat perpetuum, presens scriptum sigillis nobilis domini Conradi de Sconenberg et civium Geysmariensis oppidi, sigillis propriis nondum nobis habentibus, petivimus confirmari. Datum Geysmarie, anno Domini M°.C°C°.LXI°X., Lucie virginis, coram testibus subnotatis: Theoderico vicepreposito et Bertholdo congnato suo, clericis; Heinrico vicedomino, Conrado de Schardenberg et Stephano de Haldessen, militibus; Hermanno scultheto, Alberto de Duergen, Theoderico de Wartberg, Hermanno de Nothvelt, civibus, et aliis multis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 164. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab.

1190.

Thitmar von Waldeck, genannt Oppolt, überlässt 1268 Juli 12 mit Zustimmung seiner Gemahlin Agnes das Patronatsrecht zu Helden dem Ritter Herbord, Vogt von Helden. Unter den Zeugen Regenhard von Itter. Ferner bekundet er, dass Ritter Herbord genannte Zehnten und Güter (im Herzogthum Westfalen) von ihm zu Lehn trage und übergibt ihm das Patronatsrecht der Kirche in Elspe. Attendorn 1269 December 31.

Gedr. Varnhagen, Grundlage UB. Nr. 44; hiernach auszüglich Seibertz, UB. I, 348.

1191.

Dompropst Heinrich von Paderborn bekundet Beilegung eines Streites zwischen dompropsteilichen Amtleuten von Lon *und Borchen. 1269.*

Heinricus Dei gratia prepositus Paderbornensis omnibus hoc scriptum visuris volumus esse notum, quod coram nobis probis viris mediantibus questio, que super pensione quadam avene scilicet inter dominum Lodewicum villicum curtis nostre in Lon et suos heredes ex parte una et Ludolfum de Herisia villicum curie in Bvirchnen et suos heredes vertebatur ex altera, de consensu parcium taliter et amicabiliter est sopita, quod omnibus hactenus retentis simpliciter renunciatis prefatus Ludolfus et sui

heredes dabunt ex nunc in antea L(odewico) villico[1]) in Lon et suis heredibus perpetuo triginta et quinque moldra avene singulis annis persolvenda. In cuius (rei) testimonium has litteras conscribi fecimus et sigillo nostro confirmari. Testes etiam aderant: Bertoldus cellerarius et Albero de Etlen, canonici sancti Andree; Amelungus de Driburg et Andreas de Enhus, milites; Conradus de Enhus, Helwicus de Haxwidehusen, Bernhardus de Aslen, Heinricus dictus Corubo et alii quam plures. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LXIX°.

[1]) villco *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 238. Siegel vom Pergamentstreifen ab. In Bulle Papst Eugens III. für Kl. Abdinghof von 1146 (Schaten ad ann., UB. V, 54) werden die beiden Dörfer als Burgnon cum ecclesia *u.* Nortburgnon *unterschieden (letzteres auch UB. II, 39); einige Urkk. des 13. Jahrh. nennen* Burgnon *ohne nähere Bezeichnung; im 14. Jahrh. (auch 1268 kommt* Kericborchnen *schon vor; vgl. oben Nr. 1137) war die Unterscheidung* Kerk- *und* Nortborchen *allgemein gebräuchlich. Eine Ansiedlung bei Borchen unter dem Namen* Lon *begegnet in Urkk. nicht; zu bemerken ist aber, dass nahe unterhalb Nordborchen die Alme sich in zwei Arme theilt, von welchen der westliche den Namen Alme behält, der östliche dagegen, der sich unterhalb Wewer mit dem ersteren wieder vereinigt, die „Lohn" heisst. Die Uebereinstimmung mit dem in der Urk. genannten Lon deutet darauf hin, dass in dem fruchtbaren Thale zwischen Nordborchen und Wever eine Ansiedlung dieses Namens gelegen haben mag, die dann wohl später in Nordborchen aufgegangen sein wird. (Spancken.) Ausser in der Bulle P. Innocenz III. für Busdorf (oben Nr. 22) von 1206, wo der Hof* Hasvuthehusin *genannt ist, kommt der Name Haxthausen hier zum ersten Mal in Paderborner Urkk. vor. Ob der* Helmwicus *als der ältest nachweisbare Ahnherr dieses später im Paderborner Land zu grossem Ansehen und Besitz gelangten Geschlechts anzusprechen ist? Der Stellung in der Zeugenreihe nach scheint er fast zu den* villici *zu gehören; sollte vielleicht hier der später erst im 15. Jahrh. erscheinende, ausser drei andern, auch diesem Geschlechte beigelegte Titel:* „nobilis villicus et columna ecclesie cathedralis" *anzuknüpfen sein? Der Name Helmwig kömmt übrigens im v. Haxthausen'schen Geschlecht später absolut nicht vor.*

1192.

Propst Heinrich von Paderborn bekundet Auflassung einer Hufe seitens des Ritters Rudolf gen. Nagel und seines Sohnes Thimo. 1269.

H(enricus) Dei gratia[1]) prepositus Paderbornensis notum facimus universis, quod venientes ad nostram presentiam Rodolfus miles dictus Nagel et Thimmo suus filius mansum unum in Sikere situm, quem a nobis tenebant, quia nos eundem ab ipsis nostris comparavimus denariis, in manus nostras libere cum pertinentiis universis resignaverunt. Cuius rei testes sunt: Fredericus de Heruordia, Amelungus de Driburg, canonici nostri Paderbornenses, magister Th(idericus) canonicus sancti Petri Paderbornensis, magister Io(hannes) scriptor noster, Bertoldus sacerdos de Scile, Eckbertus de Rokinghosen, Otto dictus Friedach et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C.LX°IX.

[1]) *Fehlt im Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Schildesche Nr. 20. An Pergamentstreifen der obere Theil vom spitzovalen Siegel des Paderborner Dompropstes Heinrich.

1193.

Abt Thimo von Corvey überlässt zwei Hufen in Nörde dem Sohne Ravenos von Pappenheim. 1269.

Nos Thimo[1]) Dei gratia abbas ecclesie Corbeiensis omnibus hoc scriptum visuris salutem in eo, qui est salus omnium. In communem notitiam voluimus devenire nos duos mansos in Vorden[2]), quos dominus Gerhardus dictus Hadeke possidet, post eius obitum filiis domini Rauenonis libere porrexisse.

Et ne ipsis ex hinc in posterum oriatur calumnia, presens scriptum sibi[3]) sigilli nostri munimine corroboramus. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono.

[1]) Thilemannus *Abschr.* [2]) *Eine Randbemerkung hat* alias Nörden; *wohl Nörde NW. von Warburg.* [3]) *And. Abschr.* ibi.

Aus dem „Copeybuch aller von Papenheim" Bl. 105.

1194.

Abt Heinrich von Flechtorf, Johann und Gottschalk Brüder von Padberg und die Rathmänner von Marsberg bekunden, dass Gerlach Dickeber, Sohn Gerlachs, die ihm bei der väterlichen Erbtheilung zugefallenen Güter zu Esbike *mit Einwilligung seiner Brüder Elger und Bernhard und seiner Söhne Albert und Hermann dem Kl. Bredelar verkauft hat. 1269.*

. . . Testes: Hermannus prepositus in Aroldessen, Theodericus de Mederike, Albertus de Lutersen, milites et mediatores, Fredericus de Horehusen, Ludolfus, Bernhardus et *(Druck* de) Elecherus de Dalewich et Olricus de Westhem, milites.

Gedr. Seibertz, UB. I, 349.

1195.

Berthold, einst Propst von Schaken, bekundet die Abgaben eines Neubruchs bei Fürstenberg. 1269.

Bertoldus quondam prepositus sanctimonialium in Scaken presentibus protestamur, quod nos quosdam agros novales exstirpandos et colendos apud Vorstenberg sitos capientes tres modios seminis Iohanni Theisterre presentium latori ratione ecclesie nostre Scakensis ad quinque annos sub annua pensione locavimus excolendos, ita ut anno primo decimam, secundo vero septimum manipulum, tertio sextum, quarto quintum, quinto autem quintum manipulum cum decima persolvat ecclesie memorate. Ut hec rata permaneant, eidem assensu successoris nostri litteram hanc in testimonium conscribi fecimus. Et quia proprio caremus sigillo, domini prepositi Montis Martis sumus usi. Datum anno Domini M°.C°C.LX nono, tali pensione inchoante.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1196.

Die Edelherrn von Büren treffen fernere Bestimmung über Schloss Büren. Büren 1269.

Gedr. oben Nr. 730 als Anhang zu Urk. von 1258 Februar 14.

1197.

Die beiden Gottschalk, Hermann und Hildebold Edle von Pyrmont verzichten, nachdem ihr Oheim, der verstorbene Graf Hermann, gewisse Güter zu Holzhausen mit Leuten an das Kl. Falkenhagen verkauft habe, von ihnen aber dieser Kauf angefochten sei, nunmehr auf alle Ansprüche. 1269.

. . . *Zeugen: Ritter* Ameluncus Kanno, Hermannus de Osen, Hermannus de Becoue, Hinricus de Aberenshusen; famuli: Arnoldus de Dudenhusen, Ernestus Struchger, Marquardus de Lugde.

Reg. Lipp. Regg. I, 231 Nr. 353.

1198.

Ritter Arnold von Paderborn übernimmt gegen einen Jahrzins eine bei Wildungen gelegene Mühlenstätte von Kl. Werbe. 1269.

Nos A(dolfus) comes de Waltecge, R(egenhardus) de Ittere, W(idekindus) de Nuwenborch et H(einricus) de Bischopeshusen, nobiles, universis hoc scriptum visuris notum facimus ac publice profitemur Arnoldum militem de Paderborne aream quondam molandini Wilduncgen siti ecclesie beate Marie in Werue pertinentem tali convenisse conditione, ut, cum dictam aream molandinicis prestruxerit edificiis, singulis annis eo vivente pensionem sex solidorum levis videlicet monete persolvet ecclesie memorate. Ut autem dictus Ar(noldus) miles in solam anime sue salutem hec egisse videatur, debito carnis

eiusdem soluto nullus heredum suorum in area seu molandino prefato quicquam iuris presumet obtinere sepedicto molandino vel area libere vacante in Werue conventui prenotato. Aderant autem, dum hec fierent: H(enricus) prepositus in Scaken, Oppoldus de Walteege nobilis, H. plebanus in Hoyerinchusen, Theodericus de Wagenberch[1]) miles, Henricus de Giffleze, Conradus de Meinhardeshusen, conversi, Iohannes iudex, Conradus de Gifflize, Conradus de Sederinchusen, famuli, et alii quam plures huius rei ydonei professores. Ut igitur hec rata maneant et perfecta, presentem paginam munimine sigillorum nostrorum concessimus roborari. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LX°IX°.

[1]) *So Or. statt* bach.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen die runden Siegel 1) des Grafen von Waldeck, stehende Figur, mit der Rechten sich auf das Schwert, mit der Linken auf den dreieckigen Schild mit dem 8strahligen Stern stützend, wie Abbildung Varnhagen, Grundlage; 2) des Kanonikus von Halberstadt, Widukind von Naumburg, wie Abbildung Schmidt, UB. des Hochst. Halb. II Taf. IX Nr. 83; 3) dreieckiges Siegel mit nach rechts aufgerichtetem gekrönten Löwen. Umschrift: S. Heinrici de Bischofeshusen; *das vierte fehlte sammt Befestigung schon zu Varnhagens Zeit. Gedr. Varnhagen, Grundlage UB. Nr. 45.*

1199.

Dem Ritter Heinrich Wendt wird ein Hof zu Babbenhausen und ein Höriger verkauft. O. J. (Um 1269.)

Nos fratres dicti de Ekessen Franco necnon Tydericus et Henricus universis presentia visuris vel audituris volumus esse notum, quod cum pleno consensu vendidimus domino Henrico militi dicto Went curiam sitam[1]) in Babbenhusen cum omnibus proventibus eidem in pascuis et in silvis et undique attinentibus[2]) ac eciam Helmicum cum uxore et omnibus filiis suis pro triginta[3]) marcis Bremensis argenti sub talibus conditionibus iniunctis, quod, quandocumque prefatam domum pro tanta pecunia reemere poterimus et voluerimus, predictus Henricus nulla occasione interposita nobis denegabit. Similiter et ipse suam pecuniam a prefata curia, si rehabere voluerit, cuicunque voluerit, poterit licite obligare, ac etiam predictum Helmicum cum uxore et filiis, quemcunque[4]) voluerit, secundum suam voluntatem potest dispensare.

[1]) scitam *Or.* [2]) attenentibus *Or.* [3]) triginti *Or.* [4]) quecunque *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Busdorf Nr. 9. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Schrift zweite Hälfte des 13. Jahrhunderts. Ein Heinrich Wendt nachweisbar als Lippischer Ministeriale von 1269—1290. Vgl. Lipp. Regg. s. v. Wend. Babbenhausen wird das Dorf gleichen Namens im Kreise Minden zwischen Rehme und Vlotho sein; Kl. Abdinghof hatte dort ebenfalls Besitzungen. (Spancken.) Auch unter den Gütern, die Bischof Bernhard I. von Paderborn dem Stift auf dem Berge bei Herford 1151 März 10 bestätigte (Additam. 117, II) findet sich ebenso wie in den Heberegistern jenes Stifts Bavenhusen. *Nach Lipp. Regg. Nr. 837 lag ein Ort dieses Namens im Amte Varenholz, nach Nr. 1440 ein anderer im Amte Hohenhausen.*

1200.

Kl. Hönscheid bekundet eine Schuld gegenüber einem Wolfhagener Bürger. Hönscheid 1270 Januar 13.

Nos Eckehardus prepositus, priorissa totusque conventus sanctimonialium monasterii in Hoenscheit omnibus hoc scriptum intuentibus notum esse volumus, nos et successores nostros Theodorico dicto de Lemego, burgensi in Wolf(h)agen, et heredibus suis ad solutionem IIII solidorum levis monete IIII denariis minus presentibus obligari singulis annis in festo sancti Michahelis persolvendorum tempore successivo, quos ydem Th(eodoricus) ab Helwico dicto de Huppinchusen comparavit nostro favore et consensu accedente, presentibus L. de Fritslaria, Io(hanne) de Renlewessen, H. de Ritta, consulibus, Wolperto de Fredegodessen, Hartmodo Drucel, C. fratre Richardi, Th. de Balehorn, Sifrido Anshelmi et aliis multis. Ut autem Helwici venditio et prefati Theoderici emptio et nostri conventus ratihabitio stabilis et firma

permaneat, presens scriptum prefato Th(eodorico) et heredibus suis ad evidentem cautelam tradimus conscriptum sigillo nostro et sigillo burgensium oppidi in Wolfhaghen publice confirmatum. Datum in Hoenscheit, anno Domini M°.CC°.LX°X°., Idus Ianuarii.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Vom Pergamentstreifen erstes Siegel abgefallen; am zweiten Reste vom runden Stadtsiegel von Wolfhagen, die den Reiter mit den Wölfen auf Schild und Decke erkennen lassen.

1201.

König Richard gestattet dem Grafen Ludolf von Dassel die Hälfte des Waldes Solling, des Gebietes von Adelebsen nach Höxter und von Münden nach Hameln, den Zoll zu Wahmbeck und die Hälfte des Zolles zu Bodenfelde jenseits der Weser an Herzog Albrecht von Braunschweig zu verkaufen. Berkemstede 1270 Januar 20.

Gedr. zuletzt Sudendorf UB. I, 70. Reg. Böhmer-Ficker, Regg. Imp. V, 1022 Nr. 5468.

1202.

Ritter Amelung von Driburg und seine Söhne übertragen ihre Rechte an Gütern zu Holthusen *dem Kl. Volkhardinghausen. 1270 Januar 25.*

Nos Amelungus miles de Driburg, Heinricus, Amelungus, Iohannes, Hermannus, filii, Lefgardis uxor et filiorum mater nec non heredes nostri presentibus universis inspectoribus volumus esse notum, quod nos unanimi consensu pro remedio animarum nostrarum contulimus universum ius, quod in bonis Holthusen sitis habuimus vel habere videbamur, ecclesie et conventui Volchardeshusensi. Dicimus et recognoscimus, quod, quandocunque ipsius ecclesie prepositus et conventus proprietatem bonorum prescriptorum a venerabili patre ac domino nostro episcopo Paderbornensi, a quo prescripta bona tenuimus in feodo, habere vel comparare potuerint, nos sepedicta bona sive ius bonorum resignabimus ad predicti prepositi et conventus voluntatem. Testes huius (rei) sunt: Iohannes plebanus ecclesie in Vassenbike, Lodewicus Bulemast, Iohannes suus filius, Gerhardus Monetarius et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C.LXX., in conversione beati Pauli.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in dunkelgelbem Wachs das nur etwas verletzte dreieckige Siegel des Ausstellers: aus 2 parallelen Querbändern fallen 3 resp. 4 schraffirte Lätze herab. Umschrift: Sigillum Amelungi de Triburch.

1203.

Die Edelherrn von Büren bekunden Beendigung ihrer Feindseligkeiten mit der Stadt Büren. 1270 Februar 2.

Bertoldus iuvenis, Bertoldus filius suus, nobiles in Buren, Dideractis uxor sua legitima ceterique liberi heredes eorum tam presentibus quam posteris presentium litterarum seriem visuris perpetuam salutem in eo, qui est omnium vera salus. Que geruntur in tempore, ne cum lapsu temporis pereant, ea, que a nobis acta sunt, conscribi fecimus, ne cum memoriis hominum evanescant. Hinc est, quod nos Bertoldus iunior et Bertoldus noster filius, nobiles de Buren, Dideractis nostra uxor legitima ceterique nostri liberi heredes, sive sint nati seu nascendi, una cum dilectis nostris nepotibus Bertoldo seniore et Bertoldo filio suo nobilibus de Buren tenore presentium litterarum recognoscimus, quod dissensio seu werra, que inter nos ex parte una et opidanos nostros in Buren ex altera hactenus vertebatur, quibuscumque causis et quorumcumque meritis etiam orta fuerat, de consilio nobilium quorumdam provintie nostre, quod libere voluntatis arbitrio est, in unitatem pacis et amicitie constantiam reformata hoc compositionis videlicet articulo, quem nos omnes predicti nobiles de Buren unanimiter et sane sumus arbitrati, adiecto, quod a munitione castri nostri in Buren siti vel a nobis ipsis aut a nostris in posterum successoribus aut a nostris castellanis idem castrum inhabitantibus muri opidi nostri Buren predicti aut ipsum opidum et e contrario castrum nostrum sepedictum ab opidanis

prenotatis in nullis eorum partibus infra vel extra muros debeant infestari aliqualiter aut turbari. Preterea nos Bertoldus senior et Bertoldus filius noster predicti de Buren nobiles recognoscimus cum nostris heredibus, quod contumeliam per werram prenotatam in nostre libertatis preiudicium et gravamen factam in loco ante castrum nostrum sito, qui vriheit vulgariter[1]) appellatur, aut quibuscumque aliis in locis ob favorem dictorum opidanorum seu dilectionem eisdem libere perpetuo indulsimus et absolute. Ne igitur huiusmodi reformatio seu compositio a nobis vel ab aliquibus nostris successoribus in posterum infringatur, magna nostrarum precum instantia petivimus a venerabili patre nostro et domino Symone Paderbornensi episcopo et a reverendo domino Conrado Osnaburgensi electo et a nobilibus viris comite Friderico de Reithberige, domino Hermanno de Lippa, domino Regenhardo de Ittere et domino Hermanno de Osede presentes litteras super hoc facto confectas suorum et nostrorum omnium nobilium de Buren sigillorum firmitatibus roborari. Actum et datum in die purificationis beate Marie virginis, anno Domini M°.C°C. septuagesimo.

[1]) wlgaliter *Or.*

Or. im Pfarrarchiv zu Büren, an der linken Seite defekt. Von den an rothen und gelben Seidenfäden angehängten acht Siegeln ist nur ein grösseres Bruchstück des Siegels Bertholds I. von Büren ältere Linie und Bertholds II. von Büren ä. L. erhalten wie Westf. Sieg. Taf. 36 Nr. 1 u. 2. Eine Hand des 15. Jahrh., die die Siegel verzeichnete, hat über ersteres irrig Osede *gesetzt. Gedr. Wigand, Archiv III, 3, 41. Reg. Lipp. Regg. I, 231 Nr. 355.*

1204.

Henricus et Volcwinus fratres de Paderborn, *Gandersheimer Kanoniker, unter den Z. einer Urk. des Grafen Heinrich von Woldenberg. Woldenberg 1270 Februar 5.*

Gedr. Harenberg, Hist. Gandersh. p. 425. Dieselben werden daselbst auch in einer Urkunde der Äbtissin Margareta von Gandersheim v. J. 1273 März 25 unter den Zeugen aufgeführt.

1205.

Bekundung eines Güterverkaufs in Lefrinkhausen an Kl. Arolsen. Freienhagen 1270 Februar 11.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Quia vita hominis cum tempore velut umbra pertransit, res interim geste nube oblivionis facile obumbrantur, quin scriptis, sigillis et testibus memorie posterorum firmius imprimantur. Noverint idcirco moderni et postfuturi, quod ego Albertus dictus de Rodhem et filii mei Hermannus, Bertoldus et Iohannes ceterique mei iusti heredes bona, que habuimus in villa Leverynchusen ab ecclesia Aroldensi iure pheodali, vendidimus ipsi ecclesie cum omnibus attinentiis, agris, pratis, areis, silvis, aquis aquarumve decursibus pro quatuor marcis legalium denariorum et insuper libere et quiete imperpetuum posidenda. Ut autem hoc factum stabile sit et in posterum a nostris forte successoribus non revocetur, presentem litteram cum appensione sigilli oppidanorum in Frygenhagen in testimonium dedimus ecclesie supradicte. Acta sunt hec publice in opido Frygenhagen, anno gratie M°.C°C.LXX°., in crastino Scholastice virginis. Testes huius rei sunt: Elgherus quondam prepositus Aroldensis, Bernhardus, Godefridus, conversi eiusdem ecclesie, Iohannes rector ecclesie in Frygenhagen, Conradus iudex, Arnoldus magister consulum, Volradus Floyghe, Arnoldus frater ipsius et alii quam plures.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs Fragment grösseren runden Siegels, sitzende Gestalt, in der Rechten ein Schwert, auf der Linken ein achtstrahliger Stern.

1206.

Edelherr Konrad von Schöneberg verpfändet dem Kl. Gehrden ein Salzwerk aus seinem Salzhause in Salzkotten. Schöneberg 1270 März 2.

C(onradus) miles nobilis de Schonenberg omnibus, quibus hoc scriptum exhibitum fuerit, salutem in Domino. Tenore presentium profitemur, quod ad instantiam et petitionem nostram dominus H(ermannus)

prepositus Gerdensis viginti octo solidos legalium denariorum ad octo plumbi cintenarios comparandos in domo salis, quam de manu domini Paderbornensis in villa Saltkoten iure hereditario possidemus, sub tali conditione locavit, ut dicta ecclesia Gerdensis hoc anno sedecim mensuras salis de domo predicta absque ulla conditione percipiat; anno transacto, si ita decreverimus, infra nativitatem Domini et purificationem beate virginis, si prefatos denarios ecclesie predicte reddere voluerimus, bona predicta integraliter nobis vacabunt. Sin autem ecclesia sepedicta salis mensuras, prout dictum est, omni anno tempore congruo recipiet, et nobis bona prefata, non nisi tempore predicto, scilicet infra nativitatem et purificationem, redimere licebit. Unde presens scriptum in huius rei testimonium sigillo nostro duximus roborandum. Datum Schonenberg, anno Domini M°.C°C.LXX., in dominica Invocavit.

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 29v D. 17.

1207.

Stift Corvey trifft Bestimmungen über den Klosterhof in Litzig. Corvey 1270 März 2.

Thimmo Dei gracia Corbeyensis abbas, Bernardus prior, Henricus prepositus totumque capitulum[1]) eiusdem ecclesie omnibus hanc litteram visuris notum esse volumus, quod nos regratiamur domino Henrico comiti de Spainheym, qui nos remisit in corporalem possessionem nostre curtis in Liciacho posite, in qua ius habebat et habet, recongnoscentes eciam eidem H(enrico) comiti et suis heredibus ius, quod pater suus et ipse ex antiquo obtinuerunt et habent. Preterea renunciamus de bona voluntate et unanimi consensu omnibus nobis factis in curia nostra Litzege per virum nobilem predictum Henricum comitem de Spainheym et suos et liberaliter indulgemus graciam suam et promocionem in hoc promeruisse sperantes. Adicimus eciam obligantes nos, quod predictam curtim nostram in Letzege cum suis attinenciis non alienabimus a nobis vendentes vel obligantes alicui persone nisi de scitu, voluntate et sentencia sepedicti H(enrici) comitis de Spainheym et suorum heredum. Datum in Corbeya, anno Domini M°.C°C.LX°X°., prima dominica qua cantatur Invocavit.

[1]) capp. *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Koblenz, Grafsch. Sponheim. An Pergamentstreifen 1) in braunem Wachs gut erhaltenes spitzovales Siegel des Abts, sitzend mit Stab und Buch; 2) rundes beschädigtes des Corveyer Kapitels in gelbem Wachs, wie Abbild. Westf. Sieg. III. Taf. 102 Nr. 7.

1208.

Rathmänner in Sachsenhausen bekunden einen Zehntenverzicht zu Gunsten des Kl. Werbe. 1270 März 5.

Nos consules in Sassenhusen universis hoc scriptum visuris notum facimus ac publice profitemur Cunigundim dictam Winmeneschen, Godefridum Luscum filium eiusdem reliquosque fratres ipsius nobis Sassenhusen presentibus ab omni actione ad monasterium in Werve sive in decima Barstorp hactenus habita libera totaliter pro quadam summula cessasse voluntate. Aderant autem, dum hec fierent, testes ydonei, quorum nomina subsequuntur: Henricus iudex, Antonius, Conradus de Selbach, Conradus de Bocmaren, Henricus de Alreph, Gerlacus Pistor, Conradus famulus prepositi monasterii prefati, L. plebanus de Sassenhusen supradicta. Ut autem hec rata maneant et perfecta, presentem paginam munimine nostri sigilli concessimus roborari. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°. septuagesimo, feria quarta post Invocavit.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs kleines rundes Siegel der Stadt, Figur mit Schwert und Schild, worauf ein Stern, daneben an jeder Seite Lilie.

1209.

Güterschenkung in Lefrinkhausen für Kl. Arolsen wird bekundet. Gudensberg 1270 März 6.

Noverint universi presentium inspectores, quod nos fratres Gunthardus, Godfridus, Arnoldus, Heynricus, Eberhardus una cum sororibus nostris Kyrstina, Sophia abrenuntiavimus bonis sitis in villa Lyfrinchusen conferendo eadem ecclesie sanctimonialium in Arolde(s)sen iure proprietario perpetuo possi-

denda. Promisimus etiam fide data, quod de bonis eisdem prefate ecclesie pro sororio nostro Arnoldo, pro Ysengarde uxore Guntha(r)di fratris nostri senioris et pro puero sororis nostre, qui similiter nuncupatur Ysengardis, erimus warandi, ubicunque et quandocunque fuerimus requisiti, et etiam pro quocunque. Hiis autem interfuerunt testes ydonei: Bertrammus prepositus de Merkershusen, Reynboldus de Merlowa, canonicus Fritslariensis, dominus Gyso de Gud(e)nsberg iudex provincialis, Th(idericus) de Elbene, Gunthardus de Vennehe, milites, item G. plebanus in Gudensberg et B. in Belderichеshusen plebanus, item cives in Gudensberg: Walterus, Heinricus, Frideburgis, Virnegersto, preterea Conradus de Elbene et Thymmo et plures alii. Et in huius facti evidenciam et munimen sigilla proborum domini Gysonis scilicet, domini R(eynboldi) de Merlowa et civium in Gudensberg petivimus his apponi. Datum in Gudensberg, pridie Nonas Marcii anno Domini M°.C°C°.LXX°.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen hängen übereinander 1) rundes Siegel, gezinnte Mauer, in deren Mitte ein Thor, hinter derselben zwei Thürme. Umschrift: S. civium in Gudensberg. *2) spitzovales, Gestalt mit Buch und Palmzweig. Umschrift:* S. Reynboldi ... Fritslarien *.3) dreieckiges, Kopf mit langem Haar, in den drei Ecken je ein Dreiblatt. Umschr.:* S. Gisonis ... odensberg.

1210.

Bischof Simon von Paderborn bekundet Resignation des Ritters Helmbert von Holthusen auf eine Hufe zu Krummensiek zu Gunsten des Mindener Moritzklosters. Nieheim 1270 März 25.

Simon Dei gratia Padeburnensis episcopus omnibus hoc scriptum visuris salutem in perpetuum. Notum facimus, quod constituti in presentia nostra Helembertus miles dictus de Holthusen et Bertradis uxor sua cum heredibus ipsorum mansum unum, qui Krummensick dicitur, in Abbedeshaghen situm, qui vulgariter Heghereshoue dicitur, quem de manu dilecti in Christo abbatis Gerlaci sancti Mauricii in Insula prope Mindam tenebant, in manus eiusdem abbatis libere et publice resignarunt. Et idem miles cum heredibus suis eundem abbatem, quod sibi promiserat, fatebatur totaliter adimplesse. Testes huius rei sunt: Plebanus de Nihem magister Henricus, plebanus de Ossendorp Heidenricus, notarius domini Bernhardi nobilis de Lippia, clerici, dilectus noster cognatus Bernhardus dominus de Lippia, Hildemarus advocatus de Scowenborch, Henricus de Gummer, Iohannes de Rechede, Bertoldus de Lichtenvils, Olricus Sumercalf et Iohannes de Neder, milites, Lippoldus holtgravius et Conradus de Nihem, famuli, et alii quam plures. In huius rei testimonium presens scriptum ad peticionem partium sigillo nostro duximus roborandum. Actum et datum Nihem, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo, ipso die annunciationis beate Marie virginis.

Aus Msc. I, 115 p. 11 im Kgl. St.-A. Münster. Am Rande von derselben Hand: de bonis in Krummensick prope Ufelen. *Gedr. Ztschr. f. Niedersachsen, Jahrg. 1850 S. 323.*

1211.

Bischof Simon von Paderborn verpfändet die Vogtei zu Grosseneder. Paderborn 1270 Mai 8.

S(imon) Dei gratia Paderburnensis episcopus omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino. Presentibus publice protestamur, quod nos advocaciam nostram in Nedere curtis videlicet, quam Amelungus, Godescalcus et Ludolfus fratres dicti de Nedere ab abbate et ecclesia sancti Pauli tenent in feodo, eisdem fratribus pro quinquaginta marcis denariorum gravium in oppido Wartberg dativorum obligavimus et ipsorum uxoribus et heredibus a nobis vel nostris successoribus, cum placuerit, redimendam. Renunciavimus eciam omni questioni sive eciam actioni, que nobis ratione iuris canonici vel civilis contra ipsos competere potuerit de predictis. Et ut supradicta omnia a nobis et nostris successoribus inviolabiliter observentur, presens scriptum nostro et ecclesie nostre sigillis fecimus communiri. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°X., Idus Maii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 243. Vom Siegel d. B. Bruchstück an Pergamentstreifen.

1212.

Edelherr Bernhard zur Lippe resignirt einen früher von ihm und seinem Bruder Hermann in der Pfarrei Beckum besessenen Zehnten an Bischof Gerhard von Münster. Beckum 1270 Mai 15.

Gedr. UB. III, 854. Reg. Lipp. Regg. II, 21 Nr. 500.

1213.

Edelherr Bernhard zur Lippe bekundet, dass der Ritter Berthold von der Lippe und sein Bruder Werner und die Brüder Hermann und Konrad von der Lippe auf ihre Ansprüche an den Hof Bantorf zu Gunsten des Kl. Wennigsen verzichtet haben. 1270 Mai 21.

. . . Presentibus subnotatis: Hinrico de Gummere, Gotscalco et Hinrico fratribus dictis Sclauis, Euerhardo de Brede, Hermanno de Callenthorpe, militibus; Alberto plebano de Lemego, Apollonio de Sattessen, sacerdotibus; Lutberto Sclauo, Friderico de Callenthorpe, Volmaro de Offleten, Hinrico dicto Crul.

Gedr. Scheidt, Nachr. v. Adel p. 17; Hodenberg, Calenb. UB. VII, 57. Reg. Clostermeier, kritische Beleucht. Anm. p. 20; Lipp. Regg. I, 231 Nr. 356.

1214.

Abt Yvo u. Konvent von Cluny schliessen mit Abt Hermann u. Kl. Abdinghof eine Gebetsverbrüderung. Clugny 1270 Juni 14.

Venerabili in Christo patri Hermanno Dei gratia abbati ac viris venerabilibus et religiosis nobisque in Christo karissimis . . priori et conventui monasterii beatorum apostolorum Petri et Pauli Paderbornensis frater Yuo miseratione divina Cluniacensis ecclesie minister humilis eiusque loci conventus salutem et sinceram in Domino caritatem. Quoniam hostis humani generis in lapsu hominum dampnabili gloriam suam querit eiusque dolosa calliditas tot deceptionum laqueos parat hominibus, quod humana fragilitas, quantacumque scientia premineat aut virtute, non sufficit ad cavendum, idcirco contra lapsus predictos fratrum adiutoria sunt querenda, et quanto fratres sunt in adiutorio ampliores, tanto sunt contra lapsus huiusmodi fortiores. Hinc est, quod cum vos Haermannus abbas predictus ob devotionis magnitudinem, quam vos et dictum conventum vestrum habuisse et habere erga nostram Cluniacensem ecclesiam et ordinem retulistis eo maxime, quod in dicto monasterio vestro ab ipsius fundationis initio ad serviendum inibi altissimo monachi Cluniacenses ab ipsius monasterii fundatoribus fuisse dicuntur primitus instituti, ipsam Cluniacensem ecclesiam veneritis de longinquo personaliter visitare ac ex aliquantula conversatione nostra in dicta Cluniacensi ecclesia, ipsam devotionem vestram erga ecclesiam et ordinem Cluniacensem nunciantes fore per Dei gratiam non modicum ampliatam, devote et humiliter supplicastis inter monasterium vestrum iam dictum et nostram Cluniacensem ecclesiam ac ordinem eorumque personas mutue et perpetue societatis et fraternitatis fedus inire indissolubiliter et firmari, ut contra temptationum insultus sit hinc inde securitas firmior atque maior. Nos vero devotionem vestram sanctam videntes et supplicationem pretactam attendentes nobis et nostris fore vobisque et vestris fratribus salutarem, nostram et ordinis nostri societatem et fraternitatem vobis abbati, vobisque priori et conventui dicti monasterii beatorum apostolorum Petri et Pauli Paderbornensis ac vestris successoribus perpetuo concedimus et donamus dictumque vestrum monasterium Paderbornense et ecclesiam nostram Cluniacensem predicte societatis et fraternitatis vinculo indissolubili coniungentes, vos et personas dicti vestri monasterii omnium bonorum, que fiunt et fient deinceps Domino concedente spiritualiter et temporaliter in toto ordine nostro, tam in capite quam in membris participes, quantum cum Deo possumus, facimus et consortes. Vobis etiam et personis vestri monasterii sex missarum, que pro vivis, et septem missarum, que pro defunctis de fraternitate et societate nostra specialiter annis singulis in ecclesia Cluniacensi et domibus nostris ordinis conventualibus celebrantur, participationem concedimus specialem ac pro personis dicti vestri monasterii defunctis in dicta ecclesia nostra Cluniacensi singulis

annis Idus Iunii plenum officium mortuorum promittimus facere sollempniter celebrari. Insuper quandocunque et quociescunque vos Haermannus abbas et successores vestri prenominati monasterii vestri abbates aliquos de monachis vestris unum vel plures in regularibus traditionibus instruendos apud Cluniacenses ad tempus, prout bonum vobis videbitur, vestitos regulariter miseritis moraturos, recipientur ibidem et fraterna tractabuntur in Domino caritate, que omnia et singula supradicta pro nobis et successoribus nostris concedimus et facimus, si vos vice versa ad consimilia in omnibus et per omnia modo, quo premissum est, facienda pro nobis successoribus nostris et personis nostri ordinis presentibus et futuris teneamini nobisque super hiis vestras patentes litteras transmittatis. Datum Cluniaci, XVIII. Kalendas Iulii, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 64. Das erste Siegel sammt Befestigung abgefallen; an 2. Stelle an Pergamentstreifen Reste braunen Wachses, worin Brustbild eines Mannes gut erhalten.

1215.

Abt Yvo von Cluny theilt den Abschluss der Gebetsverbrüderung zwischen Cluny und Abdinghof mit. Cluny 1270 Juni 16.

Universis presentes litteras inspecturis. Frater Yuo miseratione divina Clunianensis ecclesie minister humilis salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod venerabilis vir et religiosus Ermannus abbas Paderbornensis nobis humiliter supplicavit, ut bonorum, que fiunt in nostro ordine Cluniacensi, sibi participationem concedere dignaremur. Nos vero ipsius . . abbatis devotionem, quam erga nostrum Cluniacensem ordinem habere disnoscitur, plenius attendentes, suis devotis supplicationibus benigne duximus annuendum, concedentes eidem participationem plenariam omnium bonorum, que fiunt et fient deinceps Domino concedente in nostro ordine Cluniacensi, tam in capite quam in menbris, in vigiliis, ieiuniis, missis, orationibus, elemosinis, disciplinis et aliis quibuscumque, volentes insuper, ut, quandocumque dicti abbatis obitus nobis nunciatus fuerit, tantum pro ipso fiat, quantum pro uno de fratribus nostris monachis Clunianensis ordinis fieri consuevit. Promisit autem nobis idem abbas, quod in ecclesia sua pro cunctis fratribus defunctis Cluniacensis ordinis, mense quolibet missam unam faciet celebrare. Datum Cluniaci, XVI. Kalendas Iulii, anno Domini M°.C°C. septuagesimo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 64. An von dem Pergament der Urk. abgeschnittenem Streifen in dunklem Wachs spitzovales Siegel des Abts mit rückwärts aufgedr. kleinerm Siegel: Siegelbild beidemal gleich, stehende Figur, Stab in der Linken, die Rechte segnend erhoben; Umschrift bei 1: S. fratris Yvonis mis. div. abbatis Clun. *bei 2:* Yvo abbas Clun. gratia Domini sum id, quod sum. *Auf der Rückseite steht von gleichzeit. Hand* V. Idus Iunii obiit pie memorie dominus Hermannus abbas ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Paderborne; *eine jüngere Hand fügt hinzu* nimirum a. 1273. *Abt Hermann urkundet zuletzt 1273 Januar 21.*

1216.

Äbtissin Hedwig v. Böddeken übergibt ihr resignirte Güter an Bürger in Salzkotten. 1270 Juni 24.

Hadewygis Dei gracia abbatissa totusque conventus ecclesie Budecensis omnibus, ad quorum noticiam hoc scriptum pervenerit, salutem in Domino. Tenore presentium protestamur et notum facimus universis, quod Hermannus, Wasmodus, Lodewicus et Godeschalcus fratres in nostra presentia constituti omne ius, quod ipsis in bonis sitis in Haligotinchusen conpetebat, ore et manu libere resignaverunt et nos eadem bona de consilio ministerialium nostrorum Hermanno de Paderborne, civi Soltkotensi, Wyndelburgi uxori sue ac ipsorum pueris iure censuali contulimus perpetuo possidenda, ita videlicet, quod idem Hermannus vel sui heredes post eum dimidiam marcam legalis monete singulis annis nobis abbatisse persolvent, tres solidos in nativitate Iohannis Baptiste et tres solidos in die beati

Maynulfi. Ut autem hec firma permaneant, nos dicto H(ermanno) et suis heredibus hanc literam dedimus sigillorum nostrorum robore communitam. Actum et datum in ecclesia nostra Budecensi, presentibus: domino Theoderico presbitero, Conrado de Etlen, Volmaro de Brenken, militibus; Mengero de Graphem, Conrado de Borchlere, Henrico de Budeke, Conrado de Budeken, Ludolpho Merbodone, Wylliko de Vernde, Andrea Volture, Heyndenrico de Andepe et aliis quam pluribus fide dignis. Anno Domini M°.C°C.LX°X., in die nativitatis sancti Iohannis Baptiste.

Nach dem Böddeker Kopiar fol. LII im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg. Haligotinchusen, *auch* Algotinchusen *und* Haltinchusen *genannt, ist eingegangen in der Feldmark von Salzkotten. Vergl. Zeitschr. XXXVIII, 2, 138, XXXI, 2, 180 u. XXXV, 2, 143, wo angegeben, dass „Haltinger Sonder" sowie „Haltinger Trift" noch vorhanden sind. Spilcker Msc. XIV, 104 bemerkt: Nach der Ueberschrift heisst der obige Ort* Galgotinchusen, *der nach einer Urk.* Conradi de Grafhem *von 1302 bei Salzkotten lag.*

1217.

Zwei Ritter von Quernheim schenken der Johanneskirche in Neustadt Herford eine Rente von zwei Schillingen zu Messwein. 1270 Juli 1.

Omnibus presentis pagine inspectoribus Iohannes et Florentius filius eius dicti de Quernhem, milites, stabilem et firmam geste rei memoriam. Quoniam hominum status instabilis et lapsu continuo temporis memoria labitur, expedit et necesse est, ut, que pie et rite acta sunt, scripture auctentice robore muniantur. Notum igitur esse cupimus tam presentibus quam posteris, quod nos de consensu heredum nostrorum in pomerio[1]), sito iuxta montem Luttenberg, cuius proprietas ad nos pertinere dinoscitur, ob salutem animarum nostrarum et parentum nostrorum ac divine retributionis intuitu ad vinum in sacramento eucharistie duos solidos usualis monete donavimus perpetuo et contulimus communi voluntate et consensu ecclesie sancti Iohannis Baptiste in novo opido Heruordensi annis singulis persolvendos, nolentes, ut census[2]) predictus duorum solidorum ad usus alios quam ad vinum convertatur, aut ut ab aliquo quam a conservatoribus rerum ecclesie reservetur. Ego etiam Bertradis uxor predicti Iohannis militis et mater Florentii memorati necnon et ego Petronilla uxor ipsius Florentii cum heredibus nostris nostrum adhibuimus huic donationi consensum. Testes, qui rogati et ad hec vocati interfuerunt, hii sunt: Rey(n)ardus, Hermannus senior et iunior Gograuii, Ge(r)ardus de Sunninchosen senior et iunior, Conradus de Bige, Richart de Snathorst, milites, scabini et consules, Rotcherus de Quernhem, Arnoldus de Quernhem, Iohannes de Haghen, Fridericus de Riuo et alii quam plures. In cuius rei testimonium fidem et memoriam et indeficiens munimentum ego Iohannes de Quernhem meo et religiosarum dominarum decane et conventus monasterii sancte Marie in Monte iuxta Heruordiam sigillis hoc scriptum petivimus et fecimus roborari. Actum Heruorde, anno Domini M°.C°C°.LX°X., Kalendas Iulii.

[1]) pomemerio *Or.* [2]) sensus *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Herford, Stift St. Johannis und Dionys Nr. 20. Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. In Urkundenschrift (auch Ende des 13. Jahrh.) ist diese Urk. nicht geschrieben; es ist Buchschrift und in der ganzen Provenienz keine dieser Art.

1218.

Rathmänner, Richter und Bürgerschaft von Sachsenhausen versprechen mit Zustimmung des Grafen Adolf von Waldeck dem Edelherrn Regenhard von Itter, keinen seiner Leute als Bürger oder sonstwie ohne seinen Willen aufzunehmen. 1270 Juli 25.

Gedr. Kopp, Nachr. v. d. Herren zu Itter S. 90. Varnhagen, Grundlage S. 311 bezeichnet diese Urk. als letztes Lebenszeichen des Grafen Adolf, aber irrig; vgl. unten zu 1270 Oktober 28, Nr. 1221.

1219.

Die Rathmänner in Geismar bekunden, dass Werenzos Sohn Johann dem Vertrage seines Bruders Heinrich mit Kl. Hardehausen zugestimmt hat. 1270 September 5.

Nos Hermannus sculthetus, Io(hannes) de Vorsthe, Det(marus) de Notvalde, Detmarus de Lippoldesberge, Corwus, Herebertus proconsul, Io(hannes) de Corbike, Albertus de Korbike, Hermannus de Area, Her(mannus) Vaginator, Th(eodericus) Everhardi filius, consules Geysmarienses, tenore presentium protestamur, quod Iohannes Werenzonis filius coram nobis constitutus reconnovit, quod, quicquid Henricus suus frater composuit et ordinavit mediantibus viris probis cum dilectis in Christo abbate et conventu de Herswidehusen super suis mobilibus quibuscunque, ipse ratum observaret. Item reconnoscimus, quod conventus de Herswidehusen totam pecuniam, quam dare promiserant, ad manus ipsius Iohannis filii Werenzonis cum consensu fratris Henrici et sororum suarum integraliter persolverunt coram nobis. Et ne de huiusmodi ordinatione dubium oriatur aut dolus, istud scriptum nostre civitatis sigillo signatum damus super ea, anno Domini M°.C°C.LX°X., Nonas Septembris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 165. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1220.

Richter, Ritter, Bürgermeister und Rath von Lemgo bekunden Beilegung eines Streites zwischen einem ihrer Mitbürger und dem Kl. Falkenhagen. 1270 September 20.

Iudex, milites, consules totaque universitas Lemegogensis omnibus, quibus presentes littere fuerint exhibite, salutem in filio Dei vivi. Quoniam labilitas temporum oblivionem parit et oblivio suscitat calumpniam, necesse est, ut, que quis habere voluerit duratura, scriptis et testibus roboret et confirmet. Hinc est, quod tenore presentium publice protestamur, quod Conradus de Huxaria noster concivis voluntate heredum suorum omnium mediante cessavit a causa et impetitione, quas habuit erga moniales cenobii in Valkenhaghen super quibusdam bonis, in villa Holthusen aput Wiginhusen sitis, voluntarie et totaliter in hunc modum, quod dominus Henricus quondam plebanus in Retberghe, tunc temporis prepositus monialium predictarum, dedit eidem Conrado unam marcam denariorum pro causa et impetitione huiusmodi sic sedatis[1]). Ne autem super hiis aliqua dubietas utriuslibet in posterum suscitetur, presentes litteras ipsis dedimus nostro sigillo in manifestum testimonium firmiter roboratas. Acta sunt hec in presentia domini Gots(c)alci Slaui iudicis, Gerhardi de Orlinchusen et Ludolfi filii sui, Iohannis de Hodinctorp et Hildebrandi de Melle, Gerwici de Hombornen et Besticonis, Alberti de Ludhe et Bertrammi[2]) filii sui, Euerhardi de Bileuelde et Gotfridi de Scaytelbike, Hildebrandi de Rentelen et Henrici dicti Welkere, tunc temporis consulum, Reghenbodonis minoris iudicis et Arnoldi preconis el aliorum plurium. Anno Domini M°.C°C. septuagesimo, in vigilia Mathei apostoli et ewangeliste.

[1]) cedatis *Or.* [2]) Bertāmi *Or.*

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 14. An Pergamentstreifen das an einer Seite abgebröckelte Stadtsiegel von Lemgo etwas anders wie Westf. Siegel II Taf. 68 Nr. 1.

1221.

Graf Adolf von Waldeck bekundet Abtretung des Zehnten in Esbike *seitens Alexanders und Volrads von Escheberg an Bredelar. 1270 Oktober 28.*

In nomine sancte et individue trinitalis amen. Nos Adolfus Dei gratia comes in Waldecke universis Christi fidelibus pacem diligere et veritati testimonium perhibere. Noverint presentes et sciant posteri, quod Alexander miles et Volradus fratres de Escheberg omne ius suum, quod habebant seu eorum heredes in futurum habere possent in minuta decima, que vulgo uchte dicitur, curie in Esbike abbatis et conventus claustri in Breydelar apud ecclesiam site et ville ibidem site, pro qua minuta

decima et pro omni proventu, qui de areis decimalibus potest provenire, abbas et conventus claustri iam dicti pensionem duarum marcarum et viginti pullorum ipsis annis singulis solvere tenebantur, ad manus nostras libere et absolute resignarunt et transtulerunt, suppliciter rogantes, ut et nos eisdem religiosis iam dicti claustri prefatam minutam decimam et pensionem duarum marcarum et viginti pullorum conferre dignaremur[1]) et appropriare. Nos vero super hoc communicato consilio nostrorum ministerialium ob honorem Ihesu Christi et genitricis eiusdem gloriose virginis Marie contulimus et appropriavimus prefatis viris religiosis domino abbati et conventui in Breydelar, ordinis Cisterciensis[2]), eandem minutam decimam prefate curie et ville et pensionem duarum marcarum et viginti[3]) pullorum iure hereditario habendas et absque omni scrupulo contradictionis perhenniter possidendas. Ceterum notificamus universis quod idem Alexander[4]) miles et Volradus frater eius de Escheberg coram nobis constituti astantibus multis honestis viris recognoscebant abbatem et conventum claustri in Breydelar habere in campetis Esbike quatuordecim mansos indecimales undique sitos, de quibus decima non est danda nec eciam requirenda, sicut circumpositio lapidum ibidem demonstrat. Ut autem hec omnia rata permaneant et inconvulsa, presentem litteram sub appensione nostri sigilli dedimus firmiter roboratam. Testes, qui aderant: nobilis vir dominus Regenhardus de Yttere, Thidericus de Mederike, Albertus de Lutersen, Olricus de Westhem, milites; Wernherus de Helfenberg, Iohannes de Wedelberg, Tydericus de Blomensteyn, militares. Datum et actum anno dominice incarnationis millesimo ducentissimo septuagesimo, ipso die beatorum apostolorum Symonis et Iude.

[1]) *Folgt noch einmal* conferre. [2]) Cisteciens. *Or.* [3]) viginti *Cr.* [4]) Alex. *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 96. An von der Urkunde abgeschnittenem Pergamentstreifen beschädigtes Siegel A.'s v. W.

1222.

Die Rathmänner in Sachsenhausen bekunden Fruchtschenkung an Kl. Netze. 1270 November 22.

Nos consules in Sassenhusen univeris hoc scriptum visuris salutem in auctore salutis. Ne per temporis mobilitatem acta temporalia causis sinistris supervenientibus evanescant, litterarum testimonio commendantur. Hinc est, quod presencium insinuacione omnibus notum facimus ac publice profitemur Lodewicum de Clingen iuniorem singulis annis conventui Netze de beneficio suo dimidium modium siliginis et dimidium modium avene in salutem anime sue perpetuo contulisse, ita videlicet, ut predicta pensio quolibet anno in vigilia Martini episcopi prefato conventui libere presentetur. Igitur ad infirmariam sepedicta pensio est deputanda, anniversarius vero eius in die Cecilie erit peragendus. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX°X., in die Cecilie virginis.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An von der Urk. abgeschnittenem Pergamentstreifen rundes Siegel der Bürgerschaft v. S., wie Nr. 1208 u. folg. Nr. Umschrift: S. burgensium de Sassenhusen.

1223.

Rathmänner in Sachsenhausen bekunden Schenkung einer Fruchtrente an Kl. Werbe. 1270 November 22.

Nos consules in Sassenhusen universis hoc scriptum visuris salutem perpetuam. Cum ea, que in tempore geruntur, ne per lapsum temporis evanescant, litterarum testimonio solent commendari, hinc est, quod presentibus notum facimus ac publice profitemur Lodewicum de Clingen iuniorem de beneficio suo conventui in Werue dimidium modium siliginis et dimidium modium avene in salutem anime sue libere contulisse singulis annis in vigilia Martini episcopi dictam pensionem prefato cenobio presentandam. Anniversarius vero eius in die Cecilie peragetur. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX°X., in die Cecilie virginis venerande.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv in Arolsen. An abgeschnittenem Pergamentstreifen kleines rundes Siegel der Bürgerschaft von Sachsenhausen.

1224.

Regenhard von Itter resignirt sein Recht am Osthof. Geseke 1270 November 27.

Noverint universi tenorem presentium intuentes et publice protestamur, quod nos Regen(h)ardus nobilis de Ittere ex mera filiorum nostrorum Henrici et Theoderici voluntate et venerabilis viri domini[1]) Hermanni de Lippia petitione mediante omni iuri, quod in curte Osthoff habuimus, renunciamus coram honestis viris nobili viro domino Hermanno de Lippia et domino Bertoldo de Buren medio, Godefrido de Heyssene et Bertoldo de Sosato, militibus, Hermanno sacerdote de Benninchusen et Friderico dicto Boleke famulo et aliis fide dignis. Ut autem hec firma permaneant et ne in posterum a nostris heredibus valeant impugnari, presens scriptum nostri sigilli robore fecimus stabiliri. Datum Giseke, anno Domini M°.C°C.LX°X., quinta feria ante festum Andree. Nos vero filii supradicti prefatam ordinationem una cum dilecto patre nostro firmiter observare obligamus in hiis scriptis.

[1]) dom. *über der Zeile zwischen* ven. *und* viri.

Aus Msc. VII, 5724 fol. 15 v im Kgl. St.-A. Münster. Auffällig ist die Bezeichnung venerabilis vir *bei Hermann zur Lippe. Ob er thatsächlich einige Zeit im geistlichen Stande gewesen? Vgl. oben Nr. 988.*

1225.

Edelherr Hermann z. Lippe transsumirt eine Urk. Bischof Simons, worin dieser ihm eine Rente von 48 Mark aus den Salzwerken bei Westernkotten u. einen Hof verpfändet, als Zinsen eines Kapitals von 500 Mark, für welche Hermann Dienstmann des Hochstiftes Paderborn geworden. 1270 December 6.

Nos Hermannus n(obilis) dominus de Lippia presentibus protestamur, nos litteras venerabilis domini Symonis Paderbornensis episcopi cum sigillo sui capituli recepisse in hunc modum:

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus omnibus tenorem presencium intuentibus salutem in auctore salutis. Ut scripturarum testimonio veritas effulgeat, ignorantia decidat et discordia sopiatur, scire cupimus universos presentis pagine inspectores et publice protestamur, quod nos cum consilio et consensu nostri capituli quadraginta et octo marcas in villa Coten de pensione salinaria annis singulis persolvendas et curtem Ruluesło cum mancipiis et omnibus suis attinenciis et proventibus nobili viro Hermanno domino de Lippia suisque heredibus pro quingentis marcis legalium denariorum, in quibus idem nobilis in nostre ecclesie (priv)atus[1]) extitit obsequiis, obligavimus, fructibus in sortem nullatenus computandis. In cuius facti robur et firmitatis augmentum presens scriptum nostri sigilli karactere fecimus stabiliri. Nos vero Paderbornensis ecclesie capitulum predictam ordinacionem nostri sigilli appensione duximus approbandam. Testes huius rei sunt ad hoc rogati: Hermannus de Osede et Hermannus dictus Beircule, nobiles, Albertus et Herboldus fratres de Amelungessen, Ludolfus Marscalcus, Fridericus de Horhusen, Albertus de Bodenhosen, Henricus de Osterhosen, Wernerus Cancer, Rodolfus de Horne, Bernardus de Dalewic et Hedenricus de Tune, milites; Bertoldus dictus Schilder et Hermannus de Stormede, famuli; Isherus de Aldorpsen, Iohannes de Barchosen, Iohannes Reter et Gerardus monetarius, cives Paderbornenses, et alii fide digni. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°X., in festo beati Nycolay.

Datum loco, anno et die predictis.

[1]) *Loch im Pergament.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 244. An Pergamentstreifen Siegel Hermanns, wie Abbildung Lipp. Reg. I. Taf. 15. Da Salzkotten schon im Frieden von 1256 zwischen Köln und Paderborn als oppidum anerkannt wird, so wird hier villa Coten *nicht auf Salzkotten — auch sonst nie so genannt — bezogen werden dürfen. Dagegen erscheint Westernkotten (1258) 1259 u. ff. als* villa Coten *(vgl. oben Nr. 773 und Lipp. Reg. 295, 380, 390, 469, woselbst auch II S. 7 der Irrthum als sei Salzkotten gemeint, verbessert ist) und in seiner Nähe findet sich auch* Rolveslo *(Lipp. Regg. 1801).*

1226.

Dompropst Heinrich von Paderborn vermacht dem Kl. Busdorf ein Legat aus seinen Besitzungen. 1270.

(Henr)icus Dei gratia prepositus Paderbornensis universis hoc scriptum intuentibus volumus esse notum, quod in bonis, que a nobis (Ecbertus dictus) Vetteneue tenebat, que Kokenlein dicuntur et sunt [1]), pro quinquaginta marcis legalium denariorum (Paderbornensium assigna)vimus et legavimus capitulo sanctorum apostolorum Petri et Andree Paderbornensi eandem summam emptionis, videlicet marcas quinquaginta, ea videlicet conditione, ut Bernardus dictus de Anuorde civis Paderbornensis et sui heredes prescripta bona possideant et (quiete) et iura coquine per omnia faciendo solvant octo padermaldra annone singulis annis Wedekindo de Schildece, canonico sanctorum apostolorum predictorum. Post mortem vero ipsius Wi(dekindi) prescripta bonorum pensio capitulo cedet memorato. Ad hec assignavimus capitulo memorato domum in curia nostra sitam, sicut nunc est, a curia nostra infra emunitatem sitam separatam, ut (predicte domus idem capitulum) habeat possessionem, cuius cellerarius tollet pensionem, de qua in anniversario nostro in vigilia Mathei pro memoria (Henrici) comitis de Sualenberg et Hazzeken patris et matris mee peragenda idem cellerarius dabit quatuor solidos ad maiorem ecclesiam, prout in anniversario nostro ibidem ordinato conscriptum est, dividendos. Residuum vero ipsius (domus pensionis in ipso anniversario nostro) dividet inter fratres capituli apostolorum predictorum. Ut autem hec ordinatio nostra inconvulsa (et rata permaneat, presens scriptum) nostro et ecclesie apostolorum predictorum sigillis extat communitum. Datum anno Domini millesimo (ducentesimo) septuagesimo.

[1]) a nobis *wiederholt Or.*

Or., (beschädigt, auf Papier aufgezogen) im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 27. Ergänzungen nach Msc. I, 121 fol. 130 und I, 123 fol. 37. Die beiden an Pergamentstreifen angehängten Siegel fehlen. Vgl. Nr. 1177.

1227.

Soester Geistliche u. s. w. bekunden Schenkung von 8 Morgen Landes bei Soest an Kl. Bredelar. Soest 1270.

Nos Ludewicus sacerdos ecclesie Susatiensis, Wolfhardus vicarius nove ecclesie et Henricus de Winda ci(vis?) ibidem presencium tenore protestamur Udelheldim relictam Theoderici dicti Leth, constitutam in domo consulum opidi Susatiensis coram magistratibus et consulibus ibidem, presente viro discreto domino .. abbate de Breydelare, Cysterciensis ordinis, octo iugera agrorum sita extra muros Susatienses pro remedio anime sue, mariti sui ac parentum suorum dicto . . abbati et conventui in Breydelare libere sine contradictione suorum heredum contulisse vel etiam pecuniam inde perceptam, si venderentur. Adiecit etiam dicta Udelheidis, quod, si Walbertus de Bochhem, suus cognatus, apud dictum monasterium et conventum in Breidelare manere recusaret, de bonis predictis nichil penitus reciperet, set in memoriam ipsius et suorum parentum dicta bona in usus cederent monasterii supradicti. In cuius eciam rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Ego etiam W(olfhardus) vicarius nove ecclesie predictus, quia sigillum non habeo, sigillo domini L(udewici) sacerdotis predicti sum contentus. Datum et actum Susati, anno Domini M°.C°C.LXX°.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, St. Patroklus Soest Nr. 49. Siegel und Befestigung abgerissen.

1228.

Dom. Iohannes rector ecclesie in Bileuelde *Zeuge Ottos von Ravensberg betreffs Güterverkauf an Kl. Marienfeld. Bielefeld 1270.*

Gedr. UB. III, 873.

Lipp. Landesbibliothek

1229.

Graf Adolf von Waldeck gestattet Verkauf von Gütern an die Brüder (Spiegel) von Desenberg. 1270.

Adolphus Dei gratia comes in Woltegge omnibus presens scriptum visuris salutem cum affectu sincero. Cum ad petitionem dominorum de Desenberg, domini Hermanni, Eckberti, Ravenonis fratrum libera resignavimus bona in Wilgodissen sita, que pro eo acceptavimus, que vulgariter boregsate nuncupatur, eadem pensione nobis in bonis eorum Ostbune sitis pro pensionibus assignata presentibus protestamur nos eis predicta bona fratribus de Papenem vendendi facultatem liberam concessisse. Ut ne heredes nostri Spegel super antedictis in posterum praesumant inpetere, honestis viris sepedictis fratribus de Papenem presentem paginam sigilli nostri munimine contulimus roboratam. Datum anno Domini M°.C°C.LX°X.

Nach Abschrift saec. XVIII. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 244a.

1230.

Graf Otto von Ravensberg bekundet Verzicht der Wittwe Margaretha des Bielefelder Bürgers Bernhard Vunke und ihrer Kinder Hermann, Hartwig, Bernhard und Gerlach auf einen Zehnten (hagenlo *genannt) bei Uhrentrup. 1270.*

Gedr. UB. III, 874.

1231.

Hermann Spiegel von Desenberg bekundet Rückgabe dreier Hufen in Windelsen *an den Kustos (in Helmarshausen) unter gewissen Bedingungen. 1270.*

Nos Hermannus de Desenberg dictus Spegel istud breve visuris notum esse volumus, quod mediantibus domino abbate, Conrado de Recklinkhosen et nobis Henricus noster familiaris dictus de Osthem tres mansos in Windelsen sitos, quos a custode habebat, ipsi remisit et per manus ipsius licentiavit eosdem colono collocandos. Quorum proventus sic distributi sunt, ut per sex annos usibus suis medietatem de hiis percipiat, et quicquid supervenerit, custos sex mudde in tercia parte percipiat, et quicquid supercreverit, Hinricus eisdem sex annis tollat usibus suis vendicando. Hiis autem sex annis sub hac forma completis, si Henricus in ipsis bonis pro se residenciam facere velit, custodi firmam sponsionem faciat, ut pensionem libera mente et sine contencione annuatim persolvat et hoc optentu bonorum ipsorum promittat. Si vero pro se presidere non possit nec velit, omnia libere ad custodem redibunt, que ipse H(enricus) nec in locatione bonorum nec in pacto nec in illo documento, qui . . . sex mudde sex annis preteritis sibi indultum fuerat, quamquam de cetero poterit vendicare. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX°X. In huius facti testimonium presentem litteram sigilli nostri appensione duximus roborandam pro contencione utriusque partis removenda.

Nach Abschr. Falckenheiners aus dem (seitdem) verlornen Helmarshauser Kopialbuche in dessen Handschriften Bd. VIII. Windelsen *eingegangen im Amte Trendelburg. Vgl. Landau, die Hessischen Wüstungen.*

1232.

Bürgerschaft von Marsberg bezeugt, dass Graf Otto von Everstein die Güter in Dorlar *ihren Mitbürgern zu Lehn gegeben. 1270.*

Omnibus pagine presentis inspectoribus consules ac burgenses Montis Martis ad perhibendum testimonium veritatis notum esse cupimus, quod comes Otto de Eversteine bona in Dorlere sita cum omnibus suis pertinentiis Hermanno monetario et Lodewico fratribus civibus Montis Martis et uxoribus eorum et heredibus suis legitimis in pheodo concessit absolutum. Ad cuius rei noticiam evidentem presentes litteras in testimonium inde conscriptas sigillo civitatis Montis Martis fecimus communiri. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LXX. Testes vero, qui specialiter huius pheodi collationi astiterunt, hii sunt: dominus Fredericus de Harhusen, dominus Iohannes de Brobicke, dominus Theodoricus de Harhusen, Hermannus iudex, Henricus de Odenhusen, Hermannus superius theatro, Ludolphus de Cappella et Henricus filius suus, Ludolphus gener suus, Bertholdus iudex, Bertholdus de Hoxaria et

Helwicus fratres, Henricus Morell, Theodericus de Odenhusen, Conradus Comes, Conradus Luthbrandi, Henricus de Eleren, Henricus de Scerue et alii quam plures.

Nach Kopiar s. XVI. fol. 66 im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Spilcker, Eversteiu UB. S. 140 nach dem jetzt nicht auffindbaren Or. mit der (falschen?) Jahreszahl 1265. Vgl. unten zu 1277 April 1 und 5.

1233.

Corvey schreibt an Magister Sigenand in Herford über die Rechte des Kämmerers beim Tode des Abts und über die camerlingi. *Ohne Datum (um 1270).*

Super negocio venerabilis domine abbatisse Heruordensis ecclesie a viris discretis priore ac quibusdam monachis Corbeyensibus et a domino Alberto seniore de Amelungessen milite, ministeriale Corbyensis ecclesie, est quesitum, quid iuris habeat camerarius in rebus ad personam domini abbatis Corbyensis spectantibus, cum ipsum viam carnis ingredi universe contigerit, quid etiam iuris habeat dominus abbas in homines, qui dicuntur ecclesie camerlingi. Ad primam est questionem responsum, quod camerarius, cum contingat abbatem decedere, nichil iuris in rebus defuncti aliquibus poterit vendicare. Quidam tamen camerarius vice quadam equum at alia persone abbatis defuncti attinentia impetivit, qui ratione tam valida est repulsus, quod ab impetitione huiusmodi cessavit omnino, nec postea super consimili questio est audita. Secunde autem est questioni responsum, quod camerlingi sunt medii inter ministeriales et homines conditionis servilis ecclesie attinentes, et in huiusmodi camerlingos nec advocatus nec aliquis quicquam iuris habere dinoscitur nec potest de iure aliquas exactiones facere in eosdem. Set abbas solummodo ius habet in illos, et cum eos contingat decedere, equum vel vestem meliorem, si equum non habeant pro eo, quod hergewade dicitur in vulgari, abbas requirit ab illis. Secundum predicta poteritis expediri, cum ecclesia Corbyensis et ecclesia Heruordensis eodem iure ac simili libertate, ut dicitur, ab imperio sint munite. A quo questiones predicte sint mote, non scribitur, nec vos mentionem faciatis de illo, ne murmur contra eundem alicui generetur. Valete in Christo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 61; als littera clausa *verschickt. Auf der Rückseite steht die Adresse:* Magistro Sygenando in Heruordia commoranti. *Es gab zwei Kanoniker Sigenand in Herford; der eine war Magister, doch wird der Titel nicht immer beigefügt. 1261 schreibt der eine eine Urk. der Äbtissin Ida. Vergl. UB. III, 1751 u. unten zu 1276 März 6 und 13. 1273 wird Albert d. j. von Amelunxen erwähnt. Auf der Rückseite der Urk. steht von gleichzeitiger Hand:* Iste sunt domus speciales: Edessen, Arnolte .. molt avene VI spikermate, Pedelen IIII molt avene, curia Aschen pertinens monialibus in Quernhem unum molt siliginis mensure Heruordensis, molendinum de Quernhem X modios siliginis, X ordei, X avene mensure Osnaburgensis, Reynhart gogravius, Iohan gogravius, dominus Willekinus de Hege de bonis in villa Hager II solidos, Uflen mola domine abbatisse in novo opido XIIII solidos et unum molt avene. *Rechts neben der Aufschrift:* Isti sunt ministeriales ecclesie Heruordensis et morantur apud Wiseram: Detmarus, Henricus, Detlef, Alheydis, Hadewigis et Wennelgart, pueri Alheydis filie Detmari de Helderhagen. *Unter der Aufschrift:* Isti homines sunt cerocensuales ecclesie Heruordensis et annuum censum solvent capelle domine abbatisse: Eckebert, Henric, Detmar, Eckebert, Iohan, Wendelheyt, Detburg, Teceke, Margareta, Osbrun, Gereburg, Karstian, Unarge(?), Henricus, Iohan et Alheyt, Margrete filii, Elizabet, Hildegunt, Kristine(?), Alheyt *durchstrichen*, Hadewig, Iohan et Volman.

1234.

Die Äbtissin A. und Kl. Gokirche nehmen den Domthesaurar R(einbold) in die Brüderschaft des Klosters auf. 1271 Januar 1.

Honorabili viro et in Christo dilecto domino R(eimboldo), maioris ecclesie thesaurario in Paderborne, A. dicta abbatissa cum universo collegio suo apud sanctum Othelricum eiusdem loci tam affec-

tuose quam debite dilectionis obsequium cum oracionum devotione bone voluntatis nostre affectum. Sincere vestre operationis affectum circa dilectas filias et consorores nostras a vobis exhibite non immemores vestram benivolentiam commendamus et gratiarum actione indesinenter referimus. Igitur quia preteriti ratio scire futura facit, caritatem vestram circa eas in posterum cessare nullatenus ambigimus, huius beneficii porcio sit in terra viventium. Et nos beneficium, quod rependere valemus, devote vobis impendentes in plenam fraternitatem auctore Deo vos colligimus, in huius rei testimonium hanc notulam memorialem vobis porrigentes. Datum anno Domini M°.CC°.LX°XI., in circumcisione Domini.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 245. An roth-weiss-blauen Leinenfäden kleines Bruchstück vom Siegel der Äbtissin.

1235.

Gräfin Hedwig von Ravensberg bekundet Ueberlassung eines Zehnten seitens des Kl. Schildesche an Vogt Konrad in Bielefeld. 1271 Januar 24.

H(adewigis) cometissa in Rauensberg omnibus Christi fidelibus presentia visuris salutem in Domino sempiternam. Ne acta in tempore cum temporis mutabilitate evanescant, presentibus protestamur, quod Henricus venerabilis prepositus ecclesie Schildesce cum conniventia conventus eiusdem ecclesie decimam in Ubbenlo Conrado advocato in Bileuelde cum omni utilitate ad ipsam decimam pertinente contulit pro tempore sue vite, hoc adiecto, quod prenominatus Conradus dabit singulis annis preposito pretaxate ecclesie fertonem pro pensione sepedicte decime. Hec decima post obitum Conradi sine aliqua conditione ecclesie Schildesce cum omnibus pertinentiis devolvetur. In huius facti confirmacionem presentem paginam inde conscriptam sigillorum nostrorum scilicet domini comitis et nostre cometisse in Rauensberg munimine roboramus. Datum anno Domini M°.C°C.LX°XI., sabbato ante septuagesimam.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Schildesche Nr. 21. Ein Streifen vom Pergament der Urk. eingeschnitten, woran kein Siegelrest.

1236.

Edler Hermann von Ösede macht eine Schenkung an Kl. Willebadessen. 1271 Januar 24.

Hermannus nobilis[1]) de Osethe omnibus presens scriptum visuris salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium dicimus et publice protestamur, quod Gotscalcus de Dinchkelburg miles, uxor sua Christina, Gerhardus miles frater dicti G(otscalci), uxor Gerhardi Bertha[2]) et filii ipsorum Gotscalcus[3]) et Hinricus de consensu heredum unam curiam sitam in Ouerde quam a nobis iure tenebant hominii, domino Thiderico preposito et monasterio Wilbodessen vendiderunt cum omnibus attinenciis in villa, campis[4]), silvis, pratis, paschuis et aquis dictis militibus, uxoribus suis et pueris heredibus supradictis, triginta marcis legalium denariorum a dicto[5]) preposito et monasterio Wilbodessen pro precio persolutis. Nos quoque, uxor nostra nobis in Christo carissima Gerbergis dicta[6]), filii nostri Bernhardus, Hermannus, Conradus et Wernherus proprietatem et dominium dicte curie cum pertinenciis supradictis pro remedio anime nostre preposito et monasterio Wilbod(essen) predicto devote contulimus, donavimus libere et absolute proprietatem et dominium dicte curie ad manus prepositi et monasterii supradicti oretenus et manualiter resignantes. Testes huius rei sunt: dominus Hermannus abbas Paderbornensis, Thetmarus plebanus, Thidericus conversus in Wilbodessen, dominus Hinricus de Howede, Volbertus de Eisnen, milites; Hinricus Iudeus, Amelungus et Gotscalcus de Nedere[7]), Iohannes de Ahosen, Helmicus schulthetus, Gotswinus de Wethen, Gotscalcus de Dinchkelburg, Conradus de Scherue, Rodolfus de Thitmannessen et alii quam plures. Nos vero in testimonium predictorum presentem paginam sigillo nostro duximus roborandam. Acta sunt hec in vigilia conversionis sancti Pauli, anno Domini M°.C°C.LX°X primo.

[1]) dictus de *B.* [2]) Berta *B.* [3]) Gothscalcus *B.* [4]) in campis *B.* [5]) domino *B.* [6]) *Auf Lücke nachgetragen A, B.* [7]) fratres *setzt hinzu B.*

Or. in zwei Ausfertigungen von einer Hand mit verschiedener Feder und Dinte, im Besitze des Frhrn. von Wrede zu Willebadessen (A, B); Siegel an A Bruchstücke von an der Urk. abgeschnittenem, an B von anhängendem Pergamentstreifen abgefallen; in beiden Schrift vor Besiegelung. Abschr. auf Papierblatt saec. XV. ebenda (C); Willeb. Kopiar saec. XV./XVI. im Stadtarchiv Dortmund f. 56, 88 (D, D¹ von verschiedenen Händen); Overhams Kollect. I f. 56 im Herz. Braunschw. Landeshauptarchiv in Wolfenbüttel (O); C, D, D¹, O alle aus B. Ouerde *eingegangener Ort in der Feldmark von Löwen unweit Peckelsheim.*

1237.

Sühnevertrag zwischen Erzbischof (Werner) von Mainz und Bischof Simon von Paderborn. Bingen 1271 Januar 27.

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus. Recognoscimus et tenore presencium publice protestamur, quod omnis questionis materia inter reverendum patrem et dominum Maguntinum archiepiscopum, suam ecclesiam et nos et nostram ecclesiam suborta amicabiliter est sopita, et nos ipsi domino archiepiscopo bona fide promisimus, quod nos, successores nostri et ecclesia nostra ei, successoribus suis et ecclesie sue contra omnem hominem de mundo sibi et ecclesie sue Maguntine iniuriari volentem, venerabili domino Coloniensi archiepiscopo excepto, perpetuo prestabimus auxilium et iuvamen. Medietatem vero castri nostri Schardenberg, quod nos a Thiderico milite dicto Gropen noscimur comparasse, cuius proprietas dependet ab ecclesia Maguntina, necnon medietatem bonorum ipsius Th(iderici) militis, que nos similiter comparavimus et iam tenemus, ipsi domino Maguntino, ecclesie sue et successoribus suis deputavimus iure perpetuo possidenda. Ipse quoque dominus archiepiscopus Maguntinus proprietatem sive dominium alie medietatis tam castri quam bonorum ipsorum contulit nobis, ecclesie nostre et successoribus nostris perpetuo possidenda. Quia vero nos quadraginta marcarum reditus dicto Th(iderico) militi et uxori sue, quoad vixerint, assignavimus, dominus archiepiscopus Maguntinus et ecclesia sua, ut nobis medietatem eiusdem pecunie recompenset, viginti marcarum reditus in opido suo Geysmaria a festo pasche proximo nunc instante infra annum procurabit assignari, deinceps annis singulis persolvendos, post obitum eorundem Th(iderici) militis et uxoris sue ad Maguntinam ecclesiam libere reversuros. Maius vero castrum Schardenberg, quod iam violenter a lantgravio (ob)tinetur, si per nos vel successores nostros captum fuerit, vel quocumque modo nos illud contigerit adipisci, sicut et minus castrum equaliter divid(emus), indempnitati Iohannis et fratrum suorum de Schardenberg, prout honestatem nostram decuerit, provisuri. Item comicie illius, quam nos a comite Ludolfo de Dasle cum hominibus, iuribus et pertinenciis suis comparavimus, cuius eciam proprietas ad Maguntinam ecclesiam noscitur pertinere, medietatem ipsi domino archiepiscopo Maguntino et ecclesie sue tradidimus et relinquimus, quam videlicet medietatem ipse et ecclesia sua nobis pro centum marcis usualis monete obligavit infra quatuor annos nullatenus redimendam. Alie vero medietatis proprietatem, sicut comes Ludolfus de Dasle comiciam ipsam integraliter tenuit ab ecclesia Maguntina, contulit nobis, ecclesie nostre et successoribus nostris perpetuo possidendam. Si vero de bonis comicie predicte plura nos contigerit emere, vel de bonis Th(iderici) militis Gropen aliqua redimere, medietate precii a domino Maguntino archiepiscopo recepta bona ipsa equaliter dividemus. Castrum vero Malesburg, quocumque modo in potestatem nostram et domini Maguntini archiepiscopi devenerit, destruetur, cuius reedificationem pro viribus defendemus. Idem eciam sepedictus dominus archiepiscopus Maguntinus et ecclesia sua in castro suo Hardenberg mansionem sive domicilium castellani, quod vulgariter borgsate dicitur, nobis ecclesie nostre et successoribus nostris donavit iure castrensi perpetuo possedendam. Unde cum ipse et ecclesia sua Maguntina in confinio illo gwerram habuerit, serviemus ei cum decem dextrariis faleratis. Hec omnia et singula ordinavimus et fecimus ex approbatione nostri capituli et consensu, obligantes nos, ecclesiam nostram et successores nostros ad observantiam premissorum fide

data et iuramento prestito corporali. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro fecimus roborari. Nos etiam . . prepositus, . . decanus et capitulum Paderbornense in testimonium consensus nostri sigillum nostrum appendimus huic scripto. Actum et datum Pinguie, anno Domini M°.C°C.LX°XI., VI°. Kalendas Februarii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 248. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Vergl. hierzu Nr. 1186. Zwischen den langjährigen Verbündeten Bischof Simon und dem Landgrafen scheint eine Entfremdung eingetreten zu sein. Ueber den Kauf der Güter des Dietrich Grope liegt keine Nachricht vor.

1238.

Rathmänner und Geistliche in Geismar bekunden ein Vermächtniss für Kl. Hardehausen. 1271 Februar 5.

Nos Ludewicus, Gotfridus fratres, Io(hannes) et Th(eodericus) Euerhardi filii, Lodewicus Holceti, Heyno, Conradus Faber, Albertus Haldonis, Albertus de Corbike, Hermannus de Asikendorp, Hermannus de Notualde, consules, Theodericus viceprepositus, Bertoldus Euerhardi, clerici, Hermannus scultetus, Geismarienses cives, profitemur, quod Albertus Cator cor[1]) noster civis coram nobis in loco consilii constitutus dimidiam domum, dimidium mansum circa civitatem situm et omnes suas reliquias[2]) post mortem suam pro anime sue salute conventui de Herswidehusen absque contradictione qualibet donavit absolute propter Deum iuribus, contributionibus et debitis salvis manentibus civitati, qualia de similibus debebunt exsolvi. Ad ipsius Alberti Coriatoris preces damus id scriptum nostre civitatis sigillo signatum. Anno Domini M°.C°C.LXX°I., Aghate virginis et martiris.

[1]) *Das erste* r *undeutlich.* [2]) relliquias *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 166. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1239.

Erzbischof Werner von Mainz verkündet den Bewohnern der Diöcese Paderborn die demnächstige Abhaltung der lange versäumten Visitation durch den Mainzer Domherrn Arnold von Solms und den Dechanten Hermann von St. Victor. Mainz 1271 Februar 7.

Wernherus Dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, venerabili in Christo fratri domino . . Paderburnensi episcopo, viris quoque honorabilibus prepositis, decanis, capitulis, conventibus tam regularibus quam secularibus totique clero civitatis et diocesis Paderburnensis salutem et sinceram in Domino karitatem. Licet ex officii nostri debito teneamur annis singulis circa nostram provinciam visitationis officium exercere, fratrum tamen et coepiscoporum nostrorum necnon cleri nobis et eis subditi non absque lese conscientie scrupulo pepercimus usque modo laboribus et expensis. Verum quoniam nunc demum commisso nobis officio decrevimus adiuvante Domino operam impendere aliqualem, aliquas provincie nostre dioceses, ubi commode fieri poterat, per nos ipsos, quasdam etiam per discretos viros ecclesie nostre canonicos curavimus visitare. Hinc est igitur, quod universitatem vestram requirimus et in Domino diligentius exhortamur, nichilominus metropolitica vobis auctoritate in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandantes, quatinus, cum propter statum terre multiplicitur inequalem ad vestra non possimus ad presens confinia personaliter nos conferre, discretos viros Arnoldum de Solmesse ecclesie nostre canonicum et magistrum Hermannum decanum ecclesie sancti Victoris Maguntine pro exequendo huiusmodi visitationis et correctionis officio a latere nostro missos cum reverentia debita admittatis; ipsi siquidem ex causa huiusmodi ad vos venient proxima feria secunda post dominicam Letare proximo nunc instantem. Datum Maguntie, anno Domini millesimo CC.LXX primo, VII. Idus Februarii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 247. An Pergamentstreifen (in neuerer Zeit wieder befestigt) in hellgelbem Wachs verletztes grosses ovales Siegel des Erzbischofs. Gedr. Schaten ad annum, Reg. Böhmer-Will, Regg. Arch. Magunt. II, 379 Nr. 251, wo Litteratur.

1240.

Edelherr Bernhard zur Lippe bekundet Tausch von Geld u. Fruchtlieferungen. Lemgo 1271 Februar 24.

Nos Bernhardus nobilis de Lippia recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod nos in restaurum pensionis de decima in Wilbodesen, videlicet quinque quartalium siliginis et decem avene, assignamus et damus domino abbati et sue ecclesie Paderbornensi duo moltra siliginis et totidem avene et tres solidos denariorum de manso de Barghusen sito aput Lemego, quem nunc colit Gerlacus de Bileuelde, civis in Lemego, annonam in festo Michahelis, denarios in festo Walburgis solvendos. Si autem predictus Gerlacus predictum mansum resignaverit, quicunque eum colendum susceperit, dabit predictam pensionem denariorum et frumenti tempore prescripto ecclesie (supradicte) et hec pensio abbati et ecclesie a nobis et nostris heredibus firma stabit perpetuis temporibus duratura. Datum Lemego ipso die Mathie apostoli, anno Domini millesimo C°C.LX°X primo.

Or. (theilweise verblasst) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 65. An Pergamentstreifen das Siegel des Ausstellers verletzt wie Abbildung Lipp. Regg. I Taf. 17. Wilbodesen *bezeichnet wohl sicher Wilbasen bei Blomberg. Der Zehnte daselbst wird schon in den Urkk. von 1146 (Lipp. Reg. I Nr. 59) und von 1182 (UB. II, 431) dem Kl. bestätigt und ist wohl derselbe, welcher 1048 (UB. II, 142) vom Bischof Rotho dem Kloster geschenkt wurde. (Spancken.)*

1241.

Erzbischof Werner von Mainz theilt dem Bischof von Paderborn und seiner Geistlichkeit die Absendung der zu Visitatoren ernannten Domherrn Arnold von Solms und des Dechanten Hermann von St. Victor mit. Mainz 1271 März 8.

Wernherus Dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, venerabili fratri domino . . episcopo et dilectis in Christo abbatibus, prepositis, archidiaconis, decanis ceterisque prelatis, capitulis, conventibus regularibus et secularibus, rectoribus et ecclesiarum capellariis universis et clero civitatis et diocesis Padeburnensis salutem et plenitudinem omnis boni. Pastoralis officii sollicitudo nos ammonet et inducit, ut gregi nobis credito studeamus cura adeo pervigili providere, quod tam persone ecclesiastice quam etiam loca divino cultui deputata nostre diocesis et provincie auctore Domino per nostre provisionis industriam robur honestatis accipiant et decoris. Sane nos de prelatorum nostrorum et aliorum discretorum consilio visitavimus nostram civitatem et diocesim Maguntinam et illa visitacione nunc per Dei auxilium salubriter terminata proponimus per consequens omnes nostras suffraganeas ecclesias, quarum iam plures visitavimus, prout ad nostrum spectat officium, auctoritate metropolitica visitare. Cum igitur pro generali pace terre fovenda et communi utilitate rei publice conservanda contra predonum et perversorum maliciam, qui cottidianis insultibus pauperes inpungnant et opprimunt, nos oporteat circa partes Reni personaliter immorari, ut eorum maliciis auctore Domino possimus cottidie resistere manu forti, et propter hoc ac multa alia ardua negocia, que nos tenent, ad singulas dioceses metropolitica lege nobis subiectas per partes Alemannie longe lateque diffusas non possimus personaliter nos conferre, nos considerantes sollicite, quod licet Heli summus sacerdos in se bonus existeret, quia tamen filiorum excessus non corripuit, ut debebat, ipse de sella corruens fractis cervicibus expiravit, ne illius iudicio, qui unicuique secundum opera sua reddit, sanguis subditorum propter nostram negligentiam de nostris manibus requiratur, nos prelatorum nostrorum ministerium in partem nostre sollicitudinis necessario evocantes, honorabiles viros Arnoldum de Solmese canonicum maioris et magistrum Hermannum decanum sancti Victoris ecclesiarum Maguntinarum in spiritualibus et temporalibus circumspectos, de quorum fide et industria fiduciam gerimus singularem, ad vos de latere nostro duximus transmittendos, ut vice et auctoritate nostra per se vel per alios, si forsan ipsos casu fortuito loca adire singula non contigerit, faciant et disponant omnia super visitatione huiusmodi, que possemus facere et disponere per nos, ipsos visitent nichilominus corrigant et reforment tam in capite quam in menbris, que correctionis

et reformationis officio viderint indigere. Rogamus itaque vos et hortamur in Domino presentium vobis auctoritate mandantes, quatinus ipsos recipientes benigne exhibeatis eisdem super hoc obedienciam debitam et honorem. Nos enim sententias, si quas iidem tulerint in rebelles, ratas et gratas habebimus et faciemus eas auctore Domino inviolabiliter observari. Datum Maguntie, VIII. Idus Marcii, anno Domini M°.C°C.LX°XI.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 248. Das rundovale Siegel Werners in hellgelbem Wachs nur zum Theil erhalten an Pergamentstreifen. Eine nur theilweise mehr lesbare Rückschrift aus gleicher Zeit gibt anscheinend ein Verzeichniss der Urkk. in der Visitationsangelegenheit, darunter auch de sortilegio.

1242.

Graf Otto von Everstein und sein Sohn Albert übertragen dem Kl. Arolsen alle ihre Rechte an Gütern in Dorlere, *welche Alrad von Horhusen, sein Sohn Bodo und Alrads Brüder Ludolf und Bodo von ihnen zu Lehen hatte. Holzminden 1271 März 15.*

Zeugen: Ludewicus comes iunior de Euersteine, Arnoldus Vulpes, Cono dapifer, Albertus de Lutersen, Conradus de Amelungessen, milites.

Gedr. Spilcker, Everstein UB. Nr. 155. Auffällig ist die fast wörtliche Wiederholung dieser Urk. ein Jahr später am selben Tage. Vgl. unten zu 1272 März 15 Nr. 1273.

1243.

Die Brüder von Horhusen übertragen dem Kl. Arolsen ihre Güter in Dorlar. *Marsberg 1271 März 16.*

. . . Declaretur igitur presentibus et futuris presens scriptum intuentibus, quod nos Ludolfus et Bodo fratres Alradi defuncti de Harehusen ac natus eius Bodo nostrorum amicorum mediante consilio et assensu bona in villa Dorlere sita cum suis pertinentiis, agris etc.[1]) vendidimus ecclesie sanctimonialium in Aroldessen et eadem patronis resignata donavimus eidem libera possessione perhenniter perfruenda; presentibus viris fide dignis Alberto de Luthersen, Thiderico et Friderico et suo nato Stephano de Harehusen et Olrico de Westhem, militibus; Volrado de Escheberg, Iohanne de Bilinchusen iudice, Alberto de Mulehusen proconsule, Hermanno de Wartberg, Henrico Morel, Thiderico de Oddenhusen, Gerlaco de Twiste et Helmico, consulibus; Bertoldo et Helwico fratribus de Hoxaria, Bertoldo quondam iudice, Heinrico de Nutlon, Henrico de Culete, Godefrido de Wigerdinchusen, Frederico Specht, Henrico Detgardi, Conrado Lodegen, Sifrido et Alberone Preconibus, aliis quam pluribus burgensibus Montis Martis. Ut autem emptionis sue et nostre et venditionis contractus ratus a nostris posteris in evum permaneat et inconvulsus, ne questio calumpnie super premissorum bonorum donatione memorato cenobio moveatur, presentes litteras super eo confectas ipsi dedimus in testimonium, Verum propriis carentes sigillis eas sigillo civitatis Montis Martis ad maiorem evidentiam postulavimus communiri. Acta sunt hec in Monte Martis, datum anno Domini M°.C°C.LX°X primo, XVII. Kalendas Aprilis.

[1]) *So Abschrift.*

Nach Spilckers Handschriften Bd. 18 p. 70 in der Bibl. des histor. Ver. in Hannover mit der Bemerkung: Ex orig. in arch. Wald. An der Urk. auf Perg. hängt das Siegel der Stadt Marsberg. Or. zur Zeit nicht auffindbar.

1244.

Die vom Erzbischof Werner von Mainz ernannten Visitatoren des Paderborner Sprengels übertragen in Betreff der Herforder Kirche ihre Gewalt dem Archidiakon von Herford und einem Paderborner Domherrn. Paderborn 1271 März 19.

Arnoldus de Solmese canonicus maioris et magister Hermannus decanus sancti Victoris ecclesiarum Maguntinarum, visitatores a reverendo domino Maguntine ecclesie archiepiscopo per civitatem et dyocesim

Paderbornensem constituti, dilectis in Christo E(uerhardo) archidiacono in Heruordia et magistro Th(eoderico) canonico Paderbornensi in Domino salutem. Cum nos in ecclesia et in civitate Paderbornensi visitationis officium nobis iniunctum exercuerimus tam in capite quam in membris et tam propter viarum pericula quam ardua negotia, que nos retardant et impediunt, ista vice non possimus ad exequendum visitationis officium ad singula loca ipsius diocesis nos transferre, vobis exequende de vestris subditis, domine E(verharde), visitationis officium plenariam potestatem tribuimus in hoc scripto et sententias, si quas tuleritis in rebelles, ipsas tam ratione visitationis quam procurationis auctoritate, qua fungimur, decrevimus esse ratas et ab omnibus inviolabiliter observandas. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°X primo, XIIII. Kalendas Aprilis. Si ambo interesse non poteritis, unus vestrum nichilominus exequatur. Datum ut ante.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 244. Siegel sammt Befestigung abgerissen.

1245.

Streitschlichtung zwischen Ritter Walther von Lewen und Kl. Abdinghof. 1271 März 22.

H. Dei gratia maior in Traiecto decanus, .. abbas sancti Pauli et Walterus de Stultenberg miles, iudex et consules totaque universitas in Arnem universis presentia visuris notum facimus, quod dominus Walterus de Lewen miles in presentia nostra publice et clara voce fuit protestatus, quod iniustam litem hactenus moverat domino abbati Paderburnensi super modio siliginis, quod dicebat sibi ab . . . abbate singulis annis persolvendum recognovitque similiter dicto abbati deberi de bonis sive manso in Lewen, quem possidet idem dominus W(alterus), modium siliginis, sex scepel ordei et quatuor solidos usualis monete; et ut evidentius presumatur dictum W(alterum) usum sana conscientia contra dictum abbatem fuisse in petitione sua, videlicet modio siliginis, sex scepel ordei et quatuor solidis usualis monete ratione census prenotati, iurabit idem dominus W(alterus) septima manu militari, quod ad hoc ex malicia non processit, sed sana instancia usus fuit, utpote . . . credidit . . . iustam litem movisse, cuius postmodum contrarium evidentius persensit, unde dicta bona cum suis pertinentiis manibus domini abbatis Paderburnensis (libere) et absolute resignavit nec ius aliquod ratione census predicti in ipso manso et eius pertinenciis se habere est publice protestatus. Verum tamen idem dominus .. abbas Paderburnensis precibus nostris inclinatus dicta bona in Lewen commisit simpliciter domino W(altero) militi supradicto, ita videlicet, quod singulis annis dicto domino .. abbati exhibeat vel faciat exhiberi censum, videlicet modium siliginis, sex scepel ordei et quatuor solidos usualis monete veluti usus curie in Radinghem optinuit ex antiquo donec vi . . . deliberaverit, cui dicta bona duxerit porrigenda. In cuius facti memoriam presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus consignare. Anno Domini M°.C°C. septuagesimo primo, dominica qua cantatur Iudica.

Or. (beschädigt) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 66. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Gedr. Sloet, Oorkondenboek u. s. w. Nr. 929 van Spaen, Repert. Gelr. II, nach Stukken, Nr. 31 by den Hoogen Raad van Adel te s Gravenhage nach dem Or. Dort dieselben Lücken.

1246.

Ritter Albert von Amelunxen bestätigt die Verpfändung des Zehnten von drei Hufen in Siddessen an Kl. Gehrden und schenkt für den Fall des Ankaufs denselben dem Kloster. Brunsberg 1271 März 27.

A(lbertus) miles de Amelungessen, E. uxor eiusdem et heredes ipsorum universi omnibus, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, salutem. Tenore presentium protestamur, quod decimam trium mansuum in villa Siddessen[1]), quam Conradus dictus Schathe de manu nostra tenet, quamque domino H(ermanno) preposito et ecclesie Gerdensi idem C(onradus) pro octo marcis titulo pignoris legalium denariorum obligavit, eandem[2]) impignorationem sive obligationem ratam tenemus et gratam, illud sane adicientes, quod, si ex consensu Conradi dicta ecclesia eandem decimam postmodum titulo

emptionis comparaverit, nos proprietatem eiusdem decime ecclesie memorate perpetuo contulimus possidendam. Et ne hoc factum nostrum nos aut quisquam heredum nostrorum imposterum irritare presumat, presentem litteram nostro sigillo duximus roborandam. Datum Brunsberch, anno Domini M°.C°C.LXXI., feria sexta ante dominicam palmarum.

[1]) Sidessen *C.* [2]) eamdem *C.*

Nach dem Gehrdener Kopiar f. 30 D 18 (B); Msc. II, 71 p. 224 mit der Randbemerkung orig. adest *(C); Regest Msc. I, 242 p. 37 (C) urd Msc. VI, 224 f. 79 (E), letztere drei im Kgl. St.-A. Münster. In der Burg Brunsberg befand der Aussteller sich als Burgmann des Abts von Corvey.*

1247.

Die Grafen Adolf, Gottfried und Otto von Waldeck einigen sich eidlich dahin, dass, wer von ihnen die Tochter (Sophie) des Landgrafen Heinrich von Hessen heirathet, allein Herr in Waldeck sein solle. Den Bürgern von Corbach gewähren sie dieselben Rechte, welche sie zu Zeiten ihres verstorbenen Vaters und Grossvaters genossen haben. Mitsiegler ist ihre Mutter. Zeugen ihr Grossvater der Graf von Arnsberg, ihr Oheim Dompropst Heinrich von Itter und alle Burgmänner von Waldeck. 1271 März 31.

Gedr. zuerst in: Der Stadt Corbach Gegenbericht wieder Abdruck der Geschicht u. s. w. (1622) Beil. I, 137 f.; dann Kuchenbecker, Anal. Hassiac. VIII, 383 f., der, anscheinend ohne den ersten Druck zu kennen, die Urk. von dem Hess. Historiker Schmincke erhielt. Weitere Litteratur bei Varnhagen, Grundlage, 330 Anm. d. Ist es schon neben dem ganzen Inhalt auffällig, dass sich von diesem wichtigen Staatsvertrag keine ältere Ueberlieferung erhalten hat, so erregt gegen die Echtheit besonders grosses Bedenken, dass die 3 jungen Grafen hier vollständig selbständig auftreten, während sie in den nächsten Jahren sonst nur mit ihrer Mutter zusammen erscheinen. Einmal kommt Adolf als Zeuge allein vor, wird aber da domicellus *genannt (Vgl. u. Urk. von 1273 Mai 17). Von Corbach wurde die Urk. ans Licht gezogen; sollte nicht darin ein Fingerzeig für die Entstehung gegeben sein?*

1248.

Edelherr Hermann zur Lippe Zeuge in Urk. Bischofs Gerhard von Münster für Kl. Marienfeld. Beckum 1271 April 6.

Gedr. UB. III, 881. Reg. Lipp. Regg. I, 232 Nr. 358.

1249.

Bischof Simon von Paderborn ernennt den Abt von Abdinghof und den Domkantor zu Richtern im Prozess des Herforder Archidiakons gegen den Klerus von Herford wegen verweigerter Obedienz bei der beabsichtigten Visitation ihrer Kirche. Nieheim 1271 April 24.

S(imon) Dei gratia Paderbornensis episcopus dilectis in Christo abbati ecclesie sancti Pauli et magistro Io(hanni) cantori ecclesie Paderbornensis salutem in Domino. Cum ebdomedarii et clerus Herwordensis visitationem reverendi domini nostri Maguntini archiepiscopi et nunciorum suorum denegaverint admittere et procurationem visitationis solvere contumaciter contradicant, venientes contra compositionem inter nos et ecclesiam nostram et Herwordensem ecclesiam factam et etiam immemores obediencie nobis facte, questionem ipsam, quam E(uerhardus) archidiaconus ecclesie Herwordensis ipsis super predictis movere intendit, auctoritate domini Maguntini et nunciorum suorum et nostra ac propria vobis committimus audiendam, quia ad presens non possumus personaliter interesse, et super ipsa questione diffinitivam nobis sententiam reservamus. Si vero ambo hiis exequendis interesse non poteritis, unus vestrum ea nichilominus exequatur. Datum Nyehem, anno Domini M°.C°C°.LX°X primo, in die beati Georgii martiris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 250. Siegel und Befestigung abgerissen.

1250.

Edelherr Berthold von Büren verkauft Kl. Hardehausen seine Rechte an Vogtei und Gütern in Syrexen. *Paderborn 1271 April 23.*

Bertoldus vir nobilis dominus in Buren universis hoc scriptum audituris salutem in Domino sempiternam. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos et filius noster Bertoldus cum consensu uxoris sue Yrmegardis et liberorum suorum, filii sui Burchardi et filiarum Agnetis, Luithgardis, Irmegardis et Alheydis, vendidimus abbati et conventui monasterii in Herswithehusen pro quadraginta et quinque marcis dativorum denariorum gravis monete pro XII solidis numeratorum, quidquid iuris habuimus in advocacia seu in lucris vel utilitatibus aliis in bonis in Sirikessen, que fuerunt olim ecclesie Corbiensis et ad ipsorum, prefati scilicet abbatis et conventus, proprietatem et dominium iuste empcionis titulo translata sunt, transferentes etiam ad ipsos et resignantes tamquam veris dominis predictorum bonorum totum ius nostrum, quod nobis competere quacunque racione videbatur, absolute et libere perpetuo possidendum. Igitur ut hoc, quod a nobis factum est, inconvulsum permaneat, rei veritatem fecimus conscribi et sigillorum nostrorum appensione roborari. Testes sunt: magister Dethmarus, magister Arnoldus plebanus de Vesperde, Arnoldus dapifer, Renyke de Synnestorp, Godescalcus de Perremunt, Horadus de Brenken. Datum in Paderborne, anno Domini M.CC.LXXI°., Georgii.

Aus Msc. I, 127 S. 102 im Kgl. St.-A. Münster. Vgl. dazu unten Urk. Kl. Hardehausen von 1284 Mai 13/14 und Ztschr. XLIII,2, 42.

1251.

Die Rathmänner von Naumburg bekunden eine Abgabe ihrer Stadt an Kl. Netze. 1271 Mai 1.

Nos consules in Nouo Castro universis hoc scriptum visuris salutem in auctore salutis. Cum ea, que in tempore geruntur, ne per lapsum temporis evanescant et oblivioni tradantur, litterarum testimonio solent commendari, hinc est, quod insinuacione presencium omnibus notum facimus ac publice profitemur consules prefati opidi sive presentis sive futuri evi de quodam manso in Kolhagen sito, monasterio Nezze pertinente, quolibet anno pensionem quinque solidorum, levis videlicet monete, festo beati Michaelis memorato Nezze monasterio perpetuo soluturos[1]). Ut autem hec rata maneant et perfecta, presentem paginam munimine nostri sigilli roboravimus. Aderant autem, dum hec fieret ordinacio, testes ydonei, quorum nomina subsequuntur: Berno plebanus, Lodewicus Gastmester, Wernherus et Iohannes fratres milites de Weidelburch, Wernherus de Trischena, Henricus villicus, Conradus faber, Bertoldus carnifex et alii quam plures rei huius auditores. Acta sunt hec et data anno Domini M°.CC°. septuagesimo I°., in die Philippi et Iacobi apostolorum.

[1]) solvituros *Or.*

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in weissem Wachs mittleres Bruchstück eines Stadtsiegels, Thurm mit Mauern, oberhalb ein Kopf. Auf der Rückseite von Hand s. XV: Koilhagen, *s. XVI* aus der huben zum Kolhagen.

1252.

Abt Hermann von Abdinghof und Domkantor Johannes exkommuniciren die beiden Herforder Wochenpriester und den Pfarrer der dortigen Neustadt nebst andern Klerikern. 1271 Mai 16.

Hermannus Dei gratia abbas beatorum apostolorum Petri et Pauli et Io(hannes) cantor Paderbornensis abbatibus, prepositis decanis archydiaconis, plebanis, vicariis ceterisque sacerdotibus Paderbornensis dyocesis, ad quorum noticiam hee pervenerint (littere), perpetuam in Domino salutem. Cum auctoritate visitatorum et domini nostri episcopi Hermannum de Elmelo, Arnoldum ebdomedarium, Gotfridum plebanum novi opidi, Iohannem sacerdotem dictum Sortes, Herwordenses, pro querimonia Ewerhardi archidiaconi Herwordensis in nostram citassemus presenciam crastinum ascensionis prefidentes eisdem, quia nec in termino venerint nec aliquem procuratorem miserint et simplicem nuncium

sepedicta in dotem contulimus, ita ut in ipso altari missa de gloriosa virgine Maria diebus singulis celebretur per presbiterum a nobis vel nostris heredibus presentandum, quem per decanum multociens dicte ecclesie, qui pro tempore fuerit, volumus investiri. Nos prepositus et capitulum predictum factum huiusmodi approbantes in signum dotationis predicte ius presentandi presbiterum ydoneum ad altare prefatum aput eundem Lodewicum et heredes suos, prout est expressum, volumus liberum remanere. In cuius rei testimonium presens scriptum conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Nos eciam Lodewicus et filius noster predictus, quia sigillum non habemus, sigillo honorabilis viri domini Henrici Paderbornensis ecclesie prepositi usi sumus, quod apponi petivimus huic scripto ad perpetuum robur et in testimonium predictorum. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°XI., in vigilia assumptionis virginis supradicte.

[1]) Bintherus *mit* er *Zeichen über* i.

Or. aus dem ehemaligen Busdorfer Propsteiarchiv im Besitze der Paderborn. Abtheil. An Pergamentstreifen Fragmente zweier Siegel: 1) rund, lässt fünfblätterige Rose frei im Siegelfelde oben erkennen, mit unkenntlichem Rücksiegel, ähnlich wie Lipp. Regg. Abb. 16; 2) Busdorfer Konventssiegel.

1258.

Domkämmerer Otto von Paderborn ist unter den Eideshelfern des Elekten Konrad von Osnabrück in seinem Bündniss mit Erzbischof Engelbert von Köln. 1271 August 22.

Gedr. Lacomblet, II, 615.

1259.

Paderborner Domherrn als bischöfliche Richter tragen dem Dompfarrer auf, den Ritter Amelung v. Driburg zum Verhöre wegen seiner Streitigkeiten mit Kl. Gokirche vorzuladen. Paderborn 1271 September 5.

W(altherus) thesaurarius et Wer(nerus) de Patberg, canonici Paderbornensis ecclesie, iudices a venerabili patre domino S(imone) Paderbornensi episcopo dati viro discreto H. inferioris chori plebano salutem in Domino. Auctoritate domini nostri episcopi, qua fungimur, vobis precipiendo mandamus, quatinus ad dominum Amelungum militem dictum de Driburch personaliter accedentes ipsum ad nostram citetis presenciam, querimoniis abbatisse et conventus sanctimonialium monasterii sancti Odelrici Paderbornensis ac Hildegundis relicte advocati legitime responsurum abbatisse et conventui super eo, quod, ut asserunt, ipsas decima undecim agrorum ad decimam quondam comitis ex antiquo pertinente postposito iuris ordine spoliavit, item quod, cum filia sua idem miles predicto monasterio promisit singulis annis de suis redditibus dare novem moltra annone tam diu, donec bona tantum eidem monasterio perpetuo solvencia suis denariis compararet, quorum adhuc neutrum, ut conqueruntur, adimplevit, vidue vero, quod ipsam quibusdam agris sitis apud civitatem Paderbornensem, ut conqueritur, spoliavit, locum eidem in ecclesia Paderbornensi terminum, vero crastinum beati Mathei apostoli nunc proximum prefigentes. Reddite litteras execucione facta cum testimonio. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXX°I., in die sanctorum Taurini et Hertuliani martyrūm.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Gokirche Nr. 11. Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Die Sache zog sich hin bis 1274 Dezember 14; vgl. unten. Ueber den niedern Chor vergl. Evelts Abhandl. in Ztschr. XXXIX,2, 55 ff.

1260.

Bischof Simon von Paderborn ladet die exkommunicirten Geistlichen der Stadt Herford zum 16. Oktober vor die bischöfliche Synode in Paderborn zur Verantwortung. 1271 September 17.

S(imon) Dei gratia Paderbornensis episcopus Her(manno) et Ar(noldo) ebdomadariis Heruordensis ecclesie, G(odefrido) plebano novi opidi et Io(hanni) sacerdoti dicto Sortes Dei gratiam adipisci. Cum vos iam dudum divina officia excommunicati prophanaveritis Dei amore postposito et in scandalum

plurimorum, vos ad nostram synodum episcopalem Paderborne ad diem Galli citamus, super irregularitate sic contracta et super proponendis aliis responsuros, vobis prestantes securum conductum ad uostram ecclesiam veniendi et ad vestram revertendi. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°XI,. in die Lamberti.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 253. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1261.

Everhard und Dietrich Wolf von Gudensberg übertragen das Eigenthumsrecht von Gütern des Gerlach Dickeber in Esbike *an Kl. Bredelar. Gudensberg 1271 Oktober 5.*

In nomine Domini amen. Nos Euerhardus et Theodericus fratres nobiles de Gudenburg dicti Wlf universis presentes litteras visuris vel audituris imperpetuum. Cum sit opus pietatis et sollicitudo salutaris eorum profectibus intendere et commodis, qui se iugo Christi manciparunt, et pio prosequi effectu eos, quorum apud Deum speramus meritis adiuvari, inde est, quod ad notitiam omnium volumus pervenire, quod quedam bona sita sunt in villa Esbike, que ecclesiam habet, que Gerlacus dictus Dickeber, filius Gerlaci militis, a nobis in feodo possidebat, quorum, cum iuri suo idem Gerlacus et filii sui Hermannus et Albertus et ceteri heredes coram nobis cederent et cessissent, proprietatem ad nos iure hereditario pertinentem venerabilibus viris abbati et conventui in Bredelare acceptis ab ipsis sex marcis cum voluntate uxorum nostrarum necnon et consensu et affectu filiorum nostrorum Arnoldi, Lodewici, Conradi, Everhardi, Theoderici, Arnoldi et Theoderici et ceterorum heredum nostrorum contulimus perpetuo pacifice possidendam. Protestantes etiam presenti scripto, quod predicti abbas et eius conventus in Bredelare tam proprietatem quam possessionem et redditus prenominatorum bonorum cum omnibus suis pertinentiis tam bona fide, tam iusto possident titulo, ut a nullo homine super predictis bonis turbationem sustinere debeant vel gravamen. Et ne postmodum a nostris heredibus molestari valeant, presentem litteram ad evidentiam facti nostri in perpetuum testimonium sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Datum et actum Gudenburg, anno Domini M°.C°C.LXX. primo, II°I. Nonas Octobris. Testes sunt: dominus Hermannus plebanus in Wlfhagen, dominus Gyso de Gudenburg, Iohannes de Elfenberg, Theodericus de Mederike, Albertus de Lutersen, milites, Conradus de Notfelt, Conradus, opidani in Wlfhagen et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 97. An ungebleichten Leinenfäden verletztes dreieckiges Siegel Everhards, Maueranker, das Siegelfeld besäet mit dreiblätterigen stiellosen Blumen; zweites Siegel von den rothgefärbten Leinenfäden abgefallen.

1262.

Bischöfliche Richter entscheiden über den Zehnten in Bodinctorp. *Paderborn 1271 Oktober 10.*

Henricus abbas in Abdinghoff et Regenhardus decanus in Bussdorf, uti iudices a Simone episcopo delegati, decernunt decimam in Bodingdorpe adherere villicationi Reddinghosen et spectare ad capitulum ecclesie cathedralis Paderbornensis 1271 (VI Idus Octobris)[1].

[1]) *So auf dem Rücken der Urk. von einer Hand s. XVII.*

Or. (fast ganz zerstört) beginnend In nomini Domini amen, *im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 254. Siegel und Befestigung fehlen. Die Urk. war schon zur Zeit, wo das Repertorium des Kapselarchivs verfasst wurde,* illegibilis et tota corrupta; *der Verfasser desselben entnahm das obige Regest aus einem alten Repertore. Vielleicht war der Spruch gegen* Amelungus miles de Driburg *gerichtet, dessen Name ebenso wie* Dat. Paderborne VI. Idus Octobris *noch zu entziffern ist.* Bodinctorp *ist wohl identisch mit dem bei Sandebeck eingegangenen* Boventorp *(Lipp. Reg. Nr. 2327) oder* Bodentorp *(ebenda Nr. 1070), und wenn dies der Fall, dann bezeichnet* Reddinchusen *ohne Zweifel den jetzigen Redinger Hof. Es gab aber auch noch ein* Bodinctorp *bei Lemgo (Lipp. Reg. Nr. 1094). (Spancken.)*

1263.

Die Edlen Hermann, Konrad und Hildebold von Pyrmont resigniren zwei Hufen in Grene dem Kl. Amelunxborn. Lügde 1271 November 24.

In nomine sancte et individue trinitatis. Nos nobiles Hermannus, Conradus et Hildeboldus de Pirremont omnibus, quibus presentes litere fuerint exhibite, salutem in vero salutari. Quoniam omnium hominum memoria labilis est, ea, que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, consuevit prudentum hominum scripti testimonio perpetuare, hinc est, quod tam presentes quam posteros scire cupimus universos, quod nos Hermannus, Conradus et Hildeboldus duos mansos sitos Grenen adiacentes abbati totique conventui in Amelungsborne linguis et manibus resignavimus absolutos. Ne autem hanc resignationem nostram in posterum alicuius impediat calumpnia, presentem paginam sigilli nostri appensione fecimus premuniri. Huius resignationis testes sunt: dominus Bernhardus Kanne, dominus Henricus Ruffus, dominus Henricus de Abbenhusen, Iohannes de Huckenhusen, Albertus, Hermannus fratres de Dodenbroke, Bernhardus iudex. Datum in Lude, anno Domini M°.CC°.LXXI°., in die Crisogoni martyris.

Nach dem Amelunxborner Kopiar II fol. 52 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Grene an der Leine unweit Gandersheim.

1264.

Die Grafen Hermann, Hildebold und Konrad von Pyrmont theilen der Äbtissin Margarethe von Gandersheim ihre Resignation auf zwei Hufen in Grene mit und bitten dieselben dem Kl. Amelunxborn zu übertragen. O. J. (um 1271 November 24).

Honorabili domine sue Mar(garete) Gandersemensis ecclesie abbatisse Hermannus et Hildeboldus fratres de Pernemunt ac Conradus cognatus ipsorum paratam ad quecunque beneplacita voluntatem. Honestati vestre presentibus cupimus esse notum, quod duos mansos in Grene sitos, quos de manu vestra tenuimus, vestre gratie resignamus conditione tali, quod proprietatem ipsorum Amelungesbornensi ecclesie conferatis in perpetuum libere possidendam, scientes, quod, cum ad vos accessum habuerimus oportunum, idem manu et lingua faciemus. Et hoc tenore presencium protestamur.

Nach dem Amelunxborner Kopiar II fol. 41 v im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Gedr. Harenberg, Hist. Gandersh. S. 1687.

1265.

Edler Arnold von Gudensberg überlässt dem Kl. Bredelar das Eigenthumsrecht an Dickebirschen Gütern in Esbike. *Wolfhagen 1271 Dezember 1.*

Nos Arnoldus miles nobilis de Gudenburg dictus Magnus universis has litteras inspecturis imperpetuum. Cum ex pietate profectibus omnium intendere debeamus, maxime tamen eorum, qui se iugo Christi manciparunt et quorum nobis apud Deum poterunt merita suffragari, inde est, quod omnibus tam presentibus quam futuris duximus intimandum, quod quedam bona sita sunt in villa Esbyke, que ecclesiam habet, que Elgerus et Gerlacus fratres filii Gerlaci militis dicti Dickebir a nobis in feodo possederunt, quorum, cum dicti fratres et ipsorum heredes et specialiter filii Gerlaci, Albertus et Iohannes in eisdem bonis coram nobis suo iuri cederent et cessissent, ius et dominum proprietatis, quod ad nos iure hereditario pertinebat, venerabilibus viris abbati et conventui in Breydelare una cum voluntate uxoris nostre Hildeburgis et consensu filiorum nostrorum Arnoldi, Everhardi et Iohannis acceptis tribus marcis contulimus perpetuo et pacifice possidendum. Protestantes etiam, quod tam proprietatem quam redditus predictorum bonorum cum omnibus suis pertinentiis tam iusto titulo emptionis possident, ut nullus prorsus ipsis super predictis bonis inferre debeat molestiam vel gravamen; et nos ad prestandam warandiam, ubicunque requisiti fuerimus, de proprietate predictorum bonorum constanter et fideliter

obligamus. Et ut hec donatio et rata permaneat nec quisquam heredum nostrorum postmodum infringere valeat vel mutare, presentem litteram in perpetuum testimonium sigilli nostri munimine duximus roborandam. Insuper et ad maiorem evidentiam congnatorum nostrorum domini Gysonis de Gudenburg et Iohannis de Helfenberg (sigillis)[1]) rogavimus communiri. Acta sunt hec[2]) in Wlfhagen, anno Domini M°.C°C°.LX°X primo, in crastino beati Andree apostoli. Testes huius rei sunt: Hermannus plebanus in Wlfhagen, Hermannus de Gudensperg, Wernherus et Ekhardus de Helfenberg, magister consulum Hinricus, Herboldus, Conradus de Nothuelt et consules omnes in Wlfhagen et alii quam plures.

[1]) *Fehlt.* [2]) *Vorher steht überflüssig* in.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 98. Von den drei Siegeln erhalten 1) an zweiter Stelle an weissen Leinenfäden verletztes J. v. Helfenbergs, dreieckig, getheilt, in der obern Hälfte 2 nach Aussen gekehrte Adlerköpfe nebst Hals, die untere Hälfte 6mal getheilt, Umschrift abgebröckelt; 2) an dritter Stelle an blaugefärbten Leinenfäden beschädigtes dreieckiges Siegel Gisos v. G.; das 1. von den rothgefärbten Fäden abgefallen.

1266.

Elekt Konrad von Osnabrück übereignet der Kirche in Enger zur Aufbesserung ihrer Präbenden einen von der vorgenannten Kirche erkauften Zehnten. Osnabrück 1271 Dezember 3.

In nomine Domini amen. Conradus Dei gratia electus ecclesie Osnaburgensis omnibus presens scriptum visuris in salutis auctore salutem. Quia labitur occulte fallitque volubilis etas, necesse est, ut, que in memoria sine lapsu oblivionis haberi debent, firmentur testibus et scriptura. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod Albero dictus Bune, ministerialis noster, decimam Leningeren et Übbinchusen integram, quam de manu nostra in feodo tenuit, ad instanciam .. decani et capituli ecclesie Angarensis, qui eandem decimam a dicto Alberone pro ducentis marcis emerant, in manus nostras libere et integraliter resignavit cum omni utilitate et iure, quod in eadem decima habebat vel habere poterat, Alberone et Gerhardo fratribus ac aliis coheredibus suis coram nobis libere sponte et voluntarie renunciantibus, si quid iuris in prefata decima haberent vel habere contingeret in futurum. Et nos post huiusmodi resignationem et renunciationem liberam a dictis Alberone et suis heredibus ob reverenciam beate virginis Marie et sancti Dyonisii, in quorum honore dedicata est ecclesia Angarensis, et ob devocionem canonicorum in eadem ecclesia Deo famulancium nobis et predecessoribus nostris exhibitam decimam memoratam cum eius proprietate et cum omni iuris et fructuum integritate, consensu . . prepositi et capituli ecclesie nostre ad hoc specialiter accedente, dictis canonicis et ecclesie Angarensi contulimus et assignavimus perpetuo possidendam ad augmentum prebendarum suarum, que per violenciam advocatorum tenues sunt effecte. Ne itaque dicta ecclesia ab aliquo in posterum super empcione ipsius decime et collacione calumpniari valeat seu turbari, presentem paginam huiusmodi rei seriem continentem ipsis canonicis et ecclesie Angarensi sigillis nostro et ecclesie nostre dedimus roboratam. Testes huius rei aderant: nobilir vir . . advocatus de Monte, socer noster, Iohannes de Rüdenberg, Iohannes Ursus, Hugo frater suus, Hugo filius suus, Suederus dapifer noster, Theodericus Stempel, Hugo de Wede, Bernardns de Beueren, Henricus de Aspelecampe, Otto Proyt et Ludewicus Uncus, milites; Iohannes iudex dictus Tuent, Henricus de Dissene, Iohannes Brant, Engelbertus Flos, Nicolaus de Dissene et alii quam plures adesse rogati. Acta sunt hec coram nobis in domo . . cantoris in civitate Osnaburgensi, presentibus dominis nostris, videlicet Lutgero preposito, Ernesto cantore, Alfrimmo, Conrado Unco, Euerardo de Horst, magistro Iordano, Henrico de Monte, Lutberto Wepe, Henrico preposito ecclesie Quaken(brugensis) et Rolando thesaurario ecclesie nostre. Datum Osembrucke, anno Domini M°.C°C. septuagesimo primo, tercio Nonas Decembris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Herford Stift St. Johann und Dionys Nr. 21. An Pergamentstreifen das ovale Elektensiegel Konrads: Brustbild des h. Petrus und darunter die knieend betende Gestalt des Elekten mit Rücksiegel, wie Westf. Siegel II, Taf. 52 Nr. 4 u. Taf. 62 Nr. 10; das zweite Siegel ab.

1267.

Bischof Simon von Paderborn bekundet, dass Hildeburg, des Ritters Ulrich von Wulfersen Wittwe, Haus und Hof in Nieheim dem Kl. Hardehausen übereignet habe. 1271 Dezember 6.

Symon Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presentem paginam audituris salutem in Domino. Recognoscimus et hoc presenti scripto protestamur, quod nobis presentibus et consentientibus Hildeburgis vidua, relicta Olrici militis de Wolfersen, domum suam et aream in Nihem pro remedio anime sue et viri sui monasterio in Hersuithehusei contulit, sub hac forma videlicet, ut ipsam eandem domum libere et quiete possideat, quoad vivit, post mortem vero ipsius abbas et conventus prefati monasterii de ipsa domo et area ordinare poterunt sine contradictione aliqua, quicquid volunt. Huic donationi interfuerunt abbas de Hersuithehusen et Rodolfus cantor, qui eam receperunt, Iohannes plebanus de Stockem, germanus eiusdem vidue, Hunoldus sacerdos et Hermannus scriptor noster. Datum anno Domini M°.C°C.LX°XI., in die sancti Nicolai.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Marienmünster Nr. 1. Siegel von dem von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen abgefallen. Ueber Hildeburg vgl. Nr. 1149.

1268.

Kl. Amelunxborn befriedigt die von den Verwandten der Frau eines seiner Donatoren erhobenen Ansprüche an deren Nachlass. 1271.

Fridericus advocatus ducis de Brunschwig, consules et communio civitatis Uslarie universis tam presentibus quam futuris presentem literam inspecturis notum esse volumus et constare, quod, cum bone memorie dominus Lodewicus de Uslaria et domina Alheidis uxor sua se et sua mobilia et immobilia infra vel extra muros civitatis Huxarie coram iustitia civitatis sue in Huxaria beate Marie virgini in Amelungesbornen [1]) obtulissent, domina Alheide laborante in extremis, fratres eius Ioannes Episcopus, Reinherus et Godebertus sororque eorum Margareta inquietaverant ecclesiam de Amelungesborn, dicentes ad se domum sororis sue et ea, que infra continebantur, iure hereditario devolutam. Que questio cum esset proposita et discussa intervenientibus viris prudentibus et honestis favorem utriusque partis habentibus, fratres domine Alheidis predicti cum sorore eorum, receptis XXIX marcis, marca pro X solidis computata, voluntarie et finaliter, sive aliquid vel nihil iuris haberent in querimonia supradicta; cum Sifrido et Godelberto filiis Ioannis Episcopi et Ioanne et Hermanno filiis Margarete, et Ludolfo filio fratris domine Alheidis, qui pro fratre suo Hermanno absente promisit, omnesque heredes, quorum consensus requirendus fuerat, renuntiaverunt fideliter et constanter, promittentes pro omnibus nepotibus et coheredibus eorum, quod curabunt amovere, si quis in posterum ecclesiam predictam voluerit perturbare, presertim cum nihil iuris eos habere in hereditate domine Alheidis sit a prudentibus iudicatum. Ut autem hec actio nulli veniat in dubium, presentem literam sigillo nostro et civitatis Uslarie fecimus communiri. Acta sunt hec anno domini M.CC.LXXI. Testes sunt: Fridericus et Ioannes monachi in Amelungesborn, Henricus plebanus de Insula, consules de Uslaria: Hermannus Friderici, Ludolfus de Foro, frater eiûs Bertoldus, Hermannus Godelberti, Anna, Sifridus filius Episcopi, Ernestus subadvocatus, Robertus de Huxaria, Henricus Holle et cum plebanis [2]) Conrado et Thetlevo et alii quam plures.

[1]) Amelingesbornen *Abschr.* [2]) *Eher zu lesen* plebano.

Aus Msc. II, 40 p. 532 im Kgl. St.-A. Münster. Eine mit dieser völlig übereinstimmende Ausfertigung, worin Graf Ludolf von Dassel Aussteller ist, in Falke, Koll. II p. 287 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv in Wolfenbüttel.

1269.

Graf Adolf von Waldeck giebt dem Kl. Berich einige Äcker zurück. 1271.

Adolfus Dei gratia comes de Waldecken universis fidelibus hanc chartam inspecturis salutem in eo, qui est vera et perpetua salus in ipso degentium. Noverint universi tam moderni quam futuri, quod

nos Dominum Ihesum et beatam virginem ac matrem eius[1]), Katherinam in famulis ac famulabus suis agnoscentes dilectis nobis preposito et conventui in Beriche, ordinis sancti Augustini, agros quosdam[2]) tam in nemoribus quam in campis planis, qui dicuntur eiusdem ecclesie marcha, in quibus iniuriabantur eis nostri de Werbe et de Sassenhusen rustici, reddidimus et restitui fecimus pro parte, sicut expediti sumus per ipsos rusticos de Werbe inferiori, quia differentia non habebatur inter marcham predicte ville et cenobii memorati. Est autem hec expeditio facta anno incarnationis dominice M°.C°C.LX°XI., presentibus hiis, quorum nomina sunt subscripta: Conrado preposito de Beriche, Reynboldo de Ryen[3]), milite, villico nostro, Gotfrido Lusco, Conrado de Meynharthusen[4]), Wernhero de Bemen, Conrado de Gensingen, Gerardo, Lodewico, Tymone, conversis ibidem, Hinrico Tygenstinder[5]), Iohanne Genedigegot et fratre suo Lodewico, Burchardo, Wolcmaro, Hartmudo et fratre suo ceterisque de inferiori Werbe rusticis, quibus constabat de expeditione memorata. Ut autem hec firma maneant nec aliquis nostrorum successorum ista violare presumat, presentem cartam dedimus eis sub testimonio nostri sigilli consignitam. Datum anno Domini supradicto.

[1]) *So beide Kopiare.* [2]) quosd. agros *C.* [3]) Reinb. de Rien *C.* [4]) Meinh. *C.* [5]) Tigenst.

Nach den Kopiaren I, fol. 47, II Nr. 136 (B u. C) des Kl. Berich im Fürstl. Waldeck. Archiv in Arolsen. Ist die Urk. oben Nr. 1247 echt, so ist diese vor 1271 März 31 zu setzen, da hier unzweifelhaft nur von dem alten Grafen Adolf die Rede sein kann. Jedenfalls ist Adolf nicht schon Ende 1270 gestorben, wie vielfach angenommen wird.

1270.

Die Ritter Werner und Bernhard von Brakel theilen dem Kl. Kappenberg mit, dass durch ihre Vermittlung ein Streit beigelegt ist. Driburg 1272 Januar 3.

E(rico) preposito totique conventui in Cappenberg Wer(nerus) et B(ernhardus) milites de Brakel, quicquid possunt promotionis et obsequii. Omnibus presens scriptum visuris declaramus, quod discordia que versabatur inter Heinricum de Wernen et Franconem nostra promotione mediante amicabiliter est decisa. Nos enim Wer(nerus) et Ber(nhardus) promittimus, ut dictus Franco conventui pro predicta causa nullum dampnationis gravamen inferre presumat. Huius rei testes sunt, qui interfuerunt in castro Driburg, videlicet dominus Wernherus, dominus Bernhardus de Brakel, dominus Olricus Sumercalph, dominus Bertoldus Sumercalph, Gotscalcus Sumercalph, Henricus Brewo, Heidenricus de Ossenthorp, Conradus Slippo et ceteri multi. Datum in Driburg, anno Domini M°.C°C.LXX°II., in octava Iohannis evangeliste.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Kappenberg (Depositum) Nr. 122. Ein Bruchstück vom Siegel Werners mit rechts schreitendem Löwen an von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen. Erich erscheint nur in diesem Jahre als Propst, während er 1271 Prior ist. Da nach dem Tode Arnolds (1271) noch im selben Jahre Bruno als Propst genannt wird und dann wieder 1272 (ohne näheres Datum) und später, so ist vielleicht statt E *zu lesen* B; *vielleicht ist, wofür auch sonst Beispiele vorliegen, Bruno zweimal Propst gewesen.*

1271.

Bischof Simon von Paderborn bekundet Güterverpfändung an Kl. Berich. Deensen 1272 Januar 5.

Simon Dei gratia Paderbornensis episcopus omnibus hoc scriptum visuris salutem in omnium salvatore. Notum esse cupimus presentibus publice protestantes, quod Godescalcus civis in Corbecke, dictus de Molehusen, consensu nostro et consilio requisito bona sua in Molenhusen claustro in Beriche sine preiudicio heredum suorum pro XXII marcis obligavit[1]) sibi et heredibus suis potestate redimendi, quandocunque placuerit, libere reservata, medio tempore inde preceptis in sortem minime computandis iure proprietatis ipsorum bonorum nobis et ecclesie nostre, ut convenit, reservato. In

testimonium vero consensus nostri presens scriptum nostro sigillo fecimus roborari. Datum Dhedhehusen anno Domini M°.C°C.LXX°II., in vigilia epiphanie Domini.

[1]) obligabit *Abschr.*

Aus Kopiar II Nr. 129 des Kl. Berich im Fürstl. Waldeck. Archiv in Arolsen.

1272.

Bischof Simon von Paderborn schenkt der Böddeker Kirche das Eigenthum des ihr von denen von Büren übereigneten Hofs in Helmern. Paderborn 1272 Februar 11.

Symon Dei gratia episcopus Paderbornensis universis hoc scriptum visuris salutem in Domino sempiternam. Universitati vestre notum facimus, quod dilectus nobis Bertoldus nobilis senior dominus de Buren et filius suus in nostra presencia constituti usufructum sive ius, quod in curtem Helmeren, quam a nobis in pheodo tenuerant, habebant, pro remedio anime sue Budicensi ecclesie donaverunt. Et nos proprietatem ipsius curtis pure donavimus cum omnibus suis pertinenciis et iuribus perpetuo possidendam. In huius rei testimonium presens scriptum nostro et predictorum nobilium de Buren sigillorum extitit roboratum. Actum et datum Paderborne, anno Domini M°.C°C. septuagesimo secundo, III. Idus Februarii.

Nach dem Böddeker Kopiar fol. XXI. in Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg.

1273.

Die Grafen Otto und Albert von Everstein übertragen dem Kl. Arolsen das Patronatsrecht über Dorlar. *Holzminden 1272 März 15.*

Fast wörtlich, auch in den Zeugen, übereinstimmend mit Urk. von 1271 März 15, vgl. oben Nr. 1242. Erwähnt Spilcker, Everstein S. 154 Anm. nach dem Or., hier nach Kopiar saec. XVI fol. 67 im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen.

1274.

Güterverzicht derer von Escheberg zu Gunsten des Kl. Netze. Volkmarsen 1272 März 27.

Omnibus hoc scriptum visuris nos Io(hannes) plebanus in Volcmersen, Henricus officialis domini episcopi Paderbornensis necnon consules et universi oppidani Volcmersen notum esse volumus et presentibus liquide protestamur Alexandrum militem de Escheberg, Volradum, Olricum, Wernherum et Hermannum fratres eiusdem simul et matrem una cum universis heredibus eorundem ab omni actione sive iusta sive iniusta, qua ecclesiam Nezze super uno manso in Holthusen sito et sex areis in villa Nezze sitis inpetebant, pro summa quinque marcarum nobis videntibus et audientibus perpetuo cessavisse nec amplius dictam ecclesiam super eodem manso et memoratis areis inpetere attemptabunt, set in quantum poterunt, promovebunt. Aderant autem, dum hec fierent, dominus Arnoldus prepositus in Aroldessen, dominus Hartmannus prepositus in Volchardinchusen, Henricus archipresbiter sedis Witmarie, Conradus dyaconus dictus de Huxaria. Insuper presentes erant milites: dominus Thidericus de Medrike, dominus Hermannus, Conradus de Nedere, Hermannus de Medrike et alii quam plures huius rei auditores. Acta sunt hec in oppido Volcmersen, anno incarnationis Domini M°.CC°.L°XXII°., in dominica Oculi mei, Alberto de Brunhardessen iudicium tenente et Arnoldo Rufo proconsul [1]) existente.

[1]) *So Or.*

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen guterhalten in gelbem Wachs grosses rundes Siegel der Bürger von Volkmarsen, Laie mit Schwert und Geistlicher mit Buch, Mitra und Stab nebeneinander auf einer Mauer sitzend. Area = kotenstede *nach Rückschrift saec. XVI.*

1275.

Ein Bürger in Fritzlar schenkt dem Kl. Hardehausen seinen Besitz in Hadamar. Fritzlar 1272 April 8.

In nomine Domini amen. Notum sit Christi fidelibus universis, quod ego Conradus lapicida civis Fritslariensis et Hildeburgis mea uxor unanimi de consensu et voluntate bona et sincera contulimus

ecclesie sancte Marie in Hersvidehusen, quicquid possessionis habuimus et habemus in villa et extra villam Hademar, in agris, in prediis, in redditibus, in silvis, in pascuis, in aquis et in silvis [1]) et aliis commodis communibus et privatis pro remedio animarum nostrarum et pro anima dilecte filie nostre Isentrudis ac aliorum progenitorum nostrorum, ita quod ego Conradus et predicta mea uxor, quoad vixerimus, percipiemus ad usus nostros bonorum eorundem redditus et proventus. Ut autem hec donatio robur firmitatis habeat in futurum, sigillo civium Fritslariensium presens scriptum fecimus et petivimus roborari. Datum et actum Fritslarie, anno Domini M°.C°C.LX°X secundo, VI°. Idus Aprilis.

[1]) *So wiederholt Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 167. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1276.

Papst Gregor X. beauftragt den Thesaurar der Soester Kirche, die Klagen des Paderborner Domkämmerers Otto von Rietberg über den Rath von Paderborn wegen der ihm streitig gemachten Jurisdiktion über die Verkäufer von Brod und Bier zu entscheiden. Lateran 1272 April 12.

Gedr. UB. V, 684.

1277.

Hermann v. Ösede überträgt ein ihm resignirtes Lehen zu Grosseneder einem andern. 1272 April 25.

Hermannus de Osethe omnibns hanc litteram visuris in Domino salutem. Noverint universi, quod duos mansos in magno Nedere sitos, quos Conradus miles de Siddessen et Conradus natus ipsius a me in pheodo tenuerunt, ex resignatione dicti Conradi mihi vacantes, Hinrico de Epe et Conrado suo fratri ex consensu uxoris mee, filiorum et heredum et usufructum dictorum mansorum uxori predicti Hinrici in pheodo contuli, ipsis et eorum heredibus perpetuo possidendos; nec ego vel mei heredes vel successores in pheodo vel dominio dictorum mansorum unquam ullo tempore poterimus vel debebimus . . . [1]) usurpare. Testes huius facti sunt: marscalcus et dominus Hermannus Marscalcus, Albero de Wellethe, Gotscalcus de Thinkelburg, milites, Raueno et Conradus de Papenhem. Thidericus et Iohannes fratres de Northe, Iohannes de Well(ethe), Iohannes de Aldentorpsen, Helmicus sculthetus, Iohannes Busse, Hinricus de Triburg et alii quam plures. In cuius eciam facti testimonium hanc litteram dictis Hinrico, Conrado, uxori Hinrici et eorum heredibus dandam duxi, sigilli mei appensione roboratam. Datum anno Domini M°.C°C.LX°X secundo, in crastino pasce.

[1]) *Ausgewischt im Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 256. An von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen dreieckiges Siegel mit nach rechts aufgerichtetem Löwen. Vgl. Westf. Siegel I Taf. 37 Nr. 8 u. S. 39. Die Wiederholung des Namens marscalcus *beweist, dass an zweiter Stelle aus der Amtsbezeichnung ein Familienname geworden ist. Vgl. unten Urk. v. 1291. u. Ztschr. XXXVII, 2, 190.*

1278.

Ritter Hermann v. Brakel, Ludolf Marschall des Bisthums Paderborn und sein Bruder Hermann verkaufen ihnen aufgelassenen Güter. Kl. Hardehausen 1272 Juni 2.

Nos Hermannus miles de Brakel, Ludolphus marscalcus domini Paderbornensis episcopi et Hermannus frater eius omnibus hoc scriptum audituris salutem in Domino sempiternam. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod Geroldus et Engelhardus fratres filii Wolperti cognomento Cath bona, que pessederant in Ouerde, in agris, areis et pascuis cum aliis omnibus suis pertinentiis, que a nobis in pheodo tenuerunt et legitime, secundum quod moris est, nobis resignaverunt ea conditione, quod proprietatem bonorum eorundem Hersuidehusensi monasterio conferremus, vendiderunt concorditer abbati et conventui dicti monasterii pro certa pecunie quantitate et nos proprietatem predictorum bonorum contulimus prefato monasterio, quemadmodum fuimus requisiti; pecunia eciam prenominata a prefatis fratribus ad integrum est soluta. Ipsi quoque coram multis honestis viris omni actioni et questioni, quam moverunt super decima in Dinkelborch, in qua nichil iuris habuerunt, sicut

a viris fidedignis instructi sunt, penitus renunciaverunt. Testes horum, que prescripta sunt, isti sunt: Gerhardus dictus Hadike, Alexander de Gundelsem et Fridericus de Isentdorph, Engelhardus de Stenhem et Hermannus frater eius, Borchardus de Herste, milites, et alii quam plures burgenses[1]) oppidi de Brakel. Ut autem hec rata permaneant et inconvulsa, presentem paginam fecimus conscribi et sigillorum nostrorum appensione roborari. Datum anno Domini M°.CC°.LXXI°I., in ascensione Domini.

[1]) burgences *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 168. Die drei Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Vgl. unten Urk. von 1295 März 23.

1279.

Konrad von Schöneberg resignirt den von Heerse zu Lehn gehenden Zehnten in Istrup zur Übergabe an Kl. Hardehausen. Geismar 1272 Juni 26.

Ne nostri temporis acta cum tempore labantur et in oblivionem veniant, necesse est, ut, que posteris cupimus constare, litteris perhennentur. Hinc nos Conradus de Sconenberg presentibus profitemur, quod decimam ville Istentorph, quam Fridericus et Bruninghus fratres de eadem villa dicti a nobis tenuerunt pro pheodo resignatam, nobis simpliciter ab eisdem honorabili domine nostre Herisiensi abbatisse, a qua nos ipsam decimam tenuimus in pheodo, una cum omnibus eis, quorum intererat, nostris heredibus toto iure resignamus ad hoc, ut ad dilectos Dei servos et amicos cenobii Hersuithehusensis eiusdem decime proprietas simpliciter et liberaliter transferatur. Actum apud opidum Geysmarie, anno Domini M°.CC°.LXXII°., die beatorum Iohannis et Pauli, Theoderico vicepreposito, Bertoldo Euerhardi filio, clericis; Stephano de Haldessen milite, Gyuehardo de Cigenberg, Hermanno scultheto Geysmarie, Iohanne de Litbeke, Iohanne Strith, Conrado de Nitelbeke, Wernhero, Olrico fratribus dictis Coruis, civibus de Geysmaria presentibus ad hoc rogatis specialiter et vocatis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 169. Siegel von dem von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen abgefallen. Vgl. oben Nr. 931.

1280.

Bischof Simon von Paderborn gestattet Abhaltung des Gottesdienstes auf dem Hof Risschedehusen. *1272 Juli 2.*

S(imon) Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris salutem in Domino. Notum esse cupimus, quod nos in curia Risschedehusen nostre dyocesis divina officia licenciamus fieri, dummodo consensus sui plebani accedat et sine ipsius preiudicio fiat, sicut decet. Datum anno Domini M°.C°C.LXX° secundo, sabbato ante Odelrici.

Aus Msc. VI. 125 p. 130 im Kgl. St.-A. Münster.

1281.

Bischof Simon von Paderborn belehnt den Grafen Friedrich von Rietberg mit dem Hof in Ostheim. Örlinghausen 1272 Juli 14.

Simon Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus universis presens scriptum visuris notum facimus et recognoscimus in hiis scriptis, quod nos non solum propter prestanda sed etiam prestita nobis et ecclesie nostre plurima obsequia nobili viro Frederico comiti de Reytberge et heredibus suis curiam in Ostheim cum mansis et aliis pertinenciis et iuribus contulimus in feodo perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium presens scriptum eidem dedimus sigilli nostri munimine roboratum. Actum et datum Orlinghusen, anno Domini M°.C°C.LXX°II., feria quinta post Margarete. Presentibus venerabili domino Conrado Osnabrugensis ecclesie electo, Ottone Paderbornensis ecclesie preposito, Alexandro de Orlinghusen plebano, Conrado de Avenstorf milite, Henrico thesaurario ecclesie sancti Petri in Paderborn, notario nostro, et aliis ad hoc rogatis testibus et vocatis.

Or. im Gräfl. Rietberger Archiv im Besitz des Herrn Tenge zu Rietberg. An Pergamentstreifen das Siegel des Bischofs. Der prep. Paderb. eccl. *ist Propst Otto von Busdorf.*

1282.

Propst Hermann von Nigenkerken Z. bei Güterverpfändung an Kl. Marienfeld. 1272 August 5.

Gedr. UB. III, 924.

1283.

Abt Thimo von Corvey überträgt das Eigenthumsrecht mehrerer Güter bei Fürstenberg an Kl. Schaken zur Beschaffung der Lichter. Marsberg 1272 September 29.

Thimo Dei gratia Corbeiensis ecclesie abbas omnibus hoc scriptum intuentibus gratiam Iesu Christi perpetuam cum salute. Tam futuris quam presentibus cupimus notum fieri, quod nos dilectorum in Christo Henrici prepositi ac conventus sanctimonialium ecclesie nostre Scakensis precibus inclinati ad resignationem Henrici de Imminchusen de bonis apud[1]) Vorstenberg sitis, que vulgariter Hegeretgut[2]) nuncupantur, a venerando domino Hermanno abbate nostro antecessore collatis eidem in manus nostras factam proprietatem eorundem bonorum cum pensione annuali nobis exinde profutura ecclesie memorate ad usus luminarium cum iure perpetuo duximus conferendam. Hanc autem collationem, ne a posteris possit irritari, presentis scripti testimonio et nostri et ecclesie nostre Corbeiensis sigillorum impressionibus decrevimus confirmari. Datum apud Montem Martis, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, III. Kalendas Octobris[3]).

[1]) ante *D.* [2]) Hegeretzguth *D.* [3]) *B hat* in Kalendis Oct.

Aus Overhams Coll. II, fol. 85v (B), Falke Koll. II, p. 401 (C) im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv in Wolfenbüttel; Msc. I, 245 p. 417 (D) im Kgl. St.-A. Münster.

1284.

Gräfin Beatrix von Pyrmont resignirt dem Abte Thimo von Corvey den ihr zur Leibzucht überwiesenen halben Zehnten zu Höxter. 1272 Oktober 1.

Universis presentes litteras inspecturis Beatrix vidua relicta Godescalci nobilis de Perremunt notum esse volumus et presenti scripto protestamur, quod medietatem decime in Huxeri[1]), que ad vite nostre tempora deputata nobis fuerat, nos cum bona voluntate presentibus et consentientibus filiis nostris in presentia conventus Corbeyensis venerabili domino[2]) Thymmoni[3]) eiusdem ecclesie abbati resignavimus et sigillo communi[4]) filiorum nostrorum ac nostro presentem paginam super eo conscriptam fecimus communiri. Datum Corbeye[5]), anno gratie M°.C°C.LX°XII., in die beati Remigii episcopi et confessoris[6]).

[1]) Huxaria *C.* [2]) *Fehlt D.* [3]) Thymoni *D.* [4]) omnium *D.* [5]) Corbeie *C.* [6]) ep. et conf. *fehlt C.*

Aus Msc. I, 133 p. 380 (B), I, 134 p. 247 (C) und Abschr. Mooyers (D) im Kgl. St.-A. Münster.

Gedr. Osn. Mitth. V, 132.

1285.

Johann und Gottschalk von Padberg bekunden Verzicht der von Escheberg zu Gunsten Bredelars. Marsberg 1272 Oktober 9.

Nos Iohannes et Godescalcus fratres de Pathberg, Iohannes iudex, Heinricus magister consulum et universitas oppidi Montis Martis ad cunctorum tam presentium quam futurorum volumus noticiam pervenire, quod Alexander miles necnon et fratres sui Volradus, Odelricus, Wernherus et Hermannus de Escheberg, unanimi voluntate actioni[1]) sive questioni penitus renuntiaverunt, quam habebant contra abbatem et conventum in Breydelare super quibusdam agris, quos idem fratres dicebant sue curti in Esbyke pertinere et predicti abbas et conventus protestabantur econtra a Godescalco milite comparasse et emptionis titulo quiete longo tempore possedisse. Insuper et duo iugera[2]) sita iuxta Kytelbyke dicti fratres addiderunt supradictis abbati et conventui perpetuo possidenda et decimam agrorum, super quibus vertebatur questio, et predictorum iugerum[2]) pro memoria sui et suorum liberam perpetuo donaverunt, ita ut predicti agri et ipsa duo iugera[2]) non essent de cetero decimanda. Abbas vero et conventus sepe

nominati septem marcas currentis monete prenominatis fratribus pro compositione et amicicia contulerunt de consilio prudentum virorum, qui mediatores huius compositionis fideliter extiterunt. Preterea ne litis materia vel occasio oriatur vel oriri possit inter ipsos, ordinatum est et statutum ipsis fratribus consentientibus et promittentibus vera fide, ne pecora curtis sue de Opsprunche de cetero non arceant vel prohibeant a pascuis in Esbyke vel aliqua occasione debeant vel presumant in ipsis pascuis molestare. Et ut hec compositio et pacis ordinatio inter ipsos iugis permaneat et stabilis, utriusque partis precibus presentes litteras sigillorum nostrorum appensione[3]) in perpetuum testimonium duximus roborandas. Acta sunt hec in Monte Martis, anno Domini M°.C°C°. septuagesimo secundo, in festo beati Dionisii. Testes sunt: Odelricus miles de Westhem, Lodewicus Longus.

[1]) acctioni *Or.* [2]) iuggera *Or.* [3]) appensitione *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 99. An Pergamentstreifen die Siegel 1) Johanns von Padberg, 2) der Stadt Marsberg, verletzt.

1286.

Genannte Schiedsrichter bekunden Streitbeilegung wegen Güter in Helmern zu Gunsten des Kl. Hardehausen. 1272 Oktober 28.

In nomine Domini amen. Nos Albertus dictus de Bodenhusen officialis domini episcopi Paderbornensis in Wartberg, et Ludolfus marscalcus eiusdem, milites, et Conradus de Wethen, civis in Wartberg, universis hoc scriptum audituris salutem in Domino. Presentibus recognoscimus et publice protestamur, quod super uno manso in Helmere, super quo dominus Gerhardus miles dictus Sculthetus impedivit conventum in Hersuithehusen, Geroldus de Helmere venit in presentiam nostri et coram nobis et multis honestis viris warandyam debitam prestitit monasterio et fratribus de Hersuithehusen secundum omnem iusticiam, quam debebat. Unde nos et omnes, qui astabant, presenti facto iudicavimus per veritatem, quod dictus G(erhardus) Sculthetus[1]) super predicto manso fratres dicti monasterii iniuste et indebite impulsaret; quam ob rem rogavimus et monuimus eundem, quatinus ob reverentiam domini episcopi ab inquietatione monasterii desisteret et suum warandum videlicet Geroldum predictum impeteret, prout deposceret ius commune, quia monasterium in hoc casu in nullo sibi teneretur penitus respondere. Igitur quia hec omnia coram nobis dicta et gesta sunt, presentem cartam continentem rei veritatem fecimus conscribi et sigillorum nostrorum appensione communiri. Testes eciam, qui nobiscum aderant, sunt hii: Reymbodo prior in Hersuithehusen, Liborius magister hospitum, Rodolfus, sacerdotes et monachi, frater Conradus de Scerue, frater Conradus de Dalhem et frater Conradus sutor, conversi et professi ibidem, Engelhardus de Stenhem, Godescalcus et Gerhardus fratres dicti de Dinckelborch, milites, Bernhardus filius domini Hermani de Osede, Henricus de Epen et Helmicus iuvenis Sculthetus servi et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LXX° secundo, in die sanctorum apostolorum Symonis et Iude.

[1]) scluthetus *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 170. Die drei Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Reg. und Erläuterung Wigand, Archiv 1, 3, 91.

1287.

Ein Bürger der Neustadt Herford stiftet in der Kirche auf dem Berge daselbst seine Memorie. 1272 November 2.

Omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Io(hannes) dictus de Hagen, burgensis novi opidi Heruordensis, in salutis auctore salutem. Noverint universi tam presentes quam posteri, quod nos de consensu uxoris nostre et omnium heredum nostrorum ecclesie Montis sancte Marie iuxta Heruordiam in agris nostris sitis iuxta montem Luttenberg annuum et perpetuum censum dedimus et contulimus pro anime nostre remedio libere in hunc modum. Tempore vite nostre mediam cere libram tantum-

modo dabimus. Cumque diem extremum clauserimus heredes nostri, qui agros predictos habuerint, decane et conventui et rectori ipsius ecclesie quindecim denarios et mediam libram cere in festo Michaelis[1]) absque omni contradictione persolvent, ita ut in anniversario nostro nostri et uxoris nostre perhennis memoria habeatur. Ne autem dictus census minui valeat vel augeri absque nostro et heredum nostrorum mandato, et ne, quod pie fecimus et benigne, maligne et impie dissolvatur, seriem huius pagine sigillo opidi nostri astantibus consulibus, quos universos et singulos pro testibus acceptamus, fecimus et rogavimus roborari. Actum anno Domini M°.C°C.LX°X secundo, proximo die omnium sanctorum.

[1]) Michealis *A.*

Or. in zwei Ausfertigungen im Kgl. St.-A. Münster, Herford Stift auf dem Berge Nr. 12 (A); an Pergamentstreifen das plattgedrückte Stadtsiegel; Herford, Fürstabtei Nr. 62, in sehr defektem Zustande (B); Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1288.

Dompropst Heinrich von Paderborn schenkt dem Kapitel von St. Peter und Andreas in Paderborn ein Haus zu einer Memorie für seine Eltern. Paderborn 1272 November 10.

Henricus Dei gratia prepositus Paderbornensis ecclesie omnibus presens scriptum visuris salutem in Domino. Universitas vestra scire debet, quod nos domum nostram apud curiam nostram sitam cum area et pertinentiis suis et iuribus capitulo sive ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree Paderburnensis libere donavimus, ut nostra, patris et matris nostre memoria in eadem ecclesia in vigilia Mathei apostoli perpetuo peragatur. Celerarius vero dicte ecclesie pensionem dicte domus percipiet et solvet maiori ecclesie quatuor solidos in termino memorato, ut et ibidem nostra et parentum nostrorum, videlicet Heinrici comitis et Haziken, memoria peragatur[1]). In cuius rei testimonium presens sigillo nostro fecimus roborari. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°XII., in vigilia Martini.

[1]) peragantur *Abschr.*

Aus Msc. I, 121 fol. 20 im Kgl. St.-A. Münster.

1289.

Richter, Rathmänner und Bürger von Corbach bekunden Uebereinkommen des Kl. Berich mit Gottschalk von Mölnhausen. 1272 November 12.

Nos iudices, consules ceterique burgenses in Curbece tenore presentium protestamur conventum ecclesie Beriche et Gotscalcum de Molnhausen convenisse in hunc modum, videlicet, quod idem conventus accipiet quatuor annis viginti modios siliginis et totidem avene de curte in Alueringhausen in recompensationem decime in Elueringhausen, quam prefatus Gotscalcus de sue uxoris consensu vendidit conventui ecclesie supradicte, tali siquidem conditione imposita, quod, si de predicta annona quid defecerit, de reditibus curtis in Lengeuelt, qui ad eundem Gotscalcum pertinent, fiat supplementum. In cuius evidentiam rei presens scriptum sigillo nostro fecimus roborari. Datum anno Domini M°.C°C.LX°X secundo, vigilia beati Martini. Presentibus: Florino, Heinone, militibus, H. Beitzel, Wernero, Alberto, et aliis compluribus.

Nach Bericher Kopiar III fol. 4 v u. fol. 16 im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen.

1290.

Dompropst Heinrich von Paderborn verleiht an Dechant und Kapitel von Busdorf den von diesen vom Ritter Andreas von Enenhus in Asseln erkauften Zehnten. Paderborn 1272 November 18.

Universis hoc scriptum visuris Heinricus Dei gratia prepositus maioris ecclesie Paderburnensis salutem in Domino sempiternam. Universitati vestre notum facimus per hoc scriptum, quod in nostra presentia constituti Regenhardus decanus et capitulum ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree Paderburnensis ex una parte et Andrea milite dicto de Enhus, Hadewige uxore sua, liberis et heredibus suis ex parte altera dicti R(egenhardus) decanus et capitulum decimam ville Aslen in parrochia Keric-

nominati septem marcas currentis monete prenominatis fratribus pro compositione et amicicia contulerunt de consilio prudentum virorum, qui mediatores huius compositionis fideliter extiterunt. Preterea ne litis materia vel occasio oriatur vel oriri possit inter ipsos, ordinatum est et statutum ipsis fratribus consentientibus et promittentibus vera fide, ne pecora curtis sue de Opsprunche de cetero non arceant vel prohibeant a pascuis in Esbyke vel aliqua occasione debeant vel presumant in ipsis pascuis molestare. Et ut hec compositio et pacis ordinatio inter ipsos iugis permaneat et stabilis, utriusque partis precibus presentes litteras sigillorum nostrorum appensione[3]) in perpetuum testimonium duximus roborandas. Acta sunt hec in Monte Martis, anno Domini M°.C°C°. septuagesimo secundo, in festo beati Dionisii. Testes sunt: Odelricus miles de Westhem, Lodewicus Longus.

[1]) acctioni *Or.* [2]) iuggera *Or.* [3]) appensitione *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 99. An Pergamentstreifen die Siegel 1) Johanns von Padberg, 2) der Stadt Marsberg, verletzt.

1286.

Genannte Schiedsrichter bekunden Streitbeilegung wegen Güter in Helmern zu Gunsten des Kl. Hardehausen. 1272 Oktober 28.

In nomine Domini amen. Nos Albertus dictus de Bodenhusen officialis domini episcopi Paderbornensis in Wartberg, et Ludolfus marscalcus eiusdem, milites, et Conradus de Wethen, civis in Wartberg, universis hoc scriptum audituris salutem in Domino. Presentibus recognoscimus et publice protestamur, quod super uno manso in Helmere, super quo dominus Gerhardus miles dictus Sculthetus impedivit conventum in Hersuithehusen, Geroldus de Helmere venit in presentiam nostri et coram nobis et multis honestis viris warandyam debitam prestitit monasterio et fratribus de Hersuithehusen secundum omnem iusticiam, quam debebat. Unde nos et omnes, qui astabant, presenti facto iudicavimus per veritatem, quod dictus G(erhardus) Sculthetus[1]) super predicto manso fratres dicti monasterii iniuste et indebite impulsaret; quam ob rem rogavimus et monuimus eundem, quatinus ob reverentiam domini episcopi ab inquietatione monasterii desisteret et suum warandum videlicet Geroldum predictum impeteret, prout deposceret ius commune, quia monasterium in hoc casu in nullo sibi teneretur penitus respondere. Igitur quia hec omnia coram nobis dicta et gesta sunt, presentem cartam continentem rei veritatem fecimus conscribi et sigillorum nostrorum appensione communiri. Testes eciam, qui nobiscum aderant, sunt hii: Reymbodo prior in Hersuithehusen, Liborius magister hospitum, Rodolfus, sacerdotes et monachi, frater Conradus de Scerue, frater Conradus de Dalhem et frater Conradus sutor, conversi et professi ibidem, Engelhardus de Stenhem, Godescalcus et Gerhardus fratres dicti de Dinckelborch, milites, Bernhardus filius domini Hermani de Osede, Henricus de Epen et Helmicus iuvenis Sculthetus servi et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LXX° secundo, in die sanctorum apostolorum Symonis et Iude.

[1]) scluthetus *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 170. Die drei Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Reg. und Erläuterung Wigand, Archiv 1, 3, 91.

1287.

Ein Bürger der Neustadt Herford stiftet in der Kirche auf dem Berge daselbst seine Memorie. 1272 November 2.

Omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Io(hannes) dictus de Hagen, burgensis novi opidi Heruordensis, in salutis auctore salutem. Noverint universi tam presentes quam posteri, quod nos de consensu uxoris nostre et omnium heredum nostrorum ecclesie Montis sancte Marie iuxta Heruordiam in agris nostris sitis iuxta montem Luttenberg annuum et perpetuum censum dedimus et contulimus pro anime nostre remedio libere in hunc modum. Tempore vite nostre mediam cere libram tantum-

modo dabimus. Cumque diem extremum clauserimus heredes nostri, qui agros predictos habuerint, decane et conventui et rectori ipsius ecclesie quindecim denarios et mediam libram cere in festo Michaelis[1]) absque omni contradictione persolvent, ita ut in anniversario nostro nostri et uxoris nostre perhennis memoria habeatur. Ne autem dictus census minui valeat vel augeri absque nostro et heredum nostrorum mandato, et ne, quod pie fecimus et benigne, maligne et impie dissolvatur, seriem huius pagine sigillo opidi nostri astantibus consulibus, quos universos et singulos pro testibus acceptamus, fecimus et rogavimus roborari. Actum anno Domini M°.C°C.LX°X secundo, proximo die omnium sanctorum.

[1]) Michealis *A.*

Or. in zwei Ausfertigungen im Kgl. St.-A. Münster, Herford Stift auf dem Berge Nr. 12 (A); an Pergamentstreifen das plattgedrückte Stadtsiegel; Herford, Fürstabtei Nr. 62, in sehr defektem Zustande (B); Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1288.

Dompropst Heinrich von Paderborn schenkt dem Kapitel von St. Peter und Andreas in Paderborn ein Haus zu einer Memorie für seine Eltern. Paderborn 1272 November 10.

Henricus Dei gratia prepositus Paderbornensis ecclesie omnibus presens scriptum visuris salutem in Domino. Universitas vestra scire debet, quod nos domum nostram apud curiam nostram sitam cum area et pertinentiis suis et iuribus capitulo sive ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree Paderburnensis libere donavimus, ut nostra, patris et matris nostre memoria in eadem ecclesia in vigilia Mathei apostoli perpetuo peragatur. Celerarius vero dicte ecclesie pensionem dicte domus percipiet et solvet maiori ecclesie quatuor solidos in termino memorato, ut et ibidem nostra et parentum nostrorum, videlicet Heinrici comitis et Haziken, memoria peragatur[1]). In cuius rei testimonium presens sigillo nostro fecimus roborari. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°XII., in vigilia Martini.

[1]) peragantur *Abschr.*

Aus Msc. I, 121 fol. 20 im Kgl. St.-A. Münster.

1289.

Richter, Rathmänner und Bürger von Corbach bekunden Uebereinkommen des Kl. Berich mit Gottschalk von Mölnhausen. 1272 November 12.

Nos iudices, consules ceterique burgenses in Curbece tenore presentium protestamur conventum ecclesie Beriche et Gotscalcum de Molnhausen convenisse in hunc modum, videlicet, quod idem conventus accipiet quatuor annis viginti modios siliginis et totidem avene de curte in Alueringhausen in recompensationem decime in Elueringhausen, quam prefatus Gotscalcus de sue uxoris consensu vendidit conventui ecclesie supradicte, tali siquidem conditione imposita, quod, si de predicta annona quid defecerit, de reditibus curtis in Lengeuelt, qui ad eundem Gotscalcum pertinent, fiat supplementum. In cuius evidentiam rei presens scriptum sigillo nostro fecimus roborari. Datum anno Domini M°.C°C.LX°X secundo, vigilia beati Martini. Presentibus: Florino, Heinone, militibus, H. Beitzel, Wernero, Alberto, et aliis compluribus.

Nach Bericher Kopiar III fol. 4 v u. fol. 16 im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen.

1290.

Dompropst Heinrich von Paderborn verleiht an Dechant und Kapitel von Busdorf den von diesen vom Ritter Andreas von Enenhus in Asseln erkauften Zehnten. Paderborn 1272 November 18.

Universis hoc scriptum visuris Heinricus Dei gratia prepositus maioris ecclesie Paderburnensis salutem in Domino sempiternam. Universitati vestre notum facimus per hoc scriptum, quod in nostra presentia constituti Regenhardus decanus et capitulum ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree Paderburnensis ex una parte et Andrea milite dicto de Enhus, Hadewige uxore sua, liberis et heredibus suis ex parte altera dicti R(egenhardus) decanus et capitulum decimam ville Aslen in parrochia Keric-

torpe site cum suis pertinentiis et iuribus a prefato milite, uxore sua, liberis et heredibus suis emptionis tytulo compararunt. Qui, postquam eis de precio fuerat satisfactum, eandem decimam cum pertinentiis in manus nostras omnes et singuli libere resignarunt, renunciantes omni iuri, si quod ipsis vel eorum alicui competere posset in eadem decima, liberaliter coram nobis. Promiserunt nichilominus dicti Andreas, liberi et heredes sui sepedictis R(egenhardo) decano et capitulo plenam dicte decime warandiam. Nos vero post huiusmodi resignationem nobis factam eandem decimam cum suis pertinentiis et iuribus multotiens dictis R(egenhardo) decano et capitulo contulimus perpetuo possidendam vel etiam retinendam. In cuius rei testimonium presens scriptum ad peticionem partium nostro et civitatis Paderburnensis sigillis extitit sigillatum. Actum Paderburne [1]), anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, in octava Martini. Presentibus: magistro Iohanne de Scildesce cantore, Thiderico dicto de Susato, Bernardo de Warendorpe, Ludolfo filio marscalci, magistro Thetmaro, Ludolfo dicto de Susato, canonicis maioris ecclesie Paderburnensis; Amelungo de Driburg, Lodewico dicto Bulemast, Alberone dicto Criuet militibus; Iohanne filio domini Amelungi de Driburg, Iohanne filio domini Lodewici dicti Bulemast, Suedero dicto de Elsen, Godefrido gogravio, ministerialibus Paderburnensibus; Iohanne de Barchusen, Henrico de Platea Regis civibus Paderburnensibus et aliis quam pluribus clericis et laicis testibus [2]) ad hoc rogatis. Datum loco, [3]) tempore et anno suprascriptis.

[1]) Paderborne *B.* [2]) *Fehlt B.* [3]) *B. fügt* et *hinzu.*

Or. in zwei Ausfertigungen (A u. B, beschädigt) im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 28. Von beiden Exemplaren beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Asseln ist erst 1660 eine selbständige Pfarre geworden und war bis zu den ersten Decennien des 14. Jahrh. nach Kerktorp, *demnächst aber nach Lichtenau eingepfarrt. (Spancken.) Vergl. unten Urk. von 1275 Mai 31 u. 1295 März 29. Ztschr. XXXVIII, 2, 139.*

1291.

Richter, Ritter und Bürgerschaft von Lemgo bekunden Beilegung eines Streites zwischen Abt Hermann (Abdinghof) und einer Frau über den Osterhof in Widen. Lemgo 1272 Dezember 18.

Nos iudex, milites, consules totaque universitas Lemegogensis omnibus presens scriptum visuris publice protestamur, quod dominus Hermannus abbas Padebornensis et Ermendrudis filia Conradi de Svalenberg super contentione habita pro quadam curte de Osterhof sita in villa Widhen in nostra presentia taliter concordarunt, videlicet, quod prenominatus abbas dat quatuor marcas legalium denariorum femine prenotate et ipsa omni iuri suo, quod in ipsa curte habere videbatur, renuntians manualiter in manus ipsius abbatis libere resignavit, presentibus domino Henrico de Gummere et domino Gotscalco Slauo et domino Henrico fratre suo, militibus; Arnoldo de Ebbestorp iudice et Euerhardo de Bileuelde proconsule, Alberto Besticone et Hildebrando de Rentelen, Hildebrando de Melle et Henrico dicto Welkere, Gerwino de Hombornen et Gotfrido de Scaytelbike, Ludolfo de Orlinchosen et Borchardo de Hodinctorpe, Borchardo de Barichosen et Henrico de Tencinctorpe, consulibus et aliis conburgensibus nostris, qui ordinationi huiusmodi affuerunt. Ne autem super hiis aliqua calumpnia utrilibet in posterum suscitetur, ad petitionem partis utriusque ipsum scriptum contulimus ipsis in testimonium posteris appensione nostri signaculi firmiter roboratum. Actum et datum Lemego, anno Domini M°.C°C.LX°X secundo, quintodecimo Kalendas Ianuarii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Abdinghof 67. An Pergamentstreifen Bruchstück des Siegels der Altstadt Lemgo, wie Westf. Siegel II, Taf. 68 Nr. 1. Zu Widhen *vgl. oben Nr. 1187.*

1292.

Propst Heinrich von Paderborn belehnt als Vormund des Kl. Corvey den Andreas von Bentlage mit Gütern (in Löningen). Paderborn 1272.

Heinricus Dei gratia prepositus Paderbornensis. Notum facimus tam presentibus quam futuris, quod nobis existentibus tutore ecclesie Corbeiensis Andree de Bentlage ac Beatrici uxori sue contulimus

bona, que de manu nostra tenere debuit et ecclesie Corbeiensi, bona vero, que abbas et conventus ecclesie Herswidehusensis ab ecclesia Corbeiensi legitime pro sua pecunia conparaverant, in predictorum abbatis et conventus preiudicium et gravamen ipsis A(ndree) et B(eatrici) minime conferentes, quod presentibus cum appensione sigilli nostri publice profitemur. Datum Paderborne, anno Domine M°.C°C.LX°XII.

Or. als Transfix zu Nr. 467 (oben zum J. 1251) im Domarchiv zu Osnabrück. Vom Siegel ein geringes Bruchstück an Pergamentstreifen erhalten. Dass es sich um Güter in Löningen handelt, ergibt sich aus Nr. 467 und der gleichzeitigen Rückschrift de bonis in Loningen. *Gedr. Osn. Mitth. III, 282.*

1293.

Abt Dietrich und Konvent von Bredelar geben das von Propst Elger von Arolsen ihnen geschenkte Besitzrecht an einen Hof in Urdorf diesem zurück. 1272.

Frater Th(eodericus) dictus abbas totusque conventus in Bredelare, ordinis Cysterciensis, universis presentes litteras inspecturis duximus intimandum, quod curtim in Urdorpp, quam dominus Elberus prepositus in Aroldessen nobis et nostre ecclesie post mortem suam assignavit perpetuo possidendam cum ipsa proprietate, que ad nos specialiter pertinebat, et cum omnibus pertinentiis suis ipsi ob reverentiam suam et dilectionem liberam donamus et restituimus nichil iuris nobis nunc in ipsa curte et postmodum ass(cri)bentes, ita ut ipse tam in vita quam in morte ordinare possit, quicquid de ea statuerit vel duxerit ordinandum. Ad cuius rei evidentiam presentem litteram sigillo ecclesie nostre tradidimus sigillatam. Datum et actum anno Domini M°.CC°.LXX°. secundo.

Aus Kopiar II fol. 72v des Kl. Arolsen im Fürstl. Waldeck. Archiv in Arolsen.

1294.

Die Grafen Ludwig von Everstein und Ludolf von Dassel bekunden Beilegung eines Streites ihres Verwandten Otto von Everstein mit Kl. Amelunxborn wegen eines Zehnten in Goldbeck. Höxter 1272.

U. d. Zeugen: Henricus decanus Huxariensis, Henricus de Paterborne miles; Henricus Monetarius, Bertoldus de Antiquo Foro, Conradus Biseworm, Iohannes de Lucheringen, Robertus Monetarius et filius eius Giselbertus, cives Huxarienses. . . . In civitate Huxariensi in porticu s. Kiliani.

Gedr. (unvollständig) Spilcker, Everstein UB. Nr. 159. Reg. Falke, Cod. trad. Corb. 594 Anm. v.

1295.

Die Edelherrn Willikin und Adolf von Holte verpflichten sich, das Obereigenthum der dem Abte Dietrich und Konvent zu Loccum von Jordan von Eckere verkauften Güter zu Thetwardestorpe *der Kirche zu Corvey baldigst zu resigniren. 1272.*

Gedr. v. Hodenberg, Calenberg UB. III, 324. Ueber Thetwardestorpe *vgl. daselbst Nr. 7.*

1296.

Die Schöffen in Kassel bekunden Beilegung eines Besitzstreites zwischen einem ihrer Mitbürger und dem Kl. Hardehausen. Cassel 1272.

Nos scabini oppidi in Cassele universi omnibus hoc scriptum audituris salutem in Domino sempiternam. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod, cum abbas de Herswithehusen moveret causam et movere intenderet Alberto sacerdoti filio Lodewici de Haroldeshusen quondam concivis nostri et iam eum citasset pro iniuriis et dampnis sibi et suo monasterio ab eodem irrogatis, videlicet quod bona, que conventui in Herswithehusen in elemosinam contulerat coram multis et etiam ipsam possessionem in manus abbatis et nunciorum suorum resignaverat, temere et presumptuose invaserat, aliquam partem bonorum in Elgereshusen sine scitu abbatis et fratrum suorum distrahendo domum suam incendendo moltrum siliginis quasi rapiendo, equum unum subtrahendo, honesti viri partes suas in Cassele interponentes abbatem et A(lbertum) sacerdotem in hunc modum concordaverunt, quod predictus A(lbertus)

monasterio pro agris venditis duos agros in Haroldeshusen pro recompensacione restituit, cetera abbas pro pietate et nostra peticione relaxavit eo pacto, quod, si prefatus A(lbertus) umquam de cetero ageret, aliquid in prefatis bonis contra voluntatem abbatis, omnem utilitatem et graciam quam in ipsis bonis percipere consueverat, penitus perdidisset. Acta sunt in Cassele, anno Domini M°.CC°.LXXII., coram testibus subnotatis, scilicet Eckehardo milite de Tuern, Conrado de Ramershusen, Conrado Hedenrici filio, Reinhardo, Winando, Hermanno de Stochusen, Conrado et Sifrido fratribus.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 171. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1297.

Papst Gregor X. spricht den Bischof Gerhard, Kapitel und Klerus von Münster los von der über sie verhängten Exkommunikation wegen Gefangennahme des Bischofs Simon von Paderborn. O. J. (Um 1272.)

Vergl. UB. V, 683.

1298.

Die Rathmänner von Marsberg und Corbach bekunden Besitzverzicht zu Gunsten des Kl. Bredelar. Marsberg und Corbach 1273 Januar 5.

Nos consules Montis Martis et de Corbyke universis presentes litteras inspecturis vel audituris duximus intimandum, quod Theodericus et Hermannus filii Hermanni dicti Tregel, Hermannus et Albertus filii Constantini militum de Esbyke in presentia nostra constituti omni actioni et questioni, quam habebant et movebant contra abbatem et conventum in Breydelar occasione paterne hereditatis super agris, possessionibus et debitis penitus renunciaverunt, hac interposita conditione, ut frutices dumtaxat seu rubi loci illius, qui vulgariter dicitur Arneslyth, in parvo districtu, ubi in presenti spelunce habentur, et utilitas, que in metallo sub terra provenire poterit, ad ipsos consanguineos debeat pertinere. Nec tamen hac occasione de pascuis causari debent set transitum iumentorum et pecorum et quicquid commoditatis illius loci super terram existit, sine preiudicio et impedimento predicti abbas et conventus perpetuo retinebunt, ipsis tantum lignis et utilitate subterranea iam dictis consanguineis deputata. Predicti etiam fratres et consanguinei firma pollicitatione spoponderunt, ut nullis de cetero inpulsationibus personas vel monasterium predictum gravarent vel aliquibus perturbationibus molestarent set ad promotionem ipsorum omni tempore darent operam studiosam. Prenominati vero abbas et conventus sepedictis fratribus de consilio prudentum virorum, Elcheri videlicet et Gerlaci dictorum Dyckebyer et Lodewici Longi, qui mediatores extiterunt, duas marcas contulerunt, ut sic esset omnis litis occasio vel materia inter ipsos penitus amputata. Nos vero super huiusmodi renuntiatione facta coram nobis presentes litteras conscriptas tam abbatis et conventus in Breydelar quam predictorum fratrum precibus in testimonium et perpetuam noticiam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Presentes etiam fuerunt huic renunciationi et compositioni: Plebanus de Esbyke Heinricus, magister consulum Iohannes de Bylinchusen, iudex Gerlacus de Tuiste, Iohannes de Querenkerken, Helmicus de Huxaria, Hyldebern, Gerhardus Eylyken, Hermannus super theatro, Bertoldus de Huxaria, Fridericus Specht, de Corbyke: Conradus plebanus, Hermannus super fonte, Henricus Teddesalt, Conradus Slegeregen, Theodericus de Vorstenberg, Iohannes Keinpe, Iohannes Surdus et alii quam plures. Datum in Monte Martis et in Corbike, anno Domini M°.C°C. septuagesimo tercio, in vigila epyphanie Domini.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 102. Von den zwei an Pergamentstreifen angehängten Siegeln das verletzte der Stadt Corbach erhalten. Gedr. Seibertz, UB. I, 358 ungenau nach Kopie.

1299.

Abt Johannes v. Helmarshausen übereignet dem Kl. Gehrden einen Hof in Frohnhausen. 1273 Januar 12.

Iohannes Dei gratia Helmwordeshusensis abbas omnibus in perpetuum. Noverint universi, quod, cum Ioannes dictus de Odenhusen bona in Vrodenhusen, que de ecclesia nostra in pheodo tenuit,

domino Hermanno preposito et conventui Gerdensis ecclesie pro viginti quattuor marcis legalium denariorum vendidisset, relaxata sibi insuper annona, octo videlicet quartalia, que memorate ecclesie de curia Odenhusen in pensione annuatim persolvere tenebatur, idemque Iohannes dicta bona cum uxore sua Engelrade nec non et heredibus suis Rotchero et Iohanne, Goden et Alborch in manus nostras resignando dedisset, nos postmodum dicta bona, curiam videlicet in Vrodenhusen cum duabus areis, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, agris cultis et incultis cum omnibus suis pertinentiis ad petitionem venerabilis domini Simonis Patherbornensis episcopi necnon ob dilectionem H(ermanni) prepositi et ecclesie nominate proprietatis titulo Gerdensi ecclesie contulimus perpetuo possidenda. Ne igitur hoc factum nostrum oblivio deleat aut importunitas ingenii malignantis infringat, presentem literam sigillo nostro et eccclesie nostre dedimus communitam. Presentes aderant: Iohan de Osekesen, Herman de Mengersen, Iohan de Koven, item familia nostra: Iohan capellanus noster, Hennekis, Hoyer, Arnolt de Hemenhosen, Lothewigh et alii quam plures. Datum anno Domini M°,C°C.LX°XIII., feria quinta post epiphanias.

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 30. D. 19.

1300.

Abt Hermann von Abdinghof trifft Bestimmungen bezüglich des der Ministerialin Jutta von Widen zukommenden Osterhofes in Widen. 1273 Januar 21.

Hermannus Dei gratia abbas ecclesie beatorum apostolorum Petri et Pauli in Palborne omnibus hanc litteram visuris notum esse volumus, quod Iutta de Widhen ministerialis nostra, filia Thancmari villici quondam in Widhen[1]), constituta coram nobis in domo nostra Palborne, vocatis, qui vocandi erant, iure ministerialium evicit, quod eam iure hereditario contigere[2]) deberet curia in Widhen[1]), que vocatur Osterhof, que vacabat ex morte Fredheboldi, qui Fredheboldus[3]) filius exstiterat Iohannis ministerialis nostri, patrui dicte Iutte. Verum cum predicta curia Osterhof propter varias inpetitiones multis esset questionibus involuta, nec dicta Iutta ab inpetitionibus[4]) absolvere posset eam, nobis humiliter supplicavit, ut nos curiam sepedictam exspensis nostris absolveremus ab inpetitionibus, quibus confusa fuerat et perplexa[5]). Nos igitur attendentes nostra interesse, ut nostris bonis ministerialibus caveremus et pensioni unius marce et trium porcorum, que nobis annuatim de dicta curia debebantur, recepimus curiam predictam de manibus dicte Iutte in titulo pignoris X marcarum, quam pecuniam expendimus circa recuperacionem curie supradicte tali condicione, quod de proventibus curie nihil procedere deberet in sortem seu minucionem dicte summe X marcarum, pro quibus nobis exstitit obligata. Preterea singulis annis dari constituimus dicte Iutte de granario nostro Widhen unum molt siliginis, unum molt ordei Hamelensis (mensure), VI solidos usuales Widhen, hoc est leves, et unum iuger de agris dicte curie ad tempus tantummodo vite sue, et hec predicta annona, denarii et proventus fructuum iugeris supradicti secundum estimacionem precii sui computari debeant et apponi ad summam X marcarum, de quibus exstitit supradictum. Verum cum obierit dicta Iutta, quemcumque suorum heredum contigerit iure hereditario predicta curia, redimetur ab eo pro integris X marcis et pro tanta summa frumenti, denariorum et fructuum iugeris predictorum, quantum predictam I(uttam)[6]) temporibus vite sue constiterit percepisse. Testes huius rei sunt: vir nobilis dominus Wilhelmus de Holthe[7]), Woltherus[8]) advocatus de Scowenburg[9]), Hermannus camerarius ecclesie nostri[10]), Sifridus plebanus in Widhen, dominus Albero Cancer miles, Thimmo de Widhen, Adolfus filius dicti nobilis Wilhelmi[7]), Hermannus Somercorn[11]), Andreas de Nedere, servi nostri, et tota familia curtis Widhen. Ut autem predicta rata maneant atque firma et ad noticiam veniant futurorum, presentem paginam sigillo nostro, sigillo castellanorum de[12]) Scowenborg et sigillo predicti nobilis de Holthe[8]) duximus roborandam. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXX°III°., ipso die Agnetis.

[1]) Widehen *B.* [2]) contingere *fehlt A.* [3]) Fredeboldus *A.* [4]) inpetentibus *A.* [5]) perplexa *A*, *später beide* expendimus. [6]) Iuttam *B.* [7]) Willehelmus de Holte *B.* [8]) Wolherus *B.* [9]) in Scowenborg *B.* [10]) nostre *fehlt A.* [11]) Somerkorn *B.* [12]) in *B.*

Or. in zwei Ausfertigungen (A und B) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof 68. An der einen Ausfertigung an Pergamentstreifen 1) verletztes ovales Siegel des Abts; 2) stark verletztes dreieckiges des Edlen von Holte, drei Adlerflügel 2 : 1 in horizontaler Lage; 3) dreieckiges der Schaumburger Burgmänner. Am zweiten Exemplar nur noch das verletzte Holtesche.

1301.

Abt Thimo v. Corvey bestätigt einen Verkauf seitens des Kl. Gröningen. Marsberg 1873 Februar 1.

Thymmo Dei gratia Corbeiensis ecclesie abbas universis presentia visuris salutem in Domino sempiternam. Significavit nobis magister Conradus canonicus ecclesie sancti Bonifacii Halberstadensis, dictus de Aldendorp, quod dilecti in Christo Burchardus prepositus, Conradus prior, Arnoldus hospitalarius totusque conventus monasterii in Groninge, Halberstadensis dyocesis, urgente legitima necessitate hospitalis monasterii prelibati sibi unum mansum situm in campis orientalis Groninge et Monekendorp de dicti hospitalis curia vendiderunt dictum mansum de sua voluntate prefate ecclesie sancti Bonifacii conferendo, prout in instrumentis predictorum prepositi et conventus inde confectis plenius continetur. Quare petebat dictus Conradus venditionem et collationem prefatas per nostram ratihabitationem confirmari. Nos itaque ipsius precibus inclinati venditionem et collationem superius nominatas ratas habentes presentibus litteris, quibus nostrum sigillum est appensum, in perpetuum roboramus. Datum apud Montem Martis, anno Domini M°.C°C. septuagesimo tertio, in Kalendis Februarii.

Or. im Kgl. St.-A. Magdeburg, Stift S. Bonifacii Nr. 48. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Vgl. hierzu Schmidt, UB. d. Collegiatstift. S. Bonifacii u. S. Pauli in Halberstadt Nr. 60 Anm.

1302.

Die Grafen Albert und Adolf von Schwalenberg resigniren dem Bischof Simon von Paderborn den Zehnten in Negenborn *behufs Übergabe an Kl. Amelunxborn. Schwalenberg 1273 Februar 1.*

Venerabili in Christo domino S(ymoni) Paderbornensis ecclesie episcopo Adolfus et Albertus comites de Swalenberghe obsequium suum ad omnia tam voluntarium quam paratum. Tenore presentium publice recognoscimus protestantes, quod decimam in Nigenborn, quam de ecclesia vestra hactenus habuimus, collatum nobis in pheodo, ad manus vestras scripto presenti et patenti resignamus liberam abrenunciantes eidem penitus, tamen in hunc modum, quod proprietatem eiusdem decime ecclesie beate Marie virginis in Amelungesborne, Cisterciensis ordinis, cum ipsa decima conferatis, iuste libertalis titulo perpetuo possidendam. Et fideliter vobis eodem scripto promittimus, cum primum vestri copiam habere poterimus, nos hoc manu et ore sive lingua facturos, quod ad presens fecimus testimonio litterarum. In cuius resignationis sub conditione prescripta ad presens in hoc scripto facte et, cum oportunum fuerit, a nobis manu et ore faciende evidens testimonium ipsum presens scriptum sigillis nostris munitum vobis duximus destinandum. Actum et datum in Swalenberch, anno Domini M°.CC°.LXXIII., Kalendis Februarii.

Nach dem Amelunxborner Kop. II fol. 101 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Reg. Falke, Cod. trad. Corb. 893. Da der Zehnte Lehn der Paderborner Kirche war, so ist hier ohne Zweifel von dem bei der Burg Everstein eingegangenen Dorfe Negenborn *die Rede. (Spancken.)*

1303.

Auseinandersetzung zwischen dem Propste von Volkardinghausen und Kl. Schaken. 1273 Februar 2.

Ego Conradus plebanus ecclesie in Imminchusen dictus prepositus in Volchardinchusen presentibus litteris publice recognosco, quod inter prepositum et conventum de Scaken ex una parte et me ex alia parte quedam super ecclesia mea ordinatio extitit celebrata et utrimque comprobata, taliter videlicet, quod iam dicti prepositus et conventus meam ab ecclesia mea absentiam per biennium sustinentes prefatam ecclesiam meam in divinis officiis et luminaribus interea procurabunt, exactiones, procurationes, si que requisite fuerint, nichilominus ministrantes, oblationes quoque ipsius ecclesie mee cum omni usu altaris tollentes et in suum commodum convertentes preter dotem, quam meis usibus integre reservavi. Dabo insuper ipsis in recompensationem laborum suorum duobus annis quolibet anno octo modios

siliginis et septem modios avene, quos in die beati Mychaelis sine contradictione qualibet presentabo. Preterea si post biennium ad dictam ecclesiam meam non rediero, extunc ipsam predictis preposito et conventui vacare concedo renuntians omnibus, que mihi in eadem ecclesia competere videbantur. Si tamen ad eandem redire decrevero, hoc prepositus et conventus supradicti nullatenus reclamabunt; ex tunc mihi salva erunt omnia, que mihi prius in eadem ecclesia salva erant. Tunc etiam dabo ipsis per sex annos singulis annis dimidiam marcam pro familiaritate et amicitia speciali. Postquam autem prenotati duo anni fuerint elapsi, si in Volchardinchusen prepositus remansero, ultra in Imminchusen non reversurus in die beati Walburgis proxime subsequenti dabo tres marcas preposito et conventui prelibatis. Ceterum si infra eosdem duos annos mortuus fuero, conventus in Volchardinchusen de rebus hiis, que ad dictum conventum detuli, dabit quatuor marcas preposito et conventui sepius memoratis. Qui econverso plenam anime mee conferent fraternitatem et omnium beneficiorum suorum karitativam communionem. Hec autem universa et singula, sicut hinc inde sunt statuta, nos priorissa totusque conventus in Volchardinchusen cum preposito nostro antedicto ratificamus et promittimus inviolabiliter observare, presentem paginam super hiis confectam nostri sigilli muninine firmiter roborando. Nos etiam scolasticus Paderbornensis et archidiaconus sedis in Harhusen premissis annuentes hec eadem sigilli nostri inpressione fecimus communiri. Actum et datum anno Domini M°.CC°.LXXIII°., in die purificationis beate virginis, presentibus: Ber(toldo) preposito Montis Martis, C. plebano de Korbike, Io(hanne) plebano de Derinchusen et aliis quam pluribus.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

1304.

Ritter Berthold von der Lippe resignirt Güter zu Winkhusen *und den Zehnten zu* Dane *in die Hände des Abts Thimo von Corvey zur Übergabe an Kl. Falkenhagen. 1273 Februar 7.*

Notum sit universis presens visuris, quod ego Bertoldus miles de Lippia cum fratre meo Wernhero bona in Wienchusen et decimam in Dane domino meo Themmoni venerabili abbati Corbeyensi nec non et conventui eiusdem, de cuius manu hec habui, libere resignavi. Quam resignationem, quia eam pre necessitate corporis in dicti domini mei venerabilis presencia facere non potui, me fecisse per presencia recognosco. Que bona supradicta Arnoldus de Haversvorde gratia Dei prepositus sanctimonialium in Valkenhagen sibi cum ipso collegio comparavit. Cuius rei testes sunt: Bertoldus de Netze, Herboldus de Mingodessen, milites; Volcmarus de Brunswik, Henricus de Brunswik, Conradus Biseworme, Godefridus Carnifex, Sifridus de Nouali, Henricus de Haversvorde et alii quam plures. Ut autem revolutio temporis huius facti oblivionem non inducat, presens scriptum meo sigillo in predictorum evidenciam roboravi. Datum anno Domini M°.C°C.LX°XI°II., VII. Idus Februarii.

Or. im Besitz des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 15. An Pergamentstreifen dreieckiges Siegel Bertolds v. d. Lippe: zwei über einander liegende Turnierkragen, der obere mit fünf, der untere mit drei Lappen. Aus diesem Siegel, einem andern Stempel als dem runden an Urk. von 1280 (Asseburg. UB. I, 394) desselben Sieglers, erweist sich eine, schon in Lipp. Regg. I, 234 Nr. 361 Anmerk. vermuthete Fälschung Falke's im Cod. trad. Corb. Tab. V, 5, wo er demselben Aussteller ein Siegel mit der Rose, als an dieser Urk. hängend, zutheilt. Die hierauf gebauten Annahmen Ledebur's, Archiv für deutsche Adelsgesch. I. S. 176 f. sind irrig. Gedr. Falke p. 531; Reg. und Ortserklärung Lipp. Regg. l. c. Vgl. Nr. 1308.

1305.

Abt Thimo und der Konvent von Corvey bekunden, dass Propst Heinrich die Einkünfte der Propstei aus dem Amte Münden auf acht Jahre dem Kl. Schaken verkauft hat. Corvey 1273 Februar 10.

Thymmo Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas, Bernardus prior, Henricus prepositus et conventus totus loci eiusdem. Notum esse volumus et presenti scripto protestamur, quod Henricus nostre

Corbeyensis ecclesie prepositus requisito consilio et consensu nostro totam pensionem proventuum prepositure de officio in Munden preposito et ecclesie Scakensi per octo annos a receptione presentium integraliter et cum omni usu percipiendam vendidit et dimisit. Nos igitur ad presentem paginam super eo conscriptam cum sigillo supradicti prepositi nostra quoque sigilla duximus apponenda. Huius rei testes sunt: Bernardus tunc temporis prior Corbeiensis, Henricus custos, Bertoldus portarius et prepositus Montis Martis, Rikvinus prepositus Novalis et plures alii fide digni, qui prelati ecclesie nostre tunc temporis extiterunt; layci quoque presentes fuerunt hii, videlicet: Thydericus miles dictus de Medherek, Elgherus miles dictus de Dalewich, Rabanus de Papenhem, Sifridus officialis prepositi Corbeyensis. Datum Corbeye, anno gratie M°.C°C. septuagesimo tercio, in die beate Scolastice.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Die drei Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Auf der Rückseite: nunc Dreck — Geminde. *In Overhams Coll. II, fol. 69 wird dieser Urk. beigefügt:* Munden situm est prope Lichtenfels, castrum ad fluvium, qui se exonerat in Ederam, non longe a Medebach.

1306.

Der subdelegirte Richter im Paderborner Brod- und Bierstreit, Scholastikus der Soester Kirche, ladet unter Einfügung der päpstlichen Bulle von 1272 April 12, der Klageschrift des Paderborner Domkämmerers und des Prokuratoriums der Paderborner von (1272) 1273 Februar 26, die Parteien zum 20. März vor sich. Soest (1272) 1273 Februar 28.

Scolasticus Sosatiensis ecclesie iudex a thesaurario eiusdem ecclesie iudice unico a sede apostolica delegato subdelegatus in hunc modum: Thesaurarius ecclesie Susatiensis unicus iudex a sede apostolica delegatus scolastico eiusdem ecclesie salutem in domino. Noveritis nos mandatum apostolicum recepisse in hec verba: Gregorius episcopus servus servorum Dei dilecto filio thesaurario Susatiensis ecclesie, Coloniensis dyocesis, salutem et apostolicam benedictionen etc., sicut ex inspectione autentici liquere poterit, quod vobis precipimus exiberi. Huius igitur mandati auctoritate vobis mandamus, quatinus in causa, que vertitur inter camerarium Paderbornensis ecclesie ex una parte et quosdam cives dicte civitatis ex altera procedatis, sicut de iure fuerit procedendum, secunda feria post Invocavit, quia ad eundem terminum vel ad eius continuationem vobis tantam committimus vices nostras. Datum Sosato anno Domini M°.C°C.LX°XII., ipso die Mathye apostoli, sigillo ecclesie Sosatiensis . . . . tans[1]) sum contentus. Partibus igitur in nostra presentia constitutis et nobis iuridicionem recognoscentibus, Iohanne Retheri cive Paderbornensi et procuratore pro suis consortibus admisso, idem Io(hannes) petivit transscriptum autentici et copiam ipsius, quod sibi dari iussimus in hec verba: Gregorius episcopus servus servorum Dei dilecto filio thesaurario ecclesie Sosatiensis *u. s. w. Vgl. oben Nr. 1276, gedr. UB. V, 684.* Datum Laterani, secundo Idus Aprilis, pontificatus nostri anno primo. Petivit etiam libellum conventionalem, quem sibi (dar)i iussimus in hec verba: Vobis, domine iudex, conqueritur dominus Otto de Retberg, canonicus et camerarius ecclesie Paderbornensis, quod, licet ipse in eos, qui panes et cervisiam vendunt in civitate Paderbornensi, iuridicionem temporalem de antiquo et comprobata consuetudine exercere noscatur, tamen Ysherus de Oldendorpesen, Iohannes Retheri, Iohannes dictus Vos et Iohannes de Barichusen, cum essent consules sive magistri civium dicte civitatis Paderbornensis cum suis complicibus, quominus idem camerarius huiusmodi iuridicionem exercere valeat in tales, contra iusticiam inpedire presumpserint et (ad)huc presumunt. Quare petit idem camerarius per vos, domine iudex, possessionem vel quasi iuridicionis huiusmodi plane sibi restitui seu ipsos compelli, ut ipsum permittant iuridicionem eandem exercere in tales plene et integraliter, sicut predecessores sui et ipse eam exercebant, antequam ea privaretur ab eisdem. Petit etiam dampna et interesse, que estimat centum marcas, protestando, si plus probaverit, plus habeat, si vero minus, minus. Hec petit salvo sibi iure addendi, minuendi, mutandi, corrigendi, et si necesse fuerit, declarandi, salva etiam sibi repeticione expensarum factarum in lite et extra et protestatur faciendas. Nos vero iudex de consensu parcium prefiximus

terminum, videlicet secundam feriam post Letare, ad faciendum, quod dictaverit ordo iuris, et ad respondendum libello. Actum et datum Sosati, anno Domini M°.C°C.LXXI°I., tercia feria post Invocavit. Tenor procuratorii nobis ex parte citatorum exibiti talis est: Honorabili viro Sosatiensis ecclesie thesaurario iudici, ut dicitur, a sede apostolica delegato Ysherus de Oldendorpesen, Iohannes de Barichusen et Iohannes dictus Vos, cives Paderbornenses, obsequium et honorem. In causa, quam dominus Otto prepositus sancti Petri et Paderbornensis ecclesie camerarius nobis coram vobis movet vel movere intendit, Iohannem filium Retheri nostrum concivem, exhibitorem presencium, procuratorem nostrum constituimus, quantum ad hunc diem, videlicet secundam feriam post Invocavit, vel eius continuacionem, si necesse fuerit, ad defendendum, excipiendum et ad petendum libellum conventionalem et rescriptum autentici et inducias deliberandi et ad appellandum, si in premissis non fuerit exauditus, necnon ad omnia faciendum, que potest vel debet facere verus et legitimus procurator, ratum habentes, quicquid idem in premissis citra litis contestacionem nomine nostro duxerit faciendum. Spondemus etiam sub ypoteka rerum nostrarum iudicatum solvi. Et hoc parti adverse, si qua fuerit, intimetis. Datum Paderborne, anno prescripto, dominica qua cantatur Invocavit. Quia sigilla propria habere non consuevimus, sigillo civitatis nostre Paderbornensis usi sumus. Datum etc.

[1]) *Vorher fehlen drei Buchstaben; vielleicht* (ad) causas. c *und* t *wechseln.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nk. 258. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Das anno prescripto *am Schluss ist inkorrekt, weil in Paderborn keine Kölner Datirung gebräuchlich. Wahrscheinlich ist es eine redaktionelle Änderung des Ausstellers statt des eigentlichen Datums. Zur Bezeichnung* autenticum *für das päpstl. Schreiben vgl. Bresslau, Urkundenlehre, 80 Anm. 1.*

1307.

Die Gebrüder von Papenheim gestatten dem Konrad von Menne, sich in der Altstadt Warburg niederzulassen, unter der Bedingung, dass er auch dort in dem bisherigen Dienstverhältnisse verbleibe. Warburg 1273 März 13.

Nos Raveno, Conradus et Raveno fratres dicti de Papenheim per scripta presentia recognoscimus et fatemur et constare cupimus universis, quod Conradus de Menne, qui cum uxore et pueris suis de servili conditione nobis proprie obligatus esse dinoscitur et astrictus, a nobis attinuit, quod sibi liceat in veteri oppido Wartburg consortium civium acquisiisse, residentiam inibi faciendo. Quod sibi concessimus tali modo, ut in eodem oppido conuersatus, sicut ipse nobis fuerat de foris obligatus, ita et ibidem in hereditate danda et dispensanda et pueris locandis nobis iuxta servilem conditionem cum suis posteris ad quamlibet iustitiam in perpetuum teneatur. Huius facti testes sunt: dominus Albertus dictus de Bodenhosen, officialis in Wartburg tunc temporis, Bertoldus Post magister consulum, Alradus de Brane, Hermannus de Echosen, Meinfriedus de Nedere, Iohannes de Scherve, Hartmannus de Sacco, Almarus, Helwicus, Clinco, Brunius et Wernherus de Rôthem, Iohannes de Holte, Arnoldus Suchtere, consules veteris oppidi tunc temporis. Quod ut firmum et stabile perseveret, quia sigilla propria non habemus, presentem literam sigillo civitatis Wartpurg et sigillo domini Alberti dicti de Bodenhosen in testimonium huius facti permissimus roborari. Actum Wartburg, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo tertio, tertio Idus Martii.

Aus dem „Copeibuch aller von Papenheim" Bl. 35 p. 1. Gedr. Ztsch. f. hess. Gesch. II, 121.

1308.

Abt Thimo von Corvey übereignet gegen eine Wachsabgabe dem Kl. Falkenhagen die von diesem von denen von der Lippe erkauften Güter in Winkhusen *und den Zehnten in* Dane. *Marsberg 1273 März 19.*

Thymmo Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas. Notum esse volumus et presenti scripto protestamur, quod nos requisito et habito consensu capituli nostri Corbeyensis bona in Wienchusen et decimam in Dane claustro et preposito in Valckenhagen contulimus tali pacto, quod eiusdem claustri

prepositus singulis annis unum talentum cere dabit ecclesie Corbeiensi. Supradicta enim bona et decimam predictam Bertholdus miles dictus de Lyppia cum Wernero fratre suo de manu nostra tenuerant et cum ea preposito Arnoldo dicto de Hauersphorde et collegio supradicti claustri vendidissent et hac ratione nobis ea libere resignassent, nos ipsorum proprietatem eidem preposito et eiusdem claustri collegio sub predicto pacto contulimus et hoc nostri sigilli appensione cum sigillo capituli nostri Corbeyensis in presenti pagina protestamur. Datum in Monte Martis, anno gratie M°.C°C.LXX°III., in medio quadragesime.

Or. im Besitz des Studienfonds in Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 16. Das erste Siegel abgefallen; am zweiten Pergamentstreifen das sehr verletzte runde Corveyer Kapitelssiegel, wie Westf. Siegel III Taf. 102 Nr. 7. Vergl. Lipp. Regg. I, 234 Nr. 361 und oben Nr. 1304.

1309.

Ritter Dietrich Olla macht Schenkung an Kl. Arolsen. 1273 März 20.

Universis hoc scriptum visuris ego Theodericus miles dictus Olla constare volo, quod ob Dei reverentiam et anime mee salutem partem, quam in ecclesia Siborgehosen ac ipsa villa habere videbar, consensu et favore iustorum heredum meorum contuli ecclesie Aroldensi perpetuo libere possidendam, que prefata pars dicte ecclesie et ville, dum domino meo episcopo Paderbornensi bona mea vendidi, nominatim fuit exclusa. Ad excludendam autem omnem vacillationem hinc inde oriundam presens scriptum sigilli mei appensione feci roborari. Datum anno Domini M°.C°C.LX°XI°II., feria secunda post Letare.

Aus Kopiar II, fol. 13 des Kl. Arolsen auf der Fürstl. Domänenkammer in Arolsen.

1310.

Ritter Berthold v. Brakel u. sein Sohn (sic) Burchard überlassen dem Propst Hermann des Klosters Gehrden zwei Hufen bei Wernessen, welche Hermann gen. v. Wernessen von dem Aussteller, seinem Verwandten Werner und dessen Sohn Bernhard zu Lehn getragen. 1273 März 23.

. . . Presentes aderant: Fredericus de Ymessen, Alexander de Flechten, milites; Bertoldus de Lippia et Burchardus de Stenhem et familia dicti prepositi: Hennekis, Hoyer et alii quam plures.

Gedr. Asseb. UB. I, 363. Burchard war nicht der Sohn, sondern Enkel Bertholds. Die oblatio *geschah* post inclusionem claustralem Berte, *der Tochter Burchards; Msc. II, 71 p. 240 im Kgl. St.-A. Münster hat* filie sue *und bezeichnet, wohl irrig, B. als Tochter H.'s v. W.*

1311.

Edelherr Hermann zur Lippe bekundet Verzicht des Hermann u. Friedrich Bolike zu Gunsten des Kl. Brenkhausen. 1273 März 27.

H(ermannus) vir nobilis et dominus Lyppensis omnibus hoc scriptum visuris in Domino salutem. Protestamur et ad noticiam cunctorum cupimus pervenire, quod Hermannus et Fredericus filius suus Boliken in nostra presentia constituti ab omni impeticione et iure, si quid ipsis competebat in monte Lenberg iuxta castrum Brunesberg, Paderbornensis dyocesis, recesserunt liberaliter resignantes absolute in manus nostras ius suum et nichilominus petentes in testimonium sue renunciationis sigillum nostrum presentibus apponi. Nos vero dictorum patris et filii petitioni acquiescentes et indempnitati conventus sanctimonialium ordinis Cysterciensis in Beregehosen pro modulo nostro accedentes, quibus nos proprietatem contulimus ex mera liberalitate, presens scriptum duximus sigillo nostro roborandum. Actum et datum anno Domini M°.C°C.LX°XI°II., in crastino Iudica.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Corvey Nr. 104. Siegel Hermanns vom Pergamentstreifen fast ganz abgefallen. Vgl. die folgende Nr.

1312.

Edelherr Hermann zur Lippe schenkt dem Kl. Brenkhausen den ihm gehörigen Langenberg bei der Burg Brunsberg. 1273 März 27.

Hermannus vir nobilis et dominus Lyppensis omnibus hoc scriptum visuris in Domino salutem. Que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, oportet ea linguis hominum et scripture testimonio perhennari. Hinc est, quod scire cupimus universos et presentibus publice protestamur, quod nos ob amorem Dei et anime nostre salutem proprietatem montis iuxta castrum Brunesberg iacentem, qui in vulgari Lenberg dicitur, nobis pertinentem cum suis attinenciis ecclesie et conventui in Beregehosen contulimus perpetuo iure possidendam. Presentes erant: venerandus pater et dominus Symon episcopus Paderbornensis et soror sua domina de Walthecke, Rodolfus et Gerhardus fratres de Hornen et duo conversi Hermannus dictus Reding et Albero et alii quam plures. Et ne aliquis successorum nostrorum in posterum, quod non speramus, hoc factum nostrum infringere presumat, presentem litteram sigillo nostro ipsis dedimus communitam. Datum anno Domini M°.C°C.LX°XI°II., in crastino dominice, qua cantatur Iudica me Deus.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Corvey Nr. 103. An Pergamentstreifen anhängend Siegel Hermanns. Auf der Rückseite von Hand s. XV. Lenghenbergh. *Es ist der heute Langenberg genannte bewaldete Bergrücken W. von Maygadessen, während der Brunsberg auf der andern Seite Ö. liegt. Ueber die bisher unbekannte Schwester des Bischofs Simon, Ethelind v. Waldeck, vgl. oben Nr. 556. Reg. Spilcker, Everstein S. 321 Anm. a.; Wigand, Corv. Güterbes. S. 53 Anm.; Lipp. Reg. I, 234 Nr. 363.*

1313.

Die Ritter Berthold, Werner u. Hermann v. Brakel übertragen anderthalb Hufen in Helmern, welche Ritter Engelhard von Steinheim und seine Söhne Burchard, Widukind, Dietrich, Hermann Engelhard und Heinrich von Epe von ihnen zu Lehen haben, dem Kl. Hardehausen. Mit ihnen resigniren ihre Erben Burchard (Enkel Bertholds), Ritter Bernhard, Sohn Werners, und die Söhne Hermanns Berthold und Johann. 1273 März 29.

Gedr. Asseb. UB. I, 364. Vgl. hierzu die Bemerkung Giefers, Ztschr. XXXVII, 2, 132.

1314.

Ritter Johann von Frenken resignirt den von Corvey lehnrührigen Zehnten zu Holthusen *behufs Übergabe an Kl. Falkenhagen. Kemnade 1273 April 2.*

Notum sit universis presens scriptum visuris, quod ego Iohannes miles dictus de Frenken decimam in Holthusen domino meo Themmoni venerabili abbati Corbeiensi, nec non et conventui [1]) eiusdem, a cuius manu hanc titulo feodali habui, libere resingnavi. Quam resingnationem quia eam pre necessitate corporis in dicti domini mei venerabilis presencia facere non potui, me fecisse per presencia recongnosco. Quam decimam supradictam Arnoldus dictus de Haversvorde, gratia Dei prepositus sanctimonialium in Valkenhagen, sibi cum, ipso collegio conparavit. Cuius rei testes sunt: honorabilis dominus prepositus Otto in Kamenatis, qui memoratam resignationem, cum per me sigillum non habeo, per appensionem sigilli eiusdem ecclesie publice protestatur, item Bernhardus gener advocati [2]), Henricus et Bernhardus fratres dicti de Halle ceterique quam plures. Datum Kamenatis, anno Domini M°.C°C.LX°X.II°I., ipso die Palmarum.

[1]) coventui *Or.* [2]) advocate *Or.*

Or. im Besitz des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 17. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Gedr. Falke, Cod. trad. Corb. p. 529. Reg. Lipp. Reg. I, 234 Nr. 362.

1315.

Rathmänner und Bürgerschaft in Hameln bekunden, dass Elekt Johann und Konvent v. Helmarshausen einem ihrer Mitbürger auf 10 Jahre ihre 15 Hufen in Graven *verkauft haben. 1273 April 14.*

Quod sincera fide perpenditur esse dispositum, ne transeat ad oblivionis ignaviam, opere precium est, ut fidelium solers adhibeatur testimonium et competens memoria litterarum. Nos igitur sculthetus,

consules ac universitas civium in Hamelen notum esse volumus universis, quibus presens scriptum fuerit exhibitum, quod dominus Iohannes electus totusque conventus ecclesie Helmwardensis Wernhero viro discreto et honesto, civi nostro in Hamelen, et Bertradi uxori sue bona eorum, videlicet quindecim mansos in Grauen, cum omnibus suis pertinentiis ad annos decem pro quatuordecim marcis vendiderunt liberaliter et solute ratum habentes, si memoratum Wernherum et Bertradim suam uxorem durantibus hiis decem annis mori contigerit[1]), quod absit, quod eadem bona secundum placitum suum et ipsorum velle in usus convertantur consanguineorum aut aliorum sibi placentium amicorum. Insuper recongnoscunt predictus electus et conventus memoratis Wer(nhero) et B(ertradi) eorumdem bonorum in omnibus locis promisisse, si necesse habuerint, prestare debitam et plenariam warandiam. Ut autem hoc factum ratum maneat et inconvulsum ad preces ipsius B(ertradis) et W(ernheri) cives nostri presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Actum et datum in Walkenhagen, presentibus: domino Arnoldo preposito in Walkenhagen dicto de Haversvorde, domino Sifrido plebano in Bredenvorde, domino Hernesto cappellano electi memorati et quam pluribus aliis viris veridicis et honestis. Anno Domini M°.C°C.LXXI°II., ipso die Tiburtii et Valeriani martirum.

[1]) contigerit *Or.*

Or. im Generalvikariatsarchiv zu Paderborn. An Pergamentstreifen einige Reste weissen Wachses. Graven, *schon um 1120 eine Villikation von Helmarshausen (Wenck, Hess. Landesgesch. II. UB. S. 73), mag in die seit 1279 urkundlich erscheinende Burg und Stadt Grävenstein aufgegangen sein. (Spancken.)*

1316.

Ritter Hermann von Brakel und sein Sohn Berthold verkaufen den ihnen in Wernessen von Hermann gen. von Wernessen überlassenen dritten Theil seiner Güter in Gegenwart des Paderborner Scholastikus Hermann an Propst Hermann und Kl. Gehrden. 1273 April 16.

. . . Presentes aderant: Burchardus consanguineus noster, Hermannus de Mengersen, Sifridus dictus Sapiens, Iohannes de Koven, item familia prepositi: Iohannes capellanus, Hennekis, Hoyer, Luthowicus et alii quam plures.

Gedr. Asseb. UB. I, 365.

1317.

Bischof Simon von Paderborn bekundet, dass in seiner Gegenwart Ritter Engelhard von Steinheim, seine Söhne Burchard, Hermann und Engelhard, ihre Güter in Dalhausen (Dallessen) *den Untergebenen des Propstes Hermann von Gehrden Hennikis, Hoier und Ludwig für Kl. Gehrden verpfändet haben; bei irgend welchem Defekt kann sich Gehrden an den Hufen Engelhards in* Nihusen *schadlos halten. Brakel 1273 April 21.*

. . . Testes aderant subnotati: Herboldus de Amelungessen, Bertoldus el filius suus Bertoldus Summercalf, Engelhardus de Abbenhusen, milites; Borichardus de Asseborch, Lambertus Holtgreve, Hermannus de Mengerssen, Iohannes de Coven et alii burgenses in Bracle.

Gedr. Asseb. UB. I, 366.

1318.

Friedrich von Horhusen überträgt seinen Hof zu Enemuden *dem Kl. Bredelar. 1273 April 23.*

Universis presentes litteras inspecturis vel audituris Fredericus miles dictus de Horhusen utriusque vite salutem in Domino Iesu Christo. Merita in sacre religionis professione Deo obsequentium expostulant, ut ad ipsorum profectum et incrementum quisque operam exhibeat studiosam. Igitur ego Fredericus miles dictus de Horhusen inductus devotione religiosarum personarum in monasterio Bredelare, ordinis Cysterciensis, Deo deservientium et sanctam conversationem in paupertate ducentium, ut orationum ipsarum ceterarumque devotionum me facerem participem et consortem de consensu uxoris mee domine Adelen, et filiorum meorum Stephani et Conradi nec non et filiarum mearum Adelen et Hyliane pollicitatione et omnium heredum meorum plenissima voluntate curtem meam in Enemude[1]), cum suis

pertinentiis in agris, pascuis et silvis cum ipsa proprietate et integritate conventui predicti monasterii in Bredelare contuli iure perpetuo possidendam, ut mei memoria et meorum ibidem cum ceteris benefactoribus iugiter habeatur. Ordinatione autem mea et filiorum meorum huiusmodi pacti interposita est conditio temporalis, ut predicti filii mei Stephanus et Conradus ratione eiusdem curtis de manu abbatis et conventus prefati monasterii octo moldra annone, quatuor siliginis et totidem avene accipiant, quamdiu vixerint, annuatim. Cum vero alter ipsorum obierit, cum ipso media pars huiusmodi pensionis morietur, et superstes filius tantummodo quatuor maldra, duo siliginis et duo avene, percipiet temporibus vite sue. Post cuius mortem nullus heredum meorum vel ipsorum prorsus nichil iuris in predicta curte sibi poterit vendicare, set predicta pensio, que ipsis tantummodo filiis meis debetur, post mortem amborum ad conventum supradictum soluta et libera revertetur. Ut vero huiusmodi donationis et conditionis tam presentibus quam futuris veritas innotescat, hanc litteram conscribendam duxi et sigilli mei munimine muniendam. Iusuper et ad maiorem evidentiam et firmitatem domini Regenhardi de Yttere, Iohannis et Godescalci dominorum de Pathberg et Alberti militis de Amelungesen sigillis supplicavi in perpetuam memoriam roborari. Testes vero huius rei sunt: dominus abbas de Flechtorp, Bertoldus prepositus Montis Martis, Albertus comes de Eversten, Bertoldus et Bertoldus consanguinei nobiles de Buren, Teodericus de Mederike, Theodericus de Horhusen, Iohannes de Brobike, Olricus de Westhem, milites; Hermannus de Pathberg, Ludolfus de Meitsinchusen, Conradus dictus Bliuar, Fredericus Picus, Henricus de Capella, Iohannes de Billinchusen, Bertoldus de Huxaria et Helmicus frater eius, Montis Martis burgenses et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°. tercio, dominica qua cantatur Misericordia Domini.

[1]) Enemude *auf Rasur, vielleicht von späterer Hand; Rückschrift s. XIV.* Edenmuden.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 102. Von den an Pergamentstreifen angehängten fünf Siegeln nur noch drei erhalten: 1) R.'s v. Itter; 2) das Padberger Siegel; 3) F.'s. v. Horhusen.

1319.

Rathmänner und Bürgerschaft der Stadt Wolfhagen versprechen Zahlung einer jährlichen Abgabe an Kl. Arolsen. 1273 April 24.

Nos Amelius dictus Belon proconsul, Conradus Richardi, Tydericus de Yste, Hermannus Gerlaci, Tydericus dictus Hageborne, Goswinus filius Iohannis Goswini dictus Balhorn de Ritte, Hermannus dictus Huls dictus Boseworm, Iohannes Goswini de Elersen et Iohannes de Kerperg, consules totaque universitas opidanorum in Wulfhagen presentium et posterorum tenore huius sigillate carte pari et unanimi[1]) voto fide data promittimus et cavemus, quod venerabili domino preposito totique conventui sanctimonialium cenobii in Aroldessen infra Michaelis et sancti Martini festa annuam pensionem viginti maldrorum[2]) annone equepartim siliginis et avene Volckmarsensis mensure racione et occasione curtis in Leckeringhusen usuque fructuum suorum in comitatu dominii Waldeksensis officii cenobii Honschet cum omnibus attinentiis et appendiciis, cultis et incultis, iacenti, quam ab ipsis iure locacionis titulo recepimus atque possidemus insolidum, omni excepcione atque dampno semotis indilate pagare, ut tenemur(?), volumus et debemus ac ipsam insuper ad dictorum Aroldensium prefatorum prepositi et conventus requisitionem[3]) seu interpellationem, cum id ad usum prememorati cenobii in Honschet utputa veris principalibus dominabus postulaverint, prelibatam curtim in Leckerinchusen, sicuti ipsam in singulis atque omnibus appendiciis, cultis et incultis, mansis iugeribus, pratis, pascuis unacum certa circiter media parte rubeti inibi eiusdem siti pro id istud[4]) sub singnis differencialibus[5]) prope minam signanter in arboribus et lapidibus sub crucis signaculo a fimbria dorsi seu acie trans et adversus campum huiusmodi curtis in Leckerinchusen schulptis et siccatis cuiuslibet nostrarum parcium contrahencium usum et proprietatem dicti seu antefati rubeti hinc inde pro utraque parte reservata representantes atque iudicantes recepimus libere et integraliter, nobis tamen et posteris melioracionis pingwedinem in morem patrie in huiusmodi[4]) reservata, prout tenemur dimittere atque restituere volumus. In quorum

omnium et singulorum ratihabitionem, et quod omnis cavillacio tam a nobis quam ad ipsis, et quicquic obesse in posterum possit, destruatur, sigillis domini B. de Gudenberch et maioris nostre civitatis Wulfhagenn[4]) fecimus hanc paginam de omnium nostrorum consensu evidenter appensione roborari seu communiri. Huius rei testes sunt: dominus Hermannus plebanus in Wulfhagen, dominus Io(hannes) de Helffenberch, dominus Warmundus, milites, Luthardus et C. de Schuttenborch. Datum et actum anno Domini M°.CC. septuagesimo tercio, altera die incliti sanctique martiris Georgii.

[1]) unanime *Ausf.* [2]) maldroum *Ausf.* [3]) *folgt* et. [4]) *So die Ausf.* [5]) differensialibus *die Ausf.*

Fälschung auf Pergament saec. XV. ex. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Das Pergament ist schmutzig dunkel und fühlt sich auf der Innenseite rauh an, die alterthümelnde Schrift steht wahrscheinlich auf Rasur. Daraus erklärt sich, dass die an von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen angehängten beiden Siegel echt sind und ihre Befestigung aller Wahrscheinlichkeit nach ursprünglich ist. Es sind: 1) dreieckiges Giso's von Gudensberg (und nicht wie der Text hat B.'s v. G.), Schachbrett mit Schrägbalken belegt; 2) grosses rundes der Stadt Wolfhagen, Reiter mit Wolf auf Pferdedecken und Schild. Das Latein ist zum Theil unverständlich und ungeübt. Die Rückschriften stammen aus saec. XVI. Es liegt noch ein besiegeltes Notariatsinstrument vor von Daniel Grünen, Vicearchidiakon des Sitzes Horhausen, residens in Corbecke, *1498 Oktober 22 ausgestellt, worin dieser bekundet, dass ihm in der Pfarrkirche des h. Kilian in der Altstadt Corbach Bruder Hermann, Prior der Brüder in Hönscheid, vom Orden der Kreuzträger, das Original mit genau beschriebenen Siegeln, dessen Wortlaut inserirt wird, vorgelegt habe und dass* preinserte copie tanta sit facienda fides indubia, quanta eius originali merito esset adhibenda. *Ferner Abschrift und deutsche Übersetzung aus dem Anfang des XVI. Jahrh. Sollte mit dem Orig. das obige, wie zu vermuthen, gemeint sein, so ist das ein Irrthum.*

1320.

Abt Thimo von Corvey und Propst Berthold von Marsberg bekunden Verzicht Genannter auf zwei Hufen in Rixsuithehusen *zu Gunsten des Kl. Bredelar. Marsberg 1273 April 26.*

Thimo Dei gratia abbas Corbeyensis et Bertoldus prepositus Montis Martis universis presentes litteras inspecturis et audituris duximus intimandum, quod Ludolfus de Meitsinchusen, Mathias de Adene, Hildegundis et Luthgardis sorores, uxores ipsorum, Henricus, Margareta, liberi Mathie, et Luthgardis actioni sive questioni, quam movebant contra abbatem et conventum in Bredelare, super duobus mansis in Rixsuithehuseu sitis et pertinenciis, quos predicti abbas et conventus protestabantur se comparasse ab Alberto milite dicto Wedereuen, quos idem Albertus a domino Regenharde nobili viro de Yttere se dicebat in feodo possidere, pro quadam summa pecunie coram nobis penitus renunciaverunt et omni iuri suo cesserunt, ita ut nec ipsi nec heredes ipsorum super predictis mansis causari possint vel aliquam movere debeant de cetero questionem, super qua renunciacione sive cessione precibus tam abbatis et conventus in Bredelare quam Ludolfi et Mathie et predictarum sororum H(ildegundis) et L(uthgardis) presens scriptum in perpetuum testimonium et memoriam sigillorum nostrorum munimine tradimus sigillatum. Actum et datum apud Montem Martis, anno Domini M°.C°C.LXX° tercio, in crastino Marci ewangeliste.

Aus Msc. VI, 125 p. 130 im Kgl. St.-A. Münster.

1321.

Adolfus domicellus de Waldicke *Z. bei Güterverkauf seitens der Kirche von Meschede an Kloster Paradies. 1273 Mai 17.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Paradies Nr. 25. Gedr. Fahne, UB. d. Geschl. Meschede, 21.

1322.

Der Soester Vicepropst bekundet die vor ihm erfolgte Beantwortung der von dem Prokurator der Paderborner Bürgerschaft gemachten Einwendungen durch den Prokurator des Domkämmerers und setzt einen neuen Termin an. 1273 Mai 19.

L. viceprepositus ecclesie Susatiensis, iudex a . . thesaurario eiusdem ecclesie, iudice domini pape delegato, subdelegatus. Comparentibus coram nobis Io(hanne) procuratore domini Ottonis camerarii ecclesie Paderburnensis ex parte una et Yssero filio Ysseri, procuratore Ysseri de Aldorpesen et suorum litis consortum, ex parte altera civibus Paderburnensibus in causa, que vertitur inter ipsos, feria VI. post ascensionem Domini proxima idem Io(hannes) procurator exceptionibus ex parte dictorum civium propositis respondit in hunc modum: Ad hoc, quod primo dicebant, quia ad locum Susatum venire non audebant et cetera, respondit, quod ad istam exceptionem non esset respondendum, eo quod huic exceptioni renunciassent, alias exceptiones et defensiones in dicto loco proponendo et lifem subeundo. Cum enim quis contrarium iuri suo facit, iuri suo renunciat. Unde cum proponendo dictam exceptionem locum Susatum declinare vellent tamquam (minus ap)tum ad litigandum, proponendo postmodum alias exceptiones et defensiones in eodem loco huic renunciabant. Ad hoc, quod secundo dicebant, quia libellus ex parte domini . . camerarii porrectus nimis esset obs(cu)rus et cetera. respondit procurator predictus, quod satis est certum id, quod petit dominus . . camerarius, ex tenore libelli. Non enim petit exercitium iurisdictionis cuiuscunque set iurisdictionis sibi competentis ratione camerarie in personas, panem et cervisiam in civitate Paderbornensi vendentes et non quecunque modo, set sicut antecessores sui exercere solebant. Unde cum iurisdictionem non petat qualemcunque sed certam, sicut patet, ex officio, item cum illam in certas personas sibi competere dicat, item cum eam non quocunque modo sed secundum antecessorum suorum ius et consuetudinem petat, constat, quod certum petit nec aliter specificari potest nec debet, cum in universalibus iudiciis, ad quorum instar ista peticio est formata, non debeat alia fieri specificatio, sicut etiam fit, cum petitur ius archidiaconale vel episcopale vel prebendale, prout ista expressa in multis iuribus inveniuntur. Ad terciam exceptionem, qua dicebant, quia impetrans rescriptum mandatum non habuit et cetera, respondit procurator predictus, quod immo, cum dominus Otto camerarius certe persone videlicet . . .[1]) dederat in mandatis, ut predictam litteram sibi impetraret, et hoc sufficit ad salvandum statutum concilii illius: nonnulli[2]), quia concilium illud ad causam concilii est reducendum, et causa constitutionis fuit ista, ut prohiberentur illi, qui novum genus mercimonii ineuntes litteras apostolicas sine dominorum scitu et mandato impetrabant, ut vel novas questiones immitterent vel sopitas iam lites suscitarent, reo vel actori litteras apostolicas vendendo. Unde cum predicta causa in proposito cesset, etiam cessare debet effectus prohibitionis. Unde dicimus predictum concilium in proposito esse salvatum et, quod mandatum sit datum impetranti, etiam per simplicia verba sufficiat. Hoc expresse habemus in multis iuribus, maxime quoniam rescriptum impetratum in audientia non impugnatur, quia si in audientia contradictionem reciperet, constat, quod ibi mandatum requireretur cum debitis sollempnitatibus. Set postquam impetratum est iam rescriptum et in audientia contradictionem non habuit, simplicia verba mandati data prius impetranti a domino, qui rescriptum impetrari procurat, sufficiunt ad hoc, ut evitetur pena illius concilii: nonnulli[2]). Hiis responsionibus datis sepe dictus procurator domini O(ttonis) petivit non obstantibus exceptionibus partis adverse predictis tanquam frivolis ipsam ad respondendum libello compelleremus. Et procurator partis adverse petivit copiam predictarum responsionum sive replicationem et terminum ad respondendum sive triplicandum contra predicta. Nos vero iudex terminum ad hoc assignavimus scilicet crastinum beati Barnabe apostoli. Datum et actum feria VI. post ascensionem Domini supradictam, anno Domini M°.C°C.LX°X. tercio.

[1]) *Diese Lücke ist im Original offen gelassen.* [2]) *(Decretal. Gregor IX) I. 3. 28.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 259. An Pergamentstreifen kleines rundes verletztes Siegel in gelbem Wachs, drei Pfähle. Umschrift: . . . prep. Sos. ad causas.

1323.

Erzbischof Werner von Mainz exkommunizirt wegen Landfriedensbruches den Landgrafen Heinrich von Hessen und seine Helfer, u. a. die Wittwe des Grafen Heinrich von Waldeck und ihren Sohn Adolf. Bingen 1273 Mai 21.

Gedr. Gudenus, Cod. dipl. I Nr. 338 und Litteratur bei Böhmer-Will, Regg. Arch. Magunt. II, 382 Nr. 281.

1324.

Die Grafen Adolf, Otto und Gottfried von Waldeck und ihre Mutter Mathilde resigniren zu Gunsten des Kl. Bredelar dem Kl. Corvey einen Zehnten. Corbach 1273 Juni 9.

Honorabili domino suo abbati venerabilibusque viris priori et conventui ecclesie Corbeygensis Adolfus comes iunior, Otto et Godefridus fratres eiusdem necnon et Meithildis comitissa mater eorundem in Waldecke debite fidelitatis et obsequii constantiam cum affectu. Meritis venerabilium virorum abbatis et conventus monasterii in Bredelare, ordinis Cysterciensis, et aliorum honestorum virorum monitis et consiliis favorabiliter inducti mediam partem decime ville in Laterueld, quam Alradus et fratres sui Ludolfus et Bodo de Horhusen a nobis et nos ab ecclesia Corbeygensi iure tenuimus feodali, sicut ipsi coram nobis suo iuri cesserunt in hoc feodo, sic et nos unanimi voluntate nostro iuri cedentes in manus abbatis et ecclesie Corbeygensi liberam transmittimus et liberam resignamus, supplicantes affectuose, quatinus in donationem proprietatis predictis abbati et conventui in Bredelare, cum requisierint, inclinati et favorabiles existatis, maxime cum ex nostra cessione habeatis conferendi liberam facultatem. Et quia ad vos accedere personaliter non possumus, cessionem nostram et petitionis nostre voluntatem presenti scripto sigillis nostris et sigillis nobilis viri de Ittere et oppidanorum nostrorum in Corbike roborato protestantes manifestissime declaramus. Datum in Corbike, anno Domini M°.C°C°.LX°X tertio, quinto Idus Iunii. Presentes fuerunt: Henricus dictus Bulemast, Henricus Boc, Henricus Brothrump, Elgerus de Dalwich, milites, Ludolfus de Osdagessen et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 103. An Pergamentstreifen die Siegel 1) Adolfs v. Waldeck, Schild mit achtstrahligem Stern, oben und an den Seiten je ein Adler. Umschrift: S. Adulphi comitis de Waldeke; *2) der Gräfin Mathilde; 3) dreieckig, nach rechts aufgerichteter gekrönter Löwe. Umschrift:* Sigillum Hein . . . iuvenis mil. *4) der Stadt Corbach. Die Siegelstreifen von zwei Urk. Innocenz IV.*

1325.

Gräfin Mathilde sowie die Brüder Adolf, Gottfried und Otto von Waldeck verpfänden Einkünfte in Münden an den Propst von Schaken und einige Ritter. 1273 Juni 16.

Nos Methildis cometissa, Adolfus, Godfridus et Otto fratres de Waldekke presentibus litteris publice recognoscimus, nos redditus nostros in Munden eo iure, quo nobis competunt, venerabilibus viris et honestis L(udolfo) preposito in Scaken, Elgero de Dalwich, Waligoni de Enze, militibus, pro quadraginta et octo marcis denariorum nomine pignoris obligasse, excepto quod, quantum infra instans festum beati Martini de redditibus ibidem perceperint, tantumdem de nostris debitis relaxetur. Supradicti autem redditus debent redimi in festo beati Martini, si poterunt, alioquin in pigore tenebuntur. In cuius rei testimonium presens scriptum nostris sigillis fecimus communiri. Datum anno Domini M.CC.LXXIII., crastino beati Viti. Presentes fuerunt dominus Oppoldus Bulemast [1]), Thidericus de Wagenbach, Otto Hunt, milites, Heynemannus de Ittere et Arnoldus de Ense.

[1]) *So Abschrift wahrscheinlich für* Thitmarus O. *und* Henricus B.

Nach Overham, Coll. II fol. 77 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

1326.

Der Soester Thesaurar beurkundet die Vollmacht des Prokurators der Stadt Paderborn vom 29. Juni 1273 sowie die durch ihn erfolgte Beantwortung des Klagelibells des Paderborner Domkämmerers und setzt zur weitern Verhandlung einen Termin auf den 14. Juli an. 1273 Juli 1.

Thesaurarius ecclesie Susatiensis iudex a sede apostolica delegatus. Comparentibus coram nobis Iohanne procuratore domini Ottonis camerarii ecclesie Paderburnensis ex parte una et Yssero filio Ysseri cive Paderburnensi, procuratore consulum civitatis Paderburnensis, ex altera in causa, que vertitur inter predictos, in crastino commemorationis beati Pauli ipse Ysserus procuratorium nobis exhibuit sub hiis verbis:

Honorando domino G(odefrido) thesaurario ecclesie Susatiensis, iudici, ut dicitur, a sede apostolica delegato, consules civitatis Paderburnensis, quicquid possunt obsequii et honoris. In causa, quam nobis movet dominus Otto de Retbergh camerarius Paderburnensis ecclesie, coram vobis Ysserum filium Ysseri nostrum concivem constituimus nostrum procuratorem ad excipiendum, defendendum et cuiuslibet generis iuramentum in animas nostras prestandum, si necesse fuerit, et ad omnia faciendum, que nosmet ipsi facturi essemus, si possemus esse presentes, ratum habituri, quicquid egerit nomine procuratorio in premissis. Damus etiam eidem potestatem appellandi si visum fuerit expedire pro nobis. Spondemus etiam sub ypotheca rerum nostrarum iudicatum solvi, et hoc parti adverse, si qua fuerit, intimetis. Datum anno Domini M°.C°C.LX°XII°I., in die apostolorum Petri et Pauli. Quo procuratorio exhibito et admisso sub sigillo civitatis Paderburnensis, quia dies assignata fuerat ad omnes dilatorias proponendum, ipse Ysserus exceptioni in precedenti termino pro predictis consulibus proposite exceptiones adiunxit infra scriptas: Item excipiendo dico, cum dominus Otto in auctentico dicat se habere iurisdictionem in illos, qui panes et cervisiam vendunt in civitate Paderburnensi, et iurisdictionem in illos exercere noscatur et in libello dicat se non habere iurisdictionem utpote iurisdictione spoliatum: habere et non habere contraria sunt et adversa petens et sibi contrarius non auditur; de appellationibus: sollicitudinem[1]). Item petit emendas a delinquentibus in mensura et se restitui ad emendas; dico, quod emendas petere non potest nec ad emendas restitui, cum in litteris papalibus de emendis nulla mentio habeatur; de officio iudicis delegati: cum olim[2]), ubi dicitur, quod dominus papa commisit iudicibus causam, que vertebatur inter quendam .. abbatem et comitem super stagno, molendino et domo, procurator comitis contestatus fuit litem super dampnis, dicitur, quod ad dictos iudices cognitio de dampnis non pertinebat nec ad ipsos iudices potuit iurisdictio prorogari, cum in rescripto pape de ipsis dampnis nulla mentio haberetur. Unde dico, quod . . thesaurarius iudex a papa datus de emendis cognoscere non potest, quia de emendis in litteris pape non fit mentio. Fines enim mandati diligenter custodiendi sunt; de rescriptis: cum dilecta[3]). Item dominus Otto in auctentico dicit, quod habet iurisdictionem in illos, qui panes et cervisiam vendunt et noscatur exercere iurisdictionem, consules Paderburnenses eum impedire presumunt, quominus valeat exercere, et ita dicit se habere iurisdictionem et esse in possessione, et in libello suo dicit, quod non possidet, sed dicit se spoliatum et petit se restitui et in hoc est sibi contrarius et ineptam proponit actionem; quare debet succumbere et rei debent absolvi. Et cum fuerint absoluti, si voluerit dominus Otto aptam et congruentem actionem proponere, admittitur; de iudiciis examinata[4]). Quare petimus consules absolvi ab instantia iudicii. Et nos .. thesaurarius Susatiensis predictus prefigimus procuratori domini Ottonis terminum, videlicet crastinum Margarete, ad respondendum predictis et ad faciendum ultra, quod iustum fuerit. Datum anno Domini M°.C°C.LX°X tercio, in crastino commemorationis beati Pauli.

[1]) (*Decretal. Gregor. IX*) *II, 28. 54.* [2]) *I, 29. 32.* [3]) *I, 3. 22.* (*Dies ist die Dekretale für Kl. Neuenheerse; vgl. UB. V, 224.*) [4]) *II, 1. 15.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 260. An Pergamentstreifen verletztes ovales Siegel des Ausstellers in gelbem Wachs, stehende Figur, in der Rechten ein Schlüssel, in der Linken ein Buch haltend. Von der Umschrift noch erhalten: . . . aur. Sus. *Or. geschrieben von der Hand des Schreibers von Nr. 1322, 1327 u. 1333.*

1327.

Weitere Verhandlung vor dem Soester Thesaurar in dem Paderborner Jurisdiktionsstreit. 1273 Juli 14.

Thesaurarius ecclesie Susatiensis, iudex a sede apostolica delegatus. Comparentibus coram nobis Iohanne procuratore domini Ottonis camerarii ecclesie Paderbornensis ex parte una et Iohanne filio Retheri procuratore consulum civitatis Paderbornensis *u. s. w. Das Folgende stimmt mutatis mutandis mit der vorigen Nr. Nur ist das Prokuratorium blos für diesen Termin (Juli 14); bis* Datum anno Domini M°.C°C.LX°X.II°I., in die beate Margarete virginis. Quo procuratorio exhibito et admisso sub sigillo civitatis Paderburnensis, quia dies assignata fuerat dicto procuratori Io(hanni) domini Ottonis ad respondendum exceptionibus ex parte dictorum consulum propositis, ipse procurator respondit in hunc modum. Ad hoc, quod obicitur domino Ottoni, quod libellus suus sit inepte formatus et cetera, item et aliam exceptionem videlicet, quia in auctentico dicitur: „iurisdictionem exercere noscatur", intelligendum est de iure et cetera, item ad terciam exceptionem, ubi dicitur: „quod petit emendas a delinquentibus" et cetera, respondemus et dicimus, quod emende dependent ab ipsa iurisdictione et cetera, prout in dictis responsionibus plenius continetur. Quo peracto et habito consilio, quia causam, quam movet dominus Otto Yssero de Aldendorpesen et suis in lite consortibus, super qua coram nobis lis est legitime contestata, consilium requirit et labores ita, quod ad sui expeditionem aliis supersedere negotiis et huic intendere nos oporteat, ideo predictum negotium, quod dominus Otto dictis consulibus movet coram nobis ad presens, quousque partes ad nos super ipso revocandas decernamus, duximus suspendendum. Actum in crastino Margarete supradicto, anno Domini M°.C°C.LX°X tercio.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 261. Siegel u. Befestigung abgerissen, ersteres liegt bei.

1328.

Zwei Grafen v. Dassel überlassen Kl. Brenkhausen mehrere Güter. Gieselwerder 1273 Juli 18.

Nos Ludolphus comes de Dasle et de Sconenberge, Ludolphus comes de Dasle et de Nygenovere, nec non et consules civitatis Hoxariensis, Henricus dictus Monetarius, Henricus de Brunswic, Thidericus Pusterman, Iohannes de Luchteringe ac universitas ceterorum consulum simul et burgensium omnibus in perpetuum. Merita in sacra religione protestantur, quod unusquisque fideles in Dei servicio existentes promovere debeat, ut in ipso eo validius valeant permanere. Hinc est, quod ego Ludolphus comes de Dasle et de Sconenberge prenotatus cum presentibus ad evidenciam tam presencium quam futororum pervenire cupio publice protestando, quod, quicquid iuris in Rodenbeke et Eldessen nostri antecessores et nos debite vel indebite habuimus, totaliter resignamus, quod ad honorem Dei omnipotentis et beate Marie collegio sanctimonialium in Berinchusen contulimus libere perpetuo et pacifice possidendum ipsisque super eo plenariam in perpetuum prestitimus libertatem. Ne autem quisquam de nostra familia aut de nostris successoribus ipsos de cetero super premissis inpetere vel molestare presumat et ne temporis revolutio huius facti oblivionem inducat, presentem paginam nostro et prelibatorum sigillis ad maiorem confirmationem et evidenciam fecimus roborari. Insuper et huius rei testes sunt: Henricus plebanus de Insula, Volcquinus de Meynbrechtessen, Reynhardus de Gothardessen, milites, et alii quam plures. Datum in Insula, anno Domini M°.C°C.LX°XII°I., feria tercia post divisionem Apostolorum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Corvey Nr. 105. Von den früher an Pergamentstreifen angehängten Siegeln ist keins erhalten. Gedr. Ztschr. VIII, 121, unvollständig Wigand, Archiv VII, 3, 234. Rodenbeke *u.* Eldessen *eingegangen zwischen Herstelle u. d. Solling; sie gehörten zur Grafsch. Nienover.*

1329.

Bernhardus*(?)* Marscalcus de Wartberg *unter den Zeugen beim Verkauf der Grafschaft und Jurisdiktion über eine Reihe Dörfer, der Vogtei über Güter der Kl. Lippoldsberg und Hilwartshausen seitens des Grafen Ludolf von Dassel gen. von Schöneberg. 1273 August 13.*

Gedr. Gudenus, Cod. dipl. I Nr. 341. Litteratur Böhmer-Will, Regg. Arch. Magunt. II, 383 Nr. 291.

1330.

Dompropst Heinrich von Paderborn bekundet, dass er Güter in Rentinchusen *dem Paderborner Bürger Johann Rethere überlassen hat. 1273 (um August 18).*

Heinricus Dei gratia prepositus Paderbornensis universis presens scriptum visuris salutem in auctore bonorum omnium et salutis. Tam presentibus quam futuris, notum facimus universis, quod nos bona in Rentinchusen sita, que Ekbertus dictus Vettekneht a nobis tenuit et nos ab ipso nostris comparavimus denariis, contulimus Iohanni civi Paderbornensi dicto Rethere et Ermendrudi uxori sue ac Hermanno eorum filio cum omnibus pertinentiis perpetuo possidenda, conditione tamen tali, ut iidem Ioh(annes) et E(rmentrudis) capitulo beatorum Petri et Andree Paderbornensi viginti et unum denarios et novem Padermoldra annone solvant annuatim, quam annone summam eidem capitulo contulimus, ut perpetuo nostra et patris ac matris nostre memoria in ipsa ecclesia peragatur. Denarios videlicet viginti unum predictum capitulum solvet singulis annis capitulo nostro maioris ecclesie in festo Blasii, videlicet in anniversario Walonis; hec enim pensio XXI denariorum capitulo maioris ecclesie solvitur et solvetur perpetuo de bonis memoratis; notato etiam, quod si eundem Io(hannem) et E(rmentrudim) predictam egestate cogente predicta bona vendere contigerit, et expensas in emendacione bonorum et edificiis fecerint, Hermannus eorum filius predictus ratione collationis sibi facte vendicionem nullatenus poterit impedire. Emptor etiam et sui heredes aut etiam prefati Iohannis heredes vel alius, ad quemcunque sepedicta bona quocunque modo transierint, capitulo beatorum apostolorum prenotato prescriptam denariorum et annone solvent perpetuo pensionem; nec nos aut successor noster prepositus vel etiam sepedictum capitulum ipsos in prefatis bonis impedient, quamdiu solvere voluerint et poterint pensionem antedictam, collatione nichilominus bonorum eorundem nobis et nostris successoribus, maioris ecclesie prepositis, remanente. Ut autem hec rata sint et firma permaneant, presentem paginam super hiis cons(crip)tam et nostro et capituli beatorum apostolorum predictorum sigillis duximus roborandam. Testes etiam huius (rei) sunt: Amelungus de Driburch, Lodewicus Bulemast, Albero Creuet, Iohannes canonicus Scildecensis, Iordanus de Eversen, Hartmodus, Heinricus dictus Endehagte, Gerhardus Monetarius, Heydenricus super campum, Gerhardus quondam plebanus in Hagen, Hermannus de sancto Quintino Herisiensi, Hermannus Bunno, Volcmarus filius Alberti advocati et alii quam plures nostri fideles ad hoc rogati testes. Datum anno Domini M°.C°C.LX°XII°I.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 29. Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Von Rentinchusen *(auf der Rückseite* Rint.*) ist noch übrig der Redinger Hof zwischen Lippspringe und Neuenbeken. (Spancken.) Vergl. unten zu 1300 April 1. Zur Datirung vgl. folg. Nr.*

1331.

Richter und Rathmänner der Stadt Paderborn bekunden, dass der Dompropst Heinrich seine Güter in Rentinchusen *einem Paderborner Bürger unter Bedingung einer Abgabe an Stift Busdorf überlassen hat. Paderborn 1273 August 18.*

Universis hoc scriptum visuris iud[ex et] consules civitatis Paderbornensis notum facimus et publice[1]) protestamur, quod honorabilis vir dominus Heinricus prepositus [Paderbornensis] bona sita in Rentinghosen, que suis denariis ab Ecberto dicto Vettekneht comparaverat et que idem Ecbertus [ab ipso ten]uerat, Iohanni filio Rethiri, uxori sue et Hermanno filio suo ea conditione contulit, ut decano et cap[itulo beatorum a]postolorum Petri et Andree Paderbornensis idem Io(hannes) vel aliquis predictorum, qui eadem bona pro tempore teneat, singulis annis in [festo Mich]ahelis solvat novem moltra annone et XXI denarios pro annua pensione, quam pensionem decano et capitulo predictis [presen]tavit seu donavit, tamen cellerario sepedicte ecclesie, qui pro tempore fuerit, presentandam pro suo, patris et matris sue anniversariis [in] eadem ecclesia perpetuo peragendis. Eandem etiam pensionem, ad quoscunque et quocunque modo eadem bona pervenerint, solvent ecclesie memorate. Ut autem hec

inviolabiliter observentur presens scriptum sigillo civitatis Paderbornensis sigillari fecimus in testimonium predictorum. Testes etiam huius rei sunt: Hermannus de Amerungen, Iohannes de Herse, iudices; consules: Ysherus Longus, Conradus de Horne, Iohannes Vos, Iohannes de Barinchosen, Iohannes de Saltcotten, Hermannus Salentin, Gerlacus de Tulo, Wicbertus Credo, Heinricus Knippinch, Thetmarus de Campo, Thidericus de Ualle, Hermannus Erenfridi, Gyselerus de Bekene, Fridericus de Anuorde, Arnoldus de Dryburg, Heinricus Ritsalde, Heinricus de Sutheim et alii quam plures. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°XII°I., XV°. Kalendas Septembris.

[1]) et publice *wiederholt Or.*

Or. (defekt) im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 30. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Vgl. vor. Nr.

1332.

Dekan und Kapitel von Stift Busdorf bekunden, dass sie dem Dompropst Heinrich und nach dessen Tode dem Kanonikus Widukind eine jährliche Rente aus den Gütern in Rentinchusen *geben werden. Paderborn 1273 August 18.*

Decanus et capitulum ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree Paderbornensis universis, ad quos presens scriptum pervenerit, notum facimus, quod nos honorabili viro domino H(enrico) preposito Paderbornensi et Widikindo concanonico nostro post mortem ipsius prepositi novem moltra annone, quam de bonis sitis in Rentinghusen recepimus, in festo Martini sine contradictione qualibet per nostrum celerarium, qui pro tempore fuerit, persolvemus. Post mortem vero predictorum eandem annonam idem prepositus nobis deputavit libere retinendam. In cuius rei testimonium presens scriptum eisdem dedimus sigillo nostre ecclesie sigillatum. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°X.II°I., XV°. Kalendas Septembris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 31. Siegel und Befestigung fehlen. Widukind verkauft 1296 April 28 diese Rente an Busdorf. Vgl. oben. Geschrieben vom Schreiber der Nr. 1330.

1333.

Genannte Paderborner Bürger nehmen unter Vorbehalt ihre Replik zurück. 1273 September 1.

Protestantur coram vobis domino thesaurario Isherus, Iohannes Retheri, Iohannes de Barichusen et Iohannes dictus Vos, cives Paderburnenses, quod, si ipsi cives responderint ad aliquam positionem sive positiones domini Ottonis camerarii Paderbornensis, que fuerit impertinens, copulativa, disiunctiva, multiplex dependens seu superflua, quod huiusmodi responsio ipsis non obsit, et pro non responso volunt haberi ipsam vel ipsas responsiones et hac protestatione salva ipsi rei positionibus dicti camerarii respondent. Actum feria tercia hora vesperarum post festum beati Egidii, anno Domini M°.C°C.LX°X tertio.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 262. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs das spitzovale Siegel des Soester Thesaurars.

1334.

Edelherr Hermann von Ösede übergibt drei Vasallen mit ihrem Güterbesitz dem Edelherrn Hermann zur Lippe. 1273 September.

Universis tenorem presentium visuris ego Hermannus nobilis de Osede notum facio publice protestando, quod Andream militem filium marscalci, Fridericum dictum Boleke et Lodewicum de Milinchusen, ratione bonorum suorum, que a nobis tenent in pheodo, meos vassallos, nobili viro domino Hermanno de Lippia mera et spontanea voluntate vendidi, contuli et in hunc modum assignavi, ut ipsa eadem domino Her(manno) suisque heredibus perpetue permaneant more et iure vassallorum, renuncians etiam omni actioni, si qua mihi in hac parte competeret in futuris. In cuius facti robur presens scriptum meo sigillo feci communiri. Datum anno Domini M°.C°C.LX°X tercio, mense Septembris.

Or. im Fürstl. Lipp. Archiv zu Detmold. Das an Pergamentstreifen angehängte Siegel abgefallen.

Reg. Lipp. Regg. I, 232 Nr. 357, wohl irrig zu 1270 September 3.

1335.

Exceptionsschrift der Paderborner Bürgerschaft gegen den Domkämmerer. Paderborn 1273 October 2.

Coram vobis, domine iudex, dicunt et proponunt Ysherus et eius in lite consortes, cives Paderbornenses, contra dominum Ot(tonem) camerarium ecclesie Paderbornensis excipiendo peremptorie pro se (et) suis complicibus et ad hunc finem, ut ipsi ab impetitionibus ipsius camerarii penitus absolvantur et quare ipsi non debeant nec possint pronunciari seu dici ipsum camerarium contra iusticiam impedivisse et adhuc impedire, quominus ipse in eos, qui panem et cervisiam vendunt in civitate Paderbornensi, iurisdictionem valeat exercere, quod consules et magistri civium civitatis Paderbornensis singulis annis in nativitate beate virginis cum ipso camerario et predecessoribus suis hoc iure seu consuetudine usi sunt, quod taxant et ordinant et taxare et ordinare consueverunt in civitate Paderbornensi, quot panes pro denario vel obulo dari debeant et in quali albedine panis prestari debeat et quot bicaria cervisie dari debeant pro obulo, ita quod ipsi post ordinationem et taxationem factam a delinquentibus in venditione et pisticatione panis et a delinquentibus in venditione cervisie in paucitate modii(?) bicariorum receperunt et recipere consueverunt nomine emende seu pene quinque solidos Paderbornenses ad gratiam ipsorum; et ipse camerarius et predecessores sui recipiunt vel recipere consueverunt ab eisdem delinquentibus modo predicto nomine emende seu pene sex denarios Paderbornenses. Et quod ipsi consules et magistri civium Paderbornensium singulis annis in festo predicto parati fuerunt et adhuc sunt cum domino O(ttone) camerario predicto taxare et ordinare de predictis, ut est premissum, quodque ipsi consules et magistri civium adiectis temporibus priorum possessorum tanto tempori huiusmodi taxationi et ordinationi interfuerunt et interesse consuerunt et quod huiusmodi emendam seu penam quinque solidorum receperunt hoc iure tamdiu et usi sunt, quod legitime prescripserunt premissa, vel ex eis, quod sufficiat, predicti consortes litis se offerunt loco et tempore legitime probatura vel probaturum, si a parte adversa fuerint inficiata. Hanc exceptionem ad presens proponunt salvis ipsis aliis peremptoriis in posterum, si ipsis reis expedire videbitur, proponendis. Actum Paderborne, in crastino Remigii, anno Domini M°.C°C.LXXII°I.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 263. Siegel von dem von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen ab. Schrift von zitternder, anscheinend alter Hand geschrieben und schwer lesbar.

1336.

Der Termin zur Verhandlung über die Klageschrift des Paderborner Domkämmerers wird auf den 3. October 1273 angesetzt. 1273 October 2.

Robertus canonicus ecclesie Sosatiensis, iudex a thesaurario eiusdem ecclesie, iudice a sede apostolica delegato, subdelegatus. Cum in causa, que vertitur inter dominum Ottonem camerarium ecclesie Paderburnensis ex parte una et Ysherum et suos in lite consortes, cives Paderburnenses, ex altera, idem camerarius super intentione sua quosdam nobis articulos exhiberet in crastino Remigii, nos ad dandam interrogatoriam hincinde et ad productione testium primam eiusdem camerarii horam primam diei immediate sequentis assignavimus. Datum anno Domini M°.C°C.LXXII°I., in crastino Remigii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 264. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs spitzovales Siegel, frei im Siegelfelde zwei mit den Rücken zueinander gekehrte Pfauen, die Füsse in den Siegelrand und zwischen den Schnäbeln eine Hand. Dieselbe Schrift wie vor. Nr. Umschrift: S . . . berti canonici Susasient.

1337.

Edler Heynemann von Itter verzichtet zu Gunsten des Kl. Werbe auf seine dortige Fischereigerechtigkeit. 1273 Oktober 9.

Heynemannus de Ittere nobilis universis, quibus presentes littere fuerint exhibite, perpetuam in Domino salutem. Recognoscimus presentibus publice protestando, quod nos in subsiduum ecclesie in Werbe et respectu recompensationis pecuniarie renunciavimus omni actioni et iuri, si quod nobis de piscina et quibusdam agris, pro ipsa piscina rationabiliter commutatis, que ad dictam ecclesiam per-

tinent, competere videbatur, Thilemanno fratre nostro ratam habente et per omnia consentiente. Et ne quis coheredum nostrorum renuntiationem huiusmodi valeat revocare, presens scriptum nostro sigillo et civitatis Corbike sigilli munimine roboratum ecclesie contulimus supradicte. Datum anno Domini M°.C°C.LXXII°I., in die beati Dyonisii. Presentibus Florino de Rekerinchusen, Waligone de Ense, Henrico dicto Boc, militibus; Goscalco de Mulehusen, Gysone, Hermanno Bulle, Henrico Tedesalt, Bertoldo de Brakele et aliis quam pluribus.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs gut erhalten 1) dreieckiges Siegel des Ausstellers, nach rechts aufgerichteter Löwe. Umschrift: Sigillum Heinemanni iuvenis mil.; *2) rundes der Stadt Corbach.*

1338.

Richter, Rathmänner u. Gemeinde der Stadt Salzkotten bekunden eine Schenkung der Wittwe ihres Mitbürgers Meinricus an Kl. Hardehausen. 1273 Oktober 17.

Nos iudices, consules ac universitas in Saltkoten universis hoc scriptum visuris salutem. Cum ea, que in tempore geruntur, ne per lapsum temporis evanescant et oblivioni tradantur, litterarum testimonio solent roborari. Hinc est, quod omnibus notum esse volumus (qui)a nobis presentibus Meinricus noster concivis ac uxor eiusdem legitima (duas dom)us[1]) suas Saltkoten sitas cum universa substancia[2]) rerum suar(um) . . . ipsorum beate Marie virgini et ecclesie Hersvithehusensi libere lega-ve(runt), predicta vero femina post mortem ipsius exuvias sospite vita specialiter dicte ecclesie assignavit. Aderant, dum hec fierent, Walbertus miles, Bertoldus dictus Scildere, Willikinus de Vernede, Helmicus et Hermannus iudices, Regenhardus proconsul, Ludolfus Preco, Iohannes Riuesaccus, Hermannus Luderinc et alii quam plures fidedigni testes. Actum et datum anno Domini M°.C°C.LX°X tercio, in crastino beati Galli confessoris. Ut autem hec rata permaneant, presens scriptum sigillo nostro concessimus roborari.

[1]) *Ergänzung nach Rückschrift.* [2]) subtancia *Or.*

Or. (in der Mitte durchlöchert) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 166. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1339.

Bischof Simon von Paderborn bezeugt, dass er vor einigen Jahren seinem Verwandten dem Domherrn Otto von Rietberg die Domkämmerei verliehen und dass zu derselben das Gericht über den Brod- und Bierverkauf in der Stadt Paderborn gehöre. Aachen 1273 October 29.

Symon Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus universis hoc scriptum visuris salutem in Domino. Presentibus publice protestamur, quod annis pluribus iam elapsis consanguineo nostro dilecto Ottoni de Redberg, canonico ecclesie nostre, cameram ipsius ecclesie porreximus cum omnibus suis iuribus et attinentiis, recongnoscentes in hoc scripto, iudicium panis et cervisie Paderbornensis civitatis cum omnibus suis iuribus et emendis ad ipsam cameram et nullos alios pertinere. Datum Aquisgrani, anno Domini M°.C°C.LXXIII., in crastino Symonis et Iude apostolorum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 265. An Pergamentstreifen das spitzovale Siegel des Bischofs ziemlich gut erhalten mit Sekret. Simon war in Aachen zur Krönung des römischen Königs Rudolf (24. October). Am selben Tage erscheint der Bischof als Zeuge König Rudolfs für Aachen, am 30. Oct. für Kaiserswerth; Lacomblet UB. II, 638 u. 639. Vgl. Böhmer, Regg. Imp. 1246—1313, 59 Nr. 11.

1340.

Der Soester Thesaurar setzt den Bürgern von Paderborn einen Termin zur Beantwortung des Klagelibells des Domkämmerers an. 1273 October 31.

Iudex in causa, que coram nobis vertitur inter dominum Ottonem camerarium ecclesie Paderburnensis ex una parte, Ysserum et eius in lite consortes cives Paderburnenses ex altera, publicatis

attestationibus ipsius camerarii in causa predicta prefigimus ipsis civibus feriam secundam post octavam beati Martini hyemalis ad dicendum in personas et dicta testium productorum ex parte camerarii supradicti. Et protestabantur dicti cives ante publicationem dictarum attestationum se velle dicere[1]) in personas et dicta testium predictorum et protestabatur dictus camerarius, quod, si dicta protestatio dictorum civium in personas et dicta de iure valere debeat, quod valeat, si non, non. Actum in vigilia omnium sanctorum anno Domini M°.C°C.LXXII°I.

[1]) dicere *doppelt.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 266. An Pergamentstreifen das spitzovale Siegel des Soester Thesaurars.

1341.

Propst Otto von Busdorf bestätigt den Vergleich des Kl. Bredelar mit dem Pfarrer Regenhard in Esbike. *Hardehausen 1273 November 12.*

Otto Dei gratia prepositus sanctorum apostolorum Petri et Andree Paderbornensium viris religiosis ac discretis abbati et conventui in Breidelare perpetuam in Domino salutem. Cum causa, quam Regenhardus plebanus in Esbike vobis movit auctoritate litterarum papalium super quibusdam fructibus ad ecclesiam ipsam spectantibus, ut dicebat, per abbatem et priorem de Hersedehusen et magistrum Arnoldum scolasticum ecclesie supradicte et per alios quamplures pro redimendis vexationibus partium amicabiliter sit sopita, ita videlicet, quod de eadem ecclesia dicto Regenhardo plebano eiusdem ecclesie dabitis decem moltra sex siliginis et IIII avene mensure Harhusensis temporibus vite sue sive plebanatus et vos per secularem sacerdotem eandem ecclesiam offitiabitis, prout est condictum, et sic lis ab eodem plebano predictis abbati et conventui mota penitus conquiescat, nos predictus prepositus sanctorum Petri et Andree Paderbornensium consideratis circumstantiis cause et qualitate negotii ipsam compositionem seu ordinationem predictorum gratam et ratam habentes et in nomine Domini confirmamus. In cuius rei memoriam presens scriptum sigilli nostri munimine ad instantiam et petitionem partium duximus sigillandum. Actum et datum Hersedehusen, anno Domini M°.C°C°.LX°XII°I., in crastino Martini episcopi.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 100. Am Pergamentstreifen rundes Siegel des Propstes Otto, Petrus mit Schlüssel u. Kreuz, wie Westf. Siegel III, Taf. 135 Nr. 4; Rücksiegel Rietberg. Adler.

1342.

Die Brüder Propst Otto von Busdorf und der Paderborner Kanonikus Hermann, Grafen von Rietberg, genehmigen die Stiftung eines ewigen Lichtes im Kl. Marienfeld seitens ihres Bruders Elekt Konrad von Osnabrück für die Seelenruhe ihrer dort beerdigten Mutter. 1273 November 30.

Gedr. UB. III, 938.

1343.

Graf Otto von Rietberg, Propst zu Busdorf, verkauft das Gut Vahlhaus dem Kl. Marienfeld. 1273 November 30.

Gedr. UB. III, 937.

1344.

Bischof (Simon) von Paderborn Zeuge König Rudolfs für Worms. Worms 1273 December 7.

Gedr. Böhmer-Ficker, Acta imp. sel. S. 317 Nr. 392.

1345.

Bischof Simon von Paderborn u. a. Schiedsrichter im Streite des Pfalzgrafen Ludwig mit Erzbischof Engelbert von Köln. Worms 1273 December 8.

Gedr. Lacomblet, UB. II, 648.

1346.

Der Soester Thesaurar Gottfried entscheidet, dass die Gerichtsbarkeit über den Verkauf von Brod und Bier sowie Taxation und Preisfeststellung dieser Lebensmittel in der Stadt Paderborn dem Domkämmerer zustehe und verurtheilt die Vertreter der Bürgerschaft zu 25 Mark Strafe.
Soest 1273 December 20.

In nomine Domini amen. Nos Godefridus thesaurarius Sosatiensis ecclesie, iudex a sede apostolica delegatus. In causa, que vertitur inter dominum Ottonem de Retberg, camerarium ecclesie Paderburnensis ex parte una et Ysserum et suos in lite consortes, cives Paderburnenses, ex altera, ex parte ipsius camerarii coram nobis oblatus fuit libellus ipsis civibus sub hiis verbis: Coram vobis Domino .. thesaurario Susatiensis ecclesie, iudice a sede apostolica delegato, conqueritur Otto de Retberg, camerarius ecclesie Paderburnensis et cetera, ut in actis apparet. Tali itaque libello oblato et lite super ipso coram nobis legitime contestata, iuramento calumpnie hincinde a partibus prestito, testibus pro parte eiusdem camerarii productis et eisdem prudenter examinatis, dictis quoque eorundem solempniter publicatis, exceptionibus, replicationibus et aliis allegationibus partium hinc inde diligenter auditis et examinatis, quia ex dictis testium, allegationibus et aliis legitimis documentis ad plenum nobis constitit et legitime ac sufficienter probatum invenimus, quod iurisdictio temporalis in eos, qui panem et cervisiam [1]) vendunt in civitate Paderburnensi, ad solos .. camerarios ecclesie Paderburnensis ratione officii cameratus eiusdem ecclesie de iure pertinet; item, quod predicta iurisdictio in taxatione et ordinatione debite quantitatis panis et precii eiusdem et mensure cervisie [2]) et precii mensure ac emendarum perceptione a delinquentibus circa predicta contra taxationem et ordinationem camerariorum Paderburnensium, qui sunt pro tempore, consistit; item quod Ysserus et sui in lite consortes, cives Paderburnenses, ipsum camerarium, qui nunc est, videlicet dominum Ottonem de Retberg predictum in exercitio predicte iurisdictionis contra iusticiam impediunt et impediverunt, habito super hoc diligenti tractatu et prudentum virorum communicato consilio, Dei nomine invocato diffinitive pronunciamus [3]): predictam iurisdictionem et ea, in quibus consistit dicta iurisdictio, de quibus modo dictum est, ad solos camerarios ecclesie Paderburnensis et ad predictum dominum O(ttonem) nunc camerarium ratione officii cameratus pertinere de iure et ad nullum alium et sepedictos Ysserum et eius in lite consortes cives Paderburnenses eundem dominum O(ttonem) in eiusdem iurisdictionis exercicio indebite et contra iusticiam impedivisse et impedire. Ex habundanti quoque predictum dominum O(ttonem) per hanc nostram diffinitivam sententiam restituimus plene possessioni vel quasi iuris predictam iurisdictionem exercendi, si forte per impedimentum vel aliud factum predictorum civium cecidit ab eadem. Ceterum quia per allegationes, rationes, dicta testium et alia munimenta cause pro parte domini O(ttonis) eiusdem camerarii legitime ostensum nobis extitit, quod de iure nulla via prescriptioni, que pro predictis civibus contra ius suum sive iurisdictionem predictam curreret, esse posset, ut ex causis super hoc allegatis et ostensis apparet, idcirco predictis civibus super iure taxandi et ordinandi cum camerariis Paderburnensibus et emendarum perceptione, in quibus ex quadam prescriptione ius sibi esse confingebant, hac [4]) presenti diffinitiva nostra sentencia perpetuum silentium exigente iusticia duximus imponendum, idem ius taxandi et ordinandi et emendarum perceptionem, de quibus supradiximus, domino O(ttoni) camerario sepedicto soli et eiusdem in officio cameratus ecclesie Paderburnensis successoribus solis, ut prediximus, diffinitive adiudicantes. Condempnamus etiam dictos Ysserum et eius in lite consortes, sepe dicto camerario in XXV marcis nomine expensarum in lite factarum, quas idem camerarius iuramento suo coram nobis prestito taxatione nostra prehabita declaravit, octavam purificationis beate virginis [5]) terminum solutionis predicte pecunie eisdem prefigentes, condempnationem et estimationem sive taxationem illius interesse, quod in predicto suo libello idem O(tto) camerarius petiit, nobis reservantes. Precipimus igitur sepe dictis civibus sub pena excommunicationis, quam presentibus in ipsos ferimus, si secus fecerint, ab impedimento sepe dicti camerarii in iurisdictione huiusmodi et eiusdem

exercitio de cetero abstinere. Actum et pronunciatum in ecclesia Susaciensi, in vigilia beati Thome apostoli anno Domini M°.C°C.LXX tercio; presentibus domino Her(manno) decano ecclesie Susatiensis, magistro R(utgero) scolastico[5]), magistro Gerlaco, magistro Regenhardo, Roberto et Meinrico, canonicis ibidem et aliis quam pluribus clericis et laicis.

[1]) servisiam *B.* [2]) servicie *A.* [3]) pronunciavimus *B.* [4]) hāc *B.* [5]) *Fehlt B.*

Or. in zwei Ausfertigungen (A und B) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 267. An beiden Ausfertigungen hingen an Pergamentstreifen sieben Siegel; von beiden erstes Siegel abgefallen. An A an 2. Stelle spitzovales Siegel, zwei Heilige in gothischen Bogen, darunter knieende Gestalt. Umschrift: S. Hermanni Sosacien. eccle. decani. *3) abgefallen; 4) spitzoval, Baum, worauf Pelikan auf seinem Neste, drei Junge aus der Brust nährend, daneben Mond und Stern. Umschrift:* S. Gerlaci canonici Susacien. *5) rundes Siegel, Löwe im Kampf mit dem Lindwurm. Umschrift:* S. Luberti can. Sosaciencis. *6) Siegel Robert's, Pfauen mit Hand dazwischen. Umschrift:* S. Ruberti canonici Susaciensis. *7) (beiliegend) spitzoval, zwei Pfauen, zwischen denen ein Menschenkopf. Umschrift:* S. Minrici canonici Susaciensis; *die letzten 4 wie Westf. Siegel III Taf. 137 Nr. 10—13. An der andern Ausfertigung 2) Rest des Dekanssiegels; 3) abgefallen; an 4. Stelle spitzovales, der h. Patroklus mit Palme und Buch, rechts neben ihm knieend der Siegler. Umschr.:* S. magri. Regenardi can. Sozacien. *5) Rest vom Siegel Roberts mit den Pfauen; 6) Siegel Meinrichs, ganz erhalten; 7) Siegel Gerlachs.*

1347.

Der Soester Thesaurar fordert unter Mittheilung vorstehenden Erkenntnisses die Pfarrgeistlichkeit der Stadt Paderborn auf, dasselbe in ihren Kirchspielen bekannt zu machen, seine Befolgung sowie die Zahlung der Geldbusse bei Strafe der Exkommunikation anzubefehlen und jede Appellation für nichtig zu erklären. Soest 1273 Dezember 20.

G(odefridus) thesaurarius ecclesie Susatiensis, iudex a sede apostolica delegatus, dilectis in Christo . . cantori ecclesie beatorum Petri et Andree apostolorum Paderbornensium, Forensis ecclesie ac aliarum parrochiarum Paderbornensium plebanis universis salutem in Domino. Cum nos in causa, quam coram nobis movet et movit dominus Otto de Rethberg, camerarius Paderbornensis, Yssero et eius in lite consortibus, civibus Paderbornensibus, sententiam diffinitivam, quam sub nostro et aliorum fide dignorum sigillis vobis exhiberi precipimus, pro ipso . . camerario tulerimus iuris ordine in omnibus observato, ut ex eiusdem sententie serie plene colligere potestis, discretioni vestre sub pena suspensionis districte precipiendo mandamus, quatinus singuli in vestris parrochiis predictam sententiam publicetis, et auctoritate apostolica sub pena excommunicationis, quam presentibus ferimus in omnes, qui in aliquo contra ipsam venire presumpserint, districte precipiatis pro singulis suis articulis observari. Ceterum quia predictos cives, ut iuris est, sepedicto . . camerario in eadem sententia condempnavimus in XXV marcis denariorum monete Susatiensis nomine expensarum, terminum solutionis ipsis coram nobis constitutis octavam purificationis beate virginis instantis nunc proximo viva voce prefigentes, mandamus vobis sub pena premissa, quatinus singuli in vestris parrochiis predictis civibus eundem terminum intimetis et ut usque ad ipsum solvant predictam pecuniam, sub pena excommunicationis iniungatis, ne, si secus fecerint, contra ipsos ad penas canonicas procedere compellamur. Volumus nichilominus et sub pena premissa precipimus, ut, si forte aliqui ex civibus vel eorum nomine quandam appellationem, quam frivole emisisse dicuntur, voluerint in vestris parrochiis publicare, vos, quantum in vobis est, nullam eis audientiam prebeatis, sed predictam appellationem nullam esse publice in ecclesiis vestris et parrochiis singuli publicetis. Datum Susati, in vigilia beati Thome apostoli, anno Domini M°.C.°C.LX°X tercio. Reddite litteras.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 266. An Pergamentstreifen ovales Siegel des Thesaurars.

1348.

Konrad gen. Olla verkauft an Kl. Arolsen seinen Zehntantheil in Bivangen. *Volkmarsen 1273 December 28.*

Pateat universis, quod nos dominus Conradus dictus Olla ex consensu omnium heredum nostrorum assignamus conventui dominarum in Aroldessen partem decime nostre in Bivangen site pro quatuor marcis legalis monete loco pingnoris videlicet, ut fructus ex ea recipiant universos, et si senserint inpedimentum, quod absit, in ea, in quarta parte decime nostre in Elsingen sument restaurum. Quod cum benivolentia filiorum nostrorum data fide solidamus. Addimus preterea, quod, si nominatam decimam redimere proponimus, non aliter nisi inter festum nativitatis Domini et beati Martini hoc fieri posse penitus arbitramur. Preterea, si subscripte iussiones violate fuerint, dominus Thidericus de Medrike omnia refundere finaliter se promisit iam dicte congregacioni. Cuius rei testes sunt: dominus Elgerus sacerdos, dominus Iohannes sacerdos, dominus Henricus in Culte, Hermannus de Medrike, Allexander de Twiste, Bruno, Iohannes de Helsen, Eckehardus. Ut autem hec illibata permaneant, scriptum presens sigillo nostro corroboramus.[1]) Datum in Volcmarsen, anno ab incarnatione Domini M°.C°C°.LXX° tercio, in die innocentium martirum.

[1]) *Or. undeutlich.*

Or. im Fürstl. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen Fragment vom dreieckigen Siegel des Ausstellers, ein runder Kessel mit Füssen und Handgriff.

1349.

Kl. Corvey gestattet dem Pfarrer Konrad von Höxter mit einer ihm testamentarisch vermachten Summe gewisse Äcker anzukaufen, welche nach seinem Tode dem Corveyer Hospital zufallen sollen. 1273.

Bernhardus prior, Heinricus prepositus totusque conventus Corbeyensis ecclesie universis Christi fidelibus salutem in Domino. Notum esse volumus, quod Conradus plebanus de Huxaria de pecunia, quam in testamento recepit cuiusdam boni viri, nomine ecclesie nostre emit pro viginti[1]) sex marcis, marca per decem solidos computata, ab Arnoldo de Porta et sorore sua Gertrude agros quosdam cum decima eorundem sitos inter[2]) Novale et Corbeyam, quos Arnoldus de Voltessen in pignore tenuerat, ita quod Arnoldus ipsos agros vel medietatem vel terciam partem reemere poterit semper ante festum Iohannis Baptiste pro eisdem denariis, dum Conradus plebanus perceperit integros fructus proximi futuri anni. Si ipsum vero mori contigerit, quod absit, quicquam in eisdem bonis iuris habuit, pro remedio anime sue ad elemosinam contulit hospitalis. Insuper obligavit dicto Conrado decem iugera sita in Lura pro quatuor marcis examinati argenti, que ipse vel sui heredes redimere possunt prefixo tempore Iohannis Baptiste. Si vero Conradus iam sepe dictus decesserit, hec omnia eo iure, quo comparata sunt, nostro cedent hospitali. Item Arnoldo et sue sorori non licet iam dicta bona alicui vendere, nisi hospitali, si pro tanto solvere velit, pro quanto alius vellet veraciter comparare. Ut in hoc facto procedatur et nullo modo possit revocari, fideiussores utriusque partis sunt: Albertus et Lippoldus fratres, Albertus iunior et Conradus, milites de Amelungessen. Ne aliquis in posterum ista possit infringere, sed rata permaneant et inconvulsa, presens scriptum sigillis nostre ecclesie videlicet necnon et fratrum de Amelungessen et civitatis Huxariensis fecimus roborari. Huius rei testes sunt: Albertus et Lippoldus fratres de Amelungessen, Albertus iunior, Conradus et Herboldus fratres de Amelungessen, Heinricus de Osickessen, Herboldus de Meingodessen, Heinricus monetarius, Heinricus de Bruneswich et Volcmarus[3]) de Bruneswich, Arnoldus de Voltessen, Arnoldus de Curia, Nicolaus de Luchtringen et Iohannes suus frater, Nicolaus Beseworem[4]), Sifridus[5]) de Hallis, Heinricus Sagittarius[6]) et alii quam plures. Acta sunt hec anno M°.CC°. septuagesimo tercio.

[1]) vinginti *C.* [2]) *B hat* in, *und dann* Corbeya. [3]) Wolcmarus *B;* et *fehlt.* [4]) Beseworn *C.* [5]) Siffridus *B.* [6]) Sagitarius *B.*

Aus Msc. I, 135 p. 85 und 186 (B u. C). Nach Mittheilung des Kgl. Landraths des Kr. Höxter, Geh. Reg.-Rath Frhr. Wolff-Metternich, heisst noch jetzt das Feld der Höxterschen Flur auf dem

linken Weserufer (der Roher = Rhoder [novali] *Weg führt dahin) gegenüber von Lüchtringen die Lüre. Die Ländereien daselbst gehören der Herrschaft Corvey noch jetzt und sind seither stets an die Einwohner von Lüchtringen verpachtet gewesen. Es sind ihre besten Gartengrundstücke, und es war eine Rücksicht der Abtei gegen ihr Dorf, ihnen jene schönen* iugera *stets in Pacht zu belassen. Als im Jahre 1821 die Herrschaft Corvey an den Landgrafen von Hessen-Rothenburg abgetreten wurde, bedung der damalige Landrath Frh. Wolff-Metternich (Vater des jetzigen) in der Übertragungsurkunde aus, dass der Landgraf dieses Pachtverhältniss stets aufrecht erhalten und auch die Pacht nicht erhöhen solle.*

1350.

Die Edelherrn von Büren bekunden Güterverzicht zu Gunsten des Kl. Ölinghausen. Büren 1273.

Bertoldus maior et Bertoldus iunior domini de Buren L(udolfo) Dei gratia preposito in Olinchusen totique conventui eiusdem cenobii presens scriptum perpetuo duraturum. Ex tenore presencium protestamur, quod Her(mannus) plebanus de Andepen, frater R. militis et Ecberti et Her(manni) et Ar(noldi) filii ex una parte, R. et Gos(wini) filii ex altera de bonis a predictis fratribus venditis ex monitu et petitione eorundem cessant in nostra presencia spondentes vos in libera possessione predictorum bonorum permanere, super quo unus fratrum scilicet R. miles expendit IIII solidos, prout asserit, quos petit remitti, quia fideliter ea, que facta sunt, prefatis denariis procuravit. Presentes: Helmicus Molthane, Lambertus Minor, Gerhardus de Sintorp, Hereboldus de Vrbe, Conradus clericus. Datum Buren, anno Domini M°.C°C.LX°XII°I.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Ölinghausen Nr. 113. An von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen Bruchstück vom Siegel Bertholds d. ä. von Büren. Nach gleichzeitiger Rückschrift handelt es sich de allodio in Eden.

1351.

Genannte verkaufen einen Theil des Waldes bei Albachtessen *dem Villikus Konrad daselbst. 1273.*

Notum sit omnibus presentem litteram inspecturis, quod nos Hermannus miles Marschalcus, Regenbodo de Istinkdorpp, Bertoldus et Hermannus fratres de Aluassen quandam partem silve iuxta Albachtessen, collatam ecclesie in Louenne, de communi consensu nostrorum heredum et omnium in dicta silva ius habencium Conrado villico de Albachtessen vendidimus, ut ipsam partem ipse et sui certi heredes, vel quibuscunque dare vel vendere voluerit, iure hereditario valeant obtinere. In cuius facti testimonium presens scriptum super hoc confectum sigillis domini Hermanni Marscalci et domini Gotfridi plebani in Louene extitit roboratum. Datum anno Domini M°.C°C.LX°X°III.

Nach dem Willebadessener Kopiar saec. XV./XVI. im Stadtarchiv Dortmund f. 21; Reg. St.-A. Münster Msc. I, 242 p. 62. Ueber Albachtessen *vgl. Ztschr. XXXVIII,2, 107.*

1352.

Herbold von Amelunxen bekennt von Bischof Simon von Paderborn die Nutzniessung des Zehnten in Bruchhausen erhalten zu haben. Paderborn 1273 . . .

. . . . . ipsi decime attinentis percepi usufructum possidendum ad tempora vite mee, presentibus post mortem meam omnibus meis heredibus (mini)me valituris. In cuius facti evidens testimonium presens scriptum . . . mei, domini Alberti de A(melun)gessen . . . de Horehusen, militum, sigillis robora(ri) . . . publice fateor. . . . Actum et datum Paderborne, anno domini M.C°C.LXXII°I., in . . . Domini.

Or. (fast ganz zerstört) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 257. Siegel u. Befestigung fehlen. Regest nach dem Repertor des Kapselarchivs.

1353.

Stift Heerse überlässt einen ihm resignirten Hof in Esbike *an Kl. Bredelar. Heerse 1274 Januar 21.*

Ermengardis Dei gratia Herisiensis ecclesie abbatissa universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Ne gesta in tempore pro lapsu temporis evanescant, utiliter scripture memorie

commendantur. Noverint igitur presentes pariter et futuri, quod Regelendis uxor Iohannis de Brobike militis et filii ipsius Iohannes et Burchardus necnon et filie eiusdem Lucgardis et Odelhildis curtem in Esbike sitam, que villicationi in Horhusen pertinebat, ad ipsos iure hereditario devolutam, quam a nobis in feodo tenuerunt, nobis cum omnibus suis pertinentiis liberam resignarunt et omni iuri suo, quod in ipsa habebant, cesserunt et renunciaverunt, cum consensu predicti Iohannis de Brobike (et) unanimi voluntate. Nos vero de consilio prudentum virorum accedente consensu nostri conventus et ad instantiam predictorum heredum prefatam curtem in Esbike cum omni integritate venerabilibus viris abbati et conventui monasterii in Bredelare, ordinis Cysterciensis, pro perpetua pensione contulimus perpetuo possidendam, ita videlicet, ut prenominati monasterii abbas et conventus nobis et ecclesie nostre singulis annis in festo sancti Iacobi duas marcas currentis monete pecunie numerare persolvant perpetuo pro annua pensione. Nec ratione prescripte possessionis seu curtis ad aliqua tenentur servitia abbas vel conventus supradicti, nisi ut pensionem duarum marcarum nobis prenominato tempore persolvere studeant expedite. Protestamur etiam, quod supradicti heredes ab ipso feodo se fecerunt alienos, ut de cetero nichil iuris sibi asscribere in ipso vel vendicare possint vel debeant vel possessores eiusdem curtis aliquibus perturbationibus molestare. Ut autem prescripta rata permaneant perpetuis temporibus, appensione sigilli nostri presentes litteras duximus roborandas. Nos etiam decana et conventus Herisiensis ecclesie huiusmodi collationi consentientes ad presens scriptum sigillum nostrum in perpetuam memoriam duximus apponendum. Datum et actum in Herisia, anno Domini M°.C°C°.LX°X quarto, in die sancte Agnetis virginis. Testes sunt: Meichildis decana, Iutta scolastica, Beatrix celleraria, Berta thesauraria, Luthgardis, Cunegundis de Blankena, Meichildis de Lippia, Meichildis de Badenhusen, Eremengardis, Cunegundis de Halthusen; Hermannus de Istendorp, Ludolfus, Herebertus, Henricus de Halthusen, sacerdotes, Bernhardus camerarius abbatisse.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 104. An rothe Leinenfäden die spitzovalen Siegel 1) der Äbtissin, sitzende Frauengestalt mit Buch und Palmzweig, über dem Buche ein achtstrahliger Stern, wie Westf. Siegel III Taf. 129 Nr. 2. 2) des Konvents, Maria mit dem Kinde.

1354.

Johann von Brobike verkauft seinen vom Stifte Heerse lehnrührigen Hof zu Esbike *an Kl. Bredelar. 1274 Januar 22.*

Iohannes miles dictus de Brobike. Universis presentes litteras inspecturis duxi intimandum et ad noticiam omnium tam presentium quam futurorum volo tenorem presentium pervenire, quod Regelendis uxor mea, Iohannes et Burchardus filii mei nec non et filie mee Lucgardis et Odelhildis[1]) curtem in Esbike, que villicationi in Horhusen pertinebat, quam ab abbatissa Herisiensis ecclesie in feodo tenuerunt, de meo consensu et voluntate venerabilibus viris abbati et conventui monasterii in Breydelare pro viginti octo marcis cum omnibus suis pertinentiis in agris, silvis et pascuis vendiderunt et omni iure suo, quod in predicta curte habebant, cesserunt penitus et renuntiaverunt coram pluribus unanimi voluntate, ita ut nichil iuris deinceps sibi possint vel debeant in sepedicta curte et suis pertinentiis usurpare et emptores et possessores predicti feodi turbationibus vel molestiis aggravare. Et quia promissam pecuniam expedite et ex integro persolverunt, consenserunt et supplicaverunt una mecum heredes, ut predicta Herisiensis ecclesie abbatissa prefati monasterii abbati et conventui conferret pro annua pensione prescripte curtis feodum cum omni integritate perpetuo possidendum et exinde pensio, quam de villicatione in Horhusen persolvere consueverint, fieret aliquantulum minorata. Ut autem prescripta perpetuis temporibus rata permaneant, sigilli mei appositione presentem litteram communivi. Nos etiam Montis Martis consules, huiusmodi emptionis mediatores et testes existentes, ad presens scriptum sigillum nostrum in perpetuam memoriam duximus apponendum. Datum anno Domini M.°CC.°L.XX° quarto, in die sancti Vincentii martiris. Testes sunt: Iohannes et Godescalcus fratres

de Padberg, Conradus de Amelungessen, Suickerus et Olricus de Westhem, Bernhardus de Dalewich, milites; Hermannus de Padberg, Rudolfus de Esnethe, Fredericus dictus Picus, Henricus de Capella, Bertoldus de Huxaria, Albertus de Mulenhusen, Henricus Nutlon et alii quam plures.

[1]) *Im Kontext steht* Eremendrudis; *über der Zeile von anderer Hand das Richtige.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 105. An weissen Leinenfäden dreiekiges Siegel Johanns von Brobike, drei im Winkel um eine Kugel gesetzte Lanzenspitzen mit je einem Widerhaken; 2) an blauen rundes Stadtsiegel von Marsberg.

1355.

Papst Gregor bestätigt die vom Soester Thesaurar getroffene Entscheidung in dem Prozess des Paderborner Domkämmerers Otto von Rietberg gegen Johann Retheri, Ysserus, Johann gen. Vulpes, Johann von Barchusen und die andern Rathmänner der Stadt Paderborn wegen der Brod- und Biergerechtigkeit und beauftragt den Scholastikus, Thesaurar und den Kanonikus Giselbert von St. Peter in Utrecht die Beobachtung des Spruches zu überwachen. Lyon 1274 Januar 23.

Gedr. UB. V, 690.

1356.

Stadt Lemgo bekundet Rentenkauf des Pfarrers Jordan von Lage in Stapellage. Lemgo 1274 Februar 1.

Universis presens (scri)ptum inspecturis nos (iu)dex, milites, consules totaque universitas in Lemego notum facimus publice protestantes, quod dominus Iordanis plebanus in Lagis emit ad tempus vite sue quiete ac pacifice possidendam a Borchardo de Hodinctorp sex solidos legalium denariorum, quos idem Borchardus habuit in curia monachorum dicta Stapelaghe singulis annis ipso die sancti Iacobi apostoli solvendos, domino Gotscalco Slauo domino feodi consentiente. Preterea Conradus de Hedhen, (Herm)annus de Odikehusen, Hildebrandus de Rentelen et Henricus de Calendorp, Iohannes de B(ig)e et Hildebrandus de Blomberg, Hildebrandus de Hodinctorp et Arnoldus Arturi (?) et (E)b(er)hardus promiserunt ipsi domino Iordani se voluntarie effecturos, quod et mater . . . ipsius Borchardi huiusmodi emptionem haberet voluntariam atque ratam. Ac . . . aliqua calumpnia utrisque in posterum suscitetur, presens scriptum ipsis (contu)limus appensione nostri signaculi roboratum. Datum et actum Lemego presentibus . . . de Hamelen proconsule et Iordano de Foro, Gerlaco de Bileuelde et He(nrico) de C(a)lle(ndorp?), Alberto de Ludhe et Alberto de Tallis, Lamberto dicto Strote et Antonio (de) Valehosen et Bertoldo de Brochosen, Iohanne de Barchosen et Helmico Belderici, (c)ons(u)libus, Widekindo portenario, Parvo iudice et H(einrico) dicto Scotemere precone, Alberto Besticone et Euerhardo de Bileuelda et aliis quam pluribus fide dignis, anno Domini M°.CC°.LX°X. quarto, in vigilia purificationis virginis gloriose.

Or. (zum Theil zerstört) im Fürstl. Lipp. Archiv zu Detmold. Abhängendes Siegel abgefallen. Reg. Lipp. Regg. 1, 235 Nr. 364.

1357.

Official Ritter Thetmar Bittersole in Wolfhagen und Naumburg bekundet Einigung des Elger gen. Rusticus mit Kl. Bredelar. Naumburg 1274 Februar 18.

Thetmarus miles dictus Bitthersole, officialis in Wlfhagen et in Nuwenburg, et universitas opidanorum in Nuwenburg universis presentes litteras percepturis duximus intimandum et notum esse volumus, quod questio litigiosa, quam Elgerus dictus Rusticus movebat contra abbatem et conventum in Bredelare super pannis et caligis et super bonis in Lateruelde per compositionem amicabilem est sopita. Nam idem Elgerus et uxor eius et filius et filie eiusdem receptis tribus marcis gravis monete a predicto abbate et conventu omni actioni super predictis rebus et super prebenda, quam sibi asserebat collatam, penitus renuntiaverunt, ita ut de cetero nec possint nec debeant contra predictum conventum questionem facere vel ipsos impeticione[1]) aliqua molestare. Super quo presens scriptum in testimonium appositione sigillorum nostrorum ad instantiam utriusque partis decrevimus et fecimus communiri. Presentes fuerunt huic compositioni: Giso de Gudenburg, Iohannes de Elfenberg, Andreas de Netze, Theodericus

de Wagenbach,[2]) Arnoldus de Paderburne, milites, Richardus magister consulum in Wlfhagen, Godefridus de Waldecke et alii quam plures. Datum et actum in Nuwenburg, anno Domini M°.C°C°.LX°X quarto, dominica qua cantatur Invocavit.

[1]) impeticionae *Or.* [2]) *folgt durchstrichen* Jol.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 106. An zweiter Stelle an rothgelben Seidenfäden Bruchstück vom Siegel der Stadt Naumburg.

1358.

Kl. Abdinghof überlässt Güter einem gewissen Hermann. Paderborn 1274 Februar 22.

Thydericus Dei gratia Paderbornensis abbas, R(obertus) prior totumque collegium ibidem universis presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod nos cuidam Hermanno et uxori sue necnon ipsorum filiis locavimus bona nostra sita in Wene tali modo, ut infra primum annum domum, horreum et alia edificia necessaria edificent in ipsis bonis et nobis singulis annis octo solidos denariorum Paderborne legalium, tres pullos, tres uncias ovorum de dictis bonis persolvant: in pascha IIII solidos, tres uncias ovorum et Michaelis IIII solidos, III pullos dabunt. Si vero, quod absit, dictus Her(mannus), uxor ipsius et eorum filii solucionem dicte pensionis anno uno subsederint, sepedicta bona ad nos redibunt libera et absoluta, nec occasione dicte locationis seu alicuius meliorationis sibi aliquod ius poterunt in eisdem bonis deinceps vendicare. In cuius rei testimonium presentem paginam nostre ecclesie sigillo duximus roborandam. Datum Paderborne, anno Domini M°.CC°.LXXIIII°., in cathedra Petri.

Aus Msc. VII. 4217 f. 146[a] im Kgl. St.-A. Münster.

1359.

Beilegung eines Streites der Kirchen von Küstelberg und Schaken. Medebach 1274 März 6.

Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod discordia, que inter ecclesias Kustelberg et Scaken ex parte una et Gerhardum Rukerinch et fratres suos ex altera vertebatur de agris, quos Godescalcus et eius legittima Vlgardis Sceterske adhuc viventes cum aliis bonis quibuslibet suis hiis ecclesiis pro remedio animarum suarum in proprio contulerunt, ordinata est taliter et decisa, scilicet quod ecclesie dicte agrum unum, qui capit sex scepelinos apud Waltersbuhele situm, eidem Gerhardo et fratribus suis necnon eorum legittimis heredibus hereditario iure dederunt et sic omni iuri, quod habebant in hereditate illa tam in domo quam in agris quam pratis et aliis bonis dicti fratres et eorum heredes totaliter abrenunciaverunt. In cuius rei testimonium et firmitatem cives in Medebeke et gogravius sigillis suis presentem paginam roborare decreverunt. Datum Medebeke, anno Domini M°.CC°.LXXIIII°., II. Nonas Martii, presentibus: Francone preposito in Kustelberg, Henrico preposito (in) Scaken, Theoderico sacerdote, Francone et Adolpho subdyaconis, Burkardo, Theoderico gogravio, Bernardo iudice, fratribus, Sifrido et Hermanno filiis Hartradi, Cunrado Selich magistro burgensium, Iohanne filio Wigandi, Harthmudo Monetario, Sifrido Antonie et aliis quam pluribus clericis et laycis.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

1360.

Ritter Reinhard von Gothardessen verkauft dem Kl. Hardehausen sein Besitzthum in Nordgeismar. 1274 Geismar März 9.

Nos Reinhardus dictus de Gothardessen miles, Alheidis uxor eius, Bertoldus, Gertrudis et Alheidis eorum liberi recognoscimus, quod propinquorum nostrorum Conradi de Ellenhosen, Conradi de Asikenthorp, Conradi filii Grisei consensu prehabito, totam partem nostram curie, quam habuimus in Nordgeismaria una cum conventu de Hersuidehusen cum omnibus attinentiis, silvis, pratis, pascuis et quicquid ibidem possedimus vel iure debuimus possidere, prato trans aquam tantummodo excepto, ipsi conventui Hersuidehusensi absolute proprietatis titulo perpetuo possidenda vendidimus pro duodecim marcis

gravium denariorum, de quibus quatuor mansos in Middelesten Duerigen comparavimus, quos Iutta de Mackenhosen vidua possidebat, una cum premissis C(onrado) de Ellenhusen, C(onrado) filio Grisei promittentes ipsi conventui prestare, si necesse fuerit, warandiam. Quia vero sigilla propria non habemus, nobilis viri domini Conradi de Sconenberg et civitatis Geismariensis sigilla apponi petivimus huic scripto. Huius venditionis et facte resignationis testes sunt: Hermannus de Area, Albertus de Corebike, Lodewicus Ortoñ, Albertus cum Sensibus, Thetmarus de Notuelde, Herbertus de Dasburg, Lodewicus Holcetus, Thetmarus de Lippoldesberg, Godefridus de Atrio, Tidericus Euerhardi, Arnoldus de Nitelbike, Conradus Fabri, consules; Thidericus viceprepositus, Tidericus de sancto Petro, Conradus de Gandera, Bertoldus Euerhardi, Iohannes rector scolarium, canonici Geismarienses, Hermannus Wilhelmi, Iohannes de Letbike, Thidericus Griseus, Bertoldus de Corebike, Olricus Corvus et Wernherus frater eius et alii quam plures cives Geismarienses. Actum et datum Geismarie, anno Domini M°.C°C.LXXIIII., VII Idus Marcii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 177. Die beiden Siegel mit Befestigung ab.

1361.

Die Brüder Adolf und Albert Grafen v. Schwalenberg übereignen mit Zustimmung der Ihrigen dem Kl. Marienmünster den von ihrem verstorbenen Bruder demselben geschenkten Hof in Roldessen. *1274 März 12.*

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Adolphus et Albertus fratres et comites[1]) in Swalenberg omnibus in perpetuum. Geste[2]) rei cognitio propagatur in posteros, dum robur et auctoritas sumitur a testimonio litterarum. Ad notitiam cunctorum presentium et futurorum volumus pervenire, quod nos consentientes donationi, quam fecerat frater noster Widekindus bone memorie, dum viam universe carnis ingrederetur, super curia Roldessen cum tribus mansis et suis attinentiis, quam tunc contulerat ecclesie monasterii prope Swalenberg pro sua memoria perpetua celebranda, item nos secundario, cum consensu matris nostre Ermengardis et Iutthe uxoris mei Alberti dicte de Rosdorp et heredum nostrorum legitimorum Volcwini, Guntheri, fratuelis[3]) nostri Henrici antedictam curiam Roldessen cum tribus suis mansis et omnibus suis attinentiis, aquis, pascuis et silvis iam dicte ecclesie beate virginis in monasterio prope nos quiete contulimus et conferimus libere[4]) possidendam et pro remissione nostrorum peccaminum et parentum, dominorum et fratrum ibidem Domino famulantium usui profuturam. Testes huius collationis sunt et rei: dominus Henricus abbas monasterii, Bertoldus plebanus in Swalenberg, Theodericus Ekersten[5]), Wernherus Dicbernere, Burchardus de Wicbilde, milites; Bertoldus de Elmerinchusen, Iohannes de Broechosen et iudex tunc, consules et ceteri burienses[6]), qui, dum fieret, affuerunt. Acta sunt hec et datum in castro Swalenberg, anno Domini M°.CC°.LXXII°II., in festo beati Gregorii pape.

[1]) comes *B.* [2]) teste *B.* [3]) fratueli *B*, fraterculi *C.* [4]) *B schaltet vor* libere et *ein.* [5]) Eckersten *C.* [6]) curienses *C.*

Aus Msc. I, 129 f. 10 (B) und VII, 4512 p. 66 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Roldessen *ist nicht näher nachzuweisen. Die Grafschaft Schwalenberg nebst den angrenzenden Gegenden wurde nach Falkenhagener Nachrichten in der ersten Hälfte des 15. Jahrh. zunächst durch die Braunschweig-Lippische Fehde und sodann durch die Hussiten so gründlich verwüstet, dass erst nach mehreren Generationen Anbauer sich dort wieder angesiedelt haben und viele Orte unbekannt geblieben sind. (Spancken.) Ist vielleicht zu korrigiren* Rotleuessen *wie Nr. 1003. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 175.*

1362.

Edelherr Berthold von Büren und sein gleichnamiger Sohn geben dem Kl. Hardehausen zwei mit Unrecht von ihnen besessene Hufen Landes bei Dalheim zurück. 1274 März 21.

Nos Bertoldus nobilis dominus in Buren et Bertoldus filius noster omnibus hoc scriptum visuris imperpetuum. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris et presenti scripto publice protestamur,

quod nos duos mansos in Dalhem multo tempore tamquam libera bona nostra contra iusticiam possedimus ignoranter. Postquam autem nobis errorem nostrum et iniuriam sibi per nos diu illatam abbas et conventus de Hersuithehusen per antiquum[1]) privilegium domini Paderburnensis episcopi et probabilibus indiciis ostenderunt, satisfacientes eis in amicicia, correximus errorem nostrum et in pace restituimus dictos mansos, quorum proprietatem a Paderburnense episcopo ante sexaginta annos acceperant cum omnibus pertinenciis suis pleno iure perpetuo possidendam, sicut possunt per predictum privilegium omnibus fidelibus ostendere, cum fuerit oportunum. Igitur ad evidenciam facti nostri, ut firmum et inconvulsum permaneat, presentem paginam sigillorum nostrorum appensione duximus roborandam. Datum anno Domini M°.CC°. septuagesimo quarto, in die Benedicti abbatis.

[1]) antiqum *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Dalheim Nr. 33. An Pergamentstreifen 1) das dreieckige Siegel Bertholds wie Abbildung Westf. Siegel I Taf. 36 Nr. 1; 2) wie Abbildung ebenda Nr. 2.

1363.

Kl. Gröningen überträgt zwei Brüdern gen. Bars zum Lohn für geleistete Dienste eine Mühle als Lehn. Gröningen 1274 Mai 6.

Noverint universi Christi fideles presentis temporis et futuri, quod nos Borchardus prepositus et Fridericus prior monasterii in Groningen, Halberstadiensis dyocesis, Thiderico et fratri suo de Groninge dictis Bars pro multis obsequiis et adiutoriis, que per se ipsos et cum rebus suis nostro monasterio et nobis sepius impenderunt, nos a multis dispendiis et dampnis, que passi fuimus, absolvendo, molendinum nostrum situm aput Hondorp cum omni utilitate ac iure titulo contulimus pheodali. Nos Arnoldus hospitalarius, Bartoldus de Alta Fago, et Conradus de Hornhusen, monachi predicti monasterii in Groninge ac totius conventus ibidem continentiam huius pagine recognoscimus esse veram et de nostro consensu plenarie ordinatam. Testes etiam huius facti sunt: Henricus de Gruninge, Nicolaus Storm, Ludgerus de sancto Iohanne, civis in Halberstat, et Bertrammus villicus ecclesie nostre, laici et alii quam plures. Et ad maiorem evidentiam huius rei presens scriptum sigillo ecclesie in Groninge exstitit roboratum, ut hominum deficiente memoria scriptura publica testimonium perhibeat veritati. Acta sunt hec apud nos Groninge, anno gracie millesimo C°C.LXXII°II., Iohannis ante portam latinam.

Or. im Kgl. St.-A. Magdeburg, Kl. Gröningen Nr. 8. Siegel vom anhängenden Pergamentstreifen ab.

1364.

Papst Gregor X. beauftragt den Domdechanten von Minden, die Klage des Paderborner Domkapitels wider Ulrich Somerkalf, Heinrich von Epen und Berthold von Billenchusen, Laien der Paderborner Diöcese, wegen Beschädigung in seinen Einkünften zu entscheiden. Lyon 1274 Mai 9.

Gedr. UB. V, 693.

1365.

Gregor X. beauftragt den Domdechanten von Minden, die Klage des Paderborner Domkapitels gegen den Warburger Bürger Konrad von Wethen wegen Schädigung seines Besitzes zu entscheiden. Lyon 1274 Mai 9.

Gedr. UB. V, 694.

1366.

Äbtissin Ermgard v. Heerse überträgt das Besitzrecht zweier von Friedrich v. Istrup ihr aufgelassenen Hufen an Kl. Hardehausen. Waldeck 1274 Mai 10.

Ermengardis Dei gratia abbatissa Herisiensis ecclesie universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis eternam in Domino salutem. Recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod abbas et conventus de Herswithehusen a Frederico de Istendorp duos mansos in eadem villa sitos cum omnibus suis pertinentiis in villa et extra villam, in pratis, pascuis, silvis, aquis, piscationibus et aliis

iuribus pro XXVI marcis denariorum gravium suo monasterio compararunt. Igitur cum prefatus Fredericus et Bruningus frater suus predicta bona ab ecclesia nostra iure tenuerint feodali, ipsi ea videlicet bona cum consensu et bona voluntate heredum suorum, scilicet uxorum filiorumque Frederici, videlicet Bernhardi, Regenbodonis, Hermanni, Frederici et Engelhardi, filiorum etiam Bru(ningi), scilicet Antonii, Regenbodonis, Frederici, Bruningi, (et) Herboldi nobis absolute et legitime resignaverunt. Qu(are cum con)sensu conventus nostri divine remunerationis (intuitu) abbati et suo monasterio proprietatem bonorum eorundem contulimus transferentes totum ius nostrum et dominium ad eosdem, ita sane, ut ipsi ad recognitionem huius donationis nostre ad luminaria monasterii nostri singulis annis in festo sancti Mychaelis talentum cere vel sex graves denarios solvere teneantur. Si vero in posterum totum officium, ad quod isti duo mansi pertinebant, emerint, ceram hanc vel denarios nobis dare non erunt amplius obligati. Porro ut hoc factum nostrum firmum et stabile iugiter perseveret, dedimus eis hanc paginam sigillorum videlicet nostri et conventus nostri munimine confirmatam. Testes huius rei sunt milites: dominus Hermannus de Brakele, Burchardus de Herste, Fredericus de Hymessen, Engelhardus de Stenem, Ernestus de Modekessen; burgenses: Hermannus de Menkersen, Syfridus dictus Sapiens, Magorius pistor et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C.LXXII°II., in ascensione Domini.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 178. Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Hierzu gehört oben Nr. 340, wahrscheinlich auch Nr. 931.

1367.

Abt Dietrich von Abdinghof trifft Bestimmungen bezüglich des Hosterhofes und der Besitzer Ludolfus Hamme acceptirt sie. Burg Schaumburg 1274 Juni 17.

Thidericus Dei gratia abbas ecclesie beatorum apostolorum Petri et Pauli Paderburnensis universis hoc scriptum visuris in perpetuum salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quoniam expedit et utile est actus hominum temporales scripturis auctenticis eternari, notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod questio iuris hereditarii, quod Ludolfus dictus de Hamme se habere dicebat in villicatione nostra Widhen cum suis pertinentiis, mediantibus viris prudentibus et honestis sopita exstitit in hunc modum, quod dictus Ludolfus libere renuntiavit omni iuri, quod habebat, sive quod se habere dicebat in villicatione predicta, et omnibus suis iuribus et attinentiis supradictis. Et nos e converso secundum consilium mediatorum et amicorum nostrorum prefato Ludolfo talem consolationem fecimus ex gratia speciali, quod renuntiavimus decem marcis, pro quibus curia Hosterhof nobis et ecclesie nostre[1]) fuerat obligata titulo ypothece, et eandem curiam a Iutta matertera eius, que ipsam emphiteotico iure possederat, libere nobis resignatam sibi emphiteotico iure porreximus possidendam, ita quod nomine pensionis nobis et ecclesie nostre solvet annuatim[2]) in festo beati Michaelis unam marcam gravium denariorum, duos porcos valentes quatuor solidos Mindenses. Promisit etiam Ludolfus antedictus se cum effectu fideliter curaturum, quod frater suus[3]) extra provintiam constitutus, si ipsum ad patriam redire contigerit, istam compositionem perpetualiter inviolabilem observabit. Quod si sepedictus Ludolfus efficere non posset sive nollet, omnia bona, que a nobis et ecclesia nostra quocunque iure iam tenet in feodo, ipso facto vacabunt ita, quod nunquam de ipsis bonis nobis et ecclesie nostre questionem aliquam suscitabit nec dicto fratri suo contra predictam compositionem aliqualiter venire volenti prestabit consilium seu iuvamen. Ego Ludolfus dictus de Hamme libere protestor omnia predicta, sicut prenotata sunt, ita esse et vera et me ex libera voluntate promisisse fide data et iuramento apposito ea me et liberos sive pueros meos, si quos habituros ero, observaturos perpetualiter inconvulsa. In cuius facti mei et promissionis et omnium predictorum testimonium presens scriptum domini abbatis Paderburnensis sigillo signatum petivi domini Ottonis comitis de Rauensberg et nobilium virorum domini Henrici advocati de Scalkeberg et domini Willikini de Holte ac castellanorum de Scoenburg sigillis in testimonium perpetuum communiri. Nomina enim eorum, qui intererant, subnotantur:

Hermannus scolasticus Paderburnensis, Syfridus plebanus in Widen[4]), Gerhardus[5]) capellanus in Scoenburg, Willikinus nobilis de Holte et Adolfus filius eius, Albero dictus Creuet miles, Gerhardus miles, Conradus, Iohannes, Henricus, Thidericus fratres dicti de Bardeleue, Ludewicus[6]), Hugo, Waltherus fratres dicti Post, Henricus[7]) de Welsede miles, Herman[8]) de Osen miles, Arnoldus dictus Thume[9]) miles, Volquinus, Henricus dicti de Welsede, Rodolfus[10]) de Puttinchusen[11]), Steneke[12]) de Widhen et omnes castellani in Scoenburg. Actum et datum in castro Scoenburg, anno Domini M°.C°C.L°XX. quarto, XV Kalendas Iulii.

[1]) *Fehlt A.* [2]) annuatim solvet *B.* [3]) *Für den Namen ist ein leerer Raum gelassen.* [4]) Widhen *B.* [5]) sacerdos *fügt B hinzu.* [6]) Ludowicus *B.* [7]) dictus *B.* [8]) Hermannus dictus *B.* [9]) *Bei A und B ähnelt das* T *einem* d. [10]) dictus *B.* [11]) Buthtinchusen *B.* [12]) dictus *B.*

Or. in zwei Ausfertigungen (A u. B) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 69. An beiden Exemplaren hangen an Pergamentstreifen, alle beschädigt, 1) das ovale Siegel des Abts; 2) das dreieckige der Schaumburger Burgmänner; 3) das dreieckige des Vogts von Schalksberg, ein Adlerflug; 4) das dreieckige Ravensbergsche, zwei Sparren über einander (mit Rücksiegel); 5) die drei Adlerflügel des Edlen von Holte.

1368.

Die Brüder Dechant Gottfried in Attendorn und Kanonikus Bodo von St. Andreas in Köln verzichten im Namen ihrer Schwester auf alle ihre Anrechte an Gütern in Rushusen. *Brilon 1274 Juni 18.*

Nos Godefridus decanus in Attendarre et magister Bodo canonicus ecclesie sancti Andree Coloniensis fratres notum facimus omnibus et tenore presencium dilucide protestamur, quod constituti in presencia fidedignorum et proborum hominum renunciavimus libere et expresse omni iuri, quod Aleydi relicte quondam Goszwini de Witene, sorori nostre, competebat seu competere posset ex quacunque causa in futurum contra .. abbatem et conventum in Herradehusen occasione curtis in Rushusen, habentes ad hoc speciale mandatum. Promisimus etiam nomine eiusdem Aleydis sororis nostre, quod ipsa per se vel per alium contra huiusmodi renunciationem non veniet bona fide, dolo et fraude exclusis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum et actum Briloin, anno Domini M°.CC°.LXX° quarto, feria secunda proxima ante festum beati Iohannis Baptiste.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 178. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Auf der Rückseite von Hand s. XIII: Rozdehusen iuxta Dimellam.

1369.

Die Grafen Adolf u. Albert von Schwalenberg verkaufen an Arnold von Emberne ihren Hof in Snesle *mit Ausnahme der dazu gehörigen Leute. 1274 Juni 23.*

Universis tam posteris quam modernis presens scriptum visuris Adolfus et Albertus Dei gratia comites de Svalenberge geste rei cognoscere veritatem. (Actio) temporalis expirat, nisi accipiat robur a testibus et a scripto. Noverint igitur universi, quod nos de consensu matris nostre et fratrum nostrorum et fratruelis nostri Arnoldo de Emberne vendidimus curiam nostram in Snesle cum omnibus proventibus eiusdem curie tam in silvis quam in campis, exceptis tantum hominibus, qui ex debito dicte curie sunt a(n)nexi, et eidem Arnoldo memoratam curiam iure porreximus pheodali et uxori ipsius in presenti scripto eandem curiam inpheodamus, donec ad nostram personaliter venire possit presentiam. Et quod nunc scripto facimus, tunc manualiter et corporaliter faciemus. Ut autem hec prescripta rata maneant et inconvulsa, presens scriptum sigillorum nostrorum munimine et matris nostre sigillo pariter duximus roborandum. Testes vero huius facti sunt: castellani nostri dominus Wernerus Dicbernere, Borchardus de Wicbeledhe et Heinricus Ruffus, Ernestus de Molendino, Thidericus de Eckersten, milites, Bertoldus de Elmerechusen et alii quam plures. Datum et actum anno Domini M°.CC°.LXX° quarto, in vigilia beati Iohannis Baptiste.

Or. im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Zwei Pergamentstreifen, an dem zweiten unkenntliche Reste weissen Wachses; aus 3. Einschnitt alles verloren.

1370.

Edler Konrad von Schöneberg gibt den früher von Ritter Gerhard Hadeke zu Lehn besessenen Hof in Rheder anderweitig zu Lehn. 1274 Juni 24.

Noverint universi litterarum presentium inspectores, quod nos Conradus nobilis de Sconenberg de consensu uxoris nostre Alheydis nostrorumque heredum Conrado dicto Weten, civi Wartbergensi, domino Gerhardo Scultheto et Alheydi uxori ipsius puerisque suis Conrado, Thiderico, Gerhardo et aliis certis eorum heredibus curiam in Redere cum omni eo iure, quo ipsam Gerhardus miles dictus Hadeke possederat, iure feodali contulimus perpetuo possidendam. In predicta vero collatione fide data promisimus[1]) predictis facere plenariam warandiam. Testes huius rei sunt: Stephanus de Haldessen, Albertus de Bodenhusen, Hermannus Marscalcus, milites, Iohannes de Letbike, Hermannus Sculthetus, Gerhardus de Anglia, Iohannes Stolto, Hermannus de Dalhem, Iohannes et Conradus fratres de Amelungessen, Gotfridus de Silhem, Hermannus Ottonis, Thidericus Bertrammi, Hermannus Wlpis filius, Bernhardus et Hermannus fratres de Osede, Helmicus Sculthetus, Wernherus de Rosbike, Albertus de Gesmaria, Albertus de Corbike, Thidericus Euerhardi filius, Henricus scultheti frater Gesmariensis, Hermannus de Otfelde et plures alii fidedigni. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro duximus roborandum. Datum anno Domini M°.C°C°.LX°X° quarto, in die beati Iohannis Baptiste.

[1]) prosimus *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 179. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Desselben Inhalts ist folgende undatirte Urkunde:

Notum sit omnibus presens scriptum visuris, quod ego Conradus dominus Sconenberg post mortem domini Gerhardi Hadeken cum communi consensu uxoris mee domine Alheidis necnon omnium heredum meorum contuli Conrado de Weten, civi Wartbergensi, domino Gerhardo Scultheto, uxori sue domine Alheidi, pueris eorundem Conrado, Tiderico, Gerhardo et heredibus ipsorum iuri pheodali curiam Redhere cum omnibus suis appendiciis in campis et silvis, pascuis et aquis, et sicut a domino Gerhardo prefato Hadeken est possessa, sic ab ipsis eandem libere et quiete volo perpetuo possideri. Insuper fide data promisi, quod, si aliquis super hiis in posterum causaretur defectus sive in mea collatione sive in quocunque casu alio, me Conrado de Weten et heredibus suis sepe dictis inpensurum, quod vulgariter ursate nuncupatur, eisdem bona prenominatis bonis equivalentia iure simili conferendo. Unde ut hec omnia rata maneant et inconvulsa, presens scriptum iam sepius nominato Conrado et heredibus suis contuli sigilli mei munimine roboratum. Testes huius facti sunt: dominus Hermannus de Osede, Hermannus Byrkule, nobiles; dominus Ludolfus de Gumbragtissen, Mustruth, Aversus Iudei. Datum anno Domini ...

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 76a. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1371.

Bürgermeister und Rath zu Lügde schlichten einen Streit zwischen Johann von Holthusen und dem Kl. Falkenhagen. Lügde 1274 Juli 25.

Consules cum universitate burgensium in Lude omnibus presens scriptum visuris notum facimus, quod, cum Iohannes de Holthusen dictus Ruce dominum prepositum et conventum in Valkenhagen pro quibusdam bonis in Holthusen sitis inpeteret et acriter incusaret, que pater suus et mater iam dicti Iohannis, videlicet Odelricus et Margareta beate memorie eidem conventui legitime vendiderant, nos cum prefato preposito consedimus et sic cum predicto Iohanne placitavimus, quod de prehabita causa idem Io(hannes) totaliter cessavit et tali parentum suorum et sue venditioni integraliter acquievit, tali conditione, quod iam sepe dictus prepositus ex parte conventus prememorato Iohanni quandam dedit denariorum summam, que nobis et aliis bonis viris conveniens et congrua videbatur. Ut autem hec compositio a memoria non recedat nec per aliquem possit in posterum retractari, presentem paginam super eodem negotio confectam et conscriptam, sigilli nostri appensione fecimus roborari. Acta sunt hec in

Lude, presentibus militibus nostris nobiscum morantibus, videlicet domino Bernardo Kannen, Henrico Rufo, Henrico de Abbenhusen et Bertoldo de Elmerinchusen et iudice nostro Bernhardo et aliis probis viris. Datum anno dominici incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, in festo beati Iacobi.

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 18. An weissleinenen Schnüren Siegel der Stadt Lügde mit Ankerkreuz und Schlüssel im Siegelfelde, wie Westf. Siegel II Taf. 81 Nr. 5. Reg. Lipp. Regg. I, 235 Nr. 365 (mit irrigem Burchard K.).

1372.

Edelherr Bernhard zur Lippe verspricht, seine Stadt Lippstadt bei ihren hergebrachten Rechten und Begnadigungen zu belassen. Lippstadt 1274 Oktober 1.

Reg. Lipp. Regg. I, 236 Nr. 366.

1373.

Edelherr Bernhard zur Lippe entsagt allen Ansprüchen, die er oder sein Bruder Hermann an Lippstadt wegen früherer Kränkungen zu machen befugt waren. 1274 Oktober 3.

Bernhardus nobilis et dominus de Lippia. Notum facimus et publice protestamur, quod ad firmandam et conservandam inter nos et dilectos ac diligendos oppidanos cives nostros Lippenses ac perpetuam unionem omnibus questionibus, que ex preteritis offensis, dampnis, excessibus, molestiis aut quibuscumque factis vel causis ante datam istarum litterarum subortis inter nos vel fratrem nostrum dominum Hermannum et eos unquam suscitate fuerint vel suscitari possent, penitus in hiis scriptis renunciamus fide data promittentes, quod super huiusmodi quibuscumque rebus preteritis . . . s oppidanis nostris Lippensibus universis vel singulis aut cuilibet singulorum nunquam aliquam questionem suscitabimus nec suscitari ab aliquo permittemus. Datum anno Domini M°.C°C.LX°X. quarto, feria quarta post Remigii.

Or. (zum Theil zerstört) im Archiv der Stadt Lippstadt Nr. 5. An rothgelben Seidenfäden Siegel Bernhards, wie Lipp. Regg. I Abbildung 17. Reg. Lipp. Regg. I, 236 Nr. 367.

1374.

Dompropst Heinrich v. Paderborn schenkt der Fritzlarer Kirche zu seinem, seiner Eltern u. der Grafen Adolf u. Heinrich v. Waldeck Anniversar Besitzungen bei u. in Fritzlar. Fritzlar 1274 Dezember 1.

Henricus Dei gratia prepositus maioris ecclesie Paderbornensis universis Christi fidelibus, ad quos pervenerit presens scriptum, salutem in Domino. Attendentes, quod et nobis et progenitoribus nostris ab ecclesia Fritslariensi grata beneficia sepius sunt inpensa, in reconpensationem beneficiorum huiusmodi ipsam Fritslariensem ecclesiam, sicut decet, respicere cupientes speciali munere vice versa quandam nostram vineam et agros adiacentes, quam vineam et quos agros sitos apud Fritslariam a Conrado filio Gode cive ibidem comparavimus, et nostram etiam curiam Fritslarie sitam iam dicte Fritslariensi ecclesie et personis proprietatis titulo perpetuis temporibus possidenda conferimus sub hac forma, quod noster et . . patris et . . matris nostre nec non fratris nostri Adolfi comitis de Waldeke et Henrici filii sui comitis anniversarii annis singulis in eadem Fritslariensi ecclesia celebrentur cum officio debito et consueto. In huius rei memoriam perpetuam et munimen nostro et civium Fritslariensis opidi sigillis presens scriptum dedimus roboratum. Actum et datum Fritslarie, anno Domini millesimo C°C. septuagesimo II°II., Kalendis Decembris.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Stift Fritzlar. Von den an Pergamentstreifen angehängten Siegeln nur Bruchstücke vom Siegel des Dompropstes erhalten.

1375.

Gräfin Mathilde von Waldeck und ihre Söhne Adolf, Gottfried und Otto schenken dem Kl. Werbe Güter. 1274 Dezember.

(Nos) Mechtildis comitissa, Adolfus, Gotfridus et Otto eius filii in (Waldecke presentibus) recognoscimus et publice profitemur venerabili (conventui ecclesie) Werbe silvam Berley cum omni fructu, que

nobis con(petit, libere[1]) con)tulisse promittentes nihilominus, si aliquis (eandem ecclesiam in hac) parte inpedire curaverit, tale impe(dimentum penitus subver)tere et delere, preterea bona, que vulgariter (dicuntur dinestmanne) goet, nostro dominio attinencia hactenus a dicta (ecclesia contracta) iure proprietario eidem porrigimus et donamus. (Hiis adicimus quoque agr)os sitos iuxta vallem Gropendael, quos test(imonio burgensium) in Sassenhusen et in Waldeke probare potuerint (ab avo nostro felicis) memorie Adulfo comite seniore fore sibi (collata perpetuo possi)dendos dimittimus eciam ecclesie memo(rate. Hec ideo facta sunt,) ut filie Iohannis dicti Iudei largam prebendam (porrigat ecclesia pre)dicta. Ut autem huiusmodi donaciones (inviolate perseverent), presentem litteram nostri sigilli appensione (duximus muniendam.) Acta Waldecke, anno Domini M°.C°C.LXX°IIII., (in die beati Nico)lai episcopi.

[1]) liberius *Druck.*

Nach einem fragmentarischen hier einseitig durch Mäusefrass zerstörten Kopialbuch des Kl. Werbe im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen, ergänzt nach Druck bei Varnhagen, Grundlage, UB. Nr. 47 aus Kopie Ende saec. XV. Der Wald heisst im Kopiar Berley *mit* i *über erstem* e, *nach Ueberschrift im Druck jedoch* Berendael; *Bärenthal liegt zwischen Stadt Waldeck und Niederwerbe.*

1376.

Paderborner Domherrn bekunden als bischöfliche Richter, dass Ritter Amelung von Driburg auf sein Zehntrecht an gewissen Äckern zu Gunsten der Äbtissin der Gokirche verzichtet habe. Paderborn 1274 December 14.

Waltherus thesaurarius et Wernherus de Patberg, canonici ecclesie Paderburnensis, iudices a domino episcopo constituti, universis hoc scriptum visuris notum esse cupimus, quod dominus Amelungus miles de Driburg, Iohannes et Hermannus filii eius in nostra presentia in figura iuditii constituti libere renuntiaverunt omni iuri, quod habebant sive se habere dicebant in decima mansi vacantis ipsis ex morte domini Conradi dicti Scele et Go(t)fridi dicti de Nedere, ipsam domine G. abbatisse et conventui ecclesie sancti Olrici Paderburnensis cum omni iure pro salute ipsarum animarum conferentes perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium presens scriptum nostris sigillis et sigillo domini Amelungi de Driburg militis duximus roborandum. Huius rei testes sunt: Fridericus de Euerheruordia, Amelungus de Driburg, canonici Paderburnenses, Ecbertus prepositus sancti Olrici, Andreas de Enhus, Lodewicus dictus Bolemast, Conradus Stapel, Wernherus dictus Creuet, Ludolfus de Dalberne, milites. Datum Paderburne, anno Domini M°.C°C.LXX quarto, crastino Lucie virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Gokirche Nr. 11. Angehängt sind: 1) an ungebleichten Leinenfäden spitzovales Siegel des Thesaurars, Brustbild mit Stab und aufgerichteten Fingern, darunter ein Knieender; 2) an blauen Zwirnsfäden rundovales Siegel Werners, stehende Figur mit Palmzweig und Kelch, wie Westf. Sieg. III, Taf. 136 Nr. 6; 3) an rothen Zwirnsfäden Bruchstück des dreieckigen Siegels A. v. D.'s, übereinander zwei Reihen (4 : 3) gestürzte Eisenhüte. Vgl. oben Nr. 1259.

1377.

Die von Dinkelburg verkaufen eine Hufe an Kl. Hardehausen. 1274.

Notum sit omnibus presentem literam inspecturis, quod nos Gerhardus miles dictus de Dinkelborg, Bertha uxor ipsius, Henricus et Goscalcus filii, Iutta et Gisla filie eorundem, de consensu nostrorum heredum unum mansum situm Dinkelberg cum omni iure pro duodecim marcis gravis monete vendidimus ecclesie Hersuidehusensi iure proprietatis perpetuo possidendum, et fide data promisimus eidem ecclesie in dicto manso plenam facere warandiam. In quibus si dicta ecclesia vel nobis viventibus vel mortuis defectum sustineret aliquem, Everhardus de Brochus fide data promisit venire Wartberg ad demonstratum hospitem nequaquam inde recessurus, nisi defectu quolibet secundum iustitiam dicte ecclesie restaurato. Quod si facere negligeret, domini Raven (et) Con(radus) fratres dicti de Papenhem, Hen(ricus) de Ephe, Iohannes Pixis similiter fide data promiserunt venire Wartberg ad demonstratum

hospitem, inde non recessuri, nisi defectum quemlibet secundum iustitiam restaurarint. Testes huius facti sunt: dominus Gerhardus Scultetus miles, Th(ethardus), Iohannes fratres de Norde, Con(radus) de Ephe, Goscalcus de Wellede et nove civitatis Wartberg consules: Goscalcus de Eysen proconsul, Hen(ricus) de Howede, Wilh(elmus) de Corte, Al(exander) de Dvergen, Hen(ricus) de Horhusen, Got(scalcus) de Silhem, Al. de Leche, Io(hannes) de Amelungessen, Io(hannes) de Dalhem, Widelo, Bertol(dus) de Wepel, H.[1]) de Brunwordi, H. Volte, Thi(dericus) Bertrami, Con(radus) de Weten et plures alii fide digni. In cuius rei testimonium, cum sigillo proprio careamus, presens scriptum sigillo nove civitatis Wartberg petivimus roborari. Actum et datum anno Domini M°.C°C.LXXII°II.

[1]) *So Abschrift.*

Nach Lib. Var. VII, Hardehausen Nr. 54. Ein Regest gleichen Inhalts mit derselben Zeugenreihe (nur sind die consules ausgelassen) in Msc. I, 242 S. 26 Nr. 12 im Kgl. St.-A. Münster.

1378.

Hermann Spiegel von Desenberg u. Hermann von Schardenberg bezeugen eine Verzichtleistung des Heinrich Terebrot zu Gunsten des Kl. Hardehausen. 1274.

Notum sit omnibus presentem litteram inspecturis nos scilicet Hermannum dictum Speculum de Desenberg et Hermannum de Scardenberg vidisse et audivisse, quod Henricus dictus Terebrot in presentia domini A(dolfi)[1]) senioris et domini H(enrici) iunioris de Woldecke constitutus, duos mansos sitos Corbike penitus resignavit, dans omne ius ecclesie Hers(e)dehusensi, quod sibi in dictis mansis potuit vendicare, quos mansos prefati domini ecclesie iam pretacte appropriaverant unanimi voluntate. Et hoc tenore presencium protestamur cupientes profiteri publice, ubicunque et quandocunque fuerimus requisiti. Cum ego Hermannus de Scardenberg sigillo caream, sigillo mei college sum contentus. Datum anno Domini M°.C°C°.LX°X° quarto.

[1]) Al. *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 174. Von dem von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen Siegel verloren.

1379.

Zwei Brüder verzichten auf ihren Hof in Vorste *zu Gunsten des Kl. Hardehausen. 1275 Januar 6.*

Omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, nos fratres Conradus et Gotschalcus dicti de Vorste ac omnes heredes nostri profitemur congregationi dominorum ac fratrum Herswidehusensium omne ius, quod habuimus in curia ipsorum sita Vorste, omni dubietate seiuncta resingnasse, prenotato (?) . . ., nobis eandem curiam ad petitionem nostrorum concivium Volcmarsensium voluntarie colendam . . . consulum (?) duobus annis (?) ad . . . erunt. Quibus finitis ordinabunt de predicta curia . . . eorum placuerit voluntati. Cuius rei testes sunt consules subscripte civitatis: Thidericus Rufus pistor, Allexander de Twiste . . ., Albertus de Brunhardessen, Heinricus de Hemeshusen, Wipertus, Henricus de Berendorb, Lodewicus, Burchardus de Helsingen, Conradus de Helsingen ceterique consules et cives (Volcmarsensis?) opidi. Ne igitur hoc factum ingnorantia vel invidia in posterum valeat (irritare), scriptum presens (conscribi et sigillo?) sepedictorum nostrorum concivium Volcmarsensium fecimus roborari. Acta sunt hec anno incarnationis Domini M°.CC°.LXX° quinto, in epiphania Domini.

Or. (sehr beschädigt) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 182. Siegel und Befestigung aus dem Einschnitt verloren.

1380.

Edelfrau Sophie zur Lippe übergibt die Verwaltung ihrer Güter in Sachsen den Grafen Otto von Ravensberg und Albert von Regenstein. 1275 Februar 1.

Sophia nobilis domina mater legitima virorum nobilium de Lippa. Omnibus has litteras visuris seu eciam audituris notum facimus et protestamur, quod nos omnia bona nostra, que in terminis Saxonie

habemus, nobilibus viris et dominis Ottoni de Rauensberge et Alberto de Regenstene comitibus et generis nostris custodienda committimus pariter et regenda, ratum, firmum et gratum habentes, tamquam personaliter adessemus, quicquid de predictis bonis decreverint ordinandum. Et ut hoc firmum et indubitatum permaneat, presens scriptum nostro sigillo consignatum dedimus in testimonium premissorum. Actum et datum anno Domini M°.C°C.LXXV°., in vigilia purificationis sancte Marie virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Grafsch. Ravensberg Nr. 14. An Pergamentstreifen verletztes rundes Siegel der Ausstellerin, stehende Figur, an jeder Seite eine Lilie auf hohem Stengel, wie Abbildung Lipp. Regg. I Taf. 14. Daselbst Reg. S. 236 Nr. 368 mit Bemerkung über gener. *Gedr. Lamey, Gesch. d. Grafen v. Ravensberg Nr. 49.*

1381.

Die Rathmänner von Marsberg bekunden Äckerverpachtung in Esbike *seitens ihres Bürgers Albert von Mulenhusen an Kl. Bredelar. Marsberg 1275 Februar 1.*

Nos consules universitasque Montis Martis universis presentes litteras inspecturis vel audituris presentis vite et future prosperitate gaudere. Ne gesta hominum prolapsu temporis evanescant, utiliter scripture memorie commendantur. Noverint igitur presentes pariter et futuri, quod Albertus, dictus de Mule(n)husen, burgensis Montis Martis, cum consensu uxoris sue Elyzabeth et filiorum suorum Arnoldi, Alberti, Gerbodonis, Conradi et aliorum heredum suorum curtem in Esbyke cum omni integritate et iure suo et omnibus suis pertinenciis, agris, silvis et pascuis venerabilibus viris abbati et conventui monasterii in Breydelar excolendam exposuit et contulit pro pensione annua perpetuo possidendam, ita videlicet, ut prefati monasterii abbas et conventus duodecim moldra annone, quatuor siliginis, duo ordei et sex avene eidem Alberto et suis heredibus in Monte Martis presentanda in festo sancti Martini perpetuis temporibus solvere debeant annuatim et honus seu debitum trium solidorum, quos eidem monasterio pro censu annuo dictus Albertus et sui heredes persolvere consueverunt, racione curtis supradicte sibi et suis heredibus perpetuo relaxatur, nec ad aliqua iura vel servicia specialia facienda ex contractu prememorate curtis obligatur dictus conventus, nisi ut debitam tantummodo persolvere studeant pensionem. Ad perpetuam etiam prestandam warandiam prenominate curtis idem Albertus et sui heredes firmiter promiserunt et, ut sine molestia et cum pace possidere valeant, dabunt operam studiosam. Abbas autem cum consilio sui conventus statuit et ordinavit, ut grangia in Upsprungen de agris recepte curtis sibi contiguis et grangia in Esbyke de adiacentibus sibi iugeribus prelibate curtis octo moldra, quatuor siliginis duo ordei et duo avene, persolvere debeat debite pensionis. Ne igitur lapsus temporis oblivionem inducere valeat huiusmodi contractus vel errorem aliquem subinferre, presentes litteras utriusque partis precibus in perpetuum testimonium sigilli oppidi nostri munimine duximus roborandas. Testes sunt: Iohannes de Bylinchusen, magister consulum, Bertoldus et Helmicus fratres de Huxaria, Henricus de Capella, frater ipsius Iohannes, Henricus de Oddenhusen et Theodericus, frater eius, Henricus de Culte, Fridericus dictus Specht, Henricus de Nutlon, Iohannes de Ouerenkerken, Gotscalcus Hauesalde, Wygandus de Clyngen et Nicolaus frater eius, Conradus de Corbyke, Weszelus, filius Sigenandi, et alii quam plures. Datum et actum in Monte Martis, anno Domini millesimo C°C°. septuagesimo quinto, in die sancte Brigide virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 107. Siegel sammt Befestigung fehlt.

1382.

Bischof Simon von Paderborn ertheilt der Stadt Steinheim dieselben Freiheiten und Rechte, welche sein Oheim Bischof Bernhard an Nieheim verliehen hat. Paderborn 1275 Februar 3.

Nos Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris salutem in omnium salvatore. Ne ea, que fiunt in tempore, simul labantur cum tempore, expedit, ut per scripta publica

perhennentur. Hinc est, quod, cum nos consilio ministerialium ecclesie nostre et amicorum utilitati, profectui et honori nostre diocesis intendentes, villam Stenhem muniamus et ad opidum redigamus, ibidem habitantes libertamus et omni iure gaudere et frui volumus, quo iure venerabilis patruus et predecessor noster dominus Bernhardus, Paderbornensis episcopus, pie memorie, villam Nihem, cum ex ea opidum faceret, libertavit et gaudere statuit, nos postmodum confirmavimus et sigilli nostri appensione fecimus insigniri. Et ut hoc nulli cedat in dubium, sed firmum et stabile permaneat apud omnes, nostrum sigillum appendimus huic scripto. Nos eciam prepositus, decanus et capitulum Paderbornense in testimonium consensus nostri et ratihabitionis presens scriptum appensione nostri sigilli confirmamus. Actum Stenhem, coram Arnoldo nostro dapifero dicto Scrapen, Wernhero, Hermanno et Bernhardo de Brakele, Olrico, Bertoldo seniore et Bertoldo iuniore dictis Sumerkalf, Rodolfo de Stenvorde, Herboldo de Amelungessen, Frederico de Ymessen, Helia de Aslen, militibus, Arnoldo filio dapiferi nostri, Burchardo de Asseburg, Iohanne camerario nostro, famulis, et Hermanno notario nostro, vicario in Stenhem. Datum Paderburne, anno Domini M°.C°C.LX°X quinto, in crastino purificationis beate Marie.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 376. Von den zwei angehängt gewesenen Siegeln nur Pergamentstreifen des zweiten erhalten. Gedr. Asseb. UB. I, 376. Die Urk. für Nieheim ist anscheinend verloren.

1383.

Elekt Konrad von Osnabrück bekundet einen Gütertausch mit Kl. Hardehausen. Osnabrück (1274) 1275 Februar 5.

In nomine Domini amen. Conradus Dei gratia Osnaburgensis ecclesie electus universis hoc scriptum visuris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quoniam ab interitu mortalium vive vocis deficit probatio, provide conservatur geste rei veritas publicis instrumentis. Hinc est, quod scire cupimus tam presentes quam posteros universos, quod nos communicato consilio capituli, ministerialium, consulum ac universitatis ecclesie nostre pleno adhibito consensu dilectis in Christo abbati et conventui monasterii Herswethehusensis ac per eos ipsi ecclesie Herswethehusensi decimam in Wedhele tam maiorem quam minorem, decima allodii excepta, cum duobis mansis ibi ab eis electis, videlicet Wicboldi et Werencen, et duabus casis eis attinentibus ac hominibus ad ipsos mansos pertinentibus cum omnibus suis iuribus et attinenciis, prout nunc sunt vel ex causa legitima incrementum capere poterunt in futurum, cum omni iure et proprietate, sicut nos decimam et bona possedimus antedicta, contulimus et presentibus conferimus in modum permutationis iure proprietario perpetuo possidenda, addita nichilominus viginti marcarum summa pecunie numerate, recipientes pro eisdem bonis officium et villicationem in Loningen ac areas dicti officii villicationis et dotis cum iure patronatus ecclesie dicte ville et cum omnibus aliis suis attinenciis, prout ab ecclesie Corbeyensi fuerant per eos emptionis tytulo comparata. Huic facto nostro nobis ex communi consensu ordinatores deputati et testes ad hoc rogati aderant, quorum nomina subnotantur: Liudgerus prepositus, Ernestus cantor, Conradus dictus Uncus et magister Iordanus, canonici; Iohannes Ursus, Hinricus Vinke, Lubertus de Linge, Otto Proit, Helenbertus de Horst, Hermannus de Bramesche, milites; Everhardus rector consulum, Hinricus de Ringelo, Iohannes de Brumsele, Hinricus Hazzekinc, Thidericus dictus Holtsate et alii quam plures. Et ut omnia supradicta in suo robore inviolabiliter perpetuo perseverent, presens scriptum nostro, ecclesie nostre, mininisterialium et civitatis in perpetuum testimonium et munimen fecimus sigillari. Actum et datum Osenbrugge, Nonas Februarii, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 175. Vier Siegel sammt Befestigung aus den Löchern verloren. Gedr. Wigand, Archiv I, 3, 94 und Osn. Mitth. III, 284. Vgl. oben 507. Da hier unzweifelhaft Kölner Datirung gilt, so müssen auch die beiden folgenden in Osnabrück geschriebenen Urkk. zu 1275 gehören, was bisher nicht beachtet ist.

1384.

Kl. Hardehausen überlässt dem Elekten Konrad von Osnabrück seine Besitzungen für den Zehnten und zwei Hufen, sowie eine bestimmte Summe Geldes. Osnabrück (1274) 1275 Februar 5.

In nomine Domini amen. Iohannes dictus abbas, Regenbodo prior totusque conventus monasterii in Hersetwihusen, ordinis Cisterciensis[1]), Paderbornensis[2]) dyocesis, universis hoc scriptum visuris in perpetuum salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quoniam ab interitu mortalium vive vocis deficit probatio,[3]) provide conservatur geste rei veritas publicis instrumentis. Noverint igitur tam presentes quam futuri, quod nos de communi consilio et consensu unanimi venerabili in Christo patri domino Conrado ecclesie Osnaburgensis electo ac per eum ipsi ecclesie officium et villicationem in Loningen, areas dicti officii, villicationis et dotis cum iure patronatus ecclesie dicte ville ac omnibus aliis suis attinenciis, videlicet advocacia, teloneo et quibuslibet aliis proventibus, scilicet aquis, nemoribus, silvis, pratis, pascuis, viis, inviis, prout ab ecclesia Corbeiensi fuerant a nobis emptionis tytulo comparata, cum iure et proprietate, sicut nos ipsum officium et villicationem ac alia antedicta possedimus, contulimus et presentibus conferimus in modum permutationis iure proprietario perpetuo possidenda, recipientes ab eodem domino electo et eius ecclesia decimam in Wethele tam maiorem quam minorem, allodii ibidem decima excepta, et duos mansos ibidem, videlicet Wicboldi et Werencen, cum duabus casis eisdem mansis attinentibus ibidem sitis ac hominibus ad ipsos mansos pertinentibus, cum omnibus suis iuribus et attinenciis, prout nunc sunt et ex causis legitimis incrementum recipere poterunt in futurum, recepta insuper a sepedicto domino electo viginti marcarum summa pecunie numerate. Huic facto nostro aderant: Iohannes abbas et Giselbertus monachus de Wadenhart, Rodolfus celerarius et Amelungus monachi Hersetwihusenses, Bertrammus conversus ipsius loci, Lutgerus prepositus, Ernestus cantor, Conradus dictus Hako et magister Iordanus, canonici ecclesie Osnaburgensis, magister Thetmarus canonicus ecclesie Paderbornensis, Iohannes plebanus ecclesie sancte Katerine Osnaburgensis, Iohannes Vrsus, Hinricus Vinco, Helembertus de Horst, Lutbertus de Linge, Hermannus de Bramezche, milites; Euerhardus magister scabinorum, filius domine Petronille, Hinricus de Ringelo, Iohannes de Brumsele, Hinricus Hascekinc[4]), Thidericus Holcete, scabini, et alii quam plures. Et ut omnia supradicta in suo robore permaneant et inviolabiliter perpetuo perseverent, presens scriptum nostro sigillo in perpetuum testimonium et munimen fecimus sigillari. Actum et datum Osenbrugge, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, in die beate Agate virginis.

[1]) Cystersiensis *B. mit* i *A.* [2]) Padebornensis *B.* [3]) *Uebergeschrieben von anderer Hand B.* [4]) Hasceking *B.*

Or. in zwei Ausfertigungen (A und B) von einer Hand im Domarchiv zu Osnabrück. Siegel von gelb- und rothseidenen Fäden ab. Gedr. Osn. Mitth. III, 282.

1385.

Kl. Hardehausen verspricht dem Elekten Konrad von Osnabrück auf Verlangen zu jeder Zeit Kopien der Urkunden Papst Alexanders IV. und König Wilhelms über den Erwerb von Löningen auszuliefern. (1274) 1275 Februar 5.

Nos Iohannes abbas, Regenbodo prior totusque conventus monasterii in Hersetwihusen notum facimus et presentibus protestamur, quod domino Conrado Osnaburgensi electo et ecclesie sue scripturarum auctenticarum, videlicet Alexandri pape et Willehelmi regis, quarum transcriptum ipsis dedimus sub sigillo nostro, si quandoque necesse fuerit, copiam faciemus, dummodo nobis de restitutione predictarum scripturarum fuerit facta fides. Et si nos medio tempore ipsa privilegia perdiderimus ex aliquo casu inopinato, de hoc predictis domino electo et eius ecclesie fidem faciemus. Datum anno Domini M°.C°C.LXXII°II., in die beate Agathe virginis.

Or. im Domarchiv zu Osnabrück. An Pergamentstreifen Bruchstück des spitzovalen Siegels, fünfbl. Rose und Lilie noch erkennbar, mit Rücksiegel (Lamm Gottes, darüber Kreuz). Die beiden citirten Urkk. oben Nr. 471 und 736. Gedr. Osn. Mitth. III, 288. An demselben Tage gaben die oben Genannten dem Elekten die Transskripte der beiden Dokumente. Gedr. Osn. Mitth. III, 286.

1386.

Bischof Simon von Paderborn bekundet Streitbeilegung zwischen dem Pfarrer von Nutlon *und seinen Pfarreingesessenen zu* Syrexen. *Neuhaus 1275 Februar 10.*

Nos (Simon Dei gratia) Paderbornensis ecclesiae episcopus notum facimus (protestantes, quod dissensio, que orta est) inter Henricum plebanum in Nutlon ex una (et parrochianos) suos de Sirixen ex parte altera, super locatione dotis ibidem amicabiliter est sopita, nec ipsos de cetero incusabit, set officiari procurabit capellam sepedicte ville Sirixen in audicione confessionum, in benedictione carnium et in celebracione missarum, sicut cum predecessore suo ordinatum fuerat atque scriptum, dummodo eidem plebano, vel qui pro tempore fuerit, faciant debitam iusticiam et reverenciam, qua tenentur. In cuius rei testimonium hoc scriptum nostro et loci archidiaconi sigillis extitit sigillatum. Datum Nigenhus, anno Domini M°.C°CLX°XV., ipso die Scolastice virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 183. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab.

1387.

Ritter Hermann von Holzhausen überträgt mit seinen Brüdern Ritter Johann und Hermann genannt von Calenberg sieben Hufen an Kl. Hilwartshausen. Gieselwerder 1275 Februar 19.

Nos Hermannus de Holthosen miles dictus Berkule, Iohannes miles et Hermannus dicti de Kalenberge, fratres, recognoscimus et publice protestamur in hiis scriptis, quod de communi consensu omnium heredum nostrorum septem mansos in villa Mengershusen sitos, quos Heinemannus miles dictus dapifer et Cono frater suus, castellani in Halteminne, a nobis in pheodo habuerunt, ad peticionem ipsorum et post resignationem dictorum mansorum nobis ab ipsis legitime factam domino . . preposito et conventui sanctimonialium in Hildewardeshen contulimus, conferimus et donamus cum omni iure, utilitate, consuetudine, advocatia, iure proprietario perpetuo, quiete et libere possidendos; et ut memoria nostri apud ipsum conventum iugiter habeatur, in signum amicicie novem marcas gravium recepimus ab eisdem. Ne igitur aliquis dictorum heredum nostrorum iam dictum prepositum et conventum in prefatis bonis in posterum presumat vel audeat impedire, presentes litteras ipsis dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Testes huius rei sunt: Bertoldus de Meense, Conradus de Bertolderod, Widekindus de Stochusen, milites et castellani in Gemunden, Conradus de Scardenberch, Bertoldus de Morungen, milites; Borchardus advocatus dictus de Weldersen, castellani in Gislewerdere. Datum et actum in Gislenwerdere, anno M°.C°C. septuagesimo quinto, XI. Kalendas Marcii.

Or. im Kgl. St.-A. Hannover. An Pergamentstreifen, die von der Urkunde abgeschnitten, in gelbem Wachs 1) dreieckiges Siegel mit zwei übers Kreuz gelegten Streitkolben, dazwischen eine fünfblätterige Rose. Umschrift: Sigill. Hermanni de Holthuse; *2) dreieckiges Siegel, dessen Hälfte abgebröckelt, Streitkolben und sechsblätterige Rose. Umschrift:* Sigill. Iohannis de Kalenber; *3) dreieckiges Siegel, Streitkolben mit achtblätteriger Rose. Von der Umschrift nur:* Sigillum Hermanni B . . *erhalten. Inkorrekt gedruckt: Scheidt, Vom Adel, Mant. doc. Nr. 99 S. 421.*

1388.

Die Rathmänner in Warburg urkunden über eine Schenkung an Kl. Hardehausen. 1275 März 12(?)

Nos Hermannus de Dalhem proconsul, Iohannes frater suus, Conradus . . ., Wernherus de Bredelar (?), Conradus, Hermannus, Hermannus (?) de Hemedessen, Geruasius . . . Iohannes dictus . . . Iohannes Stolten iunior, Welckene, consules novi oppidi Wartberg presentibus litteris recongnoscimus publice protestantes, quod Iohannes et Henricus fratres dicti de (D)wergen in nostra presencia constituti cum pleno consensu omnium heredum et coheredum suorum . . . marcas denariorum gravium, duos pullos, duas uncias ovorum ac hospitiones, que curia in Wartberg nobis dare annis singulis tenebatur, conventui fratrum in Hersuedehusen, Cisterciensis ordinis, contulerunt in perpetuum sine

contradictione qualibet possidenda, renunciantes penitus supradictis et omni iuri (suo), si quod habere poterant in curia prenotata. Nichilominus promiserunt dicto conventui se suosque . . . heredes de prescriptis omnibus warandiam debitam prestaturos. In cuius nostri testimonii firmam memoriam et predictorum Iohannis, Henrici et omnium heredum suorum facti incorruptibilem evidentiam ad ipsorum petitionem nostrum sigillum apposuimus huic scripto. Datum et actum Wartberg, anno Domini M°.C°C.LX°XV°., quarto Idus Marcii.

Or. (fast ganz verblasst) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen 183 a. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Datum ist unsicher. Hinter V *hat möglicherweise noch* I *gestanden, so dass es 1276 heissen müsste; hinter* Marcii *finden sich noch Buchstabenspuren, die aber auch Schnörkel sein können.*

1389.

Rudolf (von Erwitte) Vogt von Geseke und Wessel sein Sohn übergeben dem Ritter Konrad von Etteln Salzwerk in Salzkotten. 1275 März 26.

Ego Rodolfus advocatus in Gysike et Wezelus filius meus primogenitus necnon heredes mei notum facimus universis hoc scriptum visuris, quod nos medietatem aree sive kase salis in opido Saltkoten nobis pertinentem Conrado militi de Etlen, uxori sue et heredibus eorum libere dedimus tenendam perpetuoque possidendam. Huius facti testes sunt: Arnoldus canonicus in Gysike, Hinricus Spiker, Meinricus miles Bursa vocatus, Wilhelmus miles de Verenedhusen, Helmicus iudex et filius suus Hinricus, Hinricus Stendal, Regenhardus de Makenlo, Hermannus de Paderborne et alii quam plures. Ut autem hec robur obtineant, sigillo nostro presens scriptum est firmatum. Datum anno Domini M°.C°C.LX°X quinto, septimo Kalendas Aprilis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 184. Von blauen Zwirnfäden Siegel abgefallen. Vgl. über den Aussteller Spanckens Abhandl. Zeitschr. XXXI 2, 162 ff.

1390.

Bischof Simon von Paderborn beraumt in der zwischen dem Domkapitel und dem Dompropst Heinrich wegen der den Domherrn zu gewährenden Alimente obschwebenden Streitfrage dem Syndikus des Domkapitels und dem Prokurator des Dompropstes einen Termin auf den 2. Mai (1275) an. Salzkotten 1275 April 24.

S(imon) Dei gratia Paderbornensis episcopus. Comparentibus coram nobis magistro Th(etmaro) canonico Paderbornensi, sindico decani et capituli ecclesie eiusdem ex parte una et magistro Iohanne canonico Schildecensi, procuratore cum mandato sufficienti admisso nomine H(enrici) prepositi Paderbornensis ex altera, idem sindicus nomine decani et capituli predictorum contra ipsum prepositum peticionem quandam proposuit, quam penes nos in scriptis habemus, quam peticionem procurator ipsius prepositi petivit sibi dari in scripto et inducias ad deliberandum, dicens hoc debere fieri de iure et consuetudine, prout et hec in scriptis habemus. Cui peticioni sindicus predictus respondet animo litem contestandi super hoc, quod in proposita questione neque de iure neque de consuetudine fieri deberent petita, assignans ad hoc causas, quia presens questio est super alimentis prestandis canonicis et causa alimentorum dilacionem non recipit; item quia consuetudo capituli Paderbornensis hoc habet, quod, cum aliquis super defectu amministrationis convenitur, sine dilacione debet in continenti respondere, et ipse sindicus hic non agat iure communi sed ex speciali iure capituli Paderbornensis. Nos igitur auditis hiis hinc inde propositis partibus predictis terminum assignamus crastinum Philippi et Iacobi ad deliberandum super istis et interloquendum et procedendum, quantum de iure possumus ex debito officii nostri, partes ad concordiam, quantum possumus, exhortantes. Actum anno Domini M°.C°C.LXXV°., in crastino Georgii, in ecclesia oppidi Saltcoten, quem locum ad premissa dictis partibus assignamus.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 279. An von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen Bruchstück vom Siegel des Bischofs. Auf dem untern Rande links steht: prima.

1391.

Edelherr Bernhard zur Lippe schenkt mit Zustimmung seiner Gemahlin Agnes und seines Sohnes Simon seinen Hof in (der Bauerschaft) Rükamp zu seinem, seines Vaters und seines Bruders Hermann Seelenheil dem Kl. Marienfeld. Mitsiegler die Bischöfe Simon von Paderborn und Konrad von Osnabrück und sein Schwager Graf (Otto) von Ravensberg. 1275 Mai 3.

Gedr. UB. III, 964. Reg. Lipp. Regg. I, 237 Nr. 369. Letztes urkundliches Vorkommen Bernhards; er liegt zu Marienfeld begraben. Vgl. UB. III, 1006 u. unten zu 1276.

1392.

Bischof Simon von Paderborn erlässt nach Anhörung der Provokationsschrift des Domkapitels und der Appellation des Vertreters des Dompropstes ein Monitorium gegen diesen und setzt einen neuen Termin fest. Salzkotten 1275 Mai 4.

Simon Dei gratia Pade(r)burnensis ecclesie episcopus. Cum post frequentes et diutinas divinorum suspensiones magister Thitmarus canonicus et sindicus ecclesie nostre Paderburnensis nomine ipsius ecclesie Henricum prepositum Paderburnensem coram nobis non secundum ordinem iudicarium causarum communem sed secundum ius et speciales consuetudines ipsius capituli approbatas, prescriptas et a tempore, cuius non est memoria, in dicta ecclesia observatas super defectu diutino amministrationis prebendarum ipsius ecclesie convenisset et peteret dicte ecclesie nomine, ut ipsum prepositum ad amministrationem debitam faciendam secundum iuramenti sui exigentiam ac restitutionem retentorum, que ad quadringentas marcas computabat, vel cessionem honoris et honeris ipsius prepositure compelleremus, dicens hoc esse de consuetudine Paderburnensis ecclesie prescripta et a tempore, cuius non est memoria, observata, quod, quandocunque prepositus, qui est pro tempore, est in defectu vel negligens[1]) in amministrando prebendas et monitus non emendaret, deberet cedere honeri ipsius prepositure pariter et honori et libera facultas ipsi capitulo extunc esse debeat certo ad hoc a . . decano ecclesie assignato termino alium prepositum eligendi, predictus vero prepositus super defectu amministrationis multotiens et per diversas ydoneas personas commonitus non solum se non corrigeret, set quod est deterius, per predictum amministrandi defectum inconveniens cottidie augmentaret, nos quia propter discordias, quas ratione quarundam libertatum et iuris ecclesie nostre, ut tenemur, conservandarum habemus cum civibus civitatis Paderburnensis ad presidendum in capitulo nostro, ut requirebat presens questio, nobis intrare non expediebat, preposito predicto terminum largum, videlicet crastinum beati Georgii tunc futurum, ad respondendum super premissis eidem sindico in oppido nostro Soltkoten civitati nostre Paderburnensi vicino et quasi coniuncto assignavimus. In quo termino et loco quamvis idem prepositus venisse personaliter, ut tenebatur ex ecclesie consuetudine, commode potuisset, pro se tamen magistrum Iohannem canonicum Sci(l)decensis ecclesie cum mandato procuratoris transmisit, qui petitionem capituli sibi in scriptis (dari) et inducias ad deliberandum nomine eiusdem prepositi postulavit sindico eiusdem ecclesie ad hec respondente, quod propter consuetudinem Paderburnensis ecclesie, que hoc habet, quod, quandocunque prelatus vel canonicus super facienda amministratione iure consuetudinario capituli conveniretur, sine dilatione et libelli oblatione respondere tenetur, predicta petitio locum non habebat, adiciens cum hoc, quod hic agebatur pro alimentis canonicis Paderburnensibus ratione divini officii frequentandi assidue prestandis et causa alimentorum talium dilationem non requireret, sicut neque divini officii frequentatio interruptionem. Auditis itaque supradictis, quamvis secundum consuetudinem ecclesie Paderburnensis contra ipsum prepositum tunc potuissemus et debuissemus ad instanciam predicti sindici aliter processisse, tamen ob spem composicionis amicabilis, ad quam cum omni affectu et desiderio partes hortabamur pretextu interloquendi super premissis et procedendi, quantum esset iuris, predicte ecclesie sindico quamvis invito et preposito alium terminum, videlicet crastinum Philippi et Iacobi tunc proximum et locum assignavimus supradictum. Exstante itaque tali termino et sindico

ipsius ecclesie nomine in nostra presentia in dicto loco ac preposito per predictum suum procuratorem iterum constitutis sindicus provocationem emisit nomine ecclesie in hec verba:

A vobis reverendo patre domino S(imone) Paderburnensi episcopo peto ego magister Thitmarus canonicus ecclesie Paderburnensis, sindicus decani et capituli eiusdem ecclesie nomine eorundem, quatinus in processu cause, quam coram vobis habeo nomine predictorum contra dominum Henricum prepositum Paderburnensem super prebendarum ipsius ecclesie amministratione consuetudines ecclesie Paderburnensis observatas usque ad hec tempora, a tempore, cuius non exstitit memoria, observare velitis, et ne in aliquo secus faciatis aut contra dicte ecclesie consuetudines veniatis aut aliquis alius venire presumat quacunque auctoritate nisi apostolica nomine sepedictorum .. decani et capituli sedem apostolicam in hiis scriptis appello, statum ecclesie et personas protectioni dicte sedis supponendo.

Unde nos attendentes, quod secundum capituli Paderburnensis consuetudinem libellus non esset dandus et quod causa presens dilationem non pateretur, item quod defectus prepositi et est notorius et manifestus, item quod predictus prepositus habuerat inducias sufficientes et largas et quod de petitione sindici certus fuit quodque calumpniose dilationis causa predicta petierat, ut ex hoc coniecimus, quod etiam pendente questione post secundi termini assignationem panem canonicorum, quem antea ministraverat, subtrahebat, ut cessantibus omnibus saltem adhuc in bono vinceretur et ab errore suo desisteret et compositione interveniente de discretorum virorum nobis assidentium consilio sepedictum prepositum sub debito obedientie duximus denuo commonendum, ut usque ad festum ascensionis Domini proximum canonicis Paderburnensibus prebendas suas pro debito ministraret et retenta restitueret vel super eis componeret, alioquin infra octo dies tunc proximos rationes certas et causas in scripto nobis assignaret, quare ad predicta minime teneretur. Super quo prepositi procurator appellavit in hec verba:

Ego Iohannes canonicus Scildecensis ecclesie, Paderburnensis diocesis, procurator et clericus domini mei Henrici prepositi Paderburnensis sentiens ipsum dominum meum indebite gravari ex eo, quod capitulum Paderburnense ab eo requirit integram prebende amministrationem, quam solvere non potest propter inopiam villicationum et desolationem bonorum ab ipso non causatam et plurimas exactiones, que facte sunt et fiunt in villicos ecclesie et in eos, qui consueverunt et debent solvere fructus prebendarum et idem dominus meus H(enricus) prepositus prebendarum amministrationem ipsi capitulo relinquere sit paratus et nichilominus capitulum propter hoc, quia ipsis integra prebende amministratio non est facta, in ipsius domini mei prepositi contumetiam et infamiam cessaverit a divinis statutis concilii generalis Lugdunensis minime observatis, et quia vos, domine reverende Paderburnensis ecclesie episcope, eidem prefixistis terminum sive diem in Saltkoten, qui locus non est insignis et ubi non potest haberi copia iurisperitorum et quia mihi procuratori suo libellus conventionalis cum induciis deliberandi in scriptis denegatur, et quia ante libelli oblationem et litis contestationem contra dominum meum procedere intenditis iuris ordine per omnia pretermisso[2]), ego Iohannes predictus ab hiis gravaminibus vel ipsorum aliquibus vel aliquo, que vel quod sufficiant vel sufficiat ad predicti domini mei H(enrici) prepositi intentionem probandam nomine ipsius ad superiorem appello in hiis scriptis et peto mihi presens scriptum pro apostolis sigillari, ponens ipsum sepedictum dominum meum prepositum et omnes res suas cum omnibus sibi adherere volentibus sub protectione superioris. Facta est hec appellatio Saltkoten, anno Domini M°.CC°.LXX°V., in crastino Philippi et Iacobi apostolorum.

Lecta autem premissa appellatione publice diximus prefato procuratori et exhibuimus, quod, si dominum suum, quod non credebamus nec credimus, in aliquo gravavissemus indebite, dummodo hoc doceret coram nobis, parati essemus illud gravamen de peritorum consilio revocare ad docendum hoc similiter, prout expresse sibi exhibuimus, certum assignare diem[3]) sed prefatus procurator verba, monitiones et exhibitiones nostras non attendens, pretextu dicte appellationis a nobis recessit, iuri, rationi[4]) aut equitati minime intendendo, propter quod ipse sindicus nomine ecclesie iusticiam, quam

dictaret consuetudo superius tacta Paderburnensis capituli sibi fieri cum instancia postulabat. Nos vero attendentes, quod iuxta capituli Paderburnensis antiquas, prescriptas et a tempore, cuius non est memoria observatas consuetudines, presens questio dilacionem non recipit, item quod [5]) canonici debita sustentatione privati, sicut frequenter fieri consueverat, divina diutius dimitterent et predia, possessiones et ornatus ecclesie ad dissolutionem irreformabilem haberentur, ac sic ecclesia predicta enormem pateretur in spiritualibus et temporalibus lesionem, item quod defectus et excessus ipsius prepositi erat notorius et manifestus adeo, quod nulla poterat tergiversatione celari, cum propter amministrationis defectum diutinum et quasi continuum infra XXX annos, quibus idem prepositus prefuit, ad plures annos non sunt habita divina in Paderburnensi ecclesia, sed quasi continue interrupta et in notoriis huiusmodi non est ordo iudiciarius observandus et maxime, quod sindicus ipse non ordine iudiciario causarum communi sed ex iure specialium consuetudinum ipsius capituli nitebatur, ad obviandum predictis malis et consulendum nostre ecclesie. ut tenemur, pro divino quoque cultu ad honorem divini nominis de cetero continue in Pade(r)burnensi ecclesia sine interruptione solita procurando, non obstante supradicta appellatione tamquam frivola ad decisionem presentis negotii sine dilatione de peritorum consilio duximus procedendum revocato precepto obediencie, sub quo ipsum prepositum monuimus et termino monitionis supradicto; sed quia super consuetudine, quam in sua principali petitione sindicus ecclesie in principio allegabat, dubitamus, ex officio nostro eidem sindico probacionem indiximus super illa ad probandum ipsam sibi diem V. Idus Maii in nova domo nostra cum propter causam superius tactam adhuc durantem civitatem Pade(r)burnensem nobis intrare non expediat assignantes, ad quem terminum et locum sepedictum prepositum licet ex habundanti sub pleno conductu nostro et securitate pro quolibet ad videndum et audiendum iuramenta testium, si quos forte sindicus supra dictus produxerit, fecimus evocari, si medio tempore iuxta monitionis nostre tenorem, qua eundem iterum ad convincendum ipsius pertinatiam moneri fecimus, canonicis Paderburnensibus debito modo non ministraverit prebendas et super retentis non composuerit cum eisdem. Datum Saltkoten, anno Domini M°CC°LX°XV., in crastino inventionis sancte crucis.

[1]) negliens *Or.* [2]) pertermisso *Or.* [3]) diem *fehlt.* [4]) rationi *doppelt,* [5]) *Folgt nochmals* dilacionem. c *u.* t *wechseln.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 275. Siegel u. Befestigung mit Pergamentrand ausgerissen. Ueber den Streit Simons mit Paderborn verlautet sonst nichts. Heinrich war Dompropst seit 1240. Vgl. oben Nr. 297 u. 298.

1393.

Die Grafen Adolf u. Albert von Schwalenberg schenken den ganzen Zehnten in Wimelsen *und zwei Hufen daselbst der Kirche in Brenkhausen. Schwalenberg 1275 Mai 10.*

. . . Huius rei testes sunt: Burchardus de Holthosen miles, Thidericus de Here, Hermannus de Dudenhusen, Bertoldus de Elmerinchusen, Fredericus et Heinricus fratres de Ebelinchusen.

Or. im Stadtarchiv zu Brakel. An Pergamentstreifen 1) grosses rundes Siegel des Grafen Adolf, achtstrahliger Stern, an der Seite des obersten Strahles je ein Vogel, verletzt; 2) dreieckiges wohlerhaltenes Siegel des Grafen Albert, achtstrahliger Stern. Gedr. Wigand, Corveyer Güterbes. S. 215. Reg. Lipp. Regg. III, 8 Nr. 1502.

1394.

Die Grafen Adolf und Albert von Schwalenberg bestätigen dem Kl. Brenkhausen den demselben von ihrem verstorbenen Bruder Widukind geschenkten Zehnten in Kadenhusen. *Schwalenberg 1275 Mai 10.*

. . . Testes vero sunt: Apollonius de Zattessen, Alexander de Metzenhosen, Conradus de Modekissen, Fredericus de Ystincdorp, milites, Ernestus de Modekissen, Burchardus de Holthosen, Thidericus de Here, Hermannus de Dudenhusen, Bertoldus de Elmerinchusen, Fredericus et Heinricus fratres de Ebelinchosen et alii . . .

Or. im Stadtarchiv zu Brakel. An Pergamentstreifen (sehr verletzt) 1) grosses rundes Siegel des Grafen Adolf; 2) dreieckiges Alberts. Gedr. Wigand, Corveyer Güterbes. S. 216.

1395.

B. Simon ladet den Paderborner Dompropst auf den 1. Juni nach Salzkotten vor. Salzkotten 1275 Mai 30.

S(imon) Dei gratia Paderbornensis episcopus preposito ibidem salutem in Domino. In causa capituli Paderbornensis et nostra attestationes super iure sive consuetudine capituli a sindico allegata, cuius consuetudinis vel iuris probationem ex officio nostro eidem sindico indixeramus, fecimus publicari, quare vos citamus, ut hora tercia in vigilia pentecostes proxime coram nobis compareatis in ecclesia oppidi Saltkoten in dicto negotio diffinitivam sententiam auditurus, nisi medio tempore, ut iam vicibus quasi infinitis monuimus, prebendas canonicis Paderborne debite ministretis aut amicabiliter componatis cum eisdem, vel saltem coram nobis doceatis, quare ad sentenciam de iure procedere minime teneamur. Datum Saltkoten, anno Domini M°.CC°.LX°XV., in octava ascensionis Domini.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn 276. An von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen kleiner Siegelrest. In der unteren Ecke links steht: quinta.

1396.

Bischof Simon von Paderborn bestätigt den mit Stift Busdorf über den Zehnten in Asseln geschlossenen Kontrakt. Salzkotten 1275 Mai 31.

Nos Symon Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus universis hoc scriptum visuris notum facimus per hoc scriptum et dicimus protestando, quod contractus, per quem decima ville Asle apud Kericdorp cum suis pertinentiis est ad usus decani et capituli ecclesie apostolorum Petri et Andree Paderbornensis deputatus, de consensu nostro extitit celebratus. In cuius rei testimonium presens scriptum dictis decano et capitulo dedimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum Saltcoten, II. Kalendas Iunii anno Domini M°.CC°.LXX°V°.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 32. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Vgl. Nr. 1290.

1397.

Bischof Simon von Paderborn entscheidet auf Grund der von den Domherrn eidlich erhärteten Beweismittel, dass der Dompropst mit gewissen Ausnahmen verpflichtet sei, den Domherrn die Einkünfte ihrer Präbenden zu gewähren. Salzkotten 1275 Juni 1.

In nomine Domini amen. Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris in perpetuum salutem in eo, qui est omnium vera salus. Ut a presentibus tollatur dubium et futuris veritas elucescat, presentis scripti testimonio cupimus declarari, quod, cum magister Thitmarus canonicus et syndicus ecclesie nostre maioris Paderbornensis ad nos accedens nobis humiliter supplicaret, quod nos[1]) probationes suas de consuetudine sive de iure ipsius ecclesie super amministratione prebendarum suarum propter tollendum dubium et habendam de hoc fidem perpetuam admittere curaremus, nos, ipsius syndici devotis supplicationibus annuentes, probationes suas sub sacramento a singulis prelatis et canonicis prestito admisimus et audivimus sub depositionibus subnotatis, videlicet quod secundum ius vel consuetudinem ecclesie ipsius prescriptam et approbatam sit vel[2]) fuerit a tempore, cuius non extat memoria, observatum, quod, quicumque sit pro tempore prepositus ipsius ecclesie, debeat dare fratribus et aliis ad capitulum spectantibus debitas prebendas vel cedere a prepositura et dignitate ipsius, ut alius eligatur, qui prebendas amministret, ne propter defectum amministrationis debite ecclesia divinis offitiis defraudetur, nisi maneat in gratia fratrum, que sibi est in hiis casibus facienda. Primus est, si bona ad amministrationem pertinentia grassantur propter transitum potentis exercitus, secundus est, si sterilitas propter inundationem aquarum accidit, tercius est, cum fruges per grandines sunt concusse, quia in hiis tribus casibus vel in aliquo ipsorum in bonis et annis, quibus contingunt, fit gratia preposito tali modo, quod ipsum dampnum capitulum pro tertia parte et prepositus pro tertia parte et scultheti pro tercia parte equaliter sustinebunt, et hoc, cum tale damnum, quod in predictis tribus casibus vel in aliquo ipsorum contingit, fuerit perspectum et cognitum per cellerarium ipsius ecclesie

et per illum, qui dicitur Dommeier, et ipsis, ut perspiciant, debitis temporibus fuerit intimatum, quoniam, si ipsis, ut perspiciant et cognoscant ipsum dampnum, intimatum non fuerit, non fiet preposito gratia ex hiis causis. Si etiam dicti duo perspectores cellerarius et Dommeier, postquam ipsis legitime intimatum fuerit, extiterint[3]) negligentes[4]), hoc sculthetis non erit aliquatenus inputandum, nec habebunt ex tali negligentia[4]) ullum dampnum. Igitur nos probationes supradictas publicatas et diligenter examinatas et legitimas reputatas ipsas ex discretorum virorum consilio per diffinitivam sententiam approbavimus et presentibus litteris approbamus, cum sit consonum rationi, ut, qui cottidie laborat in vinea Domini, diurno non debeat pretio defraudari, et qui altario servit, vivere debeat de altari. Quapropter sub excommunicationis sententia, quam in omnes, qui contra huiusmodi factum nostrum venerint, ferimus in hiis scriptis, districte precipimus prefatam consuetudinem sive ius perpetuo inviolabiliter observari. Huic facto sive sententie nostre testes ad hoc rogati aderant, quorum nomina subnotantur: Gerhardus abbas Lisbernensis, Luthfridus prepositus Lippensis, magister Iordanus et nobilis vir Euerhardus de Voltmetstene[5]), canonici Osnaburgenses, Godefridus[6]) thesaurarius et Robertus, canonici Susatienses, magister Arnoldus scolasticus et Heinricus thesaurarius, canonici ecclesie sancti Petri Paderbornensis, et alii quam plures. Ad maiorem etiam evidentiam predictorum presens scriptum nostro sigillo et predictorum testium sigillis extitit roboratum. Actum et datum in oppido Soltcoten, anno Domini M°.C°C.LX°X quinto, in vigilia penthecostes.

[1]) *Fehlt B.* [2]) et *B.* [3]) exstit *B.* [4]) *Das zweite* g *bei beiden Ausfertigungen übergeschrieben.* [5]) nobilis vir de Voltmutstene Euerhardus *A.* [6]) Gotifridus *B.*

Or. in 2 Ausfertigungen (A und B) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 277. An jeder Ausfertigung hingen an rothen Zwirnsfäden neun Siegel, nur an 1. Stelle an beiden Reste braunen Wachses vom Siegel des Bischofs erhalten. Der Ausdruck Dommeier *schon oben Nr. 185.*

1398.

Bischof Simon bekundet unter wörtlicher Aufnahme der betreffenden Streitschriften den Gang des zwischen dem Domkapitel und dem Dompropst Heinrich schwebenden Prozesses und entsetzt schliesslich den Dompropst seines Amtes. Salzkotten 1275 Juni 1.

S(imon) Dei gratia Pade(r)burnensis episcopus. Ascendente ad nos canonicorum ecclesie nostre ac totius nostre diocesis clamore vario super diutina divinorum suspensione in ecclesia nostra Paderburnensi iam longis retroactis temporibus continuata propter defectum amministrationis prebendarum ipsius ecclesie, cum huiusmodi suspensiones et clamores non possemus nec vellemus ulterius sustinere metu divine indignationis, obtentu honoris proprii et dilectione, quam ad ecclesiam nostram et personas habemus, accensi, de consilio peritorum ac Deum timentium ex officii nostri debito remedium congruum pro nostris viribus proponimus adhibere. Propter quod dominum Henricum prepositum Paderburnensem ad predictorum . . decani et capituli nostri et fame publice clamosam instantiam ad nostram citavimus presentiam usque in crastinum beati Georgii tunc proximum super defectu amministrationis huiusmodi responsurum. Et quia propter discordias, quas ratione quarundam libertatum et iuris ecclesie, ut tenemur, conservandarum habemus cum civibus, civitatem Paderburnensem ad presidendum in capitulo nostro, ut presens requirebat questio, nobis intrare non expediebat, predicto preposito ad respondendum predictis et comparendum locum assignavimus oppidum Soltkoten, civitati Paderburnensi quasi continuum et coniunctum. In quo loco et termino cum magister Thitmarus canonicus et sindicus ecclesie Paderburnensis nomine ipsius predictum dominum Henricum prepositum Paderburnensem coram nobis non secundum ordinem iudiciarium et cursum causarum communem, sed secundum ius et speciales consuetudines ipsius capituli approbatas, prescriptas et a tempore, cuius non exstat memoria, in dicta ecclesia observatas super defectu diutino amministrationis prebendarum ipsius ecclesie convenisset et peteret dicte ecclesie nomine, ut ipsum prepositum ad amministrationem debitam faciendam secundum

iuramenti sui exigentiam ac restitutionem retentorum, que ad quadringentas marcas computabat, vel ad cessionem honoris et oneris ipsius prepositure compelleremus, dicens hoc esse de iure sive consuetudine Pade(r)burnensis ecclesie prescripta et a tempore, cuius non est memoria, observata, quod, quandocunque prepositus, qui est pro tempore, est in defectu, vel negli(g)ens in amministrando prebendas et monitus se non corrigeret, deberet cedere honeri ipsius prepositure pariter et honori, nisi in certis casibus, et libera facultas extunc esse debeat ipsi capitulo, certo ad hoc a . . decano ecclesie assignato termino, alium prepositum eligendi, maxime cum predictus prepositus super defectu amministrationis multotiens et per diversas ydoneas personas commonitus non solum se non corrigeret, sed quod est deterius, per predictum amministrandi defectum cottidie inconveniens augmentaret. Quamvis idem prepositus venisse personaliter, ut tenebatur ex ecclesie consuetudine, commode potuisset, pro se tamen magistrum Iohannem canonicum Schildecensem cum mandato procuratorem transmisit subnotato:

Reverendo patri ac domino suo Paderburnensi episcopo H(enricus) Dei gratia ipsius ecclesie prepositus cum debita reverentia promptam ad obsequia voluntatem. In causa, quam nobis movet vel movere intendit . . decanus et capitulum ecclesie Paderburnensis coram vobis, Iohannem canonicum Schildecensem clericum nostrum, exhibitorem presentium, nostrum constituimus procuratorem, dantes eidem potestatem in animam nostram pro nobis prestandi cuiuslibet generis sacramentum, si necesse fuerit et si sibi videbitur expedire, et ad faciendum omnia, que facere debet et potest verus et legitimus procurator, et ad ea omnia, que facere possemus et deberemus in vestra presentia constituti, ratum habituri, quicquid idem nomine nostro in premissis duxerit faciendam. Spondemus etiam pro ipso sub ypoteka nostrarum rerum pro clausulis iudicatum solvi. Datum Paderburne, anno Domini M°.C°C.LXXV°., die Georgii martiris.

Qui procurator petitionem capituli sibi dari in scriptis et inducias deliberandi nomine eiusdem prepositi postulavit *u. s. w. wörtlich wie Nr. 1392. Es folgt die Provokation des Syndikus des Kapitels:* A vobis reverendo patre *und die Appellation des gegnerischen Vertreters:* Ego Iohannes *und der Schluss der Nr. 1392. Dann folgt:* Et quia post diversas nostras monitiones dictus prepositus prebendas non curavit ministrare nec cum decano et capitulo componere certo ad hoc assignato termino et ipso preposito ad hoc vocato, super allegata in principio consuetudine decanum et singulos de capitulo iuratos audivimus ex causis assignatis superius eiusdem absentia non obstante, quibus iuxta formam audiendorum testium auditis et dictis eorum publicatis dictoque preposito ex habundanti, si quicquam in eorum dicta vel personas vellet proponere ad certum terminum evocato, quia idem nec venit nec venire curavit pluries evocatus et nos consuetudinem ab ipso sindico allegatam sufficienter probatam invenimus, ad diffinitivam sententiam processimus subnotatam.

In nomine Domine amen. Symon Dei gratia Paderburnensis episcopus omnibus presentis pagine inspectoribus sequentium seriem cum salute. Cum post suspensiones divinorum diutinas, quibus ecclesia nostra Paderburnensis et cultus divini nominis debitis obsequiis iam dudum ante constitutionem in concilio generali Lugdunensi super talibus nuper editam quasi continue fraudabatur, magister Thitmarus sindicus et canonicus ecclesie Paderburnensis nomine decani et capituli ecclesie eiusdem dominum Henricum suum prepositum propter frequentes et intollerabiles defectus amministrationis prebendarum suarum coram nobis non ordine iudiciario communi sed secundum ius et speciales consuetudines dicti capituli conveniret, idem sindicus petitionem nomine predictorum proposuit in hec verba:

Coram vobis reverendo patre domino S(imone) Paderburnensi episcopo peto ego magister Thitmarus sindicus et canonicus[1]) Paderburnensis ecclesie nomine decani et capituli ibidem, ut dominum Henricum prepositum nostre ecclesie ad hoc, ut canonicis Paderburnensibus prebendas suas debito modo et, secundum quod iuravit, amministret, mediante iustitia compelletis vel ipsum ab honore et honere prepositure eiusdem per vestram sententiam ammoveatis, quia hoc est de iure et consuetudine antiqua, prescripta et a tempore, cuius non est memoria, in Paderburnensi ecclesia observata, quod,

quicunque est prepositus ibidem, si fratribus prebendas modo debito non ministrat et sufficienter commonitus de hoc se non corrigit, compellendus est, ut cedat oneri et honori, et predictus prepositus sit sufficienter et multotiens commonitus a capitulo supradicto. Peto etiam, ut ipsum compellatis ad solvendum retenta, que estimo ad quadringentas marcas et amplius.

Qua petitione proposita surrexit magister Iohannes canonicus Schildecensis[2]), procurator ab eodem preposito destinatus, et libellum cum induciis deliberatoriis sibi petiit exhiberi. Cui cum sindicus ecclesie hoc non debere fieri responderet, eo quod consuetudo capituli Paderburnensis, cui se in hac actione inniti protestabatur, esset ista, quod quandocunque aliquis prelatus vel canonicus iure capituli super eis, que ad amministrationem prebendarum pertinent, convenitur, sine dilatione et libello tenetur respondere, et adiceret, quod, cum hic ageretur pro alimentis canonicorum Paderburnensium prestandis ratione frequentie divinorum, que dilationem vel interruptionem non patitur, presens questio esset sine dilatione et sollempnitate tali, que in processu iudiciorum ordinario et communi requiritur, terminanda, maxime cum excessus ipsius prepositi seu defectus esset adeo notorius et manifestus, quod nulla posset tergiversatione celari, in quo casu etiam, quando iure communi agitur, non servare iuris ordinem est servare, idem magister Iohannes nomine ipsius prepositi quedam sibi confingens gravamina a nobis sub tenore, quem ad instantiam ipsius sindici transscribi et sigillo nostro sigillari fecimus, appellavit. Nos vero dictum prepositum a suo errore revocare et eiusdem pertinatiam in bono vincere cupientes, ut fratribus suis[3]) prebendas modo debito ministraret, vel cum eisdem componeret, vel saltem, quare hoc non deberet facere, coram nobis ostenderet, litteris nostris et nunciis nostris[4]) eum moneri fecimus primo, secundo, tertio, quarto, quinto, exhibentes eidem nichilominus, quod si ipsum, ut asseruit, in aliquo indebite gravassemus, quod non credebamus, si coram nobis hoc ostenderet, parati essemus, de peritorum consilio revocare, ad talium ostensionem gravaminum sibi certi assignationem termini offerentes; dictus vero prepositus monitiones nostras minus curans, non solum rationes vel excusationes suorum defectuum non proposuit[5]), sed panem cottidianum et alias obventiones minutas, quas ante nostras monitiones canonicis ministrare consueverat, postmodum subtrahens addidit dampnum dampno, propter quod, dum canonicorum querelosos clamores et ipsius sindici inportunas instantias non possemus, sicut nec debuimus, ulterius sustinere, ipsum prepositum denuo citari fecimus super predictis responsurum, vel saltem aliquid in excusationem suorum defectuum ostensurum, ipsum cum hoc nichilominus ad amministrationem debitam vel compositionem amicabilem iterum exhortantes. Cumque per hec omnia nos apud eundem non proficere immo verius deficere certissime videremus, attendentes, quod ecclesia Paderbornensis per ipsum prepositum ob defectum amministrationis prebendarum hucusque gravem et intollerabilem passa est et passura esset de cetero, si non resistimus, tam in spiritualibus quam in temporalibus lesionem, eo quod ex hoc in dicta ecclesia cultus divinus negligitur, ecclesiastica disciplina postponitur et ex personarum paupertate, quod non sine cordis dolore dicimus, hospitalitas exulat, elemosina relegatur et non solum cetera pietatis suffocantur opera, immo in ipsa iam opus dissolvitur omne bonum in enorme animarum dispendium et scandalum plurimorum, considerantes etiam, hec omnia adeo[6]) esse notoria et manifesta, quod nulla possunt tergiversatione celari, non obstante appellatione ipsius prepositi vel absentia, ut predictis occurramus in tempore, iuxta petitionem ipsius sindici ex officio nostro in negotio duximus procedendum. Licet autem de consuetudine ecclesie, quam idem sindicus in sua petitione allegaverat, essemus satis certi, eo quod in simplici canonicatu dicte ecclesie quondam constituti ex consimili causa defectus amministrationis prebendarum exigente eadem consuetudine sive iure Volradum tunc temporis prepositum a prepositura cedere videramus, volentes tamen ex eis, que nobis sic constabant, non ut iudici animum nostrum[7]) in processu presentis negotii informare, et ut omnem suspicionis maculam vitaremus, prefato sindico ex officio nostro probationem iuris sive consuetudinis indiximus memorate, dicto preposito, quamvis frustra ad certum diem, in quo iuramenta videret et audiret testium, cum

iterata nostra monitione, quam sepe premisimus, evocato. Testibus itaque super hoc productis et examinatis fideliter ac eorum attestationibus publicatis, cupientes[8]), si possemus, sepe dicti prepositi duriciam per patientiam demollire, sibi scripsimus, ut coram nobis certo die compareret, diffinitivam auditurus sententiam, nisi medio tempore prebendas modo debito canonicis ministraret vel cum eisdem componeret, vel saltem adhuc coram nobis ostenderet[9]) legitime, quare ad sententiam de iure minime procedere[10]) deberemus. Et quia idem in sua perseverans pertinacia nullum predictorum facere curavit, et nos invenimus consuetudinem sive ius ecclesie supradicte sufficienter et legitime[11]) esse probata, et sicut dictum est, excessum ipsius prepositi, scilicet defectum amministrationis prebendarum Paderburnensis ecclesie, adeo esse notorium et manifestum, quod nulla poterat tergiversatione celari, dictum prepositum ab officio prepositure Paderburnensis ecclesie et dignitate eiusdem cum suis attinentiis Dei invocato nomine de peritorum et Deum timentium consilio sententialiter ammovemus, ipsum ex causis predictis hac nostra sententia dicte prepositure privantes onere et honore ac sibi super ipsis perpetuum silentium auctoritate[12]) ordinaria imponentes. Actum et datum in oppido Soltkoten, anno Domini M°.C°C.LX°X quinto, in vigilia pentecosten[13]).

[1]) canonicus et sindicus *B.* [2]) Scildecensis *B.* [3]) fratribus prebendas suas *B.* [4]) nostris *fehlt B.* [5]) proponuit *A.* [6]) esse adeo *B.* [7]) nostrum animum *B.* [8]) adhuc *fügt B hinzu.* [9]) legitime ostenderet *B.* [10]) procedere de iure minime *B.* [11]) legitime et sufficienter *B.* [12]) autoritate *B.* [13]) pentecostes *B.*

Or. (A) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 278. An Pergamentstreifen ein Bruchstück vom Siegel des Bischofs. Von In nomine Domine amen. Symon *liegt eine zweite Ausfertigung (B) unter Nr. 279 vor, welche im Anfange Korrekturen aufweist, so dass man ein Koncept vermuthen könnte; doch verschwinden diese später ganz; dann ist die Ausfertigung besiegelt gewesen (jetzt ist das Siegel abgefallen). Heinrich, der übrigens in Nr. 1404 noch Dompropst genannt wird, blieb Propst von Schildesche und starb vor 1282. Die hier erwähnte Cession des Dompropstes Volrad erfolgte 1240 zwischen April 29 und Juni 24; vgl. oben Nr. 292 (S. 195 Anm. 5 statt 4. April zu setzen 29) und 298.*

1399.

Edelherr Simon zur Lippe verspricht der Stadt Lemgo Schutz ihrer Rechte. 1275 Juni 26.

Simon nobilis et dominus de Lippia. Notum facimus omnibus hanc litteram inspecturis, quod fide data et prestito iuramento corporali promisimus et in hiis scriptis promittimus fide data, quod nos et heredes nostri oppidum nostrum et oppidanos nostros in Lemego in eisdem iuribus et in eadem gratia cum bona fide et affectu sincero conservabimus, que iura et quam gratiam a nostris progenitoribus hactenus habere consueverunt, et eadem iura et eandem gratiam nequaquam diminuemus nec immutabimus, sed pocius, ubicumque et in quibuscumque poterimus, ad ipsorum commodum studebimus emendare. Actum et datum anno Domini M°.C°C.LX°X quinto, tercia feria post Iohannis Baptiste.

Or. im Stadtarchiv zu Lemgo. Siegel Simons mit Rücksiegel wie Abbildung Lipp. Regg. I Nr. 18. Gedr. Grupen, Orr. Germ. III, 245. Reg. Lipp. Regg. I, 238 Nr. 370.

1400.

Agnes Wittwe des Edelherrn Bernhard zur Lippe und ihr Sohn Simon schenken zum Seelenheile Bernhards dem Kl. Marienfeld eine zum Hause Raesfeld gehörige Hufe. 1275 Juni 29.

Gedr. UB. III, 1763.

1401.

Das Fritzlarer Kapitel verpachtet sein Allod in Affoldern an Kl. Berich. Fritzlar 1275 August 2.

Nos Henricus Dei gratia decanus totumque capitulum ecclesie Fritslariensis notum facimus presentes litteras inspecturis singulis ac universis, quod nos allodium nostrum in Affolderen, quod bone memorie quondam Henricus dictus Raspe nobis et ecclesie nostre liberaliter tradidit et donavit, locavimus in omnem eventum ecclesie et conventui de Beriche, ordinis sancti Augustini, dyocesis Maguntine, sub hac forma, quod iidem ecclesia et conventus tribus annis, qui instabunt, in festo Michahelis nunc proximo

nobis solvent in singulis ipsis tribus annis semper ante festum beati Martini episcopi duo maldra siliginis et totidem avene. Elapsis vero illis tribus annis postmodum singulis annis semper ante festum sancti Martini episcopi predictum IIII maldra siliginis et totidem avene de allodio eodem in Affolderen supra dicti ecclesia et conventus de Beriche perpetuis temporibus nobis solvent. In cuius rei testimonium et munimen eisdem dedimus presens scriptum nostri et nostre ecclesie sigilli munimine roboratum. Actum et datum Fritslarie, anno Domini millesimo C°C°.LXX° quinto, in crastino ad vincula sancti Petri. Presentes fuerunt: nobilis domina . . comitissa de Woldeken, Henricus et Hermannus milites fratres de Lewenstene, Eberhardus miles dictus Holtsadel et Godescalcus viceplebanus de Woldeken.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen Reste gelben Wachses von einem runden Siegel, sitzender Heiliger mit 2 Schlüsseln in der Rechten.

1402.

Kloster Netze pachtet ein Allod in Affoldern vom Fritzlarer Kapitel. Fritzlar 1275 August 2.

Nos Bertha priorissa totusque conventus ecclesie de Beriche, ordinis sancti Augustini, dyocesis Moguntine, recognoscimus publice protestantes, quod honorabiles viri dominus Henricus decanus totumque capitulum Fritslariensis ecclesie locaverunt nobis in omnem eventum eorum allodium in Affolderen sub hac forma *u. s. w. fast wörtlich wie in der vorangehenden Nr. bis* Ad cuius annone solutionem perpetuo faciendam eisdem semper ante festum sancti Martini episcopi, ut est dictum, et in omnem eventum nos et nostrum monasterium tenore presencium litterarum duximus obligandos. Preterea obligamus nos ipsis decano et capitulo, quod, quam primum exnunc elegerimus prepositum seu prelatum, ille statim suum eciam apponeret huic scripto sigillum pariter et consensum. In cuius rei geste testimonium et memoriam perpetuam hanc presentem cartam super premissis traditam et confectam nostro et nostre ecclesie sigillo duximus roborandam. Actum et datum Fritslarie, anno Domini millesimo C°C.LXX° quinto, in crastino ad vincula sancti Petri. Presentes fuerunt: nobilis domina Alheidis comitissa de Woldeke, Henricus et Hermannus milites fratres de Lewenstene, Godescalcus viceplebanus de Woldeke et Eberhardus Holtsadel miles.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Beide Siegel sammt Befestigung aus den Einschnitten verloren.

1403.

Hermann Tregel u. A. entsagen ihren Ansprüchen auf Güter in Dorlar *zu Gunsten des Bürgers Ludwig zu Marsberg. 1275 August 8.*

Nos consules Montis Martis tam presentes quam futuros scire volumus, quod Hermannus dictus Tregel, Hosterlindis eiusdem uxor et Godefridus, Thidericus filii eorundem et iterum Thidericus frater Hermanni necnon et Albertus de Godenberg et Hermannus monachus communi consensu super questione, quam moverunt vel imposterum movere vellent contra Lodewicum burgensem Montis Martis et pueros eiusdem fratris, Hermanni videlicet, et Iohannem et Cristinam de bonis in Dorlere presentibus militibus Iohanne de Brobike, Olrico de Westhem, Bernhardo de Dalewich, Anshelmo, Conrat Vulen, Rabodone de Brunhardessen, Hermanno Calvo, Iohanne de Pathberg, Rodolfo de Beriken, Elgero Dickebir, Henrico de Vesperde, famulis, Bertoldo quondam iudice, Alberto de Mule(n)husen, Conrado Comite, Heinrico de Culte, Ludolfo de Aspe, Iohanne Costico et genero suo Arnoldo, Bertoldo de Huxaria, Wigando de Clinge, Arnoldo Ruffo et Lodewico, burgensibus de Volcmarsen, integraliter renuntiaverunt. Quam ordinationem in nostri presentia completam et ab omnibus collaudatam nos Thidericus iudex de Oddenhusen, Iohannes de Bilinchusen, Hermannus de Wartberg, Heinricus de Oddenhusen, Iohannes Hasso, Godefridus Sprinke, Conradus de Clinge, Helmicus de Huxaria, Heinricus de Capella, Iohannes de Owerenkerke, Tetmarus Olgardis, Bertoldus Nathan, consules Montis Martis, presentibus tenore scilicet et sigilli nostre civitatis appensione verissime protestamur. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LXX°V°., in die sancti Cyriaci martiris.

Nach Spilcker's Handschriften Bd. 18 S. 73 in der Bibl. des Histor. Vereins in Hannover mit Bemerkung: Aus dem Original im Arolser Archiv. Das erste Siegel ist abgefallen, das zweite herzförmig, in braungelbes Wachs gedrückt, ist das Brobecksche mit der Umschrift: Sigillum Joh. de Bro . . . *Or. fehlt jetzt im Archiv zu Arolsen.*

1404.

Bischof Simon von Paderborn gestattet Ministerialentausch zwischen dem Paderborner Dompropst Heinrich und Erzbischof Engelbert von Köln. Soest 1275 August 18.

Nos Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus omnibus presencia visuris constare volumus, quod concambium inter venerabilem dominum E(ngelbertum) sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopum et Heinricum prepositum ecclesie nostre de Emundo et Finchorra ministerialibus Coloniensibus et de Frederico et Alheide prepositure Paderbornensi quondam pertinentibus factum et ratum et gratum habentes sub attestatione presencium approbamus. Datum Susati, anno Domini M.CC.LXXV., XV. Kalendas Septembris.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 243. An Pergamentstreifen Siegel des Bischofs in gelbem Wachs. Trotz der Absetzung (vgl. Nr. 1398) wird Heinrich doch Dompropst genannt.

1405.

Die vom Erzbischof von Mainz delegirten Richter, der Kantor der Fritzlarer Kirche und der Propst des Hospitals daselbst, laden die genannten Kanoniker in der Prozesssache des Dompropstes nach Fritzlar und einige andere nach Mainz. Fritzlar 1275 September 12.

Honorandis dominis domino Rabodoni decano, Io(hanni) cantori, Widekindo de Osede, Heinrico cellerario, Waltero custodi, Hermanno scolastico, Amelungo, Friderico, Wer(nero) de Padberg, Th(iderico) et Ludolfo de Susato et magistro Ditmaro, maioris ecclesie Paderburnensis canonicis, et viris religiosis domino . . abbati monasterii sancti Pauli, . . cellerario, . . custodi et gardiano fratrum Minorum, honorabilibus quoque viris . . decano, Ber(toldo) cellerario, Al(berto) de Etlen, magistro Th(etmaro), H . custodi et Adolfo, canonicis ecclesie de Borsendorf, Paderburnensis civitatis, . . cantor Fritslariensis et . . prepositus hospitalis extra muros Fritslarienses, executuros a sancte Maguntine sedis iudicibus delegati, obsequium et sinceram in Domino caritatem. Litteras iudicum eorundem recepimus in hec verba:

Iudices sancte Maguntine sedis dilectis in Christo . . cantori ecclesie Fritslariensis et . . preposito hospitalis extra muros Fritslarienses salutem in Domino. Cum dilectus in Christo . . prepositus ecclesie Paderburnensis in causa, quam . . decanus et capitulum eiusdem ecclesie super prebendarum suarum amministratione integra sibi movet, ab audientia venerabilis patris domini Paderburnensis episcopi ad nos ex causis seu gravaminibus huiusmodi, prout asserit, appellasset, videlicet, quod ipse dominus episcopus interloquendo pronunciavit libellum non esse dandum nec deliberandi inducias super eo; item, quod eosdem decanum et capitulum ad producendum testes super negotio principali admisit lite minime contestata, et quod ipsum prepositum ad locum non insignem, videlicet Saltkotten, ubi iuris peritorum copia haberi non poterat, evocavit, nos approbata appellatione huiusmodi et recepta Gotscalco vicepreposito Fritslariensi dedimus in mandatis, ut testes, quos dictus prepositus super huiusmodi appellationis sue causis probandis produceret, ipse in civitate Paderburnensi vel extra in loco, ad quem secure possent venire, reciperet et examinaret secundum formam testium audiendorum et nobis dicta remitteret eorundem aliasque in eodem negocio procederet iuxta nostrarum continentiam litterarum. Cumque prefatus viceprepositus ad predictam civitatem Paderburnensem tamquam filius obedientie mandatis nostris obtemperans accessisset ac eadem nostra mandata partim fuisset cum debita reverentia executus, clericis, qui ad perhibendum testimonium evocati fuerant, contumaciter se absentantibus et capitulo Paderburnensi, quominus plus debito exspectatum fuerit, adesse nolente, ea, ad que facienda eum miseramus, plene peragere non valebat, sed et magister Ditmarus canonicus Paderbornensis nec nobis nec sedi Maguntine deferens eundem viceprepositum et magistrum Guntherum cantorem Fritslariensem in

contemptum nostrum et contumeliam dicte sedis scurras publice nominavit et alias una cum suis concanonicis, videlicet Ottone dicto de Ritberge, Bertoldo dicto de Asseburg, Walthero thesaurario et Heinrico cellerario, canonicis Paderburnensibus, verbis indecentibus maculavit. Licet autem debuissemus et potuissemus eos, qui se exhibuerunt taliter contumaces nostris se mandatis temere opponendo aut nolendo deponere requisiti, animadversione debita punivisse, attamen malum in bono vincere cupientes, ipsis hac vice parcere volumus et deferre, discretioni vestre mandantes, quatinus ad oppidum Fritslariense vel Mersberg vel ad locum alium, ad quem magis commode et secure possit accedi, testes, quos prefatus prepositus super intentione sua producendos duxerit, evocetis, recipientes et examinantes eos legaliter secundum formam testium audiendorum ac mittentes nobis dicta eorum usque ad certum terminum, quem ad publicandum ea partibus prefigetis vestris sigillis fideliter interclusa. Testes autem, si necesse fuerit, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam compellatis veritati testimonium perhibere, non obstante, si aliquis allegaverit, nos in subditos suffraganeorum iurisdictionem aliquam non habere, cum in causis ad nos per appellationem delatis tam per statuta concilii Maguntini quam per consuetudinem apud sedem predictam hactenus approbatam in subditos suffraganeorum cohercionem non sit dubium nos habere. Ceterum iniungimus vobis, ut nuncietis in civitatem Paderbornensem, quod, si qui per nos aut ex precedenti mandato nostro reputent se gravatos, ipso termino ad publicandum dicta testium assignato compareant Maguntie coram nobis; nos enim parati sumus revocare gravamina, si qua cuiquam intulimus, dummodo instruamur, quod per nos de iure debeant revocari. Preterea curetis peremptorie Ottonem dictum de Rithberg, Bertoldum dictum de Asseburg, Walterum thesaurarium et Heinricum cellerarium, canonicos Paderburnenses supradictos, ut proxima secunda feria post festum omnium sanctorum coram nobis compareant super contemptu nobis et dicte sedi in causis premissis exhibito responsuros et pro meritis recepturos. In hiis omnibus fideliter exequendis vos taliter habeatis, quod vestram obedientiam sedes Maguntina debeat non immerito commendare. Quod si non ambo hiis exequendis poteritis interesse, alter vestrum ea nichilominus exequatur. Datum Maguntie, anno Domini M°.C°C.LX°XV., Nonis Septembris.

Huius igitur auctoritate mandati districte vobis precipiendo mandamus, quatinus, cum vir honorandus dominus Heinricus vester prepositus memoratus ad probandum appellationis sue causas, testimonium vestrum requirat vosque in testes duxerit nominandos, sexta feria proxima post diem beati Dyonisii proximo nunc instantem compareatis in ecclesia beati Petri in Fritslaria coram nobis perhibituri super articulis causarum appellationis predicte testimonium veritati, alioquin contumaciam vestram ulcisci, quod tamen inviti teste altissimo faciemus, cogente iusticia nos oportet. Preterea auctoritate iudicum eorundem premissa dominum O(ttonem) de Rithberg, Ber(toldum) de Asseburg, W(alterum) thesaurarium et H(enricum) cellerarium, Paderburnenses canonicos supradictos, citamus, ut proxima secunda feria post festum omnium sanctorum compareant Maguntie coram iudicibus memoratis super contemptu eius et sancte Maguntine sedis exhibito responsuros et pro meritis recepturos. Datum Fritslarie, in crastino sanctorum Proti et Iacincti, anno Domini prenotato.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 280. An Pergamentstreifen zwei verletzte ovale Siegel 1) stehende Figur, die Hand auf ein vor ihm liegendes Buch gelegt, der Fuss des Lesepults mit einer Schlange umwunden. Von der Umschrift: . . . cantoris eccle. *zu lesen; 2) noch mehr beschädigt, anscheinend stehende Figur. Auszug gedr.: Asseburg. UB. I Nr. 379 (n. d. Or.).*

1406.

Die Stadt Paderborn verspricht dem Erzbischof (Siegfried) von Köln, in dessen Herzogthum sie liege, während der nächstfolgenden 10 Jahre, wo er sie in seinen Schutz genommen, in den Ländern zwischen Weser und Ruhr gegen Jedermann, mit Ausnahme des Bischofs Simon und der Hochstifter Paderborn und Köln beizustehen. 1275 September 29.

Gedr. nach dem Or. Lacomblet, UB. II, 678; Seibertz, UB. III, 1095.

1407.

Kleriker Wigand von Gifflitz erhält Kapelle u. Hofstelle in Mandern vom Kl. Berich. 1275 October 9.

Ego Wigandus de Gifflece[1]) clericus recognosco presentibus publice protestando, quod prepositus et conventus ecclesie in Beriche mihi capellulam in Manderen sitam cum omnibus attinenciis suis propter Deum liberaliter contulerunt et aream quandam ibidem apud[2]) cimiterium sitam, domum et alia mihi necessaria edificanda concesserunt temporibus vite mee, si etiam capellulam resignarem antedictam, sine omni contradictione possidendam, que area cum dicto edificio et capella cedet ecclesie in Beriche libera et soluta, actione vero, si quam in bonis avi mei habui, mihi reservata. Huius recognicionis testes sunt: dominus Lippoldus prepositus Northunensis, dominus Hinricus et Hermannus milites de Biscopeshusen, fratres, Ernestus, Wigandus de Gilse[3]), Penthelerus et quidam alii. In cuius evidenciam pleniorem nos Wideroldus de Wolfershusen, Fritzlariensis ecclesie canonicus, Godescalcus eiusdem ecclesie vicepreposituś et Hinricus de Biscopeshusen miles antedictus ad peticionem Wigandi clerici dicti de Giffleze[1]) antedicti sigillis nostris presentes litteras duximus roborandas. Datum anno dominice incarnationis M°.CC°.LXXV°., in die Dionysii et sociorum eius.

[1]) Giffeltze *C.* [2]) aput *C.* [3]) Gilsze *B. C hat meist* t, *wo B* c.

Nach Kopiar I fol. 64 (B) u. Kopiar II Nr. 186 (C) des Kl. Berich im Fürstl. Waldeck. Archiv in Arolsen.

1408.

Erzbischof Siegfried von Köln tauscht mit Bischof Simon von Paderborn Ministerialen aus. Rüthen 1275 November 6.

Nos Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, notum facimus per hoc scriptum, quod nos permutacionem facientes Wernerum et Hadewigem pueros Gertrudis et Iohannis dicti Bolemast, ministeriales ecclesie nostre, venerabili in Christo patri ac domino Symoni Paderburnensis ecclesie episcopo dedimus et ab ipso recepimus in concambium Cunegundem filiam Gerardi de Horne et Aleydam filiam Volmari de Brinken, militum, que antea Paderburnensi ecclesie attinebant, cupientes in hoc utrarumque utilitatibus ecclesiarum salubriter providere. In cuius rei munimen presens scriptum nostro sigillo fecimus communiri. Datum Ruden, VIII. Idus Novembris, anno Domini M°.C°CLXX quinto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 281. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Die Gegenurkunde Simons lautet:

Symon Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus notum facimus per hoc scriptum, quod nos permutationem facientes Cunegundim filiam Gerhardi de Horne et Aleydim filiam Volmari de Brinken, militum, ministeriales ecclesie nostre, venerabili in Christo patri ac domino nostro Sifrido sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo dedimus et ab ipso recepimus in concambium Wernerum et Hadewigim pueros Gertrudis et Iohannis dicti Bolemast, qui antea ecclesie Coloniensi pertinebant, cupientes in hoc utrarumque ecclesiarum utilitatibus providere. In cuius rei munimen presens scriptum nostro sigillo fecimus communiri. Datum Sosati, anno Domini M°.C°C.LXX°V°., VIII°. Idus Novembris.

Or. im Kgl. St.-A. zu Düsseldorf, Kurköln Nr. 248. Ein kleines Bruchstück des bischöflichen Sekret-Siegels mit rückseitigem Sekret hängt an.

1409.

Die Rathmänner der Neustadt Warburg urkunden über Verzichtleistung des Konrad von Listingen auf einige Besitzungen in Oesdorf u. Meerhof zu Gunsten des Kl. Bredelar. Warburg 1275 Dezember 16.

Nos consules novi opidi Wartbergensis, Hermannus de Dalheim proconsul, dominus Henricus dictus de Howede, Adolfus de Butellesdorp, Iohannes Stolto, Iohannes de Ossendorb, Hermannus de Hemedessen, Conradus Brunwardi filius, Arnoldus de Helwordeshusen, Iordanus aput cimiterium, Iohannes de Amelungessen et ceteri consules ibidem protestamur universis hanc paginam inspecturis, quod Conradus

dictus de Listingen et filius suus Bertoldus publice coram nobis renunciaverunt actioni, quam habebant adversus dominum abbatem et conventum dominorum et fratrum in Breidelar pro quibusdam possessionibus in Ossentorp et in Mari sitis. Promisit insuper idem Conradus corporali fide in manus domini Hermanni dicti de Osede et domini Alberti de Bodenhusen, ut filios suos et heredes, qui alienis partibus inmorantur, usque ad festum pasche[1]) nunc venturum seiuncto dubio reducat dicte actioni plane renunciaturos. Cuius rei testes sunt: dominus Her(mannus) de Hosede et dominus Albertus de Bodenhusen, milites iam dicti, preterea dominus Gerhardus dictus Schulthetus et socer ipsius Conradus de Weten, frater Henricus de Herswidehusen dictus Snarrenberg, et alii quam plures testimonio dingni. Ne igitur hoc factum in posterum ingnorancia vel invidia valeat abolere, scriptum presens ad peticionem dicti Conradi de Listingen sigillo nostre civitatis roboramus. Datum in Wartberg[2]), anno incarnacionis Domini M°.C°C°LXX°V°., XVII. Kalendas Ianuarii.

[1]) pache *Or.* [2]) *Mit Verschlingung an* g *wie in der ersten Zeile.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Dalheim Nr. 34. An von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen grosses rundes Siegel der (Alt-)Stadt Warburg wie Westf. Siegel II Taf. 76 Nr. 3.

1410

Bischof Simon von Paderborn lässt Johann gen. Stroit und seine Frau frei. Neuhaus 1275 Dezember 20.

Nos Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis tenorem presentium visuris seu audituris notum facimus presentibus publice protestando, quod nos Iohannem et .. uxorem suam dictos de Stroit nostre ecclesie pertinentes in hiis scriptis manumittentes ipsos liberos reddimus et securos, dantes eisdem ubique locorum morandi seque ad diversa loca transferendi et suam faciendi voluntatem, tanquam tuti et compotes sui nullique dominio subiecti, liberam facultatem. Cui manumissioni, ut rata permaneat, interfuerunt subnotati: Rodolfus dapifer noster dictus de Horne, Rodolfus de Stenuorde et Conr(adus) de Etlen, milites, Helmicus Greue, Hermannus iudex Lippensis, Volbertus, Iohannes de Mon(asterio) et Albertus de Asbeke, cives Lippenses, aliique fidedigni, nostri sigilli robore stabilite. Datum Nigenhus, anno Domini M°.C°C.LX°V°., in vigilia Thome apostoli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Benninghausen Nr. 40. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1411.

Die Schöffen in Fritzlar urkunden über einen Ländereientausch des Kl. Hardehausen mit Einwohnern ihrer Stadt. 1275 Dezember 21.

Nos scabini Fritslarienses oppidi universis hoc scriptum visuris salutem in Domino. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod de elemosina duorum agrorum ante portam clipeatorum, quam contulerant Heinricus et Alheidis uxor sua cum heredibus suis monasterio Herswindehusen, fecit .. abbas dicti loci permutationem cum Gunthero et uxore sua Merswinde cum consensu heredum suorum accipiens ab eis duos agros circa viam, (que du)cit Hademar, et restituens agros predictos, de quibus supra fecimus mentionem. Testes sunt: Conradus de Hohenberg, Gumpertus Storo, Walthelmus, Volcmarus Comes, (Si)ffridus, Harmudus dictus Swinouge et multi alii probi viri. Igitur ut hec inconvulsa permaneant, appensione sigilli oppidi nostri petimus communiri. Datum anno Domini M°.CC°.LX°XV., XII. Kalendas Ianuarii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 185. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1412.

Bischof Simon von Paderborn verweist den Edelherrn (viro nobili) *Conrad von der Lippe zu fernerer Belehnung mit der Kurie zu Bredelage (bei Loccum), die des Bischofs verstorbener Bruder Edelherr Bernhard zur Lippe zu Lehn hatte und ihm resignirte, an den Abt von Loccum. Neuhaus* (nova domus) *1275.*

Gedr. v. Hodenberg, Calenberg. UB. III, 346. Vgl. daselbst Urk. von 1261 Juli 30 (Nr. 224). Da nach Lipp. Regg. zu jener Zeit kein Edelherr mit Namen Konrad im Lippischen Geschlechte existirte, so muss die Bezeichnung umsomehr auffallen, da sie von einem Mitgliede desselben gebraucht wird und doch wahrscheinlich ein Glied aus der Ministerialenfamilie von der Lippe, vielleicht der drei Söhne des Ministerialen Ritters Berthold von der Lippe gemeint ist. Ein Konrad auch Hodenberg, Calenb. UB. III, 216 (J. 1261) erwähnt.

1413.

Abt Berthold von Bredelar bekundet Schenkung zu Messwein für sein Kloster. 1275.

Frater B(ertoldus) dictus abbas totusque conventus in Bredelare, ordinis Cysterciensis, omnibus hanc litteram inspecturis salutem in domino sempiternam. Ne res geste valeant processu temporis annullari, decretum est ipsas litterarum testimonio perhennari. Hinc est, quod tam ad presentium quam futurorum volumus noticiam pervenire, quod quedam religiose matrone, videlicet Gerdrudis itemque Gerdrudis et Wendelburgis Sosati demorantes zelo pie devotionis accense mediante domino Wlfhardo sacerdote ibidem commorante pro remedio animarum suarum et carorum suorum dimidiam marcam legalium denariorum nobis et ecclesie nostre in elemosinam contulerunt ad comparandum vinum in Dei sacrificio ministrandum. Nos vero desideriis ipsarum respondere debita gratitudine cupientes accepta iam dicta pecunia assignavimus custodie nostre sex denarios de redditibus, quos habemus in Monte Martis de areis domui nostre contiguis, quos sacrista ibidem in festo sancti Martini singulis annis iugiter percipiet in futurum. In huius rei testimonium presentem litteram sigillo nostre ecclesie duximus roborandam. Datum anno Domini M°.C°C°.LXX quinto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 108. An Pergamentstreifen Bruchstück vom spitzovalen Siegel des Abtes.

1414.

Dechantin Hedwig des Stifts auf dem Berge bei Herford bekundet Verkauf einer Hufe in Geissler (Gestlen) *an Kl. Marienfeld. 1275.*

In nomine Domini amen. Memoriam rei laudabiliter acte litterarum servat custodia et per eam res permanet inconcussa. Noverit igitur presens etas et successiva posteritas, quod nos Hadewigis decana in Monte nostrique capituli universitas pari consensu et voluntate communi acceptatis et acceptis viginti marcis et una denariorum a domino Iohanne abbate et fratribus de Campo sancte Marie legaliter vendidimus ipsis proprietatem cuiusdam mansi in villa Gestlen et eiusdem mansi annuam pensionem, que nobis annis singulis debebatur ab eisdem, deinceps iure perpetuo possidendam. Ad huius rei evidentiam et stabilitatem imposterum habendam presentem paginam exinde conscriptam ecclesie nostre sigillo fecimus roborari. Testes nichilominus adhibere curavimus, videlicet dominum Reinhardum Gograuium, Hermannum et Hermannum milites, congnatos eiusdem, item Lutbertum de Varencampe et Albertum de Molendino, milites, Godefridum de Amethen, Iohannem magistrum civium et alios plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXXV°.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Marienfeld Nr. 195. An weissen Leinenfäden gut erhaltenes Konventssiegel, wie Westf. Siegel III Taf. 118 Nr. 5. Reg. UB. III, 977.

1415.

Ritter Hermann Spiegel vom Desenberg verspricht dem Kl. Hardehausen zur Abtragung der Schuld eines seiner Hörigen Entrichtung einer Fruchtabgabe. 1275.

Hermannus miles de Desenberch congnomento Speculum universis hoc scriptum legentibus vel audientibus salutem. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, tenore presencium protestantes, quod Conradus Volenboch servus noster relligionem assumens XIIII marcas et dimidiam, quas eidem solvere tenebamur, domino abbati de Herswithehusen et suo conventui delegavit, pro quibus solvendis

eidem abbati et conventui XII moldra annone Warbergensis mensure, sex siliginis et totidem ordei, per sex annorum circulum assignavimus de officio ville minoris Dasburch annis singulis persolvenda consensu fatrum nostrorum, videlicet R(avenonis) et E(cberti), necnon et puerorum plenaliter accedente, promittentes bona fide, quod defectum solutionis predicte, si quem, quod absit, eos pati contigerit, de bonis nostris aliis supplere et emendare erimus obligati. Igitur ad huius facti maiorem evidentiam hoc scriptum eisdem dedimus sygylli nostri munimine roboratum. Datum anno Domini M°.C°C.LXXV.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 181. Siegel und Befestigung ab. Gedr. (unvollständig) Wigand, Archiv I, 2, 110 Anm.

1416.

Die Stadt Naumburg bekundet Überlassung zweier Hufen beim Weidelberg an Kl. Hardehausen. 1275.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Universis Christi fidelibus hanc paginam inspecturis consules et universitas civium Noui Castri salutem in Domino. Notum vobis esse cupimus tenore presentium protestantes, quod Hermannus de Wanenhusen in presentia nostra constitutus recognovit fratribus de Herswithehusen se dampna et gravamina multociens irrogasse, pro quorum restauro receptis ab eisdem octo marcis gravium denariorum bona sua, videlicet duos mansos iuxta montem, qui dicitur Weydelberg, sitos contulit monasterio prefato perpetuo possidenda hac conditione, ut Hyldeburgis ipsius Hermanni soror, unum molder siliginis de ipsis bonis percipiat annis singulis, quoad vivit. Verum quoniam predicta bona monasterio in Onschedhe quondam cum duabus sororibus suis fuerant assignata, postquam ipsi ea vendiderant et distraxerant, ab emptoribus ipse Hermannus ad se debito modo et legitimo per iustas sententias revocavit. Unde donationem Hermanni predictis fratribus factam abprobantes, presentes litteras ad maiorem facte rei evidentiam dedimus eis nostri sigylli munimine roboratas. Datum anno M°.CC°.LXXV. Testes huius rei sunt: Bernno plebanus, Arnoldus de Anvorde proconsul, Ekkehardus monetarius, Iohannes de Upenkenhusen, Bertoldus, Guntherus, Syfridus de Anvordhe et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 180. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Rückschrift hat: Weydelberg apud Nyenburg. *Zeugen von anderer Hand.*

1417.

Engelbert Sohn des Fritzlarischen Bürgers Konrad erhält eine Hofstelle bei der steinernen Brücke (bei Fritzlar) vom Kl. Berich. 1275.

Ego Engelbertus filius Conradi civis Fritzlariensis litteris presentibus protestor, quod domina priorissa B(ertha) nomine totusque conventus sanctimonialium in Beriche aream sitam iuxta pontem lapideum, quam quondam Hildigerus sacerdos pro remedio anime sue ipsis contulit, illam mihi et meis perpetuo possidendam heredibus contulerunt, ita videlicet, ut quolibet anno in festo beati Mychaelis [1]) archangeli III solidos usualis monete eis presentem libere et absolute [2]). Testes: dominus prepositus Northunensis, cuius sigillo utor, dominus Germanus [3]), dominus Fredericus, dominus Hermannus de Stumele, dominus Ditmarus et alii quam plures. Datum anno Domini M°.CC°.LXXV.

[1]) Mich. *C.* [2]) solute *B.* [3]) Germannus *B.*

Nach Kop. I fol 46, II Nr. 134 des Kl. Berich im Fürstl. Wald. Archiv in Arolsen.

1418.

Edelherr Simon zur Lippe gestattet den Einwohnern von Lemgo auf dem Markt Buden zu bauen. O. J. (Um 1275).

Nos Simon nobilis dominus de Lippia nostrique heredes (per) presentes protestamur, quod cum unanimi nostrorum omnium consensu dilectis nostris opidanis in Lymego licentiam damus plenam edificandi super forum Lymegogense bodas ad suum placitum, sicut eisdem visum sibi expedientius et utilius esse fuerit, per presentes. In eius rei robur et testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Nach Kopie, mitgetheilt von Gymnasiallehrer Dr. Schacht. Reg. Lipp. Regg. I, 238 Nr. 371 (nach dem Or.). Vergl. Nr. 1399.

1419.

Die Rathmänner von Höxter gestatten den Schustern ihrer Stadt eine Gildebrüderschaft zu begründen. Höxter 1276 Januar 20.

Anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, die sanctorum Fabiani et Sebastiani, nos Volcmarus de Bruneswic[1]), Godebertus[2]), Conradus[3]) dictus Beseworm, Iohannes de Natzunghen[4]), Niycolaus[5]) de Luchteringen, Hermannus Rodolfi[6]), Arnoldus dictus Vyls[7]), Arnoldus de Voltessen, Sifridus Paruus[8]), Syfridus de Hallessen, Henricus Monetarii[9]), Iohannes dictus Borholt[10]), consules constituti civitatis Huxariensis. Notum sit omnibus, ad quos hoc scriptum pervenerit, quod nos in honorem sancte virginis et[11]) genitricis Dei Marie sartoribus in nostra civitate Huxariensi commorantibus dedimus unam fraternitatem, que vulgari nomine gelde[12]) nuncupatur, talem statuentes pactionem, ut, si aliquis extraneus predictam fraternitatem velit acquirere, det unum talentum cere ad candelam sanctam[13]) Marie virginis et quatuor solidos graves, quorum duo cedent consulibus et duo in usum fraternitatis pretaxate. Ne igitur in posterum oriatur dubitatio de hoc facto, presentem paginam conscribi fecimus et nostre civitatis sigilli munimine roborari. Datum Huxarie, anno incarnationis Domini prenotato.

[1]) Brunswick *C.* [2]) God. *C.* [3]) Comes *C.* [4]) Ioannes *(so immer)* de Natzungen *C.* [5]) Nic. *C.* [6]) Rodolfe *B.* [7]) Byls *C.* [8]) parmus *C, fehlt B.* [9]) Monetarius *C.* [10]) Borcholt *C.* [11]) *Fehlt C.* [12]) gilda *C.* [13]) factam mit Dativ.

Nach Druck bei Wigand, Denkw. Beiträge, 135 „aus dem alten Gedenkbuche der St. Höxter“ (B) und Msc. I, 245 f. 422 (C) im Kgl. St.-A. Münster.

1420.

Die Grafen Adolf und Albert von Schwalenberg bestätigen eine Schenkung ihres verstorbenen Bruders Widukind an Kl. Falkenhagen. Schwalenberg 1276 Februar 1.

Nos Adolfus et Albertus Dei gratia comites de Sualenberge omnibus presens scriptum visuris perpetuam in Domino salutem. Notum facimus universis, quod nos donationem decime in Hoinrod, in parrochia Nedersen site, quam dominus Widekindus beate memorie frater noster contulit pro remedio anime sue conventui sanctimonialium in Valkenhagen ratam habemus et presentibus confirmamus, eandem resignantes ad manus domini nostri Mindensis episcopi instanter petendo, quatenus prefatus conventus proprietatem eiusdem decime ab eodem Mindensi episcopo consequatur. Ut autem hoc factum nostrum oblivio in posterum non deleat, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Testes huius rei sunt: dominus Thidericus de Ekersten, dominus Henricus Rufus, dominus Godefridus de Eletze, dominus Bernhardus Kanno, Ernestus de Betenem, Bertoldus de Elmeringhusen, milites et alii quam plures fide digni. Datum in Sualenberge, anno Domini M°.C°C.LXX°V°I, in Kalendis Februarii.

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 19. An Pergamentstreifen 1) grosses rundes Siegel des Grafen Adolf, wie Lipp. Regg. II Taf. 20; 2) dreieckiges des Grafen Albert. Reg. Lipp. Regg. I, 239 Nr. 373, wonach Hoinrod = *Hünkergrund im Amt Schwalenberg;* Nedersen = *Neersen Ö. von Pyrmont.*

1421.

Vicepropst Hildeger von Fritzlar bestätigt die Präsentation des Gottschalk von Münden zum vicarius perpetuus *in Waldeck seitens des Kl. Netze. 1276 Februar 5.*

Nos Hildegerus viceprepositus Fritslariensis has litteras inspecturis notum esse volumus universis, quod dominus Henricus prepositus de Nethce[1]) cum bono sue abbatisse et sui conventus consensu et favore ad preces nobilis viri domini Adolfi comitis de Woldeke dominum Godescalcum sacerdotem exhibitorem presencium dictum de Munden ad capellam in castro et ad ecclesiam in opido Wolde(ke) perpetuum nobis vicarium presentavit, omnibus tamen iuribus illis salvis, que iam dictus prepositus et suus conventus dinoscuntur hactenus habuisse tam in capella quam in ecclesia supradictis. Et nos viceprepositus sub hac forma eidem domino Godescalco ad presentationem predicti prepositi et sui

conventus de Nethce[1]) animarum curam duximus conferendam. Datum et actum anno Domini M°.CC°. septuagesimo VI°., Nonas Februarii.

[1]) Netche *Or.*

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen Bruchstück eines ovalen Siegels.

1422.

Ein Villikus des Stifts Herford verpfändet demselben seinen Hof für 70 Mark zur Abtragung seiner Schulden. 1276 März 6.

Pinnosa Dei gratia abbatissa, , . preposita, . . decana totumque capitulum ecclesie Heruordensis omnibus hoc scriptum visuris in Domino salutem. Que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, solent in voce testium et litterarum testimonio perhennari. Noverint igitur universi tam presentes quam posteri, quod Cristianus de Sylede, villicus noster, pro pensionibus retentis nobis septuaginta marcas denariorum solvere tenebatur. Unde cum non haberet, de quo solveret, idem Cristianus, Gertrudis uxor sua et omnes heredes sui curiam Uphusen cum omnibus attinenciis nobis pro septuaginta marcis obligarunt titulo pignoris tali modo. Predictam curiam habebimus in potestate nostra et faciemus nobis, quanto utilius possumus, et eductis pensionibus annuatim, quicquid supercrescit, computabitur in sortem Cristiani et heredum eius, quousque LXX marce denariorum nobis integraliter persolvantur; et si medio tempore redimere potuerint (ipse) sive heredes sui, habebunt liberam facultatem et tunc dictam curiam cum suis attinenciis rehabebunt, sed pensionem debitam semper solvent. Preterea est eciam memorie commendandum, quod colonus sive villicus, qui sedet in curia Brokeldehusen et colit eam, recepit a nobis (cu)riam et promisit nobis omnes pensiones dicte curie et litones sive cultores omnium mansorum eiusdem curie nobis de mansis pensiones annuas promiserunt, quibus cedentibus vel decedentibus, quicunque bona inhabitant, nobis pensiones promittent et dabunt tempore oportuno. Quod si non dederint, tam a curia quam a mansis pensiones nostras per vadium sive per occupationes alias libere extorquere possumus, ita quod predictus Cristianus, uxor sua et heredes reclamare non possunt, quia de omnibus supradictis consenserunt de arbitrio eorum proprio et benivola voluntate. In cuius rei testimonium presentem litteram nostris sigillis fecimus communiri. Testes autem, qui vocati et rogati interfuerunt, hii sunt: dominus Walrauenus prepositus Monasteriensis, Hermannus, Arnoldus, Theodericus, Sighenandus et magister Seghenandus, clerici nostre ecclesie; Hermannus et Hermannus Gograuii et Th. dictus Bose, milites; Fredericus, Goswinus de Arnholte, Iohannes Gograuius, Iobannes de Serincworden, Albertus Scutum, Go(defridus) pincerna noster, et alii ministeriales nostre ecclesie, quorum nomina scripta non sunt. Acta sunt hec in caminata nostra, anno Domini M°.C°C.LX°XVI°., pridie Nonas Marcii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 63. An Pergamentstreifen Siegel der Äbtissin, sitzende Gestalt, Kreuzesstab in der Linken, das offene Evangelienbuch in der Rechten, wie Westf. Siegel III Taf. 176 Nr. 2; ferner das defekte runde Konventsiegel. Auf der Rückseite von Hand s. XV: von dem Uphoue, *ebenso von Hand s. XVI:* Uphoff.

1423.

Die Edlen von Gudenberg verkaufen dem Kl. Volkhardinghausen die Hälfte eines daselbst gelegenen Hofes. Freienhagen 1276 März 12.

Nos nobiles dicti de Godenberg, Arnoldus, Arnoldus, Euerhardus[1]), Iohannes notum (esse) cupimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos ex consensu nostrorum heredum ac consanguineorum cenobio in Volchardinghusen dimidiam aream ibidem sitam hereditario iure vendidimus cum omnibus proprietatibus, videlicet sylvis, campis, pratis, pascuis proventurarum. Ne igitur ex hinc ambiguitatis locus oriatur, presens scriptum nostri sigilli munimine decrevimus roborandum. Testes huius rei sunt: Ludowicus Franco, Arnoldus prepositus, Conradus iudex et Gerlacus filius suus, Sifridus de Bivanch et alii

quam plures, quorum nomina, ne prolixitatem gruerent, subticentur. Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, in Vrigenhagen, ipso die beati Gregorii.

[1]) Arnoldus *fehlt B*; Heuerh. *B.*

Nach Kopiar I, 143 (B) u. II Nr. 102 (C) des Kl. Volkhardinghausen im Fürstl. Waldeck. Archiv. in Arolsen.

1424.

Äbtissin Pinnosa von Herford ermässigt die Pachtrückstände eines Hofes ihrer Abtei. 1276 März 13.

Pinnosa Dei gratia abbatissa, preposita, decana totumque capitulum ecclesie Heruordensis omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino sempiternam. Quia lapsus temporis continuus hominis conditionem debilitat, sensus hebetat et oblivionem inducit, oportet et necesse est, scripturas fieri auctenticas, per quas quies paretur hominibus et revocando in memoriam iurgiorum materia amputetur. Nosse igitur cupimus tam presentes quam posteros, quod Ludolfus de Ubinctorpe, villicus noster, nobis pro pensionibus detentis tam de curia Ubinctorpe quam de mansis septuaginta marcas denariorum solvere tenebatur. Cum autem non haberet, unde solveret, ex affectu pietatis summam septuaginta marcarum sibi super viginti quinque marcas duximus relaxandam. Quas cum non haberet in promtu, predictam curiam Ubinctorpe et omnes mansus cum universis attinenciis, sicut vulgus dicet an torve unde an tuige nobis obligavit titulo pignoris tali modo. Villicus sive colonus dicte curtis et litones mansorum nobis pensiones annuas promiserunt; quas si non dederint tempore oportuno, nuncii nostri intrabunt curiam et mansus et per vadium sive quocunque modo potuerint, pensiones debitas extorquebunt. Si Ludolfus per se sive per procuratorem suum interesse voluerit, potest; sin autem, tamen officiales nostri sive nuncii educent pensiones et ordinabunt tam de curia quam de mansis, iuxta quod nobis videbitur expedire. Cum annue pensiones educte fuerint, quicquid supercrescit, conputabitur in sortem predicti Ludolfi, quousque nobis viginti quinque marce[1]) denariorum fuerint persolute. Et si idem Ludolfus medio tempore redimere potuerit curiam cum omnibus attinenciis, rehabebit semper pensione annua nobis salva. In cuius rei testimonium presentem litteram nostris sigillis fecimus communiri. Testes autem, qui rogati interfuerunt, hii sunt: Arnoldus, Hermannus, Theodericus, Sygenandus et Segenandus, clerici nostre ecclesie, Io(hannes) plebanus in Bunede, Reynhardus et Reynhardus, Hermannus et Hermannus Gograuii Heruordenses et Albertus de Molendino, milites; Fredericus et Goswinus fratres de Arnholte, Volquinus Cretel, Gotfridus pincerna noster, Henricus Winterberg et Albertus Bokelere. Acta sunt hec in caminata nostra nobis presentibus anno Domini M°.C°C.LX°X sexto, tercio Idus Marcii, in crastino beati Gregorii pape.

[1]) mare *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 64. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Von derselben Hand wie Urk. Nr. 1422.

1425.

Die Rathmänner in Münden bezeugen Einigung mit Kl. Hardehausen. Münden 1276 März 18.

Quoniam omnium habere memoriam potius est divinitatis quam humanitatis, necesse est et oportunum, ut facta hominum in scripta publica redigantur. Nos igitur consules civitatis in Gemunden in hac presenti cartula lucide protestamur, Tidricum quendam famulum dictum de Sceden talem cum fratribus in Hersuedehusen iniisse pactionem, quod datis sibi sex marcis gravium denariorum ipsos cum omnibus suis heredibus, quamdiu vixerit, impetere non debet nec aliquibus angariis sive parangariis molestare, ob quam rem confirmandam hoc presens scriptum appensione sigilli universe civitatis fecimus roborari. Datum et actum in Gemunden, anno incarnationis Domini M°.C°C.L°X°X° VI°., XV°. Kalendas Aprilis.

[1]) pangariis *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 187. Siegel und Befestigung abgerissen. Auf der Rückseite Th. de Schede *von gleichzeitiger Hand.*

1426.

Bischof Simon von Paderborn verbündet sich mit den Grafen Gottfrid von Arnsberg, Wilhelm von Jülich und Everhard von der Mark und dem Edelherrn Simon zur Lippe, um den neuerwählten Erzbischof Siegfried von Köln zu nöthigen, die von seinem Vorgänger Engelbert bei seiner Gefangennahme übernommenen Verbindlichkeiten zu erfüllen. Meninchusen *(1275) 1276 März 24.*

Nos S(imon) Dei gratia Paderbornensis episcopus, G(odefridus) et L(udewicus) natus suus de Arnesberg, V(ilhelmus) Iuliacensis et E(verhardus) de Marcha, comites, et S(imon) nobilis de Lippia notum facimus universis hoc scriptum visuris, quod unusquisque nostrum alteri auscultabit consenciendo, si venerabilis pater et dominus S(ifridus) Coloniensis archiepiscopus infra hinc et festum beati Michaelis proximum nobis omnibus debita solvere intendat et solvit, in quibus ratione conflictus apud Zulpeke tempore venerabilis domini E(ngelberti), quondam Coloniensis archiepiscopi, peracti seu qualicumque modo alio idem nobis tenetur, quod singuli nostrum, si in amicicia fieri potest, favorabiliter acceptabunt. Si vero quemquam nostrum solucionem consequi . . .[1]) non contingeret aliis solucione gaudentibus, extunc nichilominus, prout in aliis litteris nostris patentibus inter nos super confederacione mutuo datis continetur, nos omnes non consequuto solucionem assistentes contra dictum dominum S(ifridum) archiepiscopum electum unanimiter inibimus omni expeditione, qua possumus, ut nobis debita persolvat et nos nostris gaudere permittat fideliter, constanter et finaliter resistendo quod sigillorum nostrorum robore fecimus stabiliri. Nos vero S(imon) nobilis predictus sigillo venerabilis domini S(imonis) Paderbornensis episcopi, tutoris nostri predicti, spontanee sumus usi. Datum et actum in villa Meninchusen, anno Domini M°.C°C.L°XXV°., XII°. Kalendas Aprilis.

[1]) *Loch im Pergament.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 273. Von den fünf angehängt gewesenen Siegeln nur noch zwei Pergamentstreifen vorhanden. Der Ausstellungsort kann Menninghausen bei Oelde unweit Stromberg, aber auch Meininchusen *gleich Meiningsen S. von Soest sein. Gedr. Wigand, Archiv VII, 141. Seibertz, Quellen der Westf. Gesch. I, 478.*

1427.

Die Brüder Hermann und Ludwig gen. Mars verzichten auf ihre Ansprüche an den Zehnten in Wildungen zu Gunsten der Fritzlarer Kirche. Fritzlar 1276 März 23.

Nos Hermannus et Ludewicus fratres dicti Mars recognoscimus in hiis scriptis et publice protestamur, quod ad instanciam et petitionem Conradi fratris nostri canonici Fritslariensis renunciamus omni iuri, questioni seu actioni, quam contra dominum decanum et capitulum Fritslariensis ecclesie habuimus vel adhuc habere possemus super decima in Wildungen, quam olim avunculus noster, magister Conradus dictus de Michelbach, quondam Fritslariensis ecclesie scolasticus, ipsi ecclesie a patre nostro et a nobis comparavit, ita quod compositionem olim inter prefatum capitulum Fritslariense ex una et nos ex parte altera ordinatam inviolabiliter observare volumus et tenemur. Ne igitur hoc factum per nos nostrosque heredes infringi valeat vel mutari, presentes patentes litteras damus virorum honorandorum domini Heinrici de Biscopheshusen et domini Hermanni fratris eius, militum, sigillis signatas in testimonium validum et munimen. Datum Fritslarie, anno Domini M°.C°C.LX°XV°I., X°. Kalendus Aprilis.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Stift Fritzlar. An Pergamentstreifen die verletzten dreieckigen Siegel Heinrichs und Hermanns von Bischofshausen; letzteres, auch der nach rechts gewandte Löwe, etwas kleiner.

1428.

Luthard von Rien, Burgmann in Kogelnberg, verzichtet zu Gunsten der Fritzlarer Kirche auf den Zehnten in Wildungen. Volkmarsen 1276 März 30.

Ego Luthardus dictus de Rien castrensis in Kugelenberg in hiis scriptis publice recognosco, quod omni iuri, questioni seu actioni, quam contra dominum decanum et capitulum Frislariensis ecclesie habeo vel habere possem nomine uxoris mee vel heredum meorum super decima in Wildungen, quam

olim magister Conradus dictus de Michelbach, quondam Frislariensis ecclesie scolasticus, eidem ecclesie comparavit, renuncio penitus et in totum. Preterea fide prestita manuali promitto, quod nunquam deinceps Frislariensem ecclesiam aut personas ipsius aliqualiter molestabo, quin potius, si quid contra eos preter questiones premissas habuero questionis, illud coram iudice eorum ecclesiastico prosequi teneor ordine iudiciario mediante. Nos quoque Iohannes de Brocbike, Theodericus de Medrike, Alexander de Escheberg, milites, sculthetus, consules et alii quam plures burgenses civitatis in Wolcmersen protestando dicimus, quod audivimus et vidimus, quod prefatus Luthardus de Rien omnia talia, que prescripta sunt, se fideliter servaturum fide data promisit satis idonea prestita cautione. In cuius rei testimonium validum nos Iohannes de Brocbike et consules oppidi Volcmersen presentes has nostras litteras patentes damus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum Volcmersen, II°I. Kalendas Aprilis anno Domini M°.C°C.LX°XV°I.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Stift Fritzlar. An Pergamentstreifen 1) Rest vom dreieckigen Siegel Johanns v. B., drei im Winkel um einen Ring gesetzte Lanzenspitzen; 2) verletztes Siegel der Stadt Volkmarsen, wie Westf. Siegel II, Taf. 66 Nr. 6.

1429.

Die Rathmänner v. Volkmarsen bekunden Vergleich des Albert v. Esbike mit Kl. Bredelar. 1276 März 30.

Theodericus de Mederike, Iohannes de Brobyke, milites, Arnoldus magister consulum, Alradus iudex universitasque consulum in Volchmarsen universis presentes litteras inspecturis vel audituris presentis vite et future gratiam et salutem. Ne res geste prolapsu temporis evanescant, utiliter scripture memorie commendantur. Noverint igitur presentes pariter et futuri, quod, cum Albertus filius Constantini militis de Esbyke causam sive questionem moveret abbati et conventui monasterii in Breydelar super quibusdam possessionibus, quas a patre suo ipso consentiente rationabiliter emptas possederunt, sicut per litteras sigillis consignatas poterant demonstrare, et pertinaciter instaret eisdem et existeret inportunus, honestorum virorum abbas et conventus prenominati monasterii consilio ammoniti et inducti tres marcas legalis monete pro vexatione redimenda et pace facienda predicto Alberto superaddiderunt ad pecuniam, qua empta fuit possessio, de qua controversia movebatur. Quibus receptis idem Albertus tam actioni quam omni iuri suo, quod se dicebat habere in possessione supradicta cum omnibus suis pertinentiis in nostra presentia et audientia penitus renunciavit et omnimodis se alienavit, constringens se iuramento quod occasione prenominate possessionis numquam de cetero personis prefati monasterii in Breydelar aliquam iniuriam irroget vel easdem impetat quoquo modo. Insuper et duo iugera contigua agris in Upsprungen, que pro tredecim solidis in pignore tenebant, dedit ipsis libera et perpetuo possidenda. De pascuis vero in Arneslith numquam causari poterit vel debet, sed ad alenda pecora ipsorum sine omni impedimento ipsis perpetuo pertinebunt. Super hiis omnibus Iohannes de Brobyke, Alexander de Escheberg, milites, Gyso de Brobyke, Elcherus dictus Dickebeir cautionem fideiussoriam prestiterunt. Ut autem hec perpetuis temporibus rata permaneant et firma, presentes litteras super hoc facto conscriptas sigillorum nostrorum munimine duximus propter preces utriusque partis in memoriam et perpetuum testimonium roborandas. Datum et actum anno Domini M°.C°C. septuagesimo sexto, in crastino Palmarum. Testes huius rei sunt: Florentius de Reyn, Luthardus, Olricus et Wernherus fratres de Escheberg, Hermannus Caluus, Iohannes de Wellede.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 110. An Pergamentstreifen an dritter Stelle noch Bruchstück vom Siegel der Stadt Volkmarsen, die beiden andern abgefallen.

1430.

Bischof Simon von Paderborn gewährt den Wohlthätern der Kirche in Bontkirchen einen Ablass. Paderborn 1276 April 1.

Simon Dei gratia episcopus Paderbornensis ecclesie universis Christi fidelibus, ad quorum notitiam hec littere nostre pervenerint, perpetuam in Domino salutem. Quia propter paupertatem et desola-

tionem pauper ecclesia Bobbenkeriken nostre dyocesis caruit divinis officiis et propter predicta, quis eiusdem ecclesie dedicationis vel consecrationis dies fuerit, ignoratur, hoc cupientes, quod dicta ecclesia in meliorem statum reformetur, precipimus et statuimus, quod in sancto die beati Viti dicte ecclesie dedicationis vel consecrationis anniversarius celebretur. Nos eciam hiis, qui ad usum et ad reparationem dicte ecclesie aliquid obtulerint vel dederint de bonis a Deo sibi datis, contritis et confessis corde triginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°XV°I., in octava annuntiationis beate Marie virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 109. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Gedr. Grote, Jahrbuch für Westfalen u. d. Niederrhein I, 107; Seibertz, UB. I, 272.

1431.

Bischof Simon von Paderborn bekundet dem Kl. Brenkhausen, das seine Privilegien durch Brand verloren, dass er demselben früher den der Kirche zu Boffzen gehörigen Zehnten zu Brenkhausen für 170 Mark und den Hof in Rösebeck für 75 Mark verkauft habe. 1276 April 2.

In nomine Domini amen. Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis Christi fidelibus hoc scriptum visuris salutem in eo, qui est salus omnium et solamen. Ut a presentibus tollatur dubium et futuris veritas elucescat, presentis scripti testimonio cupimus declarari, quod, cum ad nos dilecta in Christo abbatissa in Beringehusen cum suis consororibus et confratribus venisset lacrimabiliter conquerendo, quod sua privilegia a nobis et ab ecclesia nostra quondam ecclesie sue data ex inopinabili casu per incendium perdidisset, petivit ipsa privilegia a nobis et ab ecclesia nostra secundum veram conscientiam renovari. Igitur nos principaliter propter Deum ad conscientiam recurrentes presentibus litteris recognoscimus publice protestantes, quod quondam pro necessitate ecclesie nostre ex communi consilio et consensu capituli ecclesie nostre decimam in Beringehusen cum iure suo, antea ecclesie Boffesen pertinentem et eidem ecclesie Boffesen per quatuor mansos ibidem sitos a nobis restauratam, predicte ecclesie Beringehusen cum proprietate et omni iure suo contulimus perpetuo possidendam, recipientes pro eadem decima ad opus et necessitatem ecclesie nostre centum et septuaginta marcas pecunie numerate. Preterea ad similem necessitatem ecclesie nostre curiam in Rodenbeke cum sex marsis predicte ecclesie in Beringehusen pro septuaginta et V marcis de consensu capituli nostri vendidimus perpetuo possidendam. Et ut predicta maneant perpetualiter inconvulsa, nos in publicum testimonium et munimen presens scriptum nostro et ecclesie nostre sigillis fecimus communiri. Actum et datum anno Domini M°.C°C.LX°X sexto, in cena Domini.

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Beide Siegel von den blau-roth geflochtenen Leinenfäden abgefallen. Gleichzeit. Rückschrift: episcopus Paderbornensis renovat privilegia amissa per incendium. *Vergl. zu* Rodenbeke *oben Nr. 1328.*

1432.

Ludolf von Osdagessen verkauft unter Konsens von Frau und Kindern für 150 Mark näher bezeichnete Erbgüter dem Kl. Wormeln. 1276 April 7.

Notum sit omnibus hanc paginam inspecturis, quod ego Ludolfus de Osdagessen et uxor mea Alheidis et Ludolfus et Iohannes filii nostri et ceteri heredes nostri vendidimus conventui dominarum in Wormlon pro centum et quinquaginta marcis legalium denariorum omnes hereditates nostras ibidem sitas, videlicet quinque mansos, pratum unum et piscinam sitam iuxta opidum Wartberg cum omni utilitate et proventu in posterum in subsidium puerorum nostrorum, quas ibi locavimus, sine obstaculo contradictionis a nobis possidenda; promisimus etiam ipsis corporali fide dictas hereditates coram dominis pheodi resignare, cum ab eis perpetuam proprietatem dictarum nostrarum hereditatum poterunt

adipisci, certam ipsis in omnibus exhibituri warandiam. Cuius rei testes sunt: dominus Elgerus de Dalwich et frater suus dominus Bernhardus, dominus Stephanus de Horehusen, dominus Conradus de Rekelinchosen, dominus Elyas de Aslen, dominus Udo de Wethen, dominus Arnoldus de Sunrike, dominus Volpertus de Eysen, dominus Henricus Spirinc; preterea dominus Arnoldus prepositus in Arroldessen et dominus Conradus prepositus in Volchardinchusen, dominus Bertoldus plebanus in Wethen; preterea Conradus de Harehosen, Gerhardus de Nedere, Albertus de Dvergen, Got(s)chalcus dictus Suanetehel et preterea consules in Meggringhosen: Thidericus de Winemarinchosen proconsul, Thidericus filius carnificis, Conradus de Leichberne, Iohannes de Brunhardessen, Iohannes de Waldecke, Iohannes Wichon, Iohannes de Helsen et ceteri quam plures testimonio dingni. Ne igitur hoc factum ignorancia vel invidia valeat abolere[1]), scriptum presens munimine sigillorum domini Henrici de Osterhosen et proborum virorum iam dicte civitatis in Menegringhosen inpetravimus solidare[1]). Acta sunt hec anno gracie Domini M°.C°C.LXX°VI°., feria tertia in festo Pache.

[1]) *Beide Mal Aktiv.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Wormeln Nr. 6. An von der Urk. eingeschnittenen Streifen 1) rundes mittelgrosses Stadtsiegel, Thor mit zwei Thürmen, darüber ein sechsstrahliger Stern; 2) dreieckiges Siegel, ein Zweig, an dem drei Rosen. Ludolf v. O. hatte zwei Töchter im Kloster. Vergl. Nr. 1437 und 633.

1433.

Papst Innocenz V. bestätigt anstatt des vom Bischofe Simon von Paderborn als Paderborner Dompropst abgesetzten Propstes Heinrich von Schildesche den vom Paderborner Domkapitel zum Propst gewählten Otto von Rietberg. Lateran 1276 April 21.

Gedr. UB. V, 703. In der Stelle: cum . . . Paderb. ep. Henricum prepositum ecclesie Schildecensis . . . prepositura eiusdem ecclesie, quam tunc temporis obtinebat, . . . privavisset ac postmodum . . . decanus et capitulum ipsius ecclesie prepositum eadem . . . vacante te . . . in suum . . . prepositum elegissent, *kann mit* eiusdem *und* ipsius ecclesie *nur die Paderborner Dompropstei und nicht die Propstei Schildesche gemeint sein, wie UB. V, 703 angegeben; denn das Stift Schildesche hatte keinen Dechanten. Der abgesetzte Dompropst Heinrich von Schwalenberg blieb also Propst in Schildesche. Erst 1282 Februar 1. erscheint ein anderer: Ludwig.*

1434.

Graf Engelbert von der Mark schenkt das Eigenthumsrecht an den von den Gogreve an Stift St. Martin verkauften Gütern in Dehme dem letztern. Kl. Fröndenberg 1276 April 30.

Engelbertus comes de Marka dilectis in Christo . . decano et capitulo ecclesie sancti Martini Mindensis cum sincero affectu salutem. Devotionis vestre supplicationibus et quorundam specialium amicorum nostrorum[1]) precibus inclinati proprietatem bonorum in Dhem cum suis attinenciis, Mindensis diocesis, ad progenitores nostros et ad nos hactenus pertinentem, que bona Reynhardus Gograuius Heruordensis, necnon Reynhardus[2]), Heynricus, Wernherus et Hermannus filii eiusdem Gograuii a nobis iamdudum tenebant et nunc pro quadraginta marcis vobis et vestre vendiderunt ecclesie, nos de[3]) consensu uxoris nostre necnon Euerhardi et Gerhardi filiorum nostrorum vobis et[4]) vestre ecclesie donamus in perpetuum possidendam[5]), tam nostram quam predictorum R(eynhardi) Gograuii et filiorum eius omnem hereditariam successionem ab eisdem bonis perpetuo excludentes. In cuius rei testimonium direximus[6]) vobis presens scriptum nostri sigilli munimine roboratum. Datum apud monasterium monialium in Wrundeberge[7]), presentibus militibus castellanis nostris, videlicet Godefrido de Houele, Gerhardo de Wettere[8]), Thiderico Volespet[9]), Iohanne fratre ipsius Thiderici, Rotchero de Altena[10]),

Wiscelo de Galen, Alberone dicto Clot[11]) et aliis quam pluribus, anno Domini M°.C°C.LX°XV°I., in vigilia apostolorum Philippi et Iacobi.

[1]) *B hat* necnon quor. nostr. special. amic. [2]) Reinh., Heinr. *B.* [3]) de *fehlt B.* [4]) vobis et *fehlt B.* [5]) possidendendam *A.* [6]) dedimus *B.* [7]) Wrndeberge *A.* [8]) Altena *B.* [9]) Volspet *A.* [10]) *A umstellt die beiden letzgenannten.* [11]) *Fehlt A.*

Or. in zwei Ausfertigungen (A und B) im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Martin in Minden. An ungebleichten Leinenfäden an A kleines Bruchstück des Siegels des Ausstellers; bei B fehlen Siegel und Befestigung. Vgl. folg. Nr.

1435.

Äbtissin Pinnosa und Stift Herford bekunden Resignation der Gogreve auf Güter in Dehme zu Gunsten des Stifts St. Martin in Minden. Herford 1276 Mai 6.

Pinnosa Dei gratia abbatissa totusque conventus ecclesie Heruordensis, Paderbornensis diocesis, presens scriptum in perpetuum. Ne hominum gesta evanescant a noticia futurorum, expedit, ut perhennentur vivaci testimonio litterarum. Igitur universis Christi fidelibus tenore presentium innotescat, quod, cum Reynhardus miles Gograuius Heruordensis necnon Reynhardus, Heinricus, Hermannus et Wernerus filii eiusdem Gograuii ac Reynhardus filius quondam Iustatii, filii ipsius Gograuii, curtem in Dhem, que dicitur Ekhof, cum casa et suis attinentiis necnon Goscalcum et uxorem cum duobus filiis suis in ipsa curte morantes pro quadraginta marcis . . decano et capitulo ecclesie sancti Martini Mindensis vendidissent ac honorabilis dominus Engelbertus comes de Marka, ad quem ipsius curtis proprietas pertinebat, ipsam proprietatem per suas patentes litteras contulisset eisdem decano et capitulo, idem Rey(n)hardus ac filii sui predicti cum Reynhardo filio Iustatii[1]) antedicti coram nobis et coram ministerialibus, scabinis et consulibus Heruordensibus ipsam curtem cum omnibus attinentiis et iuribus suis . . decano et capitulo predicte ecclesie sancti Martini resignarunt ab ipsa ecclesia perpetuo possidendam, omnes suos consanguineos et successores hereditarios qualescumque ab eadem curte et attinentiis et iuribus suis in perpetuum excludentes. Preterea Hermannus miles, qui vocatur Gograuius iunior, consanguineus predicti Reynhardi Gograuii, protestabatur publice coram nobis ac ministerialibus, scabinis et consulibus antedictis, quod ipse Hermannus ac uxor sua et fiiii sui eandem curtem cum omnibus attinentiis et iuribus suis predicto Reynhardo Gograuio et filiis suis olim vendidissent ac in manus ipsorum resignassent quodque eidem Hermanno ac uxori sue et filiis suis nichil iuris conpetat in eadem curte et suis attinentiis antedictis. Protestabatur quoque se ac uxorem et filios suos ratam venditionem huiusmodi habituros. In huius vero venditionis et resignationis testimonium, quas idem Reynhardus et filii sui eisdem . . decano et capitulo fecerunt, ac protestationis eiusdem Hermanni evidentiam sigillum nostre ecclesie una cum sigillo opidi Heruordensis duximus presentibus apponendum. Nos ministeriales, scabini et consules Heruordenses protestantes nos predictis omnibus interfuisse sigillo opidi Heruordensis presens scriptum duximus roborandum. Testes etiam, qui predicte venditioni interfuerunt, inferius nominantur, videlicet Hermannus de Sunninchusen scolasticus Paderbornensis, Fredericus canonicus Paderbornensis, Arnoldus et Sigenandus canonici Heruordenses, Hermannus, qui dicitur Gograuius antiquior, Wernerus Cancer, Florentius de Quernem, Gerhardus de Sunnenchusen[2]), Albertus de Molandino, milites, Reynhardus Rasehorn, Iohannes de Aldenheruorde, Fredericus et Gozwinus de Arnolte, famuli militares, Hinricus de Bekesete, Liudgerus Barlaban, Volquinus Kretel, Amelungus de Groninchusen[3]), Iohannes de Hagen, Rotherus de Quernem, Arnoldus de Quernem, Iohannes de Rodenic, Hermannus de Oldensciltze, Hinricus de Lippenchusen, Hermannus de Brokeldehusen, Aspelan et Thetmarus Wercmeister, opidani opidi Heruordensis. Datum et actum Heruordie, anno Domini M°.C°C.LX°XV°I., Iohannis ante portam Latinam.

[1]) *Hier eher* Iustacii. [2]) *So Or.* [3]) Gninchusen *mit* o *über* g.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Martin Minden. An Pergamentstreifen die Siegel des Stifts und der Stadt Herford. Auf der Rückseite littera super bonis in Deinhm *von Hand s. XV.*

1436.

Der Wolfhagener Bürger Johannes von Langeln verzichtet auf Ansprüche, welche er wegen einiger von seinem Vater dem Kl. Hardehausen überlassenen Güter erhoben hatte. 1276 Mai 31.

Ego Iohannes dictus de Langele, civis in Wolfagen, notum esse cupio tam presentibus quam futuris, quod, cum haberem actionem adversus dominum abbatem et conventum in Herswindehusen racione bonorum, que patrem meum beate memorie ante sui exitum pro anime sue remedio quidam eidem conventui affirmabant verius contulisse, tamen proinde habito consilio proborum et discretorum animo deliberato huic actioni, si quam habui ex iure vel non ex iure, ex parte mei et heredum meorum et omnium amicorum meorum plane renunciavi stipulo[1]), prout moris et iuris est renunciandi, promittens nichilominus spontanee in restaurum offensionis, si quam intuli, predictum conventum pro mea possibilitate deinceps[2]) promoturum. Ne autem quisquam heredum meorum seu amicorum huic facto in posterum valeat contraire, presens scriptum sigillo civitatis in Wolfagen petivi roborari. Datum anno Domini M°.C°C°.LXXVI., pridie Kalendas Iunii. Huius testes sunt: dominus Her(mannus) plebanus de Wolfagen, Th(eodericus) miles dictus Lupus, Io(hannes) miles de Helfenberc, Conradus proconsul, Heidolfus, Hereboldus, Giselbertus Elegast, H. de Ritte, Th. villicus, Gozwinus et alii scabini.

1) *Vor dem Wort steht noch ein überflüssiges* s. 2) deincebs *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 188. Siegel und Befestigung ab.

1437.

Graf Otto von Everstein bestätigt den von Ludolf von Osdagessen an das Kl. Wormeln gemachten Güterverkauf. Volkmarsen 1276 Juni 1.

Universis Christi fidelibus huius pagine seriem inspecturis nos O(tto) Dei gracia comes de Eversten nec non consules oppidi Volcmersen notum esse volumus, quod Ludolfus de Osdagessen uxoris sue consensu ceterorumque heredum suorum pleno favore nobis presentibus V mansos, I piscinam, I pratum, III areas in Wormlon sitas cum omnibus usufructibus et attinentiis intuitu Dei et duarum filiarum suarum dote in cenobio Wormlon locatarum dicte ecclesie contulit benivolenti animo libere renunciando. Nos vero O(tto) comes de Euersten dictorum bonorum proprietatem omnium heredum nostrorum consensu sepedicte ecclesie contulimus ob anime nostre remedium et salutem. Testes huius rei sunt: dominus Iohannes plebanus in Volcmersen, dominus Ludolfus divinorum provisor in Witmaria, dominus Hermannus plebanus in Lutersen. Insuper aderant milites: dominus Conradus videlicet de Paderborne, dominus Ernestus de Howede et alii quam plures. Ne vero de hiis in posterum ambiguitatis locus oriatur aut scrupulus erroris exurgat, presens scriptum hinc inde confectum sigillis nostris fecimus roborari. Acta sunt hec in Volcmersen, anno ab incarnacione Domini M°.C°C.LX°XV°I., post dominicam: Domine in tua, feria secunda, Ludewico de Bullinchusen iudicium tenente et Arnoldo Rufo proconsulatum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Wormeln Nr. 7. An Pergamentstreifen sehr beschädigt 1) das Eversteinsche, 2) die Hälfte des Stadtsiegels von Volkmarsen. Vgl. Nr. 1432. Auszug Spilcker, Everstein Nr. 169 zu April 20.

1438.

Graf Otto von Everstein verpfändet Zehnten in Valehosen *und* Hardradessen *an Kl. Arolsen. Volkmarsen 1276 Juli 3.*

O(tto) Dei gratia comes de Eversten universis Christi fidelibus huius littere seriem inspecturis notum esse volumus, quod Arnoldus miles de Roderikessen suaque uxor necnon Henricus filius ipsius cum ceteris heredibus eorundem omni iuri, quod habere videbantur in decimis Valehosen et Hardradessen, integraliter renunciarunt. Nos vero memoratas decimas cum omnibus usufructibus heredum nostrorum consensu ecclesie Aroldensi pro summa C markarum obligavimus pignoris ratione, quousque dicta ecclesia

supradictarum decimarum proprietatem ab ecclesia consequatur Moguntina. Huic renunciationi presentes erant sacerdotes: dominus Iohannes plebanus in Volcmersen, dominus Arnoldus, dominus Conradus plebanus in Wettere, dominus Ludolfus de Witmar; milites: dominus Thidericus de Medrike, dominus Iohannes de Brocbike, dominus Conradus de Paderborne. Insuper aderant burgenses in Volcmersen, videlicet Thetherus faber, Thetmarus de Mengeri(n)chusen, Henricus sartor, Thidericus Suda. Preterea presentes erant: Gotfridus gogravius de Paderborne, Gotfridus de Lutterbike, Gotfridus de Helsen, Hermannus de Lutersen, Richardus de Binse, Iohannes de Kulte et alii quam plures. Ne vero de hiis in posterum ambiguitatis locus oriatur, presens scriptum sepedicte ecclesie dedimus sigilli nostri munimine roboratum. Acta sunt hec in Volcmersen, in crastino Processi et Martiniani martyrum, anno ab incarnatione Domini M°.C°C.LX°XVI°., Lodewico iudicium tenente et Arnoldo Rufo proconsulatum.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv in Arolsen. An einem von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen Siegel des Grafen O. v. Everstein, nach rechts gerichteter gekrönter Löwe; Umschrift: Otto Dei gratia comes de Eversten. *Gedr. Varnhagen, Grundlage, UB. Nr. 48.*

1439.

Kl. Schildesche trifft Bestimmungen über die Einkünfte der Präbenden für zwei Jahre nach dem Scheiden der Besitzer. 1276 Juli 23.

Nos Dei gratia . . prepositus, . . decana et conventus ecclesie Scildecensis presentibus publice profitemur, quod unanimi consensu ac voluntate fide data ac iuramento prestito compromisimus, quod ex nunc inantea de cetero nunquam aliquam personam elegemus in ecclesie nostre canonicam ad prebendam vacaturam, item in ecclesie nostre subsidium et iuvamen omnis prebenda fratris aut sororis, que ammodo[1]) vel ex morte possessoris aut quocunque modo vacaverit deductis expensis vicarii, si per vicarium officianda fuerit, et exequiarum sive memoriarum fructus primi anni post defunctum vel defunctam defuncto cedent vel defuncte ad defuncti vel defuncte debita persolvenda, secundi vero anni fructus cedent ecclesie nostre ad ecclesie emendationem et structuram. Ut autem hec nostra rationabilis compromissio firma teneatur et a nostris posteris maneat inconvulsa, presentem paginam in firmitatis robur et testimonium sigillis nostris duximus muniendum. Datum anno Domini M°.C°C.LXXV°I., in die Liborii confessoris.

[1]) ammoodo *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Schildesche Nr. 22. Beide Siegel von den von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen ab.

1440.

Graf Ludolf von Dassel verzichtet auf alle Ansprüche an zwei von einem seiner Lehensleute an Kl. Brenkhausen verkauften Gütern. Gieselwerder 1276 August 9.

Ludolfus comes dictus de Dasle manens in Insula universis hoc scriptum visuris salutem in Domino. Quia propter lapsum temporis et hominum quam plurima facta sepius evanescunt, necesse est res maxime, in quibus ius consistit, ut speciali quodam et perpetuo robore confirmentur. Igitur tam presentes quam futuri noverint hiis in scriptis, quod nos bona sita Eldessen et Nortberge, que Wedikindus miles dictus de Eldessen bone memorie a nobis habuit, vendita claustralibus in Beringhosen[1]) nostra voluntate esse ius, quod in eisdem habuimus, ab antecessoribus nostris debite sive indebite ob honorem omnipotentis Dei sueque genitricis Marie transponimus et eisdem claustralibus conferimus libere ac sine contradictione aliqua possidenda. Ne igitur hoc facto nostro, prout diximus, a posteris contrarium valeat obviare, ad huius rei noticiam scriptum presens sigilli nostri robore communivimus. Testes sunt: Conradus miles de Scardenberg, Borchardus de Weldessen, L. et Io(hannes) fratres de Helmwordessen, Vasmodus de Lotmessen, Th. dictus Blome, H(enricus) et S. plebanus et sculthetus Insule et alii quam plures. Datum in Insula, anno Domini M°.CC.LXXVI., vigilia Laurentii.

[1]) *Folgt Lücke im Or. weil Rasur.*

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Rückschrift: Eldessen unde Nortberge. *Vergl. Nr. 1328. Gedr. Zeitschrift VIII, 122; unvollständig: Wigand, Archiv VII, 235.*

1441.

Verzicht zu Gunsten des Kl. Hardehausen. 1276 August 28.

In nomine Domini amen. Ego . . . ius dictus . . . notum facio omnibus presentem litteram . . . quod (omni questioni), quam habui (vel habere videbar) contra dominum abbatem et conventum monasterii in Herswindehusen, renunciavi liberaliter et absolute. Testes sunt: Otto dictus . . . et Ernestus de Lon, milites, Hermannus dictus Maz, Ludewicus Maz, Ditmarus Rufus, Wikerus, Helewicus Friso et multi alii probi viri. In huius rei cognitionem et (maius munimen) petii presens scriptum domini O(ttonis) militis predicti et civium Fritslariensium sigillorum appensione muniri. Datum anno Domini M°.C°C.LXXVI., V°. Kalendas Septembris.

Or. (fast ganz verblasst) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 188a. Die beiden Siegel von den von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen ab.

1442.

Vom Papst ernannte Richter bekennen, dass der Priester Heinrich de Brinke allen ihm aus päpstlichen Erlassen erwachsenden Rechten auf die Kirche in Bielefeld entsagt hat. Münster 1276 Oktober 14.

Gerhardus de Monte canonicus Monasteriensis ecclesie, Anselmus prepositus monasterii sancti Egidii, magister Mathyas canonicus ecclesie sancti Martini, iudices a sede apostolica delegati, omnibus, ad quos presentia pervenerint, salutem in Domino sempiternam. Hinricus de Brinke presbyter constitutus coram nobis in ecclesia Monasteriensi resignavit in manus nostras omnia instrumenta sua papalia et iudicialia super ecclesia de Bilenvelde recedens libere, simpliciter et absolute ab omni actione, que ipsi contra Ottonem nobilem virum comitem de Ravensberg, ipsi ad(h)erentes aut contra plebanum de Bilenvelde aut suos amicos competeret vel aliquo modo posset competere, quod presentibus, quibus nostra sigilla appensa sunt, fideliter protestamur. Datum et actum Monasterii, die Kalixti anno Domini M.CC.LXX sexto.

Aus Msc. VII, 3117 f. 65 im Kgl. St.-A. Münster. Gedr. Lamey, Ravensberg, Cod. dipl. Nr. 50.

1443.

Die Brüder von Braunsen verkaufen die Hälfte des Zehnten daselbst dem Kl. Volkhardinghausen. 1276 November 15.

Notum sit omnibus presens scriptum visuris, quod nos Albertus et Rabodo fratres dicti de Brunhardessen consensu nostrorum heredum vendidimus domino Conrado preposito in Volchardinghusen, plebano videlicet ecclesie in Imminchusen, dimidietatem decime in Brunhardessen cum omnibus usufructibus tam in uilla Brunhardessen quam extra villam sitis pro summa XXXIII marcarum grauium nummorum perpetuis temporibus recipiendam, ea tamen conditione adiecta, quod unicuique nostrum sive nostris heredibus suam partem predicte decime reemendi pro summa quemvis nostrum contingente facultas est prestanda, michi Alberto videlicet pro XV marcis nec non michi Rabodoni videlicet pro XVIII marcis dictam itaque decimam in media quadragesima, qua Letare cantatur, reemere nobis licebit. Preterea sepedictam decimam Albertus et Werno de Imminchusen loco predicti domini C(onradi) vice ecclesie Volchardinghusen de manu mea susceperunt. Si vero idem dominus C(onradus) prepositus medio tempore viam universe carnis fuerit ingressus, memorata decima ecclesie Volchardinghusen cedet con(ver)tenda. Si autem nos fratres, antequam decima reematur, e medio fuerimus evocati, filii nostri aut heredes iusti sepedictam decimam Alberto et Wernoni et ipsorum heredibus iustis loco prepositi et ecclesie vice prenotate conferre tenentur, quousque reematur. Testes huius rei sunt: dominus Iohannes plebanus in Volcmersen, Thidericus de Medrike, Iohannes de Brocbike, Ernestus de Howede,

milites. Preterea aderant consules oppidi Volcmersen, quorum nomina sunt hec: Wolthelmus monetarius, Hermannus faber, Wipertus, Thetmarus de Elsingen, Iohannes de Wellede, Brunhardus, Henricus de Hemedessen, Gotscalcus pistor, Henricus de Brune, Udo et alii quam plures. Cum autem sigillum proprium non haberemus, presens scriptum hinc inde confectum sigillo burgensium in Volcmersen impetravimus roborari. Datum proximo die dominico post festum beati Martini, anno Domini M°.CC°.LXX°VI°., Lodewico iudicium in Volcmersen tenente et Arnoldo Rufo proconsulatum.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen verletztes Stadtsiegel von Volkmarsen.

1444.

Gräfin Mathilde von Waldeck und ihre Familie eignen dem Kl. Berich ihr Besitzthum in Berich und Heynstat. *1276 November 24.*

Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos Mechtildis comitissa de Waldecke et filii nostri Gotfridus et Otto comites necnon filia nostra Alheidis ac comitissa Sophia filia domini Lantgravii ex consilio omnium amicorum nostrorum appropriavimus ac dedimus beate Katherine et claustralibus in Beriche iure hereditario omnem proprietatem nostram, quam habuimus in villa Beriche et in Heynstat cum omnibus suis pertinentiis, pro qua dabantur nobis in pensione annuatim XVII maldra frumenti pro LXXX marcis ad pecuniam domino Lippensi de nuptiis filie nostre eo commodius erogandam. Huius vendicionis et donacionis nostre testes sunt: nobiles fratres de Bisscopeshusen Hinricus, Wernerus et Hermannus, Titmarus Oppolt, Hinricus nobilis de Ittere, Hinricus de Osterhusen, Elgerus de Dalwich, Theodoricus de Wagenbach, Hinricus Bulemast, Henricus Hircus, Godescalcus de Molehusen, Iohannes Iudeus, Wernherus iuvenis de Bisscopeshusen, Lodewicus de Nettze, Hince Boc et alii quam plures. Et ne hec vendicio aut donacio nostra tam rite celebrata ab aliquo valeat in posterum retractari, volumus hanc cartam sigilli nostri appensione ac Hinrici nobilis de Bisscopeshusen nobilisque Hinrici de Ittere necnon civitatis de Corbike firmius observari. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LXXVI., Iohanne plebano de Derinchusen existente preposito in Beriche ac Berta priorissa necnon Hinrico milite de Osterhusen dapifero nostro existente. In vigilia beate Katharine virginis.

Nach Kopiar I fol. 48 des Kl. Berich im Fürstl. Archiv zu Arolsen. Gedr. Varnhagen, Grundlage, UB. Nr. 49. Ueber Heynstat *vgl. Varnhagen, UB. S. 112 Anm. kk. Sophie von Hessen war die Braut des Grafen Otto. Ueber die Vermählung Adelheids mit Simon zur Lippe vgl. Lipp. Regg. I, 240 Nr. 375.*

1445.

Domdechant Heinrich von Paderborn übergibt die vakante Stelle an der Brigittenkapelle dem Kleriker Hermann. 1276 November 30.

Henricus Dei gratia Paderbornensis ecclesie decanus universis hoc scriptum intuentibus salutem in Domino. Presentibus protestamur, quod nos Hermanno clerico nostro capellam sancte Brigide ex resignatione libera Euerhardi sacerdotis nobis vacantem cum omnibus suis fructibus contulimus perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium presentem litteram nostri et Waltheri thesaurarii, Wernheri de Patberg, Bertoldi de Asseburch et magistri Thetmari sigillis, qui nostre collationi aderant, duximus roborandam. Datum et actum anno Domini M°.CC°.LX°X°VI., in die beati Andree apostoli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 285a. Fragmente von den Siegeln des Domdechanten Heinrich — spitzoval, Christus (?) mit erhobener Rechten über einem Drachen, fast ganz wie Westf. Siegel III Tafel 131 Nr. 6 —, des Thesaurars Walther und Werners von Padberg sind erhalten; vgl. zu beiden oben Nr. 1376. Vgl. über die Lage der Brigittenkapelle, erwähnt UB. IV Nr. 295, (wahrscheinlich ausserhalb des Doms), die Ausführungen des † Prof. Evelt über Ortsbezeichnungen in u. beim Paderborner Dom in Zeitschrift XXXIX, 2, 80. Hermannus capell. b. Brig. *bezeichn. wird erwähnt in Urk. des Dompropstes Heinrich 1283 März 3 u. als Z. in Urk. der von Calenberg für Kl. Gokirche 1293 März 5. Gedr. Asseb. UB. II, 544 (zu 1286).*

1446.

Bischof Simon von Paderborn verschreibt dem Edelherrn Berthold von Büren für die ihm geleistete Hülfe gegen den Erzbischof von Köln jährlich 15 Mark Denare aus dem Amte Beken bis zur Bezahlung von 130 Mark. Delbrück 1276 Dezember 3.

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris salutem in Domino. Presentibus publice protestamur et recognoscimus per hoc scriptum, quod nos nobili viro domino Bertoldo de Buren iuniori pro auxiliis et servitiis, que idem prestabat nobis contra venerabilem dominum Coloniensem archiepiscopum et alios quoscunque, nos et ecclesiam nostram Paderbornensem molestantes indebite et gravantes, obligamus quindecim marcarum redditus, quos ipse singulis annis recipiet de officio nostro in Beken tamdiu, donec ipsi centum et triginta marcas legalium denariorum persolvemus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro duximus roborandum. Datum Delebrugge, anno Domini M°.C°C.LX°XVI°., feria quarta post Andree Apostoli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Büren Nr. 10. An Pergamentstreifen Siegel des Bischofs mit Rücksiegel. Ungenaue Kop. dieser Urk. Msc. VII, 5102 I. p. 84 mit Dat. 1270 feria quarta post Andreae apostoli.

1447.

Bischof Simon von Paderborn überträgt dem Kl. Brenkhausen das Eigenthum von Zehnten zu Eldessen. *Paderborn 1276 Dezember 26.*

In nomine Domini amen. Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris in perpetuum. Ad confirmandam memoriam scripture autentice sunt invente. Quare scire cupimus per hoc scriptum tam presentes quam posteros universos, quod nos de communi consilio et consensu capituli nostri decimam in[1]) Eldessen, ad capellam nostram Herstelle quondam pertinentem, abbatisse et conventui in Beringehusen[2]), Cisterciensis ordinis, nostre dyocesis, que ipsam decimam a nobis pro centum marcis legalium denariorum in utilitatem ecclesie nostre conversorum emptionis titulo compararunt predictis abbatisse et conventui et ecclesie sue cum proprietate et omnibus suis attinentiis contulimus perpetuo possidendam. Et in testimonium proprietatis collate tres libre cere thesaurarie ecclesie nostre annis singulis in festo purificationis perpetuo persolventur. Ad predictorum etiam testimonium presens scriptum sigillo nostro et ecclesie nostre[3]) sigillo extitit roboratum. Actum et datum Paderborne[4]), anno Domini M°.C°C.LX°X.VI°., in die beati Stephani prothomartiris.

[1]) in *fehlt A u. A*[1]. [2]) Beringhusen *B*. [3]) *Statt* nostre *hat B* predicte Beringehusen. [4]) *Fehlt B*.

Zwei gleichlautende Orr. (A u. A[1]*) des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey; ein drittes Or. (B) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 286. Von der Ausfertigung A sind von roth-grünen Seidenfäden, von den andern A*[1] *und B von Pergamentstreifen beide Siegel ab. Erwähnt Schaten ad annum; gedr. unvollständig Wigand, Archiv VII, 236.* Eldessen *nicht Elsen W. von Paderborn, sondern ein in der Dasselschen Grafschaft Nienover zwischen Herstelle und dem Solling eingegangenes Dorf. Vgl. Wigand, Archiv IV, 377.*

1448.

Das Paderborner Domkapitel erklärt, nur einen Solchen zum Nachfolger Bischof Simons wählen zu wollen, der im Stande sei, dessen Schulden zu bezahlen. Paderborn 1276 Dezember 27.

Nos Dei gratia Otto prepositus, Henricus[1]) decanus et capitulum Paderbornensis ecclesie universis, ad quos presens scriptum pervenerit, notum facimus et recognoscimus[2]) per hoc scriptum, quod successorem domini nostri episcopi Simonis talem habebimus, quia iuris est, ut debita ipsius domini Simonis solvat, que pro necessitate seu utilitate ecclesie nostre contracta invenerit nec soluta. In cuius rei testimonium hanc litteram conscribi et sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum Paderborne, ipso die Iohannis evangeliste, anno Domini M°.C°C.LX°XVI°.

[1]) Heinricus *B*. [2]) recognosscimus *A u. B*.

Or. in zwei Ausfertigungen (A u. B) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn 287. Nur an B noch ein Bruchstück des domkapitularischen Siegels an rothen Seidenfäden. Gedr. Schaten ad annum.

1449.

Bischof Simon von Paderborn bestätigt die von dem früheren Domkantor Johannes am Hochaltar im Dom begründete tägliche Messe. Die Kollation dieser auf Gütern in Benhusen *begründeten Vikarie soll dem Domthesaurar zustehen. 1276.*

So giebt das im Kgl. St.-A. Münster befindliche Repertor des Kapselarchivs 105,51 den Inhalt einer jetzt verlornen Urk. an, und bemerkt dabei, dass 105,52 eine Urk. ähnlichen Inhalts vom 17. September 1276 vorläge. Auch diese ist nicht mehr erhalten. (Fstth. Paderborn Nr. 283 und 285.)

1450.

Berthold von Büren schenkt dem Kl. Holthausen bei Büren mehrere Güter. 1276.

In nomine Domini amen. Prudentis est consilium, ut acta digna memoria literarum elucidatione ita serventur integra, quod in perpetuum esse valeant incorrupta. Noverint igitur universi tam presentes quam futuri, quod nos Bertoldus senior dominus de Buren cupientes nostri et heredum nostrorum apud sanctimoniales ordinis Cysterciensis[1]) in cenobio apud opidum nostrum Buren piam in perpetuum haberi memoriam, propter quod ipsis cupimus in subsidium temporalium de bonis et hereditate nostra pleno ad hoc filii nostri Bertoldi, uxoris sue ac heredum suorum accedente consensu in perpetuum provideri, donantes eisdem libere et absolute II marcas de curte nostra Sundere annis singulis in perpetuum percipiendas. Porro medietatem decime in Houen iure hereditario nobis pertinentem et proprietatem eiusdem. Item molendinum quoddam situm Wehena et proprietatem eiusdem contulimus eisdem in perpetuum possidenda. Ceterum bona in Swinuelde quondam Theoderico dapifero bone memorie pertinentia et proprietatem eorundem. Presertim proprietatem nobis pertinentem bonorum sitorum in Misteta, que emerat Amelungus de Mischeda a Heidenrico iuniore de Andepen. Insuper X modios annone ab agris quibusdam iacentibus iuxta Heperna contulimus specialiter ad infirmariam eiusdem singulis annis recipiendam. Ut autem memorate sanctimoniales cenobii supradicte libera pro salute animarum nostrarum donatis possessione gaudeant, presentem paginam in testimonium, robur et fidem predictorum confectum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum ac ipsis tradimus in perpetuum valituram. Actum et datum anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo sexto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Holthausen Nr. 4. An rothseidenen Fäden in grünem Wachs Siegel 1) Bertholds d. ä.; 2) Bertholds d. j., wie Westf. Siegel I Taf 36 Nr. 1 u. 2. Die Höfe Sundere *und* Hoven *sind anscheinend früh eingegangen und mit benachbarten Orten vereinigt; sie kommen in Urkk. nicht weiter vor. Das Dorf Weine liegt beim Kloster Holthausen unweit Büren.* Lütgen-Swinevelde *lag in dem Thale, das sich von Siddinghausen (= Sinxen) nach Büren und Barkhausen heraufzieht;* Groten- *oder* Österen-Swinevelde *an dem Berge zwischen Weiberg und Barkhausen, noch jetzt der* Swimeler-*Berg genannt.* Misteta *ist das Dorf Miste zwischen Rüthen und Büren.* Heperna *war ein Kirchdorf etwa 20 Minuten südöstlich von Weiberg. Die Stelle, wo es gestanden hat, heisst noch heute „bei der Heper Kirche". Weiberg ist erst um 1500 nach der Zerstörung von Hepern bebaut. (Spancken.)*

1451.

Urk. über Abgabe von drei Pfund Wachs seitens des Kl. Vlotho an den Paderborner Domthesaurar. 1276.

Or. (ganz zerstört) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 282. Siegel: 1) an roth-weissen Fäden in grünem Wachs ovales Siegel des Bischofs mit Rücksiegel; 2) an grünen Leinenfäden rundes des Paderborner Domkapitels; 3) an rothen Fäden spitzovales Siegel, stehende weibliche Figur. Von der Umschrift ist noch tisse . . e Vlotow . . *zu lesen. Das Repertorium des Kapselarchivs 26, 16 gibt den Inhalt der Urk. an:* Littera super praestatione trium librarum cere ad thesaurariam a conventu Vlechtorve (!) solvendarum de 1276.

1452.

Ritter Hermann von Brakel urkundet Uebergabe von Wachszinsigen seitens derer von Istrup an Kl. Hardehausen. 1276.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Hermannus miles et dominus de Brakele omnibus Christi fidelibus hanc paginam inspecturis salutem in omnium salutari. Quoniam gesta hominum in oblivionem veniunt de facili, nisi commendata sint memorie litterati, hinc est, quod notum facimus vobis, quod Bruningus et Fredericus de Istendorp fratres, filii quoque eiusdem Frederici, Hermannus et Regenbodo, Bernhardus, Engelhardus, Fridericus[1]), Elysabeth sororem Godescalci dicti Randeberg et pueros eius, videlicet Godescalcum, Conradum et Hermannum, Wyndelhedim, Adelhedim et Cunigundim, porro filios Adelhedis sororis sue iam defuncte, Conradum et Iohannem beate Marie in Hersuithehusen divine remunerationis intuitu contulerunt, eiusdem monasterii servicio secundum ius cerocensuale perpetuo mancipantes, ita sane, ut, quicunque eorum de labore vixerit proprio et expensis, fundum cere ad luminare monasterii solvere teneatur singulis annis, quoad vivit; in obitu suo nichilominus quilibet ipsorum melius iumentum, quod habuerit, vel si non habuerit, loco eius vestimentum melius, quod habuerit, custodie[2]) assignabit. Igitur hec coram nobis ordinata recognoscimus protestantes tenore presentium sygilli nostri munimine roborata.[3]) Testes sunt: Engelhardus de Stenem, Regenbode de Ahusen, Burchardus de Herste, Iohannes de Wygenhusen, Regenbodo de Ermwardestorp, Bertoldus de Aluessen, frater Hermannus de Masenem, Conradus de Dalem, Conradus de Helmere et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C.LXXV°I.

[1]) *Letztere drei Namen von anderer Hand nachgetragen.* [2]) custidie *Or.* [3]) roborata *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 186. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1453.

Gottschalk und Johann von Padberg übertragen das Besitzrecht der von Kl. Bredelar verkauften Besitzungen an den Marsberger Bürgermeister Berthold von Höxter. 1276.

Omnibus presentem litteram visuris Godescalcus et Iohannes fratres et coheredes, domini castrorum in Patberg, recta sapere et veritati testimonium perhibere. A prudentibus noscitur introductum, ut ea, que aguntur in tempore, ne simul cum tempore dilabantur, bene firmentur testimonio litterarum. Noverint igitur presentes et futuri, quod, cum nos decimam in Enemuden sitam nobis pertinentem cum omni sua integritate et molendinum in Wygerdenchusen situm cum omni pensione, que nobis exinde provenit, viris religiosis domino videlicet abbati et conventui monasterii in Breidelar pro centum et sexaginta marcis legalium denariorum vendidissemus et ipsi debitis quam plurimis obligati propter inevitabilem necessitatem dictam decimam et molendinum vendere sint compulsi, nos precibus predictorum abbatis et conventus inclinati unanimi consensu et voluntate universorum heredum nostrorum iam dictam decimam cum omnibus pertinentiis suis, agris videlicet cultis et incultis, silvis, pratis, paschuis et novalibus et prefatum molendinum cum sue pensionis integritate Bertoldo de Huxaria proconsuli Montis Martis, qui ipsam decimam et molendinum a supradictis abbate et conventu comparavit et uxori sue Cunnegundi et filie sue Cunnegundi et filiis ipsius Hermanno, Conrado, Bertoldo et Hinrico iure porreximus pheodali absque ulla impeticione libere et quiete perpetue possidenda. In cuius rei pleniorem evidentiam, ne aliqua in posterum possit calumpnia suboriri, presentem litteram super hoc confectam in testimonium tam nostris quam civitatis Montis Martis et abbatis de Breydelar sigillis fecimus communiri. Veram insuper et plenariam contra quoslibet infestatores ipsis prestare volumus warandiam. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°. septuagesimo sexto.[1]) Huius rei testes sunt: Stephanus de Horhusen, Olrycus de Westheym, Florinus de Vanen, milites; Hermannus de Patberg et Godescalcus frater suus, Conradus de Horhusen, Hartwicus de Dorslon, Fredericus Specht, militares; Heinricus de Capella,

Helmwicus de Huxaria, Iohannes de Billinchusen, Heinricus de Oddenhusen et filius eius Thydericus, Henricus Morel, Hermannus Fundengoth[2]), Wezzelus, Bertoldus quondam iudex, Iohannes cognatus Wyderoldi, burgenses Montis Martis et alii quam plures.

[1]) septimo *durchstrichen*, sexto *darüber wohl von derselben Hand.* [2]) *So Or. statt* Wund.

Aus Msc. VI, 125 p. 290 im Kgl. St.-A. Münster.

1454.

Richter und Rathmänner von Salzkotten bekunden Salzablieferung in Arolsen. 1277 Januar 7.

Nos iudices, consules et universitas oppidi Saltkoten presentium tenore protestamur, quod Godefridus gogravius de Bekene et Arnoldus filius ipsius coram nobis constituti decem moldras salis[1]) in Aroldissen singulis annis absolute dandas pie contulerunt de plumbo, quod nobiscum est depositum apud Hartmannum ipsorum villicum Wogeler nuncupatum. Huius facti testes sunt: Hinricus viceplebanus, Conradus miles de Etlen, Ludolfus Preco, Conradus proconsul, Regenhardus, Conradus Ceveke, Ludolfus Stickele, Euerhardus, Gerlacus, Winricus, Hermannus Lutgeri, Hermannus Pinken et alii quam plures. Ut autem tam pium factum robur obtineat perpetuum, presentem paginam nostri sigilli munimine duximus roborandam. Actum et datum in crastino epyphanie Domini, anno Domini M°.CC°.LXX° septimo.

[1]) *Radirte Lücke im Or.*

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen unkenntliche Siegelreste.

1455.

Bischof Simon und das Paderborner Kapitel verbünden sich mit Berthold d. ä. und Berthold d. j. von Büren. 1277 Februar 10.

Symon Dei gratia episcopus, O(tto) prepositus, H(enricus) decanus et capitulum Paderbornensis ecclesie universis hoc scriptum visuris notum facimus et publice recognoscimus, quod, quia nobiles viri Bertoldus senior et Bertoldus iunior domini de Buren una cum eorum liberis et heredibus nobis fide prestita promiserunt de ipsorum castro et munitione[1]) contra quoslibet ecclesiam nostram iniuriose devastantes seu alio quocumque modo molestantes promotionem, auxilium et defensionem, quam de nostris habemus munitionibus, tam nobis, quam nostris successoribus perpetuo praestaturos, nos eisdem promisimus simili fide prestita de civitatibus et munitionibus nostris in casu consimili similem promotionem, auxilium et defensionem inviolabiliter tam a nobis quam a nostris successoribus et perpetuo servaturos, pactionibus sive confederationibus mutuis inter nos et dictos nobiles conscriptis in suo robore nichilo minus duraturis. Et ut predicta a nobis et nostris successoribus firma et perpetuo serventur, hanc litteram conscribi et nostris sigillis fecimus roborari. Actum et datum anno Domini M°.C.C.°LXXVI°I., feria quarta ante Invocavit.

[1]) muntione *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Büren Nr. 11. Von den an Pergamentstreifen angehängten Siegeln unkenntliches Bruchstück vom Siegel des Bischofs erhalten; die übrigen Siegelstr. ausgerissen, so dass nicht mehr zu sehen, wie viel Siegel früher anhingen.

1456.

Graf Otto von Everstein bestimmt dem Kl. Wormeln die Entrichtung einer Mark aus der Mühle vor Volkmarsen. 1277 Februar 12.

O(tto) Dei gratia comes de Euersten omnibus hanc litteram visuris notum esse volumus, quod ob remedium anime nostre cenobio Wormlon quolibet anno I markam gravium denariorum ex molendino ante portam oppidi Volcmersen sito dari constituimus, donec dicte ecclesie in redditibus equipollentibus infra miliare ab eadem ecclesia sitis provideamus. Dum vero sepedictam ecclesiam in summa X mar-

(carum) expedierimus, dictorum nummorum redditus ad nos sive nostros heredes libere denuo revertentur. Testes itaque huius rei sunt: dominus Ludolfus sacerdos, dominus Thidericus de Medrike, dominus Ernestus de Howede, dominus Arnoldus de Paderborne, milites; Ludolfus de Osdagessen, Ludolfus Balistarius, Hermannus de Medrike, Gotfridus de Lutterbike, Albertus de Brunhardessen, Olricus de Medrike, Gotfridus de Helsen, Thetmarus de Medrike, Hermannus rector scolarium et alii quam plures. Ne vero de hiis in posterum ambiguitatis locus exurgat, presens scriptum memorate ecclesie tradidimus sigillo nostro roboratum. Datum feria sexta ante Invocavit, anno ab incarnatione Domini M°.C°C.L°XXVI°I.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Wormeln Nr. 8. An Pergamentstreifen verletztes grosses dreieckiges Siegel Ottos mit dem aufgerichteten gekrönten Löwen. Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 176 zu 1277.

1457.

Berthold d. ä. und d. j. von Büren urkunden über ihr Bündniss mit Bischof Simon von Paderborn und seinem Kapitel. 1277 Februar 12.

Bertoldus senior et Bertoldus iunior nobiles viri domini de Buren universis hoc scriptum visuris notum facimus et publice recognoscimus, quod, quia venerabilis pater dominus Symon episcopus, O(tto) prepositus, H(enricus) decanus et capitulum Paderbornensis ecclesie nobis fide prestita promiserunt, de ipsorum civitate et munitionibus contra quoslibet terram nostram seu munitiones iniuriose devastantes seu alio quocunque modo molestantes promotionem, auxilium et defensionem, quam de nostris habemus munitionibus, tam nobis quam heredibus nostris perpetuo prestituros, nos eisdem promisimus simili fide prestita, de castro et munitione nostra in casu consimili similem promotionem, auxilium et defensionem tam ipsis quam successoribus eorundem a nobis et nostris heredibus inviolabiliter et perpetuo servaturos, actionibus sive confederationibus mutuis inter dictos episcopum et capitulum et nos conscriptis in suo robore nichilominus duraturis. Et ut predicta a nobis et nostris heredibus firma et perpetuo serventur, hanc litteram conscribi et nostris sigillis fecimus roborari. Datum anno Domini M°.C°C.LXXVI°I., feria sexta ante Invocavit.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Büren Nr. 12. Von den beiden am Pergamentstreifen angehängten Siegeln ist das Bertholds d. j. wohl erhalten, das Bertholds d. ä. in der Umschrift verletzt. Vgl. Westf. Siegel I Taf. 14 Nr. 6 und 36 Nr. 1.

1458.

Die Stifter Minden und Herford und die zugehörigen Städte erneuern ihr Bündniss und nehmen den Grafen Otto von Ravensberg und die Stadt Bielefeld darin auf. 1277 Februar 13.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ecclesia Mindensis et Heruordensis ecclesia cum suis civitatibus omnibus in perpetuum. Ea, que aguntur in tempore, ne similiter labantur cum tempore, eternari solent testimonio litterarum. Sane tam presentibus quam futuris constare cupimus, quod nos confederationem seu mutuam amiciciam inter nos dudum habitam de novo decrevimus innovare et nobilem virum Ottonem comitem de Rauensberg et suos heredes necnon civitatem Bilenuelth in eandem confederationem inter nos et ecclesiam Osnaburgensem ab antiquo hucusque observatam et perpetuo permansuram sano et deliberato consilio ac consensu recepimus, quia nobiscum eam cum omnibus suis tam munitionibus quam hominibus servare promiserunt, secundum quod in subsequentibus continetur. Talis vero ordinatio inter nos promissionibus, iuramento et fide hinc inde prestita intercessit, quod invicem prestabimus auxilium et subsidium contra quemlibet iniuriam ac violenciam nobis inferentem, exceptis imperio et ecclesia Coloniensi. Item si aliquis alicui nostro violentiam vel calumpniam per rapinam et incendium intulerit, iniuriam passus nobis conquirendo significabit et nos talem iniuriatorem, ut a sua iniuria desistat et de dampno illato satisfaciat, in amicitia vel in iure, si poterimus, efficaciter inducemus et iniuriam passus in receptione satisfactionis nostris per omnia consiliis acquiescet. Quod si facere noluerit, ad auxiliandum sibi non erimus obligati, si vero iniuriator satisfacere de iniurius con-

tempserit, postXIIII dies a tempore prime cognitionis auxilium iniuriam passo pro nostra possibilitate inpendere non obmittemus, et cum venerimus in terminos evocantis vel evocantium in propria perditione, scilicet in expensis postulantis vel postulantium, sicut decet, serviemus. Item si aliquis ausu temerario terminos nostros violenter invaserit et rapinam et incendium commiserit, omnes nos publica proclamatione a parte viciniori facta evocati totis viribus et sine mora subsequemur ad rapinam revocandam et terram nostram defensandam. Item ad quemcunque locum convenerimus, auxilium, si necesse fuerit, invicem prestabimus, prout confederatio nostra exigit et requirit. Item si aliquis casualiter hinc inde spolio vel alio quocumque modo excesserit, ille, cui coniunctus est, ipsum ad concordiam et satisfactionem infra spatium sex septimanarum, si poterit, revocabit nec ipsum infra dictum spatium ulterius excedere patietur. Si vero ipsum ad concordiam et satisfactionem inducere non poterit, excedens tamquam periurus et fide privatus abicietur perpetuo et quilibet nostrum ipsum in rebus et corpore tamquam capitalem inimicum hostiliter persequetur. Item si aliquis in recenti facto vel spolio deprehensus fuerit et iusto iudicio, penitus nullus in hoc excessus est commissus. Item si quis alium pro debitis vel aliis incusaverit, ad spatium sex septimanarum, antequam res suas per iudicium occupet, causam suam, prout iustum fuerit, coram suo iudice prosequetur. Item inter terminos nostros non edificabitur castrum aliquod nisi de communi consensu omnium nostrum, et paribus expensis et laboribus edificabimus et possidebimus, et si ab aliis edificatum fuerit, nos omnes una defendemus. Item in castro Reynenberg nullus assumetur, nisi sit Mindensis, Osnaburgensis et Heruordensis ecclesiarum ministerialis, nec etiam aliquis nobilis assumetur. Item si aliquis ministerialis vel burgensis vel famulus contra dominum suum et ecclesiam suam excesserit, alii ipsum ad iusticiam vel graciam et non ad werram per spatium sex septimanarum manutenebunt[1]). Preterea si forte, quod absit, inter aliquem nostrum orta fuerit discordia, de qualibet parte nostra sex discretiores in ecclesiam Lutbeke convenient, inde non recessuri, nisi illa discordia in iure vel amicicia fuerit terminata et sopita, et nulla pars nostra vel homo cuiuslibet partis ius alterius recusabit. Item homines coniuratis nostris iure proprietario pertinentes in nostras munitiones vel in loco, que vulgariter vriheyt dicuntur, dominis suis invitis nullatenus recipiemus. Item si aliquem de nostris coniuratis aliquo infortunio vel ratione excessus profugum fieri contigerit, una pars de nostris partibus, ad quam confugerit, ad spatium sex septimanarum ipsum manutebit[1]) et nullus res suas, si quas in civitatibus vel extra habuerit, infra dictum terminum sibi usurpabit. Item omnes in ecclesiis, civitalibus, opidis et dominiis nostris commorantes, ministeriales, milites et famuli videlicet, fidem dabunt et fide data promittent, burgenses vero et domorum hospites et omnes, qui vulgariter silfmunnich dicuntur, necnon omnium presentium successores pro tempore iurabunt predictam confederationem, quamdiu in nostris terminis manserint et manere voluerint, se firmiter servaturos. Item istam confederationem nullus nostrum infringere poterit, nisi de communi consensu infringatur. Ut autem hec inviolabiliter et perpetuo observentur, presentem paginam super premissis iussimus conscribi et venerabilis viri domini Volquini electi et ecclesie Mindensis necnon reverende domine abbatisse et ecclesie Heruordensis ac nobilis viri comitis Ottonis de Rauensberg et civitatis Mindensis veteris et novi, opidorum Heruordensis et Bileuelth sigillis fecimus communiri. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LXXV°II., Idus Februarii.

[1]) manutebunt, manutebit *Or.*

Von den neun an Pergamentstreifen angehängt gewesenen Siegeln ist nur noch an 1. Stelle das Elektensiegel Volquins, wie Westf. Siegel II Taf. 52 Nr. 8, an 2. Rest vom Mindener Kapitelssiegel vorhanden. Gedr. Würdtwein, Subs. dipl. Bd. 11 S. 72.

1459.

Bischof Simon von Paderborn, Agnes und Simon zur Lippe gestatten dem Kl. Cappel einen Konversen zu vermiethen. Lippstadt 1277 April 1.

Nos Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus et tutor d(omini) Lipp(ensis), Agnes nobilis domina de Lippia et Symon eius filius omnibus hoc scriptum visuris. Notum esse volumus et publice

protestamur, quod nos dedimus plenam licentiam ecclesiae Capp(elensi) unum conversum sue ecclesie locandi in mansum quendam situm in Usne et in alia bona, que dicta ecclesia ibidem de nostro consensu comparavit, nihil ex eadem ecclesia vel bonis dictis servitii exacturos, vel iuris nobis vel nostris successoribus reservantes, nisi quantum servitii habemus vel iuris vel habere consuevimus in aliis curtibus, quas colunt vel inhabitant fratres sive conversi ecclesie (memorate?). Ut autem hec nostra donatio sive ordinatio stabilis maneat et illesa, presentem paginam nostris sigillis fecimus consignari. Actum et datum Lippe, anno Domini M°.C°C.LX°X. septimo, in capite Kalendarum Aprilis.

Nach Abschrift saec. XVII. im Fürstl. Lipp. Archiv zu Detmold. Reg. Lipp. Regg. 1, 241 Nr. 377.

1460.

Kl. Arolsen bekundet die Art der Bezahlung der in Dorlar angekauften Güter. Marsberg 1277 April 1.

Cum rerum gestarum lapsus temporum crebrius generetur oblivionem, consilio prudentum ea, que geruntur, scriptis et testibus expedit annotare. Nos ergo Arnoldus prepositus et conventus sanctimonialium in Aroldessen universis presentes litteras conspecturis cupimus notum fiat, quod mediantibus amicis suis et consulibus Montis Martis Lodewicus quondam monetarii filius uxore sua Hildegunda et liberis suis Hermanno et Cunegunde consentientibus ac fratrueles eiusdem Hermannus, Ioannes et Christina soror ipsorum cum assensu amicorum suorum et heredum pro bonis ipsis pertinentibus in Dorlare sitis, agris videlicet cultis et incultis, silvis, areis, pascuis, (aquis) et aquarum decursibus ecclesie nostre venditis viginti marcas legalium denariorum acceptaverint. Eadem bona cum omni sua integritate patrono pheodi, cum copiam sui habuerint, liberaliter resignaverunt, ecclesia vero nostra, prout in presentibus protestamur, prescriptam summam prefatis burgensibus in festo beati Bartholomei apostoli nunc instante solvere compromisit. In cuius solutione si negligens fuerit, eo termino decem moldra annone, quinque siliginis, quinque avene dictis bonorum venditoribus annuatim in oppido Montis Martis presentabit. Licebit autem prenotate summe solutionem in cathedra beati Petri nunc venturo et anno quolibet solvendo vel pro ea pretaxate annone pensionem annuam cogabat eisdem, addito, si prefixo tempore dimidia pars pecunie soluta fuerit, dimidia pars annone cedit ecclesie redimenda. Ne series huius rei possit retractari seu in oblivionem devenire, ad pleniorem evidentiam et memoriam premissorum presens scriptum et eius (tenorem) super eo confectum consensimus et nostro et ecclesie nostre ac civitatis Montis Martis sigillis in testimonium roborari. Testes huic ordinationi, cum fieret, astiterunt: Henricus Morell iudex, Henricus de Cultse proconsul, Albertus de Molhausen, Ioannes de Billinchusen et Henricus ac Theodericus fratres de Hoedenhusen, Henricus de Nutlon et Hermannus de Warberg, Wesselus Siginandi, Ioannes Hasso, Bertholdus Ruthgeri, Steffanus iunior et Hermannus de Bleikesen, consules Montis Martis, item Henricus de Capella, Bertholdus et Helwicus fratres de Huxaria, Conradus de Klingen, Nicolaus de Corbike et plures alii. Acta sunt hec apud Montem Martis, anno Domini M°.C°C.LX°XVI°I., in Kalendis Aprilis.

Nach Kopiar XVI. Jahrh. fol. 64 im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Vgl. Nr. 1462.

1461.

Beilegung eines Streites mit Kl. Bredelar wegen eines Hofes in Urdorp. *Wolfhagen 1277 April 4.*

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis vel audituris nos Arnoldus, Heydenricus, Iohannes et Arnoldus et Wernherus fratres filii Arnoldi de Sauenhusen notum esse volumus et publice protestamur, quod causa sive querimonia, quam abbati et conventui iu Breydelare movimus super quadam curte sita in Urdorp matri nostre sorori Appollonii militis, quam ratione dotis pro pingnore proposuimus obligatam, honestorum virorum consilio mediante per compositionem amicabilem est sopita, ita ut, quidquid iuris in ipsa curte et suis pertinentiis habere videbamur, in presentia domini Hermanni plebani in Wlfhagen dicto de Blomenstein et Iohannis militis de Elfenberg et presentibus consulibus

Lippische Landesbibliothek Detmold

in Wlfhagen: Conrado de Scutteberg magistro consulum, Heinrico molendinario, Herbordo, Reinboldo, Godefrido et ceteris multis penitus renuntiavimus unanimi voluntate, ut nec nos nec nostri posteri in predicta curte nec volumus nec debemus aliquid iuris nobis de cetero vendicare, volentes etiam conventui predicti monasterii in postmodum precavere, ne filii post nos nati aliqua occasione querimoniam contra iustitiam valeant innovare. Presens scriptum super nostra compositione tam favorabiliter ordinata conscriptum predicti plebani et Iohannis militis nec non et opidanorum in Wlfhagen sigillorum munimine supplicavimus roborari. Datum et actum in Wlfhagen, anno Domini M°.C°C°. septuagesimo septimo, dominica qua cantatur Quasi modo geniti. Testes sunt Hermannus clericus dictus Bittersole, Wernherus de Elfenberg, Conradus de Doringenberg, Rodengerus de Lare, Iohannes dictus Wiltflech[1]), Conradus de Fritteslaria, Hermannus de Biuange et alii quam plures. Testificamur omnes etiam, quod pecunia ipsis promissa est integraliter persoluta.

[1]) so *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 111. An Pergamentstreifen Siegel 1) spitzoval, Maria mit dem Kinde, darunter betende Figur, Umschrift: S. Hermanni plebani de Scuzberg *(die Kirche des jetzt wüsten Schützeberg bei Wolfhagen war die Mutterkirche für W. Vgl. Landau, Wüste Ortschaften S. 178). 2) an dritter Stelle Bruchstück des Siegels der Stadt Wolfhagen. Nr. 2. ist abgefallen.*

1462.

Graf Otto von Everstein und die Söhne seines Bruders Albert: Berthold, Friedrich und Otto übertragen ihr Eigenthumsrecht an den Gütern in Dorlar, *welche Ludwig, Sohn des Münzers (in Marsberg), seine Frau Hildegard, ihre Kinder Hermann und Kunegunde, seine Oheime Hermann und Johannn und deren Schwester bisher besessen haben, dem Kl. Arolsen. 1277 April 5.*

Testes sunt: Theodericus de Medrike, Iohannes de Brobyke, Iohannes divinorum in Wormelen[1]), Ernestus de Howede, Conradus de Paderborne, Werhardus de Eringen, Luttolfus de Witmare, Ludolfus Balistarius, Dethmarus Goden, Godefridus, Reinbernus de Helsen.

[1]) *So Druck, wahrscheinlich fehlt* provisor; *eine Kopie hat nach Druck* Volgmersen.

Gedr. Spilcker, Everstein UB. Nr. 170 nach jetzt nicht auffindbarem Or. Ludwig und seine Verwandten hatten die Güter an Kl. Arolsen verkauft. Vgl. Nr. 1460. Die Frau Ludwigs heisst in Nr. 1460 und unten Nr. 1484 Hildegund.

1463.

Bischof Simon von Paderborn verbündet sich mit den Genannten gegen Erzbischof Siegfried von Köln. Deutz 1277 April 7.

Nos Simon Dei gratia Paderburnensis episcopus et tutor domini Lippensis, Heinricus Landgrauius, dominus Hassie, Willelmus Iuliacensis, Willelmus primogenitus eius, Adolfus de Monte, Heinricus frater eius, Godefridus Seynensis, Otto de Nassowe, Engelbertus de Marcha et Euerhardus filius eius, Godefridus de Arnesberg et Ludewicus filius eius, Theodericus dictus Lůf de Cleue, Heinricus et Iohannes de Sponhem, Heinricus de Kesle, Willelmus de Salmis, Heinricus de Virneburg, Fredericus de Retberg, Otto de Thekeneborg, Theodericus de Limburg, comites; Theodericus de Heymerberg, Heinricus de Isenburg, Gerlacus et Ludewicus filii sui, Bertoldus et Bertoldus de Buren, Walramus de Valkenburg, Rimbertus de Virneburg, Otto de Waldecke, Simon de Lippia et Otto de Wickerode, Fridericus et Henricus fratres de Ripersceit, notum facimus universis, quod consideratis adversitatibus, que ex multis causis multociens oriuntur, ad confederationis vinculum cum fidei datione strinximus manus nostras, et sub eadem fide promisit et se obligavit quilibet nostrum alteri assistere et prestare auxilium patenter ad defensionem iuris sui contra venerabilem dominum archiepiscopum Coloniensem in guerra presenti et alios iniuriatores et invasores nostros quoscumque, ita quod nec treugas nec compositionis formam inibimus aliquo de nobis confederatis excluso vel quomodolibet pretermisso. Si vero pro tempore inter predictum archiepiscopum et nos universaliter concordiam contigerit ordinari, et sepedictus archi-

episcopus vel quicumque alius unum vel plures ex nobis confederatis hostiliter invadere voluerit, nos eidem vel eisdem astabimus contra talem vel tales invasores consilio et auxilio bona fide, fraude et dolo exclusis, ad quindenam, postquam ab eo vel ab eis fuerimus requisiti. Et sciendum, quod ab huiusmodi confederatione serenissimum dominum Romanorum regem exemptum esse volumus et exclusum. Adiectum est etiam, quod, si aliquis ex nobis in dicta confederatione negli(g)ens inventus fuerit contra ipsam veniendo temere, contra talem tanquam fidei et honoris violatorem hostiliter unanimiter insurgemus. Ut autem universa et singula predicta roboris habeant firmitatem, litteras presentes conscribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Acta sunt hec apud Thuicium, anno Domini M°.C°C.LX°X. septimo, proxima feria quarta post dominicam, qua cantatur Quasi modo geniti.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln. Von den 35 an Pergamentstreifen angehängten Siegeln fehlen Nr. 3 und 4 (die beiden Wilhelm von Jülich), 9, 10, 11 (Engelbert und Everhard von der Mark und Gottfried von Arnsberg), 15 (Johann von Sponheim), 23, 24, 25 (die drei Isenburger), von den übrigen nur noch Bruchstücke vorhanden. Da Bischof Simon im Juni starb, kann hier Kölner Datirung nicht in Betracht kommen. Schaten erwähnt die Urk. zu 1276 und Meyer sucht in Wigand, Archiv VI, 102 ebenfalls die Richtigkeit des J. 1276 nachzuweisen, aber mit Unrecht. Gedr. Fischer, Geschlechtsregister der reichsständischen Häuser Isenburg, Wied und Runkel (Mannheim 1778) UB. Nr. 78; Kremer Akademische Beiträge III, 150 Nr. 133; Lacomblet UB. II, 700. Reg. Lipp. Regg. I, 241 Nr. 378.

1464.

Kl. Schildesche verkauft dem Mindener Domkapitel eine Reihe Besitzungen. Schildesche 1277 April 8.

Heinricus prepositus, Lutgardis decana totusque conventus ecclesie Scillescensis[1]), Paderbornensis[2]) diocesis, ad certitudinem presentium et memoriam futurorum. Cum res gesta commendatur litteris, universa calumpnie prevenitur materia, ne prestetur litis occasio successori. Sane innotescere cupimus universis, quod nos bona et possessiones infra scriptas cum proprietatibus, usufructibus et omnibus attinentiis suis capitulo ecclesie Mindensis pro centum[3]) marcis gravium denariorum pari voto, consensu et unanimi voluntate vendidimus perpetuo possidendas, quos denarios memoratum capitulum nobis per suum nuntium ad hoc deputatum numeravit et tradidit et nos pro pagatis habemus de ipsis recognoscentes et protestantes supradictam pecuniam in utilitatem ecclesie nostre Scillescensis predicte fore conversam et eundem emptionis contractum celebratum fuisse, ut ecclesia nostra meliora prospiceret et possessiones utiliores, viciniores et commodiores comparare valeret cum pecunia sepedicta. Possessiones vero, quas vendidimus sunt hee: Due domus in Colete, una domus in Eckhorst, una domus in Uflen, una domus in Herdinghus, una domus in Brenderdinghusen, una domus in Reme, mansus unus in parochia Eysberge, qui solvit tres solidos leves, molendinum unum in Elfflede cum omnibus attinentiis, proprietatibus, usufructibus, silvis, pratis, pascuis, piscaturis, aquarum decursibus et iuribus universis possessionum ipsarum. Renuntiamus etiam exceptioni doli mali, non numerate pecunie, restitutioni in integrum, iure minoris, et quod pretium venditionis in utilitatem ecclesie conversum non fuerit et omni iuris auxilio canonici seu civilis, generalis vel specialis, consuetudinis vel privilegii, per quod nos vel nobis succedentes possemus imposterum contravenire et contractum predictum rescindere et per quod antedictum Mindensis ecclesie capitulum ledi posset, circumveniri, decipi vel fraudari. Et ad evidentissimam huius rei certitudinem prepositi et ecclesie nostre sigilla presentibus duximus apponenda. Datum Scillisce, feria quinta post dominicam Quasi modo, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo.

[1]) Scillest. *Druck; so immer.* [2]) Parderb. *Druck.* [3]) centium *Druck.*

Gedr. Würdtwein, Subsidia dipl. Bd. 11 Nr. 54. Der Verkauf der Besitzungen in Heddinghosen *(statt* Herd. *im Druck) und in* Colete *seitens Schildesches an Minden wird auch in einer Urk. des Mindener Domkapitels, worin ein Theil an das Stift St. Martini in Minden überlassen wird, erwähnt. Urk. von 1278 Juli 28. Fstth. Minden Nr. 48.*

1465.

Widukind von Cigenberg resignirt dem Kl. Hardehausen eine Hufe bei Mittel-Zwergen. 1277 April 15.

Nos Widekindus dictus de Cigenberg recongnoscimus et notum esse cupimus omnibus Christi fidelibus omni iuri, quod habuimus vel quod nobis competere videbatur in manso sito apud Middelsten Duerigen et eius pertinenciis, quem conventus monasterii Hersuidehusen possedit proprietatis titulo multis annis, quem etiam Iohannes de Helkersen miles a nobis in pheudo asseruit se habere, ipsius mansi resignatione facta ad manus nostras a milite supradicto nos ob Dei reverentiam et ad proborum virorum amicorum nostrorum instantiam libere renunciasse. Actum et datum Geismarie, presentibus Tiderico vicepreposito, Tiderico plebano, Bertoldo Euerhardi et Conrado de Gandera, canonicis Geismariensibus, Arnoldo de Godenburg milite ac eius filio, Gozwino de Osterhosen, Conrado de Ellenhosen, Hermanno Scultheto et Henrico fratre suo, Arnoldo et Hildebrando de Gandera, Tetmaro de Lippoldesberg, civibus Geismariensibus, Hedenrico de Bunninchem et Conrado dicto Poledin testibus ad hoc rogatis specialiter et vocatis, anno Domini M°.C°C.LXXVI°I., XVII°. Kalendas Maii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 190. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Ueber die fünf mittelalterlichen Ortsnamen von Zwergen vgl. Landau, Wüste Ortschaften, 27.

1466.

Das Paderborner Kapitel genehmigt den Verkauf einer Reihe von Gütern des Stifts Schildesche an das Mindener Kapitel. Paderborn 1277 April 16.

Otto Dei gratia prepositus, Henricus decanus totumque capitulum ecclesie Padeburnensis honorabilibus viris decano et capitulo Mindensi salutem in Domino sempiternam. Emptionis contractum, quem iniistis cum ecclesia Scillescensi, nostre Paderbornensis diocesis, de quibusdam possessionibus, quas ab ecclesia memorata sicut in carta super hoc confecta plenius continetur, (comparastis), gratum habemus et ratum et super eadem ratihabitione nostras patentes litteras signatas sigillo ecclesie nostre vobis duximus concedendas. Datum Paderborne, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, feria sexta post Dominicam Misericordia Domini etc.

Gedr. Würdtwein, Subsidia dipl. 11 Nr. 55. Vgl. Nr. 1464.

1467.

Reinhard Gogreve bekundet den Empfang von 37 Mark für ein an Stift St. Martin in Minden verkauftes Gut in Dehme. Herford 1277 April 23.

Reynhardus gograuius Heruordensis. Omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, innotescat, quod decanus et capitulum sancti Martini Mindensis pro curte in Dhem cum suis attinentiis michi et filiis meis triginta septem marcas denariorum Osnaburgensium persolverunt. Et postquam ego cum filiis meis ipsam canonicis ipsius ecclesie sancti Martini resignaveram, Hermannus miles consanguineus meus, qui vocatur Gograuius, cum uxore sua Mechthilde ac filiis suis Iohanne et Hermanno, Henrico et Reynero ac filiabus suis Bertrade, Margareta, Hildegunde, Conegunde, Mecthilde[1]) et Gertrude in manus Arnoldi custodis et Rodolfi canonici ipsius ecclesie resignavit. Renunciaverunt etiam predicti Hermannus et uxor sua et eorum filii iuri, si quid eis competebat in ipsa curte, immo protestabantur, quod nichil iuris ipsis competebat in ea. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Nos Hermannus ac uxor et filii predicti predictam resignationem protestantes, quia sigilla propria non habemus, sigillo ipsius Domini Reynhardi contenti sumus. Actum Heruordie, anno Domini M°.C°C.LX°XVI°I., in die Georgii.

[1]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Martin Minden Nr. 4. An vom Or. eingeschnittenem Pergamentstreifen verletztes dreieckiges Siegel Reinhards, schraffirter Balken; Umschrift: S. (Rei)nher.... Gogr.... *Die Kaufsumme betrug 40 Mark: vgl. oben Nr. 1434 f.*

1468.

Heinrich gen. Megedevelt verzichtet zu Gunsten des Kl. Hardehausen auf einen Platz in Gross-Daseburg. 1277 Mai 1.

Noverint universi, ad quos presens scriptum pervenerit, quod ego Henricus dictus Megedevelt, Claricia uxor mea et Hermannus filius meus et omnes mei certi heredes renunciavimus omni actioni sive controversie, quam movimus contra conventum in Herswidehusen ratione cuiusdam aree, site in maiori Dasborch iuxta piscinam in australi parte, ipsi conventui pertinentis, propter Deum et eiusdem conventus instancias efficaces. Et hoc pleniter ostendimus in hiis scriptis, quod ipse conventus antedictus in eadem area sua in omni profectu suo et commodo libere suam faciat voluntatem absque nostri contradictione. Cuius rei testes sunt: dominus Hermannus dictus Speculum et dominus Eckebertus frater ipsius, Stephanus de Valkenberg, Gozwinus de Osterhosen. Quod ut ratum permaneat et inconvulsum, scriptum presens, quia sigillo proprio caremus, inpetravimus sigillo domini Hermanni predicti subarrari. Datum et actum anno gratie Domini M°.C°C.LX°XVI°I., in die apostolorum Philippi et Iacobi.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 191. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1469.

Ritter Arnold von Gudensberg verkauft drei Haustätten mit daraufstehenden Häusern zu Volkhardinghausen dem dortigen Kloster. 1277 Mai 2.

Humane nature continua corruptio successivam futuris ingerit oblivionem, nisi presentium actio quivis ipsorum memorie per scripti testimonium deferatur. Hinc est, quod nos Arnoldus dictus de Godenborc libere condicionis miles notum esse volumus presentibus et futuris, quod de benivolo[1]) consensu uxoris nostre Hildeburgis nec non filiorum nostrorum, videlicet Arnoldi, Everhardi, Iohannis, tres areas cum domibus superpositis sitas in villa Volchardinchusen videlicet Gertrudis, Wernheri, Gotdefridi Opilionis et Godefridi de Capelle ad nos legitime devolutas vendidimus ecclesie sancti Iohannis in Volchardinchusen et conventui eidem sanctimonialium pro summa trium marcarum legalium denariorum duobus solidis exceptis titulo proprietatis perpetuo possidendas, renunciantes stipulando omni iuri, si quid in ipsis habuimus, prout renunciandi moris est et iuris, obligantes et nos ad omnem warandiam, prout iuris ordo postulat et requirit. Et hoc facimus cuiuslibet excluso privilegii beneficio. Ne autem quisquam nostrorum successorum hoc infringere presumat, presens scriptum nostri sigilli munime roboramus. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LX°XVI°I., sexto Nonas Maii. Huius rei testes sunt: dominus C(onradus) prepositus, dominus Io(hannes) de Osterhusen, dominus Gyselerus de Scherve, fratres: Godefridus, dominus Widekindus de Lutterbike, Hermannus Bittersole, Heinricus Calcar laicus et alii quam plures clerici et laici.

[1]) bennivolo *Or.*

Or. im Fürstl. Waldeck. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen plattgedrücktes dreieckiges Siegel, die von einander abgekehrten Adlerrümpfe über drei durch Gitter verbundene Balken.

1470.

Beilegung eines Streites zwischen Dietrich Scof und Kl. Bredelar wegen Oesdorf. Heddinghausen 1277 Mai 17.

Res geste scriptis utiliter annotantur, ne lapsu temporis a memoriis hominum elabantur. Igitur ego Theodericus miles dictus de Mederike universis presentes litteras inspecturis duxi intimandum, quod actus sive querimonia, quam Theodericus dictus Scof, filius Iohannes militis cognomento Scof, movebat abbati et conventui in Breydelare super duobus mansis sitis in Ostincdorp, per compositionem amicabilem est sopita, ita videlicet, quod idem Theodericus et uxor sua Alheydis et Iohannes filius, Beatrix et Hadewigis filie ipsorum et heredes eisdem agris et omni iuri, quod in ipsis se habere dicebant, acceptis decem et octo solidis denariorum a conventu predicti monasterii bona renuntiaverunt voluntate, assignantes eosdem mansos predicto monasterio cum omni integritate pacifice possidendos,

nec ullam per eos vel per aliquos nomine eorum de sepedictis mansis impetionis molestiam sustinere. Huius compositionis et renunciationis presenti scripto meo sigillo firmato verissimum perhibeo testimonium cum ceteris testibus, quorum nomina sunt subscripta: Alexander cellerarius, Henricus conversus in Breydelare, Elgerus et Gerlacus fratres dicti Dickeber, Rudolfus de Swiderinchusen, Lodewicus Longus de Esbike, Iohannes dictus Wiltfleth et alii quam plures. Actum anno Domini M°.C°C.LX°X septimo, in Heddinchusen, in crastino pentecostes.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Dalheim Nr. 35. An blauweissen geflochtenen Leinenschnüren kleines dreieckiges Siegel mit Fischangel.

1471.

Bischof Simon von Paderborn bekundet eine Schenkung des Edlen Hermann Birkule und seiner Verwandten von Kalenberg an Kl. Willebadessen. Kleinenberg 1277 (vor Juni 1).

Simon Dei gratia Paderbornensis episcopus omnibus hoc scriptum visuris in perpetuum salutem in Domino. Quoniam ab interitu mortalium vive vocis deficit probatio, provide conservatur auctorum veritas instrumentis. Hinc est, quod scire cupimus tam presentes quam posteros universos, quod Hermannus nobilis dictus Bercule et eius consanguinei Iohannes miles et Hermannus fratres de Kalenberch in nostra presentia constituti proprietatem, quam habuerunt in quibusdam bonis Albachtessen sitis, ecclesie et conventui in Wilbodessen de consensu heredum suorum contulerunt cum ipsis bonis perpetuo possidendam. Et ut predicta collatio sive donatio perpetualiter inviolabiliter perseveret, presens scriptum nostro, predicti Hermanni nobilis et prefatorum fratrum Iohannis et Hermanni de Kalenberch sigillis in testimonium extitit sigillatum. Testes etiam ad hoc rogati aderant, quorum nomina subnotantur: Albertus comes de Everstene, Albertus et Herboldus fratres de Amelungessen, Ludolfus Marscalcus, Albertus de Lutersen, Fredericus de Harehusen, Henricus de Osterhusen, Bernardus de Dalwich, milites; Thetmarus et Giselerus presbyteri in Wilbodessen, Albertus clericus, Albertus, Thidericus et Iordanus, conversi in Wilbodessen, Bertoldus dictus Schilder, Hogerus et alii quam plures. Actum et datum Clenenberch, anno Domini M°.C°C.LX°X.VI°I.

Nach Abschr. Overhams in Coll. V p. 68 und I p. 57 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel; Reg. im Kgl. St.-A. Münster Msc. I, 242, 63 mit Datum VII. Idus Augusti, *während B. Simon im Juni starb.*

1472.

Testament Bischofs Simon von Paderborn. Lippstadt 1277 Juni 5.

Symon Dei gratia Paderbornensis episcopus notum facio et dico protestando, quod[1]) positus in extremis, ordinans de rebus meis nomine testamenti, errores meos recognoscens et eos, in quantum potui[2]), revocans et corrigens, bona puerorum cuiusdam civis Lippensis dicti Widego dimisi tali conditione libera, ut fructus dictorum bonorum tam diu recipiant, quam diu ego recepi eosdem. Si vero aliquis successorum meorum ea bona impetere velit, faciat iure suo. Preterea comitisse de Paderborne dabuntur a successoribus meis sexaginta marce, quas sibi adhuc non solvi de comitia Paderbornensi, ut tenebar, aut eadem comitia detinetur minus iuste. Item decima Pomecen pertinuit et pertinebit ecclesie Pomecen, quam decimam diu recepi minus iuste. Preterea decimas in Nigenhus, in Nihem, in Stenhem, in Schunen, in Malrede et quascumque ecclesia sancti Petri Paderbornensis temporibus predecessorum meorum habuit, recognosco eidem ecclesie de iure[3]) pertinere, et si aliqua de hiis recepi, feci contra iusticiam atque Deum. Item si quas exactiones feci in bonis dominorum maioris ecclesie et aliarum ecclesiarum Paderbornensis diocesis, recognosco me minus iuste fecisse, nec de cetero faciam. Preterea si quas exactiones feci in cerocensuales quarumque ecclesiarum Paderbornensis diocesis, feci contra iusticiam atque[4]) iniuste. Recognosco etiam, quod pauperes ministeriales gaudebunt eo iure, quo divites, et si quod contra eos aliud[5]) feci, iniuriose feci. Preterea in restaurum decime in[6]) Eldessen, quam vendidi, do et assigno curiam in Weregehusen et curiam iuxta illam sitam ecclesie

Herstelle, cui pertinebat decima supradicta, una vero curia redimenda est pro duodecim marcis. Recognosco etiam sub attestatione extremi iudicii, quod litteram, quam civibus Paderbornensibus dedi, eam invitus, dolens et coactus[7]) eorum ius continentem, ut dicunt, dedi, sed eam dedi, ut maius periculum vitaretur, scilicet destructio terre. Hanc protestationem sive recognitionem, ut ad notitiam successorum meorum perveniat et predicta evitent, sigillo meo sigillavi. Actum et datum Lippie, anno Domini M°.C°C.LX°XVI°I., ipso die Bonifacii.

[1]) *Fehlt hier bei B und folgt erst vor* bona. [2]) potui *fehlt B.* [3]) de iure *fehlt B.* [4]) *B* et. [5]) aliud contra eos *B.* [6]) in *fehlt A.* [7]) invitus et coactus et dolens *B.*

Or. in zwei Ausfertigungen (A und B) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 288. An einer Ausfertigung nur Bruchstücke vom Siegel B. Simons in rothem Wachs an rothgelben Seidenfäden, an der andern an Pergamentstreifen in grünem Wachs. Bischof Simon starb zwischen 5. u. 9. Juni. Ueber die Streitigkeiten zwischen Bischof und Stadt Paderborn, und den von ihm derselben ertheilten Freiheitsbrief ist sonst nichts bekannt. Ebenso fehlen Nachrichten über den Kauf der comitia. *Vgl. Nr. 419 u. ö. Ueber* Eldessen *vgl. oben Nr. 1447.* Schunen *gehörte zu dem von Kaiser Konrad i. J. 1031 der Paderborner Kirche geschenkten Gute Sandebeck und lag mit diesem im Wetigo (UB. II, 120). Nach dem Busdorfer Güterverzeichnisse (Zeitschr. IV, 130) gab das Dorf ebensoviel an Zehnten als* Sestincthorp *(Seyssedorp bei Steinheim (Lipp. Reg. III, 128 Nr. 21). Noch im J. 1366 kommt ein Hermann von Schunen als Notar der Edelherrn v. d. Lippe vor (Lipp. Reg. II, Nr. 1160). Nach Massgabe der Reihenfolge, in welcher Scunen in Urk. v. 1031 aufgeführt ist, hat das Dorf in der Feldmark der Stadt Steinheim gelegen.* Malrede *war im J. 1036 ein Vorwerk des bischöflichen Haupthofs Nieheim (UB. II, 127) und lag demnach in dessen Nähe (Ztschr. XXXVIII, 2, 107 u. 174). Im J. 1436 Jan. 2 belehnte Heinrich von Driburg, Domherr zu Paderborn, den Heinrich von Steinheim zu rechtem Mannlehn mit einer Hufe Landes* „gelegen to Malrede vor Nym". *(Abschr. v. Kindlinger's Hand in Corveyer Urkk. Abschr. Bd. I. in Besitz der Paderb. Abth. d. Ver.). Im J. 1569 belehnte der Fürstbischof von Paderborn den Jürgen von Oenhausen mit zwei Hufen zu* Lütken Malerde *„vor Nieheim gelegen" (Weddigen Paderb. Gesch. II S. 1027). Spancken.*

1473.

Elekt Konrad von Osnabrück verspricht, dem Paderborner Domkapitel binnen Jahresfrist 25 Mark zur Stiftung eines Jahresgedächtnisses für seinen verstorbenen Oheim, den Paderborner Bischof Simon, zu zahlen. Paderborn 1277 Juni 9.

Conradus Dei gratia Osnaburgensis ecclesie electus. Notum facimus et recognoscimus per hoc scriptum, quod nos honorabilibus viris preposito, decano et capitulo Paderbornensis ecclesie fide prestita corporali promisimus viginti quinque marcas denariorum legalium infra annum et diem sine difficultate qualibet persolvendas, cum quibus denariis comparabuntur bona prefato capitulo perpetuo retinenda, ut in eadem Paderbornensi ecclesia memoria venerabilis patris et domini Simonis quondam Paderbornensis episcopi avunculii nostri perpetualiter in anniversariis suis annis singulis et alias modo consueto et debito peragatur, sigillantes hanc litteram sigillo nostro in testimonium predictorum. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°X.VI°I., feria quarta post Bonifacii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 289. An Pergamentstreifen Bruchstück vom Elektensiegel des Osnabrücker Elekten, Brustbild des h. Petrus mit Schlüssel in der Hand, unterhalb knieende Gestalt, wie Westf. Siegel II, Taf. 52 Nr. 4, aber ohne Rücksiegel.

1474.

Äbtissin Ermengard von Heerse überlässt das Eigenthum der von ihrem Kloster zu Lehen gehenden Güter in Eissen dem Kl. Hardehausen. 1277 Juni 13.

Ermengardis Dei gratia Hersensis ecclesie abbatissa universis hoc scriptum visuris in Domino salutem. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum tenore huius pagine declaramus, quod

Heinfridus de Eisne et sui heredes in nostra presencia constituti bona sua in villa Eisne sita cum omnibus suis pertinentiis, nichil penitus excipientes, que idem Hein(fridus) de manu nostra in pheudo tenuerat, religiosis viris domino .. abbati et conventui in Hersuedehusen tam pro animarum suarum remedio quam etiam restauro temporalium ex libero arbitrio contulerunt hereditario iure in perpetuum possidenda, resignantes in manus nostras eadem bona, ut ipsorum proprietatem dicto conventui conferremus, et renunciaverunt omni iuri seu gratie, si qua eis in posterum quocunque modo competere videretur. Nos itaque ad utriusque partis rogatum dicto monasterio eorundem bonorum proprietatem consilio et consensu nostri capituli accedente contulimus, ut nobis fiat recompensatio ipsorum qualitas meritorum. In cuius donacionis recognicionem dictus conventus unam libram cere ad ecclesie nostre luminaria annis singulis in festo beati Michaelis persolvet. Testes aderant: frater Rodolfus prior dicti conventus, Ludolfus et Herbertus nostre ecclesie canonici, Ludolfus noster notarius et Conradus clericus et alii fidedigni. Super quo presens scriptum nostro nostrique capituli sigillis fecimus communiri. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo LX°XVI°I., Idus Iunii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 192. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab.

1475.

Graf Heinrich von Sternberg und sein Sohn Hoyer übereignen auf Bitten des Meisters Widukind vom Templerorden dem Kl. Vlotho den ihnen von den Herzögen von Braunschweig verliehenen Besitz eines Hauses in Hepelinctorpe *im Kirchspiel* Silikessen *(Silixen). Sternberg 1277 Juni 23.*

Gedr. Ledebur, Archiv XVIII, 235. Reg. Lipp. Regg. I, 242 Nr. 379.

1476.

Die Grafen Adolf und Albert von Schwalenberg eignen dem Kl. Marienmünster die Vogtei über zwei Höfe. Schwalenberg 1277(?) Juli 6.

In nomine sancte et individue[1]) trinitatis. Nos Adolfus[2]) et Albertus Dei gratia comites in Swalenberge[3]) omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino. Quoniam ea, que aguntur in tempore, cum temporis lapsu traduntur oblivioni, nisi scriptis et sigillorum testimonio roborentur, noverint ergo tam presentes quam futuri, quod nos ad instantiam venerabilis fratris nostri Volquini Myndensis episcopi et fratris nostri domini Guntheri et dilectionem domini Henrici, venerabilis abbatis monasterii sancte Marie prope Swalenbergh, una cum matre nostra Ermengarde et uxore nostra Alheide advocatie quam habuimus in curtibus[4]) eiusdem ecclesie, videlicet Hechusen et Swideressen, propter Deum et dilectionem personarum predicte ecclesie omnino renunciamus ipsamque advocatiam cum omnibus gravaminibus eiusdem ecclesie fratribus libere et quiete conferimus perpetuo possidendam; volentes, quod ad communes usus universis ibidem Deo servientibus et ad meliorem vite sustentationem fructus exinde augeatur prebendarum. Ne quis vero huius rei contradictor existat, presentem paginam cum appensione sigillorum nostrorum fecimus communiri. Testes huius rei sunt: Bertoldus plebanus in Swalenbergh, Tidericus et Burchardus, milites; Bertoldus, Wernerus, Fridericus, officiales comitum. Acta sunt hec in opido Swalenbergh, in octava apostolorum Petri et Pauli, anno Domini M°.C°C.LXXII°II.

[1]) *Fehlt B.* [2]) Adolffus *B*, Adolphus *C.* [3]) Swalenberg *C, so immer.* [4]) curtis *B. u. C.*

Aus Msc. I, 129 fol. 33 (B) und VII, 4512 p. 68 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Ueber die Schwierigkeit der Datirung (1274 war Otto Bischof v. M.) vgl. Ztschr. XLVI, 2, 176 ff.; Zu Hechusen *und* Swideressen *oben Nr. 1081.*

1477.

Graf Ludwig von Everstein giebt mit Einwilligung seiner Söhne Albert und Ludwig dem Kloster Willebadessen Güter in Overde *u.* Albachtessen. *Holzminden 1277 Juli 21.*

Ludowicus Dei gratia comes de Everstene omnibus hanc litteram visuris in perpetuum. Notum esse cupimus et presentibus protestamur, quod nos de consensu filiorum nostrorum Alberti et Lodewici

et omnium aliorum heredum nostrorum nunc natorum et adhuc nasciturorum tres mansos, unum in Overdhe et duos in Albachtessen sitos, conferimus conventui sanctimonialium in Wilbodessen cum omnibus iuribus suis et attinentiis libere et quiete perpetuo possidendos. Ne autem hanc donationem nostram in posterum aliqui successorum nostrorum infringere audeant vel presumant, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Et ut proprietatem predictorum bonorum prefatus conventus ab ecclesia Maguntinensi obtinere valeat, eidem ecclesie Maguntinensi feodum presentibus litteris resignamus, Ut vero hec per omnia rata permaneant, frater noster comes Otto et avunculus noster comes Ludolfus de Dasle ad petitionem nostram sigillorum suorum appensione presens scriptum etiam roborarunt. Testes huius facti sunt: comes Adolfus de Sualenberge, dominus Iohannes plebanus de Oldendorpe, dominus Heinemannus dapifer de Everstene, frater suus, dominus Cono, dominus Conradus de Paderborne, dominus Albertus de Aldenborch, dominus Iohannes de Vrenke, dominus Albertus Burch, milites; Henricus Reboch, Henricus de Boffesen et alii quam plures. Datum Holtesminne, anno Domini M°.C°C.LX°XVI°I., in vigilia Marie Magdalene.

Nach Libri Varior. Bd. IV. der Theodorian. Bibl. in Paderborn; Overhams Collekt. I, 56 im Herzogl. Braunschw. Hauptarch. zu Wolfenbüttel; Spilckers Handschriften Bd. 17 p. 51 in Bibl. des Histor. Vereins zu Hannover. Unvollst. gedr. Spilcker, Everstein Nr. 171.

1478.

Graf Ludwig von Everstein bittet den Erzbischof von Mainz, das Eigenthum seiner Lehngüter in Ouerde *und* Albachtessen *dem Kl. Willebadessen zu übergeben. 1277 Juli 21.*

Venerabili domino suo sancte Moguntine sedis archiepiscopo Lodewicus comes de Euerstene obsequium tam debitum quam paratum. Excellencie dominacionis vestre tres mansos in Ouerde et in Albachtessen sitos, quos a vobis in pheodo tenuimus, resignamus, quia eosdem conventui sanctimonialium in Wilbodessen, dummodo a vobis proprietatem ipsorum obtineant, quiete et libere contulimus possidendos. Datum in vigilia Marie Magdalene, anno Domini M°.CC°.LXXVII.

Nach dem Willebadessener Kopiar f. 20 im Stadtarchiv Dortmund saec. XV./XVI.; Reg. im Kgl. St.-A. Münster, Msc. I, 242, 63. Vgl. die vor. Nr.

1479.

Die Edle Sophia zur Lippe stiftet für sich und ihre Angehörigen ein Jahresgedächtniss im Kl. Lippstadt. 1277 Juli 29.

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis vel eciam audituris nos Sophia nobilis domina Lippensis notum esse cupimus et presentibus publice protestamur, quod nos compos corporis et sensus nostri pro salute animarum nobilis viri Bernhardi quondam domini nostri Lippensis et omnium heredum nostrorum et nostre anime remedio dedimus et assignavimus donacione inter vivos discreto viro domino Lutfrido .. preposito Lippensi et devotis sororibus .. priorisse totique conventui monasterii sanctimonialium ibidem viginti marcas denariorum Lippensium in subsidium empcionis cuiusdam domus salinarie in villa Koten sita, quam dicti .. prepositus .. priorissa et .. conventus erga Berengerum dictum de Assepe pro quadam certa pecunie summa legitime comparabant, sicut in instrumento super hoc confecto et sigillo opidi Lippensis sigillato vidimus contineri, promittentes, quod contra premissam nostram donacionem non veniemus nec aliquis heredum nostrorum veniet aliquo ingenio sine causa. Ita tamen, quod dictus .. prepositus seu alter, qui in dicto monasterio pro tempore fuerit, una cum dictis .. priorissa et conventu commemoracionem animarum nostrarum annualem in vigiliis et missarum solempnitatibus celebrabunt. In cuius rei testimonium ac evidenciam pleniorem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum presentibus discretis viris Arnoldo .. camerario Lippensi, Iohanne

dicto de sancta Walburge, Herbordo et Arnoldo presbiteris, cappellanis .. prepositi memorati, et datum anno Domini millesimo ducentesimo LXX septimo, in crastino beati Pantaleonys.

Or. im Stiftsarchiv zu Lippstadt. Siegel an angehängtem Pergamentstreifen gut erhalten, wie Abbild. Lipp. Regg. I Taf. 1. Vgl. auch oben Nr. 648. Reg. Lipp. Regg. I, 242 Nr. 380, irrig zu Juli 27.

1480.

Agnes zur Lippe tauscht mit dem Grafen Friedrich von Rietberg Ministerialen. 1277 Juli 30.

Nos Agnes domina Lippensis ac Simon filius noster nobilis de Lippia universis tam presentibus quam futuris presens scriptum intuentibus notum esse cupimus et presentibus protestamur, quod nos Giseltrudim de Varensile uxorem Alberti de Velthus, nostram quondam ministerialem, ac eius pueros a iure ministeriali, quo nobis pertinebant, solutos et liberos dimisimus et in hiis scriptis dimittimus sub hac forma, quod ipsa Giseltrudis et eius pueri nobili viro domino Frederico comiti de Retberch ac suis heredibus eodem ministeriali iure, quo nobis antea pertinebant, ulterius sint astricti. Nos enim ab eodem domino F(rederico) nobili comite pro dicta Giseltrude ac eius pueris in concambium et in nostros ministeriales recepimus Engelradim uxorem Cesarii de Bochene, que dicti domini Frederici comitis de Retberch ministerialis extiterat, ac eiusdem Engelradis pueros exceptis duabus puellis, Gertrudi videlicet et Margareta. Quas duas sepe dictus dominus comes sibi in ministeriales iure pristino reservavit. Super hoc igitur concambio presentem paginam sigillorum nostrorum munimine confirmamus. Actum et datum anno Domini M°.CC°.LXX° septimo, in die beatorum martirum Abdon et Sennen, XIX. Kalendas Augusti.[1])

[1]) Abdon et Sennen *bezeichnet den 30. Juli:* XIX Kal. Aug., *gibt's gar nicht; statt* XIX, *welches deutlich im Or. steht, ist* III. *zu setzen.*

Or. des Gräfl. Rietberg'schen Archives im Besitz des Herrn Tenge zu Rietberg. An schmalen Pergamentstreifen zwei nur theilweise erhaltene Siegel von braunem Wachs: 1) Gestalt einer Frau, welche in der Rechten einen dreieckigen Schild mit der Lippischen Rose hält; von der Umschrift nur (Ag)neti(s) *erhalten. 2) abgebildet Lipp. Regg. I Taf. 18. Reg. Lipp. Regg. III, 9 Nr. 1503.*

1481.

Vergleich zwischen Albert v. Störmede, Vater u. Sohn, auf der einen und dem Paderborner Domkapitel auf der anderen Seite über die Ansprüche der v. Störmede auf Salzkotten, Erwitte und Mönninghausen. 1277 August 14.

In nomine Domini amen. Anno Domini M°.C°C.LX°XVI°I., in vigilia assumptionis beate Marie virginis super liberatione domini Alberti de Stormede et Alberti filii sui ordinationis et compositionis inter capitulum et Paderbornensem ecclesiam ex parte una et prefatos dominum Al(bertum) militem et suum filium Al(bertum) ac eorum consanguineos et amicos ex parte altera per fidem prestitam et iuramentum interpositum ab ipsis Al(berto) et eius filio et per osculum datum a domino decano nomine capituli et a domino Conrado milite dicto de Ethlen nomine omnium ministerialium et fidelium Paderbornensis ecclesie ex parte una et dominum Al(bertum) predictum ac suum filium nomine proprio et nomine omnium consanguineorum suorum ac amicorum forma inviolabilis ordinata extitit in hunc modum, quod prefati dominus Al(bertus) et suus filius renunciaverunt libere omni iuri, quod habebant vel quod se habere dicere poterant, in villicationibus Eruethe et Vilse ac in oppido Saltkoten cum eorum omnibus attinenciis. Item renunciaverunt libere omni questioni, quam habere possent sive vellent ex nunc super dampnis, que sustinuerunt in bonis suis et corporibus ipsi ac eorum amici post motam discordiam inter Paderbornensem ecclesiam atque ipsos. Item numquam de cetero reedificabunt castrum et oppidum Stormede nec unquam Paderbornensi ecclesie se opponent consiliis et auxiliis ullo modo, sed semper in obsequio eiusdem ecclesie constanter et fideliter permanebunt. Pariter etiam dominus Albertus predictus temporibus vite sue morabitur Paderborne vel Saltkoten vel in aliqua munitione Paderbornensi ecclesie attinente, nisi aliud sibi a domino Paderbornensi episcopo, qui pro tempore fuerit, de consensu

sui capituli de episcopali gratia concedatur. Item dominus Albertus sepedictus ac suus filius villicationem Munckehosen pro quadringentis marcis sibi obligatam taliter pro eadem summa habebunt, sicut venerabilis pater dominus Symon bone memorie Paderbornensis episcopus ipsis ypothece vel pignoris tytulo obligavit, nec capitulum Paderbornense ipsis erit in hoc casu ad aliquam warandiam obligatum, nisi . . .[1]) ipsa continent super eo et suis publicis instrumentis. Et postquam villicatio supradicta libe(ra)ta fuerit a predictis pro marcis quadringentis predictis, ex tunc manebit obligata Paderbornensi ecclesie pro trecentis marcis a Curbeiensi ecclesia redimenda. Et ut omnia supradicta perpetuo inviolabiliter observentur, predictus dominus Al(bertus) et suus filius fidem dederunt et iuraverunt observantiam predictorum, ipsa, sicut pretractatum est, per pacis osculum confirmando cum tali securitate, que orveda dicitur, perpetualiter observanda. Ad quorum observantiam ab ipso domino Al(berto) et suo filio tredecim milites ac famuli fideiussores sunt statuti, qui predicta omnia universi ac singuli datione fidei in solidum promiserunt, quorum nomina subnotantur, videlicet Bernhardus de Brakele, Godfridus de Huvele, Bernhardus de Hurde, Gotbertus de Dedilshusen, Gotfridus de Summere, tres fratres de Luthardessen Conradus, Hinricus et Albertus, Alradus Niger, Conradus de Hoden, Thidericus de Piscina, Rodolfus de Lyppia, Willekinus de Vernede, nichilominus promiserunt per fidem prestitam corporalem, quod, si omnia supradicta in toto vel aliqua sui parte fuerint violata, postquam ipsi dominus Albertus et suus filius commoniti emendam non fecerint competentem, extunc post quindenam ipsi fideiussores prefati moniti Paderbornensem civitatem secundum fidem militarem prestitam intrabunt nullatenus recessuri de ipsa, nisi violatio composita vel excessus fuerit emendatus. Nos Dei gratia prepositus, decanus et capitulum, ministeriales ac vasalli et fideles universi Paderbornensis ecclesie et Albertus miles de Stormede et Albertus natus eius ac ipsorum fideiussores supradicti presenti scripto publice protestamur omnia supradicta in universis ac singulis articulis, prout supradictum est, esse vera, quod per appensionem nostrorum sigillorum publice protestamur. Et qui sigilla propria non habemus, nos, qui sigilla presenti scripto (non)[2]) apposuimus, sigillis appensis contenti fuimus. Datum Paderborne, anno et die supradictis.

[1]) *Loch; es fehlt ein Wort, vielleicht* sicut, ipsa *ist unsicher.* [2]) non *fehlt in der Urk.*

Or. (zum Theil abgeblättert) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 290. Die elf an Pergamentstreifen angehängt gewesenen Siegel sind sammt Befestigung abgefallen. Gedr. im Auszuge Schaten ad annum u. Seibertz, UB. I, 380, vollständig Seibertz, UB. III, 1096 u. Quellen der westf. Gesch. II S. 478. Aus der Urk. geht hervor, dass damals Otto v. Rietberg noch nicht gewählt war.

1482.

Ritter Arnold von Gudensberg erklärt einen mit dem Kl. Volkhardinghausen früher geschlossenen Güterverkauf aufs neue für gültig. 1277 September 6.

In nomine Domine amen. Incerta presentium actio testimonio scripturarum exigit roborari, ne suggestione futurorum valeat aliquatenus irritari. Hinc est, quod nos Arnoldus de Godenborc miles dictus Magnus notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod de consensu uxoris nostre Hildeburgis et omnium heredum nostrorum Arnoldi, Everhardi, Iohannis, vendicionem legitime factam omnium bonorum per nos et per fratrem nostrum Io(annem) militem ecclesie sanctimonialium in Volchardinchusen nichilominus et obligationem presentium testimonio pro XXIII marcis legalium, quas proinde recepimus ab ipsa, ratificamus iterato, omni iuri advocatie, si quid habuimus, et bonorum venditorum et obligatorum, insuper et omni vexationi, quam prepositi et conventus per nos vel per nostros heredes possent habere, successive benivole[1]) renuntiantes et solute stipulando promittentes, nos et nostros heredes predictos nec in venditis iure seculari nec in obligatis iure spirituali actionem adversus ecclesiam predictam deinceps[2]) habituros. Excluso tantum, quod decimam in Iuncherenhagen cum quinque mansis, quos ecclesia sepedicta pro summa XXXX marcarum legalium detinet obligatas, si fortuna nobis vel nostris heredibus melius arriserit, pro summa prenominata facultas dabitur redimendi, obligantes nos

ut prius sponsione firmam solutionem bonorum eorundem iure spirituali vel seculari nullatenus requirendam. Ne autem quisquam huic ordinacioni contraire presumpserit, presens scriptum nostri sigilli munimine et cognati nostri domini (Gisonis, qui et) huic facto benivole[1]) cum omnibus suis heredibus consensit, duximus roborandum. Huius rei testes sunt: dominus H(ermannus) plebanus de Wolffhagen, Io(hannes) miles de Helffenberg, Hermannus Bittersole, Hermannus de Fabrica, Th. colonus, C. de Suceberc et alii quam plures. Datum anno Domini, octavo Idus Septembris, M°.C°C°.LXXVII.

[1]) bennivole *Or.* [2]) deincebs *Or.*

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Die eingeklammerte Stelle, durch Mäusefrass verletzt, aus ebenda befindl. Kopiar I fol. 103 ergänzt. An Pergamentstreifen 1) sehr verletztes Siegel Arnolds, von einander abgekehrte Adlerrümpfe über durch Gitter verbundene drei Balken; 2) abgefallen.

1483.

Ritter Giso von Gudensberg genehmigt Verkauf und Verpfändung gewisser Güter seitens seiner Verwandten an Kl. Volkhardinghausen. 1277 September 6.

Nos Gyso miles dictus de Godenborc recognoscimus et protestamur publice, quod de consensu uxoris nostre Alheidis et omnium heredum nostrorum, videlicet Wernheri, Ermengardis, Lutgardis, omnia bona sive feodalia sive proprietaria, que noster consanguineus dominus Arnoldus miles dictus Magnus et dominus Io(hannes) frater suus et eorum heredes ecclesie sanctimonialium in Volchardinchusen vendiderunt et nomine pignoris obligarunt, presentibus ratum et firmum promittimus habituros, libere renunciantes omni iurisactioni, quam nos et nostri heredes prenotati adversus ecclesiam predictam racione bonorum eorundem habere possemus successive. Ut autem huius resignacionis, ordinacionis, adibiti favoris robur stabile permaneant et a nostris posteris nequeat irritari, presens scriptum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Datum anno Domini M°.CC°.LXXVII., octavo Idus Septembris.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen verletztes Siegel des Ausstellers, das mit Schrägbalken belegte Schachbrett.

1484.

Ludwig Monetarius dictus de Monte Martis *bekundet Verkauf seiner Güter in* Dorlere *mit Einwilligung seiner Frau Hildegunde, seiner Kinder Hermann und nochmals Hermann, Christina und Kunigunde an Kl. Arolsen und Uebertragung des Eigenthumsrechtes seitens des Grafen Otto von Everstein an das Kloster. Volkmarsen 1277 September 8.*

Zeugen: Conradus de Paderborne, Thidericus de Medrike, Iohannes de Brocbike, Ernestus de Howede, Alexander de Escheberg, milites; consules oppidi Volcmarsen: Albertus de Brunhardessen, Henricus monetarius, Tidericus Rufus pistor, Hermannus faber, Iohannes de Wellede, Brunhardus, Henricus novus villicus, Henricus Nortmanni, Henricus de Brune, Alexander de Twiste, Eggehardus. *Dann:* Ludolfus de Osdagessen, Ludolfus Sagittarius, Rabodo de Brunhardessen, Gotfridus et Reinbernus dicti de Helsen, Hartradus, Theterus faber, Hermannus Doso, Thetmarus de Mengerinchusen, . . . Anshelmo de Engere iuditium ibidem tenente et Wiperto proconsulatum.

Gedr. mit Auslassungen Spilcker, Everstein UB. Nr. 172 (mit irrigem Datum) nach jetzt nicht auffindbarem Or. Vgl. oben Nr. 1460 u. 1462.

1485.

Schöffen und Rathmänner beider Städte Herford bekunden vom Kl. Fischbeck eine Hufe in Pacht zu haben. Herford 1277 September 14.

Omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, scabini et consules veteris ac novi opidorum Heruordensium rei geste perhennem memoriam. Sciant universi tam presentes quam futuri, quod venerabilis abbatissa Alheydis et conventus ecclesie Visbecensis, Mindensis dyocesis, nobis mansum unum in Selinctorpe sub annuo censu locaverunt ab eis perpetue possidendum ita, quod singulis annis dabimus

eis unam marcam denariorum Heruordensis monete de eodem mansu, omni dubio postposito semper in die beati Michahelis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum Heruorde, presentibus domino Engelhardo plebano in Wulen, Arnoldo et Hermanno ebdomedariis Heruordensibus, Seghenando capellano domine abbatisse Heruordensis, Godefrido plebano novi opidi, Iohanne de Hagen, Rothero de Quernhem, Arnoldo de Quernhem, Hinrico de Inferno, Iohanne de Rodewic, Friderico de Lenegheren, Arnoldo de Lenedhe et Friderico de Riuo et aliis quam pluribus probis viris et honestis. Anno Domini M°.C°C.LXX°VII., decimo octavo Kalendas Octobris, in exaltatione sancte crucis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift auf d. Berge zu Herford Nr. 13. Beide Siegel von Pergamentstreifen ab.

1486.

Elekt Konrad von Osnabrück tauscht für einen Zehnten in der Pfarrei Riemsloh von der Kirche zu Enger ein Haus ein. Osnabrück 1277 September 24.

Conradus Dei gratia electus et confirmatus ecclesie Osnaburgensis universis presentes litteras inspecturis in perpetuum salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quoniam ab interitu mortalium vive vocis deficit probacio, provide conservatur rei veritas publicis instrumentis. Noverint igitur universi, quod Hermannus de Hustede miles, Aleydis uxor sua, Gerhardus, Iohannes et Bernardus filii sui in nostra presencia constituti decimam Boninghen tam minorem quam maiorem in parrochia Rimeslo sitam, in manus Ernesti de Gesmele, a quo in feodo tenuerunt, libere resignarunt. Idem vero E(rnestus), Christina uxor sua, Bernhardus filius, Christina et Gertrudis filie sue dictam decimam, quam a nobis tenebant, in manus nostras libere et integraliter similiter resignarunt. Nos vero dilectis in Christo . . decano et capitulo ecclesie Angarensis decimam memoratam cum eius proprietate et cum omni iuris et fructuum integritate, quam pro nonaginta et octo marcis emerant ab eisdem, contulimus et conferimus per presentes litteras in modum permutacionis iure perpetuario perpetuo possidendam, recipientes ab eisdem decano et capitulo proprietatem domus Bulzeten in parrochia Bure site, quam Ernesto contulimus et ipse H(ermanno) militi contulit memorato iure feodali. Ne itaque dicta ecclesia ab aliquo in posterum super empcione ipsius decime et nostra collacione calumpniari valeat vel turbari, presentes litteras huius rei seriem continentes ipsi ecclesie dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Testes aderant: magister Iohannes notarius noster, Bernardus de Gesmele miles et Ludolfus filius suus, Bernardus de Beueren, Iohannes Ursus, Ludewicus et Ludolfus fratres dicti Haken, Henricus dapifer noster, Iohannes camerarius, Wluero de Dedichowe, Gerhardus Budde, Henricus de Aspelecampe, Suederus de Sledesen, Helembertus[1]) de Horst, Hermannus de Glosinchem et Gerhardus de Haddenhusen, milites; Gerhardus de Hůneuelde, Echardus de Borthusen et Hartbertus de Beren, laici, Henricus Hazzekinc, Euerardus filius Petronelle, Nicolaus Efflerus, Wichmannus de Visbike et Hermannus dictus Stacke, cives Osnaburgenses et alii quam plures laici. Actum et datum Osemb(urg), anno Domini M°.C°C.LX°X septimo, feria sexta ante festum beati Michahelis.

[1]) *Or.* Heleanbertus.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Johann u. Dionys zu Herford Nr. 22. An rothgelben Seidenfäden kleines Bruchstück vom Elektensiegel des Ausstellers, das Sekret mit dem Rade erhalten. Auf dem Umbug rechts anscheinend von derselben Hand halb ausgewischt: Ego, o Domine, quia, *wahrscheinlich Federübung. Auf der Rückseite von H. s. XV.* Bennyng.

1487.

Ritter Hermann gen. Marschall in Warburg verkauft dem Kl. Hardehausen einen halben Zehnten 1277 October 1.

Ad singulorum noticiam huius scripti tenorem intuentium volumus pervenire, et presentibus publice protestamur, quod nos Hermannus miles dictus Marscalcus in Wartberg cum uxoris nostre, omnium heredum et coheredum nostrorum mera et spontanea voluntate mediam decimam in Northeim, quam

ab ecclesia Paderbornensi tenuimus, religiosis viris domino .. abbati et conventui in Hirsuedehusen, pro centum marcis et tribus gravium et legalium denariorum cum omnibus suis attinenciis nichil penitus excipientes vendidimus tanquam rem iusto empcionis tytulo comparatam perpetuo possidendam. Verum tamen huius decime dimidietas dilecto fratri nostro Ludolfo militi suisque liberis pertinebat. In cuius dimidietatis reddibicionem ipsi fratri nostro ... dimidietatem decime in Husen et decem marcas (que) nobis de eadem decima principaliter debebatur, necnon ... in Holtheim reddidimus, eorum in hoc satisfacientes (omnimo)dis voluntati. Quam etiam decimam eiusdemque decime ius ... a dictis abbate et conventu requisiti ... nos, uxor nostra et heredes nostri, frater noster cum suis liberis videlicet Hermanno, Bernardo et Goswino in manus venerabilis domini ... resignamus cuiuslibet eorum ... dispendio ... a ... ato, ut sic omne ius nostrum a nobis resignatum in dictos abbatem et conventum plenariter transfundatur. Quam vero resignacionem, si quicquam ... emergente impediri contigerit, quod absit, dictus frater noster, (Conradu)s Spegel, Raueno de Papenheim et Gerhardus dictus Scultetus ... Iohannes de ... pro nobis pro huiusmodi resignacione facienda fide data promiserunt, opidum Warberg in ... fideiussorum tam ... quousque dicta resignacio effectum mancipetur. Hanc ... Conrado de Weten et ... porreximus ... tantes de hiis prestabit in omnibus warandiam. Facta autem resignacione presens ... faciemus pro ... vendicio gaudeat firmiter ... una cum fratris nostri sigillis fecimus stabiliri. Datum anno Domini (millesimo) C°C.LX°XVII, Kalendis (Octobris).

Or. (abgeblättert und zerstört) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen 189. Siegel und Befestigung fehlen. Das Monatsdatum ist unsicher.

1488.

Die Grafen Hermann und Hildebold, Brüder, Konrad, ihr Vetter, von Pyrmont geben mit Zustimmung des Erzbischofs Werner von Mainz dem Kl. Fredelsloh den Zehnten von Buggenhosen. *1277 October 17.*

Gedr. Wolf, Gesch. d. Geschl. von Hardenberg I, Nachtrag S. 8. Vergl. Böhmer-Will, Reg. Arch. Magunt. II, 401 Nr. 440 und Berichtigungen.

1489.

Edelherr Hermann von Ösede überweist näher bezeichnete, vom Hochstift Paderborn zu Lehn gehende Güter dem Grafen Otto von Ravensberg. 1277 October 27.

Hermannus nobilis de Osedhe omnibus presentia visuris salutem in omnium salvatore. Scripta et fides testium sueverunt facta futurorum hominum memorie commendare. Noverint igitur presentes et posteri non ignorent, quod nos, legitimis nostris heredibus de bona voluntate annuentibus, bona subnotata cum hominibus ratione bonorum nobis per omagium astrictis nobili viro domino Ottoni comiti de Rauensberg et legitimis heredibus suis assignavimus eodem iure, quo nos habuimus possidenda, bona scilicet, curiam Sutrimeslo, curiam Hoyle, curiam Kilvere, decimam in Werle, curiam Crevinctorp [1]) et indaginem ibidem, mansum in Sikere, mansum in Sibrachtessen et decimam in Vilsendorp. Hec predicta bona domino Ottoni comiti a manibus venerabilis domini Paderbůrnensis episcopi, quicunque fuerit, porrigentur, ipsis prius a nobis in manus domini comitis coram prefato episcopo resignatis. Testes aderant dominus Theodericus provisor ecclesie in Bileuelde, Iohannes et Renbertus fratres de Buske, Regenbodo Top et Henricus dictus Weneyt, milites, consules in Bileuelde tunc temporis existentes et alii quam plures viri honorabiles ac discreti. Ut autem huic facto fides adhibeatur in posterum, presens scriptum domino comiti dedimus sigilli nostri munimine roboratum. Anno Domini M°.C°C.LX°XVI°I., in vigilia apostolorum Simonis et Iude.

[1]) *Or.* Cvinctorp *mit* e *über* C.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Grafschaft Ravensberg Nr. 17. An Pergamentstreifen dreieckiges Siegel des Ausstellers. Gedr. Lamey, Ravensberg UB. Nr. 52. Reg. Gesch. v. d. Bussche Nr. 41.

1490.

Elekt Heinrich von Corvey vertauscht Ministerialen mit dem Stifte Essen. Brunsberg 1277 October 31.

Nos Heinricus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas electus Petronillam filiam Marsilii militis de Dorschede, ministerialem ecclesie nostre, damus in concambio pro Sophya filia domini Ludolfi de Witterike domine abbatisse et ecclesie in Essende, ita quod eadem Petronilla deinceps manebit ministerialis ibidem, ipsa vero Sophya eodem iure nobis et nostre Corbeyensi ecclesie pertinebit. In cuius rei testimonium has presentes litteras ista vice sigillo, quo adhuc utimur, sigillandas decrevimus, quas post nostram confirmationem sub sigillo, quo tunc utemur, intendimus innovare. Datum Brunesberg, anno Domini M.CC.LXXVII, in vigilia omnium sanctorum.

Or. im Kgl. St.-A. zu Düsseldorf, Stift Essen Nr. 70 mit wohlerhaltenem Elektensiegel: Stehende Figur, in der Linken ein Buch, in der Rechten einen Palmzweig haltend; Umschrift: S. Henrici postulati ecclesie Corbeiensis. *Vgl. Westf. Siegel III Taf. 123 Nr. 6.*

1491.

Elekt Heinrich von Corvey verbündet sich mit Erzbischof Siegfried von Köln gegen Landgraf Heinrich von Hessen u. a. Soest 1277 November 17.

Nos Henricus Dei gratia in abbatem ecclesie Corbeyensis electus notum facimus universis, quod cum reuerendo patre ac domino Sifrido sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo in specialis amicitie et mutue assistentie convenimus unionem, ita videlicet quod nos ipsum dominum Sifridum archyepiscopum et ecclesiam suam iuvabimus potenter et patenter contra magnificum virum Henricum Lantgrauium dominum Hassie et . . dominium de Waldecken propriis laboribus, periculis et expensis, guerra durante nunc incepta sub hac forma, quod, si nos et nostri vel ipse dominus archyepiscopus et sui, vel communiter simul vel divisim, expugnaverimus aliquam munitionem sive castrum aut per conflictum communiter seu divisim factum aliquos ceperimus hinc et inde, aut structuram novam vel castrum communiter erexerimus vel divisim, illud totum equaliter dividemus et lucrum participabimus equaliter, si quod obvenerit nobis vel nostris, vel ipsi domino S(ifrido) archyepiscopo vel suis simili modo. Adiectum est etiam, quod, si munitiones ecclesie nostre Corbeyensis, quas sibi obligatas esse dicit . . dominium de Waldeken, videlicet Lechtenuels, Sassenberg et Vorstenberg, per nos aut nostros vel ipsum dominum archyepiscopum et suos communiter vel divisim fuerint expugnate vel alio modo conquisite, nos et ecclesia nostra Corbeyensis, si omnes fuerint conquisite, ipsi domino archyepiscopo ducentas marcas monete usualis, alias si aliqua specialiter ex eis fuerit conquisita, pro rata et estimatione solvere et dare tenebimur, et dictarum munitionum tamdiu medietatem tenebit, quousque predicta pecunia sibi, prout premissum est, fuerit persoluta. Nec nos treugas inibimus aut compositionem cum predictis Lantgrauio et . . dominio de Waldecken sine consensu predicti domini archyepiscopi nec ipse sine nobis. Preterea promittimus, quod ipsum archyepiscopum et ecclesiam Coloniensem sub periculo et dampno nostro et nostrorum iuvabimus contra nobiles viros . . de Marka et de Arnesberg comites et contra alios iniuriatores eorum inter Wiseram atque Renum, ecclesia Paderbornensi et . . dominio Lippensi dumtaxat exceptis, ita tamen, quod dominus archyepiscopus, postquam nos vel nostri ad districtus eius pervenerimus, nobis et nostris providere tenebitur in expensis, et si nos una cum eis vel ipsi nobiscum contra eorum hostes sive nostros conflictum habuerimus, et ibi aliqui fuerint de adversariis captivati, illi proportionaliter dividentur, secundum quod alter nostrum numerum habuerit armatorum. Hec autem omnia et singula adimplere et observare promittimus fide data. Hee autem obligationes expirabunt guerris expirantihus nunc inceptis. In cuius rei testimonium atque robur cum sigillo predicti domini archiepiscopi nos sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Susati, anno Domini M°.C°C.LX°X septimo, XV°. Kalendas Decembris.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs das Siegel des Erzbischofs; das des Elekten ist abgefallen. Gedr. Wigand, Archiv VI, 247; Lacomblet UB. II, 708. Reg. Lipp. Regg. I, 243 Nr. 381.

1492.

Zwei Hausstätten zu Horhusen werden vor dem Richter, den Rathmännern und den Bürgern der Stadt Marsberg an das Stift Marsberg vergabt. 1277 Dezember 1.

Omnibus presentes litteras conspecturis iudex, consules ac burgenses opidi Montismartis equitatis saporem ad perhibendum testimonium veritati. Testamentum feliciter ordinant, qui prediorum suorum aut rerum Christi ministros statuunt coheredes. Notum exinde fiat presentibus et futuris, quod conburgenses nostri Bertoldus quondam iudex et suus germanus Ludolfus ac eiusdem natus Alradus cum assensu suorum heredum proprietatem et possessionem duarum arearum in Harhusen sitarum cum sui situs integritate dudum a suis progenitoribus habitam, de quibus quondam Iohannes Dhumeke et sua soboles emphitheosim actenus solverunt eisdem, ex qua pensionem eiusdem pater quondam Alradus Magnus ecclesie Montismartis pro sui et suorum carorum memoria perhenniter agenda legaverat fratrum caritatibus deputatam gracia sancti Spriritus inspirante, nobis astantibus ecclesie prenotate[1]) recognoverunt et favorabiliter delegaverunt in perpetuum perfruendas ecclesie sepedicte, Bertoldo preposito ac eius conventu, Alberto de Glindengere, Ludolfo de Capella, Iohanne de Lippia, Ludolfo de Mulehusen, et Hermanno scolarium eruditore; item astantibus et mediantibus: Heinrico Morel iudice, Heinrico de Culte proconsule, Alberto de Mulehusen, Iohanne de Bilinchusen, Heinrico et Thiderico fratribus de Oddenhusen, Heinrico de Nutlon, Hermanno de Wartberg, Weselo Sigenandi, Iohanne Hassone, Bertoldo Rodcheri, Stephano iuniore et Hermanno Blikissen, consulibus Montismartis et aliis quampluribus. Ne vero premissorum salubris et racionabilis legacio maligna successorum valeat calumpnia retractari, presens scriptum super hoc confectum ad noticiam evidentem sigillo civitatis nostre roboratum in testimonium duximus exhiberi. Actum et datum in Kalendis Decembribus, anno gracie M°.C°C.LX°XV°II.

[1]) prenotatte *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Marsberg Nr. 8. Von Besiegelung nur zwei lange blauweisse Schnüre aus Zwirn erhalten. Gedr. Seibertz, UB. I, 378.

1493.

Abt Rudolf von Hardehausen urkundet über die Beilegung eines Streites zwischen seinem Kloster und dem Paderborner Bürger Johann von Heerse wegen eines Hauses bei der Markkirche. Paderborn 1277 Dezember 5.

Frater R(odolfus) dictus abbas in Hersuedehusen tenore presencium protestamur, quod causa, que vertebatur inter nos et ecclesiam nostram ex parte una et Iohannem civem Paderbornensem dictum de Herisia ex altera super domo quadam sita apud forensem ecclesiam, que olim fuit Bertoldi fabri premortui, mediantibus consulibus Paderbornensis civitatis, quorum nomina subnotantur, sopita est amicabiliter sub hac forma, quod dictus Iohannes renunciavit omni iuri, quod in dicta domo dicebat habere. Qua renunciatione facta dictus Iohannes ipsam domum ab ipso inhabitandam sive ab ipso locandam quo ad vitam recepit de manu nostra ea condicione, quod ex nunc in antea dabit in festo Michaelis nobis et ecclesie nostre pro annuo censu decem et octo denarios Paderbornensis monete et sanctimoniali sorori fratris Gerardi in Neze[1]) quatuor solidos eiusdem monete. Qua defuncta eosdem quatuor solidos nobis et ecclesie nostre solvet annuatim. Post obitum vero Iohannis predicti ipsa domus cum toto iure suo ad ecclesiam nostram revertetur (et dictus Iohannes predictam domum) tempore vite sue in expensis necessariis conservabit. Ipse etiam eidem domui in . . . fideliter providebit, alioquin consules predicti una cum nostro nuncio censum prefatum . . ., que in usum predicti Iohannis cedit, ad sublevandas ipsius domus ruinas percipient contradictione non obstante. Nos etiam consules

predicti, videlicet Ysherus et Iohannes dictus Wlpes, Henricus dictus Eindachte, Arnoldus de Aldendorpe, Cristianus de Helle, Godescalcus de Borchlere, Hermannus de Odeheim, Hermannus Bake, Iohannes de Scherue, Godefridus de Campo, Conradus de Alfne, Ecbertus Top, Gerardus monetarius et Henricus de Molendino, quia hec compositio per nos confirmata acta fuit, presens scriptum pariter cum domino abbate predicto sigillo nostre civitatis in testimonium dedimus sigillatum. Testes etiam aderant: magister Arnoldus scolasticus sancti Petri, Ecbertus prepositus sancti Odelrici, Hermannus plebanus inferioris chori, Paderbornenses, Rodolfus prior Hersuedeh(usensis) Conradus et Lambertus conversi ibidem, Hedenricus de Campo et Henricus iudex dictus de Stenheim et alii fide digni. Actum et datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°X.V°II., Nonas Decembris.

[1]) Noze *Or.*

Or. (abgeblättert) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 193. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Auf der Rückseite von gleichzeitiger Hand: de domo in Paderborne fratris Gerhardi.

1494.

Elekt Heinrich von Corvey bekundet einen Gütertausch mit Kl. Arolsen. Corvey 1277 Dezember 13.

Nos Henricus Dei gratia Corbeiensis ecclesie electus abbas totumque capitulum eiusdem ecclesie universis huius littere seriem inspecturis notum esse volumus, quod proprietatem decime in Neinchosen ecclesie Aroldensi contulimus perpetuis temporibus contendam[1]) et hoc expresse in reconpensationem proprietatis quatuor mansorum iuxta villam Rode et infra limites parrochie eiusdem ville sitorum, quos Alexander miles de Escheberg suique fratres, Olricus videlicet et Wernherus, heredum ipsorum consensu cum dictorum mansorum proprietate memorate ecclesie Aroldessensi videlicet contulerunt eisdem penitus renuntiantes. Huius vero concambii testes sunt: dominus Conradus prepositus in Volchardinchusen, dominus Iohannes prepositus in Vormlon, dominus Iohannes plebanus in Volcmersen, dominus Ludolfus provisor ecclesie in Witmare, dominus Conradus plebanus ecclesie in Wettere, dominus Euerhardus plebanus in Eringen. Preterea aderant milites dominus Theodericus de Medrike, dominus Iohannes de Brocbike; insuper presentes erant consules oppidi Volcmersen, quorum nomina sunt hec: Albertus de Brunhardessen, Eggehardus, Henricus monetarius,, Thidericus Rufus pistor, Iohannes de Wellede, Gotfridus de Vrienhagen, Conradus de Elsingen, Henricus Nortmanni, Henricus de Brune, Alexander de Tuiste, Henricus novus villicus et alii quam plures fide digni. Ut autem hec rata illibataque permaneant, presenti scripto sigilla nostra duximus apponenda. Datum in Corbeya, anno dominice incarnationis M°.C°C.LX°X.VI°I., in die beate Lucie virginis.

[1]) *So Or., vielleicht statt* convertendam? *Eher wohl* possidendam; *vgl. folg. Nr.*

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs an den Rändern verletzt: 1) spitzovales Siegel des Elekts Heinrichs, Gestalt mit Palmzweig und geschlossenem Buch; 2) grosses rundes des Corveyer Kapitels.

1495.

Kl. Arolsen tritt dem Kl. Corvey sein Eigenthumsrecht über vier Hufen gegen einen Zehnten ab. Volkmarsen 1277 Dezember 13.

Omnibus hanc litteram inspecturis nos Arnoldus Dei gratia prepositus in Aroldessen, priorissa totumque eiusdem cenobii collegium notum esse volumus quod unanimi consensu quatuor mansorum proprietatem iuxta villam Rode sitorum in manus ecclesie Corbegensis resignavimus et hoc in recompensationem proprietatis decime in Nenichosen, quam dominus Alexander miles de Escheberg et Olricus et[1]) Wernherus, memorati militis fratres, heredum suorum consensu ecclesie nostre conferebant perpetuis temporibus possidendam. Cuius cambicionis testes sunt: dominus C(onradus) prepositus in Volchardinchusen, dominus Iohannes plebanus in Volcmersen, dominus C(onradus) plebanus in Wettere, dominus Euerhardus plebanus in Eringen; preterea aderant dominus Th(eodericus) miles de Mederike, dominus Iohannes de Brobecke; insuper presentes erant consules opidi Volcmersen, quorum nomina sunt hec:

Albertus de Brunhardessen, Eggehardus, Henricus monetarius, Thidericus Rufus pistor, Iohannes de Wellede, Gotfridus de Vrienhagen, Conradus de Elsingen, Henricus Nortmanni, Henricus de Brune, Alexander de Tuiste, Henricus novus villicus et alii quam plures fide digni. Ne autem de hiis in posterum locus oriatur ambiguitatis, presenti scripto sigillum ecclesie nostre duximus apponendum. Datum in opido Volcmersen, in die beate Lucie virginis, anno incarnacionis Domini M°.C°C.LX°X septimo; Anshelmo ibidem iudicium tenente et Wiperto proconsulatum

[1]) de *Abschr.*

Aus Msc. I, 134 p. 61 u. daraus I, 245 f. 423 im Kgl. St.-A. Münster. Rode = *Rhöda bei Volkmarsen.*

1496.

Ludwig Witte Pape verkauft vor dem Richter in Brilon sein Gut in Dorslon. *1277.*

Evanescit omnis actio temporalis, nisi aut vocis testimonio[1]) aut scripti memoria recipiat firmamentum. Hinc est, quod ego Lodewicus dictus Witte Pape notum esse cupio tam posteris quam modernis hoc scriptum intuentibus, quod ego cum consensu et bona voluntate Cunnegundis uxoris mee ceterorumque meorum heredum[2]) vendidi Arnulfo famulo dicto de Almina ac Alheidi uxori sue eorumque heredibus profuturis bonum in Dorslon situm cum omnibus suis iuribus coram iudicio in Brilon. Et quia idem bonum prenominatus emptor nobis iure pheodali porrexerat, ego ac uxor mea ad maiorem firmitatem resignavimus coram ipso. Cum hec fierent, testes astabant: Goscalcus miles de Brochusen, iudex in Brilon, Detmarus iudex, Wigemannus magister burgencium in Brilon, Iohannes de Ghiueli(n)chusen[3]), Gotfridus de Lederike, Hermannus Luterlig, Hermannus de Piscina, Wilbertus de Buren, Hermannus Wesch, Iohannes Brunhardi, Meynhardus, Gerlacus Scolleman[4]), Hermannus Rosendail, Volpertus Musinges, Hermannus Hoyshusen, Hermannus de Harhusen, Iohannes Coluerman, Iacobus de Hottepe et duo filii sui Lodewicus et Albertus, Hinricus de Visbike, Detmarus Benggher, Iohannes Gudele, Hermannus Prinowelin(?), Gotfridus Rodunder et alii quam plures fide digni. Ne vero super huiusmodi facto in posterum aliqua possit suboriri calumpniosa actio, presentem paginam exinde confectam rogavi sigillo civium Brilonensium roborari. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LX°X septimo.

[1]) *Abschr. Nominativ.* [2]) *Abschr. Ablativ.* [3]) *Ob* Ghmelinchusen? [4]) *Oder* Scolleman?

Aus Msc. I, 127 fol. 80 im Kgl. St.-A. Münster. Dorslon *lag bei dem heute dem Grafen von Westphalen gehörigen Gute Wohlbedacht am Sintfelde, wo die Rudera der Kirche dieses Dorfes früher noch sichtbar waren. (Spancken). Gedr. Seibertz, UB. I, 379 aus derselben Quelle.*

1497.

Kl. Dalheim tauscht mit Kl. Hardehausen Güter. Dalheim 1278 Februar 11.

Priorissa totusque conventus in Dalheim universis Christi fidelibus salutem in omnium salvatore. Quoniam omnia sunt hominum tenui pendentia filio, posteris cavere volentes notum facimus universis hoc scriptum visuris et publice protestamur, quod propter ecclesie nostre comoditatem et profectum quorundam bonorum permutationem cum conventu in Hirsuedehusen facientes ipso conventui quatuor mansos et duas areas Siricsen iacentes cum omnibus suis appendiciis tradidimus concordanter, recipientes ab eo duos mansos apud nos Dalheim sitos et sextam dimidiam marcam gravium denariorum sufficiens in restaurum. Quorum etiam bonorum a nobis traditorum eidem conventui plenariam in omnibus prestabimus warandiam. Ne igitur subito casu, que valuere, ruant, dicte permutacionis valorem nostri sigilli robore fecimus perennari. Datum Dalheim, anno Domini M°.C°C.LX°XVII°I., tercio Idus Februarii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Dalheim Nr. 36. An Pergamentstreifen d. rund. Konventssiegel; auf dem Giebel Kreuz, darunter im Thorbogen Kopf des h. Petrus. Vgl. Westf. Siegel III Taf. 105 Nr. 6. Auf der Rückseite von bekannter Dalheimer Hand s. XV., die die Schrift des s. XIII. nachahmt: Item dominus abbas et conventus in Hartsuiteshusen pro tempore tenentur monasterio

in Dalhem omni anno VI marcas gravium denariorum pro duobus mansis agrorum et duabus areis in iustam utriusque monasterii eorundem bonorum permutacionem et equivalens restaurum, quod hec littera includit.

1498.

Graf Ludwig v. Everstein überlässt nach langem Streite dem Kl. Wormeln eine Hufe und bestätigt die Schenkungen seines Vasallen Ludolfs von Osdagessen an dasselbe. Holzminden 1278 März 6.

Omnibus presentes litteras inspecturis Lodewicus Dei gratia comes de Euersten salutem. Cum labilis memoria hominum facili sopitur oblivionis caligine, certis est sigillorum indiciis recordatio excitanda. Hinc est universis et singulis presentes litteras audituris cupimus esse notum, quod nos monialibus in Woremlo, ordinis Benedicti, receptis ab ipsis novem marcis gravium denariorum, mansum, super quem diu incusationem habuimus, liberum relinquimus et omni incusationi antique penitus renuntiamus, quod nos nec filii nostri comes Albertus et Lodewicus nec quisquam heredum nostrorum in nulla parte dictas moniales in eodem mansu molestabimus. Preterea nos comites de Euersten una cum aliis heredibus nostris amore Dei proprietatem relinquimus sepe dictis monialibus in talibus bonis, que Lodolfus de Osdagessen eisdem contulit et legavit a nobis in feodo tenens, libere possidenda. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, presens scriptum nostri sigilli munimine roboratum iam prefatis monialibus duximus concedendum. Testes autem huius rei sunt: comes Otto et suus filius domicellus Conradus, comites; dominus Heynemannus, dominus C(onradus) frater suus, dominus Conradus de Paderborne, milites; Ludolfus de Hagen, Henricus de Bouessen, Conradus de Wenhusen, Albertus de Wenhusen et alii quam plures. Datum et actum in Holtesminne, anno Domini M°.C°C°.LX°X°VI°II., in dominica qua cantatur Invocavit.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Wormeln Nr. 9. An Pergamentstreifen sehr verletzt rundes Siegel, worin dreieckiges Schild mit aufgerichtetem Löwen. Vgl. Nr. 1432 und 1437. Unvollständig gedr. Spilcker, Everstein Nr. 178.

1499.

Die Rathmänner d. Stadt Höxter bekunden Ablösung einer Geldabgabe an Kl. Brenkhaussn. 1278 März 11.

Noverint universi presencium auditores, quod nos consules civitatis Huxariensis censum sive reditus iuxta nostrum pontem, quos soluere tenebamur domine abbatisse et conventui in Beringhusen, ab ipsis emimus pro aliquali denariorum (summa), ita, quod eisdem predictum censum de cetero solvere non tenemur, quod presentibus litteris et nostro sigillo duximus confirmandum. Datum anno Domini M°.C°C.LXXVIII., sexta feria post dominicam Invocavit.

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Siegel vom abhängenden Pergamentstreifen abgefallen.

1500.

Giso von Gudensberg verkauft dem Kl. Volkhardinghausen ein Viertel der Villa Wizenroden *mit der Hälfte des Zehnten der ganzen Villa. 1278 März 21.*

Quia cuiuslibet actionis et fidei presentium incerta volucio accidens deterius vereri nos efficit futurorum, opus est, ut presens et futura dubietas scripturarum robore compescatur. Hinc est, quod nos Giso dictus de Gudenborc ad noticiam devenire volumus plurimorum, quod de consensu uxoris nostre Alhedis, Wernheri filii nostri et omnium heredum nostrorum quartam partem ville Wizenrode cum dimidietate decime tocius ville, agris, aquis, pascuis, silvis, pratis, iudicio et omnibus appendiciis nichilominus et aream sitam in ingressu ville Volkardeshusen vendidimus ecclesie sanctimonialium eiusdem ville pro summa trium marcarum et dimidia perpetuo possidendam, renunciantes cum omnibus heredibus nostris prenotatis omni iuri, quod in ipsam habuimus stipulando, prout mos debitus exigit renunciandi, obligantes nos etiam sponsione fidei cum filio nostro Wernhero et sororiis nostris, videlicet Wernhero

de Bessen, Heinrico de Rodericsen nunc et in futuro, dum requisiti fuerimus, ad prestandam rationabilem warandiam. Ne autem quisquam nostrorum successorum hanc emptionem infringere presumat, presens scriptum nostri, Io(hannis) militis de Helfenberg et Wernheri militis de Besse nostri sororii sigillorum munimine duximus roborandum. Huius rei testes sunt: dominus H(ermanuus) plebanus de Wulphagen, Io(hannes) miles de Helfenberc, Bodo, Gotscalcus de Berken, Her(mannus) Bittersole, Heinricus de Ritte et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C°.LXX°VIII°., XII°. Kalendas Aprilis.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen 1) dreieckiges Siegel des Ausstellers; 2) dreieckiges Siegel, schräg-übereck-liegender Maueranker. Umschrift: † Sigillum Iohannis de Helfenberc. *3) Siegel und Befestigung abgefallen.*

1501.

Die Schöffen in Kassel bekunden ein Vermächtniss zweier Gatten für Kl. Hardehausen. 1278 März 24.

Universis, ad quos presens scriptum pervenerit, nos Conradus de Ramershusen, Wernerus de Foro, Godefridus de Tunin et Alhardus, scabini in Casle, notum facimus et presentibus publice protestamur, quod Henricus et Metildis uxor sua concives nostri in nostra presentia constituti domum suam ante castrum sitam non immemores sententie, qua dicitur: ‚da, que non potes retinere, ut consequaris que non potes perdere' conventui in Hersuedehusen post mortem suam libere contulerunt, ut omnium bonorum ibidem peragendorum participacionem consequi mereantur. Cuius collacionis et protestacionis robur presentibus testibus infrascriptis rite factum videlicet Conrado dicto Herike et fratre suo Sifrido, Hedenrico, Sifrido minore iudice, Wernero de Steinbole et aliis fidedignis nostre civitatis sigillo fecimus communiri. Actum in domo Conradi predicti Herike. Anno Domini M°.C°C.LXX°VII°I., quinta feria ante Letare.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 195. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1502.

Papst Nikolaus (III.) beauftragt den Abt von Liesborn die Klage der Stadt gegen Erzbischof (Siegfried) von Köln wegen Vergewaltigung und Bedrohung derselben zu untersuchen. Rom 1278 April 1.

Nicolaus episcopus etc. dilecto filio abbati monasterii Lesbernensis, Monasteriensis diocesis, salutem. Sua nobis magistri consulum, consules et universitas hominum oppidi Lippiensis, Coloniensis dioceseos, petitione monstrarunt, quod venerabilis frater noster archiepiscopus Coloniensis confingens, quod dictum oppidum, quod nobilis vir Symon filius nobilis mulieris Agnetis de Lippia et predicta Agnes, domini eiusdem oppidi, ab ecclesia Coloniensi[1]) tenent in feudum, ad ecclesiam ipsam fuerat devolutum, ex abrupto sine aliqua cause cognitione magistris, consulibus et universitati prefatis contra iustitiam pro sua voluntate mandavit, ut a dominio dictorum nobilium, quibus ipsi fidelitatis homagium corporalibus ab eis super hoc iuramentis prestitis servare promiserant, penitus recedentes, sibi fidelitatis iuramenta prestarent, ut ei et predicte ecclesie de iuribus, que ad temporalem iurisdictionem in dicto oppido pertinere noscuntur, respondere ac intendere procurarent. Alioquin[2]) in magistros, consules et maiores de dicta universitate nominatim excommunicationis sententiam promulgaret et oppidum ipsum ecclesiastico interdicto[3]). Ex parte vero magistrorum, consulum et universitatis predictorum fuit coram eodem archiepiscopo excipiendo propositum, quod, cum eidem archiepiscopo de premissis, quod vera non erant, aliquatenus non constaret, contra ipsos, qui parati erant super hoc stare iuri, de iure non poterat taliter processisse; unde ab eo humiliter petierunt, ut processum huiusmodi revocaret. Et quia predictus archiepiscopus eos super hoc audire contra iustitiam denegavit, ipsi sentientes ex hoc indebite se gravari ad sedem apostolicam appellarunt. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione

remota decernas, faciens etc. Testes autem etc. Datum Rome apud[4]) sanctum Petrum, Kalendis Aprilis pontificatus nostri[5]) anno I.

[1]) Coloniense *Abschr.* [2]) alioquim *Abschr.* [3]) *Verb. fehlt.* [4]) ad *Abschr.* [5]) domini *Abschr.*

Abschr. s. XVI. im Kgl. St.-A. Münster, Cleve-Mark, Akten, 191. Darunter von derselben Hand: Hic fuit annus domini 1278. *Simon zur Lippe war mit den Gegnern Siegfrieds verbündet.*

1503.

Die Rathmänner von Geismar bekunden Schenkung an Kl. Hardehausen. Geismar 1278 April 2.

Nos Lodewicus et Gotfridus fratres filii quondam Orthonis, Detmarus et Heinricus de Notfelt, Arnoldus de Nitalbike, Arnoldus de Gandra, Gotfridus de Atrio, Albertus de Corbike, Detmarus de Lippoldesberg, Hermannus de Area, Th(idericus) de Vorste et Albertus dictus cum Sensibus, consules Geismarienses, tenore presentium recognoscimus et publice protestamur, quod Regenbodo filius quondam domini Stephani senioris de Haldessen tres mansos sitos apud Westheim iuxta oppidum Geismariense, quos conventus in Hersuidehusen quondam a Werenzone nostro concive et heredibus eiusdem comparavit, super quibus idem Regenbodo una cum fratre suo Th(iderico) nunc scultheto Geismariensi dominus pheudi fuit, donavit et proprietavit eidem conventui in Hersuidehusen, libere et absolute renuncians iuri suo et quod prenotatus Th(idericus) sculthetus frater ipsius primitus fecit idem. Cuius rei testes sunt: dominus Stephanus miles de Haldessen, Conradus de Gandra canonicus Geismariensis, Io(hannes) rector scolarium ibidem, Conradus Fabri et alii quam plures clerici et laici. In cuius rei testimonium ad petitionem prefati R(egenbodonis) et Th(iderici) fratris eiusdem sigillis propriis carentium presens scriptum dedimus nostri sigilli munimine roboratum. Datum Geismarie, anno Domini M°.CC°.LXXVIII°., sabbato anto dominicam Iudica.

Aus Falckenheiner's Handschriften Bd. X S. 147.

1504.

Rechtssprüche einer Versammlung Corvey'scher Lehnsleute. Höxter 1278 April 4.

Nos Henricus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas electus universis intuentibus presens scriptum volumus esse notum, quod anno Domini M°.C°C°.LXXVIII., feria secunda proxima ante diem Palmarum, comparentibus coram nobis in oppido nostro Huxaria domino Iacobo de Langen milite ex una et domina Elizabet uxore Hermanni militis dicti Keselinc ex parte altera, primo fuit quesitum in generali sententia, si officium aliquid integraliter pertinens alicui ecclesie scindi posset aliquo modo sine consensu patroni eiusdem ecclesie ac ipsius capituli et coheredum ipsius officii, quod possit stabile permanere, responsum fuit, quod non sine consensu omnium predictorum. Postea cum consensu et arbitrio utriusque partis in forma iudicii super causa[1]) inter ipsos versata de duabus domibus ad officium in Hellede pertinentibus, utrobique insuper antedatis fideiussoribus super ratihabitione de omnibus coram nobis in eadem causa determinatis, primo fuit quesitum in sententia generali, qualiter aliqua domina obtinere deberet in aliquibus bonis ius suum, quod vocatur liftuht, cum bona eadem absque ulla interruptione sive impetitione quiete per duodecim[2]) annos et amplius possedisset. Inquisitus de hac sententia Thimo miles dictus de Rimbeke fidelis noster taliter adinvenit et protulit, quod, si ipsa domina evidenter posset ostendere se adeptam ius illud, videlicet liftuht, rationabiliter et probare hoc posset per patronum eorundem bonorum, hoc est per abbatem et capitulum et ipsorum bonorum coheredes, ipsa sibi ius illud maiori iusticia obtineret, quam ipsum sibi posset alius usurpare. Hec sententia fuit manifeste per assensum omnium fidelium nostrorum ibidem astantium approbata. Item de eadem sententia supradicta requisitus fidelis noster Conradus Beseworem talem sententiam adinvenit et protulit, quod, si bona illa essent bona ministerialia sive bona, que dicuntur mangot, tunc ipsa domina posset ea bona sive ius quod vocatur, liftuht sui solius manu propria rationabilius optinere, quam aliquis alius contra ipsam sibi posset eadem usurpare. Si vero essent bona, que dicuntur ammethgot[3]) in illis ipsa

domina ius, vocatum liftuht optinere deberet eo modo, quod evidenter ostenderet ac probaret per abbatem et capitulum et per coheredes eorundem bonorum, quod bona eadem adepta esset rationabiliter atque iuste. Hanc sententiam super bonis officialibus a iam dicto Conrado cum consilio nostrorum fidelium adinventam et prolatam Gerardus miles dictus Budde redarguit et pro eo ad imperatoris presentiam appellavit et in ipso loco eadem vice sententiam aliam adinvenit, talem videlicet, quod, quecunque vel qualiacunque bona essent, ipsa domina possit sui solius manu propria rationabilius optinere, quam alius ipsas valeat usurpare, cum ipsa domina possit evidenter probare, quod bona eadem absque omni interruptione sive impetitione rationabiliter et quiete per XII annos et amplius possedisset. Nos autem et ecclesie nostre fideles hoc dicimus, quod non possit a nobis vel ab ecclesia nostra de aliqua sententia data super bonis offitiorum nostrorum nobis pensionem solventium ad imperium vel ad quemquam alium appellari. Actum et datum Huxarie, anno et die superius prenotatis.

[1]) caussa *B.* [2]) duodicim *B.* [3]) ametsgot *C.*

Aus Msc. I, 133 fol. 95 (B) im Kgl. St.-A. Münster und aus Overhams Coll. II fol. 65v (C) im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv in Wolfenbüttel.

1505.

Zwei Corveyer Vasallen verkaufen die Hälfte ihres Lehngutes zu Kemnade an das dortige Stift und resigniren es in die Hände des Elekten Heinrich von Corvey. Höxter 1278 April 11.

Nos Henricus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas electus tenore presentium protestamur, quod Thidericus et Gernandus fratres dicti de Ilsen medietatem omnium bonorum suorum in Kemenadhen existentium, tam in villa quam in campo et in pascuis et in silvis, cum heredum suorum consensu Kaminatensi ecclesie pro viginti septem talentis Hamelensis ac Insulensis monete vendiderunt et hoc facto iidem duo fratres necnon Bernhardus et Gernandus ac Thidericus, filii Thiderici eiusdem de Ilsen, ac ipsius filia Hildeburgis in manus nostras eandem medietatem eorundem bonorum cum ipsorum omnium et consensu et voluntate, sicut predictum est, venditam resignarunt, et nos ipsam eidem ecclesie Kaminatensi statim contulimus ipsa vice. Facta autem sunt hec omnia tali pacto, videlicet quod predicti duo fratres, Thidericus scilicet et Gernandus vel eorum heredes legitimi, sepedictam predictorum bonorum medietatem infra annos duodecim, ita tamen, quod hoc fiat ipsorum propriis denariis et ad usus proprios et quod fiat ante tempus novarum frugum pro pecunia[1]) supradicta, poterunt absque omni contradictione reemere, nec hoc ipsa Kaminatensis ecclesia denegabit eisdem. Sed si infra duodecim annos hoc factum non fuerit, extunc nullo modo valebunt reemere, sed deinceps ecclesia sepedicta eandem perpetuo possidebit. Ceterum hoc ex parte nostri et a nobis adiectum est, quod, si sepedicti fratres vel eorum heredes legitimi sepedicta bona predictis modis reemerint infra tempus predictum, nos aut nostri successores eadem bona cum aliis bonis suis, que ab ecclesia nostra tenent, debemus eisdem absque contradictione aliqua reconferre. Testes huius rei sunt: Otto tunc temporis prepositus Kaminatensis, Bernhardus prior et camerarius Corbeyensis, Henricus custos ibidem, Ludolfus de Emmere confrater noster, Ludolfus clericus et notarius noster. Item layci ecclesie Corbeyensis, videlicet dominus Albertus senior miles dictus de Amelungessen, Albertus filius eius, Herboldus filius domini Herboldi de Amelungessen, Thymmo comes de Huxaria, Sigehardus[2]) de Marpe, Iohannes marscalcus, Iohannes de Hedewigessen; item Sifridus de Halle officialis noster, item Henricus de Negenborne, item de Insula, Hermannus miles dictus Hake, Henricus et Bernhardus fratres dicti de Halle, Ekbertus de Helen, Thidericus filius Henrici de Helen, Lambertus filius Thiderici de Hucenhusen et quam plures alii fidedigni. Ut autem hec omnia utrobique rata serventur et inconvulsa permaneant, presens scriptum sigillis nostro videlicet et conventus nostri Corbeyensis ac ipsius ecclesie Kaminatensis decrevimus roborandum. Datum et actum Huxarie, anno Domini M°.C°C. septuagesimo octavo, feria secunda proxima post diem Palmarum.

[1]) pecucunia *B.* [2]) Segehardus *B.*

Or. in zwei Ausfertigungen (A und B) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Kemnade Nr. 8. An der einen Ausfertigung hängen an Pergamentstreifen 1) Elektensiegel Heinrichs; 2) Bruchstück des Corveyer Konventssiegels; 3) Siegel von Kemnade, Maria mit dem Kinde. An der zweiten Ausfertigung finden sich noch die beiden ersten. Zu dem sog. Stadtgrafen von Höxter vergl. Index zu UB. II p. 52; oben Nr. 323 und 545 und unten zu 1300 October 4.

1506.

Elekt Heinrich von Corvey überträgt einem Höxterschen Bürger ein Gut zu Lehen. Brunsberg 1278 April 23.

Nos Henricus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas electus ac prepositus ibidem universis presentes litteras inspecturis volumus notum esse, quod mansum unum in campo iuxta Sulbeke situm, in quo Helemburgis vidua Thyderici de Vogelbeke usufructum, quod vulgariter appellatur liftucht, optinebit, unde etiam annuatim preposito Corbeyensi octo graves denarii persolvuntur, nos Arnoldo genero Sifridi de Halle, civi Huxariensi dicto de Voltzen, et uxori sue ac eorum legitimis heredibus pheodali iure contulimus, de quo ipsi singulis annis preposito Corbeyensi octo graves denarios erogabunt. In huius rei testimonium presens scriptum sigillis videlicet abbatie ac prepositure nostre decrevimus muniendum. Datum Brunesberg, anno Domini M°.C°C.LX°XVII°I., in die beati Georii martiris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Corvey Nr. 106. Beide Siegel sind von den Pergamentstreifen abgefallen. Gedr. Falke, Cod. Trad. Corb. p. 497. Sülbeke *wird, da es sich um Lehn eines Bürgers zu Höxter handelt, das eingegangene zwischen Lüchtringen und Holzminden (Wigand, Corvey. Güterbes. S. 153) gemeint sein. (Spancken.) Noch heute „Sülbecker Berg". Vergl. Dürre, die Wüstungen des Kr. Holzminden in Ztschr. d. histor. Ver. f. Niedersachs. Jahrg. 1878 S. 213.*

1507.

Ritter Arnold von Gudensberg und sein Sohn Everhard übertragen alle ihre Güter zu Volkhardinghausen dem dortigen Kloster. 1278 April 26.

Noverint universi, quibus presens scriptum visum fuerit vel auditum, quod ego Arnoldus de Gudenberg [1]) miles dictus Grote una et Euerhardus filius meus famulus contulimus pure propter Deum unanimiter bona deliberatione prehabita ecclesie in Volchardinghusen omnia bona nostra sita ibidem in campis, sylvis, aquis, agris, pratis, pascuis, pomeriis et decimis cum iurisdictione et advocatia, que vulgo vogedie nuncupatur, in perpetuum absque reluctatione qualibet pacifice possidenda cum omnibus usufructibus et pertinentiis, renuntiantes nihilominus omni iuri, quod in bonis universis prenotatis habere dignoscebamur. In horum testimonium et robur manu unanimi predicte ecclesie in Volchardinghusen presentem paginam confirmamus sigillo mei videlicet Arnoldi militis supradicti firmiter roboratam, quo et ego Euerhardus filius suus memoratus presentibus perpetim tanquam proprio sum contentus. Testes huius rei sunt: Hermannus plebanus in Wulfhagen, Henricus de Roderickessen miles, Iohannes miles de Helfenberg et Wernerus [2]) frater suus et alii quam plures. Datum anno Domini millesimo ducentesimo suptuagesimo octavo, sexto Calendas Maii.

[1]) Godenb. *C.* [2]) Wernh. *C.*

Nach Kopiar I fol. 152 (B), II fol. III (C) des Kl. Volkhardinghausen im Fürstl. Waldeck. Arch. in Arolsen.

1508.

Graf Ludolf von Dassel und sein Verwandter Adolf bekunden, dass Kl. Brenkhausen gewisse Äcker einem Helmershauser Bürger abgekauft und deren Lehnsherren entschädigt habe. 1278 April 29.

Nos Ludolfus comes de Dasle et Adolfus noster cognatus tenore presentium et sigillo nostro publice protestamur, quod Deytmarus dictus Sartor civis in Helmwordeshem cum voluntate uxoris sue et heredum vendidit monialibus in Beringhusen decem et septem iugeros sive agros pro octo marcis gravium denariorum, qui agri secundum ius feodale Ottoni militi dicto de Nigenovere pertinebant,

quare iam dicte moniales unam marcam et dimidiam dederunt memorato militi pro eo, quod ipse et pueri sui et eorum filii omni iuri, quod in sepedictis agris habuerunt, penitus coram nobis renuntiabant ita, quod iam dicta bona prefate moniales sine inpetitione qnalibet iure hereditario possidebunt. Huius contractus sunt testes: Volcwinus miles de Meynbrechtessen, Hermannus de Dasle, Ludolfus de Indagine, Becelinus Scultetus, magister Lodewicus, Ludolfus Dulve. Datum anno Domini M°.C°C.LX°XVII°I., feria VI°. ante festum sanctorum Philippi et Iacobi.

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Gedr. Ztschr. VIII, 123 mit April 26.

1509.

Äbtissin Ermgard von Böddeken urkundet über die Leistungen des Konrad von Buriglere unter Aufzählung seiner Besitzungen. 1278 Mai 1.

Ermegardis Dei gratia Budicensis ecclesie abbatissa universis presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod nos de consilio nobilis viri domini Bertoldi de Buren, nostri consanguinei, et de consensu nostri conventus donavimus et dimisimus Conrado de Buriglere omne debitum, in quo nobis tenebatur, quatuor marcis exceptis, quarum duas nobis solvet in festo beati Martini proximo venturi, pro quibus dictus dominus noster de Buren consanguineus fideiussit, duas vero marcas solvet nobis ab eodem termino anno evoluto et in die beati Martini. Pro his marcis duabus Mengerus de Graffen fideiussit. De mansis etiam cum suis pensionibus subscriptis idem Conradus nobis debitam et annuam solvet pensionem, quia eosdem bene cultos asserit et locatos. Mansi quorum hii sunt et pensiones eorundem: Mansus unus in curia Holthosen solvet ovem et agnum, duos solidos Petri. Mansus in Adene Wittemannes solvet ovem et agnum et porcum, duos solidos Petri. Mansus in Schattenhus duos solidos Petri et duos solidos crucis. Mansus in Givelstorp duos solidos crucis, ovem et agnum. Mansus in Kydinchhusen ovem et agnum, duos solidos crucis. Mansus in Barchosen solidum crucis. Duo mansi in Wehene duas oves cum agnis. In Miste mansus tres solidos crucis, ovem cum agno. Mansus Othinchosen quinque solidos ad mel. Mansus in Dalhusen duos solidos crucis. Mansus Waltheri in Silbeke duos solidos crucis, quatuor solidos et quatuor denarios abbatisse. Mansus in Hustede ovem et agnum, duos solidos Petri. Mansus in Eynghusen quindecim denarios Petri, ovem et agnum, X mensuras siliginis abbatisse. Merbodo in Upsprunge duos solidos Petri, tres solidos crucis. In Othelmestorp abbatisse X mensuras siliginis, in Eldinghusen duo mansi Gherardi, duas oves et II agnos, quatuor solidos Petri. Mansus Iohannis in Husen II solidos Petri, ovem et agnum. Item dictus Conradus mansos subnotatos et desolatos cum omni usufructu, qui inde provenire poterit, nobis reliquit, quorum pensio talis esse deberet: videlicet in Haren mansus ovem et agnum solvere deberet, II solidos Petri, porcum unum. In Holthosen duo mansi, IV solidos Petri, duas oves cum agnis et porcum. Buriglere mansus porcum, ovem et agnum, II solidos Petri. In Adene II mansi, quatuor solidos Petri, duas oves cum agnis et II porcos. Wernerus in Silbeke de uno manso II solidos Petri, ovem et agnum. In Husen duos solidos Petri, ovem et agnum. In Eldinghusen in bonis Gherardi mansus unus, duos solidos Petri, ovem et agnum. In Thudorp inferiori III solidos cedent curie in Borglere, in Alren duo mansi, in Wetere unus, in Hostwic unus, in Honsile unus. Adiectum est etiam et condictum, quod, si sepedictus Conradus aliquos de mansis desolatis per villicos vel cum villicis tempore succedente locare poterit, cum nostro consilio licitum erit ipsi eosdem resumere et nobis exinde de nostris redditibus annuatim respondere. Si etiam aliqui de mansis cultis sive locatis in sterilitatem redacti fuerint, illos nobis assignabit et ad eos respectum habebimus, sicut ad mansos prescriptos, quos ex nunc nobis reliquit desolatos. Item dabit ipse nobis annuatim sex urnas mellis vel XII solidos legalium denariorum. In huius facti evidentiam presens scriptum nostre ecclesie et nostri consanguinei de Buren sigillorum appensionibus fecimus roborari. Datum anno Domini

M°.CC°.LXX°.VIII°., in die apostolorum Philippi et Iacobi, presentibus testibus, quorum nomina hec sunt: Elizabeth decana, Alheydis celleraria, Benedicta; sacerdotes: Theodericus, Ludolphus; layci: Henricus de Budeken, Mengerus de Graffen, Godescalcus de Tudorp, Ludolphus iudex, Horadus iudex.

Nach dem Böddeker Kopiar fol. VIv im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg. Buriglere *lag nahe unter der Wevelsburg im Almethale; ein grosser Garten daselbst führt noch jetzt den Namen „der Borgler".* Holthosen *ist eingegangen zwischen Wevelsburg und Aden. Die Lage von* Schattenhus *bezeichnet eine Grenzbeschreibung des 16. Jahrh. mit den Worten:* boven Brenken. Givelstorp *heisst jetzt Hegensdorf. Eine Viertel Meile von Hegensdorf findet sich Keddinghausen und in einer Entfernung von einer halben Meile liegen Barkhusen und* Wehene = *Weine.* Otinchusen *wird die bei Hirschberg eingegangene Ansiedlung* Odingen *bezeichnen.* Dalhusen *lag im Thale zwischen Weine und Hemmern. Silbeke liegt zwischen Eringerfeld und Eickhof.* Hustede *ist eingegangen in der Feldmark von Geseke.* Othelmestorp *lag unweit Upsprunge in der Feldmark von Salzkotten, wohl identisch mit Othmansdorf vergl. Zeitschr. XXXV, 2, 143.* Eldinkhusen *lag an der Strasse von Salzkotten nach Wevelsburg, westlich von Obern-Tudorf.* Alren *gewöhnlich* Almern *genannt, lag in der Feldmark der Stadt Volkmarsen. Vergl. Varnhagen, Grundlage S. 33. Vergl. unten Urk. von 1282 Jan. 25.* Wetere *(vergl. Urk. v. 1288 Jan. 19) lag ebenfalls bei Volkmarsen zwischen Diesen u. Wetterburg. Vergl. Varnhagen, Grundlage S. 62.* Hotwic *ist das jetzige Ostwich im Ruhrthal zwischen Brilon und Meschede.* Honsile *war eine Ansiedlung südwestlich von Paderborn am Wege nach Hamborn ober dem Bocke. Vergl. Giefers, Paderb. Feldmark in Beitr. z. Gesch. Westfal. S. 28. (Spancken.)*

1510.

Kl. Corvey bekundet, dass die Familie von Horhusen ihre Güter in Rimbeck dem Kl. Hardehausen verkauft hat. Höxter 1278 Mai 6.

Henricus Dei gratia abbas electus, Bernhardus prior totusque conventus[1]) Corbeiensis ecclesie universis tenorem presentium intuentibus salutem in omnium salvatore. Ut in hiis, que modernorum contraxit auctoritas, apud posteros memoria reviviscat, presentis scripti testimonio declaramus, quod Bertoldus de Horhusen dictus Iudex et sui liberi, videlicet Alradus et tres filie, quarum prima Bertradis et maritus suus Bernhardus de Wolberninchusen cum liberis suis Conrado, Bertoldo, Gertrude, Gysle et Adelhede, secunda Gysle vidua cum pueris suis Ottone et Alhede, tercia vero Alhedis et maritus suus Wygandus de Lillebeke cum filio suo Wygando bona sua in Rynbeke sita cum omnibus suis pertinentiis nichil penitus excipientes, que bona predictus Bertoldus dictus Iudex principalis stipes a nobis iure feodali tenuerat, venerabilibus viris domino abbati et conventui de Herswithusen pro quadraginta tribus marcis Mersbergensium denariorum pari consensu et assensu unanimiter vendiderunt et eadem bona in cimiterio sancti Kyliani Huxarie in manus nostras libere resignantes, ut ipsa dicto conventui conferre dignaremur, obnixius flagitarunt. Nos autem zelo religionis inducti, meritis eiusdem conventus nostre ecclesie multipliciter inpensis respondere volentes, sibi dictorum bonorum ius et proprietatem contulimus cum translatione totius dominii perpetuo possidendam, ita tamen, ut idem conventus in recognitionem proprietatis realiter translate nostre ecclesie singulis annis duo talenta cere solvere teneatur. Preterea Bernhardus de Wolberninchusen cum liberis suis superius expressis omni actioni seu questioni, quam sepedicto conventui in Herswithusen super quibuscunque causis movit seu movere intendebat, coram nobis in predicto cimiterio spontanee renuntians, eam de cetero nequaquam resumere firmiter astruebat. Ne igitur contra premissorum ordinationem rite celebratam occasio malignandi suboleat in futuris, presens scriptum nostro nostrique conventus sygillis duximus roborandum. Nos vero consules Mersbergenses ad pleniorem evidentiam et utriusque partis preces oportunas hunc contractum sygillo nostre civitatis fecimus stabiliri. Testes aderant: Henricus de

Stamme noster celerarius, Bertoldus Tymermester, Florentius et Henricus de Colonia, Albertus miles senior de Amelungessen, Henricus de Bruneswic, Syfridus Parvus, Henricus de Horhusen, Hennike et Henricus fratres dicti Kese, Guntherus et Hennike fratres dicti de Hadewysen[2]), Henricus Holle, Hennike Erenfridi, Gerhardus Monetarii, Hennike Boleman et Albertus de Gytelde, cives Huxarienses, Bertoldus sacerdos dictus Bernnekote, Ludolfus de Corbeia et Ludolfus noster notarius et alii fide digni. Actum et datum Huxarie, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, pridie Nonas Maii.

[1]) convetus *Or.* [2]) *Wohl* = Hedewigessen.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 196. Drei Siegel von den Pergamentstreifen ab.

1511.

Berthold von Horhusen resignirt dem Stift Geseke die von ihm zu Lehen gehenden Güter in Rimbeck mit der Bitte, sie dem Kl. Hardehausen zu überlassen. 1278 Mai 7.

Venerabilibus dominabus . . abbatisse et capitulo in Geseke Bertoldus de Horhusen dictus Iudex cum omni reverencia se subiectam. Sinceritati vestre super multipici favore mihi sepius impenso omni, qua possum, intentione assurgens ego et liberi mei, videlicet Alradus et tres filie, quarum prima Bertradis et maritus suus Bernardus de Walberninchusen cum liberis suis Conrado, Bertoldo, Gertrude, Gisle et Alheyde, secunda filia Gisle vidua cum liberis suis Ottone et Alheyde, tercia vero Alheydis et maritus suus Wigandus de Lillebeke cum filio suo Wigando bona nostra in Rimbeke, que a vobis iure pensionario videlicet restauro quatuor solidorum gravius monete tenueram, in nomine Domini resignamus, rogantes unanimi affectu, ut eadem bona conventui in Hersuedehusen iure predicto conferatis, qui conventus merita sue industrie nos taliter tractavit, ut ipsi de omni bono et predictorum bonorum collacione seu porrectione pre omnibus cupiamus. Quia sigillum proprium non habemus, presens scriptum sigillo honorabilium virorum civitatis in Mersberg obtinuimus stabiliri. Datum anno Domini M°.C°C.LX°XVII°I., Nonas Maii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 197. Siegel u. Befestigung aus den Einschnitten verloren.

1512.

Die Rathmänner von Marsberg bekennen, dass Berthold von Horhusen dem Kl. Geseke die von demselben zu Lehen gehenden Güter in Rimbeck aufgelassen hat mit der Bitte, sie an Kl. Hardehausen zu vergeben. 1278 Mai 7.

Universis presens scriptum visuris consules Montis Martis rei geste noticiam cum salute. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum hiis litteris declaramus, quod Bertoldus de Horhusen dictus Iudex et sui liberi, videlicet Alradus et tres filie, quarum prima Bertradis et maritus suus Bernardus de Wolberninchusen cum pueris suis Conrado, Bertoldo, Gertrude, Gisle et Alheyde, secunda filia Gisla vidua cum liberis suis Ottone et Alheyde, tercia vero Alheidis et maritus suus Wigandus de Lilbecke cum filio suo Wigando bona sua in Rimbeke sita, que dictus Bertoldus Iudex a venerabilibus dominabus . . abbatissa et capitulo in Giseke iure emphiteotico seu pensionario tenuerat, libere resignarunt, precibus suis interpellantes, ut prefatum capitulum religiosis viris domino . . abbati et conventui in Hersuedehusen eadem bona porrigere dignaretur, quia idem conventus apud predictos Bertoldum et suos coheredes ea cum aliis bonis ibidem sitis iusto emptionis tytulo compararat, que bona Alheydis predicta filia Gisle vidue superius expresse et Cunegundis relicta Themonis usufructus sui racione ipsam attingencia coram consulibus Sosaciensibus universaliter resignarunt. Ut igitur predictorum ordinacio tuicione gaudeat veritatis, hanc litteram nostre civitatis sigillo ad utriusque partis instanciam decrevimus communiri. Datum anno Domini M°.C°C.LX°XVII°I., Nonas Maii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 198. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1513.

Die Rathmänner in Soest bekunden die Resignation einer Frau auf die Nutzniessung von Gütern in Rimbeck zu Gunsten des Kl. Hardehausen. 1278 Mai 13.

Nos consules ac universi cives Sosacienses ad certitudinem presencium et memoriam futurorum presentis scripti testimonio declaramus, quod Cunegundis relicta Themonis nunc vero uxor Brunonis dicti de Schapetmarcht usufructum bonorum in villa, que dicitur Rimbeke, sitorum eam racione mariti sui Themonis iam dicti attingencium coram nobis in manus venerabilis viri domini .. abbatis et conventus in Hersuedehusen, qui conventus eadem bona iusto emptionis tytulo comparavit accedente consensu et assensu mariti sui Brunonis predicti libere resignavit, affirmans et eligens hanc resignacionem rite factam tanti esse iuris et vigoris, quanti foret, si eam in presencia illustris viri domini .. Corbeiensis abbatis, a quo predicta bona quondam descenderant, complevisset. Ut igitur occasio malignandi dormiat in premissis, presens scriptum nostre civitatis sigillo fecimus stabiliri. Actum et datum anno Domini M°.CC°.LXX°VII°I., II°I. Idus Maii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 199. An Pergamentstreifen Bruchstücke des Soester Stadtsiegels in grünem Wachs.

1514.

Die Stadt Paderborn erbittet den Schutz des Erzbischofs v. Köln gegen den in Doppelwahl erwählten Bischof Otto und den zum Vormund des Stifts eingesetzten Grafen v. Rietberg. 1278 Mai 27.

Reverendo patri ac domino suo sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo et per Ytaliam archicancellario iudex, consules ac universitas civitatis Paderburnensis in omnibus sue possibilitatis obsequium tam [1]) debitum quam paratum. Celsitudine vestre cupimus notum (esse), quod statim post obitum domini nostri episcopi Symonis beate memorie ambo nunc nostri electi et civitates et ministeriales ecclesie nostre Paderburnensis in oppidum Clenenberg die ad hoc acceptato pervenerunt et unanimiter fide data compromiserunt, conscripserunt et sigillaverunt, quod omnia in eo statu, quo tunc fuerunt, (permanerent)[2]) nec aliquem tutorem absque communi consensu eligerent, sed castra et munitiones ecclesie illi, qui in sua haberent custodia, usque dum alter electorum nostrorum confirmaretur, fideliter custodirent. Nunc autem prepositus Otto de Retberg cum suis electoribus et paucis ministerialibus absque consensu omnium civitatum et fere omnium ministerialium ecclesie nostre comitem fratrem de Retberg tutorem iam dicte ecclesie elegerunt, in quem quia consentire noluimus honori nostro parcentes, domini nostri de capitulo de parte prefati prepositi [3]) civitatem nostram Paderburnensem voluntarie exierunt, cum ipsos verbo vel facto non offendimus nec ipsos violenter expulimus, sicut dominationi vestre et aliis, ut intelleximus, conquerunt, sed occasionem adversum nos querunt, tamquam qui vult recedere ab amico. Hac igitur ex causa indignatio dominorum nostrorum adversum nos erupit et timemus, quod cum tutore sic electo nostra, si possent, incommoda seu gravamina procurarent. Cum ergo nullum dominum aut tutorem habeamus preter vos, reverentie vestre humiliter supplicamus, ut, si hec aut alia incommoda nobis ingruerint, nos vestre protectionis clipeo, ut tenemini et de vobis confidimus, dignemini defensare, non attendentes emulorum nostrorum verba, qui apud paternitatem vestram nobis detrahunt, quia vobis pro posse nostro, sicut vobis in littera sigillo nostro signata promisimus fideliter serviemus, ad quod nos ob dilectionem vestram etiam nunc de novo presentibus obligamus.[4]) Datum anno Domini M°.CC°.LXXVII°I., in crastino ascensionis Domini.

[1]) quam *Abschr.* [2]) *In Klammern Abschr.* [3]) oppidi *Abschr.* [4]) *Folgt noch* cetera lacer *in Abschr.*

Aus Msc. II, 70 p. 215 im Kgl. St.-A. Münster. Gedr. Lögel, d. Bischofswahlen u. s. w. 87. Vgl. Anm. zu Nr. 1519.

1515.

Das Stift auf dem Berge bei Herford verkauft an Ritter Gerhard von Bardeleben ein Gut. 1278 Juni 22.

.. Preposita, decana, custos totumque capitulum ecclesie beate Marie virginis supra montem extra muros Heruordenses universis presens scriptum intuentibus perhennem rei geste memoriam. Nosse

volumus tam presentes quam posteros, quod nos unanimi consensu domum ecclesie nostre pertinentem, que vocatur to der Ha cum sua proprietate et cum omnibus attinentiis, sicut vulgus dicit, an torve unde an tweghe, Gerhardo de Bardeleue militi, Cunegundi uxori sue, filie Reynhardi militis Gograuii Heruordensis et eorum heredibus venditione legali vendidimus absque omni contradictione pacifice et quiete perpetuo possidendam. Renunciantes libere et expresse omni iuri, quod nobis in predictis bonis et in proprietate bonorum competeret vel competere posset in postmodum quoquomodo. In cuius rei testimonium, firmam fidem et indeficiens munimentum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Testes autem, qui ad hoc vocati et rogati interfuerunt, hii sunt: Godescalcus ecclesie nostre plebanus, Reynhardus senior Gograuius, Reynhardus filius suus, Hermannus et Hermannus dicti Gograuii et Florentius de Quernhem, milites, Iohannes dictus Gograuius, Hinricus Gograuius, Volmundus de Weruinghe et Gerhardus officialis noster et plures familiares ecclesie nostre, quorum nomina non sunt scripta. Facta sunt hec anno incarnationis Domini M°.C°C.LXXV°III., decimo Kalendas Iulii, feria quarta ante nativitatem beati Iohannis Baptiste.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Grafschaft Schaumburg Nr. 5. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1516.

Edler Heinemann von Itter verzichtet zu Gunsten des Kl. Arolsen auf einen Zehnten. 1278 Juni 24.

Nos Heinemannus nobilis de Ittere universis Christi fidelibus huius littere seriem inspecturis notum esse volumus, quod omni iuri sive proprietati, quam habere videbamur in decima in Moinchosen, renunciavimus ecclesie Aroldensi pro amore Ihesu Christi libere conferentes. In cuius rei evidentiam et firmitatem potiorem scriptum presens memorate ecclesie dedimus nostro sigillo communitum. Datum in nativitate beati Iohannis Babtiste anno dominice incarnationis M°.CC°.L°XXVIII°.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An von der Urk. abhängendem Pergamentstreifen verletztes dreieckiges kleines Siegel mit nach rechts aufgerichtetem Löwen.

1517.

Rathsmänner von Marsberg bekunden einen Rechtsverzicht auf den Zehnten in Lefrinkhausen zu Gunsten des Kl. Arolsen. 1278 Juni 29.

Quoniam propter varias adinventiones posterorum providit sollers discrecio seniorum, tocius geste rei ordinem scriptis et sigillis firmari et modernis pro signo memorie presentari, nequis forte ignorancie querat angulum, sicut a multis constat esse presumptum. Nos itaque consules ac burgenses opidi Montis Martis tam futuris quam presentibus notum fore cupimus universis, quod Florinus, Hermannus, Sagittarius et Elgerus fratres suis heredibus assentientibus sane cuilibet inpetitioni, quam claustro in Aroldessen super decima in Liverinchusen quandoquidem in presentia venerabilis patris ac domini Symonis Paderbornensis episcopi domino Hermanno de Brakele suo patrono resignata moverunt vel movere possent, liberaliter renunciaverunt, denuo nobis astantibus prefate decime resignationem publice profitentes, recognoverunt eandem ecclesie memorate libere et quiete perpetuo possidendam. In cuius innovationis decime resignate testimonium ad pleniorem evidentiam rei geste rogatu premissorum fratrum et instantiam prepositi Arnoldi ac conventus sanctimonialium prenotati loci presentes litteras super eo confectas sigillo burgensium consensimus confirmari. Testes autem huic recognitioni affuerunt: Olricus miles de Westhem, Henricus de Culete et Helmicus de Huxaria, huiusmodi negocii mediatores, item Henricus Morel iudex, Hermannus de Wartberg proconsul, Henricus de Capella, Bertoldus de Huxaria, Conradus de Clinge, Henricus de Nutlon, Iohannes de Overenkerke, Gerlacus de Twiste, Hermannus de Esbike, Udo Havesalde, Hyldebrandus, Thetmarus Olgardis et Vollandus, consules et alii plures cives. Actum et datum III. Kalendas Iulii, anno gracie M°.CC°.LXX° octavo.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs das grosse runde Siegel der Stadt Marsberg. Vielleicht ist statt III Kal. *zu lesen* in Kal.

1518.

Bischof Volquin von Minden ertheilt allen Besuchern des vielfach beschädigten Klosters zum h. Ulrich in Paderborn (Gokirche) Ablass von 40 Tagen. Paderborn 1278 Juli 7.

Volquinus Dei gratia Mindensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus presentes litteras visuris perpetuam in Domino salutem. Quoniam, ut ait apostolus — operibus provenire. Cum igitur in Christo dilecte abbatissa et conventus grisei ordinis apud sanctum Othelricum in Paderborne plurimas tribulationes et dampna incurrerint propter diversa prelia et incendia, que eis frequenter incumbunt, et etiam bona illarum sepissime sint devastata, universitatem vestram rogamus et hortamur in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus eandem ecclesiam frequentantes manum adiutricem ipsis adhibere curetis, ut exinde percipere mereamini gratiam in presenti et gloriam in futuro. Nos vero de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate confisi omnibus, (qui) ad dictam ecclesiam in festo patronorum, dedicationum, in festo assumptionis beate Marie virginis et per octavam ipsius devoti accesserint vel opem porrexerint, vere penitentibus et confessis XL dies et karenam de iniuncta sibi penitentia misericorditer in Domino relaxamus. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°X octavo, Nonas Iulii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Gokirche Nr. 11b. Siegel und Befestigung aus den Einschnitten verloren.

1519.

Schlichtung des Streits über die Tutel der Paderborner Kirche zwischen dem Grafen von Rietberg und den Städten Paderborn, Warburg, Nieheim und Steinheim. 1278 Juli 7.

Noverint universi presentis (pagine) inspectores, quod discordia suborta ratione tutele Paderbornensis ecclesie inter nobilem virum comitem de Retberg et civitatem Paderbornensem et oppida Wartberg, Nihem et Stenhem taliter est sopita, quod civitates predicte in iure suo, quo temporibus venerabilis patris domini Symonis episcopi et post obitum ipsius fuerunt hactenus, permanebunt, usque dum novus episcopus confirmetur. Redditus autem episcopales, qui solvi consueverunt infra oppida Nihem et Stehem, duodecim subscripti, videlicet dominus Henricus decanus Paderbornensis et dominus Amelungus de Driburch canonicus ibidem, Ludolfus Marscalcus, Wilhelmus de Vernede, Volmarus de Brenken, Bertoldus Sumerkalf, milites; Henricus Endehagte, Isherus Longus, cives Paderbornenses; Gotscalcus de Eysnen, Bertoldus Pust, cives Wartbergenses, Hermannus de Hobragtessen et Bertoldus de Addessen, cives in Nihem, ad hoc electi tollent, et quicquid de ipsis pro utilitate ecclesie ordinaverint, ratum stabit. Si autem idem duodecim in hac ordinatione concordare non possent, cum qua parte dominus Thidericus marscalcus Coloniensis consenserit, hoc habebit processum. Si vero idem marscalcus decesserit, dominus Hunoldus de Plettenbragt idem officium excercebit. In redditibus autem episcopalibus tollendis extra civitates eedem civitates non inpedient comitem antedictum. Item duodecim prefati recompensabunt dampna utrimque facta de redditibus antedictis, et si in hoc concordare non possent, quod predictus marscalcus decreverit, illud fiet. Item canonici Paderbornenses electores prepositi Ottonis secure et libere revertentur in domos suas et aliis canonicis electoribus prepositi Henrici exnunc usque ad festum beati Martini proximum Conradus Osnaburgensis ecclesie episcopus et marscalcus Coloniensis de suo liberaliter ministrebunt prebendas suas, sicut electoribus prepositi Ottonis ministrantur, partium in omnibus iure salvo. Item prelati et canonici Paderbornenses dissimulabunt usque ad proximum pascha actionem, si quam habent contra plebanos et sacerdotes civitatis Paderbornensis pro eo, quod tempore discordie divina officia celebrarunt. Item dicte civitates in negotio electionis celebrate in ecclesia Paderbornensi communes et indifferentes erunt utriusque partis fautores. Item dominus Herboldus de Amelungessen villicationem Barchosen, sicut hactenus habuit, retinebit usque dum novus episcopus habeatur et de redditibus eiusdem villicationis tollet idem miles XX quatuor marcas, si eas de iure sibi deberi per instrumenta et per testes coram predictis duodecim poterit

edocere. Ut autem hec ordinatio inconvulsa permaneat, presens scriptum sigillis venerabilis patris domini Osnaburgensis episcopi, . . . comitis prefati de Retberg et (Thiderici) marscalci Coloniensis pretacti, per quem presens ordinatio facta fuit . . . robora(ta) . . . prefati . . Osnaburgensis episcopus, Fredericus comes de Retberg . . . presenti scripto nos recognoscimus appendisse. Actum . . . (Domini) M°.C°C.LX°XVII°I., Nonis Iulii.

Or. (defekt) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 291 b. Siegel und Befestigung ausgerissen. Ob der Gegner Ottos der abgesetzte Propst Heinrich von Schwalenberg, jetzt Propst von Schildesche, war? Lögel, die Bischofswahlen in Münster, Osnabrück, Paderborn S. 39 kennt wie seine Vorgänger nur Dietrich v. Bilstein als Gegenkandidat. Ueber ihn und seine Kandidatur vgl. unten zu (1284) 1285 März 13.

1520.

Kl. Schildesche überlässt dem Goldschmied Kristian Güter in Ober-Schildesche. Paderborn 1278 Juli 12.

H(enricus) Dei gratia prepositus ecclesie Scillecensis tenore presentium publice[1]) profitemur et constare cupimus universis, quod nos in presencia testium subscriptorum et aliorum fide dignorum contulimus Kristiano aurifabro et suis heredibus, Frederico videlicet et Kristiano, agros, qui ipsos de iure contingunt ville Scillecensis in superiori parte adiacentes perpetuo possidendos, tali tamen condicione interposita, quod dicti Kristianus et sui heredes, vel quicunque ipsos agros a nobis vel nostris successoribus in feodo habuerit, pensionem quinque denariorum, quam vulgus pacth appellat, villico de Vehof, qui pro tempore fuerit, annis singulis ministrabunt. In cuius rei evidentiam presentem paginam sigilli nostri appensione duximus roborandam. Testes huius facti sunt: Ludolfus de Dalberen, Albero Creuet, milites; Iohannes et Albertus fratres de Serincworden, Henricus dictus Szabel, Henricus Cretel, Iordanus de Euersen et Everhardus de Blomenberge. Datum Paderborne in curia nostra claustrali, anno Domini M°.C°C.LX°XVII°I., in die Margarete virginis.

[1]) pupplice *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Schildesche 23. An Pergamentstreifen kleiner Rest v. Siegel des Ausstellers.

1521.

Bischof Johann von Litthauen verleiht den Besuchern der Kirche des Kl. Brenkhausen am Dedikationstage einen Ablass von 100 Tagen. 1278 Juli 22.

Bonitate divina frater Iohannes Lettoviensis episcopus, ordinis domus Teutunice, filiabus suis predilectis in Christo abbatisse et conventui sanctimonialium[1]) in Berenghusen, ordinis Cysterciensis, salutem et benedictionem a Domino Ihesu Christo. Cum populus Domini ex devotione sua vos et locum vestrum pre ceteris soleat visitare gratiam habens specialem et vos Deo adiuvante ecclesiam vestram laboribus et expensis constructam affectatis et intenditis dedicari, ne devotio eiusdem populi Dei maneat irremunerata et pro temporali subsidio recipiat sempiterna, omnibus et singulis corde contritis et ore confessis, qui dedicationem ecclesie vestre in ipsa die dedicationis, et quociescumque ibidem dedicatio ex debito celebrabitur, et in anniversario eius causa devotionis frequentaverint et in elemosinarum largitione pia subsidia vobis impenderint, auctoritate omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis confisi centum dies venialium et XL criminalium cum una carena ob dilectionem vestram, quam specialiter in Christo ad vos gerimus, necnon ad petitionem domini Helmici abbatis de Rivo sancte Marie patris vestri et amici nostri, dummodo consensus dyocesani affuerit, in nomine Domini misericorditer relaxamus, presentibus in perpetuum duraturis. Datum anno Domini M°.C°C.LX°XVII°I., die Marie Magdalene.

[1]) *Or.* sanctemon.

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Siegel vom abhängenden Pergamentstreifen abgefallen. Bischof Johann erwähnt UB. III S. 748.

1522.

Dompropst Otto von Paderborn und Elekt vertauscht dompropsteiliche Ministerialen mit dem Kloster Böddeken. Salzkotten 1278 Juli 22.

Otto Dei gratia Paderburnensis ecclesie prepositus et ibidem electus universis hoc scriptum intuentibus salutem in omnium salvatore. Tenore presentium publice protestamur, quod nos Bernhardum filium Bernhardi de Adene, Richeydim filiam Heydenrici de Andepe, Elizabeth filiam Antonii de Barchusen, ministeriales prepositure nostre maioris, ecclesie Budicensi loco ministerialium damus in concambio, recipientes pro eisdem ministeriales Budicensis ecclesie Mengerum, Vrederunam et Aleydem, pueros Conradi de Silkensode. In cuius facti testimonium presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Actum et datum Saltkoten, anno Domini M°.C°C.LX°X octavo, in die Marie Magdalene.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Böddeken Nr. 1a. Vom Pergamentstreifen Siegel abgefallen.

1523.

Rikeze von Vorenholt und ihre Söhne vergleichen sich mit der Kirche zu Langenholthausen wegen eines strittigen Zehnten. Langenholthausen 1278 August 9.

Nos Rikeze de Vorenholt cum quatuor filiis nostris, quorum nomina sunt Arnoldus, Boldewinus, Statius, Henricus, tam postere quam presentis etatis omnibus tenore presencium protestamur, quod ex communi consensu et amicabili ordinatione parentum nostrorum dimidia pars decime agrorum novorum novalium tam cultorum quam colendorum cedet ecclesie in Langen Holthosen et alia dimidia pars ad nos et nostros filios predictos debet pertinere, pro qua decima inter nos et ecclesiam prenominatam per annos multos dissensio movebatur. Cui ordinacioni amicabili talis condicio fuit apposita, si ille dominus, ad quem predicta ecclesia principaliter respicit, Gotscalcum de Kallendorf de consensu et ordinatione incusaret, quod predicte decime manerent dissensione sub priori. Huius autem rei testes sunt: dominus Heinricus prepositus de Rentteln, dominus Reinhardus de Sluen, Iohannes miles de Botdorp, Conradus miles de Ekkerstene, Rotcher de Bardeleue, Iohannes miles de Busche, Hermannus miles de Kallendorp, Henricus Slauus, Borghardus de Heilbeke, Gotscalcus Wined, Gotscalcus de Kallendorp, Fredhericus de Kallenthorp, Ludbertus Wined, Reinhart de Vorenholte, Lukeman de Bruke. Set ne quisquam successorum nostrorum audeat vel valeat hoc factum in posterum violare, presentem paginam, quia sigillo proprio caruimus, sigillo domini Henrici prepositi de Rentteln et sigillo civitatis de Renteln rogavimus roborari. Acta sunt hec circa villam Langen Holthusen, anno Domini M°.C°C.LX°XVII°I., quinto Idus Augusti.

Or. im Fürstl. Lippischen Archiv zu Detmold. Abhängende Siegel an Pergamentstreifen abgefallen.
Reg. Lipp. Regg. I, 243 Nr. 382.

1524.

Ritter Hermann von Brakel und seine Söhne Berthold und Johann verzichten zu Gunsten des Kl. Gehrden auf ihre Ansprüche an mehrere Äcker. 1278 August 15.

Nos Hermannus miles de Brakelo itemque B(ertoldus) et Io(hannes) filii sui tenore presentium protestamur, quod agros in Osterhuserwinkel, pro quibus cum domino Her(manno) preposito in monasterio Gerdensi diu litigavimus, dicto monasterio, quicquid in his iuris habuimus, perpetuo possidendas dedimus et ab omni actione cedimus ob dilectionem Dei et favorem Berte filie nostre simulque ecclesie memorate. Et ad omnem de cetero inter nos et dictam ecclesiam altercationis sive litigationis materiam penitus amputandam adiicimus etiam hoc, quod, quicquid dicta ecclesia ab isto tempore et in antea tam in agris quam in hominibus, areis sive quibuscunque bonis, que ad nos spectabant aut spectant, porrigenda sive conferenda et ea hucusque possedit et nunc possidet et ecclesia per litteras sive alios defectus forte qualescunque minus munita esse videbatur, de quibus omnibus ecclesie per has litteras satisfacimus et omni actioni ex integro renuntiamus, datis nobis perinde marca una

denariorum legalium. In huius facti memoriam presentem litteram cum sigillo nostro dedimus. Presentes aderant: Engelhardus de Stenhem miles et Borchart[1]) de Herste miles et, qui prenominandus erat, H(enricus) plebanus de Brakele, Hermannus de Mengersen, Sifridus et Conradus fratres dicti Wisen et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX°XVII°I., in die assumptionis domine nostre.

[1]) Borchard *C.*

Nach dem Gehrdener Kopiar f. 31 D 23 (B), Msc. II, 71 p. 241 (C); Reg. I, 242 p. 37 (D) u. VI, 224 f. 83 (E), letztere drei im Kgl. St.-A. Münster. Osterhusen *lag zwischen Gehrden und Istrup; dort ist wohl* Osterhuserwinkel *zu suchen. Vgl. Ztschr. XXXVII, 2, 133, wo Regest; oben Nr. 1310.*

1525.

Ritter Volpert von Braunsen verkauft die Hälfte des Zehntens daselbst dem Kl. Volkhardinghausen. Volkmarsen 1278 September 14.

Universis Christi fidelibus huius littere seriem inspecturis ego Wolpertus miles de Brunhardessen et Albertus filius meus notum facimus, quod nos et heredes nostri unanimi consensu videlicet Iohannis fratris mei et filiorum suorum Bertoldi, Bodonis, Wolperti et cognatorum meorum fratrum Alberti et Rabodonis et filiorum eorundem vendidimus dimiditatem decime nostre in Brunhardessen domino Conrado preposito in Wolchardinchusen, plebano videlicet ecclesie in Imminchusen, pro viginti septem marcis gravis monete cum omnibus usufructibus perpetuis temporibus possidendam, ea tamen adiecta conditione, quod ipsam dimidietatem decime in media quadragesima qua cantatur Letare, si fortuna serenior nos respexerit, reemere nobis licebit pro summa memorata. Si infra annos tres proxime futuros reemendi facultas nobis non erit preoranda, deinde certum terminum reemptionis media quadragesima servabit, quolibet alio tempore excluso. Insuper fide data promisimus dictum dominum C(onradum) in decima prefata promovere circumquaque. Preterea Andreas de Rene, Geroldus de Nerde et Hermannus Bullenber loco dicti prepositi et ecclesie Wolchardinchusen de manu nostra iure receperunt pheodali, memoratis itaque viris A(lberto), G(erhardo) et H(ermanno) e medio evocatis, nos aut nostri heredes, cuicunque dictis dominus C(onradus) et ecclesia prenotata voluerit, sepedictam decimam porrigemus nullum obstaculum eisdem facientes. Porro sepedicta ecclesia eandem decimam perpetuo habebit in locatione, nisi casu quocumque contingente ipsum dominum C(onradum) ab ecclesia recedere contigerit, et si prepositus tunc sibi succedens aut ecclesia ei in ipsa decima iniuriam fecerit, tam locatio quam ipsa decima, quam diu vixerit, in sua potestate consistet, postmodum ad ecclesiam reversura. Testes huius rei sunt: dominus Theodoricus de Mederike, dominus Alexander de Escheberc, milites, preterea aderant consules opidi Wolcmarsen, quorum nomina sunt: Albertus de Brunhardessen, Henricus monetarius, Arnoldus Rufus pistor, Theodericus Rufus pistor, Wybertus, Brunhardus, Henricus de Hemedessen, Henricus novus villicus, Henricus Nortman, Udo, Alexander de Tuisten, Henricus Bibulus et alii quam plures fide digni. Datum et actum in Wolcmarsen, anno Domini M°.C°C. septuagesimo octavo octo, decimo Kalendas Octobris, Rabodone de Brunhardessen, iudicium tenente et Alrado de Brune proconsulatum. Cum autem sigillum non habeamus proprium, presens scriptum hinc inde confectum sigillo burgensium opidi Wolchmarsen impetravimus solidari.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Vgl. u. Nr. 1568.

1526.

Thitmar genannt Opolth überträgt an Kl. Küstelberg eine Rente. 1278 Oktober 2.

Noverint universi presentem paginam inspecturi, quod nos Thitmarus dictus Opolth ex consensu heredum nostrorum decem et octo denarios, quos Hermannus dictus Ociosus ac sui heredes a nobis iure feodali tenebant de curia in Deuelden sita singulis annis pro iure, quod vulgariter tenethlose nuncupatur, percipientes, intuitu divine remunerationis ad instantiam Her(manni) prenominati suorumque heredum contulimus cenobie beate Marie in Quistelbergh proprietario iure perpetualiter possidendos.

Ne vero super hiis aliquis in posterum scrupulus oriatur erroris, presens scriptum nostri sigilli munimine diligenter fecimus roborari. Datum anno Domini M°.C°C.LX°X octavo, crastino beati Remigii episcopi.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Glindfeld Nr. 6. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1527.

Elekt Heinrich von Corvey Zeuge in Urk. Hermanns von Schardenberg u. s. w. für Kl. Amelunxborn. Höxter 1278 November 8.

Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 180 und Falke, Cod. trad. Corb. p. 877.

1528.

Gräfin Mathilde und Junker Otto von Waldeck bestätigen Kl. Hardehausen den Besitz der von ihren Vorfahren erlangten Güter. 1278 November 13.

Metildis comitissa et Otto filius noster domicellus in Waldecge universis hoc scriptum visuris in dominorum Domino salutem. Licet occasione perennitatis contractus hominum in scripta redigantur, tamen, quia nichil est sub cardine phebi, quod non cedat ab invalido vetustatis imbecillitas gaudet novitati consorcio vigorari. Igitur tenore presencium declaramus publice protestantes, quod religiosi viri conventus in Hersuedehusen singula ac universa bona, quocunque nomine censeantur, que a nostris progenitoribus tenent iusto titulo possident et bona fide, propter quod videlicet iustam possessionem et religionis devocionem dicta bona cum privilegiorum suorum munimento approbantes, accedente consensu et assensu filii nostri Godefridi ea presenti scripto nostrorum sigillorum appensione fulto fecimus stabiliri. Nos vero Hey(ne)mannus nobilis de Ittere et civitas in Corbeke ad evidentiam pleniorem hanc paginam nostris sigillis duximus roborandam. Testes aderant rogati, quorum nomina subnotantur: Theodericus venerabilis dominus abbas et Alexander cellerarius in Bredelare, Wernerus sacerdos dictus de Heligeberge, Olricus monachus, Olricus et Henricus de Wormelo, conversi in Hersuedehusen, Helengerus et Ludolfus de Dalewic et Arnoldus de Paderborne, milites; Thetmarus camerarius et Arnoldus de Ense, Conradus plebanus et Euerardus cappellanus in Corbeke et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.LXXVII°I., dominica die post Martini.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 200. Vier Siegel von den Pergamentstreifen ab.

1529.

Den Abt Heinrich von Flechtorf als apostolischen Delegaten bitten mehrere Geistliche der Mindener Diöcese um Erlass der kirchlichen Censuren für einen Kleriker. Minden 1278 November 17.

Viro religioso[1]) et discreto domino Hede(n)rico abbati in Flectorf iudici a sede apostolica delegato W(idego) prepositus sancti Martini, Ar(noldus) custos, canonici ecclesie Mindensis maioris, et H. prepositus in Ouerenkerken salutem cum sincera in Domino karitate. Significamus discretioni vestre, quod actio sive questionis materia, que inter monasterium sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Pade(r)burne ex una parte et dominum Waltherum rectorem ecclesie in Lewenhaghen ex altera super indagine Nortzele vertebatur, dicto monasterio eandem indaginem ab eodem Walthero vendicante et dicente, ipsam ad suam ecclesiam in Merbeke pertinere, totaliter nobis et aliis probis viris mediantibus est extincta dominusque noster reverendus pater . . . . episcopus ecclesie Mindensis decrevit de consensu sui capituli sepedictam indaginem ecclesie in Merbeke restituendam et perpetuo possidendam. Verum quia supradictus rector ecclesie in Lewenhaghen occasione actionis predicte aliquibus sententiis extitit impeditus a vobis, nos pro ipso et cum ipso honestati vestre supplicamus intime et devote, quatinus easdem sententias relaxetis, cum ipse velit ordinationi stare iam dicte et humiliter rei iudicate parere. Datum Minde, XVI Kalendas Decembris, anno Domini M°.C°C.LXXVII°I.

[1]) relligioso *Or.*

Or. (stark verblasst) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 70. An Pergamentstreifen 1) der obere Theil eines kleinen spitzovalen Siegels, eine Heiligengestalt mit Stab, vor ihm ein Kniender, seitlich ein Stern. Von der Umschrift noch S. Widego . . . *erhalten; 2) abgefallen; 3) Fragment, Maria mit dem Kinde (Obernkirchen). Auf der Rückseite gleichzeitig:* de Merebeke.

1530.

Burchard von Ziegenberg bestätigt dem Kl. Hardehausen den von seinen Vorfahren erworbenen Besitz in Zwergen. 1278 November 25.

Nos Burgardus nobilis de Cegenberg recognoscimus per presentes, quod religiosi viri conventus in Hersuedehusen omnia bona sua in villa Duergen sita, que a nostris progenitoribus sive a nobis compararunt, libere et iusto titulo possident nostra nostrorumque heredum Henrici et Burchardi media voluntate, propter quod videlicet iustam possessionem dictorum bonorum privilegia et municiones debita ratiabicione approbantes presenti scripto nostri sigilli robore munito duximus confirmandas. Nos vero Conradus de Bertolderode miles et civitas in Munden utrobique rogati ad maius testimonium hanc paginam nostrorum sigillorum appensione fecimus stabiliri. Testes aderant subnotati: Giso nobilis de Cegenberg frater noster, Theodericus de Meinse et Thidericus de Nothusen, famuli, Giselerus, Hermannus Volperti natus cives in Munden et Conradus plebanus ibidem et alii fidedigni. Datum anno Domini M°.C°C.LX°XVII°I., VII. Kalendas Decembris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 201. Drei Siegel von den Pergamentstreifen ab.

1531.

Ritter Giso von Gudensberg überträgt dem Kl. Volkhardinghausen zur Sühne der von ihm u. seinen Vorfahren demselben zugefügten Unbilden seine Güter in mehreren Dörfern. 1278 November 26.

In nomine Domini amen. Quia incertitudo modernorum opinari nos efficit deterius futurorum, opus est, ut testimonium litterarum omne dubium restringat successivum. Hinc est, quod nos Giso miles de Gudenberg misericorditer moti circa ecclesi[a]m sancti Iohannis in Volkardin[c]husen propter afflictiones multimodas a nobis et a nostris progenitoribus eidem ecclesie irrogatas et in futurum forsitan irrogandas huiusmodi infestationibus obviare volentes de consensu uxoris nostre Alheydis, Wernheri filii nostri, filiarum nostrarum, (videlicet Ermengardis), Lutgardis, generorum nostrorum (Wernb)eri de Bessen militis, Henrici de Roderixsen et omnium heredum eorum et nostrorum tam presentium quam futurorum (omnia bona nostra in) villa Volchardinchusen (tam proprietaria quam feoda)lia, advocatiam, si quam habuimus, et iurisdictionem cum omnibus villulis, cultis et incultis sub ipsa (iurisdictione sitis, agris, decimis), possessionibus, (areis, aquis, silvis, pascuis in) predicta villa sive Wicerode, Iuncherenhage, Widekindeshagen, molendino, quod dicitur Rindestrat, allodio Holthusen cum (omni iure) tam in minutis quam in (maioribus non solum) nos et nostros heredes hereditaria portione. verum etiam ratione fratris nostri Conradi quondam militis beate memorie et omnium heredum suorum nos legitime (con)tingentibus ecclesie sanctimonialium prenarrate vendidimus pro summa VI marcarum gravium denariorum super addita summa plurima collata nobis plerumque perpetuo possidenda. Renunciantes omni iuri cum heredibus nostris, quod in ipsis habuimus bonis, cum sponsione fidei stipulando promittentes ecclesiam sepedictam a nobis et ab omnibus heredibus nostris sepedictis in ulla causa sive bonorum vel aliarum rerum deinceps nullatenus infestandam. Omnia bona feodalia ibidem sita, que a nostris dominis in feodo possedimus et possidemus, adiecto novali, quod dicitur Sundere et loco, qui dicitur Strot, sine contradictione qualibet promittimus resignanda proprietare volentes et libertare, quam primum se tempus nobis obtulerit oportunum, obligantes tamen nos fide data ad omnium bonorum predictorum tam feodalium quam non feodalium, ubi et quando requisiti fuerimus, prestandam warandiam. Ut autem hec ordinatio rata permaneat et inconvulsa et a nostris nulla ratione possit irritari, presens scriptum nostri et generi nostri W(ernheri) de Besse, civitatis in

Wolfhagen sigillorum munimine decrevimus roborandum. Huius rei testes sunt: Her(mannus) plebanus in Wulfhagen, Wer(nherus) plebanus de Dodenhusen, Io(hannes) miles de Helfenberg et Wer(nherus) frater suus, Hen(ricus) miles de Osterhusen et alii quam plures. Actum anno Domini M°.C°C.LX°XVII°I., VI°. Kalendas Decembris.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Die durch Mäusefrass verletzten Stellen, durch ( ) angegeben, konnten aus zwei ebenda befindlichen Kopiaren I. fol. 146 u. 292, sowie II. fol. 105 ergänzt werden. Von den drei angehängt gewesenen Siegeln ist nur das erste an Pergamentstreifen, Schrägbalken über dem Schachbrett, erhalten.

1532.

Die Rathmänner von Steinheim bekunden Verzicht auf den Zehnten zu Malrede *zu Gunsten des Kl. Willebadessen. Steinheim 1278 November 29.*

Nos Ekbertus magister burgensium et consules in Stenhem omnibus hoc scriptum visuris notum facimus presentibus protestantes, quod constituta in nostra presentia domina Greta vidua de Vresenhusen cum filiis suis Lippoldo tunc temporis iudice nostro et Herboldo fratribus coram nobis asserebant se ab ipsorum parentibus et amicis veraciter intellexisse, quod in decima Malride inferiore et medio apud Nihem, super qua domino preposito et conventui in Wilbodessen aliquantulum movebantur, nichil iuris habuerunt. Et in testimonium assertionis et veracis intelligentie coram nobis et aliis probis viris factarum[1]) nostrum sigillum ad petitionem parcium appendimus huic scripto. Testes aderant subnotati: Hermannus plebanus, Wasmodus de Alfwinessen, Ekehardus Vivus, Henricus de Gheren, Bernhardus Voldemerinc, Bernhardus pistor, Henricus de Alfwinessen, Hermannus de Schunen, Iohannes Blomberg, Henricus de Kuddessen, Bernhardus de Meghenberg, Lutbertus Ghubelere, Lutbertus sutor, Henricus de Bilrebeke, Wernherus Widemhouere, Conradus de Pole, Wernherus Husinc et alii quam plures. Actum et datum Stenhem, anno Domini M°.C°C.LXXVII°I., in vigilia Andree apostoli.

[1]) factis *Or.*

Or. z. Z. im Besitze des Pfarrers Drawe in Beringhausen bei Bredelar. An Pergamentstreifen Siegel, Rand abgeblättert, anscheinend mit der Westf. Sieg. II. Abthl. 2 S. 5, wo Abbildung fehlt, gegebenen Beschreibung identisch. Zu Malride *vgl. oben Nr. 1472.*

1533.

Stift Corvey verkauft drei Dörfer an Kl. Lippoldsberg. Corvey 1278 Dezember 3.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Henricus Dei gratia abbas electus et prepositus, Bernardus prior et camerarius totusque conventus Corbeyensis ecclesie universis hoc scriptum intuentibus salutem in vero salutari. Sciant tam posteri quam presentes, quod, cum nostra ecclesia propter hostiles incursus et gravia dampna esset oppressa onere gravissimo debitorum, propter que debita homines ecclesie nimium gravarentur, nos tales fatigationes redimere volentes unanimi consensu et libera omnium voluntate tres villas, scilicet Bodeneuelde, Gotmersen et item Bodeneuelde, apud claustrum Lyppoldesberg sitas vendidimus ipsi ecclesie in Lyppoldesberg pro centum marcis puri argenti titulo proprietatis et omne ius cum utilitate excrescente pertinens ad curiam Bodeneuelde, quod totum vulgariter dicitur ammecht, sive consistat in hominibus sive piscationibus, pratis, silvis, censu annone, animalium, pecunie, salis, sive in mansis pro parte sitis Sconingen iure enphyteotico ab hominibus ad predictam curiam pertinentibus vel ab aliis possessis, iure patronatus ecclesie in Bodenuelde cum universis venditis transeunte, quam venditionem nos Henricus abbas electus totusque conventus post confirmationem firmabimus denuo consensu et renovabimus sine omni difficultate aliis litterarum instrumentis. Pro qua firmitate et denuo consensu innovandis abbas electus et conventus obligavimus nos ecclesie in Lyppoldesberg datis fideiussoribus, Ludolfo scilicet et Ludolfo comitibus de Dasle, Ekberto dicto Speygel, Alberto et Alberto de Amelungessen, Rabano de Papenhem, militibus, Alberto et Herboldo de Amelungessen,

Euerardo de Brokhusen, famulis, qui iam dicti milites et famuli in manus iam dictorum comitum et prepositi Henrici de Lyppoldesberg ac magistri Iohannis iudicis Northunensis promiserunt fide data, quod, si innovatio litterarum et firmatio denui consensus non accederent infra mensem post confirmationem nostri abbatis electi vel alterius succedentis obtentam, si confirmatio nostri abbatis nunc electi non consequeretur quocunque casu, requisito tamen prius intrarent oppidum Huxariense secundum consuetudinem militum vel famulorum promittentium fide data non egressuri nisi predictis omnibus integraliter adimpletis. Ne igitur alicuius calumpnia nostram venditionem tam canonice factam impedire possit in posterum, ad perpetui roboris firmitatem hoc presens scriptum dedimus ecclesie in Lyppoldesberg cum illorum nominibus, qui venditioni intererant, sigillorum nostrorum appensionibus roboratum. Testes itaque sunt: L(udolfus) et L(udolfus) de Dasle, Ek(bertus) dictus Speygel, Al(bertus) et Al(bertus) de Amelungessen, Rabanus de Papenhem, milites, Al(bertus) et Her(boldus) de Amelungessen, E(uerardus) de Brokhusen, famuli prenominati. Item Lodewicus iunior comes de Euerstene, Adolfus comes de Nienouvere, Volquinus miles de Meimbrechtissen, magister Io(hannus) iudex Northunensis, Hermannus scolasticus Noue Ecclesie, Ludolfus notarius noster, Conradus Beseworem, Volcmarus de Bruneswic, Io(hannes) de Natsungen, Arnoldus de Voltzen, Sifridus de Hollessen, consules Huxarienses, et alii quam plures clerici et layci fide digni. Acta sunt hec Corbeye, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo septuagesimo octavo, tertio Nonas Decembris.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Lippoldsberg. An Pergamentstreifen 1) spitzovales Elektensiegel Heinrichs; 2) rundes Kapitelssiegel. Gedr. Wigand, Archiv IV, 225. Vergl. unten zu 1289 Januar 13 u. Anm. zu UB. V, 854.

1534.

Graf Ludolf von Dassel spricht einen Ministerialen von allen Diensten frei und gestattet ihm in ein gleiches Verhältniss zum Stift Corvey zu treten. Gieselwerder 1278 Dezember 22.

Nos Dei gratia Liudolfus comes dictus de Dasle manens in Insula domini ducis universis Christi fidelibus hoc scriptum visuris salutem in Domino. Ad noticiam tam presencium quam futurorum cupimus pervenire, Herboldum dictum de Thedekenhusen, nostrum ministerialem, ad instanciam suorum amicorum serviciis, quibus nobis tenebatur[1]), solutum ac liberum totaliter reddidisse; ecclesie vero Corbegensi cum nostro consensu ministerialem se poterit exhibere. Testes hii sunt: Reynhardus de Gothardessen, Vol-(q)wardus de Meynbrectessen, milites, Reynhardus Otterstake, Reynboldus de Markessen, Thi(dericus) de Thedekenhusen, Ber(tholdus) dictus de Asekendorp et alii quam plures fide digni. Ad huius rei noticiam presens scriptum sigilli nostri robore communimus. Datum in Insula, anno Domini M°.CC.LXXVIII°., sequenti die Thome apostoli.

[1]) tenebuntur *Abschr.*

Aus Msc. I, 134 fol. 210 im Kgl. St.-A. Münster.

1535.

Graf Albert von Schwalenberg, Statthalter des Herzogs von Braunschweig in Hameln, legt einen Streit zwischen Kapitel und Bürgern bei. Hameln 1278 Dezember 24.

Gedr. Meynardus, UB. des Stifts und der Stadt Hameln Nr. 81.

1536.

Die Ritter Arnold und Giso von Gudensberg verzichten auf ihr Recht an Hof in Holthosen *und in der Mark der Villa Twiste und verkaufen den Hof dem Kl. Volkhardinghausen. 1278.*

Nos Arnoldus et Gyso de Godenborch milites recognoscimus et protestari volumus per presentes, quod de bona voluntate et consensu nostrorum heredum omnium omne ius cum iusticia, quam habuimus et habere videbamur de curia nostra dicta Holthosen in iuri(s)dictione et in marcha, quod vulgariter dicitur eyn marca in campis ville Twiste, scilicet in campis, pratis, pascuis, aquis et gregibus seducentibus et

silvis, renunciamus excepta una possessione, que vulgariter dicitur eyn achtewort, quam in silva predicte ville ad curiam nostram spectantem fruifice et libere possidemus, quia in hiis predictis amice cum domino Ludolfo de Horhosen milite per induxiones et auxiliationes amicorum nostrorum ab invicem sumus separati et eandem curiam dictam Holthosen in eadem possessione et libertate cum omnibus suis pertinentiis, qua possidebamus, priorisse et conventui sanctimonialium in Volchardinchusen rite rationabiliterque vendidimus et hanc venditionem, si ipsis oportunum fuerit, warandamus. Testesque huius rei sunt: Hermannus de Blomensteyn plebanus in Wolfhagen, Iohannes de Helfenberg et Henricus de Osterhusen, milites, Henricus de Roderickessen, Wernerus de Gůdenborg et quam plures alii fide digni. Actum et datum anno Domini M°.CC°.L°XX°VIII°.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen das dreieckige oben abgerundete Siegel, die von einander abgekehrten Adlerrümpfe in der oberen Hälfte, die durch Gitter verbundenen drei Balken in der unteren. Vergl. Nr. 1531.

1537.

Gottschalk von Padberg schenkt das Eigenthumsrecht an einigen von Ludolf von Dalwigk an Kl. Bredelar in Esbike *verkauften Gütern dem genannten Kloster. 1278.*

Universis presentes litteras inspecturis et audituris ego Godescalcus dominus castri in Pathberg salutem in vero salvatore. Res geste scriptis utiliter annotantur, ut scripture stabilitate stabili memorie commendentur. Noverint igitur presentes pariter et futuri, quod quedam bona sita in villa Esbike, que Ludolfus miles dictus de Dalwich a me tenuit in feodo, consensu heredum suorum accedente cum omnibus suis pertinentiis contulit conventui in Bredelare perpetuo possidenda, quorum proprietatem ad me pertinentem predicti monasterii abbatis et conventus et prefati Ludolfi precibus favorabiliter inductus Frederico filio meo et aliis heredibus meis annuentibus donavi libere et pacifice perfruenda. Et ne super hac donatione scrupulus dubietatis oriri valeat et sepe dictus conventus aliqua molestia perturbari, presens scriptum sigilli mei communitione porrexi in perpetuam memoriam roboratum. Testes huius donationis sunt: Wernherus plebanus de Adorp, Theodericus de Mederike, Hermannus de Pathberg, Swickerus de Westhem et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C.LXX octavo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 112. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1538.

Die Rathmänner von Bielefeld bekunden, dass Otto Vridach seine Güter in Horst dem Stift Schildesche geschenkt und von diesem wieder zu Lehn empfangen hat. 1278.

Iudex Nicolaus de Bileuelde cum eiusdem civitatis consulibus universis presentia visuris volumus notum esse, quod veniens ad nostram presentiam Otto Vriydah et uxor sua cum pueris suis et fratres sui, uxor Ecberti Nigri cum pueris suis bonorum in Horst, que ad ipsos iure proprietario pertinebant, proprietatem de consensu predictorum coheredum suorum cum suis pertinentiis, pratis, pascuis, silvis, aquarum decursibus libere contulit ecclesie Scillescensi, predicta bona recipiens in feodo ab ecclesia antedicta. Postmodum vero eadem bona in Horst pro XXIIII marcis legalium denariorum titulo pignoris obligavit ecclesie sepedicte, redditibus sive fructibus in sortem minime computatis. Testes aderant huic facto: Iohannes Durolt, Iohannes de Linke, sacerdotes, Iohannes de Rubo et frater suus Reinbertus Top, milites, Arnoldus de Edessen, Hermannus de Bileuelde, Ludolfus de Rosendale, Iohannes de Heruordia et alii quam plures. In cuius testimonium presens scriptum inde confectum sigillo nostro fecimus communiri. Datum anno Domini M°.C°C.LXXV°III.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Schildesche Nr. 24. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Auf demselben Anfang einer Urkunde: Otto comes de Rauensberh universis presentia visuris volumus notum esse, quod veniens ad in *von derselben Hand.*

1539.

Die Rathmänner von Marsberg bekunden, dass von Gerlach von Esbike gen. Dickebir mit Zustimmung seiner Söhne Hermann und Albert, des Anton, Sohn des verstorbenen Ritters Albert von Lutersen, des Udo, Sohn des verstorbenen Johann von Hosthem, ihr Mitbürger Berthold von Höxter mit seiner Frau Kunigunde und seinen Kindern Hermann, Konrad, Berthold, Heinrich und Margarethe zu Aspe gelegene Güter als Lehn erworben habe. 1278.

Huius rei testes sunt: Hermannus de Warthberg proconsul Montis Martis, Heinricus de Capella, Iohannes de Ouerenkerken, Conradus de Clyngen, Thetmarus Odelgardis, Heinricus de Nuthlon, Hermannus de Esbike, Gerlacus de Twyste, Volnandus, Hyldebrandus Hauesalthe, Udo, consules Montis Martis, Heinricus de Oddenhusen et frater suus Thydericus et filius ipsius Thydericus, Heinricus Morel iudex, Helmwicus de Huxaria. Iohannes filius Conradi Monetarii et Lodewicus Monetarii patruus ipsius, Iohannes filius Stephani, Wezzelus, Heinricus monetarius, Heinricus de Culte, Godescalcus Rege, Conradus Luthbrandi, Heinricus de Vesperde, Iohannes Costeke, Ludolfus de Aspe et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Propstei Marsberg Nr. 9. Vom Marsberger Stadtsiegel nur ein Bruchstück an blau-weiss-grünen geflochtenen Leinenfäden erhalten. Gedr. Seibertz, UB. I, 384.

1540.

Graf Heinrich von Sternberg widerruft zu Gunsten des Stifts auf dem Berge bei Herford die Ueberlassung einer Vogtei in Gehrden. 1279 Januar 8.

Ego H(enricus) comes dictus de Sterrenberg universis Christi fidelibus hoc scriptum visuris salutem in Domino sempiternam. Noverint universi, quod in advocatia, quam dominus Bernhardus dictus de Gesmelle a nobis de curia in Gerdene sita recepit iure feodali, secundum assertionem proborum virorum et nostre discretionis considerationem nichil iuris habere recognoscimus[1]) ac fatemur. Unde donationem huius advocatie penitus revocamus, ne in periculum anime nostre et gravamen ecclesie in monte extra muros Heruordenses videamur processisse, monentes ac rogantes dominum Bernhardum supradictum de Gesmelle, quatenus intuitu divine remunerationis et sententia ultimi iudicii inspecta de reditibus predicte advocatie, cum nichil iuris a me nec ab aliquo habeat, ausu temerario aliquid presumat usurpare. Huius revocationis testes: T. prior, G. supprior conventus in Heruordia, et G. plebanus de Monte, necnon . . . miles dictus Gograuius exstiterunt. Datum anno Domini M°.C°C.LX°XVI°III., dominica qua cantatur (in) excelso trono.

[1]) recognossimus *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift auf dem Berge zu Herford Nr. 14. Siegel u. Befestigung ab. Gedr. Ztschr. IX, 75. Reg. Lipp. Regg. I, 244 Nr. 383.

1541.

Elekt Otto von Paderborn lässt die Grenzen des Marienfelder Hofes Stapellage feststellen. 1279 Januar 11.

. . . Quorum locorum initium appellatur Horsteregigge, inde extenduntur ad superiorem partem vallis, que dicitur Berendal, inde per descensum eiusdem vallis ad medium Bauenhustede, hinc ad semitam, que dicitur Iegerepaht, inde per eandem semitam usque ad cymiterium capelle, hinc ad vallem rivi, qui dicitur Westerehalte, inde per ascensum eiusdem rivi usque ad locum, qui dicitur Bredenhorne, inde sursum trans montem Rammesberg per vallem, que dictus Westeredille . . . Testes: dominus Hinricus maior ecclesie nostre prepositus, Hermannus scolasticus, magister Thetmarus, dominus Amelungus de Driburg, canonici, item Alexander plebanus in Orlinchusen, Wernherus Creuet dapifer, Volmarus de Brincke, Udo Sumerkalf, Godescalcus de Patberg, milites. *Unter den andern Zeugen noch:* Godescalcus, Hinricus, Lutbertus fratres dicti Slaui.

Gedr. UB. III, 1061 nach Or.; früher Ledebur, Archiv, 13, 351 nach Kopiar. Schaten ad annum, Regest mit Zeugen und Datum pridie *statt* in crastino. *Reg. Lipp. Regg. I, 244 Nr. 384 und Ztschr. z. Gesch. der Fürsterth. Waldeck und Pyrmont 3, 137.*

1542.

Die Grafen Ludwig von Everstein, Vater und Sohn, genehmigen Besitztausch in Scherfede seitens des Grafen Otto v. E., Bruder Ludwigs d. Ä., und Konrads magister in Scherue *(des Kl. Hardehausen). 1279 Januar 15.*

. . . Nos ipsi contulimus aream Iohannes Nigri, que fuerat Bertmanni, recipientes ab eo aream, in qua situm est gimnasium, quod dicitur gelderhus; item dedimus ei aream apud eius curiam sitam, pro qua nobis reddidit aream, in qua Bertoldus nunc moratur . . . Testes: dominus Mauritius abbas in Amelungesborne et Fridericus camerarius ibidem.

Gedr. nach Or. Spilcker, Everstein UB. Nr. 181.

1543.

Stift Corvey bekundet einen Rechtsspruch über die Litonen bei Todesfällen. Corvey 1279 Januar 23.

Universis presentes litteras inspecturis Henricus Dei gratia abbas electus, Bernardus prior et totus conventus ecclesie Corbeyensis salutem in Domino salutarem. Tenore presencium profitemur tale ius nos habere, in quo et ministeriales ac alii fideles ecclesie nostre nobis consenciunt et concordant, quod, si aliquis litonum nostrorum moritur relinquens post se viduam et pueros nobis pertinentes et ipsi pueri nobis providere sibi non valent propter defectum etatis sive sexus, si bona tenent de manu nostra, de quibus nobis servire et dare tenentur, et ipsa vidua in debito nostro nobis satisfacere non valens eadem bona nobis assignat conpulsa per sententiam sive spontanea voluntate, restitutio eorundem bonorum ipsis pueris, postquam sibi providere suffecerint, facienda in gratia nostra stabit, ita tamen, quod nobis reddere tenentur, si defectum aliquem sustinuimus ab eo tempore, quo ipsorum pater decessit usque ad tempus illud, quo ipsa bona decreverint requirenda. Preterea nichil ipsis restituere tenemur, si plus consecuti sumus de sepedictis bonis eo tempore, quo nostris manibus fuerint, quam fuissemus de litonibus consecuti. Datum Corbeye, anno Domini M°.CC°.LXXIX., in crastino beati Vincentii martiris.

Nach Diplomatar des Kl. Marienthal s. XIV p. 22 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarch. zu Wolfenbüttel.

1544.

Thetmar Opolt, Edelherr von Waldeck, überträgt dem Kl. Küstelberg eine jährliche Rente. 1279 Januar 28.

Nos Thi(t)marus Opolt nobilis de Waldec recognoscimus omnibus hanc litteram intuentibus tam presentibus quam futuris, quod quandam annualem pensionem quindecim denariorum a quadam curia in medio Sledere sita singulis annis die Iacobi iure, quod vulgo thenetlose nuncupatur, recipiendam, quam Sifridus et uxor sua suique parvuli a nobis in feudo tenebant et in manus nostras resignabant, ad instanciam eorundem contulimus ecclesie sancte Marie in Quistelberg iure proprietario perpetualiter possidendam. In cuius rei memoriam evidentiamque perspicuam presens scriptum nostro sigillo duximus roborandum, presentibus Henrico sacerdote, Burchardo clerico, Theoderico gogravio in Medebeke et Bernhardo fratre suo, Hermanno Ocioso, Theod(o)rico Heuere, Sifrido filio Anthonie et aliis quam pluribus. Datum anno Domini M°.CC°.LXX nono, octava Agnetis.

Perg.-Ausfertigung im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Glindfeld Nr. 7. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Fälschung (nach echter Vorlage?) aus Ende saec. XV. oder Anfang XVI.

1545.

Beilegung eines Streites zwischen Kl. Abdinghof u. Ludwig v. Berendorf wegen Scharmede. 1279 Februar 1.

Heinricus Dei patiencia Monasteriensis abbas, R(odolfus) divina miseratione abbas Herswithusensis, Hermannus prepositus Gerdenensis, consules et universitas civium Paderbornensium et W(illikinus) advocatus de Godenborg[1]) omnibus presens scriptum (inspecturis) salutem in eo, qui est salus omnium. Cum ea, que in tempore aguntur, cum tempore labantur, nisi scriptis memorie artius inprimantur, ideo (presentium tenore) protestamur publice, quod Lodewicus de Berendorp in presentia nostra precise, absolute et sine omni conditione in manus domini Hermanni abbatis et conventus ecclesie sancti Pauli in Paderborne

renunciavit omni actioni et iuri, si quod habebat vel habere videbatur in curia Scarhem et quadraginta iugeribus in orientali parte civitatis Paderbornensis et dapiferatu predicte ecclesie sancti Pauli, possessionem, ius et plenum dominium, si quod ipsi in predictis bonis conpetebat, in predictum dominum abbatem et ecclesiam suam transferendo, ita quod penitus nichil iuris sibi in bonis predictis et eorum pertinenciis pertinebat(?). Preterea dictus abbas de nostro et aliorum proborum virorum consilio dicto Lodewico sex marcas legalium denariorum liberaliter sine aliqua condicione delegavit. Ne quis autem amicorum vel heredum sepedicti Lodewici tam pium et rationabile factum infringere presumat, isdem Ludewicus presentem paginam sigillis nostris sigillari precibus obnixis inpetravit. Huius rei testes sunt: Thomas prior, Pilegrimus custos ecclesie sancti Pauli, Ludolfus de Dalberen, Andreas de Sola Domo, Albero Cancer, milites, Ysherus de Aldendorpsen, Iohannes Wlpes, Hermannus filius Erenfridi, consules, Andreas Wltur, Ysherus Longus, Heinricus Endehacht, Gotfridus gogravius, Arnoldus de Driborch, Gerhardus monetarius, Conradus Cobrike, burgenses civitatis Paderburnensis, Willike de Vernede iunior, Iohannes de Nedere, Conradus de Tudorp et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis Domini M°.CC°.LXXIX., in die sancte Brigide virginis.

[1]) *Ergänzt nach Nr. 1556. Hier unsicher.*

Or. (beschädigt) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 71. Das erste Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen; an 2. Stelle grosses rundes Paderborner Kapitelssiegel (Umschrift fehlt); 3. und 5. ganz ab; an 4. Stelle rundes Paderborner Stadtsiegel; an 6. das (verletzte) spitzovale kleine des Gehrdener Propstes: Maria mit dem Kinde und Petrus mit Schlüssel, darunter der Propst knieend. Umschrift: Secretum prepositi Hermanni Gerdensis ecclesie. Scharhem, *jetzt Scharmede genannt, liegt zwischen Paderborn und Salzkotten. Ein Gut daselbst und 40 Morgen Acker an der Ostseite von Paderborn gehörten zum Amte des Truchsessen des Abdinghofer Abts; die Besitzung nebst dem Amte war in der Familie des Drosten erblich geworden, der Abt fand es gerathen sich des weltlichen Drosten zu entledigen und Amt nebst Zubehör zurückzukaufen. (Spancken.) Vergl. oben Nr. 297 u. 353.*

1546.

Henricus in Nethse prepositus, Conradus in Wolchardencusen prepositus, Conradus in Corebeke vicarius *Zeugen bei Schenkung eines Gutes bei Medebach an Kl. Küstelberg seitens des Edelherrn Hermann von Blomenstein, Pfarrers in Wolfhagen. 1279 Februar 22.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Glindfeld Nr. 8. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1547.

Die Stadt Marsberg bekundet, dass der Pfarrer Konrad von Horhausen der Kirche zu Marsberg den Zehnten zu Wigerdinkhusen *geschenkt habe. 1279 März 1.*

Universis Christi fidelibus litterarum presencium seriem previsuris iudex, consules ac burgenses oppidi Montis Martis temporalium impendiis perpetue beatitudinis consorcium elucrari. Testamentum feliciter credimus ordinari, cum ecclesiastice persone de substanciis ex Christi patrimonio collectis ministris Dei religiosis prediorum possessiones augent et provident in futurum. Hinc est, quod noverint iam posteri quam moderni, quod Conradus plebanus de Harhusen ex affectu pie devotionis, quem circa ecclesiam Montis Martis, sibi venerabilem patronam, ab annis discretionis cognoscitur habuisse, decimam in Wigerdinchusen sitam cum omni sua integritate et proventuum utilitate, suis impendiis videlicet, summa triginta trium marcarum a laycis heredibus, quorum nomina subnotantur, racionabiliter empta et a singulis ac universis nobis astantibus resignatam super altare beati Petri offerens ecclesie prenotate, dumtaxat pensione sex moldrorum annone excepta, de proventibus decime ecclesie sue in Harhusen profutura perhenniter favorabiliter delegavit perpetuo possidendam, ordinato, ut post obitum dicti plebani anniversarii et eiusdem Conradi sacerdotis ac suorum parentum laycorum Conradi et Gertrudis tribus moldris ex decima fratribus ecclesie in servicium ministratis cum exequiarum memoriis

devocius peragantur. Affectum autem testatoris affectu gratuite pietatis ecclesia recompensans Heinricus prepositus cum grato fratrum suorum assensu decimam eandem legatam cum omni fructuum ubertate dicto C(onrado) plebano tempore vite sue, quoad vixerit, recontulit perfruendam, item pretaxatam hanc decimam venditam resignantibus Rabodone, Godescalco et Mauricio fratribus ac eorum matre Greta liberisque fratrum heredibus ac coniugibus assencientibus in vigilia beatorum apostolorum Symonis et Iude, anno gratie M°.C°C.LXXV°I. Testes aderant resignationi: Heinricus Morel iudex, Bertoldus de Huxaria, Albertus de Mule(n)husen, Heinricus de Oddenhusen, Heinricus de Capella, Conradus de Clinge, Iohannes de Bilinchusen, Heinricus de Nutlon, Iohannes de Ouerenkerke, Stephanus Caupo, Gerlacus de Tuiste, Fredericus Speycht, Heinricus de Vesperde, Ludolphus frater iudicis. Ut autem hec rata maneant in ewum, ne premissorum ordinationem et legatum tam notabile calumpnia vel oblivio valeat in posterum enervare, litteris presentibus sigillum civitatis nostre decrevimus appendendum, astantes presencium ordinationi: Heinricus Morel iudex, Hermannus de Wartberg proconsul, Heinricus de Capella, Iohannes de Ouerenkerke, Gerlacus de Tuiste, Bertoldus Rotcheri, Hermannus de Esbike, Iohannes Hasso, Hermannus de Blikessen, Hermannus de Kerictorp, Lambertus, Thetmarus Olgardis et Iohannes Stephani, consules et alii quam plures burgenses hec audiverunt. Actum et datum in Kalendis Marcii, anno Domini M°.C°C.LX°X nono.

Or. im Generalvikariats-Archiv zu Paderborn. An Pergamentstreifen unkenntliche Reste weissen Wachses. Auf der Rückseite von Hand s. XV. Wyrdinckhusen. *Nach Urk. von 1332 Februar 14 (Seibertz, UB. II, 635) lag dieses* in pede Montis Martis. *Nach Mittheilung des Herrn Gerichtsrathes Fischer in Marsberg existirt der Ort selbst nicht mehr, aber die Gegend, wo er gelegen, ist noch wohl bekannt und wird jetzt im Volksmunde Wiringsen genannt. Auch im Flurbuche kommt er noch vor. W. lag in dem engen Diemelthale, welches östlich von dem Heresberge und westlich vom Weissfelde begrenzt wird. Die Diemel trennt ihn vom Heresberge; die dazu gehörigen Grundstücke sind jetzt (1882) grössentheils im Besitze der Wittwe des Bürgermeisters Heide zu Ober-Marsberg. Der heute üblichen Benennung völlig entsprechend ist die im Güterverzeichniss des Klosters Bredelar (Seibertz, Quellen der westfäl. Gesch. I. S. 152) vorkommende* Wirinchusen.

1548.

Kl. Hasungen verkauft an Kl. Hardehausen Ländereien bei Fritzlar. 1279 März 13.

Nos Wernherus Dei gratia abbas, . . prior totusque conventus monasterii in Hasungen ad noticiam tam presencium quam futurorum cupimus pervenire, quod voluntate et consensu unanimi vendidimus domino . . abbati et conventui in Herswindehusen, ordinis Cysterciensis, quosdam agros in campo Fritslariensi sitos inter agros eorundem pro decem et septem solidis levium denariorum proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendos, renuntiantes omni iuri, quod hactenus habuimus in eisdem ipsos possessioni predicti conventus libere conferentes. Testes sunt: Sifridus Stozro sacerdos, Hartmudus Swinouge, Volcmarus, Wigandus notarius Fritslariensis et multi alii probi viri. In huius facti evidentiam dedimus presens scriptum sigillorum nostrorum munimine roboratum. Datum anno Domini M°.C°C.LX°XIX°., III°. Idus Marcii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 202. Zwei Siegel von den Pergamentstreifen ab.

1549.

Kl. Hasungen verkauft der Wittwe Gisla von Helfenberg eine Hufe in Vredegatsen. *1279 April 4.*

Wer(nherus) Dei gratia abbas, C. prior totusque conventus in Hasungen universis presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Tenore presencium recognoscimus et puplice protestamur, quod nos unanimi consensu domine Gisle relicte de Helfenberc mansum unum situm in Vredegatsen, quem quondam Iohannes conversus excoluit iure coloni, vendidimus pro X marcis gravium denariorum cum omnibus attinenciis libere et absolute titulo proprietatis perpetuo possidendum. In cuius rei

testimonium presens scriptum damus eidem nostro sigillo et conventus et plebani in Wlfagen munimine roboratum. Huius rei testes sunt: H(ermannus) de Blomensten, Wer(nherus) sacerdos de Dodenhusen, T. colonus. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX°XVII°II., in die Ambrosii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 203. Drei Siegel von den Pergamentstreifen ab. Über Vredegatsen (Fredegodessen) *vgl. Landau, Wüste Ortschaften, 168.*

1550.

Bischof Volquin von Minden bekundet einen Vergleich zwischen dem Edelherrn Hoyer von Sternberg und dem Mindener Kanonikus Bruno von Spenthove wegen Güter in Hillewardingsdorpe, Padeburnensis diocesis. *Minden 1279 Mai 1.*

Gedr. Würdtwein, Subsid. Diplom. XI p. 86. Reg. Lipp. Regg. I, 245 Nr. 385. Hillewardingsdorpe *= Hillentrup im Amte Brake.*

1551.

Elekt Otto von Paderborn bestätigt der Neustädter Kirche zu Lemgo die Schenkung des Zehnten zu Spork und dreier Schillinge Jahresrente aus Gärten bei Lemgo seitens Agnes, Wittwe des Edelherrn Bernhard zur Lippe und ihres Sohnes Simon. Den Zehnten hatte Heinrich von Tentincthorpe *von Simon zu Lehn getragen und ihm resignirt. Paderborn 1279 Juni 12.*

Zeugen: Hinricus decanus, Hinricus prepositus Schildecensis, Videkindus de Osede, Hermannus scolasticus, Thidericus de Susato, Fridericus de Heruordia, Amelungus de Driborg, Wernerus de Pathberg, Bertoldus de Asseburg, Bernardus de Warendorp, magister Dithmarus, Iordanus, Otto de Rethberg, Hinricus de Sterenberg, Reinboldus thesaurarius, Conradus, Georgius, Thidericus de Ittere, canonici ecclesie nostre, Hinricus de Gummere, Godescalcus et Hinricus fratres dicti Slaui, Iohannes et Reinfridus fratres de Busco, Conradus de Heden, milites.

Or. im Stiftsarchiv zu Lemgo. Reg. Lipp. Regg. I, 246 Nr. 386; mit Zeugennamen Asseb. UB. II, 539. beide irrig mit Juni 13.

1552.

Die Rathmänner der Stadt Warburg bekunden Güterüberlassung in Esbike *an Kl. Bredelar. Warburg 1279 Juni 25.*

Hermannus dictus de Dalhem, magister consulum, et universitas consulum oppidi in Wartberg universis presentes litteras inspecturis vel audituris notum esse volumus et testimonio presentium protestamur, quod Hermannus miles dictus de Schardenberg et uxor ipsius domina Rixa et filii eorumdem, scilicet Hermannus, Wezelus, Albertus et Alheydis, soror ipsius, constituti in nostra presentia proprietatem curtis in villa Esbyke site, quam Gerlacus dictus Dickebir ab ipsis in feodo tenuisse asserebant, monasterio in Breydelare, ordinis Cysterciensis[1]), acceptis tribus marcis denariorum et fertone et novem ulnis panni ab abbate et conventu eiusdem monasterii voluntate et consensu unanimi contulerunt et omni iuri suo, quod in ipsa proprietate se habere dicebant, coram nobis penitus renuntiaverunt, ita ut nullam super predicte curtis proprietate contra conventum dicti monasterii in Bredelar possint vel debeant postmodum facere questionem. In cuius facti evidentiam et testimonium precibus predicti militis Hermanni et uxoris sue et filiorum supradictorum presentes litteras sigillo nostre civitatis duximus roborandas. Actum et datum in Wartberg, anno Domini M°.C°C.LX°X nono, in crastino Iohannis Baptiste.

[1]) Cyrsterciensis *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 113. An Pergamentstreifen Siegel der Stadt Warburg.

1553.

Otto von Valkenberg bekundet Beilegung eines Streites zwischen ihm und Kl. Hardehausen wegen Güter in Lohne. 1279 Juni.

Universis hoc scriptum visuris Otto dictus de Valkenberg perpetuam rei geste noticiam. Tenore presentium protestamur, quod, cum nos et Iohannes frater noster venerabili viro domino . . abbati et

conventui in Herswithusen super quibusdam bonis in Lon sitis moveremus questionem mediantibus domino Henrico de Biscopeshusen, Sygebodone de Ittere, Theoderico de Elbene, militibus, Conrado de Hohenberg, Hartmodo Scultheto, Volcmaro Comite, civibus iuxta ecclesiam in Frithslaria, perspecta veritatis serie omni iuri, si quod habere putabamus in bonis predictis, renuntiavimus et renuntiamus in hiis scriptis fide data promittentes, ut debitam iam dicto abbati et conventui prestemus warandiam contra quoslibet, qui eos super premissis bonis attemptaverint impulsare. In cuius renunciationis et resignationis rite facte evidentiam pleniorem hanc paginam nostro sigillo fecimus communiri. Nos vero Henricus de Biscopeshusen miles et nos civitas in Frithslaria utrobique rogati ad maius testimonium sigillorum nostrorum munimine fecimus stabiliri. Ego autem Iohannes predictus, quia proprium sigillum non habeo, sigillo fratris mei prelibati et aliorum duorum sigillorum appensione sum contentus. Testes aderant, quorum nomina superius sunt expressa. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo nono, mense Iunio.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 204. Drei Siegel von den Pergamentstreifen ab.

1554.

Amtseid des neuerwählten Paderborner Domdechanten Werner. Paderborn 1279 Juli 8.

Ego Wernerus in decanum Paderbornensis ecclesie electus capitulum meum in omni religione et iure suo conservabo pro posse et nosse secundum consilium priorum meorum, quorum pro tempore copiam habere potero, et ipsorum iustis consiliis stabo in omnibus agendis ecclesie mee, nec aliquid de predictis obmittam propter gratiam, odium vel timorem. Sic me Deus adiuvet et conditores sanctorum ewangeliorum. Actum et datum in capitulo Paderbornensi, anno Domini M°.C°C.LX°XI°X·, in die sancti Kyliani martiris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 292. An Pergamentstreifen beschädigtes spitzovales Siegel, stehende Figur in faltenreicher Gewandung, in der Linken ein Kelch.

1555.

Das Kl. Merxhausen verkauft dem Kl. Volkhardinghausen einen Garten. 1279 Juli 15.

Nos Gotscalcus Dei gratia prepositus, priorissa totusque conventus sanctimonialium in Merkershusen recognoscimus hoc scriptum intuentibus universis, quod ortum ante opidum Wlphain situm, quem tempore diutino sub proprietatis tytulo possedimus, Cunegundi matrone et bone matri familias in Volchardeshusen vendidimus libere ac perpetuo possidendum, ita videlicet, quod Mechildis dicti cenobii Volckardeshusen monialis dicte Cunegundis filia post discessum eius matris dicto orto ac reditibus eiusdem, quamdiu vixerit, feliciter perfruatur, tandem vero post obitum utriusque dicto cenobio in Volckardeshusen ortum sepedictum volunt perhenniter attinere. Ut autem hec emptio robur obtineat, hanc litteram sigilli nostri munimine duximus roborandum. Huius rei testes sunt: dominus Wernherus abbas in Hasungen, dominus Her(mannus) plebanus in Wolphain, dominus Io(hannes) miles de Helfenberch et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX°XI°X., in divisione apostolorum.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen verletztes kleines spitzovales Siegel des Propstes, stehende Gestalt, anscheinend in der Linken ein Buch.

1556.

Beilegung eines Zwistes zwischen Hermann v. Dwergen u. Kl. Bredelar wegen Meerhof. Gudensberg 1279 August 14.

Nos Euerhardus dictus Wlf et Conradus dictus Grope milites necnon et Willikinus advocatus in Gudenborg universis presentes litteras inspecturis vel audituris notum esse volumus presentium litterarum testimonio protestantes, quod questio sive querimonia, quam Hermannus de Duueringen abbati et conventui in Bredelare movit super quadam possessione sita iuxta curtem ipsorum in Mare et aliis

debitis, nobis mediantibus amicabiliter est sopita, ita ut predictus Hermannus penitus sue actioni, quam dicebat se habere, sive fuerit de iure vel de facto, renuntiaret coram nobis. Insuper et nullam molestiam predicto inferre monasterio de cetero promisit sed favorabiliter promovere. Abbas vero de nostro consilio et iussu ad firmam reconciliationem et stabilem prefato Hermanno duodecim ulnas panni grisei dedit ad se induendum necnon et animam patris sui et patruorum suorum premortuorum in communionem orationum sui conventus recepit et ipsum Hermannum orationum omnium fecit participem in vita pariter et in morte. Et ne scrupulus dubietatis evenire valeat in predicta compositione, presentes litteras sigillorum nostrorum appensione duximus muniendas. Actum et datum in Gudenborg, anno Domini M°.C°C.LX°X nono, in vigilia assumptionis sancte Marie virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Dalheim Nr. 37. An Pergamentstreifen 1) Fragment vom dreieckigen Siegel Everhards Wolf, der horizontal liegende Maueranker; 2) verletztes dreieckiges Siegel, Topf mit drei Füssen und grossem Handgriff, zwischen dem ebenso wie in den beiden Oberecken je eine Rose; 3) abgefallen.

1557.

Der Paderborner Kanoniker Amelung schlichtet einen Streit des Kl. Abdinghof mit Frau Adelheid und ihrem Sohn Dietrich wegen eines Hauses bei Paderborn. 1279 September 11.

Amelungus canonicus Paderbornensis, iudex unicus a venerabili domino Ottone Paderburnensis ecclesie electo constitutus, universis hoc scriptum visuris salutem in Domino. Constituti coram nobis in figura iudicii Conradus cantor et Heinricus, monachi ecclesie sancti Pauli Paderburnensis civitatis, procuratores domini abbatis et conventus ecclesie predicte sententiam diffinitivam a nobis pronuntiari petiverunt in causa, que vertebatur inter dominum abbatem prefatum et conventum suum ex parte una et Alheidem feminam et Thidericum clericum filium eius ex parte altera super domo quadam apud Paderam quondam Thiderici sacerdotis de Corbeke, vicarii ecclesie maioris. Nos autem cognitis hincinde meritis eiusdem cause pronunciavimus et pronunciamus in hoc scripto sententiam in hec verba: In nomine Domini amen. Anno Domini M°.C°C.LX°XI°X., in die Proti et Iacintti lata est hec sententia. Cum causa, que inter dominum abbatem et conventum eeclesie sancti Pauli Paderburnensis civitatis et Alheidem feminam et Thidericum filium eius super domo predicta coram nobis fuisset aliquamdiu ventilata, invenimus ex legitimis documentis et instrumentis publicis dicti Thiderici sacerdotis prefatum dominum abbatem et conventum suum in ipsa domo ex testamento legitimo ius habere. Quare ipsam domum prefatis domino abbati et conventui suo sententialiter adiudicavimus et adiudicamus in hoc scripto iustitia mediante mittentes ipsos in corporalem possessionem domus memorate, contradictores etiam et rebelles et omnes ipsos volentes inpedire contra sententiam memoratam ex communicationis sententia auctoritate nobis iniuncto presentibus innodantes et predictis Alheidi femine et Thiderico filio eius super eadem domo perpetuum silentium auctoritate, qua fungimur, inponentes. In cuius facti testimonium presens scriptum nostro sigillo et aliorum honestorum virorum et discretorum, qui ad hoc factum testes rogati fuerant, fecimus et rogavimus sigillari. Actum et datum anno et in die predictis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 72. Von den neun an Pergamentstreifen angehängt gewesenen Siegeln nur noch ein plattgedrücktes spitzovales Siegel, anscheinend zwei Vögel (Pfauen), erhalten.

1558.

Edler Konrad von Schöneberg schenkt dem Kl. Hilwartshausen wegen Aufnahme zweier seiner Töchter das Dorf Horod. 1279 September 17.

Nos Conradus de Schonenberg nobilis recognoscimus per presentes et ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod, cum dominus prepositus et conventus sanctimonialium in Hildewordeshusen filias nostras, videlicet Gyslam et Alheydim, in consortium sui conventus reciperent[1]) propter Deum

nos et bona voluntate et consensu unanimi Conradi et Bertoldi filiorum nostrorum necnon omnium heredum nostrorum, quorum interest vel interesse debeat, villam nostram dictam Horod integraliter cum omni iure, usufructu, advocatia, silvis, pascuis, aquis, piscariis, campis, agris, cultis et incultis, sicud nos hactenus a nostris progenitoribus possedimus et sicud antiquitus ab incolis ibidem morantibus possessa fuerant, una cum indagine Renebecke et indagine Nidderhage iure eodem iam predicto conventui donamus, conferimus et contulimus ob honorem beate Marie sanctorumque Stephani et Viti, patronorum dicte ecclesie, offerimus et contulimus in hiis scriptis libere et quiete perpetuo possidendam[2]). In cuius rei testimonium domino preposito et conventui prefato presens scriptum dedimus nostri sigilli munimine firmiter communitum. Datum et actum in presencia domini Hermanni militis in Osede, Bernhardi filii sui et Iohannis de Bobbeke, presentibus nichilominus capellanis domini prepositi Hermanni, videlicet[3]) Henrico de Wartberge, Conrado de Herste sacerdotibus, et pluribus aliis fide dignis, anno Domini 1279, in die beati Lamberti[4]).

[1]) recipentes *Abschr.* [2]) possidendo *Abschr.* [3]) *Folgt* et *Abschr.* [4]) Lamperti *Abschr.*

Von Abschr. saec. XIX. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn 292a.

1559.

Edler Arnold von Gudensberg schenkt dem Kl. Arolsen eine Hufe. Volkmarsen 1279 September 26.

Notum sit omnibus Christifidelibus huius pagine seriem inspecturis, quod nos Arnoldus nobilis de Godenborg dictus Magnus ac uxor nostra nomine Hildeburgis necnon Arnoldus, Everhardus et Iohannes nostri videlicet filii cum ceteris heredibus nostris omni iuri renunciavimus, quod in mensa sito in Verste habere videbamur, proprietatem iam dicti mansi pro annimarum nostrarum remedio ecclesie Aroldensi conferentes et absolute perpetuis temporibus possidendam. Cuius rei testes sunt: dominus Conradus prepositus in Volchardinchusen, dominus Ludolfus divinorum provisor in Wytmaria, dominus Conradus sacerdos, Hermannus rector scolarium in Volcmersen. Insuper presentes erant consules oppidi Volcmersen, quorum nomina sunt hec: Hermannus Monetarius, Arnoldus Rufus, Wipertus, Iohannes de Wellede, Godescalcus Rufi pistoris filius, Henricus de Hemedessen, Henricus de Brune, Henricus de Berendorp, Henricus Bibulus, Eggehardus, Henricus Nortmanni et alii quam plures. Ne vero hec aut oblivio deleat aut oportunitas ingenii malignantis infringat, presenti scripto hinc inde confecto nostrum apponi fecimus sigillum. Preterea ad potiorem huius collationis simul et renunciationis evidentiam a burgensibus in Volcmersen impetravimus hanc paginam ipsorum sigilli inpressione roborari. Datum et actum in Volcmersen, anno dominice incarnationis M°.C°C.LX°XI°X., feria tertia ante festum beati Mychahelis, Rabodone de Brunhardessen iudicium ibidem tenente et Udone per eminentiam consulatus.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen verletzt; 1) dreieckiges Siegel Arnolds v. G.; 2) Siegel der Stadt Volkmarsen.

1560.

Gräfin Mathilde und ihr Sohn Gottfried von Waldeck bekunden, dass Genannte auf ihr Recht an Gütern in Rothym *zu Gunsten des Kl. Hardehausen verzichtet haben. Waldeck 1279 Oktober 15.*

Megthildis Dei gratia comitissa in Waltheke necnon Godefridus filius noster omnibus hanc paginam visuris salutem in vero salutari. Tenore presentium protestamur, quod Alheidis uxor Iohannis dicti Iudei, Arnoldus, Henricus, Hadewigis, liberi eorundem, proprietate et omni iuri, quod eis competebat in duobus mansis in Rothym sitis penitus abrenuntiarunt coram nobis ac abbati et conventui monasterii in Hersuithehusen, qui ipsorum mansorum unum a prefato Iohanne alterum eorum a Volperto fratruele eiusdem pro XXX duabis marcis iusto emptionis titulo comparaverant, integre et legitime resignarunt. Huius rei testes sunt: dominus Iohannes plebanus in Waltheke, nobilis miles dominus

Appoldus, Arnoldus de Ense, Thetmarus camerarius, Iohannes de Wira, Conradus de Nedere, Theodericus de Zelebach, Lodewicus de Drunghe, Welandus ceterique consules oppidi Waltheke, qui id ipsum sigillo suo protestantur. Datum in Waltheke, anno Domini M°.C°C.LX°XI°X., Idus Octobris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 205. Die zwei Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Beide Siegelstreifen Bruchstücke einer Urkunde von derselben Hand und mit gleichem Anfang wie oben, worin aber ausser den gen. Kindern der Alheidis noch Conradus *u.* Otto *aufgezählt werden. Rückschrift von gleichzeitiger Hand;* de bonis sitis in Rothim iuxta Wartberg. *Vgl. über diesen Ort oben Nr. 875.*

1561.

Elekt Otto von Paderborn überlässt dem Erzbischof Werner von Mainz die Hälfte der vom Grafen von Dassel erworbenen Comicia und Burg Schartenberg und verspricht, sich um den Erwerb des Schlosses Grebenstein zu bemühen. Amöneburg 1279 (vor Oktober 24?).

Nos Otto Dei gratia Paderburnensis electus constare cupimus universis, quod olim inter venerabilem patrem dominum nostrum Wernherum archiepiscopum Maguntinum et felicis memorie Symonem episcopum Padeburnensem, predecessorem nostrum, habebatur tractatus super comicia, quam idem episcopus a nobili viro . . comite de Dassele compararat, et castro Schartenberg sic, quod eadem comicia et castrum, que sunt proprietas ecclesie Maguntine, pro medietate transferrentur ad ipsam ecclesiam Maguntinam. Et quia nos eidem domino archiepiscopo et sue ecclesie et debito in omni fidelitate et devotione tenemus, ipsius predecessoris nostri vestigiis promptis effectibus inherentes et medietatem comicie et castri predicti cum omnibus eorum pertinenciis transferimus ad ecclesiam Maguntinam, ita, quod ipse archiepiscopus, qui pro tempore fuerit, pro medietate sua in vigilibus, custodibus ceterisque expensis, que pro defensione bonorum huiusmodi requiruntur, sollicitudinem et custodiam nobiscum tenebitur adhibere. Ceterum bona fide laborabimus et omnem sollicitudinem, quam poterimus, apponemus, quod castrum Grevenstein, situm apud Geismariam, in nostram deveniat potestatem, quia de ipso castro nichil aliud penitus faciemus, nisi quod de predicti archiepiscopi et capituli Maguntini fuerit beneplacito voluntatis. Promittentes nichilominus in premissis omnibus observandis consensum nostri capituli obtinere. Datum apud Amenebu rg, anno Domini M°.C°C.LX°XIX., VII. Idus . . .

Gedr. Gudenus, Cod. dipl. I, 772. Die Litteratur bei Böhmer-Will, Regg. arch. Magunt. II, 408 Nr. 492. Wenn die Betitelung Otto's ganz korrekt ist, so fällt die Urk. sicher vor 1279 Okt. 24, weil Otto damals schon konfirmirt war. Vgl. zu dieser Urk. oben Nr. 1237 und Lindner, Veme, 159.

1562.

Wahlkapitulation des neu erwählten und bestätigten Paderborner Bischofs Otto von Rietberg. O. J. (Um 1279 Oktober 24.)

Universis hoc scriptum visuris nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie electus et confirmatus notum facimus et presentibus publice protestamur, quod videntes ecclesiam nostram in multis angustiis positam et debitis plurimis oneratam, super eo desiderantes nobis et ecclesie nostre salubre remedium inveniri, de communi consilio et consensu capituli, ministerialium et burgensium nostre civitatis et diocesis stabimus et stare promisimus ordinationi et consiliis eorum, qui nobis ad presens sunt vel in posterum pro tempore fuerint de dicto nostro capitulo deputati et adiuncti, ita videlicet, quod nostros officiatos et expensas nostras ordinabimus et moderabimur secundum consilium eorundem, et omnes subditos nostros, cuiuscumque religionis, ordinis, conditionis ac status existant, sive eciam sint liberi sive ministeriales sive cerocensuales sive servilis conditionis, in iure suo conservabimus, sicut a nostris predecessoribus ab antiquis temporibus ad nos exstitit devolutum, nec cum aliquo guerram vel discordiam habebimus, nisi de predictorum consilio, legitima defensione necessaria videatur. Et ut omnia predicta inviolabiliter observentur, ipsa promisimus fide corporaliter interposita et iuramento prestito firmiter

observare. Ad maiorem etiam evidentiam predictorum presens scriptum sigillo nostro et sigillis maioris ecclesie et aliorum capitulorum, conventuum et prelatorum nostre ecclesie supra dicte fecimus sigillari.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 291. Das an zweiter Stelle hängende domkapitularische Siegel ist verletzt; das Elektensiegel Ottos an erster Stelle nur zur Hälfte erhalten, doch ist der Rietberger Adler auf dem Rücksiegel noch sichtbar; die andern neun bis auf zwei Pergamentstreifen ganz abgefallen. Die Urk. fällt sicher nach 1278 Juli 7, weil in der Urk. dieses Datum steht: usque dum novus episcopus confirmetur. *Unzweifelhaft gehört sie in die erste Zeit der Bestätigung Ottos, sie ist wahrscheinlich etwas früher, vielleicht sogar gleichzeitig mit dem Privileg für Paderborn von 1279 Oktober 24. Vgl. die folg. Nummern.*

1563.

Elekt Otto von Paderborn bestätigt der Stadt Paderborn die von seinen Vorfahren derselben verliehenen Rechte. 1279 Oktober 24.

Otto Dei gracia Paderbornensis ecclesie electus et confirmatus universis Christi fidelibus, ad quorum noticiam hoc scriptum pervenerit, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Noverint universi, quod dilectos nobis consules, cives et universitatem civitatis nostre Paderbornensis in omnibus iuribus, in quibus ab antecessoribus nostris episcopis Paderbornensibus usque ad tempora nostra sunt permissi, nostris temporibus promittimus inviolabiliter permanere. In cuius rei evidenciam hanc litteram eidem civitati nostre dedimus sigilli nostri robore communitam. Datum anno Domini M°.CC°.LX°XI°X., VIIII Kalendas Novembris.

Nach Abschrift des 1845 gestorbenen Kriminaldirektors Dr. Gehrken im Paderb. UB. fol. 65 (Mss.) nach dem Or., welches im Stadtarchiv zu Paderborn unauffindbar ist, woselbst aber vorerwähntes Mss. beruht.

1564.

Elekt Otto und das Domkapitel von Paderborn überlassen der Stadt Paderborn das Gericht über Brod und Bier gegen eine an den Domkämmerer zu entrichtende Jahresabgabe von drei Mark. 1279 Oktober 24.

In nomine Domini amen. Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie electus et confirmatus, Henricus prepositus, Wernherus decanus, Reimboldus thesaurarius, Hermannus scolasticus, Conradus cantor, Otto camerarius totumque capitulum eiusdem ecclesie tenore presencium recognoscimus ad perpetuam rei memoriam protestantes, quod iudicium panis et cervisie per civitatem Paderbornensem ad officium camere ecclesie nostre hactenus pertinens consulibus, civibus et universitati Paderbornensi cum omni utilitate sua dimittimus perpetuo possidendum et renunciamus iuri, quod in eodem iudicio nobis hactenus conpetebat, ita quod consules, cives et universitas predicti, qui pro tempore fuerint, annis singulis camerario ecclesie nostre, qui nunc est et pro tempore fuerit, de domo sua, que dicitur rathus sive pretorium, persolvent tres marcas denariorum in civitate Paderbornensi tunc currencium in terminis subnotatis, videlicet in festo pasche decem et octo solidos et in festo beati Michahelis totidem, sine contradictione qualibet numerandos. In cuius rei testimonium presentem litteram ipsis dedimus sigillorum nostrorum munimine consignatam. Actum et datum anno Domini M°.CC°.LXX°IX°., VIIII°. Kalendas Novembris.

Or. im Stadtarchiv zu Paderborn. An rothgelbseidenen Fäden hängen in grünem Wachs 1) Elektensiegel Ottos, knieende Gestalt mit erhobenen Händen unter Verzierung, vorn der h. Liborius mit Buch in der Linken, zwei Finger der Rechten erhoben, rückwärts Sekret mit dem Rietberger Adler, wie Westf. Siegel II Taf. 52 Nr. 6 und Taf. 61 Nr. 16; 2) das grosse runde des Domkapitels; 3) Siegel und Befestigung ab; 4) Werners v. Padberg, wie Westf. Siegel III Tafel 136 Nr. 6; 5) Siegel und Befestigung ab; 6) spitzovales Siegel, durch gothischen Bogen abgetheilt, oben sitzende

Gestalt, davor eine tief sich knieend beugende, unterhalb stehende Figur. Umschrift: S. Hermanni scolas(tici) archidi(aconi) sed(is) i(n) Harhusen; 7) *alles abgefallen; 8) rundes Siegel mit Adler. Umschrift:* S. Ottonis can(onici) Pa(derbornensis) eccle(sie). *Ueber den Paderborner Brod- und Bierstreit vgl. oben die Urkk. zu 1273 und 1274.*

1565.

Revers der Stadt Paderborn über das ihr von Elekt Otto und dem Domkapitel übertragene Aufsichtsrecht über Brod und Bier. 1279 Oktober 24.

In nomine Domini amen. Nos consules, cives et univ e rsitas civitatis Paderbornensis tenore presencium recognoscimus ad perpetuam rei memoriam protestantes, quod pro eo, quod reverendus pater et dominus noster Otto Paderbornensis ecclesie electus et confirmatus (atque) dominus Henricus prepositus, Wernherus decanus, Reymboldus thesaurarius, Hermannus scolasticus, Conradus cantor, (Otto camerarius) totumque capitulum eiusdem ecclesie iudicium panis et cerevisie per civitatem Paderbornensem, quod ad officium camerarii prefate ecclesie hactenus pertinebat, nobis dimiserunt sine omni questione et perpetue possidendum et omni iure, quod in ipso iudicio ipsis hactenus competiit, renunciaverunt .. camerario eiusdem ecclesie, qui nunc est et pro tempore fuerit, de domo nostra, que vocatur rathus sive pretorium, annis singulis solventes tres marcas denariorum in civitate Paderbornensi currentium in terminis subnotatis, videlicet in festo pasche decem et octo solidos et in festo beati Michahelis totidem, sine contradictione qualibet numerandos. In cuius rei testimonium dictis dominis nostris hanc litteram dedimus sigilli civitatis nostre robore consignatam. Actum et datum anno Domini M°.CC°L°XXIX., VIII°I. Kalendas Novembris.

Or. (theilweise abgeblättert) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 292b. An rothgelben Seidenfäden in grünem Wachs das gut erhaltene grosse und runde Siegel der Stadt Paderborn.

1566.

Die Rathmänner von Marsberg bekunden Güterüberlassung des Gerlach gen. Dickebir an Hermann gen. von Esbike und die Seinigen. 1279 November 1.

Quoniam generatio preterit et generatio advenit et tempora et, que in eis geruntur, simul labuntur, expedit memoriter scriptis gesta presentium commendare, ut, que geruntur tempore modernorum, connoscat generatio posterorum. Hinc est, quod nos consules ac burgenses oppidi Montis Martis omnibus presentia conspecturis cupimus notum fiat, quod nobis astantibus et aliis viris fide dignis Gerlacus dictus Deyckebeyr et eiusdem nati Albertus et Hermannus unam curtem in Oysthem et alteram curtem in Esbyke sitas cum suis pertinentiis, videlicet in agris cultis et incultis, areis, silvis et pascuis et omni proventuum utilitate Hermanno dicto de Eysbyke, conburgensi nostro, et sue coniugi Alhedi ac filiis eorumdem Iohanni et Reynoldo necnon filiabus Bertradi, Gertrudi et Alhedi secundum iuris exigentiam pheodali iure concesserunt ipsis suisque legitimis successoribus heredibus perpetuo possidendas, preelectis viris presentibus, prout decet, in vicem omagii, si necesse fuerit, prescriptorum prediorum pheoda testaturis, videlicet domino Alexandro milite de Eysceberg et eius fratre Oylrico, Elgero dicto Dyckebeyr, fratre dicti Gerlaci, Frederico dicto Speygt et Lodewico de Leyte, Heinryco Morel iudice, Hermanno de Wartberg proconsule, Heynrico de Capella, Iohanne de Overenkerke, Gerlaco de Tuiste, Bertoldo Rotgeri, Iohanne Hassone, Hermanno de Kerictorp, Theitmaro Olgardis, Hermanno de Blikesen, Iohanne Stephani et Lamberto Ioculatoris, consules. Item Godescalco Hauesalde et eius filio Heynrico, Wigando de Eysbyke, Conrado de Boyclon et Conrado de Heymarichusen, Heinrico genero[1]) Lodegonis et Conrado Steneken, burgensibus et aliis quam pluribus. Ne vero collationem pheodalem calumpnia malignorum vel indiscretorum oblivio valeat in posterum infirmare, rogatu premissorum scriptis presentibus super pheodo

confectis sigillum burgensium in testimonium decrevimus adhiberi. Datum in Kalendis Novembribus, anno gratie millesimo ducentesimo septuagesimo nono.

[1]) genere *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 114. An Pergamentstreifen Bruchstück vom Siegel der Stadt Marsberg.

1567.

Graf Ekbert von Bentheim wechselt mit der Äbtissin (Mathilde) von Herford Ministerialen aus. 1279 November 11—18.

Nos Egbertus . . . comes de Benthem notum facimus . . . sororem Ermegardim uxorem Hermanni dicti Geyst et filium . . . nostros ministeriales abbatisse et capitulo secularis ecclesie (Heruordensis) in ministeriales donamus, dummodo nobis Stephanum filium . . . legitime in ministerialem dent suarum testimonio litterarum. Datum anno Domini M°.CC°.LX°X nono, infra octavas beati Martini.

Or. (sehr defekt) im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 66. Siegel und Befestigung abgefallen.

1568.

Graf Otto von Waldeck bekundet, dass Ritter Volpert von Braunsen und dessen Sohn Albert dem Kl. Volkhardinghausen die Hälfte des Zehntens zu Braunsen verkauft haben. 1279 November 22.

Otto Dei gratia comes de Waldegge universis Christi fidelibus notum esse cupimus, quod Volpertus miles de Brunhardessen et Albertus suus filius dimidietatem decime in Brunhardessen domino Conrado preposito in Volchardinchusen, plebano videlicet in Imminchusen, pro summa XXX markarum gravis monete nobis presentibus vendiderunt, qua decima dictus prepositus C(onradus) ad tempus vite sue libere perfruetur, ipso vero e medio evocato memorata decima cum suis usufructibus ecclesie Volchardinchusen cedet con(ver)tenda, ea vero adiecta conditione, quod memoratis viris V(olperto) et Al(berto) aut ipsorum iustis heredibus supradictam decimam reemendi pro summa prenotata prestanda erit facultas. Preterea si supradictus dominus C(onradus) prenotatam decimam necessitate sibi aut ecclesie Volchardinchusen ingruente vendere voluerit pro eadem summa, qua ipsam comparavit, sepedictorum virorum V(olperti) et Al(berti) aut et ipsorum heredum contradictio non obstabit. Insuper sepedicti V(olpertus) et Al(bertus) memoratam ecclesiam Volchardinchusen videlicet neque dominum C(onradum) prepositum ex nunc et deinceps ratione huius decime aliquatenus attemptabunt molestare sive et eorum heredes successivi. Cuncta itaque predicta prescripti viri V(olpertus) et Al(bertus) necnon Rotgerus et Bodo fratres dicti de Lutterbike rata et inconvulsa observanda fide nobis ac domino C(onrado) preposito sepius memorato ac et ecclesie se nobis astrinxerunt manuali. Testes huius rei sunt: dominus Henricus plebanus in Geppenhagen, dominus Thidericus de Wagenbach, dominus Arnoldus de Paderborne, milites, Udo de Corbike magister consulum in Vrienhagen, dictus prepositus Conradus, iudex de Vrienhagen, Siffridus de Bivange, Hartradus et alii quam plures fide digni. Ne vero de hiis in posterum ambiguitatis locus scaturiat et oriatur, presenti scripto partibus utriusque petentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno dominice incarnationis M°.CC°.L°XXIX°., in die sancte Cecilie virginis.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Gedr. Waldeck. UB. Nr. 10. Vgl. Nr. 1525.

1569.

Die Brüder Gottschalk und Hermann Grafen von Pyrmont erklären alle zur Villa Volkhardinghausen gehörenden vom Kloster erworbenen Güter für freies Eigenthum desselben. 1279 November 26.

In nomine Domini amen. Felix anima inter transitoria circa remunerationem (movetur)[1]) futurorum. Hinc est, quod nos Gotschalcus et Hermannus fratres Dei gratia comites dicti de Pirremunt presentium testimonio recognoscimus ad notitiam devenire volentes futurorum, quod moti devotione speciali circa ecclesiam sancti Iohannis Baptiste in Volchardinchusen et sanctarum virginum ibidem Deo dicatarum

omnia bona universaliter ad villam Volchardinchusen tam in decimis quam in aliis bonis spectantia, que antedicta ecclesia nunc et successive seu perpetuo quocunque modo comparare potuerit, libertamus et iure proprietario perpetuo concedimus possidenda, non obstante situ aut locorum distantia. Ne autem huic nostre ordinationi quisquam audeat rebellire, presens scriptum nostro sigillo roboramus. Huius rei testes sunt: dominus Iohannes et Eckehardus fratres de Helfenberg, Arnoldus et Gyso de Gudenberg, milites et Henricus de Osterhusen et alii quam plures. Datum anno Domini M°.CC°.LXXVIIII°., VI. Kalendas Decembris.

[1]) *fehlt Or.*

Or. im Fürstl. Waldeck. Arch. zu Arolsen. An Pergamentstreifen kleines dreieckiges Siegel mit dem Ankerkreuz. Vergl. oben Nr. 510 vom J. 1252, die mit dieser fast ganz identisch ist.

1570.

Graf Otto von Waldeck und sein Bruder Gottfried, Kanonikus in Fritzlar, erklären keine Rechte am Zehnten zu Landsberg, den die Fritzlarer Kirche besitzt, zu haben. Fritzlar 1279 November 27.

Noverint universi, ad quos pervenerit presens scriptum, quod ego Otto Dei gratia comes de Waldeke et Godefridus clericus frater meus, Frislariensis ecclesie canonicus, recognoscimus publice protestantes, quod plane negamus, quod Ghiso de Cigenberg miles nec a patre nostro nec ab avo nostro nec etiam a nobis decimam de Landesberg iure possederit vel receperit feodali vel alio modo quocunque, quia de ipsa decima nichil ad eos nec ad nos, prout super hoc plenius sumus instructi pertinebat et pertinet, set ex antiquis temporibus, sicut constat, proprietatis titulo pertinebat ad Frislariensem ecclesiam supradictam. Propter quod nichil penitus nobis iuris in ipsa decima usurpamus. In cuius recognitionis nostre testimonium et cautelam ego Otto comes meo proprio et G(odefridus) meus frater nostre matris sigillis fecimus communiri litteras has patentes. Testes sunt: Dethmarus dictus Opolt, Henricus dictus de Biscopheshusen, Arnoldus de Paderborne, Theodericus de Wagenbach, Elgerus et Ber(n)hardus fratres de Dalwich, milites, et quam plures alii probi viri. Datum et actum Frislarie, V°. Kalendas Decembris, anno Domini M°.C°C.LX°XV°IIII.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Stift Fritzlar. An von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen 1) kleines Bruchstück vom Siegel Otto's; 2) Bruchstück des spitzovalen Siegels der Gräfin Mathilde, weibliche Figur zu Pferde, neben dem Kopfe der Waldecker Stern, unten ein Hund.

1571.

Elekt Heinrich von Corvey bekundet Übertragung des Zehntens in Dudikessen *seitens der Brüder von Schardenberg an Kl. Brenkhausen. 1279 November 29.*

Heinricus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas electus universis, quibus hoc presens scriptum exhibitum fuerit, salutem in virginis filio sempiternam. Quoniam propter volubilem temporum permutationem a labili hominum memoria temporalis exspirat actio, nisi robur firmitudinis accipiat a testibus vel a scripto, notum fieri cupimus tam presentibus quam futuris, quod filii domini Alberti beate memorie de Scardenberg, videlicet Albertus, Adolfus et Heindenricus fratres dicti de Scardenberg, in nostra presentia constituti proprietatem decime in villa Dudikessen, que iure hereditario ad ipsos devoluta fuerit, ecclesie sanctimonialium in valle Dei libere et perpetualiter resignarunt, numquam ab eisdem vel ab aliquo suorum legitimorum heredum, si heredes ipsos habere contigerit, amplius requirendam, pro qua proprietate duas marcas gravium denariorum, marca per duodecim solidos computata, conventus sanctimonialium prefate ecclesie predictis fratribus impenderunt. Nos vero bonum prelibate ecclesie desiderantes huiusmodi resignationem una cum venerabili domina abbatissa prenotate ecclesie nomine Gysla, sub qua hec sunt acta, ad manus nostras a manibus recepimus fratrum predictorum. Ut autem ista stabilia et illibata permaneant, presentem litteram sigillis nostris et avunculi nostri comitis Ludolfi de Dasle et fratrum prenominatorum de Scardenberg et dominorum de Amelungessen decrevimus roborandam.

Huius rei testes sunt: comes Ludolfus de Dasle, Crahto noster cappellanus, Albertus senior miles de Amelungessen et Albertus famulus filius suus et alii quam plures fide digni, qui huiuscemodi resignationi interfuerunt. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°. septuagesimo nono, in vigilia beati Andree apostoli Domini nostri Ihesu Cristi.

Or. im Stadtarchiv zu Höxter. Alle vier Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Auf der Rückseite von H. s. XV.: Dudexsen. *Ueber die Lage von* Dudikessen *vgl. Wigand, Corvey. Güterbes. S. 69.*

1572.

Richter und Rathmänner in Marsberg transsumiren eine Urkunde von 1254 betr. Kl. Hardehausen und erläutern dieselbe. Marsberg 1279 Dezember 7.

Henricus Morel iudex et universi consules in Monte Martis tenore presencium protestamur, nos litteras nostras non cancellatas, non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas recepisse in hec verba: Bertoldus iudex *u. s. w. wie oben Nr. 594.* Igitur cum predictorum fratrum unus videlicet Iohannes miles de Broicbeke quasi in contrarium verba de facto et non iure pretendat dicens, quod hec littera, licet formam compositionis et renunciationis contineat, tamen de causa, unde compositio vel renunciacio emanaret, mencionem non faciat nec ostendat, respondemus, quod huiusmodi causa adeo fuit notoria et toti terre cognita et manifesta, scilicet ex parte Sifridi militis de Dalheim, ut nulla ratio vel necessitas exegerit hanc causam in presenti littera publicari. Verum quia vive vocis testimonium preiudicat instrumento, hoc scripto protestamur firmiter et vere dicimus fide affirmando, quod predicta compositio sive renunciatio ex parte Sifridi militis de Dalheim, ut predictum est, ortum habuit et processit. In cuius rei testimonium et evidenciam pleniorem, ut subdolis cavillacionibus aditus precludatur, ex superhabundanti hoc scriptum sigillo nostre civitatis confirmamus et munimus. Datum in Monte Martis, anno Domini M°.C°C.LX°XI°X., crastino beati Nycolai.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 207. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1573.

Verkauf von drei Hufen im Thal bei Hadamar an Kl. Hardehausen. 1279 Dezember 7.

Noverint universi presens scriptum inspecturi, quod ego Ysfridus una cum uxore mea Cunegunde vendidi abbati et cenobio in Herswidehusen tres agros in valle Hademar sitos proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendos. Huius venditionis testes sunt: Hermannus dictus Grin, magister Conradus magister civium, Heinricus de Spangenberg, Ditmarus Rufus, Conradus Ade, Rimundus Conradi filius, Conradus Engelberti, Wilhelmus, Ditmarus Same et Hermannus de Hemerikeshusen, scabini Fritslarienses. In cuius evidenciam pleniorem presens scriptum sigillo civium Fritslariensium petivi communiri. Datum anno Domini M°.C°C.LX°XI°X., in crastino Nicholai episcopi [1]).

[1]) episcopo *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 206. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1574.

Die Rathmänner v. Corbach resigniren eine Hufe in Ense zu Gunsten d. Kl. Schaken. 1279 Dezember 22.

Nos Hermannus proconsul ceterique consules civitatis Corbike recognoscimus per presentes manifestius protestando, quod domino preposito nec non conventui sanctimonialium (in Scaken) resignaverimus unum mansum in Ense situm super altare sancti Kiliani in Corbike pertinentem, quem sibi emendo compararunt erga fratres videlicet Eckehardum et Conradum Ekgesage cognominatos. Eundem vero mansum predictus conventus possidere debet in perpetuum libere et quiete et sine omni pensione exceptis decem et octo denariis singulis annis persolvendis super altare sancti Kiliani pretaxatum. Ad firmiorem vero certitudinis cautelam presentem litteram dedimus sigillo civitatis nostre fideliter communitam. Datum anno M°.C°C.LXX°X., XI°I. Kalendas Ianuarii.

Nach Overhams Coll. II. fol. 77 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

1575.

Graf Otto von Waldeck überträgt zwei ihm resignirte Hufen an Kl. Berich. 1279 Dezember 26.

Otto comes in Waldecken omnibus presens scriptum (visuris). Noverint universi presentia conspecturi[1]), quod nos de nobilis domine Mechthildis[2]) comitisse matris nostre reverende unaque coheredum nostrorum consensu ob reverentiam Dei et beate Katherine duos mansos in Ritte sitos, quos frater Wernherus dictus de Wedelberg ac heredes ipsius Wylhelmus[3]) et Iohannes a nobis possederant iure feodali et presentibus domino Conrado viceplebano in Corbach, Elgero de Dalwich, Theoderico de Waynbach[4]), militibus; Goscalco de Mulhusen et Henrico de Affolderen[5]) dicto Bock resignarunt, collegio sanctimonialium in Beriche Domino inibi famulantium proprietate perpetua contulimus possidendos. Ne igitur huiusmodi nostra donatio oblivionis aut contumelie detrimentum patiatur in posterum, presentem cartam nostro sigillo munitam erogamus. Datum et actum anno gratie M°.C°C.LX°XI°X., in die beati Stephani. Presentes erant: nobilis vir dominus Detmarus Opolt, Henricus Bulemast, milites; Iohannes sacerdos, Iohannes Iudeus et alii quam plures.

[1]) inspecturi *C.* [2]) Methildis *B.* [3]) Wilhelmus *C.* [4]) Wainbach *C.* [5]) Affoldern *C.*

Nach Kop. I fol. 42 (B), II Nr. 116 (C) des Kl. Berich im Fürstl. Waldeck. Archiv in Arolsen.

1576.

Äbtissin Mathilde von Herford kauft von der Wittwe eines Beamten das Feldmesseramt zurück. 1279.

Methildis Dei gratia . . abbatissa ecclesie Heruordensis omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in Domino sempiternam. Sciant universi tam presentes quam futuri, quod . . Heylewigis, relicta Iohannis mensuratoris bone memorie, cum consensu et voluntate puerorum suorum, videlicet Henrici scolaris et Cristine, vendidit nobis officium mensuratoris, quod vulgo dicitur methammet, pro novem marcis et sex solidis denariorum usualis monete, in quo ipsa nichil habuit nisi usufructum, et resignavit idem officium cum suis pueris predictis in manus nostras, renunciantes insimul omni iuri, quod eis in eodem officio conpetebat vel conpetere posset in postmodum quoquo modo. Et hoc sub sigillo nostro duximus presentibus protestandum. Testes autem, qui interfuerunt, hii sunt: Reynhart senior, Reynhart iunior Gograuii, Herman senior et Herman iunior dicti Gograuii, Florencius de Quernhem et Albertus de Molendino, milites; Arnolt de Wers ebdomadarius nostre ecclesie, Seghenandus rector forensis, et Seghenandus notarius noster Iohannes de Rodewic; tunc temporis magister consulum, Volquinus Cretel, Conrat Cleycamp, Cunynbode, Godefridus claviger noster, Bose, Iohan de Hidhe et plures, quorum nomina scripta non sunt. Est etiam memorie conmendandum, quod sepe dictum officium nostris propriis denariis emimus et sic inconsulto nostro capitulo ad placitum nostrum cum eodem officio disponendi et ordinandi habebimus liberam potestatem. Acta sunt hec anno Domini millesimo C°C. septuagesimo nono, anno secundo nostre electionis et confirmationis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 63. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1577.

Ritter Berthold von der Lippe verkauft mit Zustimmung seiner Söhne Werner, Konrad u. Berthold sowie seines Bruders Werner seine Güter oder das ius comecie *in den Dörfern Kaddenhausen, Wimelsen und Denkenhausen vor dem Junker Burchard von der Asseburg an Kl. Brenkhausen. 1280 Januar 13.*

. . . Testes: Iohannes sacerdos, Fredericus miles de Immessen, Enkelhardus miles de Abbenhosen, Borchardus de Stenem, Conradus de Natsungen, Waltherus de Natsungen.

Gedr. Asseb. UB. I, 394 nach Or. im Stadtarchiv zu Brakel; Wigand, Corveyer Güterbesitz S. 217.

1578.

Die Grafen v. Everstein verkaufen an Kl. Hardehausen zwei Höfe in Scherfede. Warburg 1280 Januar 17.

Nos Lodewicus et Lodewicus pater et filius comites in Euerstein tenore presencium protestamur, quod nos duas areas cum suis attinenciis omnibus, que quondam Bernardo et Aleidi sorori sue dictis

Hildegardis liberis pertinebant, in villa Scherue sitas, ad nos omni iure reversas, religiosis viris domino .. abbati et conventui in Hersuedehusen pro sex marcis vendidimus ius proprietatis et dominium ad ipsos legitime transferentes, ipsos etiam abbatem et conventum super hiis et universis, que a nobis qualicunque modo compararunt, sive cum arearum permutacionibus sive quorumcunque bonorum emptione prestando debitam warandiam per omnia illesos conservabimus et indempnes. Cuius rei testes sunt: Olricus monachus, frater Conradus de Scherue, frater Conradus de domo textoria et Hermannus de Natzungen, conversi in Hersuedehusen, Albertus de Nedere, Iohannes Stolte, Hermannus de Dalheim et Iohannes de Scherue iudex et alii fidedigni. Preterea Henricus dictus Drenkere, eius sorores et fratres coram nobis in villa Scherue et iudicio comparentes se nichil iuris in hiis bonis videlicet areis in Scherue duabus et suis attinenciis habere unanimiter sunt professi. Testes sunt: Iohannes iudex, Conradus Vettecop, Bertoldus filius Elie, Iohannes Niger, Henricus Spilke, Henricus Witteke, Conradus Bilen, Volcmarus et Iohannes Otterschoke et alii nonnulli. Ut autem hec premissa tam in vendicione quam dictorum professione gaudeant firmitate, hoc scriptum nostris sigillis duximus approbandum. Datum Wartberg anno Domini M°.C°C.LXX°X., in vigilia Prisce.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 210. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 184.

1579.

Abt Hermann von Abdinghof kauft von seinem Konvent ein Haus in der Königstrasse in Paderborn. Paderborn 1280 Februar 11.

Nos Hermannus abbas ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Paderborne tenore presentium protestamur, quod conventus nostre ecclesie domum sitam in platea regis, quam quedam femina dicta Vogelsengische felicis memorie nostre legavit ecclesie, nobis ad usus nostros vendendam contulit eo modo, quod nos dimidietatem domus site iuxta forensem ecclesiam, quam Ludolfus miles dictus de Dalberne cum Bernhardo filio suo iam dicte nostre legavit ecclesie, nostro contulimus conventui, resignantes eidem conventui in dicta medietate domus tres solidos et dimidium, quos solebamus solvere de domo nostre venditioni collata, et sex solidos, quos de molendino ad paludem nostram sito eidem solvimus conventui, duos quoque solidos ad anniversarium domini Heinrici abbatis ecclesie monasterii apud Sualenberg, Paderburnensis dyocesis, pro quibus duobus solidis noster conventus dedit nobis duas marcas denariorum transnemorinorum a dicto abbate collatorum. Damus etiam conventui auctoritatem locandi et edificandi dicte domus medietatem ad ca(rit)ates suas amplius profuturam. Ad ampliorem autem huius rei cautelam presens scriptum nostro sigillo et etiam sigillo maioris ecclesie Paderbornensis impetravimus communiri. Testes huius rei sunt: Wilhelmus de Vernede, Albero Cancer, milites; Arnoldus de Driburg burgensis. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXX°X., in crastino Scolastice virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 73. An Pergamentstreifen 1) untere Hälfte des Abtssiegels und 2) Paderborner Domkapitelssiegel. Auf der Rückseite von Hand s. XIV. ex. oder XV.: de domo quondam relicte de Vogelsengessche in der Drekstrate situata in regis platea et de octo solidis liberis in eadem domo. Nunc Helmicus.

1580.

Elekt Otto von Paderborn setzt das Kl. Hardehausen in den Besitz des Zehntens in Dinkelburg. Warburg 1280 Februar 28.

Otto Dei gratia Paderbornensis electus et confirmatus. Universis hoc scriptum visuris seu audituris in salutis auctore salutem. Cum pre ceteris ecclesiarum personis profectis harum intendere debeamus, qui se vite artioris vinculo astrinxerunt, tenore presentium cupimus declarare, quod, cum

Con(radus) de Amelungessen miles religiosis viris domino abbati et conventui in Herswidehusen super decima in Dinkelberg, quam pater suus premortuus et omnes patrui in omnibus et per omnia iuris ordinem observantes eidem conventui legitime vendiderunt, moveret questionem et idem Con(radus) ab huiusmodi iniuriosa actione se subducere non curaret, Al(bertus) miles de Amelungessen ipsius patruus unus dictorum venditorum motus iustitia, pietate et iuris debito, ut debebat, dicto conventui coram nobis et aliis fide dignis, quorum nomina subnotantur, gratam et ratam dicte decime prestitit warandiam. Nos itaque audita et visa tanta et talis militis constantia et iuste venditionis titulo per warandiam approbato dicto conventui in ipsa decima liberam et quietam possessionem, quam bona fide et iusto titulo hactenus tenuerunt et tenent, per iustam sententiam adiudicari fecimus placitam omnibus circumstantibus et acceptam. Testes aderant: dominus H(ermannus) nobilis de Osede, Her(mannus) dictus Speculum, H(ermannus) de Brakle, Rodolfus de Stenvorde, fratres de Papenheim et Olricus de Westhem, milites, et alii nonnulli. Ut igitur hec firma permaneant nec a quoquam hominum possint infringi, presens scriptum nostro sigillo duximus muniendum. Ego vero Albertus miles de Amelungessen supradictus omnia premissa recognosco esse vera et in robur perpetuum, quia ab interitu vive vocis deficit probatio, hanc litteram mei sigilli appensione feci etiam communiri. Actum et datum Wartberg, anno Domini M°.C°C.LXX°X., quarta feria post Matthie.

Nach Absch. in Lib. Var. VII. Hardehausen Nr. 48. Erwähnt: Schaten ad annum.

1581.

Elekt Otto von Paderborn verkauft dem Bielefelder Bürger Johann von Gütersloh ein Haus genannt Tondiken. Paderborn 1280 März 10.

In nomine Domini Amen. Nos Otto Dei gracia Paderbornensis ecclesie electus et confirmatus tenore presencium recognoscimus in perpetuam rei memoriam protestantes, quod de communi consensu capituli nostri Iohanni de Guterslo oppidano in Bileuelde et suis heredibus domum dictam Tondiken ecclesie nostre hactenus pertinentem cum omni sua utilitate vendidimus et iure feodali porreximus eo iure, quo domus site Hodinchosen pociuntur, perpetuo possidendam. In cuius rei evidenciam et ut predicta a nostris successoribus rata et inconvulsa permaneant, persentem litteram prefato Iohanni et suis heredibus dedimus sigillo nostro et sigillo ecclesie nostre in consensus testimonium roboratam. Actum et datum Paderborne, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo, sexto Idus Marcii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Grafschaft Ravensberg Nr. 20 a. Nur Siegel des Paderborner Domkapitels an Pergamentstreifen an zweiter Stelle erhalten. Die Urk. könnte auch zu 1286 März 15 gehören.

1582.

Edelherr Simon zur Lippe und die Knappen Rudolf von der Lippe und Friedrich Wend unter den Zeugen in Urk. Bischofs Konrad von Osnabrück für Kl. Marienfeld. Warendorf 1280 April 22.

Gedr. UB. III, 1097 nach Or. Reg. Lipp. Regg. I, 246 Nr. 387.

1583.

Edelherr Ludwig von Holte, Domherr zu Münster, bestätigt die Schenkung der Vogtei über zwei Höfe seitens seines Vaters an das Stift auf dem Berge bei Herford. 1280 Juni 28.

In nomine Domini amen. Lodewicus nobilis vir dictus de Holte, canonicus ecclesie Monasteriensis, universis, ad quos presens scriptum pervenerit, rei geste noticiam. Scire cupimus tam presentes quam posteros, quod nos advocatiam in duabus curtibus Ekerinchosen et Ebinchosen et eorum mansis et attinentiis, quam advocatiam nobilis vir Rabodo de Blankena vendidit dilecto patri nostro, domino Hermanno nobili viro de Holte, et idem dominus Hermannus pater noster conventui ecclesie sive monasterii Montis beatissime Marie virginis extra muros Heruordenses perpetuo dederat et contulerat, sic nos eandem advocatiam predicto conventui ecclesie sive monasterii Montis sancte Marie virginis perpetuo dedimus et contulimus sub hac forma, quod Hermannus dictus senior Gograuius Heruordensis et Iohannes de

Busche milites, Fridericus de Arnholte, Iohannes Gograuius, Iohannes Gograuius et Albertus de Osedhe memoratam advocatiam ad manus predicti conventus a nobis titulo homagii receperunt in feodum, nichil tamen de ea ad eorum utilitatem percipient. Et cum predicti sex omnes mortui fuerint et diem extremum clauserunt, nos sive coheredes nostri aut alii in eadem advocatia successores, recepto herewadio uno post mortem ultimi decedentis, aliis sex modo premisso conferemus absque more dispendio, et sicut nos sic et nostra posteritas firmam et sufficientem prestabit eiusdem advocatie ab omnibus inpetentibus warandiam et suis litteris roborabit, herewadio, ut dictum est, post mortem vasallorum coheredibus sive successoribus nostris semper salvo, nec amplius requiretur. Testes autem, qui vocati et rogati ad hoc interfuerunt, hii sunt: abbas Campi sancte Marie, cellerarius, Rodolfus, Herbordus, Anselmus procurator hospitalis et quam plures clerici et conversi eiusdem cenobii, Theodericus canonicus ecclesie Heruordensis et Gerhardus laycus de Monte. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX°XX., quarto Kalendas Iulii, in vigilia Petri et Pauli apostolorum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift auf dem Berge zu Herford Nr. 17. An Pergamentstreifen rundes Siegel des Ausstellers, dreieckiger Schild mit drei horizontalen Adlerflügeln.

1584.

Bischof Otto von Paderborn ertheilt den Besuchern von St. Johannes in Böddeken Ablass von 10 Tagen. 1280 Juni 29.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Otto Dei gratia Paderhornensis episcopus salutem in Domino sempiternam. Ut ad opera pietatis fideles quoslibet invitemus, nos de omnipotentis (Dei) misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui cimeterium sancti Iohannis Baptiste in Bodeken causa devotionis circumiverint et pro defunctis ibidem exoraverint, decem dies de iniunctis sibi penitenciis misericorditer relaxamus. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X., in die apostolorum predictorum.

Nach dem Böddeker Kopiar fol. CIV im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg. Die Bezeichnung episcopus *ist ungenau.*

1585.

Schenkungen zur Erhaltung der sechs Kapellen des Stifts Schildesche. 1280 Juli 8.

Mit Nr. LVIII haben probst und capitul zu Schildesche zu erhaltung der sechs capellen, so dem stift angehörig, gegeben den hof zu Kocherte und einen zehend in Jeringdorpe. Otto graf zu Rauensberg hat dazu geben einen zehenden des hofes Bauenhausen. Bartoldus canonicus und presbyter zu Schildesche hat dazu geben einen hof in Bavenhusen. Item Iustatius van Heruorde ein leye hat dazu geben 16 denarios in Ouerenbragk alle iahr zu bezalen. Endlich gedachtes Bertholdi schwester Ludmodis hat dazu geben ihr haus zu Heruorde nach ihrem tot. Actum anno etc. 1280 8. Juli.

So Reg. XVI im Msc. VII, 3315 Nr. 58 saec. XVI. im Kgl. St.-A. zu Münster.

1586.

Propst und Konvent von Marsberg urkunden über Stiftung eines ewigen Lichtes. 1280 August 1.

Omnibus presentes litteras conspecturis Heynricus Dei gratia prepositus ac conventus ecclesie Montis Martis eterne beatitudinis premia meritis temporalium elucrari. Ut beneficiorum titulus posteris elucescat, donationum impendia scripti noticia propagantur. Hinc est, cupimus, pluribus ut clarescat, quod dilectus in Christo noster confrater et custos ecclesie Iohannes de Lippia, ductus zelo pietatis circa sibi commissum officium, nostris molandinis in Horhusen suis impendiis, ex elemosinis fidelium ad hoc in parte sibi cooperancium collectis, videlicet pro tribus marcis solutis, prescriptam pecuniam ad decorem domus Domini comparando diurnali lumini deputavit. In cuius summe restaurum nos . . prepositus, consilio[1]) conventus ac assensu mediante, quatuor solidos denariorum ad provisionem

eiusdem diurnalis luminis asscripsimus et censuimus custodie de septem solidis nobis a Stephano vinitore vel ab eius emphitheosis successoribus profuturis, salvis tribus solidis et proventibus aliis exinde nobis debitis, prefato custodi, vel qui sibi pro tempore successerit, in festo beati Martini piissimi pontificis sine qualibet difficultate perhenniter presentandos. Hanc constitutionem personis ecclesie gratanter approbantibus, scilicet . . Alberto dicto de Glindengere, Ludolfo de Capella, Ludolfo de Mulehusen, Richardo, Hermanno de Vesperde, Conrado de Landesberg, Sygenando, Hermanno scolarium eruditore. Item laycis cognoscentibus et attestantibus: Heynrico Morel iudice, Alberto de Mulehusen proconsule, Heinrico de Capella, Bertoldo de Huxaria, Heynrico de Nutlon, Iohanne de Bilinchusen, Gerlaco de Tuiste, Bertoldo Rotgeri, Thiderico de Oddenhusen, Iohanne Hassone, Conrado Hauesaldi, Volando et Wecelo Eyliconis, consulibus opidi Mersebergensis. Ad huius ordinationis evidenciam et memoriam provisionis et nostro et ecclesie ac burgensium sigillis in testimonium presens scriptum provulgavimus insigniri. Actum et datum in Kalendis Augusti, anno gratie millesimo ducentesimo octogesimo.

[1]) concilio *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Propstei Marsberg Nr. 12. Die drei an Pergamentstreifen angehängten Siegel fehlen.

1587.

Rathmänner und Bürgerschaft von Geismar bekunden Beilegung eines Streites mit dem Kl. Hardehausen wegen gewisser Dienste. 1280 August 11.

Theodericus schultetus, consules ac universitas Geismariensium universis hoc scriptum visuris seu audituris noticiam rei geste. Ut apud posteros, quod racio dictaverit, reviviscat et omni dolo et fraude exclusis inviolabili gaudeat firmamento, tenore presentium cupimus declarari, quod orta inter religiosos viros . . dominum abbatem et conventum in Hersuedehusen ex una parte et nos ex altera super quorundam agrorum serviciis nobis faciendis materia questionis mediantibus arbitris talis composicio intervenit. Dicti dominus . . abbas et conventus nobis quolibet anno in festo beati Martini decem et octo solidos gravis monete solvere tenebuntur, pro quorum solucione curtem suam in civitate nostra sitam, quondam militum de Haldessen dictam, ab excubiis seu vigiliis collectis et a quibuslibet serviciorum generibus exemptam una cum bonis omnibus, que nunc possident, videlicet in Asekendorp sex mansos et dimidium, in Westheim tres mansos, in Suitberg tres mansos et dimidium, in Honuelt novem iugera et unum iuger Theoderici Regelindis solutam et liberam possidebunt, salvis nichilominus opere fossati et vecturis, si quas ad communes civitatis usus fecerimus, quod vulgo borwerc[1]) dicitur, quibus dictorum bonorum provisor secundum priscam consuetudinem hactenus habitam auxilium tenebitur impertiri. Adiectum est etiam, quod, si dicti fratres eorundem bonorum aliquot agros quocunque casu emergente perpetua vendicione alienare decreverint, pro quolibet manso vendito unus solidus de predicta decem et octo solidorum solucione decrescet, id est, si unus mansus venditur, unus solidus subtrahatur, si duo duo, et sic de mansis singulis exprimetur, exceptis dimidio manso in Suitberg quondam Alberti de Corbeke premortui et novem iugeribus in Honuelt predictis, de quorum vendicione quo ad dictorum decem et octo solidorum solucionem nichil omnimodis adimetur. Preterea cum nichil sit, quod magis hominibus debeatur, quam ut supreme voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stilus et licitum, quod iterum non redit abitrium, volumus, ut quecunque res mobiles dictis fratribus in bona valitudine vel extremis iuste dantur vel legantur, recipiant, possideant contradictionis scrupulo quolibet amputato. De immobilibus vero rebus quibuscunque taliter extitit ordinatum, ut utriusque sexus nostre civitatis homines libere et absolute possint eisdem fratribus domos, areas, agros, census et quaslibet res immobiles, que iuste conferri poterunt, dare vel legare, dummodo eas res infra annum a termino dacionis seu legacionis nostris dumtaxat civibus vendere non omittant. Si vero anno elapso quocunque modo contingente non vendiderint, nos ipsas res salva conscientia legitima vendicione et pro iusto precio distrahere et memoratis fratribus offerre vendicionis pretium sine more dispendio debemus eisdem etiam prefatarum rerum usibus

et fructibus universis, quamdiu vendite non fuerint, reservatis. Nos itaque huius compositionis et ordinationis robori innitentes, ut, quod dictis explicavimus, transeat in actum, sepedictos dominum abbatem et conventum speciali favoris et promocionis benivolentia tanquam concives nostros dilectos amplecti studebimus, et numquam ullo tempore contra iusticiam in aliquo pregravare. Super quo hanc litteram conscribi fecimus et eis sigillo nostro contradidimus stabilitam. Testes aderant: dominus Theodericus prepositus, dominus Bertoldus Euerardi et Iohannes rector scolarium, dominus Stephanus de Haldessen, Thidericus et Conradus liberi eius, nos quoque consules prenotati, videlicet Lodewicus et Godefridus fratres Nordonis, Godefridus de Vrithoue, Thitmarus et Henricus fratres de Noituelde, Thitmarus de Lippoldesberge, Thidericus de Steinhůs[1]), Arnoldus apud truncum vel cippum, Arnoldus de Nettelbeke, Henricus de Hirse, Albertus cum sensibus, Lodewicus Holtsete et concives nostri Herbrachtus de Dasberg, Hermannus de Noituelde, Thidericus Grawe, Iohannes de Corbeke et Conradus de Lippoldesberge et alii fidedigni. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo, dominica ante assumptionem beate Marie virginis.

[1]) *So das Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 213. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1588.

Elekt Heinrich von Corvey übereignet dem Dekan und Kapitel der Neuen Kirche zum Tausch gegen einen Hof in Stahle eine halbe Hufe im Höxterschen Felde. Corvey 1280 August 14.

Henricus Dei gratia in abbatem ecclesie Corbeyensis electus universis Christi fidelibus has presentes litteras inspecturis vel audituris in omnium salvatore salutem. Ad tollendum calumniam et cavendum de oblivione tam presentibus quam futuris tenore presentium protestamur, quod cum dilecti nostri .. decanus et capitulum Noue Ecclesie Nycolao dicto Beseworm et ipsius fratrueli Nycolao iuniori ac legitimis heredibus eorundem pro dimidio manso sito in campo Huxariensi curiam unam in Stale cum omnibus attinentiis et cum omni usu facta inter ipsos commutatione mutua dimisissent, nos volentes erga familiares et fideles ecclesie nostre semper pro posse nostro existere liberales, cum consilio et consensu et unanimi voluntate nostri conventus ad preces et instantiam utriusque partis ipsius dimidii mansi proprietatem capitulo memorato contulimus, ipsam vero curiam supradictis Nycolao seniori ac iuniori cum omnibus attinentiis et cum omni usu iure contulimus pheodali. Ut autem hec rata permaneant, nos et noster conventus hanc presentem paginam sigillorum nostrorum appensione roborandam decrevimus et post nostram papalem confirmationem, si fuerimus requisiti, sigillo, quo tunc utemur, faciemus denuo roborari. Datum Corbeye, anno Domini M°.CC°.LXXX., in vigilia assumptionis beate virginis.

Or. im Generalvikariatsarchiv zu Paderborn. Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Auf der Rückseite von Hand s. XV. de papenbrede.

1589.

Graf Otto von Dale tauscht mit der Äbtissin von Herford Ministerialen aus. Diepenheim 1280 August 29.

Otto comes de Dalen omnibus presencia visuris salutem in Domino. Noverint universi, quod nos Sophiam nostram ministerialis filiam Bernhardi de Cordbeke damus in ministerialem venerabili abbatisse de Hereuorde, recipientes ab ipsa pari concambio Hadewigim, ut nobis in iure ministeriali perpetuo sit annexa, presentium testimonio litterarum. Datum apud Dipenhem, anno Domini M°.C°C.LXXX., in festo decollacionis Iohannis Baptiste.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 68. Siegel und Befestigung abgefallen. Ueber die Besitzungen des Geschlechts der Dale vgl. Note zu UB. III, 1158.

1590.

Die Rathmänner in Volkmarsen bekunden Ueberlassung von Ländereien in Medreke *an Kl. Hardehausen. 1280 August.*

Alradus magister consulum, Theodericus Rufus pistor, Iohannes de Wellede, Henricus de Brune, Hermannus faber, Iohannes de Riuo, Henricus de Hemedessen, Henricus de Berendorp, Henricus Bibulus, Theodericus de Lechtenuels, Henricus Vrolich et Ludolfus, consules in Volcmerssen, universis hoc scriptum visuris noticiam rei geste. Ad certitudinem presencium et memoriam futurorum tenore presencium protestamur, quod, cum Conradus de Vorste accedente puerorum suorum consensu, videlicet Godescalci, Alberti et Hermanni, concivium nostrorum, Godefrido de Vrigenhagen viginti et quatuor iugera terre arabilis iuxta villam Medreke sita cum area, que dicitur anval, in eadem villa cum silvis, pascuis et omnibus iuribus suis et attinenciis, nihil excipiens vendidisset, idem Godefridus cum filio suo Iohanne in nostra presencia constitutus consentientibus venditoribus supradictis divine remunerationis intuitu religiosis viris domino .. abbati et conventui in Hersuedehusen eadem bona contulit perpetuo possidenda, super quo hanc litteram sigillo nostre civitatis fecimus communiri. Actum anno Domini M°.C°C.LXXX°., mense Augusto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 212. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.
Medreke, *wüster Kirchort, vgl. Ztschr. XLI, 2, 188.*

1591.

Der Frau eines Marsberger Bürgers werden auf Bitten ihres Ehemannes verschiedene Lehnsgüter von den betreffenden Lehnsherrn vor dem Rath der Stadt Marsberg verliehen. 1280 September 1.

Cum secundum copule legalis exigenciam maritus coniugem maritatibus possessionibus investire debeat et dotare, nos iudex, consules ac burgenses opidi Montis Martis ex huius legis consequencia tenore presencium protestamur, quod nobis astantibus dominus Iohannes miles et Hermannus fratres de Kalembergh ac eorum consanguineus Iohannes de Holthusen curtem sitam in Dorpede cum suis pertinentiis et omni proventuum ubertate ad instanciam Hermanni monetarii subsequencia pheoda bonorum procurantis, eius uxori Gertrudi suisque successoribus, heredibus assencientibus, unanimiter iure pheodali concesserunt legitime possidendam. Item eodem ordine et modo prefato Hermanno procurante ac patruo suo Lodewico assenciente in bonis subscriptis ipsi communicante, nostra coram consistencia dominus Hartmannus miles ac Rodolphus fratres de Esnethe unam curtem sive predium sitam in iamdicta villa cum suis appendiciis et fructibus debitis dicte Gertrudi suisque successoribus in pheodo contulerunt libere possidendam. Ceterum in nostra presencia Heynricus de Vesperde bonum sive predium situm in Glindengere cum suis proventibus Lodewico commune precibus supradicti Hermanni inclinatus eiusdem coniugi Gertrudi supra notate suisque successoribus in pheodum porrexit absolutum iure debito possidendum. Ne vero questio moveatur posteris heredibus super singulis collationibus bonorum, quibus eadem femina titulo dotis est investita, presenti cyrographo sigillum nostrorum burgensium, patronis arbitrantibus, in testimonium est appensum. Actum presentibus testibus: domino Olrico milite de Westhem, Hartwigo de Dorslon, Heynrico Morel iudice, Iohanne de Bilinchusen proconsule, Iohanne de Ouerenkerken, Conrado de Clinge, Bertoldo Nathan, Hermanno de Esbike, Thiderico iuniore de Oddenhusen, Iohanne Hassone, Wecelo Eyliconis, Stephano et Iohanne fratribus et Heynrico Hauesaldi consulibus; item Heynrico de Capella, Bertoldo de Hoxaria, Heynrico monetario, Ludolpho de Aspe, Iohanne de Brune, Iohanne Costiken, Vollando, ac aliis burgensibus. Datum in Kalendis Septembribus, anno gratie millesimo ducentesimo octogesimo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Propstei Marsberg Nr. 10. Siegel und Befestigung fehlen. Gedr. Seibertz, UB. I, 388. Dorpede, *1496 abgebrannt, lag zu beiden Seiten der Diemel, NO. Marsberg, zwischen Westheim und Hesperinghausen. Der Name Dörpeder Mark existirt dort heute noch. Vgl. Bll. zur nähern Kunde Westfalens V, 99.* Glindengere, *eingegangener Ort am Flusse Ginde, eine halbe Stunde SW. von Niedermarsberg.*

1592.

Propst, Dekan und Kapitel von St. Peter und Andreas in Paderborn (Busdorf) bekunden Ueberlassung einer Summe Geldes seitens des Geistlichen Ludolf und seiner Mutter Bertradis und nehmen ihn dafür als Vikarius auf. 1280 September 20.

Gedr. nach dem Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 33, Asseb. UB. I, 402. Dem Or. ist ein Pergamentzettel mit gleichzeitiger Schrift angeheftet: Hii fuerunt consules illo anno: Ys(herus) maior, Ysherus minor, Her(mannus) Dockenere, Conradus Couot, Gerhardus monetarius, Henricus Clericus, Her(mannus) de Ebrachtesen, Her(mannus) Bunne, Her(mannus) Bake, Iohannes Retheri, Lutbertus de Inferno, Wicbertus, Bertoldus de Rodhen, Her(mannus) de Stidenen, Henricus de Molendino, Mathyas de Bekene, Io(hannes) de Si(br)esside Pukel, Bertoldus de Sestinchusen.

1593.

Die Stadt Naumburg urkundet über die Rückerstattung gestohlener Pferde. Naumburg 1280 September 24.

Nos sculthetus, R. proconsul ceterique scabini cum universitate civium in Nouo Castro omnibus hoc scriptum visuris salutem. Cum frater Wernherus conversus in Hersuidehusen et Io(hannes) dictus Notreph equos eidem[1]) monasterio ablatos ab Eghe recommodassent, ipsos termino statuto in loco inter castrum et oppidum nostrum sito eidem restituendos et termino ex voluntate partium amicabiliter prorogato, cum Io(hannes) adesse nequiret, frater vero sponsionis utrorumque non immemor in loco prenotato feria tercia post festum pasche, quod fuit anno Domini M°.C°C.LXX°X., in presencia Werneri de Tuscene, Io(hannis) de Nolach et plurimorum consulum et burgensium nostrorum eosdem equos pleno numero dicto E(ghe) amicabiliter et debito modo presentavit, quos idem E(ghe) in sua recepit et possedit (potestate) per diem et noctem ab omnibus libere et quiete. In cuius rei evidentiam presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum in Novo Castro, anno Domini prenotato, VIII Kalendas Octobris.

[1]) eodem *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 214. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1594.

Volpert von Wikerstorp *schenkt Kl. Netze Güter in* Otherestorp. *Frankenberg 1280 Oktober 9.*

Notum esse volumus Christi fidelibus universis, quod nos Volpertus de Wikerstorp cum uxore nostra Yda et nostro filio Volperto de communi omnium consensu nostrorum successorum bona nostra in Otherstorp sita cum omnibus eorundem proventibus ecclesie in Nethze necnon et sanctimonialibus ibidem Deo devote et humiliter famulantibus pie contulimus propter Deum iure proprietario eadem cum quietitudine inviolabili perpetue possidenda. Ne igitur hanc nostram donationem nos vel saltem quispiam successorum nostrorum in posterum retractare valeat vel presumat, presencia exinde conscribi fecimus et sigilli scabinorum in Frankenberg munimine petivimus firmius roborari. Huius rei testes sunt: Fredericus et Ekehardus fratres de Helphenberg, Hardmannus de Mulne dictus, Waltherus de Giffleze, Craphto et Lodowicus fratres filii Rodingi armigeri, Lodowicus et Henricus fratres dicti de Monekehusen, Clinghardus filius Wigandi, Lodowicus filius Conradi de Monekehusen nuncupati conscabini et quam plures. Datum Frankenberg, anno Domini M°.CC°.LXXX°., ciclo lunari octo existente, VII. Idus Octobris, in die Dionisii et sociorum eius.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen zerbrochenes rundes Stadtsiegel von Frankenberg, Mauer und Thürme. Wikerstorp *wüst, S. Frankenberg. Vgl. Landau, Wüste Ortschaften 234.*

1595.

Die Stadt Lemgo befreit einen Hof zu Gunsten der Familie Wendt. 1280 Oktober 9.

Wy ryderschop, rat unde borger unde ganse gemenheyt to Lemge bekennet in dossem breve, dat wy hebbet gevryget in dossem breve eynnen hof bynnen Lemege, de geheten is Grimerinkhof, unde is

belegen vor sunte Iohannes porten up de rechtern hant, wan me ut sunte Iohannes porten gan wyl, den ersamen manne Hinrike deme Wende, eynnem rydder, Lubberte und Hermanne knapen synen sonen unde oren erven unde nakomlyngen van Wende namen, so dat de vorgesproken hof schal velich unde vryg wesen sunder underscheit, alse de hof begrepen is unde vort se unde dat ore up den straten ut unde int den porten anne argelyst; unde wilt dosse vorsproken vrygeit dossen vorsprokenen Wenden oren erven vestlyken holden unde vordegedyngen gelyck unser eygenen vrygheit, wy nu hebbet oft noch krygen mogen. Do wy dosse vrigheyt deden unde geven, weren an unde over de vromen rytters unde knapen hyrna bescreven: Iohan van Bege, Gotschalk van Schachtenbeke rytters, Hillebrant van Welle, Wychman van Bodeke, Hinryk van Hamelen, Hillebrant van Rintelen, Hillebrant van Barkhusen, Hillebrant Weter, Hinrik Welker, Iohans Sepynk, Iohan van Swalenberge, Gosschalk de Kallendorpe, Bartolt van Brokhusen, Hinrik van Ihekenhusen, Hermen van Allendorpe, Hermen van Donepe, Gosscha(l)k van Gummern, Hinrik van Kallendorpe. Dat dyt stede unde vast blive, hebbe wy rydderschop unde rat der van Lemege segel don han an dossen bref na Godes gebort M°.CC°.LXXX., up Dyonysyges dach.

Vom angeblichen Or. im Fürstl. Lipp. Archiv zu Detmold. Datum von L an auf Rasur. Der Schrift und Sprache nach aus viel späterer Zeit. Besiegelung echt. An Pergamentstreifen in grünem Wachs das grosse runde wohlerhaltene Stadtsiegel von Lemgo. Reg. Lipp. Regg. I, 247 Nr. 388, welche besiegelte Uebersetzung des latein. Or. annehmen.

1596.

Elekt Heinrich von Corvey bestätigt den Verkauf eines Erbes in Schandorf an Kl. Börstel und überträgt dem Kloster das Eigenthumsrecht. 1280 Oktober 31.

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus Dei gratia Corbeyensis abbas electus universis Christi fidelibus has presentes litteras inspecturis vel audituris in omnium salvatore salutem. Ad tollendum calumpniam et cavendum de oblivione tam presentibus quam futuris volumus notum esse, quod, cum Borchardus dictus de Echorst, ecclesie nostre ministerialis, domum unam sitam in villa Scanthorpe in parrochia Menslage, quam incolit mulier dicta Seeldis[1]), quam idem Bor(chardus) ab ecclesia nostra iure ministerialium possidebat, claustro Montis sancte Marie in loco, qui dicitur Borstelo, vendidisset ac illa venditio sine nostro et ecclesie nostre consensu rata manere non posset, eo quod ad nos proprietatis donatio pertineret, nos et noster conventus communi consensu ob reverentiam beate virginis, ut bonorum operum, que in dicto claustro frequenter aguntur, efficia(mur) participes, dicte domus proprietatem donavimus ipsi claustro perpetuo possidendam. Ut autem hec nostra donatio nec deleri per oblivionem nec per alicuius calumpniam irritari possit in posterum, hanc presentem paginam sigillorum nostrorum appensione decrevimus roborandum. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX°., in vigilia omnium sanctorum.

[1]) Seoldis?

Or. im Kgl. St.-A. Osnabrück, Kl. Börstel, mitgetheilt von Staatsarchivar Dr. Philippi. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab.

1597.

Die Stadt Höxter gibt den Kürschnern einen Gildebrief. 1280 November 10.

Anno Domini M.CC.LXXX., nos Godebertus, Volcmarus de Brunswich[1]), Conradus Beseworm[2]), Nycolaus de Luchteringen[3]), Arnoldus de Natesungen, Arnoldus socer Nycolai[4]), Arnoldus de Voltessen[5]), Hermannus Rodolfi[6]), Siffridus de Hollessen[7]), Siffridus Paruus, Iohannes de Bokhold[8]), Hinricus Monetarii, consules in Huxaria[9]), notum esse volumus universis presencia[10]) visuris, quod nos[11]) dominis pellificibus nostre civitatis dedimus ghildam[12]) sive facultatem eo iure vendicionis et empcionis, quo antiquitus habuerunt, in hunc modum, ut unusquisque eorum, qui suum proprium[13]) opus operatur, ad presens dare debet tres solidos, quorum unum[14]) semper habebunt consules, alios duos habebunt ipsi[15]) pellices ad candelam et ad alios suos usus. Pueri eciam eorum, qui hanc, ut predictum est, habent

fraternitatem, si proprium opus habere[16]) voluerint, nichil ab eis requirendum[17]) (est) nisi talentum cere ad candelam. Si quis eciam de numero pellificum opus suum seu[18]) hanc gyldam resignasset, aut in posterum resignaret nolens[19]) statuta hec[20]) observare ad presens[21]) et hic forte iterato vellet habere ghildam sepedictam, dabit sex solidos graves et unum talentum cere, quorum tres solidos cedent consulibus et tres ipsis pellificibus. Rursus si quis extraneorum memoratam ghildam intrare[22]) voluerit, dabit sex solidos et unum talentum cere, qui solidi dividentur inter consules et pellifices sicut prius. Insuper si quis contra hanc nostram ordinacionem se conposuerit aut in hiis[23]) predictos pellifices impedire presumpserit, de eo ad ipsos[24]) consules querimoniam deferent, qui super eo iuste iudicabunt. In huius autem rei evidenciam presens scriptum sigillo nostro[25]) fecimus civitatis nostre[26]) communiri[27]). Datum feria sexta[28]) ante diem beati Martini[29]) anno incarnacionis Domini prenotato. Et ut adhuc melius predicta observentur[30]), statuimus nos consules, ut, si quis pellifex huic contravenire[31]) presumpserit contumaciter auit quis[32]) forte operari vellet sine gilda, si deferetur ad consules querimonia, ille rebellis dabit unum talentum, cuius medietatem consules et medietatem pellifices obtinebunt.

[1]) Wolkm. de Brunswig. *C.* [2]) *Fehlt C.* [3]) Nic. Luct. *C.* [4]) Nicolaus *C.* [5]) *Mit einem* s *C.* [6]) Rodolphi *C.* [7]) *Fehlt C.* [8]) Bockholt *C; folgt* Henr. *C.* [9]) consules Huxarie *B.* [10]) *Mit* t, *so meist C.* [11]) *Folgt* dedimus *C.* [12]) gyldam *C, so meist abweichend mit* i *oder* y *C.* [13]) ipsum *C.* [14]) *Folgt* solidum *C.* [15]) illi *C.* [16]) habent *C.* [17]) nihil ab eis requirere *C. Vor* si *steht* et *C.* [18]) sive *C.* [19]) volens *B.* [20]) *Lücke B.* [21]) *Fehlt C.* [22]) inire *C.* [23]) hoc *C.* [24]) nos *C.* [25]) *Folgt* munitum *C.* [26]) *Fehlt B.* [27]) communi *C.* [28]) sextum *statt* feria sexta *C.* [29]) Vincentii *C.* [30]) Et ad hec melius observandum *C.* [31]) convenire predicta *B.* [32]) aut quod *B.*

Aus Druck bei Wigand, Denkwürdige Beiträge S. 136 nach dem zur Zeit nicht auffindbaren alten Höxterschen Gedenkbuche (B) und Pergamentausfertigung in Originalform im Archiv der Stadt Höxter mit Höxterschem Stadtsiegel in Holzkapsel an gelber Hanflitze s. XVII (C).

1598.

Graf Gerhard von Holstein-Schaumburg schenkt der Kirche und den Kapellen in Schildesche (cappellis in eadem villa constructis) *das Eigenthum der von Otto Vriedach ihm resignirten Güter in Theesen* (Tedessen) *in der Pfarrei Schildesche. Stadthagen 1280 November 24.*

. . . Testes sunt: Ludolfus de Kuren, Bertoldus de Reten, Tidericus Hoken, milites, Iohannes de Luneburg notarius noster, et alii quam plures. Datum in Indagine, in die beati Crisogoni martiris, anno Domini M°.C°C.LXX°X.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Schildesche Nr. 25. An rothen geflochtenen Seidenfäden Fragment eines Reitersiegels. Gedr. Hasse, Schlesw.-Holst.-Lauenburg. Regg. u. Urkk. II, 587.

1599.

Die Stadt Höxter gibt den Schmieden einen Gildebrief. 1280 vor November 26.

Anno Domini M.CC.LXXX., nos Godbertus de Uslaria, Volcmarus de Brunswich, Conradus Beseworm, Nycolaus de Luchteringe, Io(hannes) de Natesungen, Arnoldus de Voltessen, Arnoldus gener Nycolay, Hermannus Rodolfi, Siffridus de Voltessen, Syffridus Paruus, Hermannus Monetarii, Iohannes Bocholt, consules in Huxaria, notum esse volumus presentibus et futuris, quod nos pro utilitate et honore nostre civitatis dedimus fabris in ea commorantibus unam gheldam sive fraternitatem in hunc modum, ut, quicunque faber extraneus grossus idem(?) qui grossum opus operari, iamdictam geldam intrare decreverit, unum talentum cere ad candelam et quinque solidos graves erogabit, quorum XL denarios consules et XX denarios recipient fabri. Sin autem aliquis de gracili opere, ut quod dicitur theutonice kleynsmede, predictam gheldam acquirere voluerit, unum talentum cere et tres solidos erogabit, quorum duo consulibus et unus dabitur ipsis fabris. Si eciam de numero eorum invite ipsorum servando forte rebellis fuerit inventus, ita quod super eo querimoniam ad consules detulerint, talentum pro excessu dabit, III solidos graves, de quibus iudicabitur sicut prius et ipsi consules talem rebellem debent cogere, ad quod

iustum est faciendum ... Si quis inter eos forte nimia paupertate geldam ipsorum eis servire non sufficeret, hic dabit II solidos graves, ad quos ipsi fabri suos denarios adiicient, ut cum hiis denariis alium hospitem possint acquirere, qui eis serviat suam geldam. Ad huius omnis rei evidenciam presentem paginam inde confectam sigillo nostro fecimus roborari. Datum feria(?) ante diem beate Katherine virginis anno predicto.

Nach Druck Wigand, Denkwürdige Beiträge S. 136. Text, wie schon Wigand anführt, inkorrekt.

1600.

Ditmar gen. Opolt schenkt Kl. Netze Ländereien. 1280 Dezember 3.

Omnibus Christi fidelibus ego Ditmarus dictus Opolt salutem in eo, qui est salus eterna cunctorum. Noverint universi presencia conspecturi, quod ob spem divine retributionis de consensu nobilis domine Agnetis de Rudenberg mee legitime ac pro animarum meorum progenitorum remedio ecclesie beate virginis Marie matris Domini in Netze et conventui sanctimonialium inibi Christo famulanti mansum in Bofhem et decem iugera ibidem cum decima[1]) cum una area et prato necnon et unum mansum situm in Netze antedicta perpetua proprietate offero possidenda. Ne autem in posterum universa et singula prelibata oblivionis seu contumelie fomite corrumpantur, cum sigillo meo presens scriptum exhibeo, nichilominus sigillum civitatis Sassenhusen pro firmitate magis valida duxi presentibus appendendum. Testes sunt huius: Iohannes viceplebanus in Waltegken, Henricus capellanus in Netze, Henricus dictus Wizele, frater H(enrici) dicti sacerdotis dictum mansum in Netze possidens aliquando, Henricus de Alref, Conradus de Selbach, Conradus de Bettenhusen, civesque ceteri in Sassenhusen, Ludolfus et Iohannes fratres H(enrici) sacerdotis et H(enrici) Wizelen predictorum et alii quam plures. Datum anno gratie millesimo C°C°.LXXX°., tercio Nonas Decembris.

[1]) *Beide Wörter später übergeschrieben.*

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen 1) dreieckiges Siegel, drei Pfähle, von Schrägbalken (Bastardbalken?) belegt; 2) rundes Siegel von Sachsenhausen, Figur mit Schwert, an jeder Seite eine Lilie. Vielleicht ist statt 1280 Dez. 3 zu lesen 1283 Dez. 5.

1601.

Kl. Berich verkauft ein Besitzthum an Kl. Haina. 1280 Dezember 6.

Universis Christi fidelibus hoc scriptum visuris vel in perpetuum audituris nos priorissa totumque collegium sanctimonialium in Beriche presentibus fidem adhibere. Que geruntur in tempore, ab humana memoria facilius elabuntur, nisi proborum virorum testimonio aut litterarum apicibus roborentur. Ea propter cunctorum intuencium noticie declaramus, quod nostram medietatem predii in villa Hartbrateshusen siti cum omnibus suis pertinenciis sufficienti deliberacione prehabita vendidimus viris religiosis domino abbati et conventui de Hegene pro quatuor marcis Westfaliensium denariorum in usus nostre ecclesie conversorum, tollentes per abrenunciacionem et effectuacionem a nobis debite factam nostris sequacibus omnem materiam future calumpnie et querele. Unde ne obliviosa vetustas huic contractui valeat novercari, presentem paginam dedimus predictis fratribus nostro sigillo ac testium subscriptorum nominibus communitam, qui sunt: frater Cunradus dictus de Meinharteshusen noster conversus et procurator, frater Cunradus et frater Henricus conversi de Hegene, plebanus de Vohele, Rudolfus miles, Volpertus Frie, Sifridus, Wernherus et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C°.LXXX°., in festo beati Nicholai.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Haina. Siegel und Befestigung fehlen.

1602.

Elekt Otto von Paderborn schenkt an Busdorf $^1/_2$ Zehnten in Husen. Paderborn 1280 Dezember 13.

In nomine Domini amen. Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie electus universis Christi fidelibus, ad quos scriptum hoc pervenerit, salutem in Domino sempiternam. Ad confirmandam memoriam

expedit actus hominum temporales scripturis autenticis eternari. Quapropter scire cupimus tam presentes quam posteros universos, quod nos proprietatem medietatis decime in Husen cum minuta decima ibidem ac omnibus suis utilitatibus quam decanus et capitulum ecclesie sanctorum Petri et Andree Paderbornensis civitatis pro quadraginta et sex marcis monete legalis Paderbornensis empcionis tytulo comparavrunt a Ludolfo milite marscalco nostro et suis filiis, videlicet Ludolfo canonico ecclesie nostre, Bernhardo, Hermanno et Gozwino, ex resignacione et peticione eorundem, nam ipsam a nobis tenuerant, de consensu et voluntate capituli nostri dicto capitulo beatorum Petri et Andree contulimus et presentibus conferimus perpetuo retinendam, nisi ipsa decima a predictis Ludolfo milite et suis liberis a festo beati Martini nunc proximo instante infra triennium reematur pro summa pecunie memorate et secundum valorem denariorum persolutorum [1]), quorum quatuordecim solidi et sex denarii pro marca puri et examinati argenti apud civitatis Paderbornensis monetarios cambiuntur. Quod si factum fuerit, presens scriptum extunc decernimus nil valere, et proprietatem dicte decime ad nostram ecclesiam reversuram. Si vero reempta non fuerit eadem decima infra annos prescriptos, eandem decimam predictis decano et capitulo pertinere volumus pleno iure. Et in recognicionem proprietatis a nobis et a nostro capitulo collate prefatum capitulum sancti Petri solvet thesaurario ecclesie [2]) nostre, qui pro tempore fuerit, unam libram cere in festo purificacionis beate virginis quovis anno. Et ut omnia supra dicta perpetuo maneant inconvulsa, presens scriptum sigillo nostro et sigillo ecclesie nostre in signum consensus extitit sigillatum. Testes eciam rogati aderant, quorum nomina subnotantur: magister Wichmannus, Ludolfus de Dalberne, Conradus de Etlen, milites, Ysherus de Oldendorpesen, Hermannus de Soltkoten, Hermannus de Ortis, Gerhardus plebanus de Esbike, Bodo de Beninchosen et alii quam plures. Actum et datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LX°XX., in die beate Lucie virginis.

[1]) presolutorum *Or.* [2]) *Doppelt Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 34. An rothweissgelben seidenen Fäden 1) gut erhaltenes Elektensiegel Ottos mit Rücksiegel; 2) sehr verletztes des Kapitels. Auszug Schaten ad annum 1279.

1603.

Bischof Volquin von Minden tauscht mit der Abtei Herford Ministerialen aus. Minden 1280.

Volquinus Dei gratia episcopus ecclesie Mindensis omnibus presens scriptum visuris salutem in Domino. Nosse cupimus tam presentes quam posteros, quod nos de capituli et ministerialium nostrorum consilio et consensu Hadewigim uxorem Godefridi de Bomgarden, Germodim et Hadewigim, filias predicte Hadewigis quondam ecclesie Heruordensis ministeriales, a iure . . . primitus absolutas, in ministeriales ecclesie nostre recipimus, dantes eisdem omne ius, quod alii ministeriales habere hactenus consueverunt, pro ipsis autem Alheydim de Lippinchosen, Gertrudim et Alheydim, filias predicte Alheydis de Lippinchosen, quondam ecclesie nostre ministeriales, omnino a nobis et ab ecclesia nostra absolvimus et omni iuri renuntiamus, quod habuimus hactenus in eisdem. In cuius rei testimonium hoc scriptum impressione sigilli nostri decrevimus muniendum. Testes aderant: Gerhardus de Heruordia canonicus ecclesie Mindensis, Helenbertus kamerarius, Hinricus de Dungerden, Richardus Vos, Iohannes Molendinarius iudex et Blome et alii plures clerici et layci. Datum Minde, anno Domini M°.C°C.LXX°X.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 67. Siegel von den geflochtenen weissen Schnüren ab.

1604.

Elekt Otto von Paderborn verlegt den Dedikationstag der St. Nicolai-Capelle zu Marsberg site in Bulone *vom 30. auf den 21. September. 1280.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Propstei Marsberg Nr. 11. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Gedr. Seibertz UB. I, 392 nach dem Or. Rückschrift des 17. Jahrh. nennt die Kapelle: templum s. Nicolai am Buhlberg. *Nach Mittheilung des Herrn Gerichtsraths Fischer in Marsberg ist der*

Bühlberg diejenige Anhöhe, welche bereits in Nieder-Marsberg beginnt und nach Ober-Marsberg hinaufführt. Man hat in einem, an diesem Wege am Bühlberge und zwar rechts von demselben, belegenen Garten vor Jahren ziemlich umfangreiches Mauerwerk unter der Erde gefunden und bei einer im Jahre 1881 stattgehabten Rektifikation des dortigen Weges ist festgestellt, dass jenes alte Mauerwerk sich noch unter diesem Wege nach den gegenüber liegenden Häusern hinzieht. Höchst wahrscheinlich enthält dasselbe die Ueberbleibsel jener Kapelle in Bulone.

1605.

Abt Heinrich von Marienmünster stiftet seine Memorie an Kl. Marienmünster. 1280.

In nomine sancte et individue trinitatis. Heynricus Dei gratia abbas in monasterio sancte Marie perpetue virginis prope Sualenberg omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in filio virginis gloriose. Quoniam omnium habere memoriam potius est divinitatis quam humanitatis, conscribi facimus ea, que a nobis aguntur, ne oblivioni tradantur. Noverint igitur universi, quod nos fideli ammonitione amicorum nostrorum et ex instinctu spiritus sancti pro remedio anime nostre et parentum nostrorum confratribus nostris monachis presentis cenobii gratiam impedimus specialem, videlicet in eo, quod dimidietas totius summe, que in collacione alicuius prebende huic ecclesie propter Deum in subsidium et iuvamen impenditur, in usus et karitates ipsorum cedat in perpetuum et ut memorie nostri habeatur. Hec consilio ipsorum provido statuimus inviolabiliter observari. Item consilio ipsorum approbato dedimus eisdem fructus decime in Engelbraha integraliter perpetuo percipiendos. Item statuimus ipsorum consilio providentiori, ut, si quid derelictum fuerit in extremis, ab aliquo monachorum, iterum dimidietatem ipsius residui absque aliqua contradictione percipiant et pars altera voluntati abbatis stabit. Et quia hec dominis nostris favorabiliter concessimus et in hac parte voluntati eorum annuimus, ad peticiones nostras gratiam nobis specialem rependerunt, videlicet quod anniversarium nostrum et patris et matris nostre et fratris sororisque nostre vigiliis, missis perpetuo solemniter celebrabunt. Ut autem hec nostra donatio ipsorum consensu firmata rata et inconvulsa perpetuis temporibus perseveret, presentem paginam nostri et conventus et dominorum nostrorum comitum de Sualenberg sigillorum munimine duximus roborandam. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXX°X. Testes huius rei sunt: Ernestus prior, Albertus cantor, Henricus, Iohannes, Fredericus, Iohannes, Volbertus, Henricus, Volquinus, Conradus, Henricus, Arnoldus, Hermannus de Hostem.

Aus Msc. I, 129 f. 43 (B) und VII, 4512 p. 69 (C) im Kgl. St.-A. Münster, Engelbraha *nicht mehr nachweisbar. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 183.*

1606.

Ludwig d. j. von Everstein bekundet, dass vor ihm und den Rathmännern von Höxter die Söhne Heinrichs von Moringen allen Ansprüchen an Güter in Holthusen *bei Moringen zu Gunsten des Kl. Amelunxborn entsagt haben. Höxter 1280.*

Gedr. Falke, Cod. trad. Corb. p. 902; Reg. mit Korrekturen Spilcker, Everstein UB. Nr. 186. Unter den Zeugen: Godeberto de Uslaria, Conrado de Besenworm, Volperto de Brunswick, Arnoldo de Voltessen, Iohanne de Natesungen, Sygfrido maiori et Sygfrido minori et Arnoldo Bils consulibus.

1607.

Die Grafen Adolf und Albert von Schwalenberg resigniren dem Erzbischof Werner von Mainz den Zehnten in Wetze (Wettesen), *den ihnen Heinrich von Homburg resignirt hat, zur Uebereignung an Kl. Amelunxborn. 1280.*

Falke, Cod. trad. Corb. 893. Dürre, Homburg Nr. 123, Ztschr. für Niedersachsen, 1880. Litteratur Böhmer-Will, Regg. arch. Magunt. II, 410 Nr. 504.

1608.

Rentenanweisung von 7 Schillingen zu Lichtern vor d. Altären der hh. Benedictus u. Bernhardus. 1280.

Kindlinger in den Brenkh. Auszügen im Besitz der Paderborner Abth. des Vereins bemerkt: Dieses ist unter allen Brenkhausischen Urkunden das einzige teutsche und älteste aus diesem Zeitalter. Eine Klosterjungfer Namens Curians(!) ist die Stifterin dieser 7 Schill. Das Transfix, dessen in der Urk. gedacht wird, ist nicht mehr vorhanden. In einer allerdings wahrscheinlich unechten Brenkhauser Urk. von 1285 Nov. 25 wird Floriana priorissa *erwähnt. Ob diese mit obiger identisch ist?*

1609.

Beilegung eines Besitzstreites mit Kl. Hardehausen. (Um 1280.)

. . . Cysterciensis, Coloniensis dyocesis, ad perpetuam rei memoriam . . . Gerhardum militem dictum Sculthetum de . . . memorie quondam domini Conradi dicti de Weten . . . (pro)positionis facte per arbitros hincinde assumptos . . . liberis renunciantibus omni querele et actioni, quam . . . confectis plenius continetur. Nos ad supplicem . . . quadraginta trium marcarum Coloniensium super quibus scrupulum . . . (mar)carum Coloniensium assignavimus et assignamus de bonis . . .

Or. (Bruchstück) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 211. Siegel und Befestigung fehlen.

1610.

Kl. Helmershausen überträgt einen an den Marburger Bürger Konrad von Weten verpfändeten Zehnten an Kl. Hardehausen. (Um 1280.)

. . . gracia electus totusque conventus Helmwardeshusensis omnibus Christi fidelibus orationum . . . salutem in Domino sempiternam. Tenore presentium publice protestamur, quod nos . . . necessitate nobis et ecclesie nostre inminente decimam nostram in Norde . . ., quam Conradus de Weten civis Wartbergensis et Alheydis filia sua vite . . . denariorum gravium titulo pignoris possederunt ecclesie Herswit . . . (quo)ndam translata proprietate eiusdem decime et dominio penitus . . . Weten maiorem nostram curiam in Echene cum omnibus . . . (de)nariorum obligatam ecclesie nostre resignavit liberam . . . marcas denariorum gravium pro ecclesia . . . ducentas marcas constitit et tri . . . (r)ata permaneat et inconvulsa presens . . . Datum anno Domini M°.C°C . . .

Or. (Bruchstück) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 209. Siegel und Befestigung fehlt.

1611.

Die Rathmänner von Corbach bekunden Verzicht des Gerlach gen. von der Haa zu Gunsten des Kl. Bredelar. Corbach 1281 Januar 21.

Nos Hermannus magister consulum et consules universi oppidi Corbike omnibus hanc litteram visuris vel audituris duximus intimandum, quod Gerlacus dictus de Haa et frater eius Conradus constituti coram nobis in nostra audientia recognoverunt nichil iuris se habere vel umquam habuisse in curte Laterueld, quam emptam ab Elgero milite de Lutterbike abbas et conventus monasterii in Breydelare iusto titulo emptionis possident et longo tempore possederunt. Supplicaverunt etiam predicti fratres humiliter sibi indulgeri, si occasione prefate curtis prenominato conventui aliquam molestiam intulissent. In cuius recognitionis testimonium supplicatum est nobis tam ab abbate dicti monasterii quam ab ipsis fratribus et ipsorum patre, qui etiam recognovit se nichil iuris in predicta curte habere vel habuisse, sigillo nostri oppidi presentem litteram communiri. Intelleximus etiam, quod presentibus Godescalco domino castri in Padberg, et Odelrico de Westhem, Stephano de Horhusen, militibus, et Wilhelmo de Deyuelt ipse Gerlacus protestatus fuerit pro curte sepe dicta movisse iniustam et indebitam questionem. Datum Corbike, anno Domini M°.C°C°.LXX°X primo, in die sancte Agnetis virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 117. Vom Pergamentstreifen Siegel ab.

1612.

Kl. Wibrechtshausen verspricht dem Kl. Brenkhausen Theilnahme an allen guten Werken. Wibrechtshausen 1281 Januar 22.

Venerabili domine ac in Christo plurimum dilecte . . G(isle) abbatisse Vallis Dei totique conventui devoto eiusdem loci, ordinis Cisterciensis, S. Dei gratia prepositus, Iu(tha) divina miseratione abbatissa totumque collegium ancillarum Christi in Wicbernereshusen orationes in Domino devotas cum plenitudine karitatis. Sicut ignis aurum examinat, sic exibito operis sui cere declarat indicium karitatis. Hinc est, quod benignitati vestre actiones multimodas referimus gratiarum pro eo, quod nullis nostris exigentibus meritis nobis in vestra littera tam gratum atque desiderabile karitatis beneficium inpendistis vestre domus fraternitatem plenam cum participacione omnium bonorum operum conferendo, de quo secundum spiritum sumus non modicum consolate. Quapropter ut affectus affectui et pietas respondeat pietati, vos et vestrum sanctum collegium ex tota cordium habundancia non solum in nostre domus fraternitatem plenariam sed etiam in participium omnium nostrorum bonorum operum, que spiritus sancti cooperante gratia in nostra peraguntur ecclesia, tam in vita quam in morte recipimus humiliter et devote, sperantes firmiter, quod ex hac familiaritate vestris suffragantibus precibus super nostris habeamus defectibus[1]), dum tam in corpore quam in anima placabile senciamus. Datum Wicbernes-husen[2]), anno Domini M°.C°C.LXXX°I°., in die Vincencii martiris.

[1]) *Anscheinend fehlt hier ein Wort.* [2]) *So hier anders wie oben.*

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Zwei Siegel von Pergamentstreifen ab.

1613.

Graf Otto von Ravensberg schenkt der Kirche zu (Kirch-) Dornberg zwei Güter und einen Wald, letzteren mit Zustimmung der Erfexen der Mark. 1281 Februar 2.

Otto comes de Ravensberg omnibus presentia visuris . . .[1]) et perhennem rei geste memoriam. Quoniam rei mundane motus mutabilis et mentis humane status instabilis, nihil fixum memorie relinquunt, provida[2]) suasit discretio, que pie acta sunt et legitime, per scripture seriem posterorum notitie reservare. Noverint igitur universi, nos uxore nostra et fratre nostro Lodewico preposito ecclesie sancti Iohannis Osnaburgensis ac legitimis heredibus nostris annuentibus duos mansos in villa Dhorenberg nobis iure proprietatis pertinentes et insuper silvam, que vocatur marcha, trans rivulam Holtbeke, versus ecclesiam Dhorenberg, cum conniventia eorum, qui dicuntur erfexen et omnium, qui aliquid iuris in eadem marchia dinoscuntur habere, in honore beati Petri ad prefatam ecclesiam titulo donationis in perpetuum assignasse. Testes aderant: nobilis vir Otto domicellus de Euerstene, Themo Nagel, Thetmarus Letheber, Henricus Stenhus, Thidericus de Dehem, Hermannus de Borchbeke et Renbertus de Rodinchusen cum pluribus aliis fide dignis. Ut autem hoc factum a successoribus nostris inviolabiliter observetur, hanc paginam in evidens testimonium scribi fecimus sigilli nostri et fratris nostri Lodewici munimine roboratum. Datum anno Domini M°.C°C.LXXXI°., ipso die purificationis sanctissime virginis Marie.

[1]) *Lücke im Msc.* [2]) previda *Abschr.*

Aus Msc. 330 1 f. p. 45 im Kgl. St.-A. Münster. Kirchdornberg Grenzdorf der Paderborner Diöcese; vgl. Ztschr. XXXVIII, 2, 85.

1614.

Elekt Otto von Paderborn ertheilt dem Kl. Abbenrode einen vierzigtägigen Ablass. 1281 Februar 4.

Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie electus et confirmatus universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino sempiternam. Ut ad opera hortatoria fideles quosquoslibet invitemus, et ut cultus divini numinis amplietur, omnibus, qui de bonis sibi a Deo collatis ad subsidium monasterii beate Marie in Abbenrode, Halberstadensis diocesis, manum porrexerint adiutricem eisque, qui ad eundem locum in dedicacione ipsius et dedicationis festis loca devotionis acces-

serint, dummodo doleant se peccasse 40 dies et carenam, beatorum apostolorum Petri ei Pauli sanctique Liborii confessoris confisi suffragiis, de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum anno Domini 1281, pridie Nonas Februarii.

Nach Kopiarium episc. Halberst. miscell. Nr. 1136 (18. Jahrh.) Nr. 104 im Kgl. St.-A. Magdeburg.

1615.

Die Stadt Geismar bekundet Verzichtleistung zu Gunsten des Kl. Hardehausen. 1281 Februar 7.

Nos Lodewicus et Gotfridus filii quondam Orthonis, Detmarus et Henricus de Notuelt, Gotfridus de Atrio, Detmarus de Lippoldesberg, Lodewicus Holcetus, Arnoldus Gerberti, Heinricus de Herisia, Theodericus Euerhardi, Herbertus et Albertus cum sensibus, consules ac cives Geismarienses, presentibus protestamur, quod dominus Elyas miles dictus de Asle et Amelungus filius suus ad nostram accedentes presenciam renunciaverunt et cesserunt omnimodis quibusdam bonis quondam suis sitis in Asle recongnoscentes ecclesiam in Hersuidehusen eadem bona iusto emptionis titulo possidere. Adiecit etiam miles prefatus cum .. uxore et aliis suis heredibus super bonis eisdem renunciationem similem se fecisse. Nos itaque ad rogatum sepedicti militis et A(melungi) filii ipsius suprascripti presentem paginam super premissis in testimonium conscriptam nostro sigillo fecimus roborari. Datum anno Domini M°.C°C.LXXXI°., feria sexta post diem sancte Agathe.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 216. An Pergamentstreifen Siegel der Stadt Geismar.

1616.

Ritter Ludolf von Harhusen leistet Verzicht auf einen Hof zu Holthusen *vor Twiste. Volkhardinghausen 1281 Februar 10.*

In nomine Domini amen. Nos Ludolfus miles dictus de Horhusen et Alheydis uxor nostra legitima recognoscimus et protestari volumus per presentes, quod bona voluntate et consensu nostrorum heredum, Bodonis videlicet filii nostri, Gerdrudis et Ermendrudis filiarum nostrarum et aliorum coheredum nostrorum ius aut iustitiam seu iuridictionem, quam habuimus vel habere videbamur in curia dicta Holthusen et in tota marcha eiusdem scilicet pratis, silvis, pascuis, viis et inviis, aquis et gregibus reducentibus viva voce renuntiamus et cum possessore dicte curie cohabitare debemus, ut bonorum confinium moris est cohabitare, et hoc fecimus ob petitionem et reverentiam domini Arnoldi dicti Magni et Gysonis consanguinei sui militum de Godenborch, similiter et ob honorem sancte Marie sanctique Iohannis Baptiste, possessores dicte curie perpetuis temporibus libere perfruendo promittentes; si quis priorissam, conventum seu inhabitantes dicte curie Holthusen impetere, molestare seu aggravare attemptaverit, plenam warandiam prestabimus coram iudicio spirituali vel seculari, aut ubicunque locorum priorisse vel conventui seu inhabitanti dicte curie Holthusen magis videbitur expedire. Ut autem hec renuntiatio seu resignatio dicte curie Holthusen per nos facta rata sit et inconvulsa permaneat, presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandam. Huius resignationis seu renuntiationis curie sepe dicte cum omnibus suis pertinentiis predictis testes sunt: Iohannes plebanus in Meyggerinchusen, Tydericus de Haroldeshusen, presbiteri; Iohannes miles de Helfenberg, Henricus de Roderikessen, Wernherus de Gůdenborg, Iohannes de Osterhusen, Iohannes de Helsen et alii fide digni. Actum et datum in Volchardinchusen, in anno Domini M°.C°C.L°XXXI°., ipso die Scolastice virginis.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Von den drei angehängt gewesenen Siegeln nur das erste an Pergamentstreifen hängend, aber plattgedrückt, vorhanden, dreieckig, quergetheilter Schild, in dessen oberer Hälfte das Vordertheil eines nach rechts aufgerichteten Löwen, in der untern Baumstamm mit drei Zweigen (?); die beiden andern abgefallen. Vgl. Nr. 1531 und 1536.

1617.

Hermann früher Bischof von Samland, Generalvikar des Elekten von Paderborn verleiht allen Besuchern der Kirche des Kl. Brenkhausen an Marienfesten und St. Johannistag Ablass von 40 Tagen. 1281 Februar 22.

Frater Hermannus Dei gratia episcopus quondam Sambiensis, vices gerens in spiritualibus domini .. Paderbornensis electi omnibus Christi fidelibus salutem in Domino. Sanctorum meritis inclita gaudia fideles Christi assequi minime dubitamus, qui eorum patrocinia per condigne devotionis obsequia promerentur illumque venerantur in illis, quorum gloria ipse est et retributio meritorum. Sane igitur nos ad promerenda predicta gaudia causam dare fidelibus populis cupientes omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam claustri Beringehusen in festis gloriose virginis Marie et in festo beati Iohannis Baptiste causa devotionis accesserint et ibidem manum porrexerint adiutricem, de omnipotentis Dei misericordia confisi quadraginta dies et unam carenam de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum anno Domini M°.CC.LXXX primo, in cathedra beati Petri apostoli.

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Siegel vom abhangenden Pergamentstreifen abgefallen. Die Urk. ist erwähnt Evelt, Die Weihbischöfe von Paderborn S. 25. Daselbst auch die Gründe, warum der Samländer Bischof nicht in seiner Diöcese weilte.

1618.

Edelherr Berthold von Büren bekundet, dass sein Schwiegersohn Burchard Junker von Hinnenburg alle seine Güter in Syrexen *und* Sneuelde, *Mitgift seiner Frau Agnes, mit der Freigrafschaft dem Kl. Hardehausen verkauft habe mit Ausnahme der Gografschaft. An der Verzichtleistung nehmen noch Theil Bertholds Frau Ermgard und Sohn Berthold, sowie Burchards Tochter Adelheid. Mitsiegler Elekt Otto von Paderborn. Paderborn 1281 März 16.*

... Testes: Henricus plebanus in Brakele, Fredericus de Immessen miles, Burchardus de Steinhem, Iohannes de Koven et Hermannus de Mengersen, cives in Brakel, dominus Bertoldus prepositus sanctorum apostolorum Petri et Andree in Paderburne, Iordanus canonicus ibidem, Henricus thesaurarius et Henricus de Campo, Theodericus dictus Grope et Ludolphus Marscalcus, milites, Godeke gogravius, Hermannus de Lippespringen et Bertoldus patruus eius, Henricus Endachtzen, Arnoldus de Driborgh, Ludolphus de Helmerinchusen, Cunradus de Hane et gener suus *etc.*

Gedr. Kindlinger, Münstersche Beiträge III, 89; daraus Asseb. UB. I, 409.

1619.

Ministerialen, Schöffen und Rathmänner zu Herford bekunden, dass der Gograf Heinrich, seine Brüder Hermann, Werner und Reiner zu Herford dem Kl. Marienfeld eine jährliche Lieferung von zwei Maltern Salz geschenkt haben. 1281 März 17.

Zeugen: Iohannes de Busche, Hermannus Gograuius et Iohannes de Oldenheruorde, milites; Volquinus Cretel tunc temporis magister consulum, Gerhardus de Libbere, Iohannes de Haghen, Hinricus de Hagen, Iohannes de Rodewic, Rocherus de Quernhem, Hinricus de Bekeseten, Thetmarus Wericmester, Hartmannus Grubo, Conradus Kleykamp, Hermannus Kreteling, Reynerus Distelkamp et Iohannes de Oldenscildesche.

Gedr. UB. III, 1125.

1620.

Elekt Otto von Paderborn verkauft eine Abgabe in Paderborn an Kl. Hardehausen. 1281 März 19.

In nomine Domini amen. Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie electus universis hoc scriptum visuris in perpetuum salutem in eo, qui est omnium vera salus. Ut a presentibus tollatur dubium et futuris veritas elucescat, presentis scripti testimonio cupimus notum esse, quod, cum propter diversas et legitimas ecclesie nostre necessitates debitorum onere gravaremur, de unanimi capituli nostri consilio

et consensu sexaginta maldra et unum schipel tritici, quod sunderwete dicitur, eo iure, quo nobis et predecessoribus nostris in civitate nostra Paderbornensi ab antiquo solvebatur pro annua pensione, dilectis in Christo . . abbati et conventui monasterii in Hersuedehusen, Cisterciensis ordinis, nostre diocesis, pro centum et nonaginta marcis et decem et octo solidis gravium denariorum Paderborne legalium sollempnitate iuris observata vendidimus, transferentes eorundem bonorum proprietatem et dominium ad eosdem, que pecunia in necessitate ecclesie nostre ad ipsius utilitatem non solum totaliter est conversa, verum etiam gravium dampnorum pericula extinximus per eandem. Ne igitur predictum factum nostrum et capituli nostri a nobis vel ab aliquo successorum nostrorum valeat aliqualiter immutari, dictis . . abbati et conventui, qui hunc contractum ad preces nostras et capituli nostri inierunt, presens scriptum nostro nostrique capituli sigillis munitum duximus contradendum. Nos vero Wernerus Dei gratia (decanus) totumque capitulum ecclesie predicte in perpetuum robur et evidenciam pleniorem, ut dictum est, idem scriptum nostro sigillo fecimus confirmari. Testes aderant: magister Hermannus et magister Thitmarus, canonici nostre ecclesie Paderbornensis, magister Henricus thesaurarius orientalis ecclesie et magister Wichmannus, Rodolfus cellerarius, Olricus et Albertus, monachi, frater Conradus de domo textrina et frater Lambertus, conversi in Hersuedehusen, Conradus de Etlen et Bertoldus de Lippia, milites, et alii fide digni. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo primo, XII°II. Kalendas Aprilis.

Or. in zwei Ausfertigungen im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 215 u. 218. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab an beiden Exemplaren.

1621.

Die Rathmänner in Fritzlar urkunden unter Transsumirung einer hierauf bezüglichen Urk. von 1281 März 12 über Beilegung eines Streites zwischen den Kanonikern in Fritzlar und dem Kl. Hardehausen wegen eines Weinberges. 1281 März 25.

Universis presencium litterarum inspectoribus Conradus de Homberg, Volcmarus Grene, magister Conradus phisicus, Conradus Volpurges, Waltelinus, Henricus de Spangenberg, Hermannus Grin, Conradus Schindelik, Wichardus de Kirchagen, Lodewicus de Birken, Henricus de Strithusen et Conradus Adodis, consules in Frizlare, perpetuam rei geste noticiam. Tenore huius scripti cupimus declarari, quod orta super quarundam vinearum succisione iuxta opidum nostrum sitarum venerabilibus viris domino . . decano et capitulo eiusdem loci pertinencium inter eosdem decanum et capitulum ex una parte et religiosos viros dominum . . abbatem et conventum monasterii in Hersuedehusen, Cisterciensis ordinis, Paderbornensis diocesis, ex altera materia questionis mediantibus arbitris, videlicet ex parte dictorum decani et capituli domino Godefrido de Wettere et magistro Guntero cantore, canonicis eiusdem ecclesie, ex parte vero abbatis et conventus fratribus Iohanne et Olrico dicti monasterii monachis cum plena potestate et auctoritate constitutis anno Domini M°.C°C.LXXX° primo, in vigilia beati Gregorii, in domo domini decani predicti presente capitulo favorabilis et amicabilis composicio intervenit, cuius vere et firme composicionis formam et ordinacionem iam dictus magister Gunterus cantor sequenti die, scilicet in festo beati Gregorii, nobis presentibus, videlicet fratre Lodewico de Meldreke, magistro Conrado phisico predicto, Conrado de Homberg, Henrico de Spangenberg, Henrico dicto Vingerhoit, Conrado Volpurgis et Conrado filio nostro supradictis in capella beati Martini dicta missa nullam in aliquo excepcionem ponendo vel reservando in futuris, prout eorum, videlicet decani et capituli, instrumenta huic scripto inferius inserta testantur, sollempni voce publicavit utrorumque parcium consensu, assensu et mera voluntate in omnibus accedente. In perpetuum muniminis firmamentum scripta super hac composicione confecta idem magister Gunterus et totum capitulum sigillo nostre civitatis rogaverunt cum instancia stabiliri. Hiis itaque sollempniter expletis dicti monachi Iohannes et Olricus in manus magistri Gunteri ac per eum tocius capituli et deinceps in manus domini decani, qui propter sui inbecillitatem presens esse non potuit, fundum sive territorium dictarum vinearum cum suis appendiciis resignarunt. Nos

vero consules et testes predicti propter bonum pacis et concordie per legitimos arbitros firmiter ordinate ad preces dictorum decani et capituli, ut dictum est, huiusmodi scripta super hac composicione ordinata, que in nulla sui parte viciata cognovimus, legi audivimus et cum dictorum decani et capituli sigillo munita vidimus, nostri sigilli appensione fecimus roborari et huic scripto inseri, ut superius est expressum. Quorum scriptorum tenor talis est:

In nomine Domini amen. Quia ea, que fiunt in tempore, in oblivionem transeunt tempore transeunte, nisi scriptorum patrocinio roborentur, ea propter nos Henricus decanus, Gunterus cantor, totumque Frizlariensis ecclesie capitulum tenore presencium profitemur et publice protestando ad noticiam cupimus pervenire cunctorum, quod omnibus questionibus seu actionibus, que nobis contra viros religiosos dominum abbatem et conventum monasterii de Hersuedehusen, Cisterciensis ordinis, Paderbornensis diocesis, super vinea ecclesie nostre, quam olim eis locavimus et quam ipsi nobis nuper resignare curarunt, item super molendino, quod dicitur molendinum Herradis, vinee adiacens supradicte necnon super via sive semita ad eandem vineam pertinente competebant vel competere videbantur, renunciavimus et renunciasse nos recognoscimus manifeste eo, quod questiones huiusmodi per amicabilem composicionem, que inter nos et ipsos, divina disponente gratia, intervenit, modis sint omnibus amputate et sopite, ut reviviscere nequeant, et exstincte. Testes horum sunt consules predicti, in quorum evidenciam presens scriptum abbati et conventui memoratis dedimus ecclesie nostre et universitatis civium Frizlariensium sigillis munitum. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX° primo, in die beati Gregorii.

Huius igitur composicionis hoc scripto approbabiliter confirmate testes sumus et erimus, quandocunque et quocienscunque fuerimus requisiti, super quo hanc litteram nostre civitatis sigillo duximus muniendam. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX° primo, in annunciacione gloriose virginis Marie. Ego vero frater Lodewicus predictus de Meldreke, quia hec vidi et audivi, sigillum nostri predii apposui huic scripto. Datum ut supra.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 219. Siegel sammt Befestigung ausgerissen. Eine mit dieser Urk. inhaltlich vollständig und auch formell, mit Ausnahme des Anfanges und des Schlusses ganz übereinstimmende Originalurk., die stark abgeblättert ist, liegt unter Kl. Hardehausen Nr. 217 vor. Der Anfang lautet: In nomine Domini amen. (Magister) Gunterus cantor, (Iacobus?), Conradus Marz, Wygandus, Lippoldus prepositus, Hemeradus, Gumprachtus de Ritte, Elengerus, Go(defridus) de (Wettere), Ludewicus de (Urfe), Godefridus et Wernerus de Rosteberg, canonici Frizlariensis ecclesie, omnibus hoc scriptum visuris salutem in omnium salvatore. *Der Schluss:* In quorum evidenciam, quia propter inbecillitatem domini Henrici decani nostri sigillum ecclesie nostre habere non potuimus, presens scriptum singuli nostrum pro nobis et nostris concanonicis sigillorum nostrorum appensione, donec copiam dicti sigilli ecclesie nostre consequi possimus, duximus confirmandum. Actum et datum *wie oben. Die 12 Siegel fehlen.*

1622.

Richter, Rathmänner und Bürger von Marsberg bekunden Uebertragung von Zehnten zu Ouenchusen, Struke *und Heddinghausen. 1281 April 1.*

. . . Testes in omagium preelecti specialiter affuerunt: Heynricus Morel iudex, Thidericus de Oddenhusen proconsul et eius germanus Heynricus, Bertoldus de Huxaria, Conradus de Clinge, Iohannes de Bilinchusen, Iohannes de Ouerenkerke, Thetmarus Olgardis, Stephanus et Iohannes nati Stephani vinitoris, Conradus Hauesaldi, Wecelus Eyliconis et Vollandus, consules. Item Heynricus de Capella, Albertus de Mulenhusen, Bertoldus Rotgeri, Wecelus Sygenandi, Thidericus iunior de Oddenhusen, Iohannes Hasso, Hermannus de Kerictorp et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster. Propstei Marsberg Nr. 13. Von dem an Pergamentstreifen angehängten Marsberger Stadtsiegel ist nur ein kleines Bruchstück erhalten. Auf der Rückseite von Hand s. XV:

Ouinkhusen, Struke, Hiddinghusen, filie ecclesie sancti Petri in Monte Martis. *Von anderer Hand derselben Zeit:* Ouenstede et Hiddinchusen et Struke. Hidd. *ist Heddinghausen S. Marsberg; daselbst lagen auch früher die beiden andern. Gedr. Seibertz, UB. I, 395.*

1623.

Junker Burchard von Hinnenburg stellt für Berthold, Sohn seines Schwiegervaters Berthold von Büren, und seine Tochter Adelheid wegen des Verkaufs von Syrexen *und* Sneuedhe *Bürgen an Kl. Hardehausen. 1281 April 7.*

. . . Pro filio domini Bertoldi de Buren soceri nostri dicto Bertoldo et pro filia nostra Adelhedhe dominum Wernherum, Hermannum, Bernhardum milites et dominos de Brakel, Burchardum de Herste, Fredericum de Hymmessen, Engelhardum de Abbenhusen, milites, Bertoldum filium domini Hermanni de Brakel, Burchardum de Stenem, Theodericum de Nedere.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 220. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Gedr. Asseburger UB. I, 410.

1624.

Junker Ludwig von Everstein weist den Äbten von Amelunxborn und Hardehausen für ihm geliehene Summen Einkünfte aus zwei Hufen in Scherfede zu. Unter den Zeugen Johann gen. Kolbe Mönch in Hardehausen. 1281 April 9.

Gedr. Spilcker, Everstein Nr. 189 nach jetzt verlorenem Or.

1625.

Die Augustiner zu Lippstadt urkunden u. a. über ihr Verhältniss zu Edelherrn Simon zur Lippe. 1281 April 14.

Reg. Lipp. Regg. I, 248 Nr. 389.

1626.

Graf Otto von Waldeck bekundet Schenkung an Kl. Netze. 1281 April 14.

Nos Dei gratia Otto comes de Waltegke ad omnium noticiam cupimus pervenire, quod honorabiles ac dilecti fratres ac milites dominus Henricus Bulemast, Alheidis sua legitima cum Methildi ipsorum filia, dominus Iohannes dictus Spiring, Etlindis ipsius legitima cum suis pueris Iohanne, Hildegardi et Methildi de consensu omnium suorum coheredum sex areas sitas in Netze pro commutacione unius domus et aree eidem domui pertinentis in opido Waltegk ecclesie beate Marie virginis et conventui sanctimonialium in dicta Netze Christo divinis obsequiis militanti contulerunt perpetuo proprietatis titulo possidendas. Nos igitur instancia predictorum inducti presens scriptum cum appensione nostri sigilli super huiuscemodi duximus exhibere. Datum et actum anno gratie millesimo C°C.LXXX° primo, in crastino pasce, videlicet Ydus Aprilis. Presentibus atque testibus viro nobili domino Ditmaro dicto Opolt, domino Iohanne sacerdote et vicario in Waltegk, Iohanne Iudeo, Hermanno de Barstorf, Conrado de Rine, Ditmaro camerario, Arnoldo Brotrumf, Theoderico et Conrado fratribus dictis de Selbach, Henrico Bog, Arnoldo de Roden, Wilando, Arnoldo Winman ceterisque civibus in Waltegk et quam pluribus aliis fide dignis.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen dreieckiges Siegel des Ausstellers, der achtstrahlige Stern. Gedr. Varnhagen, Grundlage UB. Nr. 51. Crastino *gehört auch zu* Yd. Apr.

1627.

König Rudolf dispensirt Elekt Otto von Paderborn wegen der weiten Entfernung von der Verpflichtung die Belehnung mit den Regalien bei ihm persönlich nachzusuchen; der Elekt hat statt seiner dem Bischof Konrad von Osnabrück den Treueid zu leisten. Wien 1281 April 20.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili Ottoni Paderbornensi episcopo principi suo dilecto gratiam suam et omne bonum. Romani imperii celsitudo consurgens antiquitus et

fundata mirifice super solidum et inmobile fundamentum eminentie prerogativa, qua viguit columpnis meruit stabiliri stabilibus et egregiis edificiorum iuncturis indissolubiliter adornari. Inter que quidem edificiorum insignia, que tam celsa structura confibulat ad totius operis machinam supportandam, precipue principes statuit loco columpnarum precellentiore prestantia preminere, ut, quo fecundius gratie privilegiis insigniri se sentiunt, eo amplius ceteris debeant in obsequiose vicissitudinis reddibitione gratuita preclarere. Delectat itaque regiam maiestatem ad universos et singulos nostros et imperii principes dexteram nostre consolationis extendere ac eorum commoditatibus amplum nostre benivole gratie gremium latius explicare. Hinc est, quod, cum nostram adeundi presentiam ex locorum distantia commoda non sit tibi concessa facultas, nos ex instinctu consuete clementie tibi et ecclesie tue parcere disponentes regalia feoda tua tibi transmittimus, investientes te sollempniter honore ac scemate principatus et administrationem temporalium et iuriditionem plenariam principatus eiusdem ecclesie tibi cum omni iuris plenitudine committentes, proviso tamen, quod tu venerabili Conrado Osnaburgensi episcopo, principi nostro dilecto, nomine nostro prestes homagium et fidelitatis debite iuramentum. Nos enim concessionem et investituram regalium feodorum huiusmodi adeo validum robur habere decernimus, ac si ea de manu nostra et sceptro regio suscepisses. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum Wienne, XII°. Kalendas Maii, indictione IX., anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo primo, regni vero nostri anno octavo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn 294. Siegel und Schnur ausgerissen. Auszug bei Lögel, Die Bischofswahlen u. s. w. S. 41 Anm. 4.

1628.

Die Rathmänner in Geismar bekunden, dass Heincellin von Asseln auf alle Rechte an die von seinem Vater dem Kl. Hardehausen verkauften Güter verzichtet hat. 1281 Mai 4.

Nos consules in Geismare tenore presencium protestamur, quod Heincellinus filius domini Elie de Aslen militis in nostra presencia constitutus omni iuri et actioni, si qua ei racione bonorum in Aslen sitorum, que pater suus predictus religiosis viris domino .. abbati et conventui in Hersuedehusen pro certa pecunia summa vendidit, competeret sive quocunque modo competere videretur, efficaciter renunciavit et sic omnes fratres, videlicet Henricus, Heincellinus et Amelungus, ut eorum pater coram nobis manifeste profitebatur, eorundem bonorum iuri et actioni unanimiter renunciarunt, quod presenti scripto nostri sigilli robore confirmato duximus approbandum. Ego Henricus miles de Osterhusen, quia hanc renunciacionem vidi et audivi, in maius robur hoc scriptum feci mei sigilli munimine stabiliri. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X primo, dominica post invencionem sancte crucis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 221. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab.

1629.

*Elekt Otto von Paderborn trifft Bestimmungen über den Zehnten in Alt-*Brechmen. *1281 (vor Mai 10).*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Marienfeld Nr. 229. Elektensiegel Ottos an Hanflitze. Ob die Urk. vor die Nachfolgende zu setzen ist? Wenn derselbe Zehnte hier und in der folg. Nr. gemeint ist, so müsste ein längerer Zwischenraum zwischen der Anordnung und dem Verkauf gewesen sein. Brechmen *(jetzt noch Kolonat Brechmann) im Kirchspiel Stukenbrock, Kreis Paderborn. Vgl. UB. III, 1061 Anm. 2. Gedr. UB. III, 1129.*

1630.

*Elekt Otto von Paderborn beurkundet Verkauf des Zehnten zu Alt-*Brechmen *an Kl. Marienfeld. 1281 Mai 10.*

In nomine Domini amen. Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie electus et confirmatus universis hoc scriptum visuris salutem in omnium salvatore. Ad certitudinem presentium et memoriam futuro-

um tenore presentium cupimus declarari, quod nos de unanimi capituli nostri consilio et consensu decimam nostram veteris Brechtmen cum omnibus suis attinenciis et iuribus universis dilectis in Christo abbati et conventui monasterii de Campo sancte Marie, Cysterciensis ordinis, pro ducentis marcis legalium denariorum sollempnitate iuris observata vendidimus, transferentes ipsius decime cum suis pertinenciis proprietatem et dominium in eosdem. Que pecunia in utilitatem ecclesie nostre totaliter est conversa. Ne igitur predictum factum nostrum et capituli nostri a nobis aut ab aliquo nostrorum successorum valeat aliqualiter immutari, dictis abbati et conventui presens scriptum nostro nostrique capituli sigillis dedimus roboratum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo primo, sabbato post dominicam qua cantatur Iubilate.

Or. in zwei Ausfertigungen im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Marienfeld Nr. 226. Siegel an roth- und weiss-seidenen Fäden, von A abgeschnitten; an A¹ Elekten- und Kapitelssiegel.

1631.

Elekt Otto von Paderborn tauscht mit Kl. Marienfeld ein Grundstück. 1281 (Um Mai 10).

In nomine Domini amen. Otto Dei gratia Paderburnensis ecclesie electus et confirmatus universis fidelibus, quibus hec scripta claruerint, declarari cupimus, quod nos quoddam spacium terre videlicet unius aree et dimidie in Brechtmen contulimus abbati et fratribus de Campo sancte Marie ad usum curtis ipsorum in Boclo perpetuo possidendum, pro quo tantum spacii terre recepimus ab eodem abbate et fratribus iuxta ecclesiam et cimiterium in Bregmen, tali commutatione mutuis utilitatibus inter nos et abbatem et fratres iam dictos in omnibus consulentes. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri appensione roboramus. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X primo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Marienfeld Nr. 231. In rothem Wachs an weisser Hanflitze sehr schön erhalten Elektensiegel Ottos. Reg. Schaten ad ann. und UB. III Nr. 1130.

1632.

Die beiden Berthold Edelherrn von Büren u. Rathmänner von Marsberg bekunden einen Gütertausch. Büren 1281 Mai 18.

Nos Bertoldus senior, Bertoldus iunior nobiles de Buren ac consules Montis Martis presentibus publice protestamur vidisse et audivisse . . . et heredum proprietatem predii sui in Reinbractinhusen in concambium . . . ecclesie Montis Martis libere tradidisse, hoc adiecto, quod predicta ecclesia reddictus . . . marcarum legalium (denariorum) . . . de Sinestorp, et ratum ab ea concambium habere . . . Ut autem huius mutua . . . sigilla nostra presenti scripto duximus apponenda. Testes huius rei snnt: Arnoldus plebanus de (E)leren, Volbertus de Brenken, Bernhardus de Holthusen, milites, Bertoldus filius domini de B(uren), Reinherus miles de Sinstorp, Reinherus, Arnoldus filii predicti militis, Gotscalcus de Werhe, Hunoldus de . . . Hermannus de E(uen)e(?) . . . Eilhardus de Castro et Hermannus antiquus iudex, Hedenricus iudex dictus Allet, Iohannes gograuius . . . alii quam plures fide digni. Item nos consules predicte civitatis . . . Henricus Morel iudex, Thidericus proconsul (de Oddenhusen et) germanus eius Henricus, Bertoldus de Uxaria, Conradus de Clingen, Iohannes de Billinchusen, Iohannes de (Ouerenkerke, Thetmanus Ol)gardis, Stephanus et Iohannes nati Stephani vinitoris, Conradus Hauesaldi, Wezelus (Eyli)conis et Vollandus . . . testimonium sigillum nostre civitatis huic scripto est appensum. Datum Buren, anno Domini M°.C°C.LXXX°I., X°V. Kalendas Iunii.

Or. (fast ganz unleserlich) im Kgl. St.-A. Münster, Propstei Marsberg 14. Die drei an Pergamentstreifen angehängten Siegel fehlen. Rückschrift s. XVII. illegibiles. Reinbractinhusen *lag im Waldeckischen bei Meineringhusen. Kl. Werbe hatte daselbst Besitzungen. Vgl. Varnhagen, Grundlage S. 57.*

1633.

Ritter Hermann von Brakel überlässt dem Kl. Volkhardinghausen den Zehnten zu Braunsen als freies Eigenthum. 1281 Mai 18.

Hermannus miles de Brakel universis presens scriptum visuris testimonium veritatis acceptare. Noverint omnes, quod nos divine remunerationis intuitu et specialiter ex consensu et plena voluntate uxoris nostre Helmburgis nec non filiorum nostrorum Bertoldi, Iohannis et Wernheri, quicquid iuris habuimus in decima Brunhardessen tam in villa quam in campis, cum omnibus suis attinentiis, que a primogenitoribus nostris ad nos devoluta fuerat et a nobis in pheodo tenebatur, integraliter resignavimus et eam domino Conrado preposito in Volchardinchusen huius rei procuratori perpetravimus, ita sane, quod predicta ecclesia Volchardinchusen post obitum dicti prepositi sine aliquo impedimento ipsam decimam iure proprietario libere et quiete possideat. Ut autem hec donatio firma sit et nullus eam infringere presumat, presens scriptum sigillo nostro una cum appensione sigillorum filiorum nostrorum predictorum fecimus communiri, super hiis testimonium perhibentes. Presentes erant: Fridericus de Ystorp dictus Longus, Fridericus de Ymmessen, milites, Ernestus de Modikessen, Wernherus de Lippia, Hermannus de Mengersen, Fridericus de Aldenherse et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C. octogesimo primo, dominica ante ascensionem Domini.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Von den drei an Pergamentstreifen angehängt gewesenen Siegeln nur noch an zweiter Stelle Fragment eines kleinen dreieckigen Siegels, worin vier mit einem Querbalken belegte Pfähle.

1634.

Ritter Bernhard von Brakel erklärt eine ihm einst vom Bischofe v. Osnabrück, Graf Konrad von Rietberg, und Graf Ludolf von Dassel ausgestellte Urkunde für null und nichtig. 1281 Mai 21.

Universis et singulis presentes litteras aspecturis seu audituris ego Bernhardus de Brakele miles recognosco et publice protestor, quod ego et heredes mei unanimi consensu renuntiantes litteris quondam nobis a venerabili domino episcopo Osnaburgensi, domino Frederico comite de Retberch atque domino L(udolfo) comite de Dazle latis ipsas habemus et habuimus irritas et inanes, ita sane, quod eedem littere nec michi vel meis heredibus predictis prosunt vel proderunt in futuro. In cuius rei testimonium presentes litteras super hac mea atque meorum heredum recognitione conscriptas sigilli mei appensione duxi muniendas. Datum in vigilia ascensionis Domini, anno Domini M°.C°C.LXXX°I.

Or. des Gräfl. Rietbergischen Archivs im Besitz des Herrn Tenge in Rietberg. An Pergamentstreifen das runde Siegel Bernhards, Schild und Helm wohl erhalten.

1635.

Elekt Otto von Paderborn versetzt ein vom bisherigen Amtmann erkauftes Amt wiederum an denselben. Paderborn 1281 Mai 25.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis electus universis hoc scriptum visuris notum esse cupimus et recognoscimus per presentes, quod nos de capituli nostri voluntate et consensu villicationem in Sattessen, quam ab Hermanno quondam villico in Sattessen et suis heredibus emptionis[1]) titulo comparavimus, eidem Hermanno, uxori sue, Iohanni nostro camerario, Godefrido de Borchnen vice heredum dicti Hermanni pro quadraginta et quinque marcis denariorum legalium de consensu nostri capituli obligamus titulo ypotece. Si dicta pecunia in festo Michahelis soluta non fuerit, ipsa villicatio ipsius Hermanni, sicut antea fuerat, permanebit. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro et capituli nostri sigillis extitit roboratum. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXX°X primo, octavo Kalendas Iunii.

[1]) eptionis *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 295. Nur das an Pergamentstreifen hängende Elektensiegel Ottos ist erhalten, die beiden andern abgefallen. Sattessen *am Südholz zwischen Merlsheim und Nieheim. Reg. Lipp. Regg. II, 3 Nr. 1509.*

1636.

Bürgermeister Heinrich von Osterhausen, Schöffen und Bürgerschaft in Wolfhagen bekunden Verzicht zu Gunsten des Kl. Berich. 1281 Juni 1 bis 7.

Universis Christi fidelibus hanc litteram intuentibus[1]) Henricus miles de Osterhusen magister burgensium, scabini ceterique cives in Wol(f)hagen salutem et ad salutis gaudia pervenire. Tenore presentium recognoscimus protestantes publice[2]), in nostra presencia Heliam militem de Asselle, Henricum, Hencemannum, filios suos pro se et pro omnibus suis coheredibus et amicis actioni iuste sive iniuste, quam habuerunt contra cenobium Beriche[3]) ex parte bonorum in Elhartinchusen, pure[4]) ad honorem Dei omnipotentis et gloriose martyris sue[5]) beate Katharine et liberaliter renuntiasse[6]). Et[7]) nos Iohannes de Osterhusen plebanus in Gudensberg, Hermannus de Osterhusen fratres idem protestamur cum eisdem actioni supradicte renunciantes. Et ne hoc coram nobis factum quisquam[8]) infringere valeat: nos H(enricus)[9]) de Osterhusen et nos cives in Wol(f)hagen in recognitionem publicam[10]) huic carte sigilla nostra duximus apponenda. Acta sunt[11]) hec anno incarnationis Domini M°.C°C.LXXX°I.„ in octava Penthecostes.

[1]) visuris *B.* [2]) *B fährt fort:* quod dominus Helias miles, Henricus, Hencemannus, Amelungus, filii ipsius dom. Helye Iohannes, Hermannus de Osterhusen, fratres pro se et pro *u. s. w.* [3]) *Bei B folgt:* ex parte allodii minoris siti in villa E., quod predictum cenobium quiete possidebat annis quinquaginta et quatuor. [4]) pure *fehlt B hier, steht nach* Kath. [5]) sue *fehlt B.* [6]) renunciaverunt *B.* [7]) *Von* Et — renunciantes *fehlt B.* [8]) *B fährt fort:* Mortalium antedictorum infringere aut violare presumat ad instantiam sepe dictorum vel cenobii memorati. [9]) miles *fügt B hinzu.* [10]) huius facti presenti cartule *dann* decrevimus *B.* [11]) *Folgt* autem *B.*

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Siegel und Befestigung ab. Eine zweite sehr stark abweichende Ausfertigung (B) im Kopiar I des Kl. Berich fol. 4.

1637.

Elekt Otto und Kanonikus Otto von Paderborn, Bruder und Sohn des Grafen Friedrich von Rietberg, Zeugen bei Güterverkauf desselben an Kl. Benninghausen. Lippstadt 1281 Juni.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Benninghausen Nr. 40.

1638.

Gottschalk von Padberg bekundet Verzicht des Gografen Ambrosius in Flechtorf zu Gunsten des Kl. Bredelar. 1281 August 1.

Universis presentem litteram inspecturis ego Godescalcus dominus castri Patberg notum facio protestando, quod Ambrosius gogravius in Flegtorph controversie sive querimonie, quam moverat domino abbati et conventui in Bregdelare super quibusdam agris sitis in Upprinchen, quos asseruit iure hereditario ad se provolutos, ipse et uxor sua Cunegundis necnon filii eorundem Ambrosius, Iohannes et Hermannus voluntarie renunciaverunt eosdem agros dicto monasterio libere assignantes pollicitatione verissima etiam confirmantes, quod nullam deinceps pro predictis agris prefato monasterio inferant molestiam aut gravamen. In cuius rei testimonium presens scriptum precibus utriusque partis sigilli mei munimine communivi. Testes sunt: Henricus plebanus in Patberg, Olricus de Westhem, Stephanus de Horhusen, Ludolfus de Methzinchusen, milites; Gizelbertus de Otterlare, Iohannes de Keldinchusen et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C. octogesimo primo, ad vincula Petri.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 118. Vom Pergamentstreifen Siegel ab.

1639.

Ablassbrief des Bischofs Everhard von Münster für die Minoriten in Höxter. 1281 August 23.

Euerardus Dei gratia Monasteriensis episcopus universis Christi fidelibus presentia visuris salutem in vero salutari. Quoslibet sancte fidei professores ad zelum devotionis et ad opera caritatis allicere cupientes, nos de omnipotentis Dei misericordia beatorum quoque apostolorum Petri et Pauli suffragiis

confisi omnibus ad fabricam ecclesie fratrum Minorum in Huxaria, Paderburnensis dyocesis, que a nobis construitur fundamentis, pias elemosinas largientibus [1]) et manum adiutricem quocumque modo porrigentibus quadraginta dies et carenam de iniuncta sibi penitentia peccatorum, de quibus vere confessi fuerint et contriti, in nomine Domini misericorditer relaxamus, dyocesani consensu nichilominus accedente. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo primo, (in octava assumptionis beate Marie virginis).

[1]) largientibus *doppelt.*

Aus Msc. II, 102 f. 146 im Kgl. St.-A. Münster. Das eingeklammerte Tagesdatum fehlt hier; es findet sich im Reg. der Urk. in Msc. II, 40 f. 519 daselbst.

1640.

Edelherr Hoyer von Sternberg verkauft Gericht und Vogtei in der Stadt Herford dem Erzbischof Siegfried von Köln. Rodenberg 1281 September 30.

Nos Hoygerus nobilis de Sterrenberge notum facimus universis presentes litteras visuris quod de bona et libera voluntate ac consensu Agnetis uxoris nostre, Henrici et Sophie liberorum et heredum nostrorum omnium iudicium et advoc(at)iam in civitate Heruordensi cum omni iure, utilitate ac profectu, quibus nostri progenitores et nos tenuimus et possedimus ab .. archiepiscopis et ecclesia Coloniensi venerabili domino nostro Sifrido Dei gratia Coloniensi archiepiscopo et ipsius ecclesie Coloniensi vendidimus ac libera et bona voluntate uxoris nostre Agnetis predicte et heredum nostrorum predictorum omnium resignavimus libere ac simpliciter et de plano cum omni iure, utilitate et profectu, quod in dicto iudicio et advoc(at)ia nostri progenitores et nos habere consuevimus ab .. archiepiscopis et ecclesia Coloniensi temporibus retroactis, dantes has nostras patentes litteras in testimonium premissorum. Preterea fide data promisimus, quod .. uxor nostra et heredes nostri predicti idem iudicium et advocatiam predictam in manus domini nostri Coloniensis, si ipsum pertingere poterunt, vel ipsius .. marescalcum Westfalie aut cuiuscunque alterius, cui dictus dominus noster Coloniensis duxerit committendum, prout nos fecimus, libere et sine contradictione qualibet resignabunt ante festum beati Martini hyemalis nunc instans, et si huiusmodi resignationem alias quam coram domino nostro Coloniensi fecerint, illam fecisse protestabuntur cum litteris sigillo venerabilis domini nostri Mindensis episcopi sigillatis, quod similiter promisisse hiis nostris patentibus litteris protestamur. Datum et actum apud Rodenberg, in crastino beati Michaelis, anno Domini M.CC.LXXX primo.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 282. Verletztes Siegel H.'s an Pergamentstreifen. Ueber Hoyer von Sternberg und seine Verhältnisse vergl. die Aufsätze von Ledebur und Mooyer in Ztschr. VII, 68 ff. und IX, 45 ff. und Ztschr. f. Niedersachsen, 1858, 92 ff. Die Urk. gedr. Grupen, Origg. Pyrmont. 134 und Lacomblet, UB. II, 755. Reg. Lipp. Regg. I, 249 Nr. 391. Vgl. unten zu 1282 Juni 10 und Juli 29.

1641.

Die Rathmänner in Corbach bekunden, dass sich die Brüder von Neyste mit Kl. Hardehausen wegen Tödtung ihres Bruders Eghebold ausgesöhnt haben. 1281 Oktober 3.

Nos Conradus de Rekerinchusen proconsul, Hermannus Bullenbir, Gyso, Heynemannus de Wernstorp, Io(hannes) de Elle, Io(hannes) Beytel, ceterique consules in Corbike publice universis presentem litteram inspecturis duximus intimandum, quod Albertus et Iohannes ac Hermannus fratres dicti de Neyste renunciarunt et cessaverunt ab omni actione, quam adversus Theod(er)icum conversum et totum conventum in Hersedehusen pro occisione fratris sui Egheboldi intentarant. In cuius rei validum testimonium presentem litteram ad instanciam et peticionem utriusque partis sigillo nostre universitatis duximus firmiter roborandam. Acta vero sunt hec presentibus domino C(onrado) plebano nostro, domino

Euerhardo capellano suo, Hermanno Bullenbir, Heydenrico de Nerdere et aliis fidedignis anno Domini M°.C°C.LXXXI°., proxima VI. feria post festum Michahelis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 222. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1642.

Erzbischof Siegfried von Köln bestätigt die von seinem Vorgänger Heinrich (1226—1238) der Stadt Herford gewährten Rechte unter wörtlicher Transsumirung des betr. Privilegs. 1281 Oktober 9.

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, universis presentes literas visuris et audituris salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, quod nos literas venerabilis in Christo patris domini Henrici felicis recordationis quondam archiepiscopi Coloniensis, predecessoris nostri, vidimus secundum tenorem infra scriptum:

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem eternam. Universitati vestre presentium rescripto volumus intimari, quod nos advocatiam ecclesie et civitatis Herfordensis ad ius et dominium beati Petri et ecclesie Coloniensis vendicantes scabinis, consulibus et civibus eiusdem loci iura sua, que ex antiqua et approbata imperatorum et regum indulgentia hactenus obtinuerunt, per omnia relinquimus, et conservaturos nos protestamur penitus illibata, eo precipue, quod advocatus, cuicunque pro tempore vices nostras iure advocatie duxerimus committendas, nullam de causis ad suum iudicium spectantibus feret absolutionis vel condemnationis sententiam, nisi quam scabini civitatis predicte interrogati ab ipso distinxerint et consenserint proferendam. Item cadente vel decedente aliquo scabino ceteri scabini de concivibus suis, quemcunque voluerint, idoneum eligant, quem advocatus instituet absque ulla contradictione. Item illud ius approbamus, quod, si aliquis scabinorum iniustam dictaverit sententiam, penam dimidii fertonis, qui vulgo dicitur lütschillinck, advocato vadiabit, quem recipere potest advocatus, nisi de gratia duxerit relaxandum. Item et hoc pro iure et de iure volumus inviolabiliter observari, quod, si quis aliquem prenominate civitatis civem repetendum duxerit tanquam proprium suum, coram nullo ius suum poterit prosequi et consequi, nisi coram advocato a nobis constituto et sub banno, qui vulgariter bannus regis appellatur; sed ante litis ingressum actor prestabit cautionem sufficientem. Quod si deficiat in causa, non valens suam probare intentionem, advocato solvet sexaginta solidos, scabinis decem, civi, quem impetiit, viginti, et tunc demum poterit hominem convenire. Addimus etiam, quod, si quando, ut assolet, inter duos aut plures concives civitatis Herfordensis casu exorta contentione alter alterum leserit usque ad sanguinis effusionem absque ferri iniectione, iudex civitatis, qui pro tempore fuerit ibi a nobis constitutus, percussorem puniet pena quatuor solidorum, et sic quoad iudicium absolvetur percussor, si obediens esse voluerit suis concivibus et scabinis. Et advocatus se non poterit intromittere de iudicio, nisi tunc demum, quando duxerit rebellandum. Item bedellus qui pro tempore fuerit statutus, ex arbitrio suo nihil accusare poterit, nisi primum scabinos interrogaverit, et illi dignum censuerint accusatione. Item si quis civium ob culpam vel debitum vocatus in iudicium contumaciter recesserit et illico ad cor reversus iuri parere voluerit, iudici quatuor solidos tantum vadiabit et his iudex contentus erit. Item contingente, quod aliquis civium pro debito conveniat concivem suum coram iudice et negans debitum per legitimos testes convictus fuerit, reus quatuor solidos iudici vadiabit; similiter actor quatuor solidos vadiabit, si in testibus defecerit, quos se producturum[1]) fuerat protestatus. Alias de causis quotidianis, que geruntur coram bedello civitatis, sex ipsi tantum denarii vadiantur. Item quicunque hospes vel advena in civitate sine herede defunctus fuerit, res eius et hereditas per annum et diem integraliter conservabuntur, ut infra tempus hoc vacet legitimis heredibus hereditatem adipisci; elapso vero anni et diei curriculo advocatus hereditatem accipiet, si non comparuerit, qui legitime repetiverit bona defuncti. Datum *etc.*

Nos igitur devotionem et affectum, quem predicte scabini, consules et cives erga nos et ecclesiam nostram Coloniensem habent, advertentes et considerantes, predictam concessionem et libertatem a predicto predecessore [2]) nostro ipsis concessam innovantes, gratam et ratam habentes, tenore presentium confirmamus. Et quia ecclesias universas nobis subditas ex officii nostri debito fovere tenemur et defensare, ecclesiam ipsam Herfordensem nobis immediate subiectam, quam speciali gratia et favore prosequimur, specialius honorare cupientes et promovere volumus, quod ministeriales ceu censuales et homines, qui vulgariter kemmerlinck dicuntur, ad ipsam ecclesiam Herfordensem pertinentes, utantur et gaudeant omni iuri et libertate, quibus hactenus ab antiquo gavisi sunt, et maneant in eisdem. Nosque in hoc ipsos promittimus promovere et conservare et predicti cives nobis in his similiter et officiatis nostris consilium et auxilium impendent. Testes autem huic confirmationi interfuerunt: Wickboldus scholasticus maioris, Theodoricus canonicus sancti Andree, Waltherus scholasticus sancti Cuniberti ecclesiarum Coloniensium; frater Henricus prior fratrum predicatorum in Colonia, frater Godefridus socius suus, frater Wilhelmus de domo Teutonica, videlicet de Holte; Winemarus de Gelstrop, Theodericus frater suus, Winricus de Bachem, Theodericus de Wintrinckhoven, Ioannes de Rubo, milites: Ioannes de Rotwick magister civium in Herforde et alii quam plures. In cuius rei testimonium et robur presentibus literis sigillum nostrum et sigillum capituli Coloniensis et etiam civitatis Herfordensis sunt appensa. Et nos capitulum Coloniense ad preces dicti domini nostri archiepiscopi et civium predictorum Herfordensium sigillum duximus apponendum in testimonium premissorum. Datum in die beati Dionysii, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo primo.

[1]) *Abschrift* producturus. [2]) precessore *Abschr.*

Aus Msc. II, 72 p. 83 im Kgl. St.-A. Münster. Gedr. Kindlinger, Hörigkeit 263 aus derselben Quelle. Wahrscheinlich benutzte die Herforder Kirche die Gelegenheit des Ablebens des Bischofs Simon, um sich der Subjektion unter Paderborn zu entziehen. Ueber die camerlingi *vgl. oben Nr. 1233.*

1643.

Die Rathmänner von Höxter bekunden Beilegung eines Streites eines Corveyer Beamten mit Christian von Oldendorf. Höxter 1281 November 11.

Nos Conradus de Uslaria, Iohannes institor, Nicolaus Beseworem, Henricus de Bruneswic, Bertoldus de antiquo foro, Arnoldus de Voltzen, Thidericus Helmberti, Iohannes de Ekhof, Bertrammus de Luttheringen, Henricus Monetarii, Ludolfus de Wechdale, Conradus de Dest, consules Huxarienses, tenore presencium dicimus protestando, quod magister caritatum ecclesie Corbeyensis dominus Crach(t)o ex parte una et Kristianus de Oldendorp ex parte altera super controversia, que inter ipsos de bonis in Holthusen, videlicet de tribus mansis et uno molendino et una domuncula vertebatur, hoc modo in Huxaria, in porticu sancti Kyliani sunt reconciliati. Kerstianus [1]) et sororius suus Hermannus prefata bona in manus domini C(rachtonis) resignarunt; verum mediantibus domino Ludolfo comite de Dasle et domino Henrico cellerario Corbeyensi et Iohanne de Driburg et Alberone de Scilze idem dominus C(racho) bona Kerstiano et sue uxori Sweinhildi et filio suo Conrado et sororio suo Hermanno predicto ad tempus vite ipsorum concessit libere possidenda, ea tamen condicione, quod annuatim magistro karitatum Corbeyensi, qui pro tempore fuerit, viginti quatuor solidos graves Huxariensis monete infra festum beati Michaelis et apostolorum Symonis et Iude de eisdem bonis persolvent sine aliquo inpedimento et occasione in nostra civitate presentando. Hiis vero quatuor predictis domino vocante viam universe carnis ingressis, prenominata bona libere et absque aliquo inpedimento suorum heredum ad ecclesiam Corbeyensem revertentur. Ne igitur hec [2]) apud posteros nostros oblivioni tradantur, presentem litteram rogatu utriusque partis sigillo nostre civitatis munitam eisdem dedimus ad maiorem cautionem. Datum Huxarie, anno Domini M°.CC°.LXXXI°., in die beati Martini.

Aus Msc. I, 134 p. 115 im Kgl. St.-A. Münster.

[1]) *So hier Abschr.* [2]) *Abschr.* hoc.

1644.

Graf Ludwig von Everstein verkauft zwei Güter zu Peckelsheim. 1281 November 29.

Lodhewicus Dei gratia comes senior de Euerstene ac Lodhewicus filius eiusdem omnibus hoc scriptum visuris salutem. Tenore presentium protestamur nos Henrico de Godelem II mansos in Peckelse pro VII°I marcis, marca super XII solidos graves taxata, vendidisse, tali conditione premissa, quod ipsos infra decennium in die sancti Andree, set nec ante nec post, possumus redimere per pecuniam memoratam; decennio vero elapso, si redempti non fuerint, idem Henricus cum suis heredibus libera hereditate perpetuo possidebit, super quo ei hanc dedimus litteram sigillis nostris roboratam. Testes huius sunt: dominus Burchardus Valebroc, dominus Conradus Droscete, dominus Tidericus Boc dictus Laicus, Henricus Tsube. Actum anno Domini M°.CC°.LXXX°I., in vigilia sancti Andree.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Corvey Nr. 107. Nur von dem Siegel des ältern Grafen ein Bruchstück mit dem Obertheil eines Löwen erhalten. Erwähnt Spilcker, Everstein UB. Nr. 192 zu 1281.

1645.

Friedensvertrag zwischen dem Elekten und dem Hochstift Paderborn und der Stadt Paderborn. Im Paderborner Dom 1281 Dezember 1.

In nomine Domini amen. Nos Dei gratia Henricus prepositus, Wernherus decanus, Amelungus celerarius, Reinboldus thesaurarius, canonici Paderbornensis ecclesie, Rudolfus advocatus de Gesyke, Ludolfus de Dalherne, Wolmarus de Brinken, Bertoldus de Lippia, milites et ministeriales dicte ecclesie, Ysherus de Aldendorpessen, Henricus dictus Endachthe, magistri burgensium, Arnoldus de Aldendorp et Hermannus de Saltkoten, cives Paderbornenses, super questionis[1]) articulis, de quibus inter venerabilem dominum nostrum Paderbornensem electum pro se et ecclesia sua ex una et burgenses Paderbornensis civitatis ex altera parte discordia vertebatur, arbitri sive arbitratores vel amicabiles compositores a partibus hincinde electi, prout in nos recepimus, et a partibus iuramento prestito et fidei datione in nos exstitit compromissum, sicut iuravimus, pronunciamus, quod dictus dominus noster iure comicie libere gaudebit in omnibus secundum consuetudinem ab antiquis temporibus observatam. Item vinitores secundum ius antiquum vinum vendent, et quociens contra domini nostri interdictum venerint vinum vendendo, tociens solvent marcam. Item nullus preter monetarium solum argentum cambire aliquatenus permittetur, nec burgenses denarios aliquarum monetarum recipient contra consuetudinem habitam ab antiquo. Item feodalia sive officialia bona ad ius commune, quod wichbilde dicitur, non redient, set idem dominus noster ius suum in ipsis libere poterit exercere. Item si quis libertatem nundinarum infra civitatem infregerit, infra emendabit; si vero foris excesserit, emendam foris faciet de excessu. Item libertates emunitatum illesas et liberas in omnibus observabunt. Item catena, que est terminus emunitatis, in locum debitum reponetur. Item si quis Padre fluxum vel alveum ortis vel arcis impedierit seu constrinxerit et Padram edificiis occupaverit, de hoc domino nostro emendam faciet in gratia vel in iure. Item super terminis waltgemene nulla facient edificia, sed ea gaudebunt in pascuis secundum consuetudinem antiquis temporibus observatam. Item in familias canonicorum sive ecclesiasticarum personarum dicte civitatis, nisi prius coram suis dominis conventas, nullam iuriditionem penitus exercebunt. Item excommunicatos strictius vitabunt nec habebunt in officio consulatus. Articuli eciam de hominibus et servis domini nostri predicti, ecclesiarum et ministerialium, et de edificiis super stratam publicam erectis necnon de denariis, qui dicunter scarpenninge habiti, sunt in gratia in suspenso, adicientes, quod, quicumque contra predicta vel aliquod predictorum venerint vel adhuc venire presumpserint, tenebuntur predicto domino nostro ad emendam. Super pronunciatione huiusmodi nostra facta, omnium astancium et ipsam audiencium testimonium invocamus. Quia vero nos maioris et sancti Petri ecclesiarum capitula, nos abbas et conventus monasterii sancti Pauli, Conradus gardianus domus fratrum Minorum et nos prepositus sancti Othelrici in Paderborne predictis rogati interfuimus, vidimus et audivimus ea, sicut scripta sunt, sigilla nostra in eorumdem testimonium duximus appendenda. Actum et pronunciatum

in ecclesia maiore Paderbornensi, anno incarnationis dominice M°.CC°.LXX°X primo, Kalendis Decembris, presentibus: nobili viro B(ertoldo) de Buren famulo; Andrea de Sola Domo, Alberone dicto Kriuet, Conrado dicto Stapel, militibus; Ludolfo de Elmerinchusen, Iohanne de Nedere, famulis, Henrico de Kerctorp, Conrado de Horne, Iohanne de Scereue, Iohanne de Kerctorp, Bertoldo institore, Hermanno filio Erenfridi, Hermanno Upperkameren, Yshero Dukere et aliis quam pluribus burgensibus fide dignis.

[1]) questionem *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 296. Die angehängten 6 Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Dabei liegt Kopie s. XIV. und deutsche Uebersetzung s. XV. Die Urk. wird inhaltlich bereits erwähnt von Gobelin Persona, Cosmodromium, VI cap. 66, dann von Schaten ad annum, Wigand, Archiv II, 59 und Lögel, Die Bischofswahlen u. s. w., 42. Die Stelle über die Münzer erklärt Weingärtner, Die Gold- u. Silbermünzen des Bisth. Paderborn S. 10, dahin, dass der Bischof der Stadt die Ausübung überlassen habe und zwar in der bereits vorhandenen Stadtpräge.

1646.

Abt Hermann von Hardehausen verkauft den seinem Kloster gehörigen Hof zu Warburg an die dortige Bürgerschaft nach Weichbildsrecht. 1281 Dezember 10.

Frater Hermannus dictus abbas in Hersuedehusen universis hoc scriptum visuris salutem in omnium salvatore. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum huius scripti tenore protestamur, quod nos matura nostro cum conventu deliberatione habita et consensu curiam nostram, que dicitur inferior, in Wartberg sitam, erga venerabilem dominum Ottonem electum et capitulum Paderbornenses iusto emptionis titulo comparatam, dilectis nobis in Christo viris honorabilibus civibus Wartbergensibus cum universis suis attinentiis et usufructu nichil penitus excipientes sub iuris expressione, quod dicitur wicbilde, vendidimus ab omni cuiuscunque nominis exactione liberam et solutam. Hac tamen conditione media, ut iidem cives prefate curie bona inter se ipsos dumtaxat et nequaquam apud extraneos vendere seu locare presumant et singulis annis in crastino beati Michaelis quatuor marcas gravium denariorum ibidem legalium, quos nobis, qui pro tempore fuerint, consules presentabunt, nomine census in perpetuum solvere teneantur. Si quis vero horum bonorum agros sive plus sive minus possidens statuto termino censum non solverit, dicti consules non solventium pignera capientes ea vendendi inpignerandi vel aliter, prout per poenam condictum est, distrahendi contradictione civium qualibet amputata habebunt liberam facultatem. Adiectum est etiam, quod si dictam civitatem capi seu destrui quocunque casu emergente contigerit, quod absit, dictorum bonorum possessores censum suo termino solvere tenebuntur. In cuius venditionis et iuste warandie robur presens scriptum nostro sigillo duximus muniendum. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X primo, quarta feria ante festum Lucie.

Or. im Stadtarchiv zu Warburg. Das ziemlich gut erhaltene Abtssiegel an Pergamentstreifen angehängt.

1647.

Die Stadt Warburg bekundet, dass sie einen Hof innerhalb ihrer Mauern vom Kl. Hardehausen nach Weichbildsrecht gekauft hat. 1281 Dezember 10.

Consules ac universitas opidanorum Wartbergensium universis huius scripti inspectoribus perpetuam rei geste noticiam. Ut a presentibus dubium tollatur et veritas apud posteros elucescat, tenore presencium protestamur, quod nos curiam, que dicitur inferior, in nostra civitate sitam erga religiosos viros dominum . . abbatem et conventum in Hersuedehusen cum omnibus suis attinenciis et usufructu sub iuris expressione, quod dicitur wicbilde, emptionis titulo comparavimus ab omni cuiuscunque nominis exactione liberam et solutum, hac tamen condicione media, ut nos prefate curie bona inter nos ipsos tantum et nequaquam apud extraneos vendere seu locare presumamus et singulis annis in crastino beati Michaelis quatuor marcas gravium denariorum apud nos legalium, quas iisdem fratribus, qui pro tempore ex nobis consules extiterint, presentabunt, nomine census in perpetuum solvere teneamur. Si quis vero horum bonorum agros sive plures sive pauciores possidens statuto termino censum

non solverit, consules non solvencium pignora capientes ea vendendi, impignorandi vel aliter, sicut per penam est condictum, distrahendi contradictione nostra qualibet amputata habebunt liberam facultatem. Adiectum est etiam, quod si eandem civitatem capi seu destrui quocunque casu emergente contigerit, quod absit, nos dictorum bonorum possessores censum solvere tenebimur termino memorato. In cuius empcionis et debiti census solucionis robur hoc scriptum nostre civitatis sigillo duximus muniendum. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X. primo, quarta feria ante Lucie.

Or. (beschädigt) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 223. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1648.

Dechantin und Konvent des Stifts auf dem Berge bei Herford urkunden über eine Memorienstiftung des Rektors ihrer Kirche, Gottschalk, dem sie eine Rente aus ihrem Hause in Gehrden, Pf. Melle, verkauft haben. 1281 Dezember 13.

Decana totusque conventus montis sancte Marie extra muros Heruordenses omnibus presens scriptum intuentibus perpetuam rei geste noticiam. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, litterarum solent testimonio perhennari. Presentibus protestamur nos domino Godescalco rectori ecclesie nostre vendentes quendam censum, scilicet fertonem denariorum, dantes ei pro tribus marcis de domo nostra Gherdene in diocesi [1]) Osnaburgensi et parrochia Melle sita, qui adhuc vivens prefatum censum nobis pro anime sue remedio erogavit, ita tamen, quod quelibet dominarum annuatim duos tollat nummos, celleraria uno magis, ut parata et benivola fuerit ad exponendum, rector ecclesie IIII, sacerdos vicem plebani gerens unum, campanarii duos, et hec est totius pecunie summa. Hinc est, quod, cum de hoc seculo emigraverit, ipsum faciemus participem bonorum omnium, que aput nos fiunt, in orationibus, vigiliis et in missis. Preterea diem anniversarii sui perpetuo, quanto devotius poterimus, promittimus peragendum. Ut autem hec in perpetuum rata permaneant, presentem paginam sigilli nostri munimine dedimus roboratam. Testes, qui interfuerunt rogati, hii sunt: dominus Henricus nobilis de Sterrenberg, canonicus maioris ecclesie Paderburnensis, magister Seghenandus notarius domine abbatisse, milites: Hermannus de Molenbek, Hermannus Gog(r)auius, Iohannes de Oldenheruorde, Tetmarus Bose, burgenses: Geruasius, Wolquinus Kretel, Iohannes de Rodewic, Gerhardus de Libbere et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXXX°I., in die beati Lucie virginis.

[1]) *Or.* diocisi.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift auf dem Berge zu Herford Nr. 15. An Pergamentstreifen Konventssiegel, wie Westf. Siegel III Taf. 113 Nr. 5.

1649.

Konrad Herr von Schöneberg bekundet Verpfändung an Kl. Hilwartshausen. Hilwartshausen 1281 Dezember 14.

Nos Conradus dominus de Sconenberg presentibus recognoscimus et universis tam presentibus quam posteris presens scriptum visuris cupimus esse notum, quod nos una cum Conrado et Bertoldo nostris liberis et pro aliis nostris veris heredibus, si quos adhuc generaverimus in futuro, consensum et assensum nostrum ad hoc unanimiter apposuimus, quod Conradus miles dictus de Bertolderode de consensu Gisle uxoris sue decimam ville Verendehosen cum omnibus iuribus et usibus eiusdem, quam a nobis tenet pro ecclesia in Hildewordeshusen pro centum marcis puri et examinati argenti titulo pingnoris obligavit, ita videlicet, quod quocunque casu emergente predicta ecclesia non fraudabitur nec periclitabitur in summa pecunie prenotate. In cuius rei testimonium presens scriptum dedimus nostri sigilli munimine roboratum. Nos Conradus et Bertoldus liberi predicti contenti sumus sigillo patris nostri predicti. Huius rei testes sunt: dominus Conradus prepositus in Embike, dominus Heinricus prepositus in Lippoldesberge, dominus Heinricus prepositus in Winden, nobiles viri videlicet dominus Ludewicus de Rosdorp, dominus Bertoldus de Adelevesen, Detmarus cognatus suus, dominus de Hosede, Stephanus [1]) de Haldesen, Rodes de Rosbike et Remboldus de Markesen, milites; Theodericus

de Haldesen, Willekinus dictus Hase, Albertus de Duergen, Theodericus de Stochusen, Conradus frater suus, Theodericus de Mense et Widekindus congnatus suus et Conradus de Stiden, famuli, et alii quam plures. Datum in Hildewordeshusen, anno Domini M°.C°C.LXX°X primo, in crastino beate Lucie virginis.

[1]) Stephanus *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Hannover, Kl. Hilwartshausen Nr. 63[a] mit dem beschädigten Siegel des Ausstellers am Pergamentstreifen.

1650.

Ritter Konrad von Bertolderode verpfändet dem Kl. Hilwartshausen den obigen Zehnten. Hilwartshausen 1281 Dezember 14.

Non videtur sine herede decedere, qui Christum rerum suarum facit participem et heredem. Hinc est, quod nos Conradus miles dictus de Bertolde(rode) et Gisela coniuges constare desideramus universis presentem paginam inspecturis, quod decimam nostram totam in Vernedehosen, quam a nobili viro domino Conrado de Sconenberg pro pheodo tenemus, de consensu eiusdem domini et heredum suorum ecclesie et conventui in Hildewordeshusen habendam et possidendam perpetuo pro centum marcis puri et examinati argenti obligavimus relinquentes et donantes eidem ecclesie pecuniam predictam pro nostrarum et parentum nostrorum animarum remedio et salute, ita quod quocumque casu emergente predicta ecclesia non fraudabitur nec periclitabitur in ipsa summa pecunie prenotate. Est etiam hoc adiectum, quod nobis viam universe carnis ingredientibus predictus conventus nostrum et Conradi et Hildegundis parentum mei C(onradi) militis peraget singulis annis uno die (anniversarium) et prepositus, qui pro tempore fuerit, cum una marca puri argenti consolationem seu obsequium dominabus sive conventui et sacerdotibus seu cappellanis subservientibus ibidem faciet ipso die, et nichilominus dabit unum fertonem Bertradi sorori mei C(onradi) Deo famulanti ibidem annis singulis ad tempora vite sue. Pro cuius observatione inviolabili presens scriptum dedimus nostri sigilli munimine roboratum. Huius rei testes sunt: dominus Conradus prepositus ecclesie in Embike, dominus Heinricus prepositus monasterii in Lippoldesberge, dominus Heinricus prepositus monasterii in Wenden, nobiles viri videlicet dominus Conradus de Sconenberg predictus, dominus Hermannus de Osede, dominus Ludewicus de Rostorp, Bertoldus et Detmarus de Adelevessen, Stephanus de Haldesen, Rodes de Rosbike et Reinboldus de Markessen, milites; Theodericus de Haldesen, Willekinus dictus Hase, Albertus de Duergen, Theodericus et Conradus fratres de Stochusen, Theodericus et Widekindus de Meinse, famuli, et alii quam plures. Actum et datum aput Hildewordeshusen, anno Domini M°.C°C.LXX°X primo, in crastino beate Lucie virginis.

Or. im Kgl.St.-A. Hannover, Kl. Hilwartshausen Nr. 63 mit dem Siegel d. Ausstellers am Pergamentstreifen.

1651.

Ritter Hermann von Brakel und seine Söhne Berthold und Werner versprechen der Stadt Brakel, die ihnen 80 Mark zum Wiederkauf der Burg gegeben, sie nicht zu verpfänden, zu veräussern oder ihren Feinden Schutz zu gewähren; falls sie den Vertrag brechen, soll ihr Theil der Stadt an Bernhard von Brakel und Burchard von der Asseburg fallen. 1281 Dezember 16.

Bürgen: Hermannus et Ecbertus dicti Spegel, Hermannus Marscalcus; Raven et Raven fratres de Papenhem, Fridericus de Ystorp, Olricus de Westhem, Conradus et Herboldus fratres de Amelungessen, milites; Henricus Iudeus, Everhardus de Brochusen, Ludolfus de Herse.

Gedr. Wigand, Archiv IV, 1, 2. Reg. Spilcker, Everstein Nr. 190. Im Druck Asseb. UB. I, 417 sind zwei Druckfehler Z. 6 ist etiam, *statt* etam, *Z. 12* est *statt* et *zu setzen.*

1652.

Die beiden Edelherrn Berthold von Büren übertragen einen Zehnten an Kl. Paradies. Soest 1281 Dezember 16.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Ne gesta in tempore lapsu temporis oblivioni tradantur, contractus mortalium scripture utiliter commendantur. Hinc est, quod nos Bertoldus nobilis

senior dominus de Buren una cum nobili viro domino Bertoldo iuniori de Buren, consanguineo nostro, tenore presencium protestamur presentibus pariter et futuris, quod nos unanimi consensu ac bona voluntate omnium heredum nostrorum quandam decimam in Druchlete sitam, quam dominus Rotgerus miles de Osterendorp a nobis in pheodo tenuit, quam in manus nostras consencientibus duobus filiis suis Hendenrico et Helmico de pleno consensu uxoris et ceterorum heredum suorum libere resignavit, nosque eandem decimam sic nobis vacantem cum omni iure, quo eam idem R(otgerus) et sui antecessores a nobis et a progenitoribus nostris hactenus possederant, cum reditibus duorum solidorum, quos curia in Druchlete pro decima solvit, qui similiter ad nostram porrectionem spectabant, proprietatem et patronatum nostrum conventui in Paradyso ad honorem Dei ac sue gloriose matris Marie libere contulimus et solute, ita quod in eisdem bonis nunquam aliquis successorum nostrorum qui(c)quam iuris se ammodo habere contendat. Ut igitur tale factum nostrum ratum ac firmum perpetuo permaneat, presentem paginam memorato conventui nostris sigillis dedimus roboratam. Acta sunt hec in Susato, anno Domini M°.C°C.LXXX°I., XVII. Kalendas Ianuarii, presentibus domino Gerlaco in Lon, Conrado de Hustene canonico Sosaciensi, domino Gotfrido sacerdote, Wilhelmo nobili de Ardeia, domino Ber(nardo) milite de Holthusen, Arnoldo milite dicto Hitertat, item burgensibus Sosaciensibus: Herebordo Make, Arnoldo de Lune, Gerhardo de Grue, Iohanne de Sunhere, Iohanne filio Arnoldi, domino Renhero milite et aliis quam pluribus, presentibus perpetuo valituris.

Vom Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Paradies Nr. 31. Beide Siegel sammt Befestigung fehlen.

1653.

Hermann v. Hesperinghausen bekundet Beilegung eines Zehntstreites mit Kl. Hardehausen. 1281 Dezember 24.

Ego Hermannus dictus de Hesprin(c)husen tenore presencium protestor, quod, cum religiosis viris domino . . abbati et conventui in Hersuedehusen super decima in Echgene de facto, quia de iure non potui, moverem questionem volens in hoc certificari rei veritatem et circumstancias, ab amicis et parentibus ipsam rem racione provecte etatis indubitanter scientibus indagavi. Qui fide media responderunt, quod nec ego nec aliquis hominum ullius occasionis pretextu preter dictos fratres quicquam iuris sibi posset in dicta decima vendicare. Quorum itaque responsione constanter edoctus recognosco nunc et semper huiusmodi questionem calumpniandi animo pretendisse, renuncians omni actioni, si qua michi contra dictos fratres quocumque modo competeret, in hiis scriptis, super quo hanc litteram sigillo civitatis in Monte Martis petii cum instantia roborari. Nos vero Heynricus Morel iudex, Thidericus de Oddenhusen proconsul et eius germanus Heynricus, Bertoldus de Huxaria, Conradus de Clinge, Iohannes de Bilinchusen, Iohannes de Ouerenkerke, Thetmarus Olgardis, Stephanus et Iohannes nati Stephani vinitoris, Conradus Hauesalde, Wecelus Eyliconis et Vollandus, consules Montis Martis, ad ipsius Hermanni rogatum, et ut iidem fratres iure suo inturbabiliter gaudeant et utantur, hoc scriptum, ut dictum est, nostro sigillo duximus muniendum. Datum anno gratie M°.C°C.LXX°X primo, in vigilia dominice nativitatis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 224 Siegel sammt Befestigung abgefallen. Auf der Rückseite von Hand s. XVII.: Echgene prope Borgentrick.

1654.

Die Rathmänner der Stadt Höxter verkaufen dem Kl. Amelunxborn ihre Walkmühle an der Weser gegen eine Abgabe an Corvey. Höxter 1281.

In nomine sancte et individue trinitatis. Nos consules et commune civitatis Huxariensis omnibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Sollers mortalium adinvenit providentia, ut, quod a presentibus geritur, ne a memoria labatur, succedentium fide testium et scripti apice perhennetur. Hinc est, quod ad noticiam tam presentium quam futurorum volumus pervenire, quod nos unanimi et maturo consilio habito vendidimus ecclesie in Amelungesborne, Cisterciensis ordinis, molendinum supra

Wiseram iuxta muros nostre civitatis situm una cum alio molendino, quod vulgo walkmole dicitur, adiacente et omni iure per civitatem nostram, quod walkwerk appellatur, pro pensione annuali possidendum, ita videlicet, quod singulis annis dicta ecclesia nobis de ipsis molendinis persolvet quindecim solidos gravium denariorum et tribus vicibus in anno, scilicet in festo pasche, pentecostes et in nativitate Domini semper duodecim kuneos, sic quod kuneus pro gravi denario comparetur. Sane predicta molendina Ricolfus, qui ea a nobis pro nominata pensione tenuerat, cum omni iure tam ipse quam uxor sua Heylewigis ac filii Iohannes et Thidericus eisdem penitus abrenuntiando coram nobis resignavit ecclesie memorate, que videlicet ecclesia iam dicta molendina a burgensibus nostre civitatis et Corbeyensis[1]) redemit, quibus ipse R(icolfus) ea ob inopiam obligarat. Insuper prefata ecclesia Amelungesbornensis dabit annuatim ecclesie Corbeyensi ad manus prepositi in die beati Viti quinque solidos graves de molendinis superius nominatis. Habito autem huiusmodi contractu venerabilis dominus noster Henricus abbas et conventus ecclesie Corbeyensis receptis ab ecclesia Amelungesborn viginti solidis gravibus eidem ecclesie proprietatem iam dictorum molendinorum et aque, que Lake dicitur, ab ingressu usque ad egressum Wisere contulerunt, ita quod eadem aqua superius et inferius sine quolibet impedimento ecclesie Corbeyensis et civitatis nostre ipsa ecclesia Amelungesborne perfruatur ad omnes usus necessarios molendini. Hoc idem nos consules et universitas Huxariensis firmavimus et observari volumus, quod in predicta aqua Lake eadem ecclesia per inpositionem lini aut alio modo aliquo molestiam nullatenus patiatur et in augmentando vel restringendo ipsam, prout usui molitionis convenit, liberam habeat facultatem. Preterea spatium a superiori loco molendini maioris superius expressi iuxta muros usque in fundum fossati prefate ecclesie vendidimus ad suos usus libere possidendum. Rursus eadem ecclesia comparavit sibi pro septem marcis Huxariensium denariorum a Bertoldo tunc preposito de Novali, domino abbate et conventu ecclesie Corbeyensis consentientibus, proprietatem molendini, quod dicitur wippelevorde, siti super aquam Schilipe et proprietatem ipsius fundi et areas circumiacentes ipsum molendinum cum omni iure ita, quod de eo singulis annis custodi ipsius ecclesie Corbeyensis duo graves solidi persolvantur. Consensimus nichilominus cum domino abbate et ecclesia dicta Corbeyensi et statuto firmavimus, quod nulli sit licitum ad preiuditium aut impedimentum ecclesie de Amelungesborne circa civitatem nostram ad opus, quod walkwerk dicitur, aliud construere molendinum. Constituimus etiam, ut universi laniste nostre civitatis ad supradicta molendina ecclesie de Amelungesborne et non alias preparare, id est walken, debeant suos pannos, nisi forte rectores molendinorum aliqua necessitata urgente ipsis lanistis suffragari non possint, nam tunc dumtaxat illo tempore de licentia eorum suos pannos alibi poterunt preparare. Si quis vero lanistarum huius statuti transgressor inventus et convictus fuerit, nobis consulibus emendabit. Inter cetera etiam antiquam consuetudinem volumus observari, ut, si quis lanista debito tempore requisitum precium molendinorum rectoribus non dederit, ipsi rectores auctoritate nostra ab illo pannum aut aliud pignus recipient, super quod pignus magistri lanistarum, qui dicuntur decani molendinorum, rectoribus tenentur deservitum precium ministrare. Preterea statuimus, ut, si aliquis pannus in molendinis exustione nimia aut tunsione vel cum panni siccantur lacerando vel per furtum inter servos neglectus fuerit, super eo teneantur respondere ipsi servi in amicitia vel in iure. Si vero aliquis pannus per violentiam, quod absit, acceptus vel amissus fuerit, dampnum ille, cuius pannus fuerat, sustinebit. In huius rei testimonium paginam presentem inde confectam sigillo civitatis nostre et domini H(enrici) de Homborgh ac dominorum de Amelungessen sigillis fecimus communiri. Huius rei testes sunt: Conradus Bisewrm, Volcmarus de Brunswik, Godebertus, Nicolaus de Luchttheringe, Sifridus dictus Brotesche, Sifridus Parvus, Arnoldus Bils, Hermannus Rodolfi, Heinricus iunior filius monetarii, Arnoldus de Voltessen, Iohannes de Nathesungen, Iohannes Bokholt, tunc temporis consules civitatis Huxariensis; preterea Weinricus monetarius senior, Iohannes institor, Conradus de Uslaria, Nicolaus Bisewrm, Bertoldus de antiquo foro, Heinricus de Brunswik, Ludolfus Rodolfi, Thidericus Helmberti, Arnoldus de Voltessen,

Iohannes Ekhof, antiqui consules; dominus Mauritius abbas de Amelungesborne, Fridericus camerarius, Iohannes infirmarius, Hermannus de Gebere, Gerhardus de Brunswik, Heinricus custos, monachi ecclesie eiusdem; Albertus senior de Amelungessen et Albertus iunior milites, Albertus et Herboldus famuli dicti de Amelungessen, Sifridus dapifer et alii quam plures fide digni. Datum Huxarie, anno Domini M°.C°C.LXX°X. primo.

[1]) *So inkorrekt Or.*

Or. im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (Abth. Amelunxborn). Die drei Siegel an dunkelblauen Zwirnfäden. Vgl. die Bemerkungen zur folg. Nr.

1655.

Abt Heinrich von Corvey bekundet, dass die Amelunxborner Kirche zwei Mühlen bei Höxter und eine andere an der Schelpe erworben habe. Corvey 1281.

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas omnibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod, cum ecclesia de Amelungesborne molendinum super Wiseram iuxta muros civitatis Huxariensis situm et molendinum adiacens, quod Walkenmole vulgariter dicitur, ac spatium a superiori loco ipsius molendini usque in fundum fossati ab ipsa civitate Huxariense ad usus suos comparasset[1]), nos cum unanimi consensu et consilio totius capituli nostri receptis proinde viginti solidis gravibus proprietatem dictorum molendinorum et spatii nec non et aquam, que Lake vocatur, contulimus memorate ecclesie perpetuo possidendam, ita quod ecclesie nostre ad manus prepositi singulis annis in die beati Viti de iam dictis molendinis pensio quinque solidorum gravium persolvatur. Sane prelibata ecclesia Amelungesborne predicta aqua Lake ab ingressu Wisere usque ad egressum libere et sine quolibet nostro aut cuiuslibet impedimento debet perfrui ad omnes usus necessarios molendini. Preterea si ipsa aqua per siccitatem minorata forsitan non sufficeret, vel per inundationem nimis excresceret, prout usui molitionis convenit, per immissionem vel restrictionem Wisere temperandi eandem liberam habebit facultatem ecclesia nominata. Rursus Bertoldus tunc in Novali prepositus nobis et ecclesia nostra consensum prebentibus censum et proprietatem molendini dicti Wippelevorde siti super aquam nominatam Schilipe et areas circumiacentes cum omni iure vendidit sepedicte ecclesie possidenda perpetuo pro septem marcis Huxariensium denariorum per decem solidos computatis tali pacto, quod de iam dicto molendino annuatim custodi ecclesie nostre duo graves solidi persolventur. Promisimus etiam a nobis et nostris successoribus observandum, quod nulli sit licitum ad preiudicium aut impedimentum dicte ecclesie circa civitatem Huxariensem ad opus, quod Walkwerk dicitur, aliud construere molendinum. In huius rei testimonium presentem litteram sigillis nostri et ecclesie nostre, prepositi quoque de Novali superius nominati fecimus communiri. Testes huius rei sunt: Bernhardus prior, Heinricus cellerarius dictus de Stamme, Heinricus custos dictus de Huxaria, Ludolfus hospitalarius dictus de Holte, Ludolfus de Emmere, Crachto, domini ecclesie nostre, dominus Mauricius abbas in Amelungesborne, Fridericus canonicus, Iohannes infirmarius, Hermannus dictus de Velere, Heinricus custos, Gerhardus de Brunswik, monachi in Amelungesborne, Conradus Bisenvorm, Godebertus de Uslaria, Volcmarus de Brunswik, Nicolaus de Luchtheringhe, consules Huxarienses, Arnoldus Kule et Iohannes filius suus, Sifridus dapifer, cives Corbeyenses et alii quam plures fide digni. Datum Corbeye, anno Domini M°.C°C.LXX°X. primo, indictione IX.

[1]) *Plural das Or.*

Or. im Stadtarchiv zu Höxter. An blau leinenen Fäden 1) Elektensiegel Heinrichs; 2) sehr verletztes rundes des Corveyer Kapitels; 3) abgefallen. Die Bezeichnung abbas *ist, wie auch das Siegel beweist, inkorrekt. Die Urk. erwähnt Kampschulte, Chronik der Stadt Höxter S. 32. Walkenmühle, heute eine Gipsmühle, besteht noch unter diesem Namen. Wiederholt werden im folgenden Jahrh. Streitigkeiten wegen der Höxterschen Mühlen zwischen Corvey und der Stadt in den Urkunden der letztern erwähnt; des Amelunxborner Besitzes wird dabei nicht gedacht.*

1656.

Richter und Rathmänner in Marsberg bekunden, dass Heinrich v. Eleren seine Güter in Versede *dem Kl. Hardehausen verkauft hat. 1282 Januar 1.*

Henricus dictus Morel iudex, Theodericus de Oddenhusen magister civiũm, Bertoldus de Huxaria, Iohannes de Belinchusen, Conradus de Clinge, Iohannes et Stephanus fratres Vollant, Henricus de Oddenhusen, Iohannes de Ouerenkirken, Thitmarus Olengardis, Wetcelus et Conradus Hauesalde, consules Montis Martis, universis hoc scriptum visuris noticiam rei geste. Tenore presentium protestamur, quod Henricus dictus de Eleren, Gisla uxor sua cum liberis suis Waldrade et Gertrude, preter quas nullus adhuc eis fuit heres, in nostra presencia constituti religiosis viris domino . . abbati et conventui in Hersuedehusen bona sua in Versede sita cum omnibus suis pertinenciis et usufructu nichil penitus excludentes pro certa summa pecunie vendiderunt et in manus domini Hermanni abbatis, Olrici monachi et fratris Conradi de domo textrina ac per eos in manus tocius conventus cum omni iure, quo eadem bona possederant, resignarunt hereditario iure perpetuo possidenda. Preterea Ludolfus frater dicti Henrici pro parte dictorum bonorum ipsum contingente, receptis quibusdam denariis a fratre suo, ea in manus domini Hermanni Speculi, a quo ipsa bona tenentur, libere resignavit, ut sic dicti venditores prefata bona vendendi liberam habeant facultatem. In cuius rei pariter et iuste warandie testimonium a partibus rogati presens scriptum nostre civitatis sigillo fecimus communiri. Nos vero Henricus, Gisla[1]), Waldradis et Gertrudis memorati omnia premissa recognoscimus esse vera. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XI°I., in die circumcisionis Domini.

[1]) Gisle *eher das Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 225. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Auf der Rückseite von verschiedenen Händen Versede, Verst, Vörste. *Dieses lag zwischen der Domäne Dalheim und dem Dorf Helmern am Sintfelde und gehört im 14. Jahrh. zu der damals in Dalheim bestehenden Pfarre, ist aber am Ende desselben Jahrhunderts nebst andern Orten des Sintfeldes zerstört worden. Hardehausen verkaufte seine dortigen Besitzungen nebst der dazu gehörigen Schaftrift laut Urkk. von 1445 und 1510 an Kl. Dalheim. (Spancken.) Vgl. unten Urkk. Nr. 1661, dann zu 1284 Januar 2, 1292 Oktober 21, 1298 Mai 17.*

1657.

Ritter Rave der jüngere von Papenheim erklärt, dass zwei Hufen bei Volkmarsen an die Böddeker Kirche frei zurückfallen, weil er die schuldige Abgabe nicht entrichtet habe. 1282 Januar 25.

Ego Corvus iunior miles dictus de Papenhem presentibus recognosco, quod ego et heredes mei duos mansos in campo dicto Alren sitos apud Volcmersen a venerabili domina Ermegarde et ab ecclesia in Bodeken tenemus, quos Conradus de Burchleren apud nos locavit, quam diu pensionem debitam a dictis mansis cadentem ecclesie dederimus prenotate. Cum autem pensionem dictam non dederimus, mansi prenotati ad dictam ecclesiam liberi revertentur. In cuius testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Anno Domini M°.C°C.LXX°X secundo, in conversione beati Pauli apostoli.

Nach dem Böddeker Kopiar fol. LIII^{v} im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg. Zu Alren *vgl. Nr. 1509.*

1658.

Graf Konrad von Rietberg bekundet Vermächtniss einiger Äcker bei Geseke an Kl. Abdinghof. Rietberg 1282 Januar 30.

Nos Conradus comes de Retberch omnibus hoc scriptum visuris notum esse cupimus cum nostra fore voluntate et in eo consentire, quod Henricus de Asholte, noster ministerialis, et Elizabath uxor sua legitima proprie volentes consulere saluti, quosdam agros sitos apud Ghesike, quos in feodo tenent ab ecclesia dicta Abbedinchof in Paderborne, post obitum suum in remissionem suorum peccaminum

legaverunt ecclesie prefate, ut ibidem tam ipsorum quam suorum progenitorum memoria perhenniter habeatur. Id tenore presentium cum appensione nostri sigilli duximus protestandum. Datum in Retberch, anno Domini M°.C°C.LXXX°II., sexta feria ante purificacionem beate Marie.

Aus Msc. VII, 4217 f. 166 im Kgl. St.-A. Münster. Im Msc. wird hinzugefügt: Et notandum, quod littera abbatis et conventus super eadem bona ad caritatis officium perpetuo pertinenda est hic involuta. *In Msc. VII, 4206 ist die Urk. zu 1372 datirt.*

1659.

Die Brüder Propst Ludwig von Schildesche und Otto Graf von Ravensberg bekunden, dass Otto Vridach seine Güter in Thesen und Horst dem Stift Schildesche vorbehaltlich der Wiederlöse in drei Jahren verkauft hat. Bielefeld 1282 Februar 1.

Lotwicus Dei gratia prepositus ecclesie Scillescensis et Otto comes in Rauensberh fratres omnibus presens scriptum visuris salutem. Tenore presentium publice protestamur et constare cupimus universis, quod constitutus in nostra presentia cum testibus subscriptis Otto dictus Vriedah bona in Tedessen et in Horst cum suis pertinentiis, silvis, pratis, pascuis et aquarum decursibus venditionis titulo ecclesie Scillescensi de consensu uxoris sue heredum fratrumque suorum manumissione voluntaria resignavit tali nichilominus conditione interposita, quod idem Otto iam dicta bona sibi et uxori sue et suis heredibus predictis et non alii vel aliis possidenda pro eadem estimatione, quam vendidit, infra spatium trium annorum redimere potest ab ecclesia prelibata et hoc anno integro ante diem redemptionis iam dicte ecclesie sub testimonio intimabit; quod autem sepedicta bona non sub simulatione aliqua redimat et aliis vendat set sibi, uxori sue heredibusque suis, ut dictum est, promisit coram nobis, fide prestita corporali. Ut autem huiusmodi emptio debitum sortiatur effectum, presentem paginam sigillis nostris digne duximus roborandam. Testes sunt: Wescelus plebanus de Dorneberh, magister Helyas canonicus sancti Iohannis in Osenburg, Iohannes et Reinbertus fratres de Bussce, Arnoldus Iudeus, milites, Timmo Nagel et alii quam plures fide digni. Nos vero Heinricus iudex dictus Stenhus, Leuoldus proconsul, Hermannus de Guterslo, Gotfridus Vaytemine, Iohannes monetarius, Iohannes de Aldendorpe, Siffridus pistor, Ludolfus de Rosendale, Gherlacus et Helmicus fratres de Slike, Hildebrandus Strepehauere, Arnoldus de Edessen, consules civitatis Bileuelde, audivimus, vidimus et interfuimus, ubi uxor et heredes sepedicti Ottonis bona predicta resignaverunt, et hoc appensione sigilli nostre civitatis publice profitemur. Datum et actum Bileuelde, anno Domini M°.C°C.LXX°XII., in die Brigide virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Schildesche Nr. 26. An Pergamentstreifen zwei Siegelfragmente. Gedr. Ztschr. I, 195. Reg. Gesch. der von dem Bussche Nr. 43.

1660.

Graf Ludolf von Dassel bestätigt der Neuen Kirche in Höxter ihre Güter und bekundet seine Aufnahme in ihre Brüderschaft. Nienover 1282 Februar 8.

Ludolphus comes de Dassel omnibus hanc paginam inspecturis tenore presentium recognoscimus et testamur, quod domini prepositus, decanus totumque capitulum Nove Ecclesie Hoxariensis translate gaudeant ea libertate in bonis suis sitis Kosensen et Verdelsen, quam habebant tempore patris nostri et suorum antecessorum, et absque omni inpedimento ea libere possidebunt. Eciam si canonici iamdicti decreverunt aliquo tempore bona predicta vendere, per nos non debent aliquatenus impediri. Porro in eisdem bonis instituent et destituent villicos pro suo commodo et voluntate, secundum quod ipsis videbitur expedire. Preterea ex parte nostri vel nostrorum heredum nulla in eisdem bonis et in eis habitantibus fiet exactio vel gravamen, sed ipsos pro nostra possibilitate in iure suo et libertate tuebimur conservando. Hec autem in presencia et ex consensu uxoris nostre et Adolphi nepotis nostri, Symonis heredis nostri, ad quorum instanciam et peticionem hec facta sunt[1]), consensum eciam adhibui Conradi heredis nostri, rite ad perpetuitatis robur ordinata sunt pariter et conscripta. Et ut inconvulsa a nobis

et nostris successoribus ista permaneant, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Adiectum erat, ut nos vel comitem, nostram uxorem, Adolphum nepotem nostrum, Symonem et nostros heredes ad perpetuam ipsorum fraternitatem, sicut patrem nostrum receperunt, recipere debeant in vita pariter et in morte. Testes vero fuerunt: Lodewicus senior comes de Eversten, Volkwinus miles de Meymbregerssen, Borchardus miles de Valenbroke, Willekinus de Subeke famulus et alii plures. Acta sunt hec et data in Nigennovere castro nostro, anno Domini M°.C°C.LXXXI°I., in dominica Esto michi.

[1]) *So die schwerfällige Konstruktion.*

Nach dem Kopialbuch des Offizialatgerichts zu Eimbeck saec. XV. im Kgl. St.-A. zu Hannover (V, 92) fol. 53v. Überschrift: Super bonis in Kosenhusen. *Verdelsen liegt bei Rotenkirchen in der Nachbarschaft von Dassel;* Kosensen *wird das Dorf Kohnsen bei Verdelsen sein. (Spancken.) Gedr. fehlerhaft Bilderbeck, Samml. I, 6 S. 24.*

1661.

Ritter Ekbert Spiegel schenkt dem Kl. Hardehausen die Hälfte vom Eigenthum und Herrschaft an dem Hof in Versede. *1282 Februar 9.*

In nomine Domini amen. Ego Ecbertus miles dictus Speculum cum uxore mea et liberis notum facimus universis presentium inspectoribus, quod religiosis viris domino abbati et conventui in Hersuedehusen mediam partem proprietatis et dominii curtis in Versede ob reverentiam superlaudabilis virginis Marie de unanimi consensu condonavimus sub munimento debite warandie. Datum anno M°.CC°.L°XXXII°., V. Idus Februarii.

Or. (fast ganz verblasst) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 256. An Pergamentstreifen Bruchstück eines dreieckigen Siegels, worin noch zwei Spiegel erkennbar. Ergänzung nach dem Böddeker Kopiar fol. LXXIIII^{v}. im Besitz des Freiherrn v. Brenken zu Erpernburg (das irrig sexto *hat) und Msc. I, 127 f. 97 im Kgl. St.-A. Münster. Vgl. oben Nr. 1656.*

1662.

Äbtissin Agnes und Kapitel des Stifts Geseke übereignen dem Kl. Hardehausen gegen einen Zins von vier Schillingen ihr Recht an Gütern in Rimbeck. 1282 Februar 18.

Nos Agnes Dei gratia abbatissa et capitulum in Giseke recognoscimus per presentens, quod de unanimi consilio et consensu, quicquid iuris in bonis Rimbeke sitis, que quondam Bertoldus iudex in Monte Martis possederat, habuimus, religiosis viris domino .. abbati et conventui in Hersuedehusen contulimus nobis annis singulis in epiphania Domini, quamdiu ea bona possederint, quatuor solidos Paderbornensis monete census nomine soluturis. Datum anno Domini M°.CC°.LXX°XI°I., XI°I Kalendas Marcii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 226. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab.

1663.

Elekt Otto von Paderborn verkauft dem Kl. Hardehausen eine Villikation. 1282 Februar 26.

In nomine Domini amen. Otto Dei gratia Paderbornensis electus universis hoc scriptum visuris salutem in omnium salvatore. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum huius scripti tenore cupimus declarari et publice protestando dicimus, quod de capituli nostri consilio et consensu villicacionem in Zaddessen (cum) omni iure, integritate, libertate et pertinenciis universis nichil penitus excipientes dilectis nobis in Christo (viris) religiosis domino .. abbati et conventui in Hersuedehusen pro certa pecunie quantitate vendidimus ... Nos vero capitulum iam predictum nostri appensione sigilli (omnia) expresse recognoscimus esse vera inviolabiliter permansura. Testes aderant: dominus W(ernerus dec)anus, Hermannus scolasticus, Bertoldus dapifer noster, Conradus de Etlen, Rodolfus advocatus de Gise(ke), milites, et alii fide digni. Datum anno Domini M°.CC°.LXX°XI°I., quarto Kalendas Marcii.

Or. (in der Mitte ganz defekt, einmal Nihem *erwähnt) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 227. Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Zu* Zaddessen *vgl. Urk. zu 1282 Juli 19.*

1664.

Ritter Konrad von Papenheim übergibt zur Memorie für seine dort beigesetzte Gemahlin Adelheid an Kl. Bredelar Güter in Mezenhusen. *1282 März 5.*

Universis presentes litteras inspecturis vel audituris ego Conradus miles dictus de Papenem significandum duxi tenore presentium protestando, quod venerabiles viri abbas et conventus in Breydalare, persone religiose Cystertiensis ordinis, quedam bona in villa Mezenhusen sita eorum ecclesie pertinentia et octo moldra annone vel paulo plus solventia, necessitate debitorum compulsi omnino ab ecclesia sua vendendo alienare disposuerant, quod cum relatione aliquorum intelligerem usus amicorum meorum consilio eadem bona cum suis pertinentiis pro decem et octo marcis denariorum de consensu omnium comparavi et eadem bona cum proventibus suis et cum ipsa proprietate Dei intuitu et salute anime Adelhedis quondam uxoris mee apud ipsos sepulte predicto monasterio et conventui in Breydalare perpetuo possidenda iterato favorabiliter assignavi, hac tamen interposita conditione, ut de reditibus dictorum bonorum in anniversario dicte Adelhedis et mei et carorum meorum, quod agendum erit singulis annis in octava epiphanie Domini in divinis officiis, in missis et aliis orationibus conventui de pane triticeo, vino et piscibus consolatio ministretur. Et si forte casu importuno defectus fuerit in annona supradicta, su(p)pleri debet ille defectus, ut ille persone, quibus commissum fuerit, possint proinde conventui in predicto anniversario providere. Et nequis hoc statutum irritari valeat, sygillo meo presentem duxi litteram roborandam. Testes horum sunt: Wernherus plebanus de Adorp, Hermannus de Pathberg, Lodolfus de Dalwich, Swycherus de Westem, milites, et Iohannes filius Lodolfi de Dalwich militis predicti. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LXXXII., in V. feria post dominicam Oculi mei.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 35. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Mezenhusen *ist der Name eines eingegangenen Dorfes bei Natingen; ein anderes besteht noch in dem zum Amte Thülen bei Brilon gehörenden Bezirke. (Spancken.) Hier ist wohl jedenfalls das* Mettenhusen *gemeint, in welchem derselbe Aussteller 1292 Dezember 14 Güter an Kl. Bredelar unter genauer Angabe ihrer Verwendung schenkt. Seibertz, UB. I, Nr. 444. Ztschr. XXXVIII, 2, 151 und unten. Auffällig erscheint die Aufbewahrung des Or. bei Stift Busdorf.*

1665.

Bischof Konrad von Osnabrück und Goswin Marschall von Westfalen vermitteln den Frieden zwischen dem Erwählten Otto und dem Stift Paderborn einer- und dem Grafen Otto d. ä. von Everstein andererseits. Horn (1281) 1282 März 9.

Nos Conradus Dei gratia Osnaburgensis episcopus et nos Gosuinus marscalcus Westfalie notum facimus et presentibus publice protestamur, quod discordia, que inter dominum Paderbornensis ecclesie electum et ecclesiam suam ex una et Ottonem seniorem de Euersteyne ex parte altera vertebatur, per nos in hunc modum amicabiliter est sopita, videlicet quod idem dominus electus dicto Ottoni villicationem in Heyenhusen cum suis pertinenciis et iuribus, utilitate et fructu pleno iure obligabit et ad iussum nostrum iam obligavit titulo ypothece pro ducentis marcis denariorum usualis monete, quibus solutis dicta villicatio, sicut obligata fuerat, ad ecclesiam Paderbornensem pleno iure et libere revertetur [1]). Ceterum si idem Otto in obsequio ecclesie Paderbornensis vel quocunque casu alio aliquod dampnum sustinuerit, tale dampnum super predictam villicationem nullatenus computabit, nisi possit novas ab ecclesia Paderbornensi super hoc litteras optinere, precipientes hanc compositionem per fidem in manus nostras corporaliter prestitam a partibus inviolabiliter observari. In cuius rei testimonium hanc litteram nostris sigillis fecimus sigillari. Et nos electus Paderbornensis et Otto predicti volentes eandem compositionem servare, sicut promisimus fide data, in testimonium predictorum sigilla nostra apposuimus huic scripto. Nos vero prepositus, decanus et capitulum Paderbornense in testimonium sepe dicte obligationis de nostro consensu facte hanc paginam nostro etiam sigillo fecimus communiri. Actum et datum apud Horne, anno Domini M°.C°C.LXX°X°I., feria secunda ante festum Gregorii, presentibus O(ttone) comite

de Rauensberg, L(udolfo) de Dasle, M(eynardo) de Sladhem, A(dolfo) et A(lberto) de Sualenberg et aliis quam pluribus.

[1]) reverstetur *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 293. Zwei Siegel und Befestigung verloren. Der Friede dauerte nicht lange. Am 1. Juli (vgl. unten) erhielt Erzbischof Siegfried von Köln Beistand von Graf Otto und Bernhard v. Brakel zugesagt. Vielleicht gilt Kölner Datirung hier nicht.

1666.

Bischof frater Gaufridus de ordine Predicatorum ... apostolice sedis legati vicarius ... Thyberiensis episcopus *und wahrscheinlich noch ein dritter Bischof ertheilen für den Bau einer Kirche zu Herford Indulgenzen. Anagni 1282 März 18.*

Or. (abgeblättert) im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 69. An rothseidenen Schnüren zwei beschädigte Siegel in rothem Wachs von den früher angehängten dreien noch vorhanden.

1667.

Domdechant Werner und Domscholaster Hermann in Paderborn entscheiden mit Raven (v. Papenheim) und Konrad von Etlen einen Streit zwischen Propst Hermann von Gehrden und Ritter Bernhard von Brakel wegen zweier dem Kloster von Ritter Berthold von Brakel und seinem Erben Burchard anlässlich des Eintrittes der Schwester des letztern Bertha ins Kloster übergebener Hufen in Wernessen. 1282 März 20.

Gedr. Asseb. UB. I, 418 nach dem Gehrdener Kopiar. Z. 5 zu lesen: allegante, quia; *Z. 10:* Bernhardo ... allegante.

1668.

Bürgermeister und Richter der Stadt Paderborn bekunden Memorienstiftung in Abdinghof. Paderborn 1282 März 23.

Nos Hermannus dictus de Soltkoten et Conradus dictus de Horne, magistri burgensium, Hermannus dictus Bake et Hermannus dictus de Ubenkamere, iudices in Paderburne, universis presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod domina Helmburgis vidua, quondam uxor domini Ludolfi militis dicti de Dalberne, in nostra presentia ex bona et libera voluntate in remedium animarum ipsius et Hildeburgis matris sue necnon domini Ludolfi militis predicti ac Volberni et Alberti dicti de Balhorne contulit monasterio beatorum apostolorum Petri et Pauli nostre civitatis medietatem domus sue lapidee iure, quod vulgo wicbeledhe dicitur, possidendam, ita tamen ut quamdiu vixerit. cameram ad usus seu utilitates suas retineat. cui in edificiis, tectis seu meliorationibus quoquo casu supervenientibus providebit propriis laboribus et expensis. De domo vero predicta singulis annis in vigilia pasche solventur octo solidi denariorum, de quibus duo solidi dabuntur conventui monasterii prefati ad festum inventionis sancte crucis sollempniter peragendum et sex solidi iam dicte H(elmburgi) vidue ad tempora vite sue annuatim dabuntur. ex quibus post obitum ipsius predictus conventus specialem consolationem habebit sui et illorum, qui ad hoc nominati sunt, obitus diem anniversarium peragentes. In cuius rei testimonium et facti perpetuam firmitatem rogatu sepedicte vidue nostro et honorabilis viri domini Alberti[1]) abbatis et conventus monasterii antedicti sigillis presens scriptum exstitit roboratum. Testes ad hoc rogati aderant, quorum nomina subnotantur: Arnoldus de Oldendorp, Conradus Cobereke, Lutbertus de Helle, Gerlacus de Tulo, Godescalcus de Borclere, Iohannes de Siluesside, Bertoldus de Sestinchusen, Gerhardus monetarius, Heinricus de Stenhem, Heinricus Niger, Heinricus Suendel, consules nostre civitatis, Conradus de Nyhem, Albertus et Svetherus fratres dicti de Balhorne et alii quam plures. Actum et datum Paderborne, X. Kalendas Aprilis, anno Domini millesimo CC.LXXX secundo.

[1]) Abberti *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 73a. Von Pergamentstreifen 1. u. 3. Siegel abgefallen, an 2. Stelle das beschädigte spitzovale des Abts Albert.

1669.

Graf Konrad von Pyrmont schenkt dem Kl. Valkenhagen Güter. Lügde 1282 März 31.

Nos Conradus comes de Perremunt scire volumus universos tam modernos quam posteros, quod nos cum consensu et bona voluntate cognatorum nostrorum videlicet Her(manni) et Hil(deboldi) fratrum comitum dictorum de Perremunt bona villule Dane adiacentia cum omni iure et utilitate, quod nos in eisdem habuimus, claustro in Valkenhagen ob[1]) salutem anime nostre et parentum nostrorum ante decessorum proprietavimus perpetuo possidenda. Ut hec autem firma inviolabiliter perseverent, nostro et cognatorum nostrorum sygillis presens scriptum inde confectum firmavimus munimento. Acta sunt hec presentibus viris nobilibus et dominis A(dolfo) et A(lberto) comitibus de Sualenberg, domino H(einrico) preposito eiusdem cenobii, domino H(enrico) dicto Ruffo, domino Th(iderico) dicto de Eckersten, domino Lippol(do) dicto Hol(t)grauio, domino Io(hanne) dicto de Elwordessen, militibus, et aliis quam pluribus fide digni. Datum in Lude, anno Domini M°.C°C.LX°X°X° secundo, pridie Kalendas Aprilis.

[1]) *Or.* op.

Or. im Fürstl. Lippischen Archive zu Detmold. Bruchstücke der Siegel der Grafen Hermann und Konrad hängen an Pergamentstreifen an, ein drittes abgefallen. Reg. Lipp. Regg. I, 249 Nr. 392.

1670.

Ein Warburger Bürger veräussert Heerser Pachtgüter. 1282 März 31.

In nomine Domini amen. Quia quevis actio temporanea labitur motu continuo, opus est, ut scripture memoria ingnorantiam compescat futurorum. Hinc est, quod ego Heinricus dictus de Howede, civis in Wartperc, notum esse volo presentibus et futuris, quod de favore et consensu uxoris mee Gysle et omnium heredum meorum nichilominus omnium coheredum bona mea sita in Langele apud Wolfhagen cum agris, aquis, silvis, pratis, pascuis et omnibus attinenciis, que a venerabili domina abbatissa Herisiensi et conventu iure pahctuali legitime possedi, Amilio et Richardo fratribus et eorum uxoribus legitimisque heredibus pro summa LXX marcarum legalium vendidi perpetuo possidenda, obligans me sponsione fidei una cum meis heredibus ad prestandam warandiam, ubicunque et quandocunque fuero requisitus, renuncians omni iuri stipulando, quod in bonis eisdem habui, heredibus meis predictis superadditis adibentibus favorem et consensum. Ne autem hec ordinacio per quemque successive possit irritari, presens scriptum sigilli civitatis in Wolfhagen petivi roborari. Huius rei testes sunt: dominus Gyso de Godenborc, Th(idericus) proconsul de Balehorn, Reinboldus scultetus, Herm(annus) de Bivanc, Heidolfus, Ekehardus, Dietmarus faber, Iohannes Leo, Ioh(annes) de Ritte, Hildebrandus, Conradus, Sifridus et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C.LXXX°II., pridie Kalendas Aprilis.

Nach Abschr. vom Or. in Falkenheiner's Handschriften Bd. X S. 19.

1671.

Bürgermeister und Rathmänner der Neustadt Warburg schenken dem Pfarrer daselbst sowie dessen Nachfolgern eine jährliche Korn-Rente. 1282 April 7.

Nos consules novi opidi Warbergh, videlicet Bertoldus Pust proconsul, Albertus de Nedere, Rathwinus, Iohannes Geruasii, Gotfridus de Silheim, Conradus de Amelungessen, Arnoldus de Sindekessen, Hermannus Thincmari, Conradus de Metzenhofen, Conradus de Ossendorp, Hermannus de Dusele, Hermannus Wulpes, Arnoldus de Serve presentibus recognoscimus, quod in unum convenientes communi consensu et favore nostre communitatis accedente, quod domino Ludolfo plebano nostro sive in plebania sibi succedentibus singulis annis in purificatione virginis Marie dabimus omni ambage semota, pro reditibus ecclesie sex maldra annone, videlicet duo siliginis, duo ordei, et duo avene donec dictam annonam in reditus perpetuos dicte ecclesie et plebanis ipsius in loco aliquo certo et congruo efficacius possimus comparare. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum anno Domini M°.C°C.LXXX°II., feria tertia post Quasimodo geniti. Testes huius sunt: Hermannus Marscalcus,

Ecbertus Speculum, Corvus, Conradus et Corvus fratres de Papenheim, milites; preterea Hermannus de Kalenberg et quam plures fide digni.

Or. im Stadtarchiv zu Warburg. Das Siegel ist vom Pergamentstreifen abgefallen.

1672.

Edelherr Simon zur Lippe bekundet, dass er bei Erledigung der Pfarrstelle zu Hoetmar das Präsentationsrecht abwechselnd mit dem Grafen von Rietberg auszuüben habe. Lippstadt 1282 April 8.

Simon nobilis de Lippia universis hoc scriptum visuris notum facio et recognosco publice protestando, ius patronatus ecclesie in Hotman ad nobilem dominum comitem Retbergensem, consanguineum meum, et ad me equaliter pertinere, utpote, quod, sicut ipse hac vice Godescalcum clericum dictum de Valde ad eandem ecclesiam presentavit, ita cum imposterum alia vice eandem ecclesiam vacare continget, ego ad eam clericum alium debeam presentare, et sic deinceps perpetualiter, quotiescunque prefatam ecclesiam vacare continget, alternatis inter nos vicibus, alias ad ipsum comitem et eius heredes, alias ad me et meos heredes presentatio debeat pertinere. Testes huius rei sunt: venerabilis dominus Conradus episcopus Osnaburgensis, Wernherus cantor, Rodolfus de Horne, Wilhelmus dictus Friso, milites; Fredericus Boleke, Rodolfus de Lippia et alii tam milites quam famuli quam plures. Datum Lippie, anno Domini M°.C°C.LXX°X secundo, feria quarta post dominicam Quasimodo geniti.

Or. des gräflich Rietbergischen Archivs im Besitz des Herrn Tenge in Rietberg. Das kreisförmige ziemlich gut erhaltene Siegel Simons, wie Abbildung Lipp. Regg. I Taf. 18 an Pergamentstreifen. Vgl. Lipp. Regg. II, 24 Nr. 506, wo dasselbe Reg. zu 1280, und die Berichtigung III Nr. 1504.

1673.

Hermannus plebanus de Aroldessen *Z. in Urk. Bischof Volquins von Minden. 1282 (um April 8).*

Reg. Spilcker, Everstein Nr. 197.

1674.

Rathmänner der Altstadt Warburg und andere bekunden, dass Kl. Wormeln und einer ihrer Mitbürger sich gegenseitig Ländereien aufgelassen haben. 1282 April 13.

Nos consules veteris opidi Warberch: Hinricus de Eysen, Hinricus de Dinkelberch, Hermannus de Brakel, Ludolphus, Menfridus, Albertus de Wormelen, Conradus Luscus et ceteri consules protestamur universis, quod domina abbatissa, priorissa et conventus grisei ordinis de Wormelen de communi consensu dimiserunt Iohanni de Scherue nostro burgensi et suis heredibus agros suos, quos habebant, sitos inter agros dicti Iohannis et suorum heredum. Et iidem Iohannes et sui heredes dimiserunt in cambio e converso agros suos, quos habebat, sitos inter agros dicti conventus in Wormelen, ita quod ex utraque parte in posterum sibi invicem iuste warandie robur debent et velint[1]) ordinare absque cuiuslibet contradictione super agris memoratis. Quod ut ratum permaneat et inconvulsum, abbatissa, priorissa et conventus in Wormelen iam dicti et nos per consensum et petitionem utriusque partis sigillis nostris presens scriptum roboravimus. Datum M°.C°C.LXXX°II., feria secunda post dominicam Misericordia Domini.

[1]) *So Abschr.*

Aus Msc. VII, 4519 p. 59 im Kgl. St.-A. Münster.

1675.

Richter und Rathmänner in Marsberg bekunden, dass Genannte, freigelassen, sich dem Kl. Hardehausen als Wachszinsige übergeben haben. 1282 April 19.

Nos Heynricus Morel iudex, Iohannes de Bilinchusen proconsul, Heynricus de Vesperde, Bertoldus Nathan, Iohannes Hasso, Hermannus de Esbike, Conradus de Clinge, Stephanus iunior, Iohannes de Ouerenkerken, Iohannes Stephani, Heynricus Hauesaldi et Theodericus miles de Oddenhusen, consules

Montis Martis, tenore presencium protestamur, quod Bertoldus dictus de Bilinchusen in nostra presencia constitutus Vollandum, Herebordum, Heynricum, Fredericum fratres de Bilinchusen, Godam, Meychthildim sorores fratrum predictorum propter Deum libertati conferens manumisit. Qui homines, cum libere condicionis exsisterent, sese cum sua parentela iure cerocensuali[1]) religiosis viris domino . . abbati et conventui monasterii in Hersvidehusen ob reverenciam Ihesu Christi et gloriose matris eius virginis Marie tam libenter quam liberaliter optulerunt. Quod quia in nostra presencia effectui fuit mancipatum, id conscribi fecimus et nostri sigilli robore stabiliri. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X secundo, in dominica qua cantatur Iubilate.

[1]) *Or. hat* cerosensuali. *Vgl. auch das vorhergehende* exsisterent.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 228. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Auf der Rückseite werden die Freigelassenen von gleichzeitiger Hand fratres in Bylinchusen *genannt.*

1676.

Junker Simon zur Lippe belehnt den Ritter Heinrich Korf mit der Vogtei über Grundstücke des Stifts Freckenhorst. 1282 April 23. (ipso die Georgii martiris.)

Gedr. UB. III, 1164 zu Apr. 24. Reg. Lipp. Regg. I, 250 Nr. 393.

1677.

Hermann Spiegel bekundet, dass ihm vom Erzbischof Siegfried von Köln die Hut der Feste Krukenberg übertragen sei. Werl 1282 April 28.

Ego Hermannus dictus Speculum notum facio universis, quod, licet reverendus pater et dominus meus Sifridus archiepiscopus Coloniensis castrum suum Kruchenberg michi custodiendum commiserit, tamen ad requisitionem ipsius vel ecclesie Coloniensis, dum voluerint, ipsis restituam dictum castrum nec ratione huiusmodi commissionis ulla ab eodem domino archiepiscopo vel ecclesia Coloniensi dampna repetam vel expensas. Datum Werle, anno Domini M°.C°C.LXX°X secundo, IIII. Kalendas Maii.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 285. Siegel an Pergamentstreifen. Gedr. Lacomblet, UB. II, 762.

1678.

K. Rudolf bestätigt dem Kl. Hardehausen seine Besitzungen in Scherue, Kestenich, Gulse, Zaddissen, T . . ., Sirixen, Simbeke existencia nec non bona in Herden et Echgene. *1282 Mai 13.*

Gedr. Winkelmann, Acta imperii inedita II, 139 nach Kopie. Ob nicht Simbeke (Rimbeke?) *und* Herden *in der inkorrekten Quelle verschrieben sind?*

1679.

Graf Otto v. Waldeck bekundet Verkauf einer Hufe an Ritter Raven v. Pappenheim. Corbach 1282 Mai 15.

Nos (Otto) Dei gratia comes de Waldechh presentibus recognoscimus, quod domino Rauen militi dicto de Papenheim vendidimus unum mansum in Roden situm pro sex marcis tali conditione, ut, si dominica qua cantatur Invocavit predictam pecuniam restituerimus, tunc predicta venditione dissoluta predictus mansus ad nos libere revertetur. Ex tunc predictus miles et sui heredes mansum feudali iure perpetuo possidebunt. Et ne dubium . . . presentem litteram sibi dedimus. Datum in Corbecke, anno Domino millesimo ducentesimo octogesimo secundo, in festo pentecostes.

Aus dem Kopeibuch aller von Pappenheim Bl. 37 p. 1.

1680.

Die Stadt Volkmarsen bekundet Güterverzicht zu Gunsten des Kl. Hardehausen. Volkmarsen 1282 Mai 18.

In nomine Domini amen. Nos Arnoldus dictus Rufus, Wippertus, Iohannes de Wellede, Brunhardus, Udo, Henricus filius Nortmanni, Henricus de Brune, Henricus de Hemedessen, Henricus monetarius, Ekkehardus, Henricus Bibulus, Henricus dictus Nigemeiger, consules et cives in Volcmarsen,

universis Christi fidelibus hanc paginam visuris perpetuam geste rei noticiam. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum huius scripti tenore cupimus declarari, quod Ludolfus filius Heinfridi premortui dicti de Eysen constitutus in nostra presentia omni iuri et actioni, si qua ei ratione bonorum in Eisen sitorum, que a patre suo predicto accedente consensu legitimorum heredum ad religiosos viros dominum abbatem et conventum in Hersuidehusen iusto titulo sunt devoluta, sicut plenius patet in privilegiis super hoc confectis, competeret sive competere videretur, efficaciter renuntiavit, promittens coram nobis, quod super eisdem bonis dicto monasterio plenam et firmam prestaret de cetero warandiam. Preterea dominus Ludolfus miles dictus de Messinchosen, qui dictos fratres super eisdem bonis de facto et non de iure questionibus impulsabat, ex parte prefati Lu(dolfi) similem renuntiationem faciens cessit omni actioni sue finaliter et constanter, quod presenti scripto sigilli nostri robore confirmato duximus approbandum. Testes: dominus Conradus plebanus in Wettere, dominus Hermannus plebanus in Luttersen, Conradus diaconus dictus de Huxaria, clerici; dominus Ludolphus miles dictus de Horhusen, Ludolfus de Osdaxen, Olricus de Escheberg, Thidericus de Medrike, castrenses in Cughelnberg, Henricus dictus de Epehem, Eilhardus, Alradus de Brune, Tethardus faber, Thidericus filius suus, Henricus filius monetarii, Thedmarus de Mengerinchusen, Thidericus Rufus pistor, Iohannes Coluo, Luidgerus filius Godescalci de Vorste et alii fide digni. Acta sunt hec in cimiterio Volcmersen, anno Domini M°.C°C.LXX°X.I°I., XV. Kalendas Iunii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 229. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1681.

Elekt Johann von Helmarshausen bekundet Gütertausch mit Propst Heinrich v. Weende. 1282 Mai 25.

Io(hannes) Dei gratia electus in Helmwardeshusen totusque conventus ibidem monasterii omnibus hanc litteram inspecturis tam presentibus quam futuris notum esse cupimus, quod nos ad peticionem honorabilis viri domini Heinrici prepositi in Winede nec non et venerabilium dominarum ibidem in Christo(?) famulantium commutationem fecimus cum area, que sita est ante portas eiusdem ecclesie, in qua residet Heinricus Copman, que nostre camere deserviebat, quam assignamus et resignamus eidem ecclesie in perpetuum libere possidendam et prefatus[1]) conventus nomine commutationis nostre camere assignavit et resignavit iure proprietatis aream, que sita est in eadem villa, in qua residet paratorum testium libere possidendam, ordinante et procurante Er. camerario nostre ecclesie cum Hen(rico) Conemundi civi in Gotingen. Actum anno Domini M°.C°C.LXX°X secundo, in die beati Urbani pape et martiris.

[1]) *Or. hat* prefamus.

Or. im Kgl. St.-A. zu Hannover. Des. 45 Nr. 204a. An Pergamentstreifen Siegelfragment in weissem Wachs, Heiliger mit erhobener Rechten, in der Linken zwei Schlüssel.

1682.

Graf Ludwig von Arnsberg verbündet sich mit dem Erzbischof Siegfried von Köln gegen Bischof Konrad von Osnabrück, Elekt Otto von Paderborn und Edelherrn Simon zur Lippe. 1282 Mai 27.

Gedr. Ennen, Quellen zur Gesch. der Stadt Köln III, 217. Reg. Philippi, Siegener UB. I, 52.

1683.

Edelherr Hoyer von Sternberg verlehnt die Vogtei des Herfordschen Hofes Oldenhervorde an den Ritter Johann von Oldenhervorde. 1282 Juni 10.

Hoyerus comes de Sterrenberg omnibus presens scriptum visuris perhennem rei geste memoriam. Actus hominum perimit successio temporis, si quos non corroborat vox aut stabilitas litterarum. Nosse volumus igitur universos tam presentes quam posteros et nullatenus ignorare, quod nos cum consensu et voluntate benevola nobilis domine uxoris nostre Agnetis, fratre nostro Hinrico Paderburnensis ecclesie

canonico presente et consentiente nec non et heredibus et coheredibus nostris consentientibus, advocatiam ultra curiam Oldenhervorde cum omnibus suis attinentiis Iohanni de Oldenhervorde militi, uxori sue Gůzce et heredibus eorundem contulimus in feodum perpetuo possidendum. In cuius rei testimonium evidens presentis scripti seriem cum nostro et dicte nobilis domine uxoris nostre Agnetis una cum predicti fratris nostri Hinrici Paderburnensis ecclesie canonici sigillis evidentissime fecimus roborari. Testes vero, qui predicte collationi interfuerunt, hii sunt: Iohannes et Rembertus fratres de Busche, Hermannus Gograuius, Albertus de Molendino, Lůdewicus de Westendorpe, Arthus de Brede et Fridericus de Arnholte, milites; Hinricus, Hermannus et Wernherus fratres Gograuii, Reynerus dapifer, Iohannes Gogravius, Gocewinus de Arnholte, Boso, Fridericus fratres et Iohannes dicti de Busche famuli; Volquinus Kretel, Gerhardus de Libbere, tunc temporis magistri consulum Hervordensium, Iohannes de Haghen, Iohonnes de Rodewic, Rotterus de Ouernhem, Conradus Kleycamp, Hartmannus Grubo, Bernhardus Sartor, Theodericus Rufus et Hermannus Cretelinc et alii quam plures, quorum nomina non sunt scripta. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LXX°X secundo, quarto Idus Iunii.

Aus Msc. VII, 3301 f. p. 47 im Kgl. St.-A. Münster nach dem Or. Unter 1282 Juni, 10. Fstabt. Herford, liegt Abschrift eines Auszugs vom Schreiber des obigen Msc. (Storch.) Gedr. Ztschr. f. Niedersachsen, 1858, 100. Reg. Lipp. Regg. I, 250 Nr. 394. Der schon früher vorkommende Kanonikus Heinrich von Sternberg erscheint 1284 Nov. 29 als Propst.

1684.

Hermann und Hildebold Grafen von Pyrmont bekennen, dass ihre Verwandten Wilhelm und sein Sohn Adolf von Holte alle ihre Güter zu Lügde dem Kl. Lahde mit ihrem Konsens verkauft haben. (Dat. Luyde, a. D. millesimo ducentesimo octogesimo secundo, tertio Ydus Iunii.) *Lügde 1282 Juni 11.*

Abschr. in Nr. 1457 Fascikel 32 der Kgl. Bibliothek zu Hannover.

1685.

Bischof Siegfried von Hildesheim ertheilt allen Besuchern der Kirche der Brüder des Predigerordens in Warburg vorbehaltlich der Bestätigung des Bischofs Otto von Paderborn Ablass von 40 Tagen. 1282 Juni 30.

Siffridus Dei gratia Hildensemensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus salutem in omnium salvatore. Licet cunctorum Christi fidelium velimus pro nostris viribus utilitatibus deservire, tamen circa illos desideramus magis benefici inveniri, pro quibus et alcioris allegat necessitas paupertatis et qui vineam Domini Sabaoth imbre predicacionis irrigant et laboribus excolunt indefessis. Cum igitur dilecti filii nostri fratres ordinis Predicatorum, domus Wartbergensis, consecrationem cimiterii sui et altaris unius laborent quamtocius celebrari, nos omnipotentis Dei auctoritate confisi omnibus illuc devote confluentibus in ipso consecrationis die et in anniversario consecrationis XL dies et carenam sub ratihabicione venerabilis domini Ottonis Paderbornensis episcopi indulgemus. Insuper in omnibus sollempnitatibus eorum et festis patronorum et in festivitatibus quatuor beate virginis Marie, in utroque festo beati Dominici, beati Augustini et sancti Petri martiris et in octavis et per octavas predictorum eandem indulgencie graciam elargimur. Concedentes nichilominus hominibus nostre dyocesis illuc devote accedentibus, ut participes sint indulgenciarum, quas venerabiles patres archiepiscopi et episcopi fuerint elargiti. Et quia supradicti fratres conventum novum in loco memorato cupiunt instaurare, eandem indulgenciam concedimus omnibus, qui eis manum porrexerint adiutricem. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XI°I., sabbato ante festum beati Iohannis Baptiste.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 10. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1686.

Gegen den Edelherrn Simon zur Lippe verbündet sich Bischof Everhard von Münster mit Erzbischof Siegfried von Köln; gegen Elekt Otto von Paderborn, Bischof Konrad von Osnabrück und Graf Friedrich von Rietberg will er nichts unternehmen. 1282 Juni 20.

Gedr. Lacomblet, UB. II, 766; Reg. UB. III, 1169 und Lipp. Regg. I, 251 Nr. 395. Zu den Angaben über Ursprung der Fehde in Lipp. Regg. vgl. unten zu 1285 Mai 13.

1687.

Elekt Otto von Paderborn und Kanonikus Otto der Domkirche daselbst Mitsiegler in Urk. Friedrichs von Rietberg für Benninghausen. 1282 Juni.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Benninghausen Nr. 40.

1688.

Graf Otto von Everstein, Bernhard von Brakel und ihre Bundesgenossen bei der Belagerung Salzkottens versprechen dem Erzbischof Siegfried von Köln in seinem Kriege gegen den Bischof Konrad von Osnabrück, Elekten Otto von Paderborn, Grafen Friedrich von Rietberg und Edelherrn Simon zur Lippe, diesen keine Hülfe leisten zu wollen. 1282 Juli 1.

Gedr. Spilcker, Everstein Nr. 198; Lacomblet UB. II, 767. Reg. Lipp. Regg. I, 251 Nr. 396.

1689.

Die Rathmänner in Nieheim bekunden Güterverkauf an Kl. Hardehausen. 1282 Juli 19.

Universis, ad quorum noticiam hoc scriptum pervenerit, Conradus de Hobrachtessen magister civium, Conradus de Andepe, Volquinus pistor, Arnoldus Slichtinc, Iohannes Schillinc, Goswinus de Driburg, Engelhardus pellifex, Wedekindus monachus, Iohannes de Oscintorp, Arturus de Bogenhusen, Hermannus de Bredenborne et Thidericus de Embreke, consules in Nihem, in perpetuum. Cum litterarum auctoritas oblivionis fumum dissolvat et gestorum illuminet veritatem, tenore presencium cupimus declarari, quod Hermannus quondam villicus in Zaddissen cum uxore sua Rickece, Bertoldo et Alheide liberis suis, Hermannus, Henricus, Udo et Godefridus fratres filii dicti villici cum uxoribus et natis suis, Hermannus videlicet cum uxore sua Hildeburge in procreacione carentes liberis, Henricus cum uxore sua Cunegunde et pueris Hildegunde, Metilde, Hadewige, Godefrido et Hartmodo, Udo carens liberis et uxore, Godefridus cum uxore Elizabeth, Hermanno et Thiderico filiis, in nostra presencia constituti universa bona sua in villa et extra villam Zaddissen sita cum omni iure et integritate nichil penitus excludentes religiosis viris domino .. abbati et conventui monasterii in Hersuedehusen pro certa pecunie quantitate unanimiter vendiderunt iure hereditario perpetuo retinenda. Preterea Iohannes et Conradus fratres dicti Hermanni villici cum pueris suis, Iohannes scilicet cum filio suo Hermanno, Conradus cum nato suo Conrado, Hildegundis filia sepedicti villici cum marito suo Henrico cum pueris Hermanno, Henrico et Conrado, Iohannes dictus Nacke, filius Henrici premortui fratris cum predictorum fratrum, videlicet Hermanni villici, Iohannis et Conradi, Hermannus et Lonius fratres cum matre Sophia, filii Iohannis premortui fratris dictorum quatuor fratrum, scilicet Hermanni, Henrici, Udonis et Godefridi, hii, inquam, omnes cum omnibus liberis suis et heredibus una cum venditoribus predictis, quicquid iuris seu gratie videbantur habere in villicatione et bonis memoratis, in manus venerabilis domini Hermanni abbatis, Iohannis dicti Colue et Olrici, monachorum, ac per ipsos in manus tocius conventus concorditer resignarunt, promittentes cum renunciacione totius, si qua eis occasione dictorum bonorum quocunque modo competeret actionis, iustam in omnibus warandiam et debitam se facturos. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostre civitatis fecimus communire. Testes aderant: Bertoldus Somercalf, Bertoldus de Lippia, Burchardus de Holthusen et Albero Cancer, milites, Lutbertus plebanus loci, Hermannus plebanus in Pomissen et Iohannes cappellanus in Sualenberg, Iohannes de

Driburg, Giso de Broicbeke, Thidericus de Nedere, Wernerus Somercalf, Henricus et Godefridus fratres de Heruuordessen et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XI°I., XII°II. Kalendas Augusti.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 230. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Hardehausen war zu Sadessen, einem Dörfchen am Südholze zwischen Nieheim und Merlsheim, begütert. Im J. 1429 gab Abt Hermann von Hardehausen eine Hufe Land vor Nieheim und eine „diekstede vor dem sudholte by unsen hove to Sadessen" *in Meierstatt. Das hier u. in Urk. von Febr. 26* Tadessen *genannte wird ohne Zweifel, worauf auch schon die Zeugen aus der Nähe hinweisen, damit gemeint sein. (Spancken.)*

1690.

Äbtissin Mathilde von Herford trifft Bestimmungen über das Gnadenjahr. Herford 1282 Juli 23.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Mecthildis[1]) Dei gratia Heruordensis ecclesie abbatissa universis presentia visuris iugem habere memoriam rei geste. In nonnullis ecclesiis talis esse dinoscitur consuetudo rationabilis et prescripta, quod prebende decedentium personarum sive beneficia ipsis personis defunctis seu caris eorundem post mortem per annum integrum relinquantur, ut defuncti hominis solvantur debita vel aliud inde fiat ad salutem anime pertinens decedentis. Nos itaque[2]) talium ecclesiarum sequentes vestigia requisito et obtento consensu dominarum tam ecclesie nostre maioris quam etiam assensu dominarum ecclesie conventualis in Monte subiecte nobis deliberatione provida statuimus et ordinamus, ut huiusmodi consuetudo, quam prediximus, perpetuis temporibus observetur in ecclesia de Monte, ut de prebenda morientis per annum unum id fiat, quod magis anime proficiat ad salutem. Item quia frequentius accidere solet, quod puella defuncte succedens in beneficio prebendali per biennium vel amplius ecclesie prefate de Monte propter defectum etatis vel scientie minus utilis esse potest, hoc etiam adicimus huic statuto, quod post mortem cuiuslibet domine migrantis ab hoc seculo secundus annus in tollendis et percipiendis fructibus, quos percipiebat olim persona, dum vixit, ipsi conventui sit concessus, ut iidem fructus in utilitatem totius monasterii convertantur, hac ratione videlicet, ut, si gravari videatur ecclesia in persona forsan minus utili substituta, saltem per retentionem huiusmodi fructuum in altero relevetur. Si tamen hec ratio cessaret omnino, nichilominus secundi anni fructus post mortem sive resignationem cuiuslibet claustralium dominarum propter diversas ecclesie necessitates ad usus eiusdem integraliter reserventur. Ut igitur hoc statutum perpetuis temporibus inviolabiliter observetur, nos ipsum nostro sigillo necnon ecclesiarum utrarumque nobis subiectarum sigillis effecimus communiri. Datum et actum Heruordie, anno Domini M°.C°C.LXX°XI°I[3])., X. Kalendas Augusti.

[1]) Mechthildis *A'*. [2]) igitur *A'*. [3]) secundo *A'*.

Zwei Ausfertigungen (A und A') im Kgl. St.-A. Münster, Herford Stift auf dem Berge Nr. 16. An A an Pergamentstreifen in weissem Wachs platt gedrückt 1) ovales Siegel der Abtissin; 2) u. 3) die runden Siegel der beiden Herforder Konvente, jedes Maria mit dem Kinde. Von zweiter Ausfertigung Siegel der Abtissin ab, die der Konvente beschädigt.

1691.

Edelherr Hoyer von Sternberg giebt die Vogtei über den Herfordischen Hof Libbere *als Lehen an den Ritter Florenz von Quernheim. 1282 Juli 29.*

Hoyerus comes de Sterrenberg omnibus presentia visuris per(hennem) rei geste memoriam. Actus hominum perimit (successio) temporis, si quos non corroborat vox aut stabilitas litterarum. Sciant (igitur) universi tam presentes quam posteri, quod nos cum (consensu et) voluntate benivola nobilis domine uxoris nostre Agnetis, Hinrici fratris nostri et Paderbornensis ecclesie canonici, omnium heredum et coheredum nostrorum, advocatiam ultra curtam Libbere cum omnibus suis attinentiis Florentio de Quernhem militi, uxori sue et omnibus legitimis heredibus eorundem contulimus in feodum perpetuo possidendam. Ut autem hec premissa rata permaneant et inconvulsa, presentis scripti seriem cum

nostri sigilli, predicte nobilis domine uxoris nostre Agnetis, Hinrici fratris nostri predicti Paderburnensis ecclesie canonici et civitatis Heruordensis sigillorum muniminibus roborari fecimus predicto Florentio de Quernhem militi et suis heredibus ad cautelam Testes vero, qui predicte collationi nostre presentes fuerunt, hii sunt: Iohannes de Busche, Hermannus Gograuius, Iohannes de Oldenheruorde, Fridericus de Arnholthe, Arthus de Brede, Ludewicus de Westendorp et Hermannus de Molenbike, milites, Hinricus Gograuius, Wernherus et Hermannus fratres, Gocewinus de Arnholthe, Volmundus de Werninghe, Alradus de Busche, Iohannes de Busche, Volquinus de Linne, famuli; Iohannes de Haghen, Iohannes de Rodewic, Volquinus Kretel, Gerhardus de Libbere, Hinricus de (Bekes)eten, Hinricus de Inferno, Conradus Kleycamp, Bernhardus sartor, Fridericus de Leneghern, Hinricus et Gerhardus fratres dicti de . g . . en, Iohannes de Iolenbike, Conradus de Pedelen, Ludolfus et Iohannes fratres dicti Sluterinc et Robertus, consules et burgenses Heruordenses, et quamplures, quorum nomina non sunt scripta. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LXX°X secundo, quarto Kalendas Augusti.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 70. Nur die geflochtenen rothseidenen Schnüre zu den früher angehängten vier Siegeln sind noch vorhanden. Auf dem Grunde des Hofes Libber *war die Neustadt Herford erbaut. Gedr. Ztschr. f. Niedersachsen, 1850, 101. Reg. Lipp. Regg. I, Nr. 397; Gesch. d. v. d. Bussche Nr. 49.*

1692.

Elekt Otto von Paderborn überlässt dem Kl. Hardehausen zwei Zehnten. Paderborn 1282 August 5.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie electus et confirmatus presentibus protestamur, quod domino abbati et conventui in Herswidehusen propter multa merita et beneficia nobis impensa de consilio et consensu nostri capituli ex speciali gratia dedimus decimam novalium in Dinkelberg et Echene cum proprietate sua iure perpetuo possidendam. Datum Paderborn(e), anno (Domini) M°.C°C.LXX°X secundo, in die beati Dominici confessoris.

Abschr. aus Libri Var. VII, Hardehausen Nr. 49 in der Theodorianischen Bibliothek zu Paderborn. Reg. in Msc. I, 242 p. 27 Nr. 2 im Kgl. St.-A. Münster. Vgl. unten zu 1283 Febr. 5.

1693.

Otto electus et confirmatus Paderbornensis *Zeuge und Mitsiegler in Urk. Konrads v. Rietberg für Kl. Marienfeld. 1282 August 10.*

Gedr. UB. III, 1173.

1694.

Elekt Otto von Paderborn verspricht 40 Tage Ablass allen, welche die Elisabethkirche des deutschen Hauses bei Marburg am Tage der Einweihung und an den folgenden Tagen besuchen. Marburg 1282 August 15.

Wyss, Hess. UB. I, 403 Anm. Or. hat episcopus.

1695.

Pleban Werner, Bürgermeister Heinrich und Rathmänner von Brilon bekunden die Bedingungen, unter denen der auf Veranlassung seines Vaters, des Klerikers Ludolf von Esnethe, ins Kloster Bredelar aufgenommene Ludolf mit Zustimmung seines Bruders, des Mönches Gerhard, aus dem Kl. Bredelar austritt. 1282 August 23.

Or. (beschädigt) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 121. An Pergamentstreifen an zweiter Stelle stark beschädigtes Siegel der Stadt Brilon erhalten; Siegel an erster Stelle sammt Befestigung fehlt. Gedr. Seibertz, UB. I, 400. Darin zu korrigiren S. 487 Z. 2 litteras; *Z. 4* Laycus; peticionem; *S. 488 Z. 12* et annona; *Z. 15 hat Or.* altereutrum; *Z. 17* testimonium; *Z. 18 hat Or.* Bratolomei apostoli; *Z. 20* Iohannes Gudele.

1696.

Kl. Merxhausen verkauft an Kl. Berich zwei Hufen. 1282 August 27.

In nomine Domini amen. Waltherus provisor, . . priorissa totumque collegium ecclesie de Merkershusen, Moguntine dyocesis, nosse cupimus universos presentium inspectores, nos vendidisse ecclesie et conventui de Beriche quosdam duos nostros mansos in Aldendorph sitos cum omnibus eorum pertinentiis, quos iam dudum possedimus, pacifice et quiete proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendos, promittentes eisdem facere de eisdem bonis iustam ac debitam warandiam, ubicunque et quandocunque fuerit oportunum, cum fuerimus requisiti. Ut autem hec robur firmitatis obtineant et permaneant inconvulsa, nostre ecclesie sigillo roboravimus presens scriptum. Acta sunt hec anno gratie Domini millesimo C°C.LXXX°., secundo, VI°. Kalendas Septembris.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen zur Hälfte leidlich erhalten rundes Siegel, Maria mit dem Kinde sitzend, in der Rechten Lilienscepter, darunter die Legende durchbrechend, Brustbild eines Heiligen (Johannes?) mit dem Lamme.

1697.

Otto von Haren verspricht dem Bischof Everhard von Münster bezüglich eines dem Bischof überlassenen Hofes in Rheine Verzichtleistung vor der Äbtissin von Herford. Warendorf 1282 August 28.

Gedr. UB. III, 1178.

1698.

Edelherr Simon zur Lippe verkauft mit Zustimmung des Elekten Otto von Paderborn, seiner Schwester Lyse und seiner Gemahlin Agnes dem Kl. Marienfeld seinen Hof in Harsewinkel. 1282 August.

Gedr. UB. III, 1179. Vgl. unten zu 1289.

1699.

Ritter Hermann von Bischofshausen schenkt an Kl. Netze die Hälfte seines Hofes in Dorf-Itter. Löwenstein 1282 September 27.

Nos Hermannus miles de Bishoffeshusen litteris presentibus recognoscimus et publice protestamur, quod cum consensu fratris nostri Wernheri et Wernheri filii fratris nostri Henrici bone memorie dimidietatem nostre curie in Dorfythere cum universis pertinentiis dedimus et contulimus cenobio sanctimonialium in Nezehe iure proprietatis in perpetuum possidendam. In cuius donationis ac abrenunciacionis evidenciam pleniorem presentem litteram prefato cenobio in Nezehe tradidimus nostrorum sigillorum munimine roboratam. Datum Lewenstein, anno Domini M°.C°C.LXXXII°., proxima die dominica ante festum beati Michahelis.

Or. im Fürstl. Waldeck. Achiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen 1) dreieckiges an den Oberecken abgerundetes Siegel, links schräges Schildeshaupt mit 5 Zacken, darunter liegende Lilie; 2) der obere Theil eines dreieckigen Siegels mit nach rechts aufgerichtetem Löwen, von der Umschrift: Sigillum . . . owensten *erhalten; 3) dreieckiges Siegel mit nach rechts aufgerichtetem gekröntem Löwen. Umschrift:* Sigillum Wernheri de Lewenstein. *(Dasselbe wie das an zweiter Stelle hängende Siegel an der Netzer Urk. von 1289 April 14 und von 1286 Mai 8.)*

1700.

Edelherr Heynemann von Itter bekundet einen Ankauf des Kl. Werbe. 1282 Oktober 1.

Nos Heynemannus nobylis de Yttere omnibus hoc scriptum visuris salutem. Noscant presentes ac posteri, quod Hermannus Hasso de Barstorp et uxor sua Hyldegundis cum suis progenitis Iohanne et Ludolfo, Beatrice et Vrederune, bona sua in Barstorp nostro iudicio sita cum decima et universis suis proventibus conventui Werbensis ecclesie emptionis titulo vendiderunt, priorissa vero et conventus prefato Hermanno et uxori sue iam dicte aream unam cum uno agro temporibus vite sue pro talento cere

contulerunt. In huius rei evidentiam patens scriptum dirigimus sigillo nostro roboratum. Testes vero: dominus Rodolfus de Vohele, Iohannes Rosen cum omnibus civibus in Bar(s)torp. Datum anno M°.C°C°. octogesimo II., in die Remigii.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in dunkelgelbem Wachs plattgedrücktes dreieckiges Siegel mit nach rechts aufgerichtetem Löwen.

1701.

Unargus von Holzheim verzichtet auf seine Ansprüche an Güter des Kl. Hardehausen. Homberg 1282 Oktober 22.

Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod ego Unargus dictus de Holzeim miles una cum Widekindo filio meo ceterisque meis pueris omni actioni seu cause renuncio, quam habere videbar contra ecclesiam in Herswendehusen omniaque bona seu curias ipsi ecclesie attinentes. In cuius facti mei seu meorum puerorum evidenciam presens scriptum predicte dedi ecclesie mei sigilli munimine roboratum. Datum Hoenberg, anno Domini M°.C°C.LXXXI°I., XI°. Kalendas Novembris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 231. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Vgl. oben Nr. 748 und 772.

1702.

Die Edlen Berthold von Büren verkaufen dem Kl. Holthausen ihre Güter in Heddinghausen. Büren 1282 Oktober 23.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Quoniam gesta hominum solent litterarum apicibus eternari, consuetum est ipsa scriptis vel munimine testium roborari. Notum sit igitur tam presentibus quam futuris, quod nos Bertoldus iunior nobilis dominus de Buren et Bertoldus filius noster cum consensu uxoris nostre legitime Ermengardis ac heredum nostrorum bona nostra sita in Hůdinchusen (cum) pascuis, agris, silvis et cum omni fructuum utilitate abbatisse et conventui sanctimonialium ordinis sancti Benedicti iuxta oppidum Buren pro quinquaginta quatuor marcis vendidimus legalium denariorum. Deinde nos eadem bona Domino Ihesu Christo eiusque pie matri Marie gloriose virgini sollempniter obtulimus et iam dicto conventui devote assignavimus libere et quiete perhenniter possidenda, omni iuri nostro et proventui in eisdem bonis hactenus habitis cum heredibus prefatis publice renuntiantes et super hoc emptionis contractu warandiam prestare perpetuo promittentes conventui memorato. Pecuniam vero in emptione eorundem bonorum promissam pro loco et tempore nos ex integro, prout decuit, recepisse manifeste profitemur. Ne autem in posterum hoc factum a nobis vel heredibus nostris, quod absit, aliquatenus possit contra equitatem iustitie retractari, presentem litteram super premissis confectam fecimus conscribi et sigilli nostri munimine roborari. Testes huius rei sunt: Iohannes plebanus in Buren, Ludolfus de Budiken, Bruno de Stenhus, Elfridus de Sidenchusen, sacerdotes, Hermannus Coluo, Volmarus de Brenken, Bernardus de Holthusen, Reinerus de Sinestorp, milites; Heydenricus iudex, Hermannus proconsul, Heydenricus Dives, Hunoldus de Andepen, Iohannes Clieman, Henricus de Rameshusen, Henricus rector scolarum et alii quam plures. Datum Buren, anno Domini M°.C°C.LXX°X secundo, X°. Kalendas Novembris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Holthausen Nr. 5. An rothen Seidenfäden dreieckiges Siegel, wie Westf. Siegel II Taf. XXXVI Nr. 1. Die 3 letzten Zeilen sind auf Linien geschrieben. Hůdinchusen *ist Heddinghausen W. Büren.*

1703.

Der Dechant (Heinrich) von Höxter überträgt dem Propste der Gokirche die vom Papste erhaltene Kommission zur Entscheidung eines Streits zwischen dem Dompropst Heinrich und verschiedenen Laien und dem Pfarrer in Driburg. Höxter 1282 November 8.

Dei gratia decanus Huxariensis, Paderbornensis dyocesis, iudex unicus a sede apostolica constitutus dilecto in Christo honorabili viro . . preposito rurensis ecclesie Paderbornensis civitatis salutem et

sinceram in Domino karitatem. Cum dominus papa commiserit nobis causam, que vertitur inter honorabilem virum dominum Henricum prepositum Paderbornensem ex parte una et Henricum de Gummere militem, Gotscalcum filium suum et Gotscalcum rectorem ecclesie in Driborg ac alios laycos Coloniensis[1]) ac Paderbornensis dyocesum ex parte altera et non possumus cognitioni ipsius cause interesse variis negociis prepediti, ipsam discretioni vestre ac cognitioni, quousque eam ad nos revocare duxerimus, committimus vobis mandantes auctoritate apostolica nobis iniuncta, quatinus partibus convocatis ipsam causam sive causas audiatis, et prout vobis mandatum extitit, ipsas fine debito terminetis. Datum in Huxaria, anno Domini M°.C°C°.LXX°X secundo, in octava omnium sanctorum.

[1]) Colloniensis *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fst. Paderborn Nr. 297. An Pergamentstreifen kleines spitzovales Siegel in gelbem Wachs, stehende Figur an einem Altar, worauf ein Kelch. Umschrift: S. Henrici decani Nove Ecclesie.

1704.

Elekt Otto von Paderborn bekundet die Resignation und Zustimmung zu dem Verkauf des halben Zehnten in Husen an Stift Busdorf seitens Hermanns, Ritter Ludolf Marschalls Sohn.
Warburg 1282 November 9.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie electus et confirmatus notum facimus et presentibus publice protestamur, quod in presencia nostra constitutus Hermannus filius Ludolfi militis marscalci nostri medietatem decime in Husen cum suis pertinenciis sive ius, quod in eadem habebat, in manus nostras libere resignavit, consentiens vendicioni eiusdem, sicut capitulo ecclesie beati Petri Paderbornensis dinoscitur esse facta. Actum et datum in castro Wartberg, anno Domini M°.C°C.LXX°XII., quinto Ydus Novembris, presentibus Ludolfo comite de Dasle, Bernhar(do) de Braclo milite, Ecberto dicto Speghel officiato nostro, Henrico thesaurario dicte ecclesie sancti Petri et aliis quam pluribus testibus ad hoc rogatis.

Or. (stark abgeblättert) im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 36. Siegel von dem von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen abgefallen. Vergl. Nr. 1602 und 1704 und 1717.

1705.

Propst Heinrich von Marsberg überlässt einem Briloner Bürger den Hof zu Hoyenhusen *gegen jährliche Zahlung von 6 Solidi und unter der Bedingung in Erbpacht, dass er dem Propst mit einem Gefolge von 4 Personen und 4 Pferden jährlich einmal in Brilon gastliche Aufnahme gewähre.*
1282 November 11.

. . . Huic ordinationi persone nostre congregationis adstantes assenserunt, scilicet Albertus de Glindengere, Ludolphus de Capella, Iohannes de Lippia, Rotgerus, Ludolfus de Muli(nc)h(usen)[1]), Richardus, Hermannus de Weslere, Conradus de Landesberg, Sygenandus et magister Her(mannus) prebendarius; laicis presentibus: Henrico Morel iudice, Iohanne de Bilinghusen proconsule, Henrico de Vesperde, Conrado de Klinge, Io(h)anne de Ouerenkercke, Bartoldo Nathan[2]), Hermanno de Esbike, Diderico iuniore de Oddenhusen, Io(h)anne Hassone, Wecelo Eyliconis[3]), Stephano et Io(h)anne fratribus et Henrico Hauesaldi consulibus, item Henrico de Capella, Hart., Alberto pistore, Henrico fabro de Volckmarsen, Hart. Longo de Klenenberg[4]) et aliis burgensibus Montis Martis, item Io(h)anne Sapiente et Io(h)anne de Byie[5]), civibus Brilonensibus.

[1]) *Abschr.* Muli *mit einem* h *ähnlichen Zeichen für Abkürzung. Druck* Mulis. [2]) *Abschr.* Gathan, *so auch Druck.* [3]) Cyliconick *Abschr., so auch Druck.* [4]) Kleuenberg *Abschr., auch Druck.* [5]) *Druck* Byre, *Abschr. eher wie oben; ob statt Bigge?*

Aus Msc. VII, 5723 fol. 353, aus dem auch Seibertz, UB. I, 402 seinen Text nahm, der mit Ausnahme der obigen Namen korrekt ist.

Lipp. Landesbibliothek

1706.

Erzbischof Siegfried von Köln, vom Römischen Stuhle zum Konservator der Privilegien des Predigerordens in Deutschland bestellt, trägt dem Dechanten von St. Patroklus in Soest und dem Propst von Lippoldsberg auf, das Haus jenes Ordens in Warburg gegen Angriffe zu schützen und namentlich die dortige Weltgeistlichkeit wegen der jenen Brüdern angethanen Schmähungen zur Rechenschaft zu ziehen. 1282 November 16.

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, dilectis in Christo . . decano sancti Patrocli in Susato Coloniensis et . . preposito in Lippoldesberge sanctimonialium, ordinis sancti Benedicti, Maguntine dyocesis, salutem in Domino sempiternam. Cum simus a sede sancte Romane ecclesie conservator privilegiorum fratrum ordinis Predicatorum per Theutoniam constituti et pertransire non debeamus, ut Deo digni fratres predicti contra ius et privilegia ipsa a quoquam quomodolibet molestentur, et per gravem fratrum eiusdem ordinis in Wartberg, dyocesis Paderburnensis, per manus . . prioris provincialis eorum ex parte fratrum ipsius ordinis in dicto opido Wartberg domum sui ordinis construencium, iuxta quod eis ius publicum tribuit pariter et privatum, accepimus hanc querelam, quod quedam tam ecclesiastice quam seculares persone non recte sencientes eosdem fratres et eorum fautores et benefactores iniuriis diversis et molestiis, ut a loco disturbentur, in quo satagunt ad datam sibi gratiam ad tenorem iuris ac privilegiorum a sancta Romana sede sibi indultorum Domino studiosius famulari, contra indulta ipsa eos non mediocriter molestarunt et molestant, ostendentes per hoc de se ipsis, quod non multum ad sedem apostolicam habeant devocionis et modicum ad dictos fratres et eorum ordinem gratie vel favoris. Cum igitur talia nullatenus preterire valeamus, vobis auctoritate, qua in conservacione privilegiorum memoratorum fungimur, et sub pena suspensionis et excommunicationis sententie late in hiis scriptis districte precipimus et mandamus, quatenus ad requisitionem fratrum eorundem ambo vel alter ex vobis in hoc usus hac auctoritate in solidum vel per presenciam personalem vel per vestras litteras dilectos in Christo . . electum et capitulum Paderburnenses et alios prelatos et clericos dicte dyocesis caritative monere curetis, ut proprie honestati et dictorum fratrum paci et quieti intendentes, eos non solum non molestent, immo eciam non permittant ab aliis molestari, ne per cohercionem nobis a dicta sede commissam compellamur eisdem fratribus et eorum ordini super hoc aliter providere. Preterea moneatis specialiter et nominatim Iohannem rectorem parrochialis ecclesie in Wartberg sancti Petri, Arnoldum capellanum, Sifridum rectorem scolarum ipsius et Ottonem rectorem parrochialis ecclesie sancte Marie in Wartberg, ut ipsi de iniuriis, conviciis et contumeliis, quas dicuntur dictis fratribus et per eos eorum ordini intulisse, satisfacere procurent infra quindecim dies post vestram monicionem et de cetero ab eorundem fratrum molestiis penitus conquiescant, alioquin citetis eosdem peremptorie ad terminum competentem, ut coram nobis compareant Colonie vel nostro officiali, cui, si presentes non fuerimus, in hoc committimus vices nostras, facturi et recepturi super hiis et aliis dicta privilegia et conservacionem nobis commissam contingentibus, quod ius dictabit, intimantes eisdem, quod, sive venerint sive non, nos vel dictus officialis noster nichilominus, quod iustum fuerit, faciemus, diem vero citacionis et, quid super hiis feceritis, nobis vestris patentibus litteris rescribentes. Datum XVI. Kalendas Decembris, anno Domini M°.C°C.LXX°X secundo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 11. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1707.

Elekt Otto von Paderborn ertheilt der Stadt Nieheim verschiedene Rechte. Paderborn 1282 November 23.

Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie electus universis hoc scriptum visuris notum facimus et recognoscimus protestando, quod nos de consensu capituli nostri et ministerialium nostrorum oppidanis nostris in Nihem ius dedimus subnotatum, videlicet quod dictum oppidum libertavimus, ita quod possunt recipere in cives quoslibet homines, dummodo nobis, canonicis, claustris, ecclesiis nostre diocesis et

ministerialibus seu castellanis nostris non pertineant. Item iudicem concivem oppidanorum statuimus, qui iudicabit de excessibus citra penam ultimi supplicii, et emendarum huiusmodi excessuum recipiemus partem tertiam, et duas partes recipient oppidani, et si emende ad quatuor solidos se extenderint, hec inter nos et oppidanos equaliter dividetur. Si vero homicidium in oppido contingat et homicida profugus fiat, heredes ipsius legitimi bona sua retinebunt, dummodo homicida de bonis huiusmodi nullum emolumentum habeat seu promotionem. Si vero homicida ultimo supplicio delictum suum luat, heredes sui legitimi bona ipsius libere retinebunt. Item si [1]) aliquis paupertate pressus de oppido predicto cesserit, bona, si qua dimiserit, inter creditores cedentis pro rata secundum quantitatem debiti dividentur. Item si aliquis in dicto oppido decesserit, liberi vel cognati, secundum quod proximiores infra oppidum fuerint, defuncti recipient bona seu hereditatem, que herwede dicitur sive gerade; sed si infra oppidum consanguinei non fuerint habitantes, consanguinei extra oppidum admittentur iure suo. Si vero advena fuerit, bona ipsius ad annum et diem integrum integra per iudicem et consules servabuntur; et si nullus heres verus infra dictum tempus venerit, bona huiusmodi nostra erunt. Item novale, quod Stock dicitur, quodque[2]) predecessor et avunculus noster ipsis oppidanis dederat, damus eisdem ad emendationem oppidi memorati. Item bona oppidanorum, que weichbilde dicuntur, sicut hactenus habuerunt infra oppidum et extra, pratis, sylvis, aquis, campis, pascuis possidebuntur ab eisdem libere et quiete. Item erunt liberi a thelonei datione infra nostros terminos et erunt infra oppidum absque iudicio advocati. Item si arbitrati fuerint aliquid[3]) in rem propriam ad utilitatem oppidi sine preiudicio iuris nostri, illud equanimiter toleramus. In cuius rei testimonium presens scriptum eisdem oppidanis dedimus nostro sigillo roboratum. Et nos prepositus, decanus et capitulum Paderbornense sigillum apposuimus nostrum in testimonium predictorum. Datum Paderborne, anno millesimo ducentesimo octuagesimo secundo, ipso die Clementis.

[1]) *Fehlt C.* [2]) sedusque *B.* [3]) *Fehlt C.*

Drei Abschriften saec. XVII (B, C, D) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 298. In B, Transsumpt der Bischöfe Dietrich und Ferdinand I. wird gesagt, dass das Or. an pergament, schrift undt siegel ettewas mangelhaft worden. *Gedr. Schaten, Annal. Pad. ad annum 1280. Stadtrecht hatte nach Nr. 1282 Nieheim von Bischof Bernhard IV. schon erhalten; die Urk. ist verloren.*

1708.

Ein Herforder Meier muss gerichtlich die Hörigkeit seiner verstorbenen Frau und ihrer Kinder anerkennen und ihre Erbschaft an das Herforder Stiftskapitel herausgeben. Herford 1282 November 24.

Nos Mechthildis Dei gratia Heruordensis ecclesie abbatissa nosse cupimus universos, quod, cum Gerburgis uxor Conradi villici de Dibroke defuncta fuisset, Alheydis preposita, Sophya decana et capitulum ecclesie nostre dicentes ipsam feminam servilis conditionis fuisse sibique pertinere et, quod esset de villicatione Adelhardinctorpe, hereditatem ipsius petebant et coram nobis instanter in iudicio requirebant, Conradus autem maritus eiusdem aliquamdiu se defendens ministerialem illam fuisse nostre ecclesie affirmabat. Victus autem rationibus contra ipsum propositis gratie capituli se subiecit, dans hereditatem petitam ab ipso et recognoscens tam prefatam feminam quam eius filios et filias et posteritatem suam tamquam servos proprios et ancillas capitulo nostro ratione predicte villicationis, cuius membra sunt homines huiusmodi, pertinere. Acta sunt hec Heruordie, anno Domini M°.C°C.LXX°X secundo, in vigilia beate Katerine virginis et martiris; presentibus hiis testibus: Hermanno de Elmelo, Arnoldo, Theoderico, Seghenando, magistro Seghenando, sacerdotibus; Hermanno seniore, Hermanno iuniore Gograuiis, Reynhardo de Ekesne, Iohanne de Oldenheruorde, Friderico de Arnholte, militibus; Hinrico, Wernhero, Hermanno fratribus Gograuiis, Gocewino de Arnholthe, Alberto de Osedhe, Iohanne de Haghen, Conrado de Adelhardinctorpe, villico de Bekeseten, Gerhardo de Hec, Richardo Coco et aliis quam pluribus, quorum nomina non sunt scripta.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 71. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Auf der Rückseite von Hand s. XVI. Ad primum hebdomadarium betreft das eigenthumb des meierhofes zu Diebrock.

1709.

Gottschalk von Padberg bekundet Legat des Ritters Ulrich von Westheim und eigene Schenkung an Kl. Bredelar. 1282 November 25.

Ego Godescalcus miles dominus castri in Padberg ad noticiam omnium tenore presentium cupio pervenire protestando, quod Olricus miles dictus de Westhem quasdam domunculas cum areis suis in Eynimuden sitas cum omni integritati et annuali censu cum voluntate uxoris sue domine Adelen et filiorum suorum meo pleno consensu monasterio et conventui in Breydelare, ubi sepulturam elegit et sepultus est, legavit et contulit pro salute anime sue perpetuo possidendas. Et ego quidem, quicquid iuris vel proprietatis in eisdem domibus habere cognoscebar, ut predicti Olrici memoria et carorum meorum ibi sepultorum iugiter habeatur, contuli monasterio memorato. De redditibus vero et utilitate, que de prefatis domibus pervenire poterit, in die anniversarii dicti Olrici conventui consolatio procurabitur absque ulla occasione, ut sic per singulos annos ante vigiliam beati Andree memoriter celebretur. Et ut nulla antiquitas temporum huius donationis oblivionem inducere valeat vel aliquam molestiam vel iniuriam, sepe dictus conventus postmodum sustineat presens scriptum cum subscriptis testibus sigilli mei munimine et appensione etiam sigilli Stephani militis de Horhusen duxi firmiter roborandum. Testes huius facti sunt: Iohannes de Brobike, Ludolfus de Dalwich, Raueno, Conradus frater eius de Papenhem, milites; Conradus de Horhusen, Fredericus patruus ipsius, Giselbertus et alii quam plures. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LXX°X secundo, VII. Kalendas Decembris, in crastino Katerine virginis et martyris, cum idem Olricus feliciter in Domino requievit.

Or. im Kgl. St.-A. Münster. Kl. Bredelar Nr. 120. An Pergamentstreifen Bruchstücke vom Siegel 1) G.'s v. Padberg; 2) Stephans von Horhusen.

1710.

Propst Heinrich von Lippoldsberg theilt dem Elekten Otto von Paderborn das Schreiben des Erzbischofs Siegfried von Köln in Betreff der Brüder des Predigerordens in Warburg vom 16. Nov. mit und bittet um Ausführung des Mandates. Lippoldsberg 1282 Dezember 5.

Venerabili ac reverendo domino Ottoni electo Paderbornensi Henricus prepositus in Lippoldesberch, Moguntine dyocesis, quicquid poterit reverentie, obsequii et honoris. Vestram cupimus reverentiam non latere nos litteras venerabilis archiepiscopi Coloniensis in forma, que subiecta est, de verbo ad verbum eatenus recepisse: *Folgt das Schreiben Erzbischofs Siegfried von Köln an den Dechanten von St. Patroklus in Soest und den Propst in Lippoldsberg vom 16. Nov. 1282. (Nr. 1706.)* Quia autem hoc mandatum cum ratione reverentie sedis apostolice tum ratione pene in mandato nobis intente pretermittere nullatenus valeamus, rogamus sup(p)liciter, hortamur et monemus, quia personaliter adesse non possumus, quod tamen vestre reverentie deberi connoscimus, prout in forma mandati expressum est, vestra benigna paternitas ob percipiendum amplius bravium vite eterne ac ob reverentiam sedis apostolice hec eadem liquido studeat adimplere. Datum Lippoldesberch, Nonis Decembris. In huius rei testimonium sigillum nostrum duxi presentibus apponendum[1]).

[1]) *Dieser Satz von anderer Hand.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkloster Warburg Nr. 12. Ursprünglich als geschlossener Brief intendirt, wie Faltung, Schnitte und die Rückschrift von der Hand des Schreibers der Urkunde: Venerabili domino electo Paderbornensi, *beweisen. Als nachher die Siegel (des Propstes u. des Konventes (?), denn zwei Pergamentstreifen hängen an) angefügt wurden, wurde auch obiger Besiegelungsvermerk geschrieben. Die Schnitte für die Streifen gehen durch die Schrift. Von der Hand des Schreibers dieses Briefes auch inhaltlich vollständig und zum grössten Theil auch wörtlich übereinstimmend Schreiben des Propstes Heinrich vom selben Datum an:* Honorabilibus ac reverendis in Christo domino Wernhero decano totique capitulo Paderbornensis ecclesie. *(Dominikanerkl. Warburg Nr. 13.) An Pergamentstreifen verletztes kleines ovales Siegel des Propstes, Brustbild Marias mit dem Kinde.*

1711.

Elekt Otto von Paderborn verleiht allen zum Bau der Kirche des Kl. Brenkhausen Beitragenden Ablass von 40 Tagen, und bestätigt zugleich die von andern Bischöfen jener Kirche ertheilten Indulgenzen. Paderborn 1282 Dezember 10.

O(tto) Dei gratia Paderbornensis electus universis Christi fidelibus salutem in omnium salvatore. Cupientes ad opera pietatis fideles quoslibet invitare, omnibus, qui de bonis sibi a Deo collatis ad fabricam in Beringehusen manum porrexerint adiutricem, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli confisi suffragiis, dummodo contriti fuerint et confessi, XL dies de iniunctis penitenciis misericorditer relaxamus. Ceterum indulgentias ab archiepiscopis et episcopis benefactoribus dicti cenobii indultas, ut ipsis proficiant ad salutem, ratas habemus et presentibus confirmamus. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXX°XI°I., feria quinta post Nicolay.

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1712.

Erzbischof Heinrich von Trier verleiht allen an näher bestimmten Tagen die Kirche der Brüder des Predigerordens zu Warburg Besuchenden 40 Tage Ablass. 1282.

Henricus Dei gratia Treuerensis archiepiscopus omnibus sancte matris ecclesie filiis presens scriptum intuentibus salutem in omnium salvatore. Verbi dominici memores gratis impendere debemus, quod gratis dinoscimur accepisse. Sane considerantes viros religiosos fratres Predicatores in Wartberch demorantes sibi et cunctis fidelibus utiliter Domino famulari, volumus de omnipotentis Dei misericordia ob dictorum fratrum solatium pro devotione plebis excitanda, qua fiant memoratis fratribus compassivi, dicte eorum habitationi aliquid impetiri gratie spiritalis. Omnibus igitur festis beate virginis et in octavis eorum, festis dedicationis ecclesie ac altarium eiusdem et per octavas sed et etiam festis beati Dominici, beati Petri martiris, beati Augustini ac patronorum ecclesie fratrum memoratorum et in octavis eorundem, universis, qui devotionis gratia accesserint[1]), verum etiam quicumque ad structuram sive ad sustentationem fratrum manum porrexerint adiutricem, XL dies de coniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XI°I.

[1]) *Or.* accessint.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 9. Das an Pergamentstreifen angehängte spitzovale Siegel des Erzbischofs in rothem Wachs ist nur in oberer Hälfte erhalten.

1713.

Abt Berthold und Kl. Bredelar bekunden Legat des Ludolf von Dalwigk. 1282.

Frater Bertoldus dictus abbas totusque conventus in Breydelare, ordinis Cysterciensis, universis presentes litteras inspecturis et audituris salutem in Domino sempiternam. Res geste et maxime, que pro salute defunctorum ordinantur, ne a memoriis hominum elabantur[1]), scriptis utiliter commendantur. Ad noticiam igitur tam presentium quam futurorum volumus pervenire, quod Ludolfus miles dictus de Dalwich salutari devotione et benignitate inductus curtem in Esbike sitam cum ipsa proprietate et redditibus et omnibus suis pertinentiis cum consensu filii sui Iohannis nobis et nostre ecclesie legavit favorabiliter perpetuo possidenda sperans et supplicans, ut memoria sui et patris sui Elgeri militis necnon et matris sue, Gertrudis quoque uxoris sue necnon et Adelheydis filie sue defunctarum, quarum corpora in nostro cymiterio[2]) sepulta feliciter requiescunt, sempiterna apud nos memoria habeatur et singulis annis omnium predictorum in die sancte Margarete virginis in vigiliis et missis cum pia devotione dies anniversarius fideliter peragatur et de redditibus supradicte curtis simul collectis consolatio conventui sine diminutione eadem die integraliter ministretur necnon pro aliqua utilitate seu necessitate in aliquos usus monasterii convertantur. Si autem, quod absit, alicuius auctoritate vel consilio predicti redditus ad alios usus fuerint deputati et statutum irritum factum fuerit, approbatione omnium nostro-

rum a nostro consortio alienatos esse volumus et omnium sanctorum indignationem petimus incurrisse. Et ne antiquitas temporis oblivionem aliquam inducere valeat constitutionem predicti anniversarii, presentes litteras sigillo nostre ecclesie in testimonium perpetuum duximus roborandas. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X secundo.

[1]) *Or.* elabentur. [2]) *Or.* cymterio.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 119. An Pergamentstreifen spitzovales Siegel des Abts Berthold.

1714.

Den Verkauf des Hofes Heiringhof (bei Oelde) an Kl. Marienfeld seitens des Grafen Otto von Ravensberg bezeugen u. a. Heinricus Stenhus, Bernhardus Thop, militaris condicionis, Levoldus, Hermannus et Iohannes de Guterslo, Iohannes Scolmester, burgenses in Byleuelde. Heinricus Stenhus iudex, Leuoldus magister consulum in Byleuelde *bekunden Verzichtleistung des bisherigen Lehnsinhabers. 1282.*

Gedr. UB. III, 1195 und 1196.

1715.

Abt Lippold und Kl. auf dem Werder zu Minden bekunden Verzichtleistung des Hermann von Kalldorf und der Frau seines Sohnes zu Gunsten des Kl. Vlotho. 1282.

Lippoldus Dei gratia abbas in Insula, ordinis beati Benedicti, Arnoldus prior totusque eiusdem loci conventus omnibus presens scriptum visuris et audituris salutem in vero salutari. Quoniam ea, que geruntur in tempore, transeunt cum tempore, necesse est hominum acta munimine preservari. Hinc est, quod notum esse volumus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod dominus Hermannus dictus de Kallendorpe cum omnibus filiis suis et iustis heredibus, quidquid iuris habebant vel habere poterant in villa Rodincktorppe et indagine Hemmingksiegk, (scilicet in) agris, cultis et incultis, silvis, pascuis, aquis, piscariis, in manus nostras resignarunt plene et totaliter. Gerdrudis quoque uxor Iordani filii sui usum fructum, quod in vulgari dicitur lifftucht, eorundem bonorum nobis cum bona voluntate resignavit. Nos vero dicta bona cum omnibus supradictis attinentiis domine abbatisse in Vlothow et conventui suo iure, quod vulgariter dicitur pachtguit, ex voluntate libera et communi consensu contulimus possidenda, tali conditione, quod quarta decima die post Michaelis anno quolibet dabunt nobis marcam unam et decem et octo denarios gravis monete in perpetuam pensionem. Ut autem hec rata permaneant et inconvulsa, presentem paginam sigillo nostro et nostri[1]) conventus, sigillo quoque domini advocati nostri diligenter fecimus communiri. Acta sunt etiam presentibus domini advocato nostro et universis castellanis in Vlothowe: Fra(n)cone de Tithem[2]), Godfrido Quernem, Ludingero de Barleve, Herberto Diabolo, Hermanno de Lerbecke, Wedekindo de Slow, Godscalco de Kallendorpe, Iohanne de Sedinckworden[3]) et aliis quam pluribus, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo.

[1]) *Abschr.* nostro. [2]) *Ob statt* Francone de Dehem? *Vorher geht ein undeutliches Wort.* [3]) *Statt* Serinckworden?

Aus dem Kop. Wend p. 57 im Fürstl. Lipp. Archiv in Detmold. Rodincktorppe = *Röntrup und* Hemmingsiegk *im Kspl. Talle, Amt Hohenhausen im Lippischen. Vgl. Ztschr. XXXVIII, 2, 33. Reg. Lipp. Regg. I, 252 Nr. 398.*

1716.

Graf Otto von Everstein erklärt sich zum Lehensmann des Erzbischofs Siegfried von Köln, der ihm dafür 200 Mark verspricht und bis zu deren Auszahlung 20 Mark Rente zu Salzkotten anweist. Nach Anweisung des Geldes wird er ein Allod dafür kaufen und dieses vom Erzbischof zu Lehen nehmen. Ausserdem verspricht er dem Erzbischof und dem Marschall von Westfalen stete Hülfe. Soest (1282) 1283 Januar 3.

Gedr. Spilcker, Everstein, UB. Nr. 194; Lacomblet, UB. II, 776.

1717.

Elekt Otto von Paderborn bekundet Resignation und Zustimmung zum Verkauf des halben Zehnten in Husen an Stift Busdorf seitens Goswins, Ritter Ludolf Marschall's Sohn. Lippstadt 1283 Januar 24.

Nos Otto Dei gratia Paderburnensis ecclesie electus et confirmatus notum facimus et presentibus publice protestamur, quod in presentia nostra constitutus Gocwinus filius Ludolfi militis marscalci nostri medietatem decime in Husen et omne ius, quod sibi in eadem competere poterat, in manus nostras libere resignavit, vendicioni eiusdem decime decano et capitulo ecclesie beatorum Petri et Andree Paderburnensi facte consentiens et ratam habens eandem, sicut confectis super hoc in litteris continetur. Actum et datum Lippie, presentibus Ottone camerario et canonico ecclesie nostre, nobili viro Hermanno de Oseden, Conrado de Etlen, Willelmo de Vernede, militibus, Iohanne camerario nostro, Henrico dicto Raneti, Gunthero, Henrico de Berestrate, Hermanno Brewe, Bernhardo coco nostro, Richardo, Iohanne de Suthem, Adam de Holthem et aliis quam pluribus testibus ad hoc rogatis, anno Domini M°.C°G.LXX°XII°I., IX. Kalendas Februarii.

Aus Msc. I, 121 fol. 131 (B) und I, 123 fol. 31v (C) im Kgl. St.-A. Münster. Vgl. Nr. 1602 u. 1704.

1718.

Papst Martin IV. verwirft in drei gleichlautenden Schreiben an Elekt Heinrich von Corvey, Prior und Konvent und an die Vasallen der Corveyer Kirche die schon dem Papste Gregor X. präsentirte Postulation des Elekten und ernennt ihn sodann zum Abt. Orvieto 1283 Januar 29.

Gedr. UB. V, 734.

1719.

Elekt Otto von Paderborn schenkt dem Kl. Hardehausen zwei Neubruch Zehnten. 1283 Februar 5.

Otto Dei gratia Paderbornensis electus universis hoc scriptum visuris salutem in dominorum Domino Ihesu Christo. Cum hiis ad graciosi favoris benevolenciam pre ceteris teneamur, qui estu mundane sollicitudinis remoto sub religiose solitudinis umbra cupiunt respirare, tenore presencium volumus declarari, quod decimam novalium decime in Dinkelburg et Echgene pertinencium dilectis nobis in Christo abbati et conventui monasterii in Hersuedehusen, quos et racione veteris earundem villarum decime dictorum novalium decime ius sive perceptio contingit, de communi nostri capituli consensu et voluntate donavimus et donamus integraliter in hiis scriptis iure perpetuo possidendam, super quo presens scriptum nostro nostrique capituli sigillis duximus roborandum. Nos vero Henricus prepositus, Wernerus decanus, Hermannus scolasticus, Reimboldus thesaurarius et capitulum predicti omnia superius expressa recognoscimus esse vera. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X tercio, Nonas Februarii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 233. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Wohl so zu datiren trotz des einfachen electus *und* Nonas, *da* tercio *durch zwei Striche von* Nonas *getrennt ist.*

1720.

Graf Otto v. Waldeck bekundet Ankauf eines Zehntenantheils durch Kl. Berich. 1283 Februar 5.

In nomine Domini amen. Nos Otto comes in Waldecken recognoscimus publice per presentes notum omnibus faciendo, quod Thidericus de Wagenbach miles cum consensu Beatricis uxoris sue et Theoderici, Mechtildis et Cunegundis liberorum suorum matura prehabita deliberatione terciam partem decime in Aldendorph iuxta Nouum Castrum ecclesie in Bercha pro iusto precio, videlicet XXIIII marcis denariorum gravium, vendidit perpetuo possidendam. Renunciaverunt etiam miles et uxor eius et liberi eorundem prelibati ceterique heredes ipsorum omni iuri, quod ipsis in decima pretacta conpetere videbatur pure, libere et expresse. Testes autem huius contractus sunt isti: Volpertus plebanus de Rizenhan, Arnoldus de Paderborn miles; Ludewicus de Vennhe, Albertus de Glasewalt, Conradus de Clingen, famuli; Thitmarus magister burgensium in Wildungen, Gumpertus de Kregense, Gumpertus ante valvam,

Bertoldus et Conradus filii Thiderici Ceci, Ludolfus et Thitmarus carnifex et alii fide digni. Ad maiorem itaque huius facti evidenciam, nos presens scriptum inde confectum sigilli nostri appensione duximus roborandum. Actum et datum anno Domini M°.C°C.LXX°XII°I., in die Agathe virginis.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen kleiner Rest dreieckigen Siegels mit der untern Hälfte eines achtstrahligen Sterns. Gedr. Varnhagen, Grundlage, UB. Nr. 52.

1721.

Elekt Otto v. Paderborn übereignet dem Kl. Amelunxborn den Zehnten in Haversförde. 1283 Februar 9.

Otto Dei gratia Paderbornensis electus universis presens scriptum inspecturis in omnium salvatore salutem. Ex iniuncto nobis prelationis officio illorum necessitatibus subvenire tenemur, qui se omnipotentis Dei servicio manciparunt. Hinc est, quod tenore presencium protestamur, quod dilectis nobis in Christo viris religiosis abbati et conventui monasterii in Amelungesborn proprietatem decime in Haversvorde accedente capituli nostri consensu et voluntate donavimus et donamus in hiis scriptis perpetuo possidendam, sperantes ex hoc de meritorum qualitate orationum suarum patrocinio adiuvari. In cuius donationis robur hoc scriptum nostro sigillo fecimus communiri. Nos vero Henricus prepositus, Wernerus decanus, Hermannus scolasticus, Reymboldus thesaurarius et capitulum predicti cum sigilli nostri appensione premissa recognoscimus esse vera. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XII°I., V°. Idus Februarii.

Nach dem Amelunxborner Kopiar II fol. 48 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

1722.

Ritter Dietrich von Mederike schenkt dem Kl. Volkhardinghausen eine jährliche Einnahme von einem Malter Roggen. 1283 Februar 15.

Nos Theodericus miles et filii mei Theodericus et Heinricus dicti de Mederike et coheredes nostri universi omnibus hanc paginam intuentibus salutem in Domino sempiternam. Noverint universi et singuli, quod nos ex instinctu spiritus sancti pure propter Deum et remedio parentum nostrorum contulimus ecclesie in Volchardinghusen ad supplementum[1]) prebendarum earum unum maldrum siliginis de manso ante curiam lapideam in festo Michahelis singulis annis perpetuo permanendum. Ne vero tam salutaris donatio per aliquem infringi valeat, nostro sigillo presentes litteras communimus. Testes huius rei sunt: Hermannus eiusdem ville plebanus, Conradus plebanus in Wettere, Helwicus Sculthetі, Hermannus Comes, Albertus iudex de Brunhersen, Theodericus in eadem villa, Ditherus faber, Conradus pistor ecclesie nostre et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec anno incarnationis Domini M°.C°C.LXX°XII°I., in crastino Valentini martyris.

[1]) suplem. *Or.*

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen ganz unkenntliches dreieckiges Siegel.

1723.

Edelherr Heinrich von Homburg verkauft mit verschiedenen Mitgliedern seines Geschlechts ein Gut an Kl. Kemnade. 1283 Februar 23.

Heinricus Dei gratia nobilis dictus de Homborigh omnibus presentem paginam inspeciuris salutem in omnium salutari. Quoniam labilis — memorie commendare. Noverint igitur presentes pariter et futuri, quod nos cum consensu heredum nostrorum, videlicet filiorum nostrorum, Iohannis militis et Bodonis, et cognati nostri Bodonis dicti de Homburgh suorumque liberorum, mansum nostrum situm in villa, que vocatur Perdestorph, cuius ad nos etiam proprietas pertinebat, ecclesie Kaminatensi pro quindecim marcis Lemegoensis monete vendidimus cum ipsa proprietate, immo cum omni iure tam in silvis quam in pascuis perpetuo possidendum. Ad auferendum itaque posteris nostris et heredibus totius[1]) ambiguitatis scrupulum presens scriptum sigillorum nostrorum appensione, scilicet nostri et filii nostri Iohannis militis necnon Bodonis nostri consanguinei et testium firmamento, qui nostre venditioni

astiterunt, cum fieret, fecimus communiri. Hii autem sunt: dominus Otto tunc temporis prefate ecclesie prepositus, Hermannus, Gerhardus, Iohannes, sacerdotes; Iohannes de Vrencke dictus, Theodericus dictus Steincop et alii fide digni. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXX°XII°I., VI. Kalendas Marcii.

[1]) *Folgt überflüssig* que.

Aus Msc. I, 139 fol. 206. Vgl. folg. Nr. Perdestorp *jetzt Pegestorf an der Weser S. von Bodenwerder. Reg. Dürre, Homburg Nr. 129 in Ztschr. f. Niedersachsen 1880, 51.*

1724.

Propst Otto von Kemnade bekundet, dass der Pfarrer Hermann Neuhaus von Hameln im Kloster Kemnade seine Memorie durch Schenkung eines Guts begründet hat. O. J. (Um 1283 Februar.)

Nos Otto Dei gratia prepositus, Margaretha priorissa, totumque collegium sanctimonialium in Caminatis universis notum facimus in his scriptis et futuris, quod dominus Hermannus sacerdos de Hamelen, dictus de Noua Domo, unum mansum situm in Perdestorp unamque aream ibidem ecclesie nostre pro anime sue remedio comparavit pro quatuordecim talentis a nobili viro domino Henrico de Homborch milite strenuo et honesto sub his conditionibus et condictis, quod ipse Hermannus redditus predicti mansi et aree vite temporibus sue tollat, verum cum idem Her(mannus) carnis solverit debitum universe, redditus de manso et area iam premissis ex tunc cedent perpetuo dominabus ad cervisiam caritatis, ut memoria sui singulis annis, occurente anniversarii sui die, hoc in loco celebrius peragatur. In cuius facti notitiam pleniorem presens scriptum sigillis prepositi domini Ottonis, qui tunc fuit et capitu(li)[1]) duximus roborandum.

[1]) in capitulum *Abschr. in I, 139.*

Aus Msc. VII, 5206 p. 5 I, 139 p. 205 und II, 112 p. 46 im Kgl. St.-A. Münster. Vgl. vor. Nr.

1725.

Zwei Konventualinnen von Kemnade überweisen die Einkünfte einer von ihnen angekauften Stelle im Dorfe Kemnade ihrem Kloster zum Besten der Krankenpflege. (Um 1283 Februar.)

Nos Helinburgis dicta de Noua Ecclesia et Alheidis dicta de Iburg, Caminatenses sanctimoniales licet indigne, omnibus hanc litteram inspecturis notum esse cupimus, quod nos divine retributionis intuitu quinque marcis multo sudore conquisitis aream quandam in villa Kaminatensi sitam comparavimus, que singulis annis duodecim solidos[1]) legalium denariorum persolvet, quos etiam ex permissione et benedictione domini abbatis Corbeiensis et consensu domini prepositi ad curam infirmorum adhibendam contulimus. Huius rei testes sunt: dominus Otto, ecclesie nostre prepositus, Hermannus, Thidericus, Ioannes, conversi, totusque conventus. Sed ut hec litera robur habeat ad favorem nostrum, capitulum nostrum suo sigillo eam communivit.

[1]) solidis *Abschr.*

Aus Msc. I, 139 p. 538 im Kgl. St.-A. Münster. Helinburgis gehört ohne Zweifel dem in der Nähe der Stadt Brakel sesshaften Geschlechte Nigenkerken an, wovon Knappe Everhard nach ungedr. Urk. von 1311 (Orig. im Stadtarchiv zu Brakel) Schenkung an das dortige Hospital machte, der auch in Falkenhagener Urk. von 1295 Sept. 30. (Lipp. Reg. I, Nr. 451) als Zeuge vorkömmt. Zwei desselben Namens auch Lacomblet, UB. III, S. 600.

1726.

Dompropst Heinrich von Paderborn stiftet beim Domkapitel seine und seiner Eltern Memorie durch Schenkung seines Hofs Balhorn. 1283 März 3.

Henricus Dei gratia prepositus Paderbornensis ecclesie universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem et geste rei cognoscere veritatem. Quoniam dicit auctoritas, quod sanctum et salubre est, pro defunctis exorare et pro ipsis pias elemosinas elargiri, ut a peccatis solvantur, nos eadem auctoritate confisi, divina nobis gratia persuadente, parentum nostrorum et nostram memoriam in

ecclesia Paderbornensi ordinavimus et per hoc scriptum constituimus perpetualiter peragendam. Dedimus itaque capitulo dicte ecclesie ad hoc faciendum curiam nostram Balhorne nostris bonis comparatam, et de consensu domini nostri Ottonis electi et confirmati transtulimus ipsam curiam cum suis iuribus et attinentiis in dictum capitulum perpetuo possidendam, de qua Hermannus clericus noster et cappellanus sancte Brigide, cui ipsam curiam una cum capitulo nostro commisimus, quoad vixerit, providendam, dabit annuatim pridie Kalendas Februarii, hoc est instante die beate Brigide oblationem panis et cervisie cum ipsorum attinentiis sub ea forma et ordinatione, qua datur de Vilse oblatio Bernhardi episcopi, et dictus Hermannus temporibus vite sue redditus dicte curie in ipsa curia vel in aliis bonis in tribus moltris annone emendabit pro sua etiam memoria perpetuo peragenda, ut de ipsis a successoribus suis, quicunque fuerint, pro tempore due oblationes secundum ordinationem supradictam perpetuo persolvantur, prima in die predicto et alia in octava sancte Brigide ab eo, qui pro tempore fuerit dicte curie obedientiarius seu provisor. Ut etiam hoc factum nostrum perpetualiter maneat inconvulsum, presens scriptum ex approbatione et consensu domini nostri electi predicti, qui ipsius curie proprietatem capitulo tradidit, sigillo ipsius domini electi et capituli predicti simul cum nostro extitit sigillatum in plenam evidentiam predictorum. Actum et datum anno Domini M°.C°C°.LXX°X tercio, II°I. Nonas Marcii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 299. An Pergamentstreifen gut erhaltene Siegel des Elekten, des Domkapitels und spitzovales des Dompropstes, grosse schlanke Gestalt mit Palme und Buch; Umschrift: Henricus Dei gratia prepositus maioris ecclesie Paderbornensis *(wie Westf. Siegel III Taf. 132 Nr. 6). Die päpstliche Bestätigung der Schenkung erfolgte 1284 April 22; vgl. u. Balhorn bei Paderborn, wo noch heute das Balhorner Feld. Vgl. Giefers, Paderborn und seine Feldmark in Beiträgen zur Gesch. Westfalens S. 27. Auf der Rückseite der Urkunde steht von Hand s. XVII (Grothues?):* Littera Henrici de Buren prepositi Paderbornensis (is fuit ab anno Domini 1245 usque ad ann. Dom. 1283) donantis capitulo Paderbornensi pro sua memoria curiam in Balhorne suo aere comparatam. *Die Bemerkung ist insofern entschieden unrichtig, als bis zu seiner Absetzung 1275 urkundlich Graf Heinrich von Schwalenberg Dompropst zu Paderborn war, dann folgte Otto von Rietberg, der spätere Bischof. Nach diesem erscheint zwar wieder bis 1295 ein Henricus als Dompropst; doch ist es zweifelhaft, ob derselbe der Familie von Büren angehörte. Es kommt zwar in Urk. von 1298 bis 1315 ein* Henricus nobilis de Buren *vor, er wird aber 1298 noch* domicellus *genannt, eine Benennung, die zu einem Dompropst nicht passt. Vermuthlich hat eine Verwechselung mit dem Dompropst Heinrich von Büren aus dem Ende des 14. Jahrh. die Versalbemerkung veranlasst.*

1727.

Bischof Volrad von Halberstadt fordert zu milden Gaben für das Hospital S. Spiritus auf, das seinen Kirchhof erweitern und seine Gebäude vergrössern will, indem er die von Päpsten und Bischöfen, worunter dominus Otto Paderburnensis episcopus, *gewährten Indulgenzen aufzählt und wie diese selbst 40 Tage Ablass bewilligt. Halberstadt 1283 März 15.*

Gedr. Schmidt, UB. der Stadt Halberstadt I, 179 mit der Notiz, dass der obenerwähnte Ablassbrief des Paderborner Bischofs nicht erhalten sei.

1728.

Die Grafen Ludwig von Everstein resigniren dem Erzbischof von Mainz zwei Hufen in Scherfede zu Gunsten des Kl. Hardehausen. 1283 März 22.

Magnifico principi et domino suo iure honorando sancte Maguntine sedis archiepiscopo sacri imperii per Germaniam archicancellario L(udowicus) et L(udowicus) comites de Euerstein cum debita fidelitate obsequium in omnibus semper perpetuum. Dominacioni vestre duos mansos cum suis atti-

nenciis in villa Scherue sitos, quos de vestra benignitate in pheodo tenuimus ea condicione, ut eorundem mansorum proprietatem conferre dignemini, resignamus. Eapropter vestram serenitatem omni, qua condecet, precum instantia duximus exorandam, quatinus pro cultu divini nominis ampliando et ordinis reverencia ipsam proprietatem religiosis viris domino .. abbati et conventui monasterii in Hersuedehusen, Cisterciensis ordinis, Paderbornensis diocesis, quibus et predicta bona spe mercedis eterne assignavimus, condonetis. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X tercio, X°I. Kalendas Aprilis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 234. An Pergamentstreifen Fragmente zweier Siegel, in deren jedem ein aufgerichteter Löwe. Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 201.

1729.

Die Grafen Ludwig von Everstein versprechen dem Kl. Hardehausen, dass ihre Söhne den Verkauf von Gütern in Scherfede genehmigen sollen. 1283 März 26.

Nos Lodewicus et filius noster Lodewicus comites de Everstein recognoscimus et hoc scripto publice protestamur nos religiosis viris domino .. abbati et conventui monasterii in Hersuedehusen fideliter promisisse, quod Albertus et Otto et eorum heredes, si quos habuerint, vendicionem bonorum nostrorum in Scherue sitorum, quam eisdem abbati et conventui, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur, legitime fecimus ab hoc die infra annum continue subsequentem nobis effitientibus per modum renuntiationis ratam habebunt inviolabiliter servaturi. Et Lodowicus filius Lodowici nati nostri predicti, quam cito ad annos discretionis pervenerit, omni actioni, si qua ei occasione iuris vel gratie competere videretur, renunitiabit contradictione qualibet amputata. (Si quid) itaque in hiis vel horum quolibet, sive per Albertum et Ottonem filios nostros predictos, seu per puerum L(udowicum) superius expressum retardatum fuerit vel neglectum, id nos statim, postquam moniti fuerimus, supplere debere promisimus et promittimus firmiter in his scriptis promissione huiusmodi nostrorum sigillorum robore stabilita. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X tertio, crastino annuntiationis beate virginis Marie.

Nach Abschr. Spilckers in dessen Handschriften Bd. 17 S. 31. in Bibl. d. histor. Ver. f. Niedersachsen in Hannover. Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 200 (mit falsch aufgelöstem Datum).

1730.

Propst Berthold von Busdorf und Paderborner Kanoniker bekunden, dass Bernhard, Sohn des Hermann von Ösede auf seine Rechte an Güter in Balhorn verzichtet hat. Paderborn 1283 März 26.

... Testes rogati aderant subnotati: Bernhardus de Brakele miles, Ecbertus quondam prepositus sancti Odelrici, Ludolfus vicarius ecclesie sancti Petri, Hermannus de Amerunghen, Suederus de Elsen, Nycolaus de Tule, Iohannes dictus Mas, Andreas de Sola Domo et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 37. Treppenartig aufsteigend an von der Urk. selbst abgeschnittenem Pergamentstreifen an zweiter Stelle der obere Theil eines dreieckigen Siegels mit Löwen, an dritter Stelle verletztes spitzovales kleines Siegel, in dessen oberer Hälfte Brustbild mit Stab und aufgerichteter Hand, darunter knieende Gestalt, noch erhalten; 1, 4, 5 ganz abgefallen. Gedr. Asseb. UB. I, 423.

1731.

Papst Martin IV. beauftragt Elekt Otto von Paderborn, für die Wiederaufnahme des aus Kloster Helmarshausen ausgewiesenen Mönchs Theodorich zu sorgen. Orvieto 1283 April 1.

Gedr. UB. V, 735. Otto wird episcopus *genannt.*

1732.

Elekt Otto von Paderborn bestätigt dem Dechanten und Kapitel von Busdorf die in Balhorn angekauften und vom Edelherrn Hermann von Ösede geschenkten Güter. Paderborn 1283 April 1.

Universis hoc scriptum visuris Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie electus et confirmatus cognoscere veritatem. Cum Hermannus nobilis de Osede de consensu et voluntate liberorum et heredum

suorum, quicquid iuris in bonis Balhorne sitis, que dilecti in Christo decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Paderbornensis ab Yshero filio Henrici dicti Dukere civis Paderbornensis, accedente consensu et voluntate uxoris et coheredum ipsius Ysheri, emptionis tytulo compararunt, beato Petro ac eisdem .. decano et capitulo libere contulerit et donarit, nos huiusmodi collationem seu donationem de consensu et voluntate capituli nostri ratificantes et approbantes, proprietatem eorundem bonorum, que ad nos et ecclesiam Paderbornensem de iure hactenus pertinebat, predictis .. decano et capitulo nichilominus libere conferimus et donamus, et dominium in eosdem transferimus in hiis scriptis. In cuius rei testimonium et perpetuum munimen presens scriptum sepedictis .. decano et capitulo dedimus sigilli nostri munimine roboratum. Nos vero . . prepositus, . . decanus et capitulum Paderbornense sigillum ecclesie nostre huic scripto apposuimus in signum nostri consensus et testimonium predictorum. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXX°X tertio, Kalendis Aprilis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 32. An gelbweissen seidenen Fäden 1) das verletzte ovale Elektensiegel Ottos; 2) an rothweissen seidenen Fäden in braunem Wachs die Hälfte des Kapitelssiegels.

1733.

Propst Berthold und Kapitel von Busdorf urkunden über Stiftung ihres Vikars Ludolf. Paderborn 1283 April 4.

Nos Dei gratia Bertoldus prepositus, Albero decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Paderbornensis tenore presentium recognoscimus protestando, quod Ludolfus vicarius ecclesie nostre curiam suam claustralem, quam cum nostro consilio emit et edificavit propriis denariis et expensis[1]) post mortem suam et Bertradis matris sue et non prius vicariis ecclesie nostre, prout in litteris super hoc confectis expressum est, assumendis legavit et donavit perpetuis temporibus possidendam. Idem tamen Ludolfus liberam et plenam potestatem sibi retinuit eandem curiam vendendi, si et quando volet uni tamen concanonicorum nostrorum, qui eam emere voluerit, precio pro (?) maiori. Si vero dictus Ludolfus vel sua mater ipsam curiam personaliter inhabitare noluerint, concedimus et consentimus, quod locent eam et committant, quam diu vixerint, quibus volunt. Preterea vicarii ecclesie nostre, qui futuri pro tempore fuerint, medietatem fructuum bonorum in Balhorne, quam predictus Ludolfus et sua mater pecunia sua compararunt et habebunt, quoad vixerint, singulis annis in perpetuum percipient, et in die anniversario ipsius Ludolfi et sue matris predicte simul post mortem ipsorum eodem die in nostro conventu[2]) agendo ovilegium de hiisdem bonis dabunt annuatim, sicut in anniversario Bertoldi quondam nostri decani beate memorie in nostra regula scriptum extat, si quoque sepe dicto Ludolfo premortuo mater sua superstes exstiterit, medietatem predictorum bonorum cum uno vicario assumendo tollet et simul ovilegium ministrabunt. In quorum ratihabitionem et evidentiam hoc scriptum sigillo ecclesie nostre fecimus perhennari. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XII°I., pridie Nonas Aprilis.

[1]) exspensis *Or.* [2]) conventi *Or.*

Or. (abgeblättert) im Besitz des Alterthumsvereins in Paderborn. An Pergamentstreifen unkenntliche Reste des Siegels. Vgl. Nr. 1592 und 1730.

1734.

Pfarrer Werner, Bürgermeister und Rathmänner von Brilon bekunden, dass Schwicker (von Brilon), Schwickers Sohn, die von seinem Grossvater dem Kl. Bredelar gemachte Schenkung eines Gutes in Thülen bestätigt habe, unter der Bedingung, dass davon an die Kl. Flechtorf und Küstelberg und an den Pleban in Brilon jährlich 12 Denare gezahlt werden. 1283 April 14.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 122. An weissen geflochtenen Schnüren unkenntliche Reste vom Siegel des Pfarrers; das Briloner Stadtsiegel, wie Westf. Siegel II Taf. 66 Nr. 1. Gedr. Seibertz, UB. I, 407. Zu korrigiren Z. 1. Wer(n)herus.

1735.

Graf Albert von Everstein bestätigt den Verkauf zweier Hufen in Scherfede seitens seines Vaters und Bruders an Kl. Hardehausen. Holzminden 1283 April 14.

Nos Albertus filius Ludewici comes de Euersten tenore presentium protestamur, quod venditionem duorum mansorum in villa Scherue sitorum cum omnibus suis iuribus et attinentiis religiosis viris domino .. abbati et conventui in Herswidehusen per dilectum dominum et patrem et Ludewicum fratrem nostrum rite factam accedente uxoris et heredum nostrorum consensu ratam et acceptam habemus, resignantes eosdem mansos cum suis pertinentiis in manus venerabilis domini Moguntinensis archiepiscopi, a quo et ipsos iure tenuimus pheodali. In cuius ratihabitionis munimen hoc scriptum nostro sigillo duximus roborandum. Testes aderant: dominus Henricus, Conradus milites dicti de Euersten, Hermannus frater eorundem, Burchardus de Valebroch, Conradus de Paderborne, Henricus, Erpo et Florentius fratres dicti Rebocke. Actum et inchoatum per religiosos viros dominum Fridericum camerarium in Amelungesborne, Amelungum priorem, Rodolfum et Iohannem monachos in Herswidehusen et consummatum per eosdem. Datum Holtesminne, anno Domini M°.C°C.LXX°XII°I., XVIII. Kalendas Maii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 235. Siegel sammt Befestigung ab. Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 204. Vgl. Nr. 1729.

1736.

Bischof Asser von Wexiö (in Gothland) ertheilt allen, die zum Bau des Hauses des Predigerordens in Warburg beisteuern und an bestimmten Tagen die dortige Kirche besuchen, Ablass von 40 Tagen. Lübeck 1283 April 26.

Asserus Dei gratia Vexoniensis episcopus omnibus hanc litteram inspecturis salutem in omnium salutari. Quoniam pietas valet ad omnia, eius, que nunc vite est, promissionem habens pariter et future, ea propter eis, qui magis operi pio inserviunt, per ipsos, qui presunt, est pietas inpendenda. Cum igitur fratres ordinis fratrum Predicatorum, qui vineam domini Sabaoth verbo ac opere excolunt indefesse, nichil habeant, nisi quod fidelium eis pietas elargitur et novum conventum sui ordinis receperint in Wartberch, dyocesis Paderburnensis, ac pro domo inibi construenda gratia egeant ampliori, pie ipsis conpaciendo, omnibus qui fratribus dicte domus pro ipsorum necessitatibus sive pro domus constructione manum porrexerint adiutricem, sub ratihabitione metropolitani sive dyocesani XL dies indulgencie et karenam de Dei omnipotentis confisi misericordia condonamus. Hanc ipsam indulgenciam hiis conferimus, qui devotionis gratia locum ipsorum visitaverint in die consecrationis ecclesie, altarium, cimiterii ac in anniversariis eorundem, in IIII sollempnitatibus beate Marie virginis, in utroque festo beati Pauli apostoli, in festo beati Petri martiris, in utroque festo beati Dominici, in festo beati Augustini et in festis XI millium virginum, Marie Magdalene et Katerine ac per omnes octavas omnium predictorum. Insuper in nostris subditis illuc accessuris ratificamus omnes indulgencias, quas venerabiles archiepiscopi ac episcopi fuerunt elargiti. In huius concessionis testimonium nostrum sigillum duximus presentibus apponendum. Datum Lubeke, anno Domini M°.C°C.LXX°XII°I., V°I. Kalendas Maii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 16. Siegel des Bischofs vom Pergamentstreifen ab.

1737.

Bürgermeister und Rath zu Corbach bekunden, dass der Pfarrer Konrad zu Goddelsheim den Zehnten zu Braunsen dem Kl. Volkhardinghausen resignirt habe. Corbach 1283 April 30.

Nos Conradus de Rekerinchusen proconsul in Corbike et Iohannes Surdus, Henricus Sporro, Heinemannus de Wernsdorp ceterique consules ibidem presenti scripto protestamur, quod constitutus in presentia nostra dominus Conradus plebanus in Godelevesheim decimam in Brunhardessen in manus domini prepositi ac sanctimonialium ceterique conventus in Volchardinghusen simpliciter resignavit, eos efficiens veros eiusdem decime in fructu quolibet possessores, ea tamen adiecta condicione, ut singulis

annis, quamdiu idem dominus Conradus vixerit, omnes proventus eiusdem decime adiecta minuta decima sibi debeant in civitate Corbike vel Volcmarsen presentare. Similiter quandocunque eandem decimam cuipiam hominum locare decreverint, hoc fieri debet predicto domino C(onrado) vel suo nuncio mediante. Insuper adiectum est, ut post obitum sepedicti domini C(onradi) dimidia pars sepedicte decime in usum sanctimonialium tantum et cetera medietas in usum conventus totius ac prepositi cedere debet, excepto hoc solo, quod domine Ermedrudi moniali ibidem filie eiusdem domini C(onradi), quamdiu vixerit, singulis annis de sepedicta decima dabitur unum maldrum siliginis et unum maldrum avene. Hanc vero ordinationem approbamus et confirmamus sigillo nostre civitatis appenso. Datum Corbike, anno Domini M°.C°C. octogesimo tertio, pridie Kalendas Maii.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen das grosse runde Corbacher Stadtsiegel, wie Westf. Siegel II Taf. 78 Nr. 3. Ueber verschiedene Deutungen des Siegelbildes (H. Kilian oder Bischof über die Hälfte des Waldecker Sterns) vgl. Westf. Sieg. II S. 19.

1738.

Das Fritzlarer Kapitel urkundet über eine Einnahme aus drei von Kl. Berich gekauften Hufen in Mandern. 1283 Mai 1.

Nos Remboldus decanus et capitulum ecclesie Fritslariensis tenore presentium recognoscimus litterarum, quod de tribus mansis sitis in Manderen, quos olim bone memorie Henricus de Kerstenlingenrode ecclesie nostre decanus a priorissa Iutta et conventu monasterii de Beriche emptionis titulo comparavit in stipendium vicarii seu ministri altaris beate Marie Magdalene in nostra ecclesia constituti, tria moldra siliginis et totidem avene bone annone una cum Reinhero iam nunc ipsius altaris vicario seu ministro acceptavimus singulis annis ante crastinum beati Michahelis integre persolvenda, predicta annone summa perpetuo volentes esse contenti, si priorissa et conventus predicti et succedentes eis monasterii sui persone seu moniales seu conversi condiciones huiusmodi servaverint, que super solutione dicte annone in ipsorum litteris plenius continentur. Testes: dominus Guntherus cantor, G(odefridus) de Wettere, Elgerus, Hemeradus, Hermannus de Groninge, Fritslariensis ecclesie canonici, et Henricus dictus Vingerhot et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XII°I., in die beatorum apostolorum Philippi et Iacobi.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1739.

Die Grafen Hermann, Hildebold und Konrad von Pyrmont schenken Besitz in Holzhausen *an Kl. Falkenhagen. Lügde 1283 Mai 27.*

Cum ea, que sub tempore aguntur, ne cum lapsu temporis dilabantur, scripturarum memorie sunt tradenda, igitur nos Hermannus, Hyldeboldus et Conradus nobiles comites de Perremunt presentibus firmiter protestamur ex communi consensu, libero arbitrio moti, proprietatem mansi cuiusdam siti apud Holthosen villam parrochie Luthe attinentem principaliter propter Deum et ob salutem animarum nostrarum cenobio sanctimonialium in Valkenhagen perpetuo condonasse. Ut autem hec ipsi cenobio rata et inconvulsa permaneant, fecimus presencia sigillorum nostrorum munimine roborari. Presentes huic dationi dilecti consanguinei nostri nobiles comites fratres Adolfus et Albertus de Svalenberg, dominus Winandus plebanus de Odestorp et dominus Siffridus vicarius in Ludhe, Euerhardus cappellanus ibidem, Bernhardus miles dictus Kanna, Henricus miles dictus Rufus, Iohan Sculrogge, Albertus Westfal, Iohan de Hiuckenhusen, Iordan de Oldendorp et alii quam plures probi viri fide digni. Datum et actum Ludhe, anno Domini M°.C°C.LXX°XII°I., ipso die ascensionis[1]) Domini.

[1]) ascentionis *Or.*

Or. im Besitz des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 21. An vom Pergament der Urk. eingeschnittenen Streifen 1) grosses rundes gemeinschaftliches Siegel der beiden Brüder Hermann und Hildebold, aber unrichtig, den Abdruck nach rückwärts und die Schildspitze nach oben, angehängt; 2) dreieckiges Siegel des Grafen Konrad. Reg. Lipp. Regg. I, 252 Nr. 399.

1740.

Äbtissin Gisla und Kl. Brenkhausen verkaufen der Stadt Höxter den Hof vor der Höxterschen Brücke. 1283 Juni 5.

Gysla Dei gratia abbatissa totusque conventus ecclesie in Beringhosen omnibus presens scriptum visuris salutem in Domino. Noverint presentes et posteri, quod nos unanimi consensu ac bono inductu, cum ad opus misericordie et pietatis requirebatur, curiam nostram sitam ultra pontem Huxariensem vendidimus consulibus eiusdem civitatis, pro qua nobis promiserunt singulis annis de ipsorum consilio infra vel extra muros Huxarienses novem solidorum gravium redditus, ubi nobis magis expedire videbitur, conparandos. Pro hiis autem novem solidorum gravium redditibus posuerunt nobis Conradum dictum Beseworm, Nicolaum de Luchteringen, Hermannum Rodolfi et Ludolfum suum fratrem fideiussores infra tres annos proximos aut citius conparandis. Porro quam diu predicti consules hos novem solidorum gravium redditus nobis non conparaverint, seu, ut est premissum, in possessionem nostram non demonstraverint, extunc semper nobis quolibet anno de eadem curia novem solidos graves erogare tenebuntur nomine pensionis. In cuius rei evidens testimonium sepedictis consulibus presentem litteram conscribi fecimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X tercio, vigilia pentecostes.

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer in Corvey. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Sollte diese Kurie über — von Brenkhausen aus jenseits — der Brücke, nicht von jenem domus s. Egidii ultra pontem Huxarie *(oben Nr. 234) herrühren, auch in Urk. von 1287 Oktober 18 als* curtis *erwähnt, wohin die Cistercienserinnen von Ottbergen kamen, bevor ihnen Brenkhausen angewiesen wurde, und über deren weiteren Verbleib nichts anderes bekannt ist?*

1741.

Der frühere Villicus Gottschalk von (Neuen-)Beken verkauft sein Recht an diesem Amte dem Elekten Otto für 120 Mark und erhält bis zur Zahlung den zu diesem Amte gehörigen Hof Selininchosen *und drei Hufen zu Benhausen als Unterpfand. 1283 Juni 5.*

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis electus notum facimus et presentibus publice protestamur, quod Godescalcus quondam villicus noster in Bekene omne ius suum, quod in eadem habebat villicatione, accedente consensu heredum suorum pro centum et viginti marcis denariorum legalium vendidit nobis, tradidit et in manus nostras libere resignavit. Qua resignacione facta nos de consensu et assensu honorabilium virorum decani et capituli ecclesie nostre in restaurum dicte pecunie curtem in Selininchosen et tres mansos in Bennenhosen sitos ad prefatam villicationem Bekene pertinentes in pratis, pascuis, silvis, cespitibus et aliis pertinenciis, iuribus et proventibus simul cum iure advocatie porreximus eidem G(odescalco) et suis heredibus libere possidenda, donec per nos vel nostros successores dicta pecunia eidem G(odescalco) vel suis heredibus fuerit plenarie persoluta. Et tunc dicta bona ad nos cum integritate qualibet revertentur. Et ego G(odescalcus) recognosco omnia predicta esse vera, et quia sigillo non utor, petivi nomine meo sigillum capituli Paderbornensis apponi presentibus in testimonium premissorum. Et nos decanus et capitulum Paderbornense ad peticionem dicti G(odescalci) et heredum suorum sigillum capituli nostri una cum sigillo venerabilis domini nostri O(ttonis) electi Paderbornensis in signum consensus et ratihabicionis duximus presentibus apponendum. Datum feria ante penthecosten, anno Domini M°.C°C.LXX°XII°I.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 300. Die Siegel des Elekten und des Domkapitels hängen ziemlich gut erhalten an weissen Zwirnfäden. Selininchosen, *später* Selinchusen *und* Selinksen *genannt, lag nordwestlich von Neuenbeken und nördlich von Benhausen, unweit der Quelle des Rothe-Baches. Die ehemalige Feldmark dieses Dorfes, bekannt unter dem Namen Sesker Bruch, ist vor c. 20 Jahren seitens der Stadt Paderborn an H. v. Köppen verkauft, der dort ein neues Landgut gegründet hat. (Spancken.) Vergl. Giefers Paderborn u. s. Feldmark in Beitr. z. Gesch. Westf. S. 29.*

1742.

Die Edelherrn Berthold von Büren übertragen dem Burchard von der Asseburg Güter in Hadeburgehusen. *1283 Juni 7.*

Gedr. Asseb. UB. II, 542. Hadeburgehusen, *nach Rückschrift saec. XV* Hadeburgechusen, *ist nicht zu verwechseln mit* Hadeberninchusen, *worüber Ztschr. XXXVII, 2, 175 u. XXXVIII, 2, 137. Das Geschlecht von Brobeck, auf der Burg Brobeck im Waldeckischen an der Orpe sesshaft, war mit vielen Besitzungen in der Nähe dieser Burg von der Abtei Corveg belehnt, u. a. auch mit Gütern zu* Hadeborgeshusen *(Wigand, Archiv VI S. 396). Hiernach und nach Massgabe der Urk. von 1250 (oben Nr. 426) hat diese Ansiedlung zwischen dem Gute Billinghausen und dem Dorfe Hesperinghausen im Fürstth. Waldeck gelegen. (Spancken.)*

1743.

Graf Ludwig von Everstein bestätigt dem Kl. Hardehausen gegen Empfang einer Mark einen Zins von 18 Denaren. 1283 Juni 9.

Nos Lodewicus filius Lodewici comitis de Euerstein recognoscimus per presentes, quod censum decem et octo denariorum, quos habuimus in casis, religiosis viris domino .. abbati et conventui in Hersuedehusen cum duobus mansis in antea venditis eisdem de novo recepta marca denariorum vendidimus sub testimonio presentium litterarum. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X tercio, V. Idus Iunii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 236. An Pergamentstreifen kleiner Rest eines dreieckigen Siegels mit dem Löwen in gelbem Wachs. Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 205.

1744.

Graf Otto v. Waldeck verkauft an Abt Heinrich und Kl. Marienmünster die Vogtei zu Bodele *bei Volkmarsen. 1283 Juni 9.*

In nomine Domini amen. Otto comes de Waldecg[1]) universis hoc scriptum visuris pacem in eo, cuius pax exsuperat[2]) omnem sensum. Quoniam generatio preterit et resurgit stante veridico preteritorum testimonio litterarum, tenore presentium ad cunctorum noticiam cupimus pervenire, quod nos religiosis viris domino Henrico abbati et conventui in Monasterio, ordinis sancti Benedicti, Paderbornensis[3]) diocesis, ac per eos ipsi monasterio advocatiam bonorum in Bodele ipsis ab antiquo pertinentium iuxta opidum Volcmerssen[4]) sitorum cum eorum locatione et conducentium amotione pro quinquaginta marcis Sosati legalium denariorum nobis traditis integraliter et solutis, accedente uxoris nostre, Adolfi et Godefridi fratrum nostrorum consilio et consensu cum omni utilitate et iure, quo nostri progenitores eam iuste et pacifice et nos possedimus, vendidimus[5]) in usus suos, prout decreverint et sibi expedire viderint convertendam, transferentes eiusdem advocatie, locationis et locati revocationis proprietatem et dominium ad eosdem. In cuius venditionis perpetuam firmitatem iustam et debitam warandiam, quam dictis abbati et conventui contra quoslibet prestare tenemur, presens scriptum dilectorum consanguineorum nostrorum, Adolfi et Alberti comitum de Swalenberg[6]) et nostro sigillis munitum eis duximus contradendum. Testes aderant: dominus Conradus in Corbeke plebanus et Heinemannus[7]) de Ittere consanguineus[8]) noster, Iohannes de Broicbeke, Arnoldus de Paderborne, Bernardus et Elengerus fratres de Dalewic, Theodericus de Engerste et Lippoldus Holtgreve, milites; Giso et Godescalcus

fratres de Broicbeke, Godescalcus de Molhusen et Albertus Dickebeir et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XII°I., quinto Idus Iunii.

[1]) Waldeccke *C.* [2]) exuperat *B.* [3]) Paterb. *C.* [4]) Volcmersen *C.* [5]) vendimus *C.* [6]) Swalenberch *C.* [7]) Henemannus *B*, Heitemannus *C.* [8]) sanguineus *C.*

Aus Msc. I, 129 fol. 39 (B), I, 131 fol. 27 (C) und VII 4512 p. 73 (D) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 184.

1745.

Bischof Volquin von Minden gewährt dem Kl. Falkenhagen Ablass. Minden 1283 Juni 15.

Volquinus Dei gratia Mindensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in dominorum Domino Dei filio Iesu Christo. Licet is, de cuius munere — invitat. Hinc est, quod nos ob dilectionem dilecte nobis in Ghristo domine C. abbatisse in Valkenhagen omnibus vere penitentibus et confessis, qui dilectis nobis in Christo sanctimonialibus eiusdem loci, grisei ordinis, Paderbornensis diocesis, ad ipsarum inopiam sublevandam manum porrexerint adiutricem, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius ac ea, quam nobis licet indignis Deus contulit, auctoritate confisi XL dierum indulgentiam et integram karenam accedente consensu venerabilis domini episcopi Paderbornensis in nomine Domini misericorditer relaxamus. Datum Minde, anno Domini M°.C°C.LXX°XII°I., ipso die beati Viti martiris.

Or. im Fürstl. Lippischen Archiv zu Detmold. Siegel vom Pergamentstreifen abhängend. Reg. Lipp. Regg. I, 253 Nr. 400.

1746.

Papst Martin IV. verleiht dem Kl. Corvey das Privileg, dass seine Mönche alle Erbschaften mit Ausnahme der Lehnsgüter antreten können. Orvieto 1283 Juni 16.

Gedr. UB. V, 737. Vgl. Anmerkung daselbst.

1747.

Graf Otto v. Waldeck verkauft dem Abt Heinrich und Kl. Marienmünster alles Recht an der Vogtei in Bodele *und lässt diese Urk. von der Stadt Volkmarsen untersiegeln. 1283 Juni 16.*

Notum sit universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos Otto Dei gratia comes in Waldegge fratrum nostrorum consensu Adolfi videlicet et Godefridi ceterorumque heredum nostrorum pleno favore vendidimus domino Henrico abbati ecclesie Monasteriensis iuxta dominium Sualenberg siti totique capitulo iamdicte ecclesie omne ius sive dominium, quod habuimus in bonis in Bodele iuxta oppidum Volcmersen sitis, ratione advocatie, locationis, institutionis aut destitutionis sive eciam racione qualicunque pro quinquaginta marcis Sosatiensis monete perpetuis temporibus ab omni exactionis iugo libere possidendum. Preterea ad maiorem predictorum evidentiam et firmitatem potiorem a providis viris consulibus in Volcmersen hiis nominibus expressis: Eggehardo, Thiderrico filio Thetheri(ci), Wiperto, Th(eoderico) de Mengerinchusen, H. dicto Iocundo, H. de Berendorp, H. de Brune, Io(hanne) de Riuo, H. dicto Bibulo, H. de Elsingen, H. de Hemedessen, impetravimus presenti scripto sui sigillum oppidi munimen apponi. Datum anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo octogesimo tercio, in crastino sancti Viti martiris.

Aus Msc. I, 129 fol. 39 (B) und VII, 4512 p. 74 (C). Reg. Ztschr. XLVI, 2, 184.

1748.

Graf Otto von Waldeck urkundet über den Verkauf der Vogtei in Bodele *an Abt Heinrich und Kl. Marienmünster. Corbach 1283 (Juni).*

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto Dei gratia comes in Waldegke [1]) omnibus presens scriptum visuris salutem in Domino. Tenore presentium protestamur, quod nos unanimi consilio et pari consensu matris et uxoris nostre, fratrum nostrorum Adolfi et Godefridi et omnium heredum

nostrorum adhuc infecundi prole vendidimus ecclesie monasterii beate Marie virginis prope Swalenberg[2]) advocaciam in Bodele de agris prefate ecclesie, qui adiacent civitati Volkmersen[3]), pro quinquaginta marcis legalium denariorum cum omni fructu et utilitate tam locatione agrorum quam arearum et, quicquid in ea iuris habere videbamur, integraliter relinquentes ecclesie iam sepius dicte[4]) contulimus libere et quiete in perpetuum possidendam, venerabili domino Hinrico abbate ipso[5]) fideliter promovente, qui summam denariorum cum maxima cura et labore in Susato persolvit. Hoc autem factum ne quis attemptet infringere, presentem paginam sigilli nostri munimine et fratrum nostrorum Adolfi videlicet et Godefridi, comitum de Swalenberg[2]) Adolfi et Alberti, qui huius rei auctores et mediatores fuerunt, fideliter ac firmiter roboramus. Testium autem nomina hec sunt: Thetmarus[6]) dictus Oppolt, Heynemannus[7]) de Ittere, Iohannes de Brocbike[8]), Bernhardus de Dalewich[9]) et Elgerus ipsius frater, Arnoldus de Paderborne[10]), milites, Thidericus de Egkersen[11]), Godescalcus de Mulehosen[12]), Gyso et Gotschalcus[13]) fratres dicti de Brocbeke[14]) et Bertoldus dictus Thanebracht. Datum in Korbike[15]), anno Domini millesimo ducentesimo.

[1]) Wadege *C.* [2]) Swalenberch *C.* [3]) Volcmersen *C.* [4]) eccl. prenominate *B'*, *C fehlt* iam. [5]) ipso *fehlt B' u. C u.* D. [6]) Tethmarus *B*, Dethmarus *C.* [7]) Heinemannus *B'.* [8]) Brobeke *B'.* [9]) Dalwich *B'.* [10]) Paderburne *C.* [11]) Eggersen *C.* [12]) Gotscalcus de Mulhusen *B'*, Moelhusen *C.* [13]) Gotscalcus *B'*. Godescalcus *C.* [14]) Brobeke *B'*, Brocbeke *C.* [15]) Korbeke *B'*, *fehlt C.*

Aus Msc. I, 129 fol. 38 und 43c (B und B'), I, 131 fol. 26 (C) und VII, 4512 p. 71 (D) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 183 und Varnhagen, Grundlage, 338. Auffällig ist die Ausstellung von drei Urkk. über denselben Gegenstand. In der ersten fehlt die Zustimmung der Mutter Ottos.

1749.

Elekt Otto von Paderborn an Papst Martin IV. berichtet über die Gründung des Dominikanerklosters in Warburg und bittet um Genehmigung seiner Anordnungen, obwohl er zur Zeit der Gründung wegen Geldschuld exkommunizirt gewesen sei und die Zustimmung des Kapitels gefehlt habe. Actum *1283 Juni 20,* datum *Paderborn 1284 März 23.*

Gedr. UB. V, 738.

1750.

Elekt Otto von Paderborn überweist den Dominikanern in Warburg die Pfarrkirche S. Maria in vinea in Warburg zur Gründung eines Konvents und weist die Pfarrangehörigen dieser Kirche der Pfarrkirche S. Johann zu, gestattet ihnen aber die Klosterkirche zu besuchen und dort zu beichten. Acta *1283 Juni 20,* datum *Paderborn 1284 März 23.*

Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie electus et confirmatus dilectis sibi in Christo fratribus Predicatorum ordinis, conventus Wartbergensis opidi et dyocesis nostre, salutem et cumulum celestium premiorum. Quoniam ad tenorem ewangelicum habundante iam iniquitate refriguit karitas plurimorum, que tamen iuxta sacrum eloquium mater et forma est virtutum ceterarum, utpote sine qua cetere non sunt Deo placite velud defective hac nullatenus excidente, ad quam excitandam ac in hominum cordibus accendendam cum ordinem vestrum suscitaverit ac sedes sancta apostolica confirmaverit et ordinariis locorum mandaverit, admonuerit et rogavit ordinem ipsum per ipsos defensari et in suis necessitatibus adiuvari, nos ob reverentiam sancte sedis maiorum exemplis et vestigiis inherentes hec benivolencius et munificencius cupimus adimplere. Unde cum nostri iuris sit parrochias urgentibus causis necessariis dividere ac unire et teneamur nichilominus ipsis ecclesiis in divino officio providere ecclesiaque parrochialis beate et gloriose Dei genitricis Marie, nominata in vinea, Wartbergensis opidi antedicti, in redditibus adeo sit tenuis, quod non possit in ea sustentari rector secundum suas necessitates et decenciam clericalem, quibus de causis et, ut ecclesia officietur melius, vobis statuimus libere omni condicione cessante et pacto propter Deum matrisque sue gloriose honorem et concedimus et damus in proprietatem perpetuam pro claustro fundando ad vestri sacri ordinis instituciones ipsam eandem Dei

genitricis ecclesiam cum cymiterio pro cultu divino ampliando iugiter possidendam. Et quia ea, que semel Deo dicata sunt, secundum patrum instituta non debent nec possunt ordinationi layce subiacere, simul contradimus vobis ea, que in libris, calicibus, paramentis, ornatu, campanis et aliis, que in eadem Dei genitricis ecclesia continentur et ad ipsam ecclesiam attinuisse hactenus dinoscuntur. Insuper ne parrochiales oporteat municipium exire et ne nimia distancia parrochie graventur, parrochiam totam quo ad ius parrochiale addimus et unimus parrochie sancti Iohannis novi opidi ibidem pluries nominati, sic tamen, ut ad ipsorum parrochialium solacium, quod alias unicuique esset et est liberum eligere salvo iure ecclesie parrochialis ad antedictam gloriose Dei genitricis ecclesiam deferantur et inibi in cymiterio tumulentur, et quando et quociens eis libuerit aut aliquibus ex ipsis dictis parrochialibus, possint eandem Dei genitricis ecclesiam in divinis ut antea libere frequentare sine preiudicio ecclesie sancti Iohannis, exceptis illis diebus, in quibus in sua parrochia scilicet sancti Iohannis tenentur audire divina, ac vestris fratribus eciam in lecto egritudinis et omni tempore salvis constitucionibus super hoc editis, quibus derogare non possumus nec debemus, secundum tenorum privilegii vestri valeant confiteri. Acta sunt hec presentibus Henrici custode origentalis ecclesie in Paderburne, fratre Conrado lectore fratrum in Wartberg, fratre Burchardo de Buren, Ecberto Spigel et Rauenone seniori, militibus, et Iacobo famulo de Moguncia in Herswedehusen, anno Domini M°.C°C.LXX°XII°I., dominica die ante festum beati Iohannis Baptiste. Ut autem hec rata permaneant et inconvulsa, sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum in Paderburne anno Domini M°.C°C.LXX°X.II°I., feria quinta postea quam Letare in dominica cantabatur.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 17. Fragment vom Siegel des Bischofs an Pergamentstreifen. Gedr. Schaten, ad annum.

1751.

Elekt Otto von Paderborn verkauft an die Brüder und Konvent des Predigerordens in Warburg daselbst gelegenen näher bezeichneten Grund und Boden. Acta *1283 Juni 20*, datum *Paderborn 1284 März 23.*

Otto Dei gratia Paderburnensis ecclesie electus et confirmatus universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis in vero salutari salutem. Tenore presencium publice protestamur, quod fundum totum cum omni iure, quem nulli in toto nec in aliqua parte recongnoscimus, vendidimus fratribus ordinis Predicatorum, conventus Wartbergensis opidi et dyocesis nostre, pro marcis triginta examinatis, id est marcis quinquaginta usualis monete apud eos, eum videlicet fundum, qui continetur inter murum novi opidi et murum Bernam locum dividentem a veteri opido et viam nunc usitatam, qua itur et ascenditur a valva nunc usitata tendente versus dictam Bernam usque ad cymiterium ecclesie beate et gloriose virginis Marie ad vineam nominate et sic circa cymiterium usque ad viam ad partem eiusdem cymiterii occidentalem et usque portam novi antedicti opidi, per quam exitus versum . . . cymiterium et locum iuxta cymiterium, ubi granaria sunt locata, et totum locum aree plebani, et si que alie sunt aree ad ipsam sancte Marie prenominatam ecclesiam attinentes. Acta sunt hec presentibus Henrico custode origentalis ecclesie in Paderburne, fratre Conrado lectore fratrum in Wartberg, fratre Burcardo de Buren, Eceberto Spigel et Rauenone seniori, militibus, et Iacobo famulo de Maguncia in Herswedehusen anno Domini M°.C°C.LXX°XII°I., dominica die ante festum beati Iohannis Baptiste. Ut autem hec rata permaneant et inconvulsa, sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum in Paderburne, anno Domini M°.C°C.LXX°XII°II., feria quinta postea quam Letare in dominica cantabatur.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 17b. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Gedr. Schaten, ad ann. In einer Urk. von 1465 Januar 17 (Or. Dominikanerkl. Warburg Nr. 90) wird ein in der Berne liegendes Haus beschrieben: an dem Stadtgraben up dem berge tegen dem butern Bernerdore.

1752.

Abt Marsilius u. Konvent des Kl. Altenberg urkunden über die Schlichtung eines Streites. 1283 Juni 24.

Nos frater Marsilius dictus abbas totusque conventus monasterii Veteris Montis, ordinis (s. Benedicti) . . . notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod, cum inter nos et dominum . . . Wartberg questionis materia haberetur super quibusdam debitis sibi ex parte bone . . . sui soceri a nobis et a nostro monasterio persolvendis et dicta debita secundum formam comp(ositionis) . . . soluta sint per nos et eidem G. integraliter assignata, ipso G . . . et A . . . uxore sua ac suis . . . super dictis debitis movere possent aliquo tempore in futurum, sicut in instrumentis exinde . . . petitionem dictorum G. et uxoris sue A. ac heredum suorum et precipue pro recompensatione . . . conscientie habebamus, promisimus et promittimus per presentes, quod certos redditus trium mar(carum) . . . domus nostre ad agendum in perpetuum anniversarium predicti C. iam defuncte tali . . . anniversario eiusdem C. in libro, in quo defunctorum nostrorum anniversaria continentur . . ., debita et consueta ministrabimus conventui nostro in Veteri Monte in festo beati . . . pro pane triticeo, alteram marcam pro vino, terciam pro piscibus contradictione . . . pie commonite ipsius habeant diligentius memoriam salutarem, promittentes . . . ac uxoris sue A. et suorum liberorum, eosdem dicto anniversario fideliter . . . animabus noverimus expedire. In cuius rei testimonium presens scriptum . . . videlicet et venerabilis patris domini abbatis in Herswidehusen fecimus communiri. . . . Gerhardi et suorum heredum predictorum nostrum sigillum presentibus apposuimus p . . . M°.C°C.LXX°X. tertio Iohannis Baptiste . . .

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 237. Siegel abgefallen. Die erste Hälfte der Urk. ist abgerissen, die andere gut erhalten. Vielleicht handelt es sich um G(oswin) und C(onrad) von Weten.

1753.

Ritter Alexander von Gundelsheim und sein Sohn urkunden über Verkauf eines Zehnten an Kloster Amelunxborn und Resignation in die Hände der Grafen von Schwalenberg als Oberlehnsherrn. Höxter 1283 Juli 12.

In nomine sancte et individue trinitatis. Alexander miles et Alexander famulus filius suus dicti de Gundelsen omnibus presens scriptum visuris salutem in eo, qui est vera salus. Que geruntur in tempore, ne simul transeant cum tempore, poni solent sub lingua testium et scripture memoriis perhennari. Noverint igitur presentes et posteri, quod, cum Henricus de Riuo, burgensis in Huxaria et sui heredes, quam a nobis in feudo tenuerunt, medietatem decime in inferiori villa Beuerungen, ecclesie et conventui in Amelungsborne, Cysterciensis ordinis, Hildensemensis dyocesis, pro quinquaginta et quinque marcis Huxariensium denariorum, per decem solidos numeratis, possidendam perpetuo vendidissent, ipsam, sicut de iure debuerunt, in manus nostras libere resignarunt. Nos itaque pleno consensu et voluntate Regelindis uxoris mee, Alexandri famuli ac omnium aliorum heredum nostrorum aliam medietatem eiusdem decime, antea Lamberto de Luchteringen per nos obligatam, pro viginti et sex marcis redemtam pari modo vendidimus predicte ecclesie et conventui in Amelungsborne pro quinquaginta et octo marcis gravium denariorum pro duodecim solidis numeratis cum omnibus pertinentiis et iure quolibet perpetuo possidendam. Porro eandem decimam totam ad profectum et utilitatem ecclesie eiusdem resignavimus in manus dominorum Adolphi et Alberti comitum de Swalenberge, de quibus eam iure tenuimus feodali. Preterea nos et nostri heredes renunciavimus plane ac generaliter omni iuri, quod nobis in eadem decima conpetere videbatur, promittentes nihilominus, ut sepedicte ecclesie in Amelungsborne sufficientem et abundantem super memorata decima prestemus warandiam, ubi vel quando a nobis fuerit requisitum. Ne igitur ecclesia Amelungsborne sepius iterata tam in ipsius Henrici de Riuo quam nostra venditione et emptione huiusmodi per nos seu nostros successores possit aliquatenus defraudari, presentem paginam ad firmiorem evidentiam conscribi fecimus, quam non solum nostro sigillo, immo sigillis plurium, videlicet dominorum Hermanni et Ecberti fratrum dictorum Speigel,

Themonis iudicis una cum sigillis civitatum Haxariensis et Borchentrike ad nostram petitionem et instantiam appensis duximus roborandam. Testes huius sunt: dominus Mauritius abbas, frater Fredericus camerarius, frater Iahannes de Riuo, monachi in Amelungsborne, Iohannes plebanus in Borchentrike, Ludolphus de Hunbrechtessen, Arnoldus de Sunrike, milites; Iohannes dictus Iudeus, Bartoldus Scuwe, famuli; item Conradus de Uslaria, Bertholdus de antiquo foro, Iohannes institor, Bertrammus de Luchteringen, Nicolaus Biseworm, Thidericus Helmberti, Arnoldus de Voltessen, Henricus de Brunswick, Conradus de Dest, Ludolphus Rodolfi, Henricus Monetarii, Iohannes Eckhof, consules Huxarienses. Acta et data Huxarie, anno Domini M°.C°C.LXX°X tercio, quarto Idus Iulii.

Nach dem Amelunxborner Kopiar II, fol. 19 im Herzogl. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Ziemlich korrekte Abschr. daraus im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 301. Reg. Falke, Cod. trad. Corb. p. 887. Vgl. unten zu 1284 Juli 7.

1754.

Neun Bischöfe verleihen allen denen, welche zum Neubau des Kl. Kemnade hülfreiche Hand leisten, einen Ablass von 40 Tagen. Orvieto 1283 Juli 14.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Nos Dei gratia Reynaldus Messanensis archiepiscopus, frater Wilhelmus Brichinensis, Geuehardus Brandenburgensis, Bernardus Humanas, Vi(n)centius Portugalensis, Guido Papyensis, Iohannes Euellinus, Reynerius Gadicensis, frater Bartholomeus de Turtibero, Conradus Myndensis, episcopi, salutem in Domino sempiternam. Licet is — gratie aptiores. Cum igitur monasterium sanctimonialium in Kaminata, ordinis sancti Benedicti, Myndensis dyocesis, pre vetustate sui nimia sit dirutum et collapsum, nec ad reedificandum sibi facultates proprie suppetant, nisi fideles Christi ad hoc suas elemosinas porrexerint et iuvamen, quare universitatem vestram rogamus, monemus et exhortamur in Domino, quatinus de bonis vobis a Deo collatis et creditis pias elemosinas et grata karitatis subsidia ad predicti monasterii restauracionem tribuatis, ut vestris subventionibus structura valeat eadem consummari, quod per hec et alia bona, que Domino inspirante feceritis, possitis ad eterna felicitatis gaudia pervenire. Nos vero de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam structuram manus adiutrices porrexerint vel causa devocionis in singulis festis perpetue virginis Marie, in anniversario die dedicationis ipsius monasterii, in festo beate Margarete virginis et per octavas omnium sollempnitatum predictarum sepe dictum monasterium visitaverint, singuli singulas quadragenas de iniunctis sibi penitentiis, dummodo loci dyocesani ad id consensus accesserit, misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium presentem cedulam sigillis nostris firmiter fecimus communiri. Datum apud Urbem Veterem, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo tercio, pridie Idus Iulii, pontificatus domini Martini pape quarti anno tercio, in crastino beate Margarete virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Kemnade Nr. 9. Bruchstücke von sechs Siegeln sind noch erhalten. Die jetzigen Bezeichnungen der Bischofssitze sind: Messina, Brechin (Schottland), Brandenburg, Umana (mit Ancona jetzt vereinigt), Porto, Pavia, Avellino, Cadix, Tortiboli. Bei den beiden ersten und Tortiboli ergeben sich Korrekturen für Gams, Series episcoporum. Für Minden wurde der Raum freigelassen, wie denn auch auf die Zustimmung des Diöcesans am Schlusse hingewiesen wird, auffälliger Weise ist aber nicht Volquin sondern der erst 1293 gewählte Konrad eingetragen worden.

1755.

Propst Heinrich von Lippoldsberg fordert als Subdelegat für die Brüder des Predigerordens in Warburg zwei dortige Geistliche auf, binnen 15 Tagen nach Empfang dieses Schreibens die gegen jene Brüder erhobenen Beschuldigungen öffentlich in der Petrikirche zu widerrufen. Lippoldsberg 1283 August 1.

Henricus prepositus sanctimonialium in Lippoldesberge, Moguntine dyocesis, a venerabili domino Coloniensi archiepiscopo conservatore privilegiorum ordinis fratrum Predicatorum per Theuthoniam

a sede apostolica delegato, fratrum Predicatorum in Wartberg degencium exeq(u)utor subdelegatus, viris discretis Iohanni rectori ecclesie sancti Petri in Wartberg et Sifrido rectori scolarum ibidem salutem in Domino sempiternam. Quia olim per honestum in Christo sancti Patrocli prepositum in Susato Coloniensis dyocesis commoniti fueratis, ut fratribus ordinis Predicatorum in Wartberg domum construentibus, iuxta quod eis ius publicum tribuit et privatum, de iniuriis, conviciis et contumeliis, quas dicebamini dictis fratribus et per eos eorum ordini intulisse, satisfaceretis infra quindecim dies ab eorundem fratrum molestiis de cetero penitus quiescendo, vos iterato ad ampliores iniurias prosilistis. Quapropter rogamus, hortamur et monemus, quatinus transscriptum littere, per quod eorundem et aliorum religiosorum privilegiis omnibus modis derogatur, quia illud apud plurimos diffamastis, a receptione presencium infra quindecim dies presentibus aliquibus ex ipsis fratribus uterque vestrum dicta sua in una die dominica, (qua) duxerint statuendam, in ecclesia sancti Petri presente populo plenius retractetis vos recognoscentes per talia erravisse. Insuper ab omni iniuria fratrum memoratorum nunc et in antea quiescatis. Nec pudeat vos salubriter errorem vestrum corrigere, qui ad hoc estis positi, ut aliorum correctioni salubrius intendatis, ne si, quod absit, hanc ammonicionem neglexeritis, vobis ammonitio acrior vel etiam citatio peremptoria intentetur. Datum in Lippoldesberge, anno Domini M°.C°C.LXXXIII°., in die beati Petri ad vincula.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. in Warburg Nr. 19. An Pergamentstreifen spitzovales Siegel des Propstes.

1756.

Propst Heinrich von Lippoldsberg überträgt den Paderborner Kanonikern Dietrich von Soest und Magister Detmar seine Kommission zur Beschützung der Warburger Predigerbrüder. 1283 August 1.

Reverendis in Christo dominis Theoderico de Susato, magistro Detmaro, canonicis Paderbornensis ecclesie Henricus prepositus in Lippoldesberch Maguntine dyocesis, quicquid poterit, obsequii et honoris. Vestram discretionem cupimus non latere, nos literas venerabilis archiepiscopi Coloniensis in forma, que subiecta est eatenus recepisse. *Folgt Inhalt des Schreibens des Erzbischofs Siegfried von Köln an den Dechant s. Patrocli in Soest und den Propst von Lippoldsberg (oben Nr. 1706), aber mit Weglassung des Schlusses von:* Preterea moneatis specialiter — patentibus litteris rescribentes. Cum autem hoc mandatum cum ratione reverentie sedis apostolice tum ratione pene in mandato nobis intente pretermittere nullatenus valeamus, rogamus suppliciter, hortamur et monemus, quia personaliter adesse non possumus, prout in forma mandati expressum est, vestra benignitas ob percipiendum amplius brawium vite eterne ac ob reverentiam sedis apostolice hec eadem liquido studeat adimplere. Datum in Lippoldesberch, anno Domini M°.C°C.LXXXII°I., in die beati Petri ad vincula.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 20. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1757.

Erzbischof Werner von Mainz verleiht allen, die zum Neubau des Hauses der Predigerbrüder in Warburg beisteuern, unter angegebenen Bedingungen Ablass von 40 Tagen. Aschaffenburg 1283 August 5.

Wernerus Dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, universis Christi fidelibus per Maguntinam dyocesim et provinciam constitutis salutem in omnium salvatore. Licet is — promereri. Desiderantes tamen populum Domino reddere acceptabilem et fideles quoslibet ad pietatis opera invitare premio speciali, de omnipotentis Dei misericordia, beatorum apostolorum eius Petri et Pauli ac beati Martini meritis et auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad novellam plantacionem domus de Wartberc, ordinis fratrum Predicatorum Paderbornensis dyocesis, manum porrexerint adiutricem elemosinis vel labore, eis quoque, qui ad domum eandem in die et anniversario dedicacionis, in quatuor festivitatibus beate Marie virginis nec non beatorum Dominici confessoris et Petri martiris et per octavas ipsarum festivitatum humiliter ac devote

accesserint annuatim divini propiciacionis graciam petituri, quadraginta dies de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus, ratas habentes nichilominus atque gratas omnes indulgencias, quas venerabiles patres et fratres .. archiepiscopi et .. episcopi ad structuram predicte novelle plantacionis seu in festivitatibus supradictis rite duxerint concedendas. Datum apud Aschaffemburc, anno Domini millesimo CC.LXXXIII., Nonis Augusti, pontificatus vero nostri vicesimo tercio.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 22. An blau-weissen Zwirnsfäden Bruchstücke vom ovalen Siegel des Erzbischofs.

1758.

Güterverzicht des Ritters Widukind gen. Wackermule zu Gunsten des Kl. Berich. 1283 August 9.

Ego Widekindus dictus Wackermule miles recognosco publice per presentes, quod omni iuri sive contradictioni, quam habui in bonis in Aldendorf sitis, que bona conventus de Beriche a conventu de Merkershusen proprietatis titulo comparavit, renunciavi libere et expresse. In huius facti evidentiam dedi presens scriptum sigilli mei munimine roboratum. Datum anno Domini M.°CC.°LXXX°III., V. Idus Augustii.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. Siegel u. Befestigung aus d. Einschnitt verloren. Vgl. Nr. 1696.

1759.

Domdechant Werner und Kapitel zu Paderborn urkunden über eine Aussage der Elisabeth, Wittwe des Paderborner Bürgers Volquin, bezüglich eines Vermächtnisses desselben an Kl. Abdinghof. Paderborn 1283 August 18.

Wernherus Dei gratia decanus totumque Paderbornensis ecclesie capitulum universis presens scriptum visuris notum esse cupimus publice protestantes, quod Elizabeth vidua relicta Volquini Pistoris, quondam civis Paderbornensis, una cum Henrico dicto Crighe et Tyderico Pistoris, consanguineis suis, in nostra presencia constituti, libere recognoverunt, quod idem Volquinus accedente ipsorum et heredum suorum pleno consensu Conrado et Tyderico sacerdotibus, rectoribus ecclesie forensis, Alberto dicto Heydene, Olrico de Tulo, Hildeboldo dicto Lunge, Iohanne Rolandi, Rodolfo, civibus Paderbornensibus, presentibus et testibus ad hoc rogatis pro ipsius Volquini, Heinrici clerici filii sui, Grete et Elisabeth uxorum suarum animarum remedio domino abbati et conventui monasterii sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Paderborne ordinis sancti Benedicti constituit et legavit septem solidos denariorum legalis monete de domo sua singulis annis solvendos in festo sancti Michaelis nomine pensionis, ut apud dictum monasterium annuatim eorum memoria peragatur fideliter et devote et confratres ibidem in anniversariis predictorum fidelium de ipsis septem solidis consolationem percipiant specialem. Igitur ut tam pia voluntas et tam laudabilis devotionis affectus firmitatis perpetue sortiantur effectum, presentem paginam in premissorum testimonium capituli nostri sigillo duximus roborandam. Actum et datum Paderborne, anno Domini M°.CC°. octogesimo III°., XV. Kalendas Septembris.

Aus Msc. VII, 4217 f. 144a im Kgl. St.-A. Münster.

1760.

Erzbischof Siegfried von Köln fordert die Pröpste von Lippoldsberg und Hilwartshausen und den Geismarer Kanonikus Konrad von Gandern auf, die Predigerbrüder in Warburg gegen ihre Angreifer zu schützen und letztere event. peremtorisch nach Köln zu laden. Köln 1283 August 21.

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, dilectis in Christo .. in Lippůldisberge, .. in Hildewardishusen sanctimonialium prepositis et Conrado de Gandere canonico in Gismaria, Moguntinensis dyocesis, salutem in Domino sempiternam. Cum simus *u. s. w. wörtlich übereinstimmend mit Auftrag wie oben Nr. 1706 mit folg. Abweichungen: Statt* ambo *heisst es hier entsprechend der Dreizahl* tres, *dann statt Nennung des Elekten Otto allgemein* dictos molestatores fratrum predictorum et perturbatores, cuiuscunque fuerint conditionis, ordinis vel dignitatis dicte

dyocesis karitative monere curetis *und noch einmal allgemein:* Preterea moneatis dictos .. fratrum predictorum quoscunque molestatores et perturbatores, prout vobis ab eisdem fratribus fuerint nominati seu demonstrati, ut ... Datum Colonie, XII. Kalendas Septembris anno Domini M°.CC°.LXXX°. tercio.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 23. An Pergamentstreifen kleiner Siegelrest.

1761.

Propst Heinrich von Lippoldsberg fordert als Subdelegat des Erzbischofs von Köln nachbenannte Warburger Geistliche auf, wegen des den Brüdern des Predigerordens daselbst angethanen Unrechts binnen angegebener Frist Genüge zu leisten, andernfalls in Köln zum Verhöre zu erscheinen. (1283 nach August 21.)

Henricus prepositus sanctimonialium in Lippoldesberge, Moguntine dyocesis, a venerabili domino Coloniensi archiepiscopo, conservatore privilegiorum fratrum ordinis Predicatorum per Theutoniam a sede apostolica delegato, fratrum eiusdem ordinis in Wartberg degencium exequ(u)tor subdelegatus, viris discretis Iohanni rectori ecclesie sancti Petri in Wartberg et Sifrido rectori scolarium ibidem salutem in Domino sempiternam. Cum karitativam nostram ammonitionem videamini refutare in hoc, quod fratribus ordinis Predicatorum vobiscum degentibus de iniuriis sibi illatis satisfacere minime curavistis, vos adhuc ammonemus, quatinus in proxima die dominica a receptione presentium eisdem, ut antea monuimus, satisfacere studeatis. Qui autem ex vobis hoc non fecerit, vel si ambo non feceritis, alterum vel utrumque vestrum peremptorie citamus, ut sequenti die post festum beati ... [1]) coram domino Coloniense archiepiscopo compareatis Colonie vel eius officiali, cui, si presens non fuerit in hoc commisit plenius vices suas, facturi et recepturi super iniuriis fratrum memoratorum et privilegia ipsorum et conservationem memorato archiepiscopo commissam contingentibus, quod ius dictabit. Intimamus etiam vobis, quod, sive veneritis sive non, sepe dictus archiepiscopus vel eius officialis nichilominus, quod iustum fuerit, exequentur. Datum ... [2])

[1]) *Folgt ein ausradirtes Wort.* [2]) *Nicht ausgefüllt.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 21. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Das Schreiben fällt nach dem Briefe desselben Ausstellers von 1283 August 1 (Nr. 1756) und dem Erlass des Kölner Erzbischofs von 1283 August 21. (Vgl. vor. Nr. 1760.)

1762.

Thetmar Opolt (von Waldeck) schenkt die Kapelle zu Medebach an die dortige Pfarrkirche. 1283 August 29.

Gedr. Seibertz, UB. I, 409.

1763.

Die Rathmänner in Warburg bekunden, dass die von Schardenberg auf alle Ansprüche an den Zehnten in Haversförde zu Gunsten des Kl. Amelunxborn verzichtet haben. Warburg 1283 Oktober 1.

Consules in Wartberg universis hoc scriptum visuris notum facimus publice protestantes, quod dominus Hermannus miles dictus de Schardenberg in nostra presencia constitutus perquisita rei veritate et circumstanciis quibuscunque super questione, quam idem H(ermannus) religiosis viris domino abbati et conventui in Amelungesborn ratione decime in Haversvorde de facto movit se nichil iuris aut gracie in eadem decima habere veraciter recognovit. Ea propter idem Her(mannus) cum suis liberis Wetselo, Hermanno et Alberto renunciavit omni actioni, si qua eis quocunque modo competere videretur. Super quo presens scriptum ad peticionem ipsorum Her(manni) et liberorum nostre civitatis sigillo duximus roborandum. Datum Wartberg, anno Domini M°.CC°.LXXXIII°., Kalendis Octobris.

Nach dem Amelunxborner Kopiar II fol. 47 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Reg. Harenberg, Hoya'sche Gesch. Beil. 116.

1764.

Johann von Holzhausen genannt Berkule und sein Bruder Wilhelm verkaufen unter Konsens ihrer Mutter Edelind dem Kl. Wormeln eine Mühlenabgabe. 1283 Oktober 7.

Ego Iohannes de Holthosen dictus Berkule et Wilhelmus frater ipsius recongnoscimus et publice protestamur, quod nos de consensu Edelindis matris nostre et heredum nostrorum vendidimus conventui sanctimonialium grisei ordinis in Wormlon pensionem decem solidorum gravium denariorum, quam nobis de molendino sito iuxta fontem dictum Ludeborne singulis annis dare consueverunt, in perpetuum pro mera libertate et proprietate eiusdem pensionis possidendam, certam sibi etiam eiusdem proprietatis facturi warandiam, quousque eandem proprietatem a metropolitano Maguntino possint obtinere. Quia nos promisimus corporali fide, quod extunc, cum dictus conventus dictam proprietatem potuerit obtinere a dicto metropolitano Maguntino, debeamus et velimus libere et absque contradictione resingnare. Recongnoscimus etiam et publice protestamur, quod nos contulimus iure feodali eandem pensionem ad maiorem cautelam Bernhardo de Rosbike, Arnoldo Gucthero et Arnoldo Berengeri, qui eciam sub certitudine eiusdem cautele eandem pensionem dicto conventui pro centum marcis gravium denariorum obligarunt tamdiu, quousque ipsi proprietatem dicte pensionis obtineant et nos eam coram metropolitano Maguntino superius expresso resingnemus. Cuius rei testes sunt: consules veteris oppidi Wartberg, Bertoldus Gervasii, Alradus de Brune, Wernherus Gervasii, Wernherus de Roden, Wernherus in foro, Thidericus Munikemeiger, Gerhardus de Holtte, Thimmo in sacco, Henricus Udonis, Conradus de Voltessen, Conradus de Videlenberg et Iohannes de Videlenberg, consules, et preterea dominus Conradus de Papenhem miles, Got(s)chalcus de Eysen, Iohannes Pardan et alii fide dingni. Quod ut ratum permaneat et inconvulsum, impetravimus scriptum presens sigillo proborum virorum veteris oppidi Wartberg solidari. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXIII°., Sergii et Bac(c)hi martirum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Wormeln Nr. 10. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs grosses rundes Warburger Stadtsiegel. Ueber Ludeborne *vergl. Nr. 1773.*

1765.

Ritter Johann von Kalenberg genehmigt die von Johann Berkule und seinem Bruder Wilhelm dem Kl. Wormeln verkaufte Mühlenabgabe. 1283 Oktober 7.

Ego Iohannes miles de Kalenberge protestor universis, quod venditionem decem solidorum in molendino sito iuxta fontem dictum Ludeborne factam per Iohannem dictum Berkule, Wilhelmum fratrem suum et Edelindim matrem ipsorum et eorum heredes conventui sanctimonialium in Wormelen gratam habeo et ratam. Promisi etiam corporali fide, quod, quandocunque dictus conventus proprietatem dicte pensionis a metropolitano Maguntino possit obtinere, quod ego extunc una cum Iohanne et Wilhelmo et heredibus eorum dictam pensionem debeam resignare, quod promisi simili fide pro Iohanne, Wilhelmo et eorum heredibus, si defectus ingrueret in dictis ex parte ipsorum quod Warberch debeamus ingredi more militum non inde egressuri, quousque talis defectus ex parte ipsorum suppleatur. Quod ut ratum permaneat et inconvulsum, scriptum presens sigillo meo subarravi. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXIII., Sergii et Bacchi martirum.

Aus Msc. VII, 4519 p. 96 im Kgl. St.-A. Münster. Vgl. Nr. 1769 und 1773.

1766.

Abt Heinrich und der Konvent des Stifts Corvey verkaufen an Kl. Marienthal das Eigenthum von neun Hufen. Corvey 1283 Oktober 9.

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus Dei gratia abbas Corbeyensis, Bernhardus prior idemque camerarius, Heinricus custos, Herboldus portarius, Ludolfus hospitalarius, Crachto magister karitatum, Florentius infirmarius, Bertrammus cellerarius totusque conventus ecclesie Corbeyensis omnibus

presentem paginam visuris salutem in eterne virginis filio sempiternam. Notum igitur esse volumus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos maturo consilio et communi consensu conventus nostri proprietatem novem mansorum in Nenstede sitorum et advocatie, sicud ad nos pertinet, cum omni iure et pertinentiis, que habuimus in eisdem mansis tam in campo quam in villa, vendidimus ecclesie Vallis sancte Marie, ordinis Cistersiensis, Halberstatensis diocesis, pro viginti et octo marcis Huxariensium denariorum, id est marca per decem solidos computata, ita quod eadem ecclesia omne ius et proprietatem in predictis mansis et advocatia perpetuo et absque ulla contradictione libere possideat et quiete. De hiis novem mansis habent quatuor filii domini Theoderici Bromes militis, tres dominus Richardus de Sehusen miles et filii sui, unum dominus Bruno de Hartbeke miles et unum Heidenricus et Conradus fratres de Othenleve. Et ne hoc factum a nostris successoribus revocetur, presens scriptum cum nominibus testium, qui venditioni predicte interfuerunt, sigillo nostro et capituli nostri fecimus communiri. Nomina testium sunt hec: Ludolfus comes de Sconenberg, Iohannes miles de Homburg frater domini abbatis, Arnoldus de Haversvurde, Fredericus camerarius de Amelungisborne, Albero monachus et Henricus Friso conversus Vallis sancte Marie, Conradus Biseworm, Sifridus dapifer, Giso burgensis et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C. octogesimo III°., datum Dionisii in Corbeya.

Or. im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchive zu Wolfenbüttel. Das Siegel des Abts mit Rücksiegel an roth-blauen, das des Kapitels an blau-grünen Schnüren.

1767.

Die Bürgermeister der Stadt Paderborn urkunden über eine Memorienstiftung des Hermann von Hobrachtessen im Kl. Adbinghof. 1283 Oktober 27.

Nos Ysherus de Aldendorpsen et Heinricus dictus Endehacht, magistri consulum civitatis Paderbornensis, presentibus declaramus et publice protestamur, quod Herman de Hobrachtessen ac sui heredes dabunt conventui sancti Pauli Paderbornensis singulis annis sequenti die omnium sanctorum duos solidos legalium denariorum ad commemorationem animarum de domo sua prope fossam et de agris ipsi domui attinentibus. Si vero dictus Her(mannus) nec sui heredes prefatam pensionem die predicto non dederint, quociens sepedicta pensio requisita fuerit, tociens solvent duplicatam. Ut autem hec firmius et sine contradictione observentur, presens scriptum sigillo nostre civitatis fecimus communiri. Testes huius rei sunt: Gerhardus monetarius, Thidericus de Dale, Heinricus Notbrot, Herman de Hobrachtessen, Herman Dogkenere et alii quam plures cives nostre civitatis. Actum et datum anno Domini M°.C°C.LXX°XII°I., VI. Kalendas Novembris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 74. Das verletzte Siegel d. Stadt Paderborn angenäht.

1768.

Dietrich Domkantor in Paderborn und Archidiakon in Warburg bekundet Streitschlichtung zwischen Kl. Abdinghof und dem Warburger Bürger Konrad gen. Schele wegen eines Hofes in Baddenhausen. Paderborn 1283 November 2.

Thidericus cantor Paderburnensis et archidiaconus sedis in Wartberg universis presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod causa, quam dominus abbas et conventus monasterii sanctorum apostolorum Petri et Pauli Paderburnensis moverunt coram nobis Conrado dicto Schele civi veteris oppidi Wartberg super pensione sibi debita de curia sita in Baddenhusen, que quondam fuerat Friderici militis dicti de Ystinctorp, quam nunc idem Conradus possidet, amicabiliter est sopita, ita ut predictus Conradus et sui heredes dictis abbati et conventui singulis annis in festo sancti Michaelis unum solidum denariorum gravis monete de ipsa curia persolvant nomine pensionis. In cuius facti testimonium et perpetuam firmitatem presentem paginam nostro et domini Amelungi nostri concanonici sigillis duximus roborandam. Testes etiam ad hoc rogati sunt, quorum nomina subnotantur: Conradus ple-

banus ecclesie in Wettere, nobilis vir dominus Hermannus de Osedhe et Bertoldus de Lippia, milites; Heinricus dictus Endehachte, Ysherus de Oldendorpessen, magistri burgensium Paderburnensium et alii quam plures. Actum et datum anno Domini M°·C°C. LXX°X tercio, III°I. Nonas Novembris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 75. An zweiter Stelle Fragment eines kleinen ovalen Siegels. Baddenhausen hier sicher das bei Peckelsheim gelegene. Vgl. Ztschr. XXXVIII, 2, 147. Auf der Rückseite von Hand saec. XVI: curiam hanc iam colit Henrick Albertz in Peckeltzem.

1769.

Hermann von Kalenberg genehmigt den von den Brüdern Johann und Wilhelm von Holzhausen an Kl. Wormeln gemachten Verkauf. 1283 November 2.

Ego Hermannus de Kalenberge recognosco et protestor universis, me ratam et gratam[1]) habiturum nunc et in posterum venditionem pensionis videlicet decem solidorum gravium factam per Iohannem et Wilhelmum fratres de Holthusen et Edelinde matrem ipsorum et eorum heredes conventui sanctimonialium grisei ordinis in Wormelen, qui predictam pensionem singulis annis de molendino sito iuxta fontem Ludeborne dare consuevit. Et cum predictus conventus proprietatem dicte pensionis a metropolitano sedis Maguntine peterit obtinere, debeo eandem pensionem cum Iohanne, Wilhelmo et Edelinde predictis resignare absque contradictione. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo roboravi. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X tercio, in crastimo omnium sanctorum.

[1]) *Abschr.* ratum et gratum. [2]) *Folgt überflüssig* et.

Aus Msc. VII, 4519 p. 96. Vgl. Nr. 1764 und 1765.

1770.

Edelherr Simon zur Lippe giebt der Neustadt Lemgo die Privilegien, welche er den Städten Lippstadt, Lemgo, Horn und Blomberg verliehen. 1283 November 11.

Nos Simon nobilis dominus de Lippia omnibus presentia visuris et audituris volumus esse notum, quod tale ius, quale habent oppida nostra Lippia, Lemego, Hornum et Blomberg, tale ius dedimus novo opido in Lemego. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo tercio, in festo beati Martini hiemalis.

Nach Cop. Lemgow. p. 33 im Fürstl. Lippischen Archiv zu Detmold. Angezeigt bei Clostermeier, Kritische Beleuchtung, Anmerk. S. 15. Reg. Lipp. Regg. I, 253 Nr. 401.

1771.

Rathmänner der Stadt Bielefeld bekunden Güterverzicht. Bielefeld 1283 November 11.

Nos Heinricus iudex, Hartmodus proconsul, Iohannes de Wi . . ngen(?), Heinricus de Assten, Hildebrandus de Wertere, magister Iohannes, Iohannes Speht, Iohannes de Gutersloh, Heinricus Dide, Hermannus Cleycamp, Leuoldus Diues, Gherhardus de Hallis et Hildebrandus necnon consules civitatis Bileueldensis omnibus in perpetuum. Ne ea, que aguntur in tempore, oblivio deleat vel vetustas, poni solent in linguas[1]) testium et litterarum privilegia perhennari. Hinc est, quod nos tenore presentium publice profitemur et constare cupimus universis, quod constituti coram nobis cum testibus infrascriptis Fredericus Scultheto, Margareta uxor sua, Wihmannus, Thidericus ipsorum heredes renuntiaverunt omni iuri, quod habere videbantur in bonis Wlfhardinchusen, et cum Wihmanno de Wlfhardinchusen dicta manumissione voluntaria resignarunt. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostre civitatis dignum duximus roborandum. Testes huius rei sunt: Reinbertus de Bussce, Timmo Nagel, milites, Timmo de Withen, Hermannus Nagel, Bernhardus Mercator et plures alii fide digni. Datum Bileuelde, anno Domini M°.C°C.LXX°XII°I., in die Martini.

[1]) linguuas *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kommende St. Johannes zu Herford Nr. 3. Siegel sammt Befestigung ausgerissen. Diese Verzichtleistung hängt mit der Schenkung in der folg. Urk. zusammen.

1772.

Edler Konrad von Rietberg schenkt den Brüdern vom Deutschen Hause das Eigenthum der Güter in Wolfhardinghausen. O. J. (Um 1283 November 11.)

Nos Conradus nobilis de Retbergh tenore presentium publice[1]) profitemur et constare cupimus universis, quod nos ob reverentiam Dei omnipotentis ac genitricis eius virginis Marie pro remedio anime genitoris[2]) nostri quondam comitis Frederici de consensu et voluntate uxoris nostre, patruorum nostrorum venerabilium patrum Conradi Osnaburgensis ecclesie episcopi, Ottonis Paderbornensis ecclesie electi et confirmati et cantoris dicte ecclesie Osnaburgensis, Ottonis camerarii prefate ecclesie Paderbornensis, Symonis canonici sepedicte ecclesie Osnaburgensis, Bernhardi et Frederici nostrorum fratrum cum Beatrice sorore nostra fratribus de domo Theutonica presentium conservatoribus Domino die noctuque famulantibus dedimus proprietatem bonorum Wlfhardinchusen cum universis attinentiis perpetuo possidenda. Nos Conradus comes et uxor nostra de Retbergh patrui nostri cum fratribus nostris prelibatis renuntiamus in his scriptis cum iuris auxilio, per quod dicti fratres de domo Theutonica a nobis vel a nostris successoribus possent in posterum conveniri et donationem prelibatam rescindere et per quod ledi possent, contraveniri, decipi vel fraudari. In cuius rei evidentiam nos Conradus nobilis de Retbergh, Conradus Dei gratia Osnaburgensis episcopus, Paderbornensis[3]) electus, cantor et Symon canonici Osnaburgenses et Otto camerarius Paderbornensis supradictus presentem paginam sigillorum nostrorum appensione digne duximus roborandam. Ego vero cometissa in Retbergh, quia sigillum proprium non habeo contenta cum sigillo mariti . . .

[1]) pubblice *Or.* [2]) *Or.* genetoris. [3]) Parderbornensis *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kommende St. Johannes zu Herford Nr. 2. Siegel und Befestigung ab. Der untere Theil der Urk. abgeblättert; auf dem Papierumschlage steht das Jahr 1283. Die Schenkung hängt ohne Zweifel mit der Verzichtleistung in vor. Nr. zusammen.

1773.

Hermann von Kalenberg verkauft dem Kl. Wormeln eine Jahresrente von fünf Schillingen aus einer Mühle. 1283 November 29.

Nos Hermannus de Kalenberge recognoscimus et publice protestamur, quod nos de voluntate et consensu heredum nostrorum vendidimus conventui sanctimonialium in Wormelen quinque graves solidos, quos nobis sub annuali pensione de molendino sito iuxta fontem dictum Ludeborne singulis annis dare consueverunt, in futurum sub conditione mere proprietatis possidendos, certam sibi dicte proprietatis in pensione dictorum quinque solidorum in dicto molendino facturi warandiam. Quod ut ratum permaneat et inconvulsum, scriptum presens sigillo nostro et domini Iohannis de Calenberge fratris nostri sigillo solidamus. Datum anno Domini M°.C°C.LXXXIII., in vigilia beati Andree.

Aus Msc. VII, 4519 p. 98. Zwei Seiten vorher heisst es: Uth der mollen gelegen an dem Ludeborne nu gheheten bi dem Kersenborn; *p. 2 desselben Msc.:* nu gheheten de Kersepol, winten an de Twiste mollen. *Vgl. Nr. 1764 f. und 1769.*

1774.

Otto Elekt von Paderborn ertheilt allen die zum Bau des Hauses des Predigerordens in Warburg beisteuern unter näher angegebenen Bedingungen Ablass von 40 Tagen. 1283.

Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie electus et confirmatus omnibus hanc litteram inspecturis salutem in omnium salutari. Quoniam pietas valet ad omnia, eius, que nunc vite est, promissionem habens pariter et future, ea propter eis, qui magis operi pio inserviunt, per ipsos, qui presunt, est pietas inpendenda. Cum igitur fratres ordinis fratrum Predicatorum, qui vineam Domini Sabaoth verbo ac opere excolunt indefesse, nichil habeant, nisi quod fidelium pietas elargitur, et novum conventum

sui ordinis receperint in Warberch, dyocesis nostre, ac pro domo inibi construenda gratia egeant ampliori, pie ipsis compaciendo omnibus, qui fratribus dicte domus pro eorum necessitatibus sive pro domus constructione manum porrexerint adiutricem, XL dies indulgencie et karenam de Dei omnipotentis confisi misericordia condonamus. Hanc ipsam indulgenciam hiis conferimus, qui devotionis gratia locum ipsorum visitaverint in die nativitatis Domini, in die cene Domini, pasche, penthecostes, item in die consecrationis ecclesie, altarium, cymiterii ac anniversariis eorundem, in quatuor sollempnitatibus beate Marie virginis, in utroque festo beati Pauli apostoli, in festo beati Petri martiris, in utroque festo beati Dominici, in festo beati Augustini et in festis undecim milium virginum, Marie Magdalene, beate Katerine ac per omnes octavas omnium predictorum; quadraginta quoque dies indulgencie conferimus hiis, qui a predictis fratribus devote audierint verbum Dei. Insuper in nostris subditis illuc accessuris ratificamus omnes indulgencias, quas venerabiles archiepiscopi ac episcopi fuerint elargiti. Damus etiam licentiam, ut, quemcunque episcoporum habere potuerint, possit ipsis consecrare et tunc non confirmatos confirmare et penitentes reconciliare, quoadusque fuerimus consecrati. Datum anno Domini M°.C°C°.LXXXII°I.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 14. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen; dieser ist durch die Schrift gezogen, weil das Stück des Pergaments, welches den Bug bilden sollte, noch mit beschrieben ist, wie bei mehreren Warburger Urkunden.

1775.

Ludolf, früherer Bischof von Halberstadt, ertheilt allen, welche die Kirche der Brüder des Predigerordens in Warburg Ostern, Pfingsten, an den Marienfesten, am Dedikationstage und am Jahrestage der Einweihung, an den Festen des h. Dominikus, Petrus Martyr, Augustinus und deren Oktaven, an Frohnleichnam, Grünendonnerstag und an jedem Samstag besuchen, Ablass von 40 Tagen. 1283.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 15. Siegel und Befestigung aus den Einschnitten verloren.

1776.

Den Kirchen zu Witmar, Volkmarsen und Wetter werden Gärten geschenkt für Hostien und Weinlieferung sowie Abhaltung von Memorien. 1283.

Universis Christi fidelibus, quorum conspectui presens pagina fuerit exhibita, ego Brunhardus notum facio, quod ob venerationem beate Marie, sancti Laurentii et sancti Martini ecclesiis Witmare, Volcmersen et Wettere X ortos cum dimidio iuxta oppidum Volcmersen sitos cum suis proventibus contuli perpetuis temporibus possidendos. Plebani itaque dictarum ecclesiarum de prefatorum ortorum redditibus unanimi consensu et industri concordia suis ecclesiis annuatim oblatas et vinum comparabunt sufficienter. Insuper plebanus in Volcmersen in tribus festivitatibus, nativitatis Domini videlicet, pasche et pentecostes, ecclesiis Brune et Rode oblatis et vino tenebitur providere, plebanus vero in Wettere in prelibatis festis ecclesiis Eringen et Lutersen oblatas et vinum nichilominus comparabit. Preterea memoratarum ecclesiarum plebani singulis ebdomadibus vigilias et missam defunctorum in subsidium animarum patris et matris mee Harlevi videlicet et Gertrudis et uxoris mee Isentrudis nomine ac etiam anime mee una vice devotius celebrabunt. Si vero de supra dictorum ortorum redditibus ultra, quam predictum est, quicquam superfuerit, sepe dicti plebani de Wytmaria videlicet, Volcmersen et Wettere equali nummo et uno pondere inter se partientur. Ne autem prescripti testamenti mei ordinatio cursu temporum evanescat, presens scriptum a successoribus meis nullatenus irritandum ecclesia Aroldensis sui sigilli appensione petitione mea mediante roboravit. Datum anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo octogesimo tercio, Eilhardo de Rodhen iudicium in Volcmersen tenente et Iohanne de Wellede prerogativam[1]) consulatus.

[1]) prorogativam *Or.*

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs rundes Siegel, hinter einer Mauer Brustbilder zweier Heiligen, dazwischen ein Kreuz. Umschr.: Sanctus Iacobus. Sanctus Iohannes.

1777.

Graf Hoyer von Sternberg verkauft dem Jakobskloster in Rinteln das Holzungsrecht in seinen Wäldern. Sternberg 1283.

Erwähnt Grupen, Orig. Germ. III, 109 u. 116. Gedr. Ztschr. IX, 76. Reg. Lipp. Regg. I, 254 Nr. 402.

1778.

Pfarrer Werner und Rathmänner in Brilon bekunden, dass Albert Tuteln auf alle Ansprüche an Kl. Bredelar besonders wegen Güter in Esbike *verzichtet hat. Brilon 1283.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 115. Von Pergamentstreifen zwei Siegel ab. Gedr. Seibertz, UB. I, 410. S. 497 Z. 15 muss es burgencium, *Z. 20* connomine *heissen.*

1779.

Edelherr Berthold der Ältere von Büren verzichtet zu Gunsten des Kl. Hardehausen auf alle Rechtsansprüche an die Güter in Sneuede *und übereignet ausserdem einen Theil des Hofes in* Versede. *1284 Januar 2.*

Nos Bertoldus nobilis senior de Buren (tenore pre)sencium protestamur, quod nos de consensu dilecte Dedele uxoris nostre, Bertoldi, Bernar(di, Wil)helmi heredum nostrorum omni questioni, quam religiosis viris domino .. abbati et conventui in Hersuedehusen occasione bonorum in villa Sneuede sitorum, molendini et aliorum attinencium, quocunque nomine censeantur, movimus, renunciamus in hiis scriptis, transferentes in eosdem dominum .. abbatem et conventum, quicquid iuris seu gratie nobis nostrisque liberis in ipsis bonis competere videbatur, preterea unam partem proprietatis curtis in Versede dictis .. abbati et conventui pertinentis, extra quam partem cetere partes nos nullatenus contingebant, in honorem gloriose virginis Marie accedente dictorum heredum nostrorum voluntate conferimus per presentes. Super quo hoc scriptum nostro sigillo, quo nostri heredes, qui adhuc propria sigilla non habebant, sunt contenti, duximus muniendum. Testes aderant: dominus Amelungus prior et Olricus monachi in Hersuedehusen loci predicti, Bernardus miles de Holthusen, Hedenricus iudex, magister Henricus, Hermannus proconsul, Henricus de Paderborne, Hermannus dapifer et Henricus de Kellinchusen et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XII°II., in octava Stephani in castro Buren.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 239. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Erwähnt Ztschr. XLIII, 2, 41.

1780.

Rathmänner von Warburg urkunden über eine frühere Aussage der Adelheid Wittwe ihres Mitbürgers Hartmann gen. Cecus bezüglich Rückzahlung eines Darlehns seitens des Kl. Hardehausen. 1284 Januar 11.

Honorabilibus viris .. iudici et consulibus Montis Martis ac singulis et universis, ad quos presens scriptum pervenerit, Bertoldus magister civium, Godefridus de Selheim, Iohannes Gervasii, Arnoldus de Svedixen, Riquinus de Dalheim, Conradus de Metzenhusen, Hermannus de Dasele, Conradus de Ossendorp, Hermannus Wlpes, Hermannus Dancmari, Meneko de Wepelde et Conradus de Amelungessen, consules Wartbergenses, obsequiosam ad quevis beneplacita voluntatem. Tenore presencium protestamur, quod Iohannes dictus Stolte et Hermannus de Dalheim, nostri concives, in nostra presencia constituti firmiter astruebant etiam offerentes se, si opus fuerit, per iuramentum fideliter probaturos, quod alias computacione habita inter religiosos viros dominum .. abbatem et conventum in Hersuedehusen ex una parte et dominam Alheidim relictam Hartmanni dicti Ceci quondam concivis nostri ex altera super quodam mutuo eadem Alheidis protestabatur coram domino Rotberto abbate, fratre Regenbodone monacho et fratre Olrico notario, fratre Conrado domus textrine magistro et dictis Io(hanne) et Her(manno) dictum mutuum ab eisdem abbate et conventu se in integrum recepisse, recognoscens eos ab huiusmodi mutuo com(m)odato seu deposito omni contradictione cessante penitus absolutos. Ne igitur iidem dominus abbas

et conventus a quoquam hominum super dicto facto contra iusticiam valeant molestari, hanc litteram conscribi nostroque sigillo fecimus communiri. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XII°II., tercia feria post epiphaniam Domini.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 240. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1781.

Propst Otto von Kemnade und andere bekunden, dass die von Brach auf alle Ansprüche an einige Güter zu Gunsten des Kl. Falkenhagen verzichtet haben. Bodenwerder 1284 Januar 16.

Otto Dei gratia prepositus sanctimonialium in Kamenatis, Iohannes miles dictus de Vrenken, Theodericus miles dictus de Derspe, Theodericus miles dictus de Helen, Burichardus miles de Wicbilede, Theodericus miles dictus Stencop, Lippoldus miles dictus Holtgrauius, Theodericus miles dictus de Eckersten, Bruno et Iohannes et Hermannus fratres filii domini Iohannis de Vrenken iam dicti, Henricus et Bernhardus fratres dicti de Halle, Gotfridus domine Windelen filius, proconsul huius anni, Bernhardus Longus, Iohannes Bruningen, Gotfridus Volquini, Henricus Ysaac dictus, Reynbraht, Hinricus de Drome, Iohannes de Drome, Iohannes et Hermannus fratres dicti Plinzenplang, Henricus Ruce, consules in Insula, presentibus firmiter protestamur et recongnoscimus, quod coram nobis Henricus et Theodericus fratres dicti de Brach et Bertradis mater ipsorum cessaverunt ab omni insultu, quo cenobium Valkenhage incusare poterant de decima in Holthosen, et si quicquam in ipsa villa haberent, in silva, in campis, in aquis et in pascuis, item de duobus mansis sitis in villa Danen et omnibus suis attinenciis. Quare idem Theodericus et mater Bertradis susceperunt in absolutione de iamdictis bonis XIIII marcas gravis monete et post hec predictus Henricus de Brac in sua absolutione suscepit quatuor marcas a prefato cenobio sibi presentatas et sic hec bona utriusque ville, scilicet Holthusen et Dane, cum omnibus suis attinenciis predicto cenobio Valkenhagen ipsi fratres memorati Henricus et Theodericus et domina Bertradis mater ipsorum vendiderunt perpetuo possidenda. Ut autem hec conventio sepedicto cenobio in Valkenhagen inconvulsa permaneat, nos prepositus Otto sanctimonialium Kamenatensium et consules prenotati de Insula ad petitionem utriusque partis presens scriptum fecimus sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum et actum in Insula, anno Domini M°.C°C.LXX°XII°II., in die Marcelli pape et martiris.

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 22. Das an Pergamentstreifen angehängte Siegel fehlt jetzt. Reg. Lipp. Regg. I, 254 Nr. 403.

1782.

Hermann und Konrad Grafen von Pyrmont und andere bekunden einen Verkauf von Gütern in Holzhausen an Kl. Falkenhagen. Lügde 1284 Februar 27.

Hermannus nobilis et Conradus nobilis, consanguinei, comites de Perremunt, Bernhardus miles dictus Kanna, Henricus miles dictus Rufus, Henricus de Elmerin(c)husen famulus, item Albertus Westfal, Iohannes iunior de Huckenhosen, Hermannus de Vorste, Iordanus de Odendorpe, Herman de Ierkesse, Winandus de Odestorp, Arnoldus Niger, Thydericus Scolpere, Iohannes de Dodenbroke, Bernhardus de Bardessen. Iohannes Sculrogge, Bertoldus Struthe, consules de Ludhe, presentibus firmiter protestamur, nos audivisse simul et vidisse coram nobis, quod Gerthrudis femina dicta de Holthosen, Detboldus filius eius, Arnoldus Logerere, Margaretha soror ipsius, Detboldus et Iohannes fratres predicti Arnoldi et Margarete, Iohannes et Henricus fratres dicti de Dane omnem proprietatem accidentalem, quam iure hereditario habebant in liberis quibusdam bonis sitis in Holthosen vendiderunt cenobio sanctimonialium in Valkenhagen perpetuo possidendum. Ut autem hec venditio rata permaneat, ad peticionem utriusque partis presens scriptum sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Datum et actum Ludhe, anno Domini M°.C°C.LXX°XIIII., in dominica qua cantatur Invocavit me et ego exaudiam.

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 23. An Pergamentstreifen 1) grosses rundes gemeinschaftliches Siegel der Brüder Hermann und Hildebold von Pyrmont; 2) abgefallen; 3) grosses rundes Siegel der Stadt Lügde, frei im Siegelfelde rechts ein Ankerkreuz, daneben ein Schlüssel, wie Westf. Siegel II Taf. 81 Nr. 5. Reg. Lipp. Regg. I, 255 Nr. 404.

1783.

Albert Herr von Störmede verkauft dem Kl. Holthausen bei Büren seine Güter in Withem. *Störmede 1284 Februar 29.*

Universis hoc scriptum visuris Albertus dominus de Stormede et Albertus filius eius cognoscere veritatem. Humane fragilitatis mortalitas et mortalium memorie labilitas exposcunt et quodammodo necessarium efficiunt, ut actus hominum perpetuo duraturi ad futurorum noticiam scriptis testimonialibus transmittantur. Hinc est, quod notum facimus presentibus et futuris et publice protestamur, quod nos bona sita in Withem, que Walburgis soror Conradi de Withem premortua quondam a nobis tenuerat, cum aliis bonis, que dicuntur minora bona, que nobis vacant et pertinent pleno iure, de consensu heredum nostrorum et uxoris mee Alberti predicti scilicet Adelen atque omnium, quorum interest, cum agris, silvis, aquis, pascuis, piscationibus et cum omnibus ipsorum iuribus et pertinenciis religiosis dominabus . . abbatisse et conventui claustri Holthosen apud Buren pro quinquaginta et tribus marcis denariorum in Susato dativorum nobis numeratis et solutis vendidimus perpetuo retinenda, in eosdem . . abbatissam et conventum eorundem bonorum possessionem et dominium plenarie transferentes. Prestamus et prestabimus etiam [1]) eisdem predictorum bonorum plenam warandiam, cum requisiti fuerimus, sicut promisimus fide prestita corporali. In cuius rei testimonium presens scriptum nostris, domini Bernhardi de Hurde et Godeberti de Dedeshusen, militum, sigillis extitit sigillatum. Et nos predicti B(ernhardus) et G(odebertus) milites ad petitionem parcium sigilla nostra apposuimus huic scripto in testimonium predictorum. Testes aderant rogati: Bertoldus nobilis dominus de Buren senior, Volmarus de Brenken, Wilhelmus de Vernede, Emundus de Andepen, milites; Fridericus de Betthinghusen, Albertus de Hurde, Godebertus de Dedeshusen, Heydenricus Hering [2]), Hermannus de Driburg, Henricus de Killinghusen [3]), Horadus de Andepe [4]), famuli; Manegoldus de Buren, Wernherus de Strot et Robertus filius eius ac Wichmannus et alii fide digni. Datum Stormede, pridie Kalendas Marcii, anno Domini M°.C°C.LXX°XII°II.

[1]) *Fehlt B.* [2]) Haring *B.* [3]) Kellinghusen *B.* [4]) Andepen *B.*

Or. in zwei Ausfertigungen (A und B) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Holthausen Nr. 6. Beide Originale haben an rothen Hanffäden je vier Siegel 1) grosses dreieckiges Siegel Alberts v. St., fünfblätterige Rose frei im Siegelfelde, wie Westf. Siegel I Taf. XXX Nr. 7; 2) kleines dreieckiges Siegel mit der fünfblätterigen Rose; 3) dreieckiges Siegel, Rad mit fünf Speichen; 4) in gegittertem Felde schräg-liegende sog. Wolfsangel: Godeberts von Dedeshausen. Dazu ältere Kopien saec. XIV. u. XV. Withem *lag an der Geseker Feldmark bei Störmede. (Spancken.)*

1784.

Ein Gut bei Pegestorf wird in die Hand Abt Heinrichs von Corvey resignirt. Brunsberg 1284 März 6.

Nos Heinricus Dei gratia Corbeiensis abbas universis notum facimus et tenore presentium dicimus protestando, quod Florentius et Bruno fratres dicti de Perdestorp unum mansum apud eandem villam Perdestorp situm in manus nostras libere resignarunt. Huius rei testes sunt: Albertus senior [1]) de Amelungessen, Herboldus de Bouessen, milites, Crachto confrater noster, Albero de Salder. Datum Brunes(berg), anno Domini M°.CC°.LXXXIIII., feria secunda Reminiscere.

[1]) *Abschr.* servus.

Aus Msc. I, 139 fol. 239 im Kgl. St.-A. Münster.

1785.

Graf Otto von Everstein bestätigt den Bürgern von Brakel ihre bisherigen, ihnen von ihren Herrn überkommenen Rechte. 1284 März 17.

Gedr. Spilcker, Everstein Nr. 208. Or. jetzt verloren. Vgl. Zeitschr. XXVIII, 231.

1786.

Edler Gyso von Gudensberg und seine Brüder Hermann und Werner verkaufen ihre Güter in Weren an Kl. Hardehausen. 1284 März 20.

Nos Gyso nobilis de Godensberg, Hermannus et Wernherus fratres de Godensberg cum presentibus recognoscimus, quod vendidimus bona nostra in Weren sita, videlicet mansum et dimidium, quem filii Arnoldi Guchteri de Fritslaria in pheodo a nobis tenebant, ecclesie in Hersvidehusen iure hereditario perpetuo libere possidenda. In huius autem testimonium presentem cartulam sigillis nostris dedimus roboratam. Testes sunt: Hermannus ante valvam miles, Lodewikus comes de Twern, Conradus Brunonis, Lodewikus frater Megenwardi, Heinricus Saxo, Lodewicus de Derken, Heinricus de Wanhusen, Conradus de Salczberg et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.LXXXIIII., proxima feria secunda post Letare.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 241. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab.

1787.

Papst Martin IV. bestätigt die Schenkung einer Kurie in Balhorn (bei Paderborn) seitens des Dompropstes Heinrich an die Paderborner Kirche. Orvieto 1284 April 22.

Or. UB. V, 742.

1788.

Elekt Otto von Paderborn belohnt die guten Dienste des Lippstädtschen Bürgers Heinrich Raven durch Schenkung eines Salzwassers in Westernkotten. Paderborn 1284 Mai 5.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie electus et confirmatus presentibus publice protestamur, quod nos Henrico dicto Rauen, oppidano Lippensi, uxori sue Elizabeth et liberis suis propter specialia obsequia nobis et ecclesie nostre facta a Henrico supra dicto aquam salinarem de Puteo Regis[1]), que vulgariter dicitur en wather in Westerenkoten, apud Lippiam contulimus perpetuo possidendam, et in huius testimonium ipsius presens nostro sigillo dedimus sigillatum. Datum Paderborne anno Domini M°.C°C.LXX°XII°II., feria sexta post Philippi et Iacobi apostolorum.

[1]) *Or.* reges.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 303. Wahrscheinlich ist dieses wather in Westerenkotten *identisch mit dem* puteus regis in Aspe. *Vergl. Nr. 878.*

1789.

Graf Otto von Waldeck tritt seine Rechte in Sirixen *und* Snevede *an seinen Lehnsherrn, den Bischof Otto von Paderborn ab. Waldeck 1284 Mai 12.*

Nos Otto comes de Waldecge tenore presentium protestamur, quod de consensu et voluntate heredum nostrorum, quicquid iuris in villis Serixen et Sneuede ratione comicie nobis competere videbatur, in manus venerabilis domini Ottonis Paderbornensis electi et confirmati, a quo tanquam domino pheodi et ipsam comiciam tenuimus, in hiis litteris resignamus nostri appensione sigilli apercius communitis. Testes aderant: He(i)nemannus nobilis de Ittere, Godescalcus de Mülhusen et Iohannes de Nedere et alii fide digni. Datum Waldecge, anno Domini M°.C°C.LXX°XII°II., quarto Idus Maii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn, Nr. 304. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Dass hier comicia *gleichbedeutend mit Freigrafschaft, ergiebt sich ganz evident aus Urkk. von 1281, März 16 (Asseb. UB. I, 409, oben Nr 1618) und Hardehauser von 1284 Mai $^{13}/_{14}$ (Asseb. UB. I Nr. 431; vgl. u. Nr. 1792.) Vergl. Lindner, Die Veme 139.*

1790.

Abt und Konvent des Kl. Corvey vergleicht sich mit Propst, Dechant und Kapitel von St. Paul (Neue Kirche) über die Streitigkeiten, wegen welcher letzteres nach St. Peter zu Höxter verlegt worden, dahin, dass das Kapitel zur Neuen Kirche zurückkehrt, gewisse Diöcesanrechte aber wie bisher bleiben. 1284 Mai 13.

Henricus Dei gratia abbas, Ludolfus prior, Bernardus prepositus et conventus totus monasterii Corbeyensis ad Romanam ecclesiam immediate pertinentis, ordinis beati Benedicti, Paderburnensis dyocesis, Hermannus prepositus, Henricus decanus totumque capitulum ecclesie sancti Pauli apud Corbeyam, que Noua Ecclesia dicitur, eiusdem diocesis, universis Christi fidelibus has presentes litteras inspecturis vel audituris eternam in Domino salutem. Non est novum nec insolitum, si que propter aliquas alicuius temporis importunitates a debito statu suo distracta videntur, cum se tempus reddiderit oportunum, ad pristinum statum suum ordinatione consulta et provida revertantur. Universis ergo Christi fidelibus tam futuris quam presentibus innotescat, quod preposita immo prorsus per modum amicabile amputata cuiuslibet questionis materia hinc et inde nos abbas et conventus predicti monasterii Corbeyensis ex parte una et nos decanus et capitulum supradicte ecclesie sancti Pauli apud Corbeyam, que Noua Ecclesia dicitur, ex parte altera super eo, quod nos abbas et conventus contra eosdem decanum et capitulum causabamur pro eo, quod eadem Noua Ecclesia derelicta in ecclesia sancti Petri Huxariensi residentiam faciebant, pari voto et unanimi voluntate compositionem amicabilem immo firmam ordinationem ac stabilem et autore Domino, qui bonorum omnium est conservator, perpetuo duraturam secundum formam inivimus infrascriptam, que talis est: Nos decanus et capitulum supradicti infra terminum a predictis abbate et conventu nobis assignatum ad Nouam Ecclesiam supradictam cum omni iure tam ecclesie Corbeyensis quam nostro et ipsius Noue Ecclesie revertemur ad manendum et conservandum ibidem sub debita gubernatione prepositi et decani, successione perpetua clericorum canonicorum collegium, sicut constat fuisse ab annis quam plurimis retroactis per abbates Corbeyenses ac nostros antecessores et rationabiliter institutum et laudabiliter observatum. Nos autem abbas predictus et abbates nobis pro tempore succedentes ecclesiam sancti Petri Huxarie, postquam dicti decanus et capitulum ad profatum locum redierint, conferemus in beneficium alicui de concanonicis eorundem. Sepultura vero Huxariensis et scolares ac scole, cum ad Nouam Ecclesiam de antiquo et approbato iure pertineant, cum eisdem decano et capitulo revertentur ad ipsam, nec in hoc articulo nos aut ipsi divisim absque omnium consilio et consensu aliquam ordinationem aliam faciemus vel aliqualiter admittemus, immo nobis in hoc articulo conservando vicissim constanter et fideliter assistemus. Preterea nos decanus et capitulum sepedicti processiones quarundam sollempnitatum, quibus matrem nostram sepedictam ecclesiam Corbeyensem quibusdam certis anni temporibus honorare tenemur, consueto more servabimus, nisi forte impedimenta necessaria nos quandocunque viderentur habere de talibus excusatos. Cum itaque propter iura monasterii Corbeyensis ac ipsius Noue Ecclesie de mandato apostolico reformanda et perpetuo conservanda, que per canonicorum absenciam de eadem Noua Ecclesia videbantur quoddammodo deformata, ordinatio suprascripta cum deliberatione provida sit a nobis abbate et conventu ac preposito, decano et capitulo sepe dictis irrefragabiliter acceptata, nichilominus in decano, quem capitulum Noue Ecclesie presentarit, de cura animarum investiendo ius suum dyocesano remanebit salvum et integrum, sicut semper illud dinoscitur habuisse. Ad habendum itaque firmiorem immo perpetuam huius nostre ordinationis memoriam et servandum hec omnia prenotata et nunquam ab ordinatione huiusmodi recedendum, nos prefati abbas et conventus Corbeyensis ac nos prepositus, decanus et capitulum sepe dicte Noue Ecclesie sigillorum nostrorum appensione presentes litteras ad cautelam et perpetuam firmitatem decrevimus roborandas. Acta sunt hec et completa anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, tertio Ydus Maii.

Or. im Pfarrdekanatsarchiv zu Höxter. Alle fünf Siegel sind sammt den Befestigungen, die blaue Schnüre gewesen sein müssen, abgefallen. Thatsächlich ist die Verlegung nicht erfolgt. Vergl. hierüber die Urkk. unten zu 1287 Mai 1 und September 2.

1791.

Propst, Dechant und Kapitel der Neuen Kirche bei Corvey bekennen das Patronat des Stifts Corvey über sich mit Ausnahme der freien Wahl ihrer Kanoniker, Corvey habe nur Verpflichtung zu gewissen Diensten bei den von ihnen zu begehenden Prozessionen. 1284 Mai 13.

Nos Hermannus Dei gratia prepositus, Henricus decanus ac totum capitulum Noue Ecclesie apud Corbeyam, Paderbornensis dyocesis, protestamur et recognoscimus per presentes. quod, cum abbates Corbeyenses, qui fuerunt pro tempore, iam predictam ecclesiam nostram a prima fundatione construxerint et de bonis ipsius monasterii Corbeyensis ad servandum ibidem sub debita gubernatione prepositi et decani canonicorum collegium sufficienter dotaverint et in huius rei recognitionem non immerito nos ac nostri successores abbati Corbeyensi, qui pro tempore fuerit, tamquam nostro patrono temporali, in cuius ordinatione prepositura ecclesie nostre semper consistit, et ipsi Corbeyensi monasterio, saluo nobis iure libere electionis canonicorum nostrorum, quod semper habuimus, ad honorem ac reverentiam specialem perpetuo teneamur. In quarundam tamen solemnitatum processionibus vespertinis ac missalibus ab antiquo servatis nominatim inferius exprimendis tenemur eosdem specialiter honorare. Nobis autem aut nostris successoribus neque abbas neque alii prelati seu officiati monasterii Corbeyensis ad iura aliqua tenebuntur, nisi tantum ad quarundam sollempnitatum servicia, cum ad ipsos processionem fecerimus, ita tamen, si infra refectorium cum ipsorum confratribus, quando eis hec in refectorio ministrantur, voluerimus acceptare. Processiones itaque vespertine, quas, nisi necessarium impedimentum obstiterit, observare ac facere tenemur ad monasterium Corbeyense, sunt iste: in sancta die pasche ad vesperas, in vigilia natalis beati Viti martiris gloriosi, in vigilia inventionis beati Stephani, in vigilia dedicationis monasterii Corbeyensis, in die nativitatis Domini ad vesperas; processiones vero missales observabimus illis quinque diebus, qui immediate predictas vigilias aut vesperas consequntur, item processiones rogationum, item in die ascensionis Domini ad missam, item in secunda feria pentecostes, item in festo beati Iustini, quod est ad vincula Petri, item in assumptione beate Marie virginis gloriose, item in festo omnium sanctorum, item in purificatione beate Marie, item in die palmarum, item ad monasterium in Rodhen in inventione sancte crucis et in festo beate Marie Magdalene processiones more solito faciemus. Ad habendum itaque firmiorem huius rei memoriam et servandum hec omnia prenotata et nunquam ab huiusmodi recedendum nos .. prepositus .. decanus et capitulum supra dicti has presentes litteras ad cautelam et perpetuam firmitatem decrevimus roborandas. Datum anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo octogesimo quarto, tercio Ydus Maii.

Or. im Pfarrdekanatsarchiv zu Höxter. Von geflochtenen blauleinenen Schnüren sind die drei Siegel abgefallen. Auf dem Rücken steht aus nur etwas späterer Zeit: de processionibus a canonicis sancti Petri faciendis in Corbeyam. *Gedruckt inkorrekt und mit falscher Jahreszahl bei Schaten, ad annum 1264. Vergl. Anm. zu vor. Nr.*

1792.

Edelherr Berthold von Büren genehmigt den Verkauf von Gütern in Sirixen *und* Sneuede *seitens seines verstorbenen Vaters Bertholds d. j. und Burchards von Hinnenburg an Kl. Hardehausen. Langenberg und Hinnenburg 1284 Mai 13/14.*

Nos Bertoldus nobilis de Buren, filius Bertoldi iunioris domini de Buren premortui, nosse cupimus universos presencium inspectores, quod vendicionem bonorum in villis Sirixen et Sneuede sitorum cum hominibus cuiuscunque condicionis, comicia et attinenciis suis universis per dilectum pie recordacionis dominum et patrem nostrum et Burchardum de Hindeneburg sororium nostrum de consensu et volun-

tate coheredum nostrorum religiosis viris domino .. abbati et conventui in Hersuedehusen, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur, legitime factam gratanter ratificamus per hoc scriptum, assumentes nobis iuste warandie debitum ad nos hereditario iure ex paterno interitu devolute. Protestamur etiam nos eorundem bonorum comiciam in manus nobilis domicelli Ottonis comitis de Waldecge, a quo et eadem bona in pheodo tenuimus, quia ad maturos resignacionis annos pervenimus, manualiter resignasse. In quarum ratihabicionis et resignacionis evidenciam pleniorem presens scriptum Burc(hardi) sororii nostri predicti sigillo nobis adhuc sigillum non habentibus fecimus communiri. Testes aderant: Henemannus nobilis de Ittere, Godescalcus de Patberg, Ecbertus dictus Spegel, Elengerus de Dalewic, Raueno et Raueno fratres de Papenhem, milites, Godescalcus de Mülhusen et Iohannes de Nedere et alii fidedigni. Actum in monte Langenberg iuxta Corbeke, anno Domini M°.C°C.LXX°XII°II., tercio Idus Maii. Datum Hindeneburg, crastino, anno predicto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 242. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Gedr. Wigand, Archiv I, 3, 95; Asseburg. UB. I, 431. Spancken, Ztschr. 43, 2, 42 vermuthet wegen geneal. Schwierigkeiten Datirung der Urk. zu 1286 oder 1287. Vgl. Lindner, Die Veme 139 und 403.

1793.

Die Corveyschen Vasallen Heinrich und Bernhard von Halle übertragen behufs Stiftung einer Familienmemorie ihr Lehngut zu Pegestorp dem Kl. Kemnade. Corvey 1284 Juni 22.

Henricus Dei gratia abbas, Ludolfus prior, Bernardus prepositus et conventus totus ecclesie Corbeyensis universis Christi fidelibus has presentes litteras inspecturis vel audituris eternam in Domino salutem. Ad tollendum calumpniam et cavendum de oblivione tam presentibus quam futuris Christi fidelibus universis notum facimus per presentes, quod Henricus et Bernardus fratres in Werdhere dicti de Halle unam curiam suam sitam in Perdestorphe cum agris et aliis attinentiis et cum omni iure ac usu, quemadmodum ipsi eam possederant, cum consensu heredum suorum in nostra presentia constituti monasterio Caminatensi pro remedio animarum suarum ac suorum progenitorum liberaliter contulerunt perpetuo possidendam, nobis tamen .. abbati predicto pheodum eorundem bonorum, quod a nobis et a nostra ecclesia Corbeyensi tenuerant, resignantes. Et hoc ab eisdem recepto nos deliberacione prehabita cum predictis .. priore, .. preposito et conventu nostro cum ipsorum consilio et consensu proprietatem dictorum bonorum et, quicquid iuris nostra ecclesia Corbeyensis habuerat in eisdem, prefato monasterio Caminatensi liberaliter propter Deum contulimus, ut ex eo ipsius loci congregatio specialem erga se tam nostrum quam ecclesie nostre Corbeyensis favorem attendens in hiis, que filialis devotionis existunt, eandem nostram ecclesiam Corbeyensem, sicut hactenus ita semper quasi matrem suam non cesset quadam reverentia speciali studiosius honorare. Huius rei testes sunt: Iohannes de Frenke, Thydericus de Derspe, Thydericus Stencop, milites, Albertus famulus dictus de Hupedhe et quam plures alii fide digni. Ut autem et collatio predictorum bonorum, quam predicti fratres de Halle fecerunt, et donatio proprietatis eorundem bonorum, quam nos .. abbas predictus cum consilio et consensu nostri conventus adiecimus ante dicto Caminatensi monasterio, inconvulsa perpetuo conservetur et rata, nos et idem conventus noster ad petitionem confratris nostri Ottonis, tunc temporis prepositi Caminatensis, nec non eorundem fratrum de Halle hanc presentem paginam sigillorum nostrorum appensione decrevimus roborandam. Datum Corbeye, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quarto, decimo Kalendas Iulii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Kemnade Nr. 10. Die an Pergamentstreifen angehängten Siegel des Abts und Konvents sind stark beschädigt.

1794.

Richter und Rathmänner in Lemgo urkunden über Güterverkauf in Medreke *seitens des Volkmarser Bürgers Konrad Vorste an Kl. Hardehausen. 1284 Juni 24.*

Nos iudex, consules opidi Lemegogensis tenore presentium protestamur, quod Bertrammus de Rordinctorpe in nostra presentia constitutus firmiter recognovit se de consensu et voluntate uxoris sue

et heredum, quicquid iuris in bonis cum area in villa Medreke sitis, que Conradus dictus de Vorste civis in Volcmersen quondam possederat, videbatur habere, religiosis viris domino .. abbati et conventui in Herswithehusen legitime vendidisse et per consequens eadem bona in manus Conradi nobilis domini de Sconenberg, a quo et ipse in pheodo tenuerat, resignasse. Profitebatur etiam se specialiter obligasse, quod eosdem dominum abbatem et conventum apud Henricum fratrem suum et omnes eos occasione dicte venditionis forte impulsantes per iustam warandiam indempnes omnimode conservabit, et quod post huiusmodi venditionem et resignationem factam nulli hominum dicta bona porrexerit quoquomodo, cum nemo, quod alienum est, transferendi in alios proprie iustam habeat potestatem. Super quo ad petitionem dicti Bertrammi sygillum non habentis presens scriptum sigillo nostre civitatis fecimus communiri. Qui fuerunt presentes, sunt: Albertus plebanus Lemego(gensis), Conradus sacerdos dictus de Driburg, Gotfridus de Scahterbeke, Albertus Besteco, Hillebrandus de Melle, Goscalcus de Svalenberg, Hillebrandus de Barichusen, cives Lemegogenses. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XIII°I., in die sancti Iohannis Baptiste.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 243. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1795.

Rathmänner in Corbach bekunden Verkauf einiger Güter seitens Kl. Schaken in Dorf-Itter. 1284 Juni 28.

Nos Hermannus proconsul ceterique consules universitatis in Corbike recognoscimus presentibus litteris protestando, quod Hadewigis de Vorstenberg relicta Theoderici de Vorstenberg, nostri quondam civis, medietatem quorundam bonorum in Dorpittere sitorum apud prepositum et conventum cenobii in Scaken ad lucri dampnique perceptionem in hiis, que de ipsorum medietate bonorum provenerint, emptionis titulo pro quadam summa pecunie ad terminum vite sue comparavit. Post obitum vero ipsius Hadewigis eadem predictorum bonorum medietas ad usum prefati cenobii revolvetur. Si autem contingat, quod talis medietas sepe dictorum bonorum per quempiam colonum locari debeat, hoc fiet mediante consilio et voluntate vidue supradicte. In cuius rei testimonium ad petitionem partium utrobique presens scriptum sigillo nostre civitatis fecimus communiri. Acta sunt hec presentibus ipsi: Hermanno proconsule, Iohanne Surdo, Bertoldo de Brakele, Henrico Sporrone, Heynemanno de Wernestorp, Conrado Vundengot, Conrado Rotgeri ceterisque consulibus et aliis fide dignis. Anno Domini M°.C°C.LXXX° quarto, in vigilia beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1796.

Adolf und Albert Gebrüder Grafen von Schwalenberg resigniren dem Abt von Corvey den Zehnten in Nieder-Beverungen zu Gunsten des Kl. Amelunxborn. Ohne Jahr (vor 1284 Juli 7).

Venerabili Domino eorum ecclesie Corbiensis abbati Adolfus et Albertus fratres et comites de Swalenberge voluntarium in omnibus obsequium et paratum. Tenore presentium recognoscimus et testamur, quod decimam in inferiori Beverungen, quam a vobis in feodo tenuimus, resignamus tali forma, quatinus ipsi proprietatem ecclesie beate virginis Marie in Amelungesborne, Cysterciensis ordinis, conferatis, et promittimus fideliter nos, cum primum vestri copiam habere possumus, hoc lingua et manu facturos, quomodo testimonio facimus litterarum.

Nach dem Amelunxborner Kopiar II fol. 19v im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel; Abschr. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 305. Vgl. die folg. Nr.

1797.

Abt Heinrich von Corvey übereignet dem Kl. Amelunxborn den Zehnten in Nieder-Beverungen. 1284 Juli 7.

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus Dei gratia abbas Corbeyensis universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quibus hoc scriptum audire vel videre contigerit, imperpetuum.

Expedit ea, que nostris temporibus rationabiliter ordinantur, propter humane memorie fragilitatem scriptis et testibus roborari. Hinc est, quod, cum petitionibus, in quibus pro terrenis celestia commutantur, merito sit ab omnibus annuendum, pie peticioni nobilium virorum comitum de Swalenberge Adolfi scilicet et Alberti benigno concurrentes assensu decimam in minori Beverungen, quam a nobis in feodo tenuerunt, et ob hoc, ut eam ecclesie et conventui, Cysterciensis ordinis et dyocesis Hildensemensis, in Amelungesborne conferremus, nobis resignarunt, propter ipsorum instantiam et dilectionem cum capituli nostri connivencia iam dicte ecclesie receptis ab ea sex marcis, marca pro duodecim solidis computata, conferimus cum omni proprietatis et utilitatis iure perpetuo possidendam. Huius itaque actionis veritas ut apud posteros nostros rata permaneat et inconvulsa, presentem paginam inde confectam eidem ecclesie dedimus cum annotatione testium et sigillorum nostri atque capituli nostri impressione firmiter insignitam. Testes sunt: Bernardus prepositus, Ludolfus prior, Henricus custos, Ludolfus hospitalarius dictus de Holte, Herboldus portarius dictus de Amelungessen, Crachto dictus de Yburch, domini ecclesie Corbeyensis, dominus Mauricius abbas, Ludolfus prior, Fredericus camerarius, Baldewinus cantor, monachi in Amelungesborne, supradicti comites de Swalenberge Adolfus et Albertus, dominus Henricus de Homborch et Bodo filius eius, Bodo filius fratris sui, Sifridus de Halle, Conradus Beseworm, Conradus de Uslaria et alii quam plures. Datum per manum Ludolfi notarii nostri anno Domini M°.C°C.LXX°XII°II., Nonas Iulii.

Nach dem Amelunxborner Kopiar II fol. 19v im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Reg. mit fehlerhafter Jahreszahl (1274) Harenberg, Hist. Gandersh. S. 1707. Darnach Dürre, Homburg in Ztschr. für Niedersachsen, Jahrgg. 1880 Nr. 47 zu 1274 und 51 nach obiger Quelle richtig zu 1284; Falke, Cod. trad. Corb., p. 887. Vgl. vor. Nr.

1798.

Notiz über Streitschlichtung wegen einer Mühle bei Höxter. 1284 Juli 7.

Anno 1284. Non. Iul. Bernhardus Corbeiensis praepositus ac nobilis viri dominus Lodewicus senior comes de Euerstein, dominus Albertus comes de Swalenberge et consules Huxarienses litem quamdam composuerunt, quae fuerat agitata de molendino quodam cum nonnullis.

So gedr. bei Harenberg, Hist. Gandersh. p. 1700. Vgl. unten zu 1285.

1799.

Abt Heinrich von Corvey übergibt den ihm von den Grafen von Schwalenberg resignirten Zehnten in Eversen an Kl. Amelunxborn. 1284 Juli 7.

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus Dei gracia abbas ecclesie Corbeiensis universis *u. s. w. wörtlich mit Nr. 1798 übereinstimmend bis* decimam in Everdessen, quam a nobis in pheodo tenuerunt et ob hoc, ut eam ecclesie et conventui Cisterciensis ordinis et dyocesis Hildensemensis, in Amelungesburne conferremus, nobis resignaverunt, propter ipsorum instanciam et dilectionem cum capituli nostri connivencia iam dicte ecclesie conferimus cum omni proprietatis et utilitatis iure perpetuo possidendam. Huius itaque actionis veritas ut apud posteros nostros rata permaneat et inconvulsa, presentem paginam inde confectam eidem ecclesie dedimus cum annotacione testium et sigillorum nostri atque capituli nostri impressione firmiter insignitam. Testes sunt: Bernhardus prepositus, Ludolfus prior, Henricus custos, Ludolfus hospitalarius dictus de Holte, Herboldus portarius dictus de Amelungessen, Crachto dictus de Yborch, domini nostri ecclesie Corbeyensis, dominus abbas Mauricius, Ludolfus prior, Fredericus camerarius, Boltwinus cantor, monachi in Amelungesburn, supradicti comites de Swalenberge Adolfus et Albertus, Conradus Beseworm, Conradus de Uslaria, burgenses civitatis Huxarie et alii quam plures. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX°IIII°., Nonas Iulii.

Nach dem im Landeshauptarchive zu Wolfenbüttel befindlichen Diplomatar des Klosters Amelunxborn Bl. 44, b. Reg. Falke, Cod. trad. Corb. p. 902. Ob es sich hier um Everdessen = *Eversen bei*

Nieheim oder um das zwischen Beverungen und Dalhausen eingegangene Dorf dieses Namens handelt? Letzteres erscheint wahrscheinlicher, da Amelunxborn gleichzeitig auch den Zehnten zu Beverungen von den Grafen von Schwalenberg erwarb. (Spancken.)

1800.

Die Rathmänner in Warburg bekunden Verkauf Heerser Lehngüter an Kl. Hardehausen. 1284 Juli 29.

Nos consules in Wartberg recognoscimus per presentes, quod Iohannes dictus Rufus de Nordhe in nostra presencia constitutus mediam partem bonorum beati Quintini in maiore Nordhe sitorum, que bona religiosis viris domino . . abbati et conventui in Hersuedehusen legitime vendidit, coram nobis resignavit, protestans ex proprio motu et arbitrio huiusmodi resignationem esse ratam, tamquam in presencia domine abbatisse Herisiensis, a qua eadem bona tenuerat, resignasset, quod ad peticionem suam nostro sigillo duximus confirmandum. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XII°II., sabbato post Iacobi.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 244. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1801.

Edler Hoyer v. Sternberg verkauft an Kl. Möllenbeck die Vogtei in Wülfentrup. Möllenbeck 1284 August 8.

Gedr. Ztschr. IX, 77. Reg. mit Erläuterungen Lipp. Regg. I, 256 Nr. 407.

1802.

Memorienstiftung eines Bürgers in Salzkotten für den Paderborner Domthesaurar Walther. 1284 September 13.

Universis et singulis presentes (litteras vi)suris nos . . iudex, magistri civium, consules et universi opidani in Saltkoten notum esse cupimus publice protestantes, (quod) Henricus dictus de Stendale noster coopidanus suis in hoc consentientibus heredibus recognovit coram nobis se singulis annis in crastino circumcisionis Domini daturum sive amministraturum ex integra hereditate sua, quam apud nos habet, annualem pensionem quatuor solidorum in maiorem ecclesiam Paderbornensem pro memoria domini Waltheri quondam ibidem thesaurarii bone memorie, ut videlicet inde ibidem iam dicti domini Waltheri memoria singulis annis die obitus sui perpetue celebretur. Hoc autem condictum est, quod idem Henricus aut sui heredes prefatam quatuor solidorum pensionem redimere ac eorum hereditatem possunt absolvere quatuor marcis, si dicto Henrico et suis heredibus visum fuerit expedire, tali etiam interposita condicione, ut in ipsis IIII marcis, cum quibus pensio IIII solidorum supradictorum redempta fuerit, certi redditus ad dictam ecclesiam comparentur, de quibus memoria prefati domini Waltheri, sicut predictum est, perpetuo celebretur. Sciendum tamen, quod redemptio sepedictorum IIII solidorum non quolibet tempore cuiuslibet anni fieri potest, sed solummodo quolibet anno infra octavam penthecostes. In cuius rei testimonium presentem litteram super eo confectam opidi nostri sigillo fecimus communiri. Insuper sigillum honorabilis viri domini Godefridi decani ecclesie Susatiensis appensum est ad maiorem evidentiam premissorum. Actum et datum Idus Septembris, anno Domini M°.C°C.LXX°X quarto.

Or. (abgeblättert) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 306. Beide Siegel v. d. Pergamentstreifen ab.

1803.

Abt Heinrich von Marienmünster schenkt seinem Kloster Güter behufs Stiftung eines Anniversariums für den Mindener Kanonikus Bernard von Rostorp. 1284 Oktober 9.

Heinricus Dei gratia abbas in monasterio sancte Marie prope Swalenbergh omnibus Christi fidelibus salutem in eo, per quem omnia salvantur. Veritatem rerum gestarum solet processus temporis obfuscare, que non inscriptionibus adiuvatur. Presenti itaque scripto notum fieri volumus universis modernis et posteris, quod nos dominorum nostrorum scilicet universalis conventus nostri penuria sive carentia pensata volentes eisdem in modico sublevamine refectionem corporalem augmentare, ex deliberato igitur animo et benigno donavimus et commisimus ad manus eorundem decimam in Eygelberga karitatibus

eorum administrandam. Insuper pensionem ibidem, que apud vulgum dicitur hure, assignamus providentie ipsorum, in quantum hec pensio protenditur[1]) quadragesimali ieiunio alletia[2]) comparanda. Nullus igitur successorum nostrorum de his hoc verbum iuris in medium producere presumat, quod nemo pre(de)cessor in detrimentum sui successoris aliquid de rebus ecclesie statuere possit vel commutare, quia dictante nobis conscientia nostra Deo teste veridicis assertionibus hoc affirmamus, post accessum nostrum absque lesione ecclesie scilicet propria industria et ex providentia discretiva hec bona emptionis titulo a nobis esse comparata, magis ergo securi[3]) hec bona sine periculo anime liberius arbitrio nostro ad tale opus caritativum esse disponenda. Preterea curiam in Eysne cum omnibus attinentiis, utilitatibus sive usibus pro ministerio cuiusdam consolationis ipsis assignavimus, pro eo videlicet, ut et ipsi domini Bernhardi canonici Mindensis[4]) ecclesie dicti de Rostorp, qui et mortuarium pro anima sua huic ecclesie refudit, singulis annis anniversariam sive memoriam et hoc semper in vigilia beati Iacobi apostoli solenniter et devote peragant. Ne autem hec a successoribus nostris infringi queant[5]) et commutari, presens scriptum inde confectum nostro et ecclesie nostre sigillorum munimine roboratum duximus concedendum. Actum et datum anno (Domini) M°.CC°.LXXX quarto, in die Dionisii et sociorum[6]) eius.

[1]) protendit *C.* [2]) halecia *C.* [3]) secure *C.* [4]) Myndensis *C.* [5]) nequeant *B.* [6]) *Bei B folgt* eorum.

Aus Msc. I, 129 fol. 35v (B), VII, 4512 p. 76 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 185. Danach lag Eyleberga *in der Nähe von Erwitzen. In Msc. I, 129 wird auf fol. 40 (Urk. von 1280. Vgl. Nr. 1605)* Engelbraha *verwiesen.*

1804.

Rayner de Orio, päpstlicher Kollektor in der Kölner, Magdeburger und Bremer Diöcese, dessen Freilassung aus der Gefangenschaft des Edelherrn Simon zur Lippe Graf Everhard von der Mark unter Bedingung der Zahlung von 1000 Mark, wenn Rayner nicht für Lossprechung Simons vom Banne sorge, bewirkt hatte, bittet den Erzbischof Siegfried von Köln, nachdem er zur Freilassung seines als Geissel zurückgelassenen Bruders Wilhelm dem Lütticher Kanonikus Graf Adolf von Waldeck vorläufig 800 Mark gegeben, die dieser ihm nicht wieder verschaffen könne, ihm zur Wiedererlangung dieses für das h. Land bestimmten Geldes behülflich zu sein. 1284 November 5.

Gedr. UB. V, 745.

1805.

Gutsverkauf des Kl. Marxhausen an Kl. Netze. 1284 November 19.

In nomine Domini amen. Ne rerum gestarum negocia corruptioni subiaceant, solent ea, que geruntur in tempore, scripturarum testimonio perennari. Noverint igitur universi tam posteri quam moderni, quod nos Waltherus prepositus, priorissa totumque collegium ecclesie de Merkershusen, Moguntine dyocesis, vendidimus mansum unum situm in Mehelen cum suis pertinenciis universis, et quicquid ibidem hactenus habuimus, in aquis, pratis, silvis, pascuis et in campis, ecclesie et personis eius de Netche, Cisterciensis ordinis, proprietatis titulo, quo nos iam sexaginta annis possedimus, pacifice et quiete perpetuis temporibus possidenda. In horum testimonium, memoriam et perpetuam firmitatem tam nostre ecclesie quam etiam domino[1]) R(eimboldi) decani, . . cantoris ecclesie Fritslariensis et . . officialium prepositure loci eiusdem sigilla presenti pagine sunt appensa. Testes sunt: Hermannus, Bernhardus, Henricus, vicarii ecclesie Fritslariensis, et quam plures alii probi viri. Actum et datum anno Domini millesimo CC°.LXXX°IIII°., XIII. Kalendis Decembris.

[1]) *Or.* domino.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen treppenweise übereinander 1) verletztes rundes Siegel, Mutter Gottes mit dem Kinde und Lilienstab; Umschrift unlesbar; 2) spitzovales Siegel, Figur mit Buch und Schlüsseln; Umschrift: S. Renboldi decani ecc. Frislariens. *oben Nr. 1209 führt Reinbold Palmzweig mit Schlüssel; 3) Fragment spitzovalen Siegels, Figur mit Buch; 4) abgefallen.*

1806.

Die von Gudensberg bestätigen den Verkauf des Zehnten in Helsen seitens ihres Vaters an Kl. Arolsen. 1284 November 27.

Universis Christi fidelibus hanc cartulam inspecturis nos Everhardus, Arnoldus et Lodewicus dicti de Godenborch notum esse volumus, quod venditionem dimidietatis decime in Helsen a patre nostro domino Everhardo premortuo necnon et patruo nostro domino videlicet Thiderico dictis Lupis ecclesie Aroldensi factam perpetuis temporibus ratam servabimus et inconvulsam tempore et loco memorate ecclesie necessario, super decima prelibata prestituri certam firmamque warandiam. Ne autem de hiis in posterum ambiguitatis locus exurgat, presenti scripto sigilla nostra duximus apponenda. Testes huius rei sunt: Arnoldus plebanus de superiori Elsingen, Conradus plebanus de inferiori Elsingen et Everhardus plebanus in Eringen. Datum anno ab incarnatione Domini M°.CC°.LXXXIIII°., feria secunda ante festum Andree.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen zwei sehr plattgedrückte dreieckige Siegel, die jedes einen nach rechts schreitenden Wolf erkennen lassen.

1807.

Edelherr Simon zur Lippe schliesst Frieden mit Erzbischof Siegfried von Köln und verspricht Zahlung von 800 Mark. Unter den Bürgen: Graf Otto von Waldeck, Graf Adolf von Schwalenberg, Propst Heinrich von Sternberg, Heinrich und Lutbert, Brüder, und Hermann gen. Wendt. Essen 1284 November 29.

Gedr. Lacomblet, UB. II, 794; zum Theil Sloet, Oorkondenboek, 1084. Reg. Lipp. Regg. I, 256 Nr. 408.

1808.

Ein Hof in Humfeld wird von Graf Gerhard von Schauenburg an Kl. Obernkirchen verkauft. Hameln 1284 November 30.

Gedr. v. Aspern, Cod. dipl. Schauenb. II, 171. Reg. Wippermann, UB. des Stifts Obernkirchen Nr. 75; Lipp. Regg. I, 257 Nr. 409.

1809.

Johann von Driburg überträgt dem Kl. Willebadessen sein Haus in Odheim *auf fünf Jahre. 1284 Dezember.*

Ego Iohannes de Driburg recognosco et publice protestor, quod ego cum consensu heredum meorum in remedium anime uxoris mee premortue assignavi conventui sanctimonialium in Wilbodessen domum meam sitam in Odheim solventem annuatim VI moldra annone Paderbornensis mensure cum omni utilitate et proventu ad quinque annos iam futuros possidendam, tali condicione subarrata, quod dicta annona predictis quinque annis in summam colligatur et exinde hereditas, per quam memoria huius facti subsistere valeat, comparari possit ab eisdem. Ego eciam et heredes mei certam sibi faciemus warandiam. Cuius rei testes sunt: dominus Vdo miles dictus Sumerkalf, Albero de Schildessen et Hermannus frater meus, Regenbode de Ysentorp et dominus Gotfridus tunc temporis prepositus dicti conventus. Quod ut ratum permaneat et inconvulsum, scriptum presens sigillo meo roboravi. Datum anno Domini M°.C°C.LXXXII°II., ipso die beati Nycolai confessoris et episcopi.

Or. im Besitze des Freiherrn von Wrede zu Willebadessen; das an Pergamentstreifen angehängte Siegel zerbröckelt. Odheim *eingegangen in der Feldmark von Lichtenau. Vgl. Ztschr. XXXVIII, 2, 108.*

1810.

Albert von Hörste verkauft an einen Bürger zu Lippstadt sein Recht und Eigenthum in Westbrock bei Dedinghausen. 1284 nach Weihnachten.

Notum sit omnibus hoc scriptum visuris sive audituris, quod Albertus de Horste cum consensu et voluntate uxoris sue et omnium heredum suorum Iohanni dicto de Dedingkhusen civi Lippiensi et

iustis heredibus eius ius suum universum sive proprietatem, quam habuit vel habere videbatur in West Broike apud villam Dedinnghausenn sito, videlicet in s(cis)ione lignorum ibidem crescentium pure vendidit ac in manus Iohannis predicti et heredum suorum ante fores ecclesie in Horste coram parochianis ibidem commorantibus penitus resignavit (sibi) et heredibus suis possidendum. Ad perpetuam vero contractus huiusmodi firmitatem nos consules Lippienses de consensu et petitione partium sigillum oppidi nostri presentibus duximus apponendum. Testes huius rei sunt: Iohan de Monasterio, Regenhardus de Monte, Iohannes de Strot, Brunhardus de Salirenn(?), Henricus Corvus(?), Tesserus(?) de Casis, Helmicus Bernhardy . . . Henricus de Clez, Arnoldus de Capella, Helmicus de Roachina(?), Bredico(?) Stakeln, cives Lippienses, Thede(ricus) de Horst, Iohan Vogelhenne, Iohan de Moz, Hermannus Lep . . . (?), Henricus Stellebom, Lamberth de Dedinnghausen, Volquinus de Aliken, Gerhardus filius Iutte Dinckwort, Henricus de Dedinnghausen, Iohannes Be(o)nenveldt, Hermannus de Ochtrinnghusenn presentibus. Actum anno Domini M.CC°.LXXX quarto, post nativitatem Domini.

Nach Kopie saec. XVI, ex. (zum Theile schwer lesbar) im Fürstl. Lipp. Archiv in Detmold.

1811.

Bischof Ulrich von Ratzeburg ertheilt allen, die zum Neubau des Hauses der Brüder vom Predigerorden in Warburg beisteuern und an den vier Marienfesten, den Festen des h. Petrus Martyr, Dominikus, Augustinus, der h. Maria Magdalena, Katharina und elftausend Jungfrauen die Klosterkirche besuchen, Ablass von 40 Tagen. 1284.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. in Warburg Nr. 24. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1812.

Elekt Johann und Kl. Helmarshausen verkaufen das Eigenthumsrecht eines Guts. 1284.

Iohannes Dei gratia electus in Helmwardeshusen totumque capitulum eiusdem ecclesie omnibus hanc litteram inspecturis notum esse cupimus, quod nos accepta quadam summa pecunie proprietatem unius mansi in Rene cum suis attinenciis Bernardo de Hallis dedimus libere et absolute, et ubicunque vel cuicunque illam donare vel infeodare voluerit, sine aliqua contradictione hoc facere poterit, ut nostri iuris erat. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XII°II. Ut autem illud nullus infringere valeat, hanc cartulam sigillorum nostrorum munimine roboratam eidem dedimus ad munimen.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Corvey Nr. 109. Nur vom Kapitelssiegel ein Bruchstück an Pergamentstreifen erhalten. Rene *lag bei Bodenwerder, Urk. v. 16. Dezember 1290 und Dürre, Die Wüstungen des Kreises Holzminden in Zeitschr. d. hist. Ver. f. Niedersachs. Jahrg. 1878 S. 207.*

1813.

Ritter Giso von Gudensberg überlässt seinem Verwandten Giso Güter. 1284.

Nos Gyso miles dictus de Godensperc de consensu uxoris nostre recognoscimus nihilominus de favore et voluntate fratruelum nostrorum Hermanni et Wernheri et ipsorum heredum bona nostra sita in villa Adenstede cum omnibus attinentiis domino Gysoni dicto de (Godenborch et omni)bus suis herebus vendidisse simul et titulo proprietatis possidenda contulisse, (dantes in eviden)tiam huius presens scriptum nostrorum sigillorum munimine roboratum. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XII°II.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in hellgelbem Wachs verletzt 1) dreieckiges Siegel Giso's v. G. Kopf mit herunterwallendem Haar, in den drei Ecken je ein dreiblätteriges Blatt; 2) Rest sehr beschädigt von dreieckigem Siegel, gespaltener Schild, rechts aufgerichteter Löwe oder Hund, links drei Balken. Die eingeklammerten Stellen sind im Or. durch Mäusefrass verloren, aus Kopiar I fol. 58 des Kl. Berich ergänzt.

1814.

Gottschalk von Patberg schenkt am Begräbnisstage seiner Gemahlin Iliane dem Kl. Bredelar mehrere Äcker in Upsprunge. 1284.

Universi presentes litteras inspecturis vel audituris ego Godescalcus dominus castri in Padberg utriusque vite salutem et veritatis testimonium perhibere. Gesta rerum scriptis utiliter commendantur, ut annotata scriptis memorie commendentur. Noverint igitur presentes pariter et futuri, quod ego pia voluntate et affectu quosdam agros sive iugera in villa Upsprungen inferiori sita, que a progenitoribus meis ad me devoluta iure hereditario possedi, a quibus iugeribus quatuor moldra annone in annua pensione recepi, accedente consensu et assensu filiorum meorum Frederici, Godescalci et Iohannis venerabili [1]) viro abbati et conventui monasterii in Breydelare cum omni integritate et utilitate favorabiliter contuli in die sepulture uxoris mee Iliane ibidem sepulte quiete et perpetuo possidenda pro eo, ut in eadem domo mei et parentum meorum et specialiter et precipue predicte uxoris mee iugiter memoria peragatur et ut devotionum et orationum dicti conventus participes fieri mereamur. Ad huius donationis evidentiam presens scriptum sigilli mei munimine roboravi et etiam testes presentes huius facti volui ad maiorem confirmationem singulorum nomina annotare: nobilis vir Bertoldus de Buren, Ecbertus dictus Spegel, Stephanus de Horhusen, Conradus, Raueno fratres dicti de Papenhem, Swickerus de Westhem, Albertus de Mulenhusen, milites, Conradus de Horhusen, Stephanus, Rudolfus de Esnethe, Iohannes de Bilinchusen, Henricus de Nutlon et filius eius, Henricus de Capella, burgenses Montis Martis et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X quarto.

[1]) venerali *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 123. An Pergamentstreifen Siegel Gottschalks von Patberg.

1815.

Die Rathmänner v. Volkmarsen gestatten dem Kl. Hardehausen Erwerb einer Stelle in ihrer Stadt. (1284.)

Noverint universi Christi fideles tam presentes quam futuri presentem litteram visuri et audituri, quod nos consules oppidi Volcmersen hiis nominum proprietatibus expressi: Henricus videlicet monetarius, Arnoldus Rufus, Thetmarus de Mengerinchusen, Henricus de Hemedessen, Godescalcus Rufi pistoris filius, Udo, Henricus de Berendorp, Henricus de Elsingen, Iohannes de Wellede, Henricus sartor et Eggehardus ceterique oppidani ibidem ad petitionem venerabilis viri abbatis in Herswidehusen tociusque conventus ibidem annuimus et pie consensimus, quod prelibatus conventus aream cum suis attinentiis comparabit oppidi nostri infra muros, quam locabit suo villico sive eciam nostro concivi[1]). Quicunque autem dictam aream sive domum inhabitaverit, omne ius oppidi nostri hucusque habitum pro suarum possibilitate facultatum observabit. Verumtamen e adiecto conditionis articulo, quod tempore werre nobis imminente vel alias idem conventus equo sive dextrario subsidium nostrum comparando exemptus erit et immunis. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo oppidi nostri duximus roborandum. Datum anno Domini M°.C°C.LXX . . . Erpone iudicium tenente et Theoderico proconsulatum.

[1]) *Or.* cum *(unterpungirt)* concive.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 230. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Das Datum durch Reagentien ganz zerstört; auf der Rückseite 1284.

1816.

Die von Ilsen verkaufen auch die zweite Hälfte ihrer Corveyer Lehngüter zu Kemnade mit einer fünfjährigen Wiederkaufsfrist. 1285 Januar 11.

Nos Henricus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas tenore presentium protestamur, quod, cum Thydericus et Gernandus fratres dicti de Ilsen medietatem omnium benorum suorum in Keminachen[1]) existentium tam in villa quam in campo et in pascuis et in silvis cum heredum suorum consensu Caminatensi ecclesie pro viginti et septem talentis Hamelensis ac Insulensis monete vendidissent, prout in alio scripto nostro de confecto expressius[2]) continetur, post aliquot annorum evolutionem, cum beate memorie Thydericus de Ilsen predictus ab hoc seculo emigrasset, prefatus Gernandus et

filii ac heredes eiusdem Thyderici, videlicet Bernardus, Gernardus ac Thydericus fratres, cum consensu sororis ipsorum, videlicet Hildeburgis, medietatem reliquam predictorum bonorum cum eadem integritate ac eisdem attinentiis et pro ipsa summa denariorum et eiusdem monete eidem Caminatensi ecclesie vendiderunt. Et hoc facto idem Gernandus et tres fratrueles eius iam dicti in manus nostras eandem medietatem eorundem bonorum ab ipsis, ut iam dictum est, venditam cum sorore sua Hildeburgi, sicut et de altera medietate fecerant, resignarunt et nos ipsam, sicut et de altera feceramus, eidem ecclesie Caminatensi statim contulimus ipsa vice. Facta autem sunt[3]) hec omnia tali pacto, quod Gernandus et tres eius fratrueles predicti aut eorum heredes legitimi sepe dictam bonorum medietatem nunc ultimo venditam infra quinque annos a secunda feria post palmarum diem nunc instantem inchoandos, ita tamen, quod hoc fiat ipsorum propriis denariis et ad usus proprios et quod fiat ante tempus novarum frugum, pro pecunia supradicta poterunt absque omni contradictione reemere, nec hoc ipsa Caminatensis ecclesia denegabit eisdem. Sed si infra iam dictos quinque annos hoc factum non fuerit, ex tunc nullo modo valebunt reemere, sed deinceps ecclesia sepe dicta eandem perpetuo possidebit. Ceterum hoc ex parte nostri et a nobis adiectum est, quod, si sepe dicti Ger(nandus) et sui fratrueles aut eorum heredes legitimi sepe dicta bona predictis modis reemerint infra tempus predictum, nos aut nostri successores eadem bona cum aliis bonis suis, que ab ecclesia nostra tenent, debemns eisdem absque contradictione aliqua reconferre. Testes huius rei sunt: Albertus senior miles de Amelungessen, Henricus de Godelhem, Hermannus et Euerhardus fratres de Nyenkerken, castellani nostri in Brunesberg, Iohannes de Frenke, Thydericus de Helen, milites, Albertus de Hupede[4]), Henricus et Bernardus fratres de Halle, Ludolfus notarius noster et quam plures alii fide digni. Ut autem hec omnia utrobique rata serventur et inconvulsa permaneant, presens scriptum sigillis nostro videlicet et conventus nostri Corbeyensis ac ipsius ecclesie Caminatensis decrevimus roborandum. Datum et actum temporibus Ottonis prepositi Caminatensis, anno Domini M°.C°C. octogesimo quinto, feria quinta post epyphaniam Domini.

[1]) Kemenadhem *B.* [2]) expresius *A.* [3]) sunt autem *B.* [4]) Hupedhe *B.*

Or. in zwei Ausfertigungen A (im Kgl. St.-A. Münster, Stift Kemnade Nr. 11) und B (im Herzogl. Braunschweigischen Landeshauptarchiv in Wolfenbüttel) erhalten. Die drei an Pergamentstreifen befestigten Siegel fehlen bei A; bei B fehlt das zweite, die beiden andern sind verletzt. Tafel bei Falke, Cod. trad. Corb. p. 40. Der Verkauf der andern Hälfte hatte am 11. April 1278 (vgl. Nr. 1505) stattgefunden.

1817.

Abt Heinrich von Corvey übereignet dem Kl. Falkenhagen verschiedene Güter. Corvey 1285 Januar 21.

Henricus Dei gratia abbas Corbeyensis, prior totusque conventus eiusdem ecclesie presentia visuris salutem in omnium salutari. Cum Iohannes miles dictus de Vrenken necnon Bruno et Iohannes heredes filii sui decimam in villa Holthusen sitam cum omnibus suis atiinentiis et alia bona in eadem villa, que iidem a nostra ecclesia in feodo possidebant, in manus nostras resignaverint, presentibus firmiter protestamur nos eandem decimam cum omnibus suis attinentiis et aliis bonis sive in silvis, in campis, in pascuis, sive in aquis, sicut prenotati videlicet Iohannes miles de Vrenken et filii sui predicti a pretacta nostra ecclesia possidebant, ita propter Deum conventui sanctimonialium in Valkenhagen in proprietatem perpetuam contulisse. Preterea cum dominus Thymo abbas beate memorie predecessor noster, sicut ipsius littere sub sigillis ipsius et conventus nostri predicti publice protestantur, curiam et decimam in Wienkhusen et decimam in Dane cum omnibus suis attinentiis a Bertoldo milite et Wernero fratre eius dictis de Lippia, qui hec bona a nostra ecclesia Corbeyensi tenebant in feodo, in ipsius manus libere resignata predicte ecclesie in Valkenhagen in perpetuam proprietatem contulerit, nos hoc factum prefati antecessoris nostri ratum et gratum habentes tenore presentium ob divine remunerationis intuitum confirmamus, hoc adiecto, quod in horum omnium ac singulorum recognitionem ecclesia sepedicta in Valkenhagen de decima supradicta in Holthusen singulis annis unum fundum cere

persolvet thesaurario Corbeyensi, item de aliis bonis in eadem villa unum fundum, item de curia in Wienkhusen unum fundum, item de decima ibidem unum fundum, item de decima in Dane unum fundum, vel pro quolibet fundo unus gravis denarius persolvetur. Ut autem hec omnia in perpetuum inconvulsa permaneant, nos predicti abbas et conventus Corbeyensis hanc presentem paginam sigillorum nostrorum appensione decrevimus roborandam. Datum Corbeye, anno Domini M°.CC°.LXXXV., in dominica qua cantatur Circumdederunt.

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn. An Pergamentstreifen 1) spitzovales Siegel des Corveyer Abts Heinrich; 2) grosses rundes Siegel des Corveyer Kapitels. Reg. Lipp. Reg. I, 258 Nr. 412, irrig zu Januar 28. Gedr. Falke, Cod. trad. Corb. p. 530.

1818.

Ritter Heinrich Bock schenkt dem Kl. Flechtdorf eine Hufe in Gembeck. Corbach 1285 Januar 21.

Forciora permanent, que geruntur in lapsu temporis, si a litterarum testimonio et voce testium stabile solidumque capiunt firmamentum. Sciant ergo presentes ac posteri, quibus presens scriptum allatum fuerit, quod ego Henricus miles dictus Bok[1]) cum consensu Hermanni et Henrici filiorum sororis mee ceterorumque heredum meorum pro remissione peccaminum meorum et eterni patris misericordia consequenda mansum unum situm in Gembeke[2]) ecclesie beate Marie perpetue virginis in Fle(c)torp[3]) perhenniter possidendum assignavi. Huius rei testes sunt: Conradus plebanus de Corbeke[4]), Heynemannus nobilis de I(t)tere[5]), Ludolfus[6]) miles dictus de Dalewich, Walego miles de Ense, Borchardus et Cunradus[7]) filius eius dicti de Othmarinkůsen[8]), Hermannus Vůllenber[9]), Iohannes Surdus, cives in Corbeke[4]), et alii quam plures. Ut autem hoc factum non valeat ab aliqua calumpnia in posterum infirmari, ego prenominatus Henricus Bok[10]) presentis pagine scriptum munimine sigillorum, videlicet Heynemanni nobilis de Ittere et sigillo civitatis de Corbeke feci roborari. Acta sunt autem hec anno Domini M°.C°C.LXXXV°. Datum Corbeke[4]), XII.[11]) Kalendas Februarii, in die sancte Agnetis virginis et martiris.

[1]) Bock *B.* [2]) Gembicke *C.* [3]) Flechtorpp *C.* [4]) Corbicke *C.* [5]) Itter *C.* [6]) Ludolphus *C.* [7]) Conradus *C.* [8]) Othmarinckhusen *C.* [9]) Bullerber *C.* [10]) Hoc *C.* [11]) septimo *C.*

Aus Msc. VII, 6704 A fol. 20 (B) u. VII, 6704 f. 24 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Gedr. Ztschr. VIII, 78.

1819.

Die Grafen Adolf und Albert von Schwalenberg übertragen Eigenthum und Kirchenpatronat in Gestorf an Graf Otto von Everstein. 1285 (um Februar 19).

Nos Adolfus et Albertus fratres[1]) Dei gracia comites de Swalenberge universis presens scriptum visuris cupimus esse notum et publice protestamur, quod proprietatem bonorum nostrorum in Gestorpe cum patronatu ecclesie nobili viro Ottoni comiti de Euerstene[2]) dedimus cum consensu fratrum nostrorum domini Volquini Mindensis episcopi et prepositi Guntheri de Meydeborg[3]) aliorumque heredum nostrorum et coheredum. Damus etiam in hiis scriptis ecclesie, quicquic cum dictis bonis faciendum decreverit, liberam optionem. In cuius rei evidens testimonium presentem literam decrevimus sigillorum nostrorum munimine roborandam. Datum anno Domini M.CC.LXXXV.

[1]) *Fehlt Gr.* [2]) Euersten *Sch.* [3]) Meydeberg *Sch.*

Gedr. Grupen, Origg. Pyrm. p. 112; Scheidt, Vom Adel, Mantissa Docum. p. 273. Auszug Spilcker, Everstein UB. Nr. 212. Graf Otto von Everstein überliess diese Güter an Kl. Loccum am 19. Febr. 1285. Vgl. Spilcker, Everstein UB. Nr. 213.

1820.

Edelherr Simon zur Lippe verspricht dem Bischofe von Münster und seiner Kirche für eine erhaltene Geldsumme Schutz und Hülfe gegen alle, ausgenommen den Erzbischof (Siegfried) von Köln und die Grafen E(ngelbert) von der Mark und (Otto) von Waldeck. Münster (1284) 1285 Februar 26.

Gedr. UB. III, 1270.

1821.

Graf Otto von Waldeck bekundet Verpflichtung einer Abgabe von sieben Schillingen an Dechant und Kapitel von Stift Busdorf in Paderborn. 1285 März 5.

Otto comes de Waldecge universis hoc scriptum visuris in perpetuum salutem. Tenore presentium cupimus declarari publice protestantes, quod nos nostrique heredes venerabilibus viris domino decano totique capitulo ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree Padeburnensis de bonis in Donne quolibet anno in festo beati Andree septem solidos Paderburnensis monete in perpetuum solvere tenemur et amicabiliter persolvemus, quod presenti scripto duximus approbandum nostri sigilli appensione munito. Datum anno Domini M.CC.LXXX quinto, tercio nonas Marcii.

Aus Msc. I, 121 fol. 68v im Kgl. St.-A. Münster. Eine curia Danne *kommt im Busdorfer Güterverzeichnisse (Zeitschr. IV, 125) vor und mag mit dieser identisch sein; sie wurde darnach vom Kl. Hardehausen gegen eine Geldabgabe benutzt, muss daher diesem Kloster bequem gelegen haben — aber wo, habe ich nicht ermitteln können. (Spancken.) Ist vielleicht an den* Doenhof in parrochia Brechte *(UB. III, 1181) oder an* Donhof in iudicio et parrochia Herbede *im Güterverzeichniss des Grafen Gottfried von Arnsberg (Seibertz, UB. II Nr. 665, S. 291, 295) zu denken?*

1822.

Graf Otto von Waldeck und Edelherr Heinrich von Itter einigen sich über die Lehengüter, die sie von dem Edelherrn Thitmar von Waldeck gen. Oppolt gemeinschaftlich gekauft haben. Als fideiussores *setzen sie ein:* Io(hannem) de Brobike, Ottonem dictum Canem, Henricum dictum Bolemast, Th(idericum) de Wagenbach, Waligonem Album, milites, et nobilem virum Godesse de Budenberch famulum . . . Actum et datum per manum magistri Sifridi notarii nostri. *1285 März 7.*

Gedr. Kopp, Nachrichten von den Herren von Itter, Beilage Nr. 46.

1823.

Edelherr Simon zur Lippe verspricht, das Münstersche Domkapitel nicht zu beunruhigen, falls Bischof Everhard oder einer seiner Nachfolger den Vertrag vom 26. Februar nicht halten würde. (1284) 1285 März 9.

Gedr. UB. III, 1275. Vergl. Nr. 1820.

1824.

Bischof Konrad von Osnabrück erneuert das alte Bündniss seiner Kirche mit Köln, verspricht zum Ersatz für die durch sein Mündel, den Edelherrn Simon zur Lippe verübten Schäden zweimaligen Kriegsdienst und wegen der streitigen Paderborner Bischofswahl dahin zu wirken, dass beide Parteien auf den Kölner Erzbischof und ihn kompromittiren. (1284) 1285 März 13.

. . . Cum inter honorabiles viros Ottonem fratrem nostrum, electum ecclesie Paderburnensis et confirmatum, ex una parte et Th(eodoricum) prepositum ecclesie Susaciensis, qui sibi dicit fore provisum de episcopatu ecclesie Paderburnensis predicte, consanguineum prefati domini nostri Coloniensis archiepiscopi, ex altera questio et controversia ventiletur super episcopatu predicto, promisimus et promittimus per presentes, nos procuraturos et effecturos, quod idem electus frater noster pro se et sibi adherentibus in dominum nostrum archiepiscopum et in nos simpliciter et de plano compromittet super iure episcopatus predicti. Et idem dominus noster archiepiscopus similiter efficiet et procurabit, quod suus consanguineus Th(eodoricus) predictus pro se et sibi adherentibus in eundem dominum archiepiscopum et in nos simpliciter et de plano compromittet super iure episcopatus Paderburnensis antedicte. Et quicquid nos simul et coniunctim dixerimus, ordinaverimus seu statuerimus in amicitia vel in iure, hoc

partes predicte sub certa pena, quam super hoc statuemus inter partes easdem, inviolabiliter observabunt et observare tenebuntur. Procurabimus etiam et efficiemus, quod predictus frater noster et sibi adherentes suas patentes litteras super huiusmodi compromisso sub certa pena conficiendas domino nostro predicto et nobis assignabunt. Et hoc idem facient consanguineus domini nostri predicti et sibi adherentes, quod ipse dominus noster similiter efficiet et procurabit. Dabunt etiam predicte partes domino nostro prefato et nobis plenam et liberam potestatem dandi, statuendi et prorogandi treugas inter ipsas partes et eis adherentes, prout ipsi domino nostro et nobis videbitur expedire . . . Datum et actum anno Domini M°.CC°. octuagesimo quarto, Nonas Martii.

Nach Druck bei Lacomblet, UB. II, 797. Aus derselben Quelle wie L. schöpfte Strunck für seine Notae criticae. Da er aber die Urk. zu 1282 setzte, brachte er die Verhältnisse in Verwirrung. Allgemein nahm man von Bessen, der in seiner Geschichte d. B. Paderborn zuerst die Notae benutzte, bis zu Lögel, Die Bischofswahlen u. s. w. an, dass von Anfang an der Soester Propst Gegenkandidat Otto's gewesen und der Ausgleich schon 1282 eingetreten sei. Nach Nr. 1519 hiess aber der Gegner gar nicht Dietrich sondern Heinrich. Die Bezeichnung prepositus *legt wenigstens die Vermuthung nahe, dass der abgesetzte Dompropst Heinrich von Schwalenberg, der Propst von Schildesche geblieben war, darunter zu verstehen sei. Bis zum 7. Juli 1278 (vgl. oben Nr. 1519) ist von keiner Gegenkandidatur Dietrichs von Bilstein die Rede. Möglich ist es, dass bald darauf der Schwalenberger starb und Dietrich an seine Stelle trat. Aber schon ein Jahr darauf 1279 ist Otto* electus et confirmatus, *und wie dann später noch von einer eigentlichen Gegenkandidatur die Rede sein kann, ist schwer verständlich.*

1825.

Graf Albert von Schwalenberg verkauft mit Einwilligung seines Bruders Adolf für 10 Mark Denare seinen Hagen an das Kl. Valkenhagen. Schwalenberg 1285 März 15.

Nos Albertus comes de Swalenberg universis presens scriptum visuris et audituris cupimus esse notum, quod cum consensu et bona voluntate uxoris nostre liberorumque nostrorum omnium simulque consensu fratris nostri comitis Adolphi cum suis heredibus accedente indaginem nostrum, qui dicitur Horoth, cum omni usufructu sive in silvis, sive in campis, sive in aquis, sive in pascuis et cum omni utilitate, sicuti nos habuimus, sanctismonialibus in Valkenhagen liberum et solutum ab omni servicio pro decem marcis denariorum rite et racionabiliter vendidimus. Insuper proprietatem eiusdem indaginis prelibatis sacris virginibus libere contulimus et nos nec aliquis heredum nostrorum umquam inpetitionem habebimus super eandem. Ne autem hoc factum ab aliquo herede nostro infringatur, presens scriptum nostro et fratris nostri comitis A(dolphi) sygillorum munimine consignatum simulque sygillo ipsius conventus duximus concedendum. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX°X°X° quinto. Datum in Swalenberg, feria quinta ante palmas.

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 24. An Pergamentstreifen neben- und übereinander 1) dreieckiges Siegel des Grafen Albert, der achtstrahlige Stern; 2) grosses rundes des Grafen Adolf, der achtstrahlige Stern auf gegittertem Siegelfelde, neben dessen oberster Spitze auf jeder Seite ein Vogel, wie Lipp. Reg. II Taf. 20; 3) abgefallen. Reg. Lipp. Regg. I, 259 Nr. 413.

1826.

Die Kinder eines Herforder Meiers werden gegen bestimmte Zahlung in den Ministerialenstand der Abtei Herford aufgenommen. 1284 (1285) März 19.

Nos Meghildis Dei gratia abbatissa ecclesie Heruordensis notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod Gerhardus quondam villicus in Hyddenhusen et Alheydis, relicta Henrici de Lippinchusen, dederunt nobis decem marcas denariorum pro herewadio, quod wlgo dicitur herewedhe, et

pro hereditate Henrici defuncti. Insuper emerunt nobis censum annuum, videlicet unam marcam denariorum Heruordensis monete, in loco certo et nomine specificato et omnibus abbatissis pro tempore nobis succedentibus ad usus kamere dominii nostri, singulis annis semper in vigilia pasche, absque contradictione qualibet in perpetuum persolvendam. Nos vero occasione huiusmodi census nobis dati et de consilio et consensu nostri capituli et ministerialium ecclesie nostre predictum Gerhardum et omnes pueros suos utriusque sexus in ministeriales nostre ecclesie recepimus, dantes eis omne ius, quod ministeriales ecclesie nostre antiquitus habuerunt, fratre suo Hermanno de Buscenstedhe et sororibus suis et aliis ab eis genitis a iure ministerialium penitus exclusis et eis remanentibus in eo statu condicionis, quo prius fuerunt. In cuius rei evidenciam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum; testibus an(n)otatis, qui sunt hii: Arnoldus de Wers, Seghenandus capellanus noster, clerici; Iohannes de Busco, Hermannus iunior dictus Gograuius, Iohannes de Oldenheruorde, Fredericus de Arnholte, milites; Iohannes de Haghen et Geruasius, tunc temporis magistri consulum, Iohannes de Roduwich, iudex novi oppidi Heruordensis, Amelu(n)ghus de Groninchusen, Hartmannus Grubo, Detmarus Wercmester, Hartradus Friso, Iohannes de Milsove, Iohannes de Otinchosen, Henricus Wedewinc, Hermannus de Borchbeke, Winandus sartor, Hermannus de Brokeldehusen, consules tunc temporis Heruordenses. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LX°XXIIII., XIIII Kalendas Aprilis, feria secunda post ramos palmarum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 72. An Pergamentstreifen wohlerhaltenes Siegel der Äbtissin. Nach dieser Urk. ist es sicher, dass die Äbtissin von Herford in ihren Urkk. das Jahr nicht wie die Angehörigen der Diöcese Paderborn mit Januar 1 beginnt, sondern der Sitte der kölnischen Erzdiöcese folgt, welche die Jahreszahl mit dem ersten Ostertage wechselt. Nur im J. 1285 ist der 19. März identisch mit dem Montag nach Palmsonntag, nicht im J. 1284. Gedr. Harenberg, Mon. ined. p. 119 und Falke, Cod. trad. Corb. p. 750.

1827.

Elekt Johann von Helmershausen verkauft dem Edlen Bernhard von Halle das Eigenthum zweier Grundstücke. 1285 April 1.

Nos Dei gratia Iohannes electus ecclesie in Helmwerdeshusen totusque conventus ibidem notum facimus universis presentia visuris publice protestantes, quod nos dilecto nobili Bernhardo, dicto de Hallis proprietatem duorum mansorum, quos Henricus et Eckehardus dicti de Rene fratres a nobis in feodo tenuerunt, accepta[1]) quadam summa pecunie a dicto Bernardo vendidimus eidem iusto empcionis tytulo perpetuo possidendam cum omnibus suis pertinenciis, agris, silvis, aquis, pascuis atque pratis; dantes ipsi potestatem dictorum mansorum proprietatem dandi, vendendi aut ulterius conferendi, preterea proprietatem mansi quondam Hermanni dicti de Aquis a nobis emptam ab eodem Bernardo ratam habemus, sicut in litteris nostris super hoc sibi datis expressius continetur. In huius igitur rei testimonium presentes litteras eidem Bernardo conferimus, nostro et dicti nostri conventus sigillorum munimine roboratas. Datum Kalendis Aprilis, anno Domini M°.C°C.LXXXV°.

[1]) accepti *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Propstei Marsberg Nr. 15. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Die Grundstücke lagen to Reen. *Vergl. hierzu Dürre, Die Wüstungen des Kr. Holzminden in Ztschr. d. hist. Ver. f. Niedersachsen, Jahrgg. 1878, 207.*

1828.

Die Gebrüder Adolf und Albert Grafen von Schwalenberg resigniren den halben Zehnten in Eversen zur Übergabe an Kl. Amelunxborn dem Abte von Corvey. Schwalenberg 1285 April 5.

Universis Christi fidelibus intuentibus presens scriptum Adolfus et Albertus fratres et comites in Swalenberch salutem in eo, in quo est omnium vera salus. Omnium habere memoriam divinum est pocius quam humanum. Ne tamen in oblivionem omnimoda omnia temporalia gesta decursu volubili

temporis rapiantur, cautum est discretorum studio, ut ea que fiunt et quorum noticiam volumus posteros non latere, nunc ydonea lingua adhibitorum testium nunc litterarum apicibus perhennem interdum permanenciam sorciantur. Ad omnium itaque noticiam tam futurorum quam presencium cupimus pervenire scripto presenti publice protestantes, quod nos consensu unanimi et concordi dimidiam decimam ville Everdessen, quam collatam nobis in pheodo a venerabili domino abbate ecclesie Corbeyensis tenuimus, resignavimus ad manus suas liberam, qui eam ad nostras peticiones et instanciam cum proprietate ipsius decime tocius et libertate donavit ecclesie beate virginis in Amelungesburn iuste libertatis titulo perpetuo possidendam nichil sibi iuris penitus aut ecclesie sue in eadem reservans. In huius igitur tam nostre resignacionis quam sue donacionis testimonium sigillis nostris communiri fecimus presens scriptum. Actum et datum in Swalenberch, anno Domini M°.C°C.LXXX°V°., Nonas Aprilis.

Nach dem im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchive zu Wolfenbüttel befindlichen Diplomatar des Kl. Amelunxborn Bl. 44 b und 45 a.

1829.

Edelherr Hermann von Ösede verkauft an Kl. Hardehausen um 15 Mark eine halbe Hufe in Westerhagen. 1285 April 15.

Nos Hermannus nobilis de Osede tenore presencium protestamur, quod de consensu et voluntate uxoris nostre et filiorum nostrorum Bernardi, Werneri et Conradi religiosis viris domino abbati et conventui in Hersuedehusen vendidimus dimidium mansum in Westerhagen iuxta Wartberg situm pro quindecim marcis Wartbergensis monete perpetuo possidendum, hoc adiecto, quod cum iidem dominus abbas et conventus collationem proprietatis in dictis bonis a venerabili domino Paderbornensi episcopo potuerint impetrare, nos et nostri heredes predicti eadem bona in manus ipsius domini episcopi resignabimus contradictione qualibet amputata. In cuius vendicionis munimen hoc scriptum nostri sigilli appensione duximus approbandum. Testes aderant: dominus Hermannus Speculum, dominus Ludolfus et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XV°., dominica post Tiburtii et Valeriani.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 248. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1830.

König Rudolf erneuert dem Abt Heinrich von Corvey das eingerückte, von K. Otto IV. ertheilte Diplom über Schenkung des Sollinger Waldes und Bestätigung der früheren Privilegien. Schwäbisch Gmünd 1285 April 19.

Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus. Universis sacri imperii Romani fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum. Veniens ad nostre maiestatis presenciam venerabilis Heinricus, abbas Corbeyensis ecclesie, princeps noster dilectus, privilegium clare recordacionis Ottonis quarti regis Romanorum predecessoris nostri ecclesie sue predicte traditum et concessum nobis presentavit humiliter supplicando, ut ipsum privilegium de verbo ad verbum innovare et confirmare de benignitate regia dignaremus, cuius privilegii tenor talis est: C. In nomine sancte et individue trinitatis — regis invictissimi. Nos itaque predicti abbatis precibus favorabiliter inclinati presens privilegium in omnibus suis articulis, prout superius sunt expressi, innovamus, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre innovacionis et confirmacionis infringere aut ei in aliquo ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, gravem nostre maiestatis offensam se noverit incurrisse. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri. Testes huius rei sunt venerabiles: Rudolfus Salzburgensis archiepiscopus et Heinricus Basiliensis episcopus; illustres: Al(bertus) dux Saxonie, Conradus dux de Tecke; nobiles viri: Gerhardus comes de Catzenellenbogen, Al(bertus) et Burchardus comites de Hohemberg, Ludewicus comes de Oetingen, Eberhardus comes de Wirtenberch et quamplures alii fide digni. Datum Gamundie, X°III. Kalendas Maii, indictione XIII., anno Domini M°.C°C.LXX°X quinto, regni vero nostri anno XII.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Corvey Nr. 110. Siegel sammt Befestigung fehlen. Das Privileg Ottos Erhard, Regg. 2409 und Stumpf, Reichskanzler; Druck UB. II, 571. Das Diplom Rudolfs gedruckt Schaten ad annum mit XIII. Kal. Aug. *Darnach Reg. Böhmer, Acta imp. p. 128 Nr. 836. Beim Or. liegen zwei Transsumpte aus den Jahren 1357 und 1358, das eine mit ziemlich wohl erhaltenem Siegel der Stadt Marsberg.*

1831.

Ritter Johann von Brobike bekennt, dass der Meier zu Horhausen der Propstei zu Heerse jährlich 2 Mark zu zahlen schuldig sei. 1285 April 19.

Iohannes miles dictus de Brobike omnibus hoc scriptum visuris veritati non derogare. Quoniam oblivio, que inimica est memorie, acta hominum solet in posteris sepelire. Ego Iohannes tenore presentium scripti videlicet et testium annotacione necnon et sigillorum appensione verissime protestor, quod et mecum simul domina Regelyndis mea coniunx et filii mei Iohannes et Borchardus et reliqui mei successores legitimi protestantur, quod villicus in Horhusen de curia inibi sita singulis annis ratione pensionis duas marcas legalium denariorum domine prepositisse in Herisia in festo sancti Dyonisii persolvet sine aliqua difficultate. Huius itaque ordinationis testes sunt: Bernhardus sacerdos dictus de Yssentorp, Ludolfus scriptor, Gyselerus plebanus in Scherue, Schwickerus gogravius in Westhem, Helricus frater suus et alii quam plures. Ut igitur talis ordinatio rata permaneat et inconvulsa, presentem paginam cum consensu predicte domine uxoris mee Regelyndis et filiorum meorum Iohannis et Borchardi appensione sigillorum domine prepositisse et mei et civitatis Montis Martis feci roborari. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXX°XV°., quinta feria ante festum Georgii, XIII°. Kalendas Maii.

Nach dem Neuenheerser Kopiar saec. XIX fol. 313 (ohne Siegelnotiz) im Kgl. St.-A. zu Münster.

1832.

Die Stadt Marsberg bekundet Geldzahlung des Erzbischofs Siegfried von Köln an Graf Otto von Polle (Everstein) und Uebergabe der Kruckenburg und Lügdes an den Marschall von Westfalen. 1285 Mai 9.

Nos magister opidanorum, . . consules ac tota universitas opidi in Mersberg notum facimus universis presens scriptum visuris, quod Lupoldo dicto Hoyge et Henrico de Winthusen militibus, castrensibus nobilis viri domini Ottonis comitis de Polle, in domo nostra communi constitutis recognoverunt publice et confessi sunt, eis nomine domini eorum predicti et ipsi domino eorum a reverendo patre et domino nostro Sifrido Coloniensi archiepiscopo in octingentis marcis et sexaginta marcis ratione castri Holtisminne predicto . . comiti debitis terminis ad hoc statutis esse plenarie satisfactum. Superportantes castrum Crukenberg et opidum Lude in manus et potestatem domini Iohannis de Bilstein nobilis viri, marschalci Westfalie, et Hermanni dicti Spigel cum omni iure et obligacione, quo possidebant et utebantur eisdem. In cuius rei testimonium ad petitionem Lupoldi et Henrici, militum predictorum, domino Rutgero canonico ecclesie sanctorum apostolorum Coloniensis et magistro Godefrido notario predicti domini nostri archiepiscopi huiusmodi denarios deliberantibus presens scriptum sigillo opidi nostri tradidimus communitam. Actum presentibus Godeschalco de Patberg, Stephano de Horhusen, Stephano de Valkinberg, militibus, nobili viro Henrico de Yttere, Conrado de Horhusen et aliis quam pluribus fide dignis. Anno Domini M.CC.LXXX quinto, quarta feria ante festum pentecostes.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 303. An Pergamentstreifen Siegel erhalten. Gedr. Lacomblet UB. II, 804.

1833.

Der Edle Gottschalk von Plesse bekundet Wiedereinlösung eines ihm vom Stift Corvey verpfändeten Gutes. 1285 Mai 12.

Nos Godescalcus nobilis dictus de Plesse[1]) necnon omnes heredes nostri recognoscimus in hiis scriptis bona quedam in Huldesam sita, que inpignorata tenuimus ab ecclesia Corbeiense, redempta

esse ab eadem ecclesia et nos eadem bona absoluta cum consensu heredum nostrorum libera reddidisse. Ne igitur huic solutioni in posterum possit suscitari calumpnia, sigilli nostri munimine decrevimus presentem paginam roborare. Testes huius facti sunt: Ludolfus de Plesse, Teodericus de Belingen, Teodericus Clawe, Brolerus[2]), Iohannes plebanus in Eddingethusen et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X quinto, in natali beati Pancratii.

[1]) *In der Abschr. heisst es in der Überschrift* Godescalcus de Permund. [2]) *So Abschr.*

Aus Msc. I, 134 fol. 207 im Kgl. St.-A. Münster.

1834.

Memorienstiftung der Brüder von Halle im Stift Kemnade. 1285 Mai 14.

Universis presens scriptum visuris Bernhardus et Heinricus fratres dicti de Hallis subscripte rei cognoscere veritatem. Cum ea, que aguntur — redigantur. Hinc est quod tenore presentium tam presentibus quam futuris cupimus esse notum, quod viginti et septem talenta usualis monete ad conparandam medietatem curie in Kemenaden a Gernando dicto de Ylsen Kaminatensi ecclesie contulimus pro remedio tam nostrarum quam parentum nostrorum animarum, ut videlicet post decessum nostrum obitus nostri dies anniversarius in perpetuum peragatur. Tali tamen conditione apposita, quod reditus de medietate iam dicte curie cedant sanctimonialibus eiusdem ecclesie pro superpeliciis conparandis, et priorissa cum consensu capituli locandi sive conmittendi absque omni contradictione prepositi ipsius ecclesie, quicunque pro tempore fuerit, sepe dictam medietatem curie liberam habeat facultatem. Ne igitur in posterum aliqua suboriri valeat dubietas aut calumpnia, presens scriptum sigillis prepositi Ottonis, qui tunc temporis prefuit, et ecclesie Kaminatensis et nostri fecimus communiri. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LXX°XV°., in secunda feria pentecostes.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Kemnade Nr. 12. Siegel von Pergamentstreifen sämmtlich ab.

1835.

Ludwig Junker von Everstein entsagt zu Gunsten des Kl. Hardehausen allen Ansprüchen an einen Hof in Willenhusen *und an Güter in Scherfede. 1285 Mai 17.*

Nos Lodewicus domicellus de Euerstein ad cunctorum noticiam cupimus pervenire, quod omni questioni, quam religiosis viris domino abbati et conventui in Hersuedehusen occasione curtis in Willenhusen bonorum in Scherue sitorum, que dicuntur Buckesgoit, et cuiusdam terre ibidem, que vocatur Lin(?)cule, iniuste movimus et de facto renunciamus in hiis scriptis finaliter et constanter nec eos racione quorumcunque bonorum erga nostros coheredes et nos emptorum molestabimus quoquo modo. Cuius protestationis munimen, quod volumus et debemus inviolabiliter observare, presenti scripto nostri sigilli appensione firmato duximus approbandum. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X quinto, XVI. Kalendas Iunii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 249. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 214. Nach Massgabe des Hardehauser Güterverzeichnisses (UB. IV, Nr. 289a). hat Willenhusen *ganz in der Nähe von Scherfede gelegen. Es werden zwei Hufen, von den Gebrüdern Frigedach angekauft, unter den zu Scherfede gelegenen aufgeführt und eine jüngere Hand macht dazu die Bemerkung:* „in Willenhaus sunt“. *Es hat sich jedoch die Erinnerung an diesen Namen in der Feldmark von Scherfede nicht erhalten. (Spancken.)*

1836.

Komthur Hermann und die Brüder vom deutschen Hause in Höxter bekunden, dass Ritter Engelhard von Abbenhusen und seine Gemahlin Ida dem deutschen Hause Güter in Abbenhusen und sonstige von den Edlen von Pyrmont lehnrührige Güter vorbehaltlich lebenslänglicher Jahresrente, ferner Hörige geschenkt haben. Mitsiegler Graf Ludolf von Nienover, Ritter Bernhard von Brakel, die Städte Höxter und Brakel. 1285 Mai 17.

Gedr. Jacobs, UB. von Langeln Nr. 38. Reg. Asseb. UB. II, 543.

1837.

Abt Heinrich von Corvey erneuert mit dem Erzbischofe Siegfried von Köln das alte Bündniss zwischen ihren Kirchen. 1285 Mai 28.

Nos Henricus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod, cum inter venerabiles patres archiepiscopos Colonienses et abbates Corbeyenses, predecessores nostros, specialis fuerit unio et confederatio ab antiquo, volentes huiusmodi unionem cum reverendo patre domino Sifrido Coloniensi archiepiscopo renovare, attendentes ecclesiarum nostrarum hinc et inde utilitatem, promittimus eidem domino Sifrido archiepiscopo fide prestita, quod nos ipsi domino archiepiscopo per nos et per nostros officiatos assistemus et ipsum iuvabimus contra suos et ecclesie sue iniuriasores; et idem nobis assistet et nos iurabit contra nostros et ecclesie nostre Corbeyensis inimicos. Quod si idem dominus archiepiscopus questionem cum ecclesie Coloniensis ministerialibus seu cum aliis habuerit, illos in nostris castris seu munitionibus non tenebimus vel fovebimus in preiuditium dicti archiepiscopi et ecclesie Coloniensis, nec idem archiepiscopus ministeriales ecclesie Corbeyensis seu alios cum quibus habuimus questionem tenebit vel fovebit in suis castris vel munitionibus in preiuditium nostrum et nostre ecclesie Corbeyensis. Et ut huiusmodi unio inter nos indissolubilis perseveret, actum est, quod, si aliquo tempore inter nos, quod absit, super quacunque re dissensionem oriri contingat, eligemus duos de nostris fidelibus pro nobis et idem dominus archiepiscopus pro se, qui quatuor potestatem habebunt nos concordandi ad invicem in amicitia vel in iure. Volumus autem huiusmodi unionis vinculum inter dominum archiepiscopum predictum et nos, quoad viximus, inviolabiliter observari. In cuius rei testimonium et firmitatem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M.CC.LXXXV., quinto Kalendas Iunii.

Or. im Kgl. St.-A. zu Düsseldorf, Kurköln Nr. 303. Siegel fehlt.

1838.

Der Johanniter Arnold von Schwalenberg stiftet durch Schenkung von Gütern seine und seiner Eltern Memorie beim Hochstifte Herford. O. J. (Um 1285 Juni 1.)

Ego Arnoldus dictus de Swale(n)berg, humilis frater ordinis sancti Iohannis Ierosolimitani, dedi bona mea sita in Amelsen et in villa Lochusen pro salute anime mee ecclesie Heruordensi, conventui videlicet, dominabus et sacerdotibus ibidem, que bona quondam emeram a Hermanno milite dicto Beren certo et vero titulo emptionis. Hec eadem bona in Amelsen sita solvunt annis singulis VII malcia annone, scilicet duo malcia siliginis et duo ordei et tria avene. In Lochusen vero bona sita solvunt annis singulis unum malcium siliginis et tres solidos denariorum Heruordensium. Predicta etenim bona cum suis reditibus predictis taliter a me sunt data et conventui assignata, ut post obitum meum meus anniversarius et patris mei Iohannis et matris mee Wigmodis, uno tantum die a dominabus et clericis in missis et in vigiliis sollempniter peragatur et ipso die mei anniversarii dominabus et sacerdotibus diacono et subdiacono de predictis reditibus debita divisione prebenda singulis fideliter ministretur. Absenti nichil cupimus ministrari.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabtei Herford Nr. 73. Ein Siegel scheint nie vorhanden gewesen zu sein. Ahmsen und Lockhausen im Fürstth. Lippe W. von Salzuffeln, S. v. Herford. Vgl. Lipp. Reg. I, Nr. 416. Lipp. Regg. II, 150 Nr. 786, wonach die Familie von Exterde bis in die neuere Zeit das Rittergut Ahmsen von der Abtei Herford zu Lehen getragen hat. Zur Datirung vgl. folg. Nr. Reg. Lipp. Regg. I, 260 Nr. 416.

1839.

Äbtissin Mathilde und Kapitel von Herford bekunden die vorgenannte Memorienstiftung. 1285 Juni 1.

Mechthildis Dei miseratione Heruordensis ecclesie abbatissa, Alheydis preposita, Sophia decana, totusque conventus ecclesie ibidem omnibus Christi fidelibus salutem in salutis auctore. Cum humana

natura nostras deproperet formas fingere et moderni formarum gaudeant pulchritudine decorata, verum ipsa natura ficmentis institutionibus vicietur, sepius expedit, ut, que (agunt)ur, litterali certitudine perhennentur. Noverint igitur universi tam presentes quam posteri presentem litteram inspecturi videlicet, quod magister Arnoldus, olim ecclesie n(ostre scola)rium rector, bona in villa Amelessen et Lochusen sita a domina Cunegunde dicta de Hardenberg, nostra concanonica, pro viginti marcis et una sibi comparuit emptionis titulo mediante. Idem vero Arnoldus divina inspirante sibi gratia eadem bona cum omnibus proventibus post obitum suum pro salute anime sue simul patris et matris sue nostro conventui est largitus, et contulit iure perpetuo possidenda, tali vero sub forma, ut eo mortuo suus anniversarius et patris sui Iohannis et matris sue Wichmodis a nobis et nostris successoribus annis singulis sollempniter peragatur et nostro conventui, hoc est dominabus et clericis simul et capellano beati Woltheri in die celebrationis anniversarii de redditibus predictorum bonorum prebenda largius ministretur. Presertim et si iam sepedicta bona casu contrario forte per incendium vel rapinam sive per alia pericula fuerint desolata, nostra solita et ex antiquo debita pensio, scilicet due oves et septem modia avene, nobis minime persolventur, quousque per debitam culturam eadem bona fuerint ad statum pristinum reformata. Item si bona iam prehabita prefatus Arnoldus tueri non potuerit sive noluerit, nobis ac nostre ecclesie eadem bona committere poterit (et a) nostro granario de manu nostra annis singulis suam debitam recipiet pensionem. Preterea ad quemcunque locum declinaverit, eadem pensio a nobis sive ab ipsis bonis, prout (eide)m Ar(noldo) placuerit, annis singulis persolvetur. Huius rei testes sunt: Arnoldus ebdomedarius, Theodericus, Willikinus, sacerdotes; Iohannes de Rubo, Hermannus Gograuius, Fridericus de Arnholte, milites; Iohannes de Indagine, Geruasius, Volquinus dictus Kretel, Bernhardus sartor, Gerhardus de Libbere, burgenses Heruordenses et (alii) quam plures. Ne autem hoc factum aut oblivio deleat aut oportunitas ingenii malignantis infringat, presentem litteram sepe prehabito Arnoldo in testimonium conscribi fecimus sigillorum nostrorum appensionibus roboratam. Datum et actum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo quinto, Kalendis Iunii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 74. An Pergamentstreifen gut erhaltenes Siegel des Kapitels; das der Äbtissin abgefallen. Reg. Lipp. Regg. I, 259 Nr. 414. Vgl. Nr. 1844.

1840.

Edelherr Simon zur Lippe leiht vom Osnabrücker Kapitel 500 Mark und verpfändet dafür mit Zustimmung seiner Gemahlin Adelheid und seiner Schwester Elisabeth seine Vogtei in Quernheim und verspricht in zwei Jahren dafür seine Meierei in Linen, welche seine Grossmutter Sophia als Leibzucht besitze, zu substituiren. Unter den Zeugen Heinrich Gogreve zu Herford, Gograf genannt Crevet, Reiner dapifer *zu Herford. Wiedenbrück 1285 Juni 3.*

Reg. Lipp. Regg. I, 259 Nr. 415, wo weitere Litteratur. Bischof Konrad von Osnabrück verpfändete die Vogtei weiter am 23. September 1285. Daselbst S. 261 Nr. 417.

1841.

Edelherr Berthold von Büren d. j. überträgt mit Zustimmung seiner Gemahlin Ermegard und seines Sohnes Berthold seine Erbgüter in Ahden dem Kl. Holthausen bei Büren zur Stiftung einer Memorie. 1285 Juni 12.

... Huius rei testes sunt: nobiles domini de Buren Bertoldus senior et filius suus dominus Bertoldus iunior, religiosi fratres Iohannes de Werle et frater Burgardus filius domini Bertoldi felicis memorie de Buren, Iohannes plebanus de Buren, dominus Henricus custos de Bostendorp, Thidericus plebanus de Budiken, dominus Gotscalcus de Patberg, Volmarus de Brenken et Bertoldus filius eius, Borgardus de Asceburg, Mengerus de Grafhem.

Gedr. Asseb. UB. I, 434. Der hier aufgeführte frater Burgardus, *Sohn des verstorbenen Edelherrn Berthold (V.) von Büren, der also nicht bereits vor 1281 gestorben war, wie Spancken Ztschr. XLIII, 2, 42 angiebt, ist wahrscheinlich identisch mit dem ersten Subprior des Warburger Dominikanerklosters Burchard von Büren.*

1842.

Der Münstersche Domherr Ludwig Edler von Holte schenkt dem Johanniterhause in Herford sein Allod in Huckere. *Münster 1285 Juni 16.*

Nos Lodewicus nobilis de Holte canonicus maioris ecclesie in Monasterio omnibus presens scriptum visuris et audituris notum facimus, quod nos allodium nostrum proprietatem scilicet domus nostre in villa Huckere ob honorem Dei et perpetue virginis Marie sanctique Iohannis Baptiste commendatori et fratribus domus hospitalis Iherosolimitani in Heruorde contulimus et conferimus per presentes, pro cuius allodii seu proprietatis nostre recompensatione dominus Bernardus miles dictus de Varendorpe domum, que dicitur Malebergen, in parrochia Ozede nobis assignavit, promittentes eisdem commendatori et fratribus antedictis, quamdiu ipsa domus in Heruorde indiguerit, plenam prestare warandiam. Renunciamus nichilominus pro nobis et pro nostris heredibus successivis omni impetitioni et auxilio iuris, per quod huiusmodi nostre proprietatis collatio in posterum aliquatenus posset irritari seu retractari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Monasterii, anno Domini M°.C°C. octogesimo quinto, in crastino beati Viti martyris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Johanniterkommende zu Herford Nr. 4. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1843.

Domdechant u. Kapitel zu Mainz transsumiren für Kl. Arolsen mehrere Urkunden. Mainz 1285 Juni 16.

Gebehardus Dei gratia decanus totumque capitulum ecclesie Moguntinensis et nos iudices sancte Moguntinensis sedis tenore presentium recognoscimus, quod litteras venerabilium dominorum et patrum domini Sifridi et domini Wernheri recolende memorie archiepiscoporum Moguntinensium eorum et capituli iam dicte ecclesie nostre Moguntinensis veris sigillis sigillatas, non cancellatas, non abolitas nec in aliqua parte sua suspectas vidimus et legimus de verbo ad verbum, prout ipsorum tenor continet infrascriptus. Item recognoscimus, quod litteras venerabilium patrum dominorum cardinalium subscriptas sub eorum sigillis non abolitas, non cancellatas nec in aliqua parte sui suspectas vidimus et legimus, prout ipsarum tenor continet infrascriptus: *Es folgen die Urkk. des Erzbischofs Siegfried von 1241 März 12 (vgl. Spilcker, Everstein UB. Nr. 80a), Werners (vgl. oben Nr. 939), der Kardinäle Hugo (vgl. oben Nr. 536) und Petrus (vgl. oben Nr. 573).* In eiusdem igitur visionis nostre testimonium litterarum omnium prescriptarum eas registrari fecimus et in huius registrationis perpetuam memoriam sigillis nostris iussimus communiri. Actum et datum Moguntie, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, decimo sexto Kalendas Iulii.

Nach dem Kopiar I fol. 10v des Kl. Arolsen (XVI. Jahrh.) in Fürstl. Domänenkammer daselbst.

1844.

Pröpstin und Konvent des Hochstifts Herford bestätigen die Memorienstiftung Arnolds von Schwalenberg. 1285 Juni 25.

In nomine sancte et individue trinitatis . . Preposita, . . decana et thesauraria totusque conventus ecclesie Heruordensis universis presentia visuris et audituris in vero salutari salutem. Quia ea, que aguntur in tempore, similiter labuntur cum tempore nisi litterali testimonio roborentur, hinc est, quod notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod Arnoldus sacerdos dictus de Swalenberghe, quondam rector scolarium in Heruordia, pro anime sue remedio et salute dedit nobis bona sua sita in Amelissen et in Lochusen post obitum suum libere et perpetue possidenda; tali vero sub forma, ut ipso

mortuo anniversarius suus et patris sui et matris uno eodemque die in ecclesia nostra vigiliis et missis a nobis omnibus annis singulis fideliter peragatur et de ipsis redditibus predictorum bonorum nobis, scilicet dominabus et ebdomedariis, ipso die prebenda equaliter ministretur, eciam dyacono et subdyacono nec non cappellano fundatoris nostri domini Walderi consolatio ministretur aliqualis. Ne autem hec omnia oblivio deleat aut oportunitas ingenii malignantis infringat, presens scriptum sigilli nostre ecclesie munimine fecimus roborari. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LXX°XV., septimo Kalendas Iulii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 75. An Pergamentstreifen spitzovales Siegel des Kapitels. Vgl. Westf. Prov.-Bll. I, 4, 107 und die vorstehende Nr.

1845.

Kl. Abdinghof überträgt dem Geismarer Bürger Gerbodo gewisse Güter in Erbpacht. 1285 Juni 30 bis Juli 6.

Nos Thomas prior totumque capitulum monasterii sancti Pauli Paderbornensis universis, ad quos presens scriptum pervenerit, notum esse c(up)imus tam presentibus quam futuris, quod nos communi consensu toti(us nostr)i capituli bona nostra sita in Messere[1]) superiori[2]) contulimus Gerbodoni civi Geismariensi et ux(ori su)e suisque iustis heredibus cum omnibus (usu)fructibus suis perpetuo possidenda, ea tamen adiecta conditione, quod prefatus Gerbodo si(v)e ipsius successores quolibet anno in kathedra sancti Petri quatuor solidos Paderbornensis monete de bonis memoratis ecclesie nostre Paderbornensi per suum nuncium presentabunt expedite. Quod si non fecerint nec voluerint et ad tantam paupertatem pervenerint, quod supradictam pensionem persolvere non potuerint, predicta bona ad nos libere et integraliter redibunt, cuicunque placuerit, aliis conferendam. In cuius rei testimonium oppidani in Geysmaria sui sigillum oppidi presenti scripto addiderunt. Datum anno incarnationis dominice M°.C°C.LXXX°V°., infra octavam beatorum apostolorum Petri et Pauli.

[1]) Mestere? *A.* Mesere *B.* [2]) inferiori *B, auch in Überschrift.*

Or. im Diplomat. Apparat der Kgl. Universitäts-Bibliothek in Göttingen Nr. 106 (A, zum Theil abgeblättert); ergänzt nach Abdinghofer Kopiar von 1374, Msc. VII, 4217 f. 140 v (B) im Kgl. St.-A. Münster. An A Siegel vom abhängenden Pergamentstreifen ab. Rückschriften saec. XVI.: Mesere, *von anderer Hand* De Messere.

1846.

Konrad von Schöneberg und Hermann gen. Spiegel bekunden, dass die Brüder Johann und Ludolf von Ramershusen auf alle Ansprüche an Besitzungen in Syburgehusen *zu Gunsten des Kl. Amelunxborn verzichtet haben. Zeugen:* Fredericus camerarius, Johannes de Riuo, monachi ibidem, Johannes de Gladebeke, Fredericus de Ystendorp, Herboldus de Meingozen, milites, Henricus dictus Rebock, Bertoldus Schuue, Fredericus de Metzenhusen, Ludolfus Sagittarius. *1285 Juni 30 bis Juli 6.*

Gedr. Falke, Cod. trad. Corb. p. 871.

1847.

Edelherr Hermann von Ösede verkauft an Kl. Hardehausen eine Hufe in Westerhagen. *1285 Juli 1.*

Nos Hermannus nobilis de Osedhe tenore presentium protestamur, quod de consensu et voluntate uxoris nostre et filiorum nostrorum Bernardi, Werneri et Conradi religiosis viris domino abbati et conventui in Hersvedehusen vendidimus unum mansum in Westerhagen iuxta Wartberg situm pro viginti et quinque marcis gravium denariorum perpetuo possidendum, hoc adiecto, quod, cum iidem dominus abbas et conventus donationem proprietatis in dicto manso a venerabili domino Paderbornensi episcopo potuerint obtinere, nos et nostri heredes predicti eundem mansum in manus ipsius domini episcopi, ut sepe dictis domino abbati[1]) eiusdem mansi proprietas condonetur, resignabimus eis bona predicta. In cuius venditionis et vere resignationis munimen hoc scriptum nostri sigilli appensione duximus approbandum. Testes aderant: dominus Hermannus de Desenberg, dominus Ludolfus Marscalcus et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X quinto, quinta feria post nativitatem sancti Iohannis Baptiste.

[1]) et conventui *ist ausgelassen.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 250. An Pergamentstreifen dreieckiges Siegel H.'s von Ösede. Die Lage von Westerhagen *wird unten zu 1286 Juli 7 näher bestimmt* mansus iuxta Wartberg . . . qui dicitur Westerhagen. *Die Edelherrn von Ösede waren im 13. Jahrh. oberste Burgmänner zu Warburg. Allerdings ist ein Ort des Namens W. bei Warburg ganz unbekannt.*

1848.

Bischof Konrad von Osnabrück vertauscht mit dem Kapitel in Enger Zehnten. Iburg 1285 Juli 13.

Conradus Dei gratia episcopus Osnaburgensis omnibus presentes litteras visuris salutem in Domino. Quoniam ab interitu mortalium vive vocis deficit probatio, provide conservatur rei veritas publicis instrumentis. Noverint igitur universi, quod, cum Volmundus de Weruingen laicus, Ysendrudis mater sua, Hildegundis uxor sua, Iohannes et Volmundus filii sui, Gertrudis, Cunegundis et Vrederun filie sue, decimam in Weruingen in manus Suederi de Sledesen militis, a quo in feodo tenuerunt, libere resignarent, prout idem miles coram nobis publice confessus est, ipse postmodum cum Elizabet uxore sua, Wiscelo, Ludolfo et Hermanno filiis suis, Engelen et Cunegunde filiabus suis dictam decimam, quam a nobis tenebant, in manus nostras libere resignarunt. Nos vero dilectis in Christo decano et capitulo ecclesie Angarensis decimam memoratam, videlicet quatuor domorum et trium casarum cum eius proprietate et cum omni iuris et fructuum integritate, sicut Volmundus habuit, contulimus et conferimus per presentes litteras perpetuo possidendam, recipientes ab eisdem decano et capitulo loco permutacionis proprietatem duarum domorum in villa Visleden, Mindensis diocesis, quam in manus nostras publice resignarunt. Ne autem dicta ecclesia super empcione ipsius decime, videlicet nonaginta et quatuor marcarum, et nostra collacione in posterum calumpniari valeat vel turbari, presentes litteras huius rei seriem continentes ipsi ecclesie dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Testes aderant: dominus Petrus abbas de Yburg, Wernerus canonicus ecclesie nostre, Simon miles crucifer, frater noster, Conradus comes de Retberg, nepos noster, Henricus rector ecclesie in Glane, Fredericus rector ecclesie Nienkerken, clerici; Burchardus Buc et Alebrandus de Heyde, laici, et alii quam plures. Actum et datum in castro Yburc, anno Domini M°.C°C.LXXX° quinto, in die beate Margarete virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Johann und Dionys zu Herford Nr. 23. Von dunkelbraunen geflochtenen Seidenfäden Siegel ab.

1849.

Pleban Albert der Kirche in Lemgo bekundet, dass vor ihm und seinen Kaplänen Konrad genannt von Driburg, Konrad genannt von Warendorf, Arnold (von Schwalenberg), einst Rektor der Schule in Herford und Johann genannt von Bodinctorp die Beginen des Hauses in der Neustadt Lemgo einstimmig beschlossen haben, es solle keine von ihnen bei dem Verlassen des Hauses ihr in dasselbe mitgebrachtes Geld zurückzufordern und mitzunehmen berechtigt sein. 1285 Juli 24 (?25. = Jacobi).

So Reg. Lipp. Regg. II, 25 Nr. 511.

1850.

Bischof Otto von Paderborn bekundet Zurückerstattung der der Kirche St. Johann in Lemgo widerrechtlich genommenen Besitzungen. 1285(?) August 24.

Otto Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus universis in Christo fidelibus hanc paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Vera fidelitas et fidelis veritas omne actum roborat et commendat, si sub temporis labilitate fideli firmoque testimonio provide confirmatur. Cum igitur Henricum militem dictum de Gummere bone memorie in usurpatione unius aree et pratelli unius, que ecclesie sancti Iohannis in Lemego fuerint, verissime didicimus errasse, in ultimo fine vite sue quoad restitutionem et recognitionem rei illicite, benedictus Deus, ad conscientie lumen verius cognovimus rediisse. Ut ergo huius aree et pratelli fructus Henrico militi dicto Slavo, que post mortem supradicti militis emerat, cum voluntate plebani dicte ecclesie sancti Iohannis libere pateant, quoad vixerit, unam aream

adiacentem, predicte aree et pratello, et si que edificia in area sua iam dicta construxerit, ad honorem sancti Iohannis et utilitatem plebani sui pro sua uxorisque sue anima cum suorum liberorum voluntate libera et resignatione voluntaria nichilominus a posterorum suorum puerorum, si quos ei Dominus dederit, repetitione frivola, hilari animo ad manendum perpetuo erigit et assignat. Nos igitur acquiescentes voluntati ac ordinationi iam dicte ex una parte domini Alberti plebani in Lemego et Henrici militis dicti Slavi ex parte altera commorantis ibidem ad confirmationem omnimodam et ratificationem plenariam validi consensus partis utriusque huius ordinationis laudabilis et honeste, ut ordinata cum maturo consilio nemo infringere valeat, sigillum nostrum cum sigillo domini Alberti iam dicti plebani et cum sigillo prefati militis Henrici dicti Slavi et cum sigillo discretorum virorum consulum in Lemego presentibus decrevimus apponendum. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXX°XV., in die sancti Bartholomei.[1])

[1]) sancti Bartholomei *mit anderer Dinte nachgetragen.*

Or. im Stiftsarchiv zu Lemgo. An Pergamentstreifen in grünem Wachs 1) ovales Siegel des Bischofs mit rückwärtigem Sekret, der Adler; 2) das spitzovale Alberts, Bischof konsekrirt knieenden Geistlichen; Umschrift: S. Alberti plebani de Lemego; *3) rundes Heinrichs Wendt, eine Sturmhaube; 4) grosses rundes der Stadt mit Rose als Rücksiegel. Im Datum steckt wegen des* episcopus *und des bischöflichen Siegels ein Fehler. Vielleicht ist 1295 zu lesen. Reg. Lipp. Regg. II, 25 Nr. 510.*

1851.

Edelherr Willekin von Holte resignirt dem Stifte Corvey gewisse Güter, die sein Unterlehensmann an Kl. Loccum verkauft hatte. Minden 1285 (vor August 29).

Venerabili et in Christo dilecto domino suo (Hinrico) abbati Corbegensi, Wil(lekinus) nobilis dictus de (Holte) et Adol(fus) filius suus paratum in omnibus sue possibilitatis obsequium. Cum propter diversa impedimenta ad presens ad vos personaliter accedere non possimus, duos mansos in Techtwardestorpe sitos, quos dominus Iordanis de Ekere domino abbati de Lucka et eius conventui vendidit et in manus nostras, quia eos a nobis in pheodo tenuerat, resignavit, nos eosdem mansos, quia a vobis eos in pheodo tenemus, tenore presencium de consensu heredum nostrorum et coheredum in manus vestras libere resignamus, ut eos predicto abbati et conventui in proprium conferatis, eque ratum habentes, ac si hoc manu et lingua faceremus, nichilominus tamen, cum copiam vestri habere possimus, id facere cupientes. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillis nostris duximus roborandam. Datum in Mynda, anno Domini M°.CC. octogesimo quinto.

Aus Msc. I, 134 fol. 72 im Kgl. St.-A. Münster. Vgl. die folg. Urk. des Abts Heinrich, wonach der im Kopiar fehlende Eigenname ergänzt ist.

1852.

Abt Heinrich und Kapitel von Corvey schenken dem Kl. Loccum das Obereigenthum zweier Hufen zu Dethworstorpe, *welche Jordan von Eckerde dem Edelherrn Willekin von Holte und dieser mit seinem Sohne Adolf ihnen resignirt hat. Corvey 1285 August 29.*

Gedr. Hodenberg, Calenberg. UB. III, 447. Vgl. vorige Nr.

1853.

Äbtissin Ermegard von Heerse urkundet über Verkauf einer Hufe an Kl. Hardehausen und erklärt eine auf die Hufe bezügliche Urkunde für ungültig. 1285 September 21.

Ermengardis Dei gratia Hersensis ecclesie abbatissa universis presens scriptum visuris in filio Dei salutem. Ad dinoscendam rei geste veritatem tenore presencium protestamur, quod Iordanis et Henricus pellifex dicti de Northe in nostra presencia constituti mansum unum in eadem superiori villa Northe situm ad capellam beati Quintini Hersensis pertinentem, quem religiosis viris domino abbati et conventui in Herswithehusen cum omnibus suis pertinenciis accedente uxorum suarum et heredum consensu et

consilio vendiderunt pro se, uxoribus suis et heredibus in manus nostras resignantes omni iuri, gracie seu actioni renunciaverunt, que ipsis in posterum uxoribus suis vel heredibus quocumque modo competere viderentur. In cuius vendicionis, resignacionis pariter et renunciacionis firmitatem et evidentiam pleniorem dictus Henricus pellifex litteram sibi alias super dimidio manso suo a nobis porrectam ad manus nostras libere presentavit, Iordanis vero, quia litteram suam sibi etiam a nobis super dimidio manso suo collatam in presenti non habuit, a nobis requisitam instanter respondens dixit et omni dolo et fraude exclusis firmiter promisit, se prefatam litteram in manus nostras sine more dispendio relaturum. Et idem Iordanis ad maiorem cautelam predicte littere cum omnibus suis contentis pro se, uxore sua et heredibus, qui scilicet uxor et heredes dictum dimidium mansum de manibus nostris nunquam receperunt, renunciavit simpliciter et precise. Quam etiam litteram cum omni iure suo et robore, cum fraus et dolus nemini debeat patrocinari, publice revocamus et ipsam tanquam in manus nostras resignatam decernimus irritam et inanem, ut nunquam ullo tempore dicti abbas et conventus per eam valeant inpediri. Hiis itaque rite peractis dictum mansum prefato conventui in Hersuithehusen ad perpetuam porreximus pensionem, ut sex solidos gravium denariorum Wardbergensis monete ad capellam beati Quintini Hersensis superius expressi singulis annis in festo beati Michahelis idem conventus persolvere teneatur. Actum et datum anno Domini M°.C°C.LX°XXV°., in die Mathei apostoli, presentibus sigilli nostri appensione munitis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 251. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Auf der Rückseite von Hand saec. XV.: de uno manso in Norde, qui pertinet ad cameram a camerario Conrado olim comparatus.

1854.

Bischof Konrad von Osnabrück gewährt denen, die am Einweihungstage, in der Oktav und am Jahrestage Kirchen und Kapellen, besonders capella ad portam *des Kl. Hardehausen besuchen und zum Bau des Klosters und der Kapellen beitragen, einen Ablass von 40 Tagen und eine Karene. 1285 September 26(?).*

Or. (fast ganz zerstört) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 208. Datum nur muthmasslich, aber wahrscheinlich richtig, weil gerade in diesem Jahre Kl. Hardehausen eine Reihe Ablassbriefe für seine Bauten empfing.

1855.

Kl. Bredelar überlässt einem Soester Bürger die Nutzniessung des von diesem dem Kloster geschenkten Hofes. 1285 Oktober 19.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, in perpetuum. Nos Růdolfus dictus abbas et conventus monasterii in Breydelare notum facimus publice protestantes, quod, cum Henricus dictus de Winda, opidanus Susatiensis, et Gertrudis uxor eius pio circa nos et monasterium nostrum ducti affectu et pro salute animarum suarum provide cogitantes curtem eorum apud Merkelinchusen sitam cum universis attinentiis nostro monasterio contulissent et eam nobis libere resignassent, nos eorum huiusmodi piam elemosinam in Domino commendantes usumfructum dicte curtis et omnium attinentium prefatis Henrico et Gertrudi reconcedendum duximus et concedimus in hiis scriptis. Quo usufructu iam dicte due persone perfruentur, quam diu vixerint, et altera post mortem alterius cum integra perceptione omni reddituum dicte curtis perfruetur eodem; utrisque vero defunctis curtis eadem cum attinentiis vacabit infirmarie nostre ad consolationem et refectionem fratrum infirmorum et inde agentur apud nos perpetuo dictorum Henrici et Gertrudis memorie sicut fratrum et sororum nostrarum memorie agi solent, tali condicione adiecta, quod eciam post mortem sepe dictorum Henrici et Gertrudis ex eadem curte annis singulis in festo beati Martini hyemali duo malcia siliginis et duo malcia ordei Susatiensis mensure ante omnia primo et principue administrabimus Christine filie sororis prefate Gertrudis, quam diu etiam ipsa Christina vixerit, et in opido Susato presentari faciemus eidem. Ad quod

nos in hiis scriptis firmiter astringimus interposita corporaliter fidei dacione, eligentes nichilominus super nos iudices dominum decanum ecclesie Susatiensis et dominum prepositum ecclesie sancte Walburgis extra muros Susatienses, qui pro tempore fuerint, ut, si forte, quod absit, in premissis vel in aliquo promissorum negligentes iuventi fuerimus, ipsi vel alter eorum altero non exspectato auctoritatem habeat nos ad hec per censuram ecclesiasticam compellendi. Post mortem vero eiusdem Christine dictorum quatuor malciorum pensio ad infirmariam nostram revertetur libere et solute. Ut igitur hec omnia rata et inconvulsa permaneant, presens scriptum sigillo monasterii nostri duximus muniendum; sigilla quoque predictorum iudicum, in quorum iurisdictionem consentimus, in hac parte appensa sunt ad maiorem evidentiam premissorum. Et nos predicti Henricus et Gertrudis recognoscentes premissa omnia esse vera prenotatis sigillis contentii sumus, quia sigilla propria non habemus. Actum et datum anno Domini M°.C°C.LXXX° quinto, XIIII°. Kalendas Novembres.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Patroklus zu Soest Nr. 58. An dunkelblauen Fäden in grünem Wachs die spitzovalen Siegel 1) des Abts von Bredelar, Umschrift ohne Namen wie Westf. Sieg. III, Taf. 125 Nr. 5; 2) des Dechanten Gottfried von Soest, in einer Doppelnische zwei Heiligenfiguren, darunter knieende Figur; 3) des Propstes von Walburg, die Heilige, davor knieende Figur.

1856.

Dechant Gottfried von Soest bekundet Schenkung an Kl. Bredelar. Soest 1285 (um Oktober 19).

Gotfridus Dei gratia Susatiensis ecclesie decanus presenti scripto protestamur et universis hanc litteram inspecturis duximus intimandum, quod Henricus dictus de Winden, oppidanus Susatiensis, necnon et uxor sua Gertrudis in valetudine corporum suorum constituti et rerum suarum compotes pia devotione inducti saluti animarum suarum provide providentes in nostra audientia et presentia curtem in Merkelinchusen, quam iure proprietario quiete possidebant, cum omnibus suis pertinentiis et proventibus abbati et conventui in Breidelare libera voluntate contulerunt perpetuo possidenda, ita ut eorum memoria et parentum ipsorum in eodem monasterio perpetuo habeatur. Super qua donatione presens scriptum sigillo nostro communitum duximus porrigendum. Datum et actum in Susato, anno Domini M°.C°C.LXXX° quinto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Patroklus zu Soest Nr. 59.

1857.

Elekt Otto von Paderborn bekundet einen Rechtsverzicht Burchards von Asseln zu Gunsten des Kl. Hardehausen. Warburg und Driburg 1285 Oktober 21.

Nos O(tto) Dei gratia Paderbornensis electus et confirmatus recognoscimus per presentes, quod Burchardus filius Burchardi de Aslen in nostra presencia constitutus renunciavit omni iuri, quod in bonis Aslen sitis, que pater suus conventui in Hersuedehusen vendidit, sibi competere videbatur. Testes aderant: Raueno iunior et senior fratres de Papenhem, Olricus monachus, Henricus de Nedere, Thidericus de Bunessen et Hildebrandus de Hodagessen, conversi in Hersuedehusen, et alii fidedigni, quod tenore presencium approbamus. Actum Wartberg in ecclesia beate virginis Marie in vinea et datum Driburg, anno Domini M°.C°C.LXXX°V°., dominica post Luce Ewangeliste.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 252. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1858.

Kl. Brenkhausen ertheilt Corvey die Theilnahme an allen guten Werken. Gottesthal 1285 November 25.

Reverendis in Christo patribus fratribus et dominis domino Heinrico abbati totique congregationi ordinis sancti Benedicti in Corbeia Noua ego Margareta abbatissa, Floriana priorissa totusque conventus pauperculi monasterii in Valle Dei sancte reformationis Cisterciensis salutem in Christo sempiternam. Pio vestro karitatis et devotionis affectui, quo Deum et ordinem nostrum necnon exiguum monasteriolum in Valle Dei sincere semper dilexistis, talionem aliquam rependere nos anxie cogitantes unanimi pioque consensu, cum aurum non habeamus, quod autem habemus in nomine Ihesu vobis dabimus, concedimus universe congregationi Corbeiensi communionem omnium orationum, missarum, ieiuniorum, abstinenciarum,

castigationum, meditationum et omnium omnino laborum nostrorum et operum spiritualium, que in sororibus nostris nunc et in perpetuum hic operari dignabitur divina salvatoris gratia. Addimus insuper, ut, quam primum obitus alicuius ex vobis nostro claustro fuerit significatus, id pro eo fiat, quod pro omnibus consororibus nostris secundum ordinis constitutionem. In evidentius huius rei testimonium sigillum capituli nostri iussimus appendi. Datum in Valle Dei, anno Domini M°.CC°.LXXX°V°., in festo Catharine virginis et martyris.

Nach Falke's Coll. II S. 463 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv in Wolfenbüttel. Wohl unzweifelhaft Fälschung.

1859.

Adolf und Albert Grafen von Schwalenberg bekunden Verkauf dreier Höfe in Vahlbruch an das Kl. Falkenhagen. Falkenhagen 1285 Dezember 4.

Adolphus et Albertus fratres et comites de Swalenberg universis Christi fidelibus presens scriptum visuris et audituris in vera salutari salutem. Rem actam caligo oblivionis leviter deprimit, si hanc non elucidat auctoritas litterarum. Constituti in presencia nostra dominus Burchardus miles necnon frater ipsius Detboldus dicti de Valebroke deliberato animo et unanimi consensu tres suas curthas [1]) in Valebroke sitas sacris virginibus sive sanctis monialibus in Valkenhagen pro XX marcis denariorum et una rite ac rationabiliter obligaverunt in hunc modum, quod nec ipsi nec quisquam eorum verorum heredum in dictis curthis prememoratas sanctimoniales in nulla parte penitus molestabunt, quamdiu hec in obligatione retinentur. Et ut nullius fidelis mens audiens et percipiens ex hac obligatione moveatur et scandalizetur affirmando hunc usurarium contractum esse et spirituales personas facere non debere, ad cautelam et securitatem anime eisdem fratribus prelibatis singulis annis quatuordecim solidos denariorum sive quatuordecim ulnas panni grisei, in Amelungesburne textas, adiciunt et amicabiliter erogabunt. Ne autem error oblivionis superveniat, presentem paginam ad voluntatem et petitionem horum obligatorum, quia sygillis propriis carent, sygillo ecclesie earundem sacrarum virginum simulque nostrorum sygillorum munimine roboramus. Ad testimonium maius etiam affuerunt dominus gardianus de Huxaria, qui tunc fuit et frater C. dictus de Elerssen, dominus Ar(noldus) monachus dictus de Hauersvorde, plebanus de Valebroke et alii quam plures fide digni. Datum et actum in Valkenhagen, anno Domini M°.CC.LXXX quinto, post dominicam feria tercia qua cantatur Ad te levavi.

[1]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 25. An Pergamentstreifen 1) Siegel abgefallen; 2) grosses rundes Siegel des Grafen Adolf; 3) dreieckiges des Grafen Albert, verletzt. Reg. Lipp. Regg. I, 261 Nr. 418. mit Dez. 5.

1860.

Richter, Rathmänner und Bürgerschaft zu Marsberg eximiren das dortige Beginenhaus für gewisse Fälle von ihrem Gerichtsstand. 1285 Dezember 25.

Quoniam testante iure dignum est et racioni consonum, ut persone, que religiosorum gaudent nomine, eorum gaudeant privilegio et honore, et ut in conservancia sue sancte religionis et vite ab omnibus adiuventur, nos ergo iudex, consules totaque universitas Montis Martis publice protestantes recognoscimus in hiis scriptis, quod ex generali nostre civitatis consensu beginas maioris domus nostri oppidi ad communem peticionem ac acceptilacionem ipsarum privilegiarem curantes et a nostro iudicio emancipantes, videlicet in hac parte: ipsas inter se concedimus perfrui tali iure, ut quamlibet beginam, que ex ipsis fame sue, honoris et castitatis prodiga, cum quocunque carnali commixtione manifeste vel probabiliter excesserit, omni contradictione et exceptione cessante, de domo sua et earum consorcio nostro iudicio irrequisito poterint removere, nec eandem excedentem beginam pecuniam suam, quam in eandem domum secundum consuetudinem principaliter invexerat, posse repetere, qualicunque actione immo omni iure, quod sibi ratione eiusdem competebat domus, totaliter sit privata, donec eiusdem

domus begine, si voluerint, secum misericorditer agant et disponant. Ut autem huiusmodi privilegium ipsis beginis a nobis vel ab eisdem inter se subverti non valeat, sed pocius undique irrevocabiliter observetur, eedem [1]) begine ad ordinationem Ade quondam militis de Aspe consulibus nostre civitatis in restaurum sui privilegii, quolibet anno solidum ad bibendum in festo sancti Martini solvendum per fratres de Breydelaria erogabunt. Testes renovacioni et dacioni huiusmodi privilegii [2]) astiterunt: Heinricus Morel iudex, Io(hannes) de Billinchusen proconsul, Heinricus de Vesperde, Heinricus de Nutlon, Thidericus et Thidericus affines de Oddenhusen, Bertoldus Natan, Conradus de Clinge, Hermannus de Hesbike, Stephanus, Gerlacus de Twiste, Heinricus Hauesalde et Lambertus Ioculator, consules Montis Martis. In cuius testimonium presens munimentum super hiis conscriptum sigillo civitatis nostre eisdem beginis tradidimus communitum. Datum et actum anno Domini M°.CC.LX°XXV., in natali Domini.

[1]) *Or.* eidem. [2]) prilegii *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Propstei Marsberg. Nr. 16. Siegel der Stadt ist vom Pergamentstreifen abgefallen. Gedr. Wigand, Archiv I, 1, 92.

1861.

Bischof Konrad von Osnabrück ertheilt dem Prior und Konvent des Predigerordens in Warburg für alle Besucher ihrer Kirche am Einweihungstage, an den Marienfesten, an den Festen der Heiligen Dominikus, Augustinus, Apostel Paulus und Maria Magdalena, Ablass von 40 Tagen und eine Karene. 1285.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg, Nr. 25. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1862.

Bischof Everhard von Münster fordert zur Beisteuer für Bauten in Kl. Hardehausen auf und ertheilt unter gewissen Bedingungen Ablass von 40 Tagen. 1285.

E(uerhardus) Dei gratia Monasteriensis episcopus universis Christi fidelibus hoc scriptum visuris salutem in filio virginis gloriose. Quoniam fidei quoslibet professores ad zelum devocionis et opera caritatis cupimus excitari, tenore presencium declaramus, quod, cum dilecti in Christo abbas et conventus monasterii in Hersuedehusen, Cisterciensis ordinis, Paderbornensis diocesis, monasterium suum cum quibusdam capellis reparare inceperint opere sumptuoso et ad consummationem huius et illarum eis proprie non suppetant facultates, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente, quatinus de bonis vobis a Deo collatis pias elemosinas et grata eis ad hoc caritatis subsidia erogetis, ut per subventionem vestram dicta edificia valeant confirmari et vos per hec et alia bona, que Domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui in die dedicationis dicti monasterii et capellarum et in eiusdem dedicationis octavis et anniversario memoriam sollempnizantes cum devotione convenerint et eis ad hoc manum porrexerint adiutricem quadraginta dies et unam carenam de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus, dummodo loci diocesani consensus, ut presentes in perpetuum valeant, requiratur. Datum anno Domini M°.C°C.LXXX° quinto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 246. Siegel und Befestigung ausgerissen. Vom selben Datum liegen ferner vor 1) Ablassbrief des Bischofs Siegfried von Hildesheim, ertheilt ad devotam peticionem venerabilis et in Christo nobis dilecti Her(manni) abbatis de Herswidehusen: Cum iustis petentium — Datum Hildensem, a. D. M°.C°C°.LXXXV°. *Siegel von den weissen Leinenfäden abgefallen. 2) Ablassbrief des* Ludolfus Dei gratia episcopus *(abgesetzter Bischof von Halberstadt).* Licet per — Datum Halberst(ad) a. D. M.C°C.LXXX°V°. *Siegel von weiss-blauen Zwirnsfäden abgefallen. Beide für die Besucher am Dedikationstage, während der Oktav und am Jahrestage 40 Tage und eine Karene. (Kl. Hardehausen Nr. 245 u. 247).*

1863.

Die Grafen Ludwig d. Ä. und sein Sohn Konrad von Everstein bekunden, dass Werner, Sohn des Müllers bei Höxter, nachdem er von dem Prior Ludolf, Kämmerer F. und Kellner Johann des Kl. Amelunxborn 40 schwere Denare erhalten, den wegen der vor der Stadt Höxter an der Grove liegenden Mühle gemachten Ansprüchen entsagt habe. Holzminden 1285.

. . . Acta sunt hec in civitate Holtesminne, presentibus nobis et Heynemanno et Conrado fratre suo dictis Dapiferis, Burchardo de Valebroke, Conrado de Palburne, militibus . . .

Vgl. Spilcker, Everstein UB. Nr. 218 und oben Nr. 1798.

1864.

Albert und Herbold Ritter von Amelunxen belehnen Udo von Ostheim mit drei von Graf Otto von Everstein zu Lehn empfangenen Hufen in Herinchosen. *1285.*

So Spilcker, Everstein UB. Nr. 217.

1865.

Testament des Ritters Otto genannt Hunt zu Gunsten des Kl. Berich. 1286 Januar 5.

In nomine Domini amen. Ego Otto miles dictus Hunt ita meam ordino ultimam voluntatem pleno accedente consensu Elizabet uxoris mee et filiorum meorum Ottonis et Hermanni, quod mea duo allodia in Reden et in Belderikeshusen dedi et legavi pro remedio anime mee et Alberti fratris mei ecclesie et conventui de Beriche perpetuo possidenda, ita videlicet, quod de redditibus et proventibus ipsorum allodiorum annis singulis in meo anniversario dabitur unum maldrum siliginis et avene pro consolatione speciali conventui dominarum, item in anniversario Alberti fratris mei predicti etiam unum maldrum siliginis et avene. Item in capite ieiunii unum etiam maldrum siliginis et avene. Item in cena Domini unum maldrum siliginis et avene pro consolatione similiter dominarum. Item ad infirmariam unum maldrum siliginis et avene, item filiabus meis Gyslen et Lutgardi, quamdiu vixerint, duo maldra siliginis et avene ad usus ipsarum, ita quod una earum mortua altera, que supervixerit, possidebit et tollet dicta duo maldra. Qua etiam mortua postmodum cedent ecclesie ipsa duo maldra. Quicquid vero residuum fuerit de predictis redditibus et proventibus, cedet etiam in usus ecclesie supra dicte. Nolo etiam, quod aliquis prepositorum vel etiam conversorum, qui pro tempore fuerint, huiusmodi meam ordinationem impediant vel molestent, ne per meos heredes sumatur vindicta. Testes sunt: Helwicus prepositus, Hermannus plebanus de Metthe, Iohannes plebanus de Godensperg, Widekindus de Holzheim, Iohannes de Valkenberg, Theodericus de Elbene, milites, Otto de Valkenberg, Ludewicus de Wildungen, Basiligus, Hermannus de Gheysmaria, Otto et Hermannus mei filii supra dicti. In huius facti evidentiam dedi presens scriptum sigilli mei munimine roboratum. Actum et datum anno Domini millesimo C°C.LXXX° sexto, nonas Ianuarii.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1866.

Ritter Otto genannt Hund verzichtet auf seine Ansprüche an gewisse Güter zu Gunsten des Kl. Netze. 1286 Januar 7.

Ego Otto miles dictus Canis recognosco tenore presentium publice protestando, quod una cum Ottone et Hermanno filiis meis renunciavi omni meo iuri, si quod habui in bonis Iohannis de Wera sitis in Bercheym, omnium heredum meorum liberaliter accedente consensu et eorum, quorum consensus super renuntiatione huiusmodi fuit merito requirendus, que idem Iohannes post mortem suam in anime sue refrigerium necnon omnium amicorum suorum ecclesie in Netze tribuit perpetuo possidenda. Testes sunt: dominus Dythmarus dictus Oppolt, Widekindus de Holtzeyn, Theodericus de Elbene, Otto de

Valkenberg et Henricus Bolemast, Theodericus de Wagenbach, Arnoldus de Paderborne, milites et Ludewicus de Wildungen. Ut hec autem irrefragabiliter perseverent et ab omnibus meis coheredibus maneant inconvulsa, honorabilis mei domicelli Ottonis comitis de Waldeke sigillo et domini Godefridi eius fratris necnon meo procuravi hanc paginam communiri. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXVI°., septimo Idus Ianuarii.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen 1) kleines dreieckiges Siegel mit achtstrahligem Stern; 2) spitzovales Siegel (verletzt), zwischen architektonischer Verzierung eine geharnischte Figur mit Speer und Schild worauf ein Kreuz, darunter knieende Gestalt; 3) dreieckiges verletztes Siegel mit aufgerichtetem Hunde.

1867.

Papst Honorius IV. bestätigt dem Prior und Konvent der Predigerbrüder in Warburg die Ueberlassung der Marienkirche daselbst seitens des Elekten Otto von Paderborn sowie die weitern Anordnungen desselben. Rom 1286 Januar 9.

Gedr. UB. V, 752. Diese Bulle wurde 1286 August 5 in Strassburg transsumirt:

Nos iudex curie Argentinensis notum facimus presentium inspectoribus universis, quod nos litteras domini pape subscriptas non cancellatas, non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas, filo integro et sub vera bulla vidimus et de verbo ad verbum perlegimus, quarum tenor talis est . . . In cuius rei testimonium sigillum curie Argentinensis presentibus est appensum. Datum Nonis Augusti, anno Domini M°.C°C.LXXX° sexto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 29. An Pergamentstreifen in rothem Wachs rundes Siegel, Arm Krummstab haltend, seitlich Halbmond, darunter achtstrahliger Stern. Die Transsumirung geschah wohl in Strassburg, weil dort damals der Ordensprovinzial meist weilte. Unter 1286 Januar 19 befindet sich Dominikanerkl. Warburg Nr. 30 das Or. eines allgemeinen Ordensprivilegs. Vgl. UB. V, 753.

1868.

Ritter Gyso von Gudensberg überlässt dem Kl. Hardehausen drei Hufen in Weren. 1286 Januar 14.

Nos Gyso miles nobilis de Godensperch presentibus recognoscimus, quod proprietavimus iure proprietali ecclesie Hersuidehusensensi tres mansos in Werhen sitos cum omnibus suis appendiciis perpetuo possidendos, quorum medietatem Guftherus[1]) quondam possedit, reliquam vero partem domina quedam dicta Roden possederat. Testes sunt: dominus Albertus plebanus in Casle, Hermannus miles ante valvam, Thilo frater dicti militis, Hermannus et Wernherus fratres dicti de Blomenstein, Heinricus de Wanenhusen et Heinricus gener suus. Ut autem hec rata sint et firma, presens scriptum munimine sigilli nostri dedimus roboratum. Anno Domini M°.C°C.LXX°X sexto, in die beati Felicis confessoris.

[1]) *So Or. In der folg. Nr. heisst er* Guchterus.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 254. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1869.

Die Brüder Hermann und Werner von Gudensberg überlassen dem Kl. Hardehausen drei Hufen in Weren. Münden 1286 Januar 25.

Nos Hermannus et Wernherus fratres nobiles dicti de Godenborch notum esse cupimus omnibus presens scriptum intuentibus, quod cum communi consensu omnium heredum nostrorum tres mansos in Werhen sitos, quos Arnoldus, Guchterus et Alheidis dicta Rodinne et Conradus frater ipsius a nobis pheodali iure hactenus habuerunt, ecclesie in Herswidehusen liberos assignavimus et solutos cum omni iure et omni fructu ad ipsos pertinente, cessantes nichilominus ab omni iure et dominio, quod in prefatis mansis hactenus habebamus. Set quia proprio sigillo hac vice caremus, sigillo domini Conradi militis de Bertolderode usi sumus. Testes huius rei sunt: dominus Th(idericus) prepositus de Hilde-

wardeshusen, dominus H. de Wartberg, dominus Hen(ricus) dc Rengodeshusen, Ludolfus de Humbrechtessen, milites; Th(idericus) de Stokhusen, Conrad frater suus, Th(idericus) de Mense, Widekindus connatus suus, Henlenbertus de Bursfelde, Heidenricus de Dransfelde, Hen(ricus) Heidene, Her(mannus) et Con(radus) fratres dicti de Neste et alii quam plures fide digni. Datum in Gemunden, anno Domini M°.C°C.LXX°XV°I., in die conversionis Pauli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 255. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1870.

Graf Otto von Waldeck gibt einem Marsberger Bürger das Eigenthumsrecht über ein Gut in Udorf. Corbach 1286 Februar 1.

Otto Dei gratia comes de Waldeckenn universis scripti presentis auditoribus et lectoribus salutem in Domino Iesu Christo. Ne ea, que ordinantur, tempore succedente in oblivionem deveniant, solent bonorum virorum et litterarum testimoniis ad memoriam revocari. Scripti ergo presentis tenore coram universis percepturis ipsum recognoscimus publice protestantes, quod bonum quoddam situm in Udorp villa nostre cometie, quod Lambertus dictus Spylman civis in Mersbergh emit liberum et verum proprium ab ecclesia Aroldensi, que hoc bonum a retroactis temporibus liberum et proprium possidebat, eidem Lamberto ac Alheidi sue uxori et Hermanno eiusdem filio ac Margarete, Alheydi et Mechtildi filiabus suis ceterisque ipsius heredibus profuturis, sicut hoc bonum emerunt liberum et proprium, ita dedimus ipsum liberum et proprium perpetuo possidendum, recognoscentes hoc bonum ipsi Lamberto et suis heredibus ab advocatia et ab exactione qualibet seu ab omni iure, quod nos et nostri heredes postea de eo nobis possemus vindicare, dedisse liberum et exemtum. Quod ne a nostra posteritate infringatur aut revocetur in posterum, in ipsius libertatis, qua bonum liberum dedimus ipsum et proprium, protestatione(m) ipsi Lamberto suisque veris heredibus posteris et presentibus sigillo nostro firmatum dedimus presens scriptum. Datum et actum in civitate Corbecke, anno incarnationis dominice M°.C°C.LXX°XV°I., Kalendis Februarii.

Nach Kopiar II, fol. 70v des Kl. Arolsen auf Fürstl. Kammer in Arolsen. Ob 1280 Januar 17 zu datiren ist?

1871.

Ritter Werner und Bernhard von Brakel und die Rathmänner daselbst bekunden, dass ihr Mitbürger Friedrich von Hembsen seine Güter dem Kl. Falkenhagen verkauft habe. 1286 März 6.

Nos Wernherus et Bernhardus de Brakel milites et consules ipsius opidi presentibus recognoscimus, quod Fridericus de Hemenhosen noster concivis cum fratribus suis in presentia nostra constitutus ex consensu ipsorum et omnium heredum suorum bona sua in Hemenhosen sita cum omnibus suis attinentiis ecclesie in Valkenhagen vendidit libere et quiete possidenda et eodem tempore dictus F(ridericus) bona memorata in manus Engelhardi de Abbenhosen militis, de quo ea in pheodo tenuerat, integraliter resignavit. In cuius rei memoriam presentem litteram dicte ecclesie contulimus sigillo nostro una cum appensione sigilli burgensium nostrorum in Brakel insignitam. Presentes erant: Burchardus de Herste et Fridericus de Ymmessen, milites; Io(hannes) de Coven, Henricus Longus, Fridericus de Herse, Wernerus de Monte; dicti vero consules: Wernherus de Vlectene, Hermannus de Mengersen, Theodericus de Seibike, Wilhelmus de Wimilinctorp, Conradus Sapiens, Macharius, Volquinus Hagedorn, Io(hannes) de Nihosen, Reinhardus Longus, Ortwinus, Hermannus de Heigenhosen et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XV°I., feria IIII. post dominicam Invocavit.

Or. im Stadtarchiv zu Brakel. Das erste Siegel sammt Befestigung ab; an Pergamentstreifen an zweiter Stelle das runde Siegel Bernhards v. B. Im Siegelfelde auffallend schräg gestellter Wappenschild mit den Pfählen, darüber Helm mit gezahntem Bogen, an dritter grosses rundes Siegel der Stadt Brakel, zwischen Thurmverzierung das dreieckige Wappenschild, wie Westf. Siegel II Taf. 67 Nr. 4. Reg. Lipp. Regg. I, 262 Nr. 419 nach Falkenhagen. Kop., mit falschem Tagesdatum. Hemenhosen *wohl Hembsen bei Brakel, nicht ausgegangen, wie Lipp. Regg. II S. 8 behauptet wird.*

1872.

Elekt Otto von Paderborn urkundet nochmals über die Fundirung des Dominikanerklosters in Warburg und beauftragt Genannte mit der Ausführung seiner Verordnungen. 1286 März 7.

Otto Dei gratia Paderburnensis ecclesie electus et confirmatus dilectis sibi in Christo fratribus Predicatorum ordinis, conventus Wartbergensis, dyocesis et civitatis nostre, salutem et cumulum celestium premiorum. Quoniam ad tenorem ewangelicum habundante iam iniquitate refriguit karitas plurimorum, que tamen iuxta sacrum eloquium mater et forma est virtutum ceterarum, utpote sine qua cetere Deo non sunt placite velud defective, hac nullatenus excidente, ad quam excitandam et in cordibus fidelium ac infidelium accendendam, cum Deus ordinem vestrum suscitaverit ac sancta sedes apostolica confirmaverit et ordinariis locorum mandaverit, admonuerit et rogaverit vos debere per ipsos defensari et in vestris necessitatibus adiuvari, nos ob reverenciam sedis antea memorate maiorum exemplis et vestigiis in fundatione piorum locorum inherentes hec benivolencius et beneficencius cupimus adimplere. Unde cum nostri iuris sit parrochias dividere ac unire causis necessariis ingruentibus ac teneamur nichilominus ipsis ecclesiis in divino officio providere, ecclesiaque parrochialis gloriose Dei genitricis Marie civitatis Wartbergensis in vinea in redditibus adeo sit tenuis, quod non possit in ipsa sustentari rector secundum suas necessitudines et decenciam clericalem, hiis de causis, et ut locus officietur melius, vobis statuimus libere omni conditione cessante et pacto propter Deum et sue matris honorem et concedimus ac damus in proprietatem perpetuam pro claustro fundando ad vestri sacri ordinis instructionem ipsam eandem gloriose Dei genitricis ecclesiam cum campanis et cimiterio pro cultu Dei ampliando iugiter possidendam. Insuper fundum totum cum omni iure, quem nulli nec in toto nec in parte recognoscimus, vobis venditum pro marcis quinquaginta usualis monete apud nos publice protestamur, eum videlicet fundum, qui continetur inter murum nove civitatis et murum Bernam, locum dividentem a veteri civitate et viam nunc usitatam, qua itur et ascenditur a valva tendente versus dictam Bernam usque ad cimiterium beate virginis et sic circa cimiterium usque ad viam ad partem cimiterii eiusdem occidentalem et usque ad portam, qua exitur de nova iam habita civitate et locum iuxta cimiterium ipsum, ubi granaria sunt locata et totum locum curie plebani, et si que alie aree sunt ad ipsam sepe habitam ecclesiam attinentes, per presentes etiam obligamus et astringimus nos pro vobis de victione et evictione responsuros et, ut vulgo dicitur, warandiam quotiens, quando et ubi requisieritis, prestituros et litteras hoc negotium quocunque modo contingentes, quociens petieritis, daturos et innovaturos et, prout unquam poterimus, cicius capituli nostri Paderburnensis litteras et sigillum horum plenarie robur et consensum continentes optenturos. Ne autem parrochiales dicte ecclesie oporteat municipium exire et ne nimia parrochie distancia pregraventur, dicte ecclesie de rectore pro tempore providebimus, quousque parrochialibus de loco et parrochia commodius poterimus providere. Preterea ut malignantium astuciis per iusticiam coercitivam plenius obviemus, protestamur nos hec facere potuisse, quia secundum iuris tenorem pro pio loco fundando possemus etiam quinquagesimam vel centesimam proventuum nostrorum sine cuiusquam consensu tradere perpetuo iuxta velle. Ad hec sub penis suspensionis, interdicti et excommunicationis latis sententiis in hiis scriptis in omnes et singulos, qui huic donationi et ordinationi sive verbis sive factis contraierint, precipimus tam clericis quam laicis, ut has donationes, ordinationes, claustri edificationem nullus impediat ullo modo. Committimus etiam castellanis nostris in Wartberg, videlicet utrique Rauenoni et Conrado fratribus et Ecberto Speghel, militibus, ut, postquam eos requisieritis, per presentes ducant et mittant vos infra triduum auctoritate nostra in donatorum sive venditorum omnium corporalem possessionem. Precipimus autem ei, qui ex parte nostri ibi est advocatus sive temporalium dispensator, ut vobis totum fundum ante nominatum liberum ab omni impetitione faciat et ortos ibi sine auctoritate nostra locatos amoveat et per omnia fundum vestrum auctoritate nostra, quam in hoc sibi integre committimus, proprium faciat et ostendat et a vobis omnes violentias et iniurias propulset hominum malignorum. Per pre-

sentes et sub predictis penis precipimus plebano castri sive ei, qui vices eius gesserit, ut easdem sententias publicet et denunciet, quociens, quando et ubi et qualiter fuerit requisitus. Acta sunt hec presentibus fratre Nicholao priore et fratre Burchardo suppriore domus Wartbergensis, Ecberto Speghel, Alberto de Amelungessen, utroque Rauenone, militibus, et aliis pluribus fide dignis, anno Domini millesimo ducentesimo LXX°XV°I., Nonis Marcii. [1])

[1]) *Von anderer Hand hinzugefügt.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 31. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Gedr. Schaten, ad annum.

1873.

Graf Otto von Everstein genehmigt den Verkauf der Güter zu Smidersen *seitens seines Bruders Konrad an Kl. Falkenhagen. Polle 1286 März 10.*

Nos Otto Dei gratia comes de Euerstene universis presentem litteram inspecturis cupimus esse notum, quod venditionem bonorum fratris nostri Conradi sitorum in Smidersen, scilicet duorum mansorum et unius aree, ratam servare promisimus in hiis scriptis. Ut autem hec venditio fratris nostri et emptio claustri de Valkenhagen a nobis et a nostris heredibus in posterum non infringatur, presentem litteram dicto claustro de Valkenhagen in testimonium contulimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Polle, anno Domini millesimo C°C.LXX°X sexto, die dominica qua cantatur Reminiscere.

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 26. Vom untern Rande des Pergaments ist der Siegelstreifen eingeschnitten; Siegel abgefallen. Auszug gedr. Spilcker, Everstein UB. Nr. 220 Reg. Lipp. Regg. I, 262 Nr. 420.

1874.

Elekt Otto von Paderborn schenkt den Neubruch-Zehnten in Haversvorde *dem Kl. Amelunxborn. 1286 Mai 2.*

Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie electus et confirmatus universis presens scriptum visuris salutem in omnium salvatore. Ex iniuncto nobis prelationis officio illorum necessitati subvenire tenemur, qui se omnipotentis Dei servicio manciparunt. Hinc est, quod nomine presencium viris religiosis abbati et conventui monasterii in Amelungsborne de novellatis et novellandis decime in palude cum totali decima in Haversvorde, quam novalem decimam in palude Haversvorde Arnoldus de Haversvorde filius Arnoldi militis de consensu heredum suorum sub sigillo nobilis viri H(enrici) de Homborg nobis libere resignavit, de consensu capituli nostri et voluntate libera donavimus et donamus in hiis scriptis perpetuo possidendam. In cuius donationis robur et firmitatem nostro sigillo presens scriptum fecimus communiri. Huic donationi testes aderant: Fredericus de Hervordia canonicus Paderbornensis, Ghiso de Brocbeke miles, Godescalcus frater eius et Conradus notarius noster. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XV°I., in crastino Philippi et Iacobi.

Nach dem Amelunxborner Kopiar II fol. 47 v im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Vgl. auch Dürre, Homburg in Ztschr. f. Niedersachsen 1880 Nr. 134. Ueber Haversvorde *vgl. dieselbe Ztschr. 1878 S. 195.*

1875.

Elekt Otto von Paderborn bestätigt die Schenkung des Haversvorder *Zehntens an Kl. Amelunxborn. 1286 Mai 2.*

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie electus et confirmatus presentibus protestamur, quod dilectis nobis in Christo abbati et conventui monasterii in Amelungesborne de decima in Haversvorde, cuius proprietatem noster predecessor et capitulum nostrum ipsis donaverunt, et nos donavimus libere propter Deum, ubicunque et quandocunque fuerimus requisiti, plenam warandiam faciemus, dantes sibi has litteras in testimonium super eo. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XV°I., in crastino Phylippi et Iacobi.

Nach dem Amelunxborner Kopiar II. fol. 47 v im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

1876.

Die Stadt Herford bekundet Verzicht des Heinrich gen. Paginc auf ein Haus zu Gunsten des Kapitels in Enger. 1286 Mai 7.

Nos scabini et consules Heruordenses notum facimus universis et singulis hoc scriptum visuris et audituris, quod nobis presentibus et audientibus Hinricus dictus Paginc libera et voluntate spontanea cessavit ab omni actione sive inpetitione, quam movit decano et capitulo ecclesie Ang(a)rensis super domo una in villa Stenbike sita, et si quid iuris habuit vel habere poterat in eadem domo, penitus resignavit. Id sub sigillo universitatis nostre duximus publice protestandum. Testes aderant: Iohannes de Oldenheruorde et Fridericus de Arnholthe, milites; Gerhardus de Libbere tunc temporis magister consulum nostrorum, Iohannes de Rodewic, Geruasius, Bernhardus sartor, Hinricus Wedewinc et alii quam plures, quorum nomina non sunt scripta. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LXXXV°I., Nonas Maii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Johannes u. Dionys zu Herford Nr. 24. An Pergamentstreifen kleines Fragment vom runden Stadtsiegel.

1877.

Die v. Löwenstein übertragen das Besitzrecht eines halben Zehnten in Netze an Kl. Netze. 1286 Mai 8.

In nomine Domini amen. Noverint universi presencium inspectores, quod nos Wernherus miles, Wernherus noster natus, Wernherus et Hermannus fratrueles nostri de Lewensten medietatem decime de Netze, quam Henricus de Nezze et Ditmarus filius suus nepotes domini Henrici militis dicti Bunemast a nobis in feodo tenuerunt, ex eorum resignatione nobis facta et ad preces fideles eorundem ecclesie et conventui monasterii de Nezze contulimus propter Deum proprietatis titulo perpetuo possidendam. Testes sunt: Conradus de Orfe, Sibode de Ittere, milites, Henricus iunior de Orfe, Lodewicus Maz, Otto Mule, Theodericus Terkis, Bertramus de Sconowe et alii quam plures. In horum testimonium, memoriam ac perpetuam firmitatem nostris sigillis roboravimus presens scriptum. Anno Domini M°.C°C°.LXXX°VI°., VIII. Idus Magi.[1])

[1]) *So das Or.*

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen 1) dreieckiges Siegel Werners von Bischofshausen, schräges Schildeshaupt mit vier Zacken; 2) dreickig, auf gegittertem Felde nach rechts aufgerichteter gekrönter Löwe; 3) dreieckig, gekrönter Löwe. Umschrift: Sigillum Hermanni de Lewensten.

1878.

Berta Ritters Gerhard von Dinkelburg Gemahlin verzichtet auf jeden Anspruch an zwei Hufen in Zwehren zu Gunsten des Kl. Hardehausen. 1286 Mai 13.

Nos Berta uxor Gerhardi militis de Dinckelberg, castellani in Wartberg, protestor universis, quod ego una cum pueris meis bona voluntate et maturo consensu renunciavi omni actioni sive iuri, quod habuimus et habere debuimus in duobus mansis in Duergen sitis, quos Gerhardus maritus meus vendidit conventui in Herswidehusen dominorum et fratrum, ita quod in posterum ego vel pueri mei iam predicti dictos dominos et fratres in Herswidehusen non debeamus nec velimus de predictis duobus mansis aliquatenus incurare. Cuius rei testes sunt: Ecbertus de Desenberg dictus Speculum, Raveno senior et Con(radus) frater eius et Raveno iunior de Papenheim, Gerhardus Sculcetus, Albero de Wellede, Volpertus de Eysen, milites; preterea Henricus de Epehe et Conradus frater suus, Iohannes de Wellede, Henricus Iudeus, Iohannes Pixis, famuli, et alii castellani in Wartberg. Quod ut ratum permaneat, et inconvulsum, ego et pueri mei impetravimus scriptum presens sigillo dominorum et fratrum de Papenheim iam dictorum solidari. Datum anno Domini M.CC.LXXXVI., feria secunda post dominicam Cantate.

Nach Abschr. des 17. Jahrh. in Lib. Var. VII, Hardehausen Nr. 38 in der Theodorianischen Bibliothek in Paderborn. Reg. Msc. I, 242 p. 27 Nr. 4 im Kgl. St.-A. Münster.

1879.

Äbtissin Mathilde von Herford bekennt, dass ihre Vorfahrin Ida dem Kapitel in Enger eine Rente aus einem Hause in Steinbeck verkauft habe. Herford 1286 Mai 25.

Metheldis Dei gratia Heruordensis ecclesie abbatissa omnibus in perpetuum. Meminimus felicis recordacionis dominam Idam abbatissam et conventum ecclesie nostre olim pensionem quandam, quam de domo una in villa Stembike sita ecclesia nostra singulis annis recipere consuevit, videlicet quatuor modios tritici, duas urnas mellis per mensuras consuetas, tres oves et novem denarios decano et capitulo ecclesie Angarensis pro duodecim marcis Osnaburgensis monete liberaliter vendidisse, proprietate ipsius domus eis tradita in perpetuum possidenda, cum quibus denariis area, quam fratres Minores habitant in presenti, empta extitit, ut per hoc ecclesia nostra proprietatem aliam recuperaret. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri fecimus sigillorum nostri et conventus munimine roboratas. Datum Heruorde, anno Domini M°.C°C.LX°XXV°I., VII°I. Kalendas Iunii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Johannes u. Dionys zu Herford Nr. 25. An Pergamentstreifen 1) spitzovales Siegel der Äbtissin; 2) rundes Siegel des Konvents.

1880.

Elekt Otto von Paderborn bekundet den zwischen ihm und der Stadt Paderborn geschlossenen Friedensvertrag. Paderborn 1286 Juni 1.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie electus et confirmatus presentibus publice protestamur, quod compositionem inter nos, consanguineos, amicos et coadiutores nostros propter nos facere ac dimittere volentes ex parte una et consules ac universitatem civium Paderbornensium et ipsorum coadiutores ex parte altera super werra sive discordia, que inter nos vertebatur, per amicos partium ordinatam, firmam et inviolabilem perpetualiter studebimus observare et dictos nostros consules et burgenses in omni iure suo, prout tenemur, conservabimus bona fide et in omnibus articulis, in quibus dictos burgenses nostros coram arbitris a nobis et ab ipsis electis culpavimus, ipsos dicimus liberos et solutos, eo excepto, quod, si super iudicio civili, quod wulgariter dicitur burrichte, ipsis movere questionem voluerimus, facient nobis coram capitulo et ministerialibus ecclesie nostre, quorum copia haberi poterit, quod consonum fuerit rationi. Nullos etiam predictorum burgensium nostrorum emulos sive inimicos invitabimus vel receptabimus in predictorum preiudicium vel gravamen, nisi a capitulo nostro et ministerialibus, quorum copia haberi poterit, rationabiliter ostensum fuerit et probatum, quod nobis illata fuerit per sepe dictos cives iniuria manifesta. In cuius rei testimonium presens scriptum sepe dictis civibus nostris dedimus nostri et ecclesie nostre sigillorum munimine roboratum. Et nos capitulum Paderbornensis ecclesie ad petitionem domini nostri predicti sigillum nostrum apposuimus huic scripto in testimonium predictorum. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXXX°VI., in vigilia pentecostes, in hospitio domini Henrici thezaurarii ecclesie beatorum apostolorum Petri et Andree Paderbornensis.

Or. im Stadtarchiv zu Paderborn. An Pergamentstreifen wohlerhalten das ovale Elektensiegel Ottos und das grosse runde des Domkapitels.

1881.

Rathmänner und Bürger der Stadt Paderborn bekunden den zwischen ihnen und Elekt Otto von Paderborn geschlossenen Friedensvertrag. Paderborn 1286 Juni 1.

Nos consules et universitas civium Paderbornensium presentibus publice protestamur, quod compositionem inter venerabilem patrem et dominum nostrum Ottonem Paderbornensem electum et confirmatum, suos consanguineos et amicos et coadiutores ex parte una, et nos ex parte altera super werra sive discordia, que inter nos vertebatur, per amicos parcium ordinatam firmam et inviolabilem perpetualiter studebimus observare, ita quod a fidelitate ecclesie et predicti domini nostri, prout tenemur de iure, nunquam de cetero recedemus, immo eidem ecclesie et predicto domino nostro pro posse nostro,

prout tenemur de iure, consiliis et auxiliis fideliter assistemus, nec ullum dominum contra dictum dominum nostrum vocabimus in preiudicium ipsius et ecclesie memorate, nisi prius per nos coram .. decano, capitulo et ministerialibus ecclesie, quorum copia haberi poterit, rationabiliter ostensum fuerit et probatum, quod nobis illata fuerit per sepedictum dominum nostrum iniuria manifesta. Et si nobis super iudicio[1]) civili, quod vulgariter burrichte appellatur, dictus dominus noster questionem movere voluerit, faciemus eidem coram .. decano et capitulo ac ministerialibus ecclesie[2]), quorum copia haberi poterit, quod consonum fuerit rationi. In cuius rei testimonium presens scriptum predicto domino nostro dedimus nostri et capituli Paderbornensis sigillorum[3]) munimine roboratum. Et nos capitulum Paderbornensis ecclesie ad peticionem civium predictorum sigillum nostrum apposuimus huic scripto in testimonium predictorum. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXX°XVI°., in vigilia pentecostes, in hospitio domini Henrici thesaurarii[4]) ecclesie beatorum apostolorum Petri et Andree Paderbornensis.

[1]) *B hat* iuridicione — que. [2]) *Fehlt B.* [3]) *In A korrigirt, B hat noch* sigillis. [4]) thezaurarii *A.*

Or. in zwei Ausfertigungen (A u. B) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 308. An A hängen die Siegel der Stadt Paderborn und des Domkapitels, B ist nur mit dem der Stadt besiegelt gewesen, das noch anhängt.

1882.

Abt Heinrich von Corvey bekundet, dass ihm und seinem Stifte an dem Zehnten in Haversvorde *welchen Kl. Amelunxborn rechtlich erworben und jahrelang ruhig besessen, kein Recht zustehe. Höxter 1286 Juni 5.*

Nos Henricus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas universis presentes litteras inspecturis ve audituris volumus notum esse, quod in decima Haversforde vel in eius proprietate, quam viri religiosi M(auritius) dictus abbas et conventus in Amelungisborne sibi et sue ecclesie perpetuo possidendam rationabiliter compararunt et per plures annos quiete et pacifice possederunt, nichil iuris competit nobis aut nostre ecclesie Corbeyensi, prout iidem abbas et conventus suis nobis privilegiis declararunt et expediti sumus a pluribus aliis fide dignis. In huius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri appensione decrevimus roborandum. Datum Huxarie, anno Domini M°.C°C.LXXX°VI., in die beati Bonifacii.

Or. im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. An Pergamentstreifen ziemlich wohlerhaltenes spitzovales Siegel des Abts. Erwähnt Harenberg, Hoya'sche Gesch. Beil. 118.

1883.

Abt Heinrich und Konvent des Stifts Corvey bekunden, wie eine Streitsache zwischen dem Abt von Marienthal und einem Halberstädter Knappen nach Corveyer Litonenrecht zu entscheiden sei. 1286 Juni 16.

Henricus Dei gracia abbas, Ludolphus prior, Albertus prepositus totusque conventus ecclesie Corbeyensis omnibus hec scripta visuris eorum noticiam, que sequuntur. Peticionem honorabilis domini Halberstadensis ecclesie episcopi nec non venerabilis patris abbatis Vallis sancte Marie recepimus in hec verba:

Cum quedam causa controversie sit inter abbatem ecclesie Vallis sancte Marie, nostre diocesis, Cisterciensis ordinis, et quendam famulum nostrum, qui eciam lito eiusdem monasterii, ac eadem causa nota sit in bonis, que olim vestre fuerant ecclesie, et tantum per ius litonum vestrorum, ut nobis videtur, valeat expediri, urbanitati vestre supplicamus attencius, quatenus per litteras patentes sigillatas sigillo vestro, domine abbas, si nuncii nostri vos attingere, vel sigillo conventus, si vos attingere non possunt, nos edoceatis, qualiter dictam causam determinare debeamus, sic ut nulli predictorum iniuriam faciamus. Querimus itaque, si ecclesia Corbeyensis habet litonem unum habentem uxorem similis condicionis, non pueros, et vir ille moreretur, quid iuris haberet ecclesia Corbeyensis in rebus mobilibus, id est animalibus, in annona tam in campo quam in granario et rebus aliis, et quid iuris vidua eiusdem litonis et quid iuris filii fratris ipsius litonis litones similiter existentes?

Nos ergo super iure hominum, qui dicuntur litones ecclesie Corbeyensis, et de ipsorum bonis, quomodo ad nostram audienciam per modum inquisicionis appellastis, vobis et universis presencia visuris iuxta consilium virorum nobilium et ministerialium ecclesie nostre, videlicet comitis Adolphi de Sualenberge, domini Alberti de Amelungessen senioris, Frederici de Ystorp, Eggeberti Spegel, Raphani de Papenheim, Siffridi de Halle, famulorum, talem diffinicionem duximus rescribendam: Si quid litones ecclesie nostre exstiterint unius generis vel condicionis, viro decedente ecclesia nostra accipiet duas partes omnium bonorum suorum ubicunque eciam depositorum vel existencium et uxor eius tantum unam partem scilicet terciam obtinebit nec aliquis suorum heredum quitquam de bonis suis vel de rebus quibuscunque petere potest, nisi tamen qui est propinquior ei in affinitate, que swer(t)side dicitur, solummodo hereditatem, que herwede dicitur, et non aliam poterit inpetrare. Si quidem vir eciam vel mulier superstes altero ipsorum mortuo de hiis bonis sequestrandis in fraudem ecclesie occultaverit et detectus seu convictus fuerit, de huiusmodi crimine pati debet bonorum suorum omnium detrimentum. Preterea si talis lito defunctus aliquibus debitis obligatus fuerit, ad hec superstes istius uxor sua de parte bonorum sibi tantum cedente solucionem faciat expeditam. Ne igitur aliqua super hiis umquam oriatur dubitacio, presens scriptum nostri sigilli roboramus munimento. Datum anno Domini M°.C°C.LXXX°VI., XVI. Kalendas Iulii.

Aus dem im Landeshauptarchive zu Wolfenbüttel befindlichen Diplomatar des Kl. Marienthal. Vgl. Nr. 1543.

1884.

Edelherr Hermann von Ösede übereignet zwei Hufen in Mittel-Zwehren an Kl. Hardehausen. Paderborn 1286 Juni 17.

Nos Hermannus nobilis miles dictus de Osede protestantes recognoscimus tenore presentium, quod nos unanimi consensu nostre uxoris Gerbergis ac filiorum nostrorum Burchardi, Conradi et Wernheri contulimus proprietatem duorum mansorum in medio Duergen sitorum, quam ibidem possedimus, ecclesie beate Marie in Herswidehusen iure perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus annectendum. Testes autem subnotati aderant: R. inferioris chori plebanus, Borchardus et Henricus dictus Drusius, presbyteri et vicarii Paderbornensis ecclesie, Rotgerus de Bokenevorde sacerdos, Thidericus miles de Godenberg dictus Olla, Albertus dictus Heyden, Suederus de Elsen, cives Paderbornenses, Kerstianus famulus domini R. scholastici predicte Paderbornensis ecclesie et alii fide digni. Actum et datum Paderborne, anno Domini M.CC.LXXX sexto, XV. Kalendas Iulii.

Nach Abschr. im Lib. Var. VII, Hardehausen Nr. 41 in der Theodorianischen Bibliothek in Paderborn. Reg. in Msc. I, 242 p. 27 Nr. 6 im Kgl. St.-A. Münster.

1885.

Graf Otto von Ravensberg verkauft an Johann von Hagen seine Güter in Harthem. *1286 Juni 23.*

Otto Dei gratia comes de Rauensberg omnibus hoc scriptum visuris et audituris rei geste noticiam. Successio temporis perimit hominum actus, si quos non corroborat vox aut stabilitas litterarum. Sciant igitur universi et singuli tam posteri quam moderni, quod nos cum consensu omnium heredum nostrorum Iohanni de Haghen et Hinrico filio suo et heredibus suis legitimis bona in Harthem cum omnibus suis attinentiis et homines in predictis bonis residentes, scilicet Meynhardum et Gertrudim uxorem suam et pueros suos, Gerhardum et Alheydim uxorem suam et pueros suos, Hinricum et Alheydim uxorem suam et pueros suos, secundum quod bona et homines predictos emimus erga Hermannum dictum Bere famulum, integraliter vendidimus, et ipse Hermannus Bere, uxor sua et pueri sui coram venerabili domina Heruordensis ecclesie abbatissa dictos homines et bona predicta manumiserunt libere et absolute, renunciantes omni iuri, quod in sepe dictis hominibus et bonis in Harthem habebant vel habere poterant in futurum. In cuius rei testimonium presentis scripti seriem fecimus cum sigilli nostri appensione roborari. Et nos scabini et consules Heruordenses sigillum nostrum apud fidelis viri comitis de Rauens-

berg sigillum universitatis nostre similiter in testimonium dicte vendicionis seriei dicti scripti duximus apponendum. Testes autem, qui presentes fuerunt et audiverunt, hii sunt: Iohannes de Busche, Hermannus Gograuius, Hinricus dictus de Stenhus, Iohannes de Oldenheruorde, Fridericus de Arnholthe, Albertus de Molendino et Balthewinus de Varendorpe, milites, Gerhardus de Libbere et Volquinus Cretel, tunc temporis magistri consulum Heruordensium, Iohannes de Rodewic, Geruasius, Rotherus de Quernhem, Conradus Kleycamp, Bernhardus sartor, cives Heruordenses, et alii quam plures viri fide digni, quorum nomina non sunt scripta. Datum anno Domini M°.C°C.LXXXV°I., in vigilia nativitatis beati Iohannis Baptiste.

Or. (defekt) im Kgl. St.-A. Münster, Johanniterkommende zu Herford Nr. 6. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab.

1886.

Domdechant Wennemar von Paderborn transsumirt ein Synodalstatut des frühern Bischofs Simon von Paderborn über die Cerocensualen. Paderborn 1286 Juni 30.

Nos Wennemarus Dei gratia (decanus) totumque capitulum Paderburnensis ecclesie universis presens scriptum visuris notum esse volumus, quod in nostro sinodo episcopali presidente pie memorie Simone episcopo, sicut in ipsius litteris super hoc confectis continetur, inter cetera in hunc modum „item de cerocensualibus ita sententiatum extitit“ *u. s. w. wie oben Nr. 916 bis* per publicum instrumentum. In cuius rei testimonium presentem paginam nostro sigillo ad causas duximus roborandam. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXXXVI., pridie Kalendas Julii.

Aus Msc. I, 99 fol. 1 im Kgl. St.-A. Münster.

1887.

Ritter Gerhard von Dinkelburg resignirt dem Edelherrn Hermann von Ösede zwei Hufen in Mittel-Zwehren. 1286 Juli 5.

Nos Gerhardus miles de Dinkelborch et Bertha uxor ipsius, Got(s)chalcus et Henricus filii sui et heredes recognoscimus et publice protestamur, quod nos resingnamus nobili viro domino Hermanno de Osedhe duos mansos sitos in Middesthen Dvergen, et quia sigillum proprium habere non consuevimus, inpetravimus scriptum presens sigillo dominorum de Papenhem solidari. Cuius rei testes sunt iidem domini et fratres de Papenhem, Rabeno, Conradus et Rabeno, Volpertus de Eysen, milites, preterea Henricus de Epehe, Henricus Iudeus, Iohannes de Pikelsen et Gerhardus Sculthetus miles et alii castellani in Wartberg, qui presentes erant. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXVI°., V°I. feria infra octavam apostolorum Petri et Pauli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 257. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1888.

Bruno von Brilon, Geismarer Bürger, schenkt dem Kl. Hardehausen zwei Hufen in Mittel-Zwehren. Geismar 1286 Juli 6.

Ego Bruno civis Geysmariensis de Brilon dictus recongnosco notum faciens omnibus hanc litteram inspecturis, quod habito consensu Gislen mee uxoris et meorum liberorum Methildis et Gotfridi dedi conventui in Hersuidehusen duos mansos pro salute mee anime iuxta villam, que Mithelisten Duergen dicitur, sitos perpetuo possidendos, presentibus Bertoldo de Corbike, Bertoldo de Desle, civibus Geysmariensibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Ut igitur ista donacio rata maneat et firma, sigillo proprio carens petivi hoc scriptum appensione sigilli oppidi Geysmariensis roborari. Nos autem Arnoldus de Nitelbike, Heinricus de Herisia, Gotfridus de Atrio, Herbertus, Iohannes Euerhardi, Hermannus Gumperti, Arnoldus Gerberti, Conradus de Witthenberge, Iohannes de Scerue, Gerwicus Ruffi, Theodericus de Natesungen, Bertoldus de Beverbike, consules in Geysmaria pro peticione parcium duximus

huic scripto sigillum nostre universitatis apponendum. Datum et actum Geysmarie, anno Domini M°.C°C.LXXX°VI°., in octava beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 258. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1889.

Die Rathmänner der Stadt Paderborn bekunden, dass Hermann von Ösede und die Seinigen eidlich versprochen haben, wenn Kl. Hardehausen das Eigenthum der Hufe Westerhagen *vom Bischof (Otto) von Paderborn erlangen könne, so würden sie dieselbe dem Bischof resigniren. 1286 Juli 7.*

Nos Godefridus Lunge et Wernerus dictus Rode, iudices, Hermannus Dockennere et Hermannus de Hobrachtessen senior, proconsules, Gerardus monetarius, Thidericus de Valle, Henricus de Rikenhöwe, Hildebrandus Eindachte, Arnoldus de Driburg, Volmarus de Salcoten, Godescalcus de Borglere, Bertoldus de Rode, Henricus de Grafheim, Hermannus de Steden, Albero de Bekene, Mathias de Bekene, Henricus Svendel, Bertoldus Berchmeygere, Godefridus Pust et Bertoldus de Sestinchusen, consules Paderbornenses, tenore presencium publice protestamur, quod dominus Hermannus nobilis de Osede, Gerbergis uxor sua, Conradus et Wernerus eorum liberi in nostra presencia constituti fide prestita corporali promiserunt, quod, quandocunque religiosi viri dominus abbas et conventus monasterii in Hersuedehusen donacionem proprietatis mansi iuxta Wartberg sita, qui dicitur Westerhagen, quem mansum erga Gerardum militem dictum Scultetum de Helmere iusto emptionis titulo compararunt, potuerint obtinere a venerabili domino .. Paderbornensi episcopo et capitulo suo faciendam, in manus dictorum episcopi et capituli libere resignabunt, ut eiusdem mansi proprietas eisdem abbati et conventui condonetur. Preterea eadem fide promiserunt, quod Bernardus dictorum Her(manni) et Ger(bergis) filius, qui huic promissioni non interfuit, dictam resignacionem faciet, quandocunque fuerit requisitus. In cuius facti robur et perpetuam firmitatem utrobique rogati presens scriptum nostre civitatis sigillo duximus muniendum. Nos vero dicti Hermannus, Gerbergis, Conradus et Wernerus omnia superius expressa recognoscimus esse vera sub promisso debite warandie presenti scripto duximus approbandum. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XVI°., crastino octavarum Petri et Pauli apostolorum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 259. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

Vgl. unten Nr. 1937.

1890.

Heinrich Jude verzichtet zu Gunsten des Kl. Hardehausen auf jeden Anspruch an zwei von seinem Bruder jenem Kloster verkaufte Hufen. 1286 Juli 19.

Ego Henricus Iudeus, filius Volperti militis dicti Iudeus[1]), publice protestor, quod ego renunciavi cum consensu et voluntate heredum meorum omni actioni, quam habui in duobus mansis sitis in Rothem, quos Volpertus frater meus vendidit .. abbati et conventui dominorum et fratrum in Hersvidehusen ita, quod inposterum ego et heredes mei non debeamus aliquatenus eos in predictis duobus mansis incusare, certam sibi, si fuerimus ab ipsis requisiti, exhibituri ex parte iuris hereditarii warandiam. Cuius rei testes sunt consules novi oppidi Wartberg, Bertoldus Pust proconsul, Ricwinus de Dalhem, Arnoldus de Svidikessen, Gotfridus de Silhem, Iohannes Geruasii, Hermannus Vos, Conradus Ruthenus, Conradus de Ossendorp, Swithardus, Hermannus de Dusele, Meiniko de Wepelde et Hermannus Tancmari filius, consules ibidem, preterea Iohannes Stolto senior sororius meus et Henricus Iudeus patruus meus et alii fide dingni. In cuius rei testimonium scriptum presens sigillo proborum virorum novi opidi Wartbergensis, quia sigillum proprium habere non consuevi, inpetravi per consensum heredum meorum solidari. Acta sunt hec data sive decreta anno Domini M°.C°C.LXXX°V°I., VI. feria ante festum Marie Magdalene.

[1]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 260. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

Ueber Rothem *vgl. oben Nr. 875.*

1891.

Elekt Otto von Paderborn söhnt sich mit der Stadt Warburg aus. Neuhaus (1286) Juli 25.

(Otto Dei gratia ecclesie Paderburnensis) electus et confirmatus omnibus presencium inspectoribus volumus esse notum, quod ad instantiam decani et capituli ecclesie nostre Paderburnensis relaxamus rancorem, si quem habuimus ... presentium contra cives et universitatem nostram in Wartberg et relaxatam presentibus ... (re)cipientes eosdem in nostram gratiam et favorem. Datum apud Nouam Domum, anno domini ... in crastino beati Iacobi apostoli.

Or. (dessen eine Seite abgerissen) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 308 a. Siegel und Befestigung fehlen. Die Urk. gehört unzweifelhaft in die Zeit der Aussöhnung Ottos mit seinem Stift; vgl. Urk. von 1286 Juni 1. Nach 1287 kann sie wegen des electus et confirmatus *nicht fallen.*

1892.

Propst Berthold von St. Peter und Andreas in Paderborn (Busdorf) bekundet Auseinandersetzung zwischen dem Kl. Bredelar und seinem Kapitel über Einkünfte aus den Amthöfen in Esbike, Ryschedehusen *und* Essike. *1286 Juli 27.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 39. Gedr. Asseb. UB. I, 438.

1893.

Berthold von Brakel verzichtet auf die von seinem Vater Hermann dem Kl. Hardehausen geschenkten und verkauften Güter. 1286 August 12.

Notum sit omnibus presens scriptum visuris et audituris, quod ego Bertoldus filius domini Hermanni de Bracle pro me et pro heredibus meis renunciavi omni iuri, quod habui vel habere potui in bonis, que predictus pater meus vendidit, donavit seu quocunque titulo assignavit .. abbati et conventui in Hersevidehusen concedens et confirmans eadem bona, ubicunque sita sint, vel quocunque nomine censeantur, predictis viris religiosis iure perpetuo quiete et libere possidenda et hoc, cum opportunum fuerit, coram dominis bonorum me facturum promitto. Huius rei testes sunt: dominus Thammo miles, officialis domini Lantgravii, Gostvinus de Osterhusen, Conradus de Borken, Cono de Holtzehim, Conradus de Homberg, Albertus de Waldeke, Henricus de Ritthe, Racolphus Pagani, scabini Fritslarienses, qui etiam ad peticionem meam et quia proprium sigillum non habui, sigillum civitatis Fritslariensis presenti littere appenderunt. Datum feria secunda ante assumptionem beate virginis, anno Domini M°.C°C.LXXX° sexto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 261. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Auf der Rückseite steht von ungefähr gleichzeitiger Hand: de bonis in Brakele uppe der Missen.

1894.

Elekt Otto von Paderborn schenkt dem Propst Konrad von Katelnburg einen Hof. 1286 August 15.

Universis hoc scriptum visuris nos Otto Dei gratia Pad(erburnensis) ecclesie electus et confirmatus notum facimus et presentibus litteris publice protestamur, quod honesto viro domino Conrado preposito et conventui monasterii in Katelenburg curiam in Wulfershusen cum tribus mansis et dimidio cum omnibus suis pertinentiis et iuribus cum proprietate et dominio contulimus et conferimus in hiis scriptis perpetuo retinenda. Et ne aliquis predictos prepositum et conventum in bonis huiusmodi in posterum valeat inpedire, presens scriptum eisdem dedimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum anno Domini M°.C°C.LXXXV°I., in die assumptionis beate Marie virginis.

Or. im Kgl. St.-A. in Hannover, Kl. Katelnburg Nr. 43. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1895.

Die Ritter Hermann Spiegel vom Desenberg und Konrad von Amelunxen, sowie Richter und Rathmänner der Stadt Helmarshausen bekunden Beilegung eines Besitzstreites. 1286 August 21.

Nos Hermannus de Desenberch dictus Spegel, Conradus de Amelungsen, milites, iudex, consules (universitas)que oppidanorum in Helwardeshusen tenore presentium universis duximus declarandum,

quod, cum filii Bertoldi Gerbodonis premortui, videlicet Bertoldus, Conradus et Gerbodo soror quoque ipsorum Gertrudis ecclesie et conventui in Helwardeshusen super tribus mansis et frigida curia questionem moverent, que frivola fuit et cassa, de consensu partium per nostram arbitrationem huiusmodi compositionis medium est condictum, quod venerabilis vir dominus abbas et conventus predicti inpetitoribus suis premissis dabunt duas marcas Huxarienses, unam in festo beati Michaelis nunc instantis, residuam anno revoluto in eodem festo et ipsi ab impetitione prescriptorum soluti ac liberi permanebunt. Prenotati ergo Conradus et Gerbodo et soror eorum arbitrio nostro consentientes duabus marcis acceptatis asserebant se a domino abbate et conventu prenotatis gratuite ac favorabiliter pertractatos, pro Bertoldo autem in terra non existente promiserunt Alphwinus et Arnoldus Heyme, quod compositioni et arbitrio nostro stabit inviolabiliter in suo robore duraturo. Huius rei testes presentes fuerunt: Conradus de Ystintorph et Herboldus de Meyngozzen, milites, Conradus de Rekelinchusen, Rolandus de Holthusen, famuli, Bertoldus de Sylon archipresbiter, Theodericus et Iohannes clerici et alii quam plures. Actum et datum XII°. Kalendas Septembres, anno Domini M°.C°C.LXXX°VI°.

Or. im Generalvikariatsarchiv zu Paderborn. Von zwei Pergamentstreifen Siegel abgefallen, am dritten Fragment einer Heiligenfigur.

1896.

Edelherr Simon zur Lippe Zeuge bei Verpfändung des Brockhofes an das Münstersche Domkapitel. 1286 August 26.

Gedr. UB. III, 1311.

1897.

Abt Heinrich von Corvey bestätigt den 1285 zwischen den Kll. Gröningen und Michaelstein geschlossenen Vertrag, wodurch ersteres dem letzteren eine Hufe Landes zu Schwanebeck überlässt, die Gerko von Jerendorf demselben verkauft hatte. Brunsberg 1286 August 28.

Henricus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas universis Christi fidelibus has presentes litteras inspecturis vel audituris eternam in Domino salutem. Dilectorum in Christo . . abbatis et conventus monasterii Lapidis sancti Mychahelis ad nos pervenit peticio studiose rogantium, ut nos eis et ipsi monasterio confirmare et ratificare vellemus donationem proprietatis unius mansi factam a . . preposito et conventu ecclesie nostre in Groningen sub suarum testimonio litterarum, quarum tenor talis est:

Borchardus Dei gratia prepositus, Fredericus prior, Ludolfus custos, Conradus de Hornhusen totumque capitulum ecclesie sancti Viti in Groningen, ordinis sancti Benedicti, omnibus presencia visuris vel audituris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quicquid agendum a mortalibus decernitur, ne propter diurnitatem temporis possit in ambiguum aliquid devenire, necesse est lingua testium et litterarum testimonio communiri. Hinc est, quod notum esse volumus universis, quod, cum dominus Gereko de Ierendorp miles in Swanebeke commorans mansum unum solventem VIII solidos Halberstadensis monete situm in campis Swanebeke, quem ab ecclesia nostra pheodaliter diu possederat, de consensu et bona voluntate nostri capituli simul et heredum suorum ecclesie Lapidis sancti Mychahelis vendidisset, nos pro necessitate nostra aliqua a fratribus eiusdem ecclesie pecunia pro proprietate prefati mansi recepta de communi consensu nostri capituli cum omni iure, quod ad talem mansum pertinere dinoscitur, fratribus memorate ecclesie videlicet Lapidis sancti Mychahelis sepe dictum mansum dedimus perpetuo possidendum. Ne igitur in posterum oriatur alicui dubium de hoc facto, presens scriptum conscribi fecimus et sigillorum nostrorum videlicet prepositi et totius capituli in argumentum validum munimine roborari. Testes huius rei sunt: dominus Henricus plebanus de minori Quenstede, Gerardus de Ierrendorp, Conradus de Ammensleve, Iohannes Scade, Gerardus filius advocati, Hermannus de Bornikere, Iohannes de Santersleve, milites, Godelinus filius advocati, Olricus filius domini Gerardi de Ierrendorp, servi, et quam plures alii fide digni. Datum Halberstat, anno Domini M°.C°C.LXXXV°., III. Idus Aprilis.

Nos itaque predictorum abbatis et conventus petitionibus ob ipsorum dilectionem et favorem ipsius monasterii specialiter satisfacere cupientes ea, que in litteris prenotatis, videlicet prepositi et conventus in Groningen, sunt expressa, monasterio eidem videlicet Lapidis sancti Michahelis ratificamus ac in perpetuum confirmamus presentium testimonio litterarum. Datum Brunesberch, anno Domini M°.C°C.LXXXV°I., quinto Kalendas Septembris.

Or. im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel, Abth. Michaelstein. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs das am Rande verletzte spitzovale Siegel des Abts Heinrich.

1898.

Edelherr Simon zur Lippe verpfändet seinem Drosten Ludolf genannt von Münster die Vogtei über vier Häuser mit der Bedingung, dass er für die Pfandsumme ein von ihm als Lehen zu tragendes Gut erstehe. Soest 1286 September 4.

Gedr. UB. III, 1335.

1899.

Knappe Gerlach von Valkenberg verspricht auf alle Angriffe gegen Kl. Hardehausen zu verzichten. 1286 vor September 29.

Ego Gerlacus de Valkenberg famulus recongnosco notum faciens omnibus hanc litteram inspecturis, quod omni actioni seu vexationi, que michi contra dominum abbatem de Hersuidehusen et suum conventum competere videbatur, renunciavi et cessavi libere et absolute, presentibus domino Conrado de Gandera, canonico Geysmariensi, Arnoldo fratre suo, Hermanno quondam scultheto ibidem et aliis quam pluribus fide dignis. Ut igitur illa rata maneant atque firma, presens scriptum sigillo proprio carens petivi cum appensione sigilli burgensium de Geysmaria firmiter roborari. Nos vero Arnoldus de Nitelbike, Heinricus de Herisia, Gotfridus de Atrio, Herbertus, Iohannes Euerhardi, Hermannus Gumperti, Arnoldus Gerberti, Conradus de Witthenburg, Iohannes de Scerue, Gerwicus Ruffi, Thidericus de Natesungen, Bertoldus de Beverbike, consules in Geysmaria, ad petitionem utriusque partis fecimus hanc paginam sigillo nostrorum burgensium communiri. Datum et actum Geysmarie, anno Domini M°.C°C.LXXX°VI°., ante festum beati Michahelis archangeli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 263. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1900.

Die Brüder von Schardenberg verzichten auf alle Ansprüche auf die Güter zu Nieder-Elsungen zu Gunsten des Kl. Volkhardinghausen. 1286 September 29.

Noverint universi Christi fideles presens scriptum visuri et audituri, quod nos Weszelus, Hermannus et Albertus fratres, filii videlicet Hermanni de Scardenberg bone memorie, ab omni actione aut impetitione, quam habuimus adversus cenobium Volchardinchusen ratione bonorum in Elsingen inferiori sitorum, que pater noster dicte ecclesie quondam vendiderat, plenariter cessavimus et plane, memoratam ecclesiam deinceps ratione eorundem bonorum nullatenus infestantes sed potius pro posse nostro et nosse promoventes. Testes huius renunciationis nostre sunt: dominus Arnoldus de Godenborg, Stephanus, Iohannes, Theodericus et Albertus fratres de Scardenberg, Hermannus de Bivanc et Iohannes de Helsen dictus Wiltvlesch et alii quam plures suspicione carentes. Ne vero de his imposterum ambiguitatis locus exurgat, presens (scriptum) hinc inde confectum dominus Arnoldus de Godenborg et prelibati fratres de Scardenberg mediante petitione nostra suis sigillis munierunt. Datum anno dominice incarnationis M°.C°C.LXXXVI°., in festo beati Mychahelis.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen sehr verletzt 1) Fragment vom Siegel A.'s v. G.; 2) ganz unkenntliches Siegel. Vgl. Nr. 869.

1901.

Bernhard von Ösede approbirt die von seinem Vater vorgenommene Übertragung zweier Hufen in Zwehren an Kl. Hardehausen. 1286 September.

Noverint singuli ac universi, quod ego Bernhardus dictus de Osede collationem proprietatis duorum mansorum in Duergen, quam pater meus de consensu et voluntate matris mee ac fratrum meorum venerabilibus viris domino .. abbati et conventui in Hersuidehusen contulit, ratam habeo et approbo in hiis scriptis. In cuius ratihabitionis signum et munimen ipsis presentem paginam sigillo domini Hermanni dicti Spegel, quia proprium non habeo, tradidi roboratam. Datum anno Domini M°.C°C.LXXX°V°I., mense Septembri, presentibus Gerhardo dicto Spegel et Iohanne dicto Guchtere.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 262. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1902.

Der Geismarer Kanonikus Konrad von Gandern fordert benannte Bürger von Warburg auf, die Brüder des Predigerordens in ihrem rechtlichen Besitz der Marienkirche nicht zu stören und die Beleidigungen gegen dieselben zurückzunehmen oder aber im Weigerungsfalle vor dem Erzbischof in Köln nächsten 14. Januar zur Verantwortung zu erscheinen. Geismar O. J. (1286) Oktober 14.

Nos Conradus de Gandere canonicus Geysmariensis, Henrico magistro civium, Yshero, Conrado dicto Scelen, Ludolfo dicto Scheuen, Iohanni dicto Biscop, Henrico de Roden, Arnoldo dicto Crusen, Conrado dicto de Voltessen, Henrico dicto Uden, Alberto dicto Clusenere, Wernhero Seruacii, Bertoldo Seruacii, Hermanno de Hildeboldessen, Theoderico Hoyeres, Iohanni Pardano, Iohanni dicto Iude, Menfrido, Thimoni, Henrico Kakewel, Conrado de Vilmare, Bertoldo Bussen, Iohanni Lepori, quondam custodi ecclesie beate Marie in vinea, quorum plerique sunt consules veteris opidi et quidam dicte ecclesie quondam parrochiales in Wartberg. Noveritis nos litteras venerabilis domini archiepiscopi Coloniensis sepius vidisse, in quibus protestatur, se a sede apostolica datum conservatorem privilegiorum fratrum ordinis Predicatorum per Theuthoniam, in quibus litteris nobis auctoritate, qua fungitur in eadem conservatione, precepit sub penis suspensionis et excommunicationis, ut illos, qui fratres domus Wartbergensis dicti ordinis contra ipsa privilegia quomodolibet molestarent, ammonitos, si non satisfacerent, ad ipsius vel sui officialis presentiam citaremus. Huius igitur auctoritate mandati, quod preterire non possumus nec debemus, quia vos privilegio papali domini Honorii quarti eis dati, in quo continetur confirmatio donationis ecclesie sancte Marie virginis in vinea opidi vestri, quam donationem dictis fratribus fecit venerabilis dominus Otto electus et confirmatus Paderbornensis et dictus papa defectum supplevit pro eo, quod ad hanc non accesserat assensus capituli Paderbornensis et antedictus electus eosdem fratres personaliter misit in possessionem corporalem, non solum verbis et iniuriis et contumeliis diversis non mediocriter derogastis, set nec permittitis, ut possessionem, in quam inducti sunt, pacifice possideant dicti fratres. Super quibus nos personaliter vos ammonemus, ut eisdem fratribus infra quindeciam satisfaciatis et ipsos possessionem, quam de iure habere debent, permittatis sine molestia deinceps possidere. Quod si non feceritis, vos omnes et singulos peremptorie citamus ad presentiam domini Coloniensis, ut coram ipso vel ipsius officiali, cui in hoc commisit vices suas, si presens non fuerit, personaliter compareatis Colonie sequenti die post octavas Epiphanie nunc ventura dictorum fratrum querimoniis responsuri, scientes, sive veneritis sive non veneritis, quod dictus dominus archiepiscopus vel eius officialis facient, quod iustum fuerit exsequendo. Datum in die Kalixti pape et martiris, id est pridie Ydus Octobris apud Geysmariam. Reddite litteras perspectas.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 33. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Das Privileg Honorius IV. oben Nr. 1867.

1903.

Der Geismarer Kanonikus Konrad von Gandern fordert zwei Geistliche in Warburg auf, binnen 15 Tagen den Brüdern des Predigerordens in Warburg Genüge zu leisten, oder nächsten 22. Januar in Köln vor dem Erzbischof oder dessen Official zu erscheinen. Geismar O. J. (1286) Oktober 14.

Nos Conradu de Gandere, canonicus Geysmariensis, Iohanni rectori ecclesie et Sifrido rectori scolarum ecclesie sancti Petri in Wartberg, Paderbornensis dyocesis. Noveritis nos litteras venerabilis domini archiepiscopi Coloniensis sepius vidisse, in quibus protestatur, se a sede apostolica datum conservatorem privilegiorum fratrum ordinis Predicatorum per Theuthoniam, in quibus litteris nobis auctoritate, qua fungitur in eadem conservatione, precepit sub penis suspensionis et excommunicationis, ut ad suam presentiam illos, qui fratres domus Wartbergensis dicti ordinis contra ipsa privilegia quomodolibet molestarent, ammonitos, si non satisfacerent, ad ipsius vel sui officialis presentiam citaremus. Huius igitur auctoritate mandati, quod preterire non possumus nec debemus, quia vos ipsorum privilegium et in hoc dictam sedem apostolicam non solum reveriti non estis, sed etiam dixistis, suggestione falsi fore a dictis fratribus impetratum, in quibus eisdem fratribus non mediocriter derogastis, vos ammonemus, ut eisdem fratribus infra quindenam satisfaciatis. Quod si non feceritis, vos peremptorie citamus ad presentiam domini Coloniensis, ut coram ipso vel ipsius officiali, cui in hoc commisit vices suas, si presens non fuerit, compareatis Colonie sequenti die post festum beate Agnetis, scientes, sive veneritis sive non veneritis, quod dictus dominus archiepiscopus vel eius officialis facient, quod iustum fuerit exsequendo. Datum Geysmarie, in die Calixti pape et martiris, id est pridie Idus Octobris. Reddite litteras inspectas.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 32. An Pergamentstreifen der obere Theil des kleinen spitzovalen Siegels des Ausstellers, stehende Figur Maria's mit dem Kinde. Die Urk. ist unzweifelhaft vom selben Datum wie die vorhergehende.

1904.

Ekbert Spiegel bekennt behufs Abtragung seiner Forderung gewisse Stiftsgüter auf vier Jahre zur Benutzung vom Bischof Otto von Paderborn überwiesen erhalten zu haben. Paderborn 1286 November 25.

Nos Ecbertus dictus Spegel tenore presentium recongnoscimus publice protestantes, quod redditus curie, que Gerhardi curia appellatur, et redditus mansorum in Maiori Nedere cum omnibus suis pertinentiis, excepta petitione, que vulgariter vogetbede dicitur, ac pensiones, que tins appellantur, superioris curie Westerhagen et . . . viorum ortorum in Wartberch nobis, Iutte uxori nostre, Drude filie nostre ad quatuor annos a venerabili domino O(ttone) Paderbornensis ecclesie episcopo pro debitis, quibus nobis tenebatur, cum consensu[1]) sui capituli ad extollendum assignatos; hoc quadriennio transacto absque contradictione qualibet ad prenotatam ecclesiam Paderbornensem libere revertentur. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Paderborne, ipso die beate Katerine virginis, anno Domini M°.C°C.LXXXVI.

[1]) concensu *Or.*

Or. (defekt) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 309. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Die Jahreszahl scheint 1286 zu sein, eine Hd. s. XVII. ex. hat allerdings auf die Rückseite 1280 geschrieben. In beiden Fällen ist episcopus *ungenau. Ueber* Westerhagen *vgl. Nr. 1847.*

1905.

Ansage über Paderbornsche Besitzungen in verschiedenen Holthusen *bei Nordheim. 1286 November 27.*

Honorabili viro domino suo Paderburnensi episcopo Godescalcus nobilis dictus de Plesse, Tidericus de Hardenberge, Lodewicus de Rostorp paratum et debitum in omnibus famulatum. Vestra debet scire reverentia et publice protestamur in his scriptis, quod nunquam intelleximus nec etiam exstat memoria,

quod ecclesia Paderburnensis aliqua bona habuerit in villa Holthusen sita apud Snetingehusen, que ad ipsam pertinuerint titulo proprietatis, vel aliquis possederit ab ea iure feodali vel alio iure quocunque ... Sed ego Godescalcus de Plesse protestor et dico, vos et ecclesiam vestram plurima bona habere in Holthusen, que vulgariter dicitur Langenholthusen, et est sita apud opidum Northeim. Et ego G(odescalcus) nobilis teneo a vobis et ecclesia vestra in eadem villa quatuor mansos et quasdam areas et molendinum iure feodali et sunt alii plures, qui in eadem villa a vobis et ab ecclesia vestra tenent plurima bona quedam titulo pignoris, quedam iure feodi, unde presumimus erratum esse de villa Holthusen sita apud Snetinchusen ... M.CC.LXXXVI., V. Kalendas Decembris.

Gedr. Falke, Cod. trad. Corb. p. 680.

1906.

Die Stadt Herford erneuert ihr Bündniss mit dem Grafen Otto von Ravensberg. 1286 Dezember 17.

Nos ministeriales, scabini, consules totaque universitas veteris et novi opidorum Hervordensium notum facimus universis et singulis hoc scriptum visuris et audituris, quod amicitia et confederatio, que fuit et adhuc est inter nobilem virum Ottonem comitem de Ravensberg et suos heredes ex parte una et nos ex altera, quodammodo non est observata, sicut proficuum videretur. Sano moti consilio in melius eam decrevimus reformare sub hac forma, quod nos eidem nobili viro Ottoni comiti de Ravensberg et suis heredibus pro posse nostro cooperabimur et astabimus infra quatuordecim dies super iniuria sibi illata, postquam eam dictus comes una cum quinque militibus aut suus heres cum quinque militibus ipsorum affirmaverint iuramento contra quaslibet personas excepto Romano imperio et ecclesia Coloniensi. Item si per nos sepe dicto domino comiti seu suis heredibus pro tempore succedentibus aliquod dampnum illatum fuerit, per primum nuncium debet refundi et restitui in amicitia vel in iure. Quod si factum et emendatum non fuerit, duo magistri consulum tunc temporis existentes intrabunt Bilevelde non exituri, nisi dictum damnum fuerit emendatum in amicitia vel in iure. Item huiusmodi confederationem et amicitiam in perpetuum servabimus aut per presentes litteras sub sigillo universitatis nostre conscriptas nos recognoscimus fide perditos et periuros. Datum et actum anno Domini M.CC.LXXXVI., feria tertia ante festum beati Thome apostoli.

Gedr. Lamey, Ravensberg. Geschichte, UB. Nr. 60. Vgl. folgende Nr.

1907.

Graf Otto von Ravensberg erneuert sein Bündniss mit der Stadt Herford. 1286 Dezember 17.

Nos Otto comes de Ravensberg et nostri heredes notum facimus universis et singulis hoc scriptum visuris et audituris, quod amicitia et confederatio, que fuit et adhuc est inter nos et nostros heredes ex parte una et ministeriales, scabinos, consules totamque universitatem veteris et novi oppidorum Hervordensium ex altera, quodammodo non est observata, prout proficuum videretur. Sano moti consilio in melius eam decrevimus reformare sub hac forma, quod nos eisdem cooperabimur et astabimus pro posse nostro infra quatuordecim dies super iniuria ipsis illata, postquam eam dicti ministeriales, scabini, consules et universitas Hervordensis per tres milites, duos magistros consulum et unum scabinum ipsorum affirmaverint iuramento, contra quaslibet personas excepto Romano imperio et ecclesia Coloniensi. Item nostri officiales in Ravensberg, in Sparenberge et Vlotoue constituti pro tempore promittent Hervordensibus fide data, ne ipsis damnum aliquod inferant seu gravamen. Quod si tamen contra huiusmodi promissum fecerint, quod absit, et si per primum nuntium nollent seu non possent huiusmodi damnum emendare, duo milites nostri, quos sepe dictis Hervordensibus fideiussores pro tempore succedentes statuimus, intrabunt Hervordiam non exituri, nisi dictum damnum fuit emendatum in amicitia vel in iure. Item huiusmodi confederationem et amicitiam in perpetuum servabimus, aut per presentes litteras sub sigillo nostro conscriptas nos recognoscimus fide perditos et periuros. Datum et actum anno Domini M°.CC°.LXXXVI., feria tertia ante festum beati Thome apostoli.

Gedr. Lamey, Ravensberg. Geschichte, UB. Nr. 59. Regest im Repertor des Stadtarchivs zu Herford von Rose Nr. 3 mit dem Vermerk: Vidimierte Kopie von dem damals im Stadtarchiv befindlich gewesenen Original mit dem Rücksiegel des Grafen Otto von Ravensberg befindet sich in den Kompromissakten 1626. Gedr. (mit unbedeutenden Abweichungen noch): Ursachen warum Bürgermeister und Rath der Stadt Herford die Exemptionssache zum Endurtheil sollicitiren, 1632; Kurzer und wahrhaftiger Bericht von der Reichsstadt Herford uralten Fundation, Reichsfreiheit etc. etc. und Herrlichkeit von Anton Fürstenau 1652.

1908.

Edelherr Simon zur Lippe gewährt der Äbtissin Albera u. Kl. Herzebrock freien Besitz der von ihnen erworbenen oder noch zu erwerbenden Güter. 1286 Dezember 21.

Nos Simon nobilis de Lippia omnibus presentia visuris et audituris notum facimus presentibus recognoscentes, quod domine abbatisse et conventui sanctimonialium in Hersebroke hanc dedimus libertatem, ut bona omnia, que hactenus emerunt aut que in futuro emere poterunt in institutionibus et destitutionibus, concambiis, hereditatum sublationibus, pratis, silvis ac omnibus proventibus et fructibus libere possideant et quiete, ita ut nostri officiati, quicumque pro tempore fuerint, aut aliqui ex parte ipsorum dictam dominam Alberam et conventum predictum in omnibus antedictis bonis nullatenus impediant vel molestent. In cuius rei testimonium et plenam observantiam et inconvulsam presens scriptum super dicta libertate datum et confectum appensione nostri sigilli fecimus roborari. Datum anno Domini M°.C°C.LXXX°V°I., in die beati Thome apostoli.

Or. im Fürstlich Bentheimschen Archiv zu Rheda, Herzebrock Nr. 4. Reg. Lipp. Regg. IV, 437 Nr. 3263. Rundes Siegel an Pergamentstreifen.

1909.

Der Geismarer Kanonikus Konrad von Gandern theilt dem Erzbischof Siegfried von Köln mit, dass er in Folge Mandats nachbenannte zum Verhör nach Köln in Sachen des Warburger Predigerordenshauses citirt habe. (1286) Dezember 28.

Venerabili domino ac reverendo domino Sifrido Coloniensi archyepiscopo vel eius officiali Conradus de Gandera humilis canonicus Geysmariensis, Moguntine dyocesis, reverentiam humilem et devotam. Quia per vestras litteras, domine reverende, collegis meis, scilicet prepositis sanctimonialium in Lippoldesberch et in Hiltwordeshusen, et michi precepistis auctoritate, qua fungimini in conservatione privilegiorum et indulgentiarum fratrum ordinis Predicatorum per Teuthoniam, ut eos, qui fratres domus Warbergensis dicti ordinis contra ipsa privilegia quomodolibet molestarent, ammoneremus, ut infra quindenam dictis fratribus satisfacerent et de cetero nullatenus talia attemptarent, quidam presumptores vestris per nos non annuentes monitis presumptuosius postea plurima attemptarunt. Quare iuxta vestrum mandatum eosdem ad vestram presentiam in Coloniam vel vestri officialis, si presens non essetis, citavimus, ut per vestras litteras habuimus in mandatis. Nomina autem citatorum sunt hec: Henricus magister civium, Ysherus, Conradus Scele, Ludolfus Sceue, Iohannes Biscop, Henricus de Rodhen, Arnoldus Cruse, Conradus de Voltessen, Henricus Uden, Albertus Clusenere, Wernherus Servatii, Bertoldus Servatii, Hermannus de Hildeboldessen, Teodericus Hoyeri, Iohannes Pardan, Iohannes Iudhe, Menfridus, Tymo, Henricus Kakewel, Conradus de Vilmare, Bertoldus Busse, Iohannes Lepus quondam custos ecclesie sancte Marie in Vinea. Hos citavimus, ut Colonie die sequenti post octavas epiphanie comparerent, dictorum fratrum coram vobis vel vestro officiali querimoniis responsuri et nichilominus denunciavimus eisdem, sive venirent sive non, quod vos vel vester officialis, quod ius dictaret, faceretis. Datum in die Innocentum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 34. An Pergamentstreifen Bruchstück eines kleinen ovalen Siegels, stehende Figur Maria's mit dem Kinde.

1910.

Zehn genannte Erzbischöfe ertheilen allen Besuchern der Klöster Brenkhausen, in Paderborn, Gehrden, Willebadessen, Dalheim, Falkenhagen, Paradies, Lahden und Wormeln 40 Tage Ablass. Rom 1286.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, nos Dei gratia (frater Reynaldus archiepiscopus Messanensis, Rodericus Segobiensis, Fredolinus Aniciensis, frater Romanus Croensis, Perronus Larinsis, Romanus Alifanensis, Bernhardus Vicentinus, Waldebrunus Avelenonensis, Leo Calamonensis, Egidius Turtiburensis) salutem in Domino sempiternam. Licet, is — divine gracie apciores. Cupientes igitur dilectarum in Christo filiarum sanctimonialium in Beringehusen, in Paderborne, in Gerdene, in Wilbodessen, in Dalhem et Valkenhagen, Paderbornensis, in Paradiso, Coloniensis, in Loden, Mindensis, in Wormlon, Maguntine dyocesum, ecclesias congruis honoribus venerari et a cunctis Christi fidelibus iugiter frequentari, cum eciam ex pastoralis officii nostri debito ad ea, que cultum Dei ampliant et animarum salutem promovent, proni semper esse debeamus et faciles, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui iam dictas ecclesias, in festis subscriptis, videlicet patronorum sancti Augustini, Benedicti et Bernhardi et Roberti, in consecracionibus ecclesiarum vel altarium ipsarum et in anniversariis et per octavas earundem causa devocionis accesserint, aut de bonis sibi creditis et collatis ad construccionem vel reformacionem dictarum ecclesiarum seu pro sustentacione earundem grata caritatis subsidia contulerint sive ad hec manum porrexerint adiutricem, singuli singulas quadraginta dierum indulgencias de iniunctis sibi penitenciis, dummodo metropolitani vel dyocesani consensus accesserit, misericorditer in Domino relaxamus. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimine duximus roborandas. Datum Rome, anno Domini M°.C°C.LXXXV°I., pontificatus domini Honorii pape quarti anno primo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 27. Von den in rothem Wachs theilweise gut erhaltenen spitzovalen Siegeln hängen die beiden ersten an roth und weissen, die übrigen an blau-weissen Leinenfäden; 1 zeigt Bischof zwischen zwei Heiligen, 6 oben Kreuzigung unten kniende Figur, die übrigen stehende Bischofsfiguren. Die Umschriften meist abgebröckelt. Die Urk. hat oben Raum von zwei Reihen für die Namen gelassen, die unten auf dem umgeschlagenen Rande über den Siegeleinschnitten von verschiedener Hand nachgetragen sind. Zieht man das Pontifikatsjahr Honorius IV. genauer in Betracht, so ist die Urk. vor 1286 April 2 zu setzen.

1911.

Abt Heinrich von Corvey bekundet, dass der Propst zu Gröningen den dortigen Brüdern verschiedene Besitzungen zur Krankenpflege überwiesen hat. 1286.

In nomine sancte et individue trinitatis. Henynricus Dei gratia Corbeiensis ecclesie abbas omnibus presentem paginam visuris salutem in Domino. Noverint universi, quod dominus Borchardus dictus de Osede, cum esset prepositus monasterii in Groninge, et officium eiusdem prepositure gravi onere debitorum premeretur et ab hiis eximi non posset sine bonorum suorum maximo detrimento, supplicavit iam dictus prepositus Bor(chardus) fratribus ibidem, ut sibi auxilio et consilio subvenirent; cuius precibus an(n)uentes fratres predicti bona ipsorum infirmis pertinencia, quatuor videlicet mansos in Sleynstede, solventes tria et dimidium talentum et tres solidos annuatim, et unum mansum in Szalersleue, valentem marcam annuatim, et in Eyluordestorp mansum et dimidium, solventes maldra annis singulis, vendiderunt et pecuniam in propositum officium redegerunt. Prepositus memoratus dolens infirmos fratres solatio et gracia consueta omnimodo defraudari, duo talenta a quatuor mansis percipienda in festo dominorum annuatim, tres sitos in Daldorp et unum in Croppenstede et proprietatem unius mansi in ipsa villa, Groninge predictis fratribus contulit ad officium infirmorum perpetuo possidenda. Hec autem actio ut stabilis ac rata perseveret, presentem paginam scribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari, ne quisquam prepositus ibidem presumat ullatenus violare. Huius rei testes: dominus Bernhardus prepositus

Montis Martis, dominus Ludolfus prior, dominus Albertus prepositus, Borchardus camerarius, Corbeyensis ecclesie confratres. Acta sunt anno hec Domini M°.C°C°.LXXXV°I.

Or. im Kgl. St.-A. Magdeburg, Kl. Gröningen Nr. 9. Vom abhängenden Pergamentstreifen Siegel ab.

1912.

Die von Gudensberg verzichten auf ihr Recht an Zehnten zu Haversvörde. 1286.

Arnoldus, Everhardus, Ludovicus et Theodoricus dicti de Godenberg renuntiant iuri suo in decimam Haversvordensem ad iussionem avunculorum domini Conradi prepositi ecclesie Eimbecensis et Ludowici de Rostorp. Testes: magister Theodericus de Hildensen, Iohannes de Gladebecke, Iohannes de Herste, milites, Thetardus filius Ludovici de Rostorp aliique. 1286.

Aus Harenberg, Hoya'sche Geschichte Beilage 117.

1913.

Die Erben von Schardenberg übertragen einen halben Zehnten zu Höringhausen an Kl. Netze. 1286.

In nomine Domini amen. Noverint universi presencium inspectores, quod nos Stephanus miles (et) Gerlacus fratres de Malesberg et nostri heredes Stephanus, Iohannes, Theodericus, Albertus, Heidenricus et omnes nostri heredes de Scardenberg, item Wecelus et frater suus, Stephanus frater domini Hermanni de Scardenberg medietatem decime de Heurenchusen, quam Henricus de Nezze et Dethmarus filius suus, nepotes domini Henrici dicti Bunemast, a nobis in feodo tenuerunt ex eorum resignatione nobis facta et ad preces fideles eorundem ecclesie et conventui monasterii ordinis Cisterciensis sanctimonialium de Nezze contulimus propter Deum proprietatis titulo perpetuo possidendam. Testes sunt: abbas Wernherus de Hasungen, plebanus de Wolfhagen, clerici; Otto comes de Waldeke, Iohannes miles de Helfenberge, Arnoldus de Godenberg, Hermannus miles de Desenberge dictus Speculum et sui filii, Henricus Megdevelt et alii quam plures. In horum testimonium, memoriam ac perpetuam firmitatem nostris sigillis roboravimus presens scriptum. Anno Domini M°.C.C°.LXXX°VI°.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen verletzt 1) dreieckiges Siegel, horizontal getheilter Schild, oben schreitender Löwe, unten drei fünfblätterige Rosen; 2) dreieckiges, Mannskopf, aus dessen Mund zwei Arme herauswachsen in Form eines W, *wie an Nr. 666 Siegel 6 und 869; 3) spitzovales Siegel Abts Werner v. H., sitzende Gestalt mit Mitra, Stab und Buch; 4) spitzoval, Brustbild Marias mit dem Kinde, darunter knieende Gestalt; 5) abgefallen; 6) in dreieckigem Schilde schräggestellter Maueranker.*

1914.

Hermann gen. Bittersole verkauft Kl. Hönscheid seine innerhalb der Klostergrenzen gelegenen Güter. 1286.

Ecclesiarum interest modernorum actionibus incertis stilo scripturarum cercius obviare. Hinc est, quod ego Hermannus dictus Bittersole notum esse cupio presentibus et futuris, quod de consensu uxoris mee et omnium heredum meorum bona mea sita infra limites cenobii in Honsceit cum agris, silvis, pratis, pascuis et omnibus attinenciis preposito et conventui eiusdem cenobii vendidi perpetuo possidenda, renuncians una cum meis supradictis omni actioni et omni iuri, quod in eisdem habui bonis heredibus, obligans me sponsione fidei ad warandiam prestandam, quando fuero legitime requisitus. Ne autem quisquam successive huic emptioni frivole possit obviare, presens scriptum sigillo civitatis in Vrienhagen et domini Io(hannis) de Helfenberc petivi roborari. Huius rei testes sunt: dominus H(ermannus) de Blomenstein, plebanus de Vrienhagen, Her(mannus) sacerdos dictus Bittersole, Wernherus de Helfenherc, Udo iudex, Conradus iudex. Datum anno Domini M°.C°C°.LXXXVI.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Vom Pergamentstreifen das erste Siegel ab; an solchem an zweiter Stelle dreieckiges Siegel mit schrägliegendem Maueranker. Umschrift: Sigillum Iohannis de Helfenberc. *Hermann von Blomenstein erscheint sonst als Pfarrer zu Wolfhagen.*

1915.

Die Rathmänner von Marsberg bekunden Gutsschenkung an Kl. Bredelar seitens Elgers von Dalwigk zum Zweck einer Memorienstiftung. 1286.

Nos Stephanus miles dictus de Horhusen, Bertoldus de Huxaria proconsul, Heinricus Morel iudex, Heinricus de Vesperde, Bertoldus Rotgeri, Hartmodus Longus, Iohannes filius Stephani, Conradus de Clinge, Heinricus de Oiddenhusen, Hermannus de Blikesen, Gerlacus de Tuiste, Iohannes de Cigno, Thidericus de Oiddenhusen iunior, Conradus Hauesalde, consules Montis Martis, universis has litteras inspecturis vel audituris veritati credere et testimonium perhibere. Res geste scriptis utiliter annotantur, ut per scripta memorie commendentur. Noverint igitur presentes pariter et futuri, quod Eilgerus Dickebeir constitutus in nostra presentia, pia inductus devotione, curtem in Dodinchusen ad ipsum a suis patribus iure proprietatis devolutum cum consensu et assensu uxoris sue Hildeburgis ac filiarum suarum Gertrudis et Ailhedis et Alberti filii Gerlaci, fratris ipsius Eilgeri, cum omni integritate duorum mansorum in agris, silvis et pascuis et, quicquid ad ipsam curtem pertinere dinoscitur, conventui monasterii in Bredelare contulit favorabiliter in nostra audientia iure perpetuo possidendam, ut per hunc pie devotionis affectum sibi et suis patribus et uxori in eodem monasterio perpetuam memoriam compararet, hac interposita conditione, ut dictus Eilgerus predicte curtis mediam partem fructuum, quamdiu vixerit, percipiat et post mortem ipsius integraliter ad usus dicti monasterii convertantur. Supra qua donatione tam laudabili presens scriptum supplicatione sepe dicti Eilgeri sigillorum nostrorum munimine in perpetuum testimonium duximus roborandum. Huius rei testes sunt: Bertoldus miles de Breinken, Conradus de Horhusen, Iohannes de Kellinchusen, Henricus de Nutlon iunior et alii quam plures. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LXX°X sexto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 124. An Pergamentstreifen die Siegel 1) spitzoval, des Stephan von Horhusen; 2) der Stadt Marsberg (Bruchstück). Dodinchusen *lag bei Marsberg.*

1916.

Richter, Rathmänner und Bürger von Marsberg bekunden einen Verkauf in Essentho. 1286.

Nos iudex, consules ceterique burgenses Montis Martis presenti recongnoscimus instrumento, quod filii quondam Hermanni de Haren, videlicet Gosswinus presbiter, Hermannus, Alexander et Heinricus unanimiter predium vel bonum, quod in Essente habuerant et habebant, cum omnibus suis iuribus et appendiciis Alberto militi de Molehusen eiusque coniugi Elizabet eorumque filiis et successoribus Alberto, Gerbodoni et Conrado pro octo marcis sibi in prompto enumeratis vendiderunt pro proprio et in proprium proprietatisque titulo idem predium ipsis affinibus de Molehusen permiserunt et exhibuerunt iure proprietario libere et perhenniter possidendum, promittentes et fideiubentes, ubicunque necesse fuerit, sanam warandiam huius predii se facturos. Testes super hiis specialiter aderant congregati: Bertoldus de Huxaria, Heinricus de Oddenhusen eiusque filius Thidericus, Heinricus de Vesperde, Bertoldus Natan, Gerlacus de Twiste, Hermannus de Blikesen, Iohannes Hasso, Wesselus Eyliconis, Iohannes Stephani, Conradus Hauesalde et Hartmodus de Clenenberg, consules. Item Ber(n)hardus de Dalewich miles, Olricus de Essceberg, Thetmarus Blanchart et sui filii, Rodolfus de Essente, Heinricus Lodege et alii quam plures. In quorum testimonium presens scriptum ad instanciam premissorum sigillo civitatis nostre fecimus communiri. Acta sunt hec sub Heinrico Morel iudice anno Domini M°.C°C.LXX°XV°I.

Or. z. Z. im Besitz des Kaplans Brügge in Meschede. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1917.

Streitschlichtung durch die Burgmänner von Schaumburg wegen Güter in Humfeld (Honvelde *im Amt Sternberg) zu Gunsten des Kl. Obernkirchen. Schaumburg 1286.*

Reg. Lipp. Regg. I, 262 Nr. 421, wo Drucke.

1918.

Kunigunde, Wittwe des Warburger Bürgers Reinbold, gibt in ihrem Testament sich und ihre Besitzungen dem Kl. Hardehausen zu eigen. 1286.

Noverint universi hoc scriptum visuri, qnod ego Cunegundis relicta Reinboldi civis de Wartberg premortui mentis compos propter diversas infirmitates timens morte preveniri meum taliter condidi testamentum me et omnia bona mea et, si quid iuris habeo in domo, quam nunc possideo, religiosis viris abbati et conventui monasterii in Herswidehusen assingnans propter Deum sicut in antea Reinboldus maritus meus premortuus, cum adhuc viveret, maturo consilio prehabito per meum consensum predicto monasterio in Hersvidehusen assingnavit, et quia licet unicuique iuri suo, quod pro se dinoscitur introductum, penitus renunciare, postreme renuncio voluntati. Cuius rei testes sunt: dominus Iohannes plebanus sancti Petri de Wartberg, Gerhardus miles dictus Sculthetus, Gerhardus plebanus in Esbike, Henricus de Epehe et Matthias, castellani in Wartberg, preterea religiosi viri dicti monasterii in Hersvidehusen: Amelungus cellerarius, frater Conradus magister textorum, frater Henricus de Nedere et frater Hermannus de Nathesungen. In cuius etiam rei testimonium inpetravi scriptum presens domini Theoderici cantoris Paderbornensis, archidiaconi loci Wartberg, et domini Iohannis plebani sancti Petri predicti sigillis roborari. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XV°I.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 253. An von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen 1) Siegel ab; 2) kleines Bruchstück eines Siegels in braunem Wachs, Stück eines Schlüssels. Dabei liegend Bruchstück einer zweiten Ausfertigung.

1919.

Die von Gundelsheim verkaufen dem Kl. Brenkhausen ihren Hof in Ikenrode. *1287 Januar 2.*

Nos Alexander miles de Gundelsheim et Alexander filius ipsius, Regelindis uxor dicti Alexandri iunioris, Iohannes et Rabeno filii ipsorum, Oda et Elizabet, filie ipsorum, nos recognoscimus et publice protestamur universis hoc scriptum visuris, quod nos vendidimus de communi consensu heredum nostrorum et coheredum . . abbatisse, . . priorisse et conventui sanctimonialium Cisterciensis ordinis in Beringehosen curiam nostram sitam in Ikenrode cum omni utilitate et proventu pro mera et vera proprietate libere possidendam, certam sibi in posterum dicte proprietatis in dicta curia sita in Ikenrode facturi warandiam, sicut promittimus fide corporali. Renunciavimus etiam et renunciamus omni iuri sive actioni, quam habuimus et habere potuerimus in dicta curia nostra, coram castellanis et consulibus novi opidi Wartberg, quod in futurum non debeamus dictum conventum in Beringehosen in dictis bonis aliquamvis inpetere vel incusare, sicut superius est expressum. Cuius rei testes sunt castellani predicti de Wartberg: Rabeno, Conradus et Rabeno fratres de Papenheim, Gerhardus Sculthetus, Eckebertus de Desenberg, Volpertus de Eysen, Albero de Wellede, milites, Henricus de Epehe et Conradus frater suus, Iohannes de Wellede, Iohannes de Norde, Deithardus frater suus, Iohannes Pixis, Henricus Iudeus et Henricus Iudeus filius fratris sui, Bertoldus Schuwe, Herboldus de Amelungessen et Isherus et preterea consules novi opidi Wartberg predicti: Bertoldus Pust proconsul, Gotfridus de Silhem, Ricquinus de Dalhem, Iohannes Gervasii, Arnoldus de Swidekessen, Hermannus de Dusele, Conradus de Osséndorp, Bertoldus de Horebrucke, Meiniko de Wepelde et alii consules. Quod ut ratum permaneat et inconvulsum, scriptum presens nostro, proborum virorum novi opidi predicti Wartberg, fratrum et militum de Papenhem predictorum et Thimonis consanguinei nostri dicti Greve sigillis fecimus unanimi consensu roborari. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XVI°I., in crastino circumcisionis Domini.

Or. im früher v. Kanne'schen jetzt Freiherrl. Wolff-Metternich'schen Archiv zu Bruchhausen. An Pergamentstreifen 1) dreieckiges Siegel mit drei Bechern (2 : 1); 2) dreieckiges mit dem gekrönten Raben der Papenheim; 3) Rest vom runden der Neustadt Warburg; 4) plattgedrücktes am Rand verletztes dreieckiges Siegel mit drei Figuren, die nicht mehr erkennen lassen, ob sie etwa drei Helme

oder drei Thierköpfe vorstellen sollen. Ungefähr gleichzeitige Abschrift hiervon im Stadtarchiv zu Höxter. Von jüngerer Hand ist die auf dasselbe Blatt geschriebene Bürgschaft der Genannten wegen Ikenrode:

Nos Raveno senior fratrum et militum de Papenhem et Herboldus de Amelungessen, Bertoldus Schuwe et Isherus dictus Guntherus recognoscimus et publice protestamur universis, quod nos promittimus corporali fide abbatisse, priorisse et conventui sanctimonialium Cisterciensis ordinis in Berinchusen pro domino Alexandro milite de Gundelshem et Alexandro filio suo, Regelindi uxori sue, Iohanni et Rabenoni, Ode et Elizabet pueris ipsorum et eorum heredibus, si aliquis impeteret eos vel impediret in libertate et proprietate curie site in Ikenrode, quam sibi vendiderunt a festo beati Petri ad cathedram nunc venturo per tres annos, quod Wartberch debeamus ingredi more militum non inde egressuri, quousque sibi talis impetitio sive impedimentum deponatur et sopiatur. Hoc unico sigillo scilicet fratrum de Papenhem omnes contenti sumus. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XVI°I., in crastino circumcisionis Domini.

Obschon die Uebertragung eines Erbes in aller Form, durch Auflassung und Verzicht vor den Schöffen in der ersten Urk. geschieht, so war vielleicht das spätere in die förmliche Garantie stets verflochtene Obstagium *hier in einer besonderen Zugabe, als ritterliche Sitte, um dessenwillen nöthig, weil die Auflassung nicht vor dem ordentlichen Richter, sondern vor den Schöffen der Neustadt Warburg statthatte.* Ikenrode *lag nach dem sog. Registr. Sarachonis (Wigand, Corv. Güterbes. S. 59) im Gau Auga, am Bramberg. Sollte es ein solches gegeben haben, so ist das hier wohl sicher nicht gemeint, sondern das hier erwähnte wird das an der Ikerbache, wo diese unweit Bruchhausen in die Nethe fällt, gelegene gewesen sein. Das Vorhandensein der Urk. in dem alten Bruchhauser Archiv spricht auch dafür.*

1920.

Dompropst Albert von Magdeburg trägt den Pröpsten von Hilwartshausen und Lippoldsberg und dem Geismarer Kanonikus Konrad von Gandern auf, dafür Sorge zu tragen, dass das Haus der Predigerbrüder in Warburg nicht ferner beunruhigt werde. Magdeburg 1287 Januar 8.

Albertus Dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie (prepositus) et domini pape capellanus viris providis et honestis prepositis in Hildewardeshusen et in Lippoldisberge(?) sanctimonialium, ordinis sancti Benedicti, et Conrado de Gandera canonico in Gyesmaria, Maguntine dyocesis, salutem in Domino sempiternam. A sede sacrosancte Romane ecclesie conservator privilegiorum fratrum ordinis Predicatorum per Theutoniam constituti pertransire non debemus, quod Deo digni dicti fratres contra ius et privilegia ipsa a quoquam quomodolibet molestentur. Cum igitur illis illatam iniuriam nullatenus nec velimus nec valeamus preterire, vobis auctoritate, qua in conservatione privilegiorum memoratorum fungimur, districte precipimus et mandamus, quatinus simul vos tres vel duo, si tertius defuerit, vel tertius, si duo defuerint, in hoc usus hac auctoritate in solidum vel per presenciam personalem sive per vestras litteras quoscumque vel cuiuscumque status vel condicionis per Maguntinam et Paderbornensem dyoceses, de quibus dicti ordinis fratres domus Wartbergensis dyocesis Paderbornensis[1]), se molestari sive per se sive per suas litteras vobis intimaverint conquerentes caritative monere curetis, ut sepe dictos fratres non solum non molestent, verum eciam non procurent nec permittant ab aliis molestari, alioquin si a memoratorum fratrum infra quindenam post vestram admonitionem non cessaverint molestiis, peremptorie citetis eosdem ad terminum competentem, ut coram nobis in Magdeburch compareant, prefatorum fratrum querimoniis responsuri, intimantes eisdem, quod, sive venerint sive non, nos secundum exigenciam iusticie faciemus. Diem vero citationis et, quid super hiis feceritis, nobis vestris patentibus litteris rescribatis. Datum in Magdeburch, anno Domini M°.C°C.LXX°XVI°I., V°I. Idus Ianuarii.

[1]) Podeborn. *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. in Warburg Nr. 35. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1921.

Erzbischof Siegfried von Köln trägt seinem Official unter Erzählung des ganzen Sachverhalts auf, die Untersuchung gegen die Übelthäter in Warburg zu führen und ihm zu berichten. 1287 Januar 17.

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, conservator privilegiorum religiosorum virorum .. prioris provincialis Alemanie et fratrum sui prioratus, ordinis Predicatorum, a sede apostolica deputatus .. officiali nostro salutem in Domino. Sua nobis .. prior et fratres ordinis predicti domus in Wartberg, Paderburnensis dyocesis, gravi conquestione monstrarunt, quod, licet venerabilis pater Otto Paderburnensis ecclesie electus, postquam electio de se ad ecclesiam Paderburnensem facta extitit canonice confirmata, consideratis provide considerandis, ut cultus divinus magis augeretur, parrochiam ecclesie sancte Marie in vinea opidi Wartbergensis parrochie sancti Iohannis sibi vicine univerit, ecclesiam ipsam sancte Marie, cuius collacio ad ipsum electum pertinebat, cum iuribus et pertinenciis suis ordini fratrum Predicatorum pro edificando inibi claustro et aliis officinis suis usibus oportunis pia et provida deliberatione contulerit, eademque collacio sic provide de dicta ecclesia facta per privilegia ipsis fratribus et ordini a sede apostolica indulta defectum etiam, si quis extitit in premissis, de plenitudine potestatis supplendo, sit specialiter et ex certa scientia confirmata, quamquam etiam prefatus electus ipsos .. priorem et fratres in possessionem predicte ecclesie sancte Marie induxerit presencialiter corporalem contradictores et rebelles quoscunque et se dictis priori et fratribus ac ordini in premissis opponentes et impedimentum quoquo modo prestantes conpetenti monicione premissa sentencia excommunicacionis auctoritate sua ordinaria innodaverit et quamvis ipsis .. priori, fratribus et ordini a sede apostolica sit indultum, quod nullus in hiis, que ipsis in testamentis defunctorum seu pia largicione fidelium conceduntur, ipsos quoquo modo impedire presumat, Henricus tamen magister civium, Ysherus, Conradus Schele, Ludolfus Scheue, Iohannes Bischof, Hermannus Hildeboldessen, Theodericus Hoyeri, Iohannes Pardan. Iohannes Iůde, Menfridus, Thymo, Henricus Kakewel, Conradus de Vilmare, Henricus de Rodhen, Arnoldus Cruse, Conradus de Voltessen, Henricus Uden, Albertus Clusenere, Wernherus Servacii, Bertoldus Servacii, Bertoldus Busse, Iohannes Lepus quondam custos prefate ecclesie sancte Marie et quidam alii filii iniquitatis eorum in hac parte conplices, opidani opidi Wardbergensis predicti, contra concessionem, donacionem et collacionem per privilegia sedis apostolice, ut dictum est, confirmatam et approbatam ausu nefario, spiritu rebellionis assumpto, temere venientes ipsos .. priorem et fratres domus in Wartberg impediunt et impedimentum prestant et prestiterunt eisdem, quominus ipsi prior et fratres dicta ecclesia sancte Marie cum suis iuribus et pertinenciis uti possint et frui pacifice et quiete et suam exinde facere liberam voluntatem iuxta formam concessionis predicte. Et hiis non contenti malum malo accumulantes, in Burghardum de Bure suppriorem dicte domus et Fredericum de Brůnswich, fratres ordinis predicti, manus iniecerunt temere violentas, facientes nichilominus publice pulsari campanas ibidem contra ipsos priorem et fratres tamquam contra fures et latrones congregata multitudine opidi antedicti alias, eciam verbis opprobriosis et factis contumeliosis iniuriosi existentes eisdem. Arnoldus eciam perversionis presbiter iter prebens aliis ad ruinam ipsis malefactoribus sic excommunicatis presentibus contra inhibicionem prefati .. Paderburnensis electi expressam in dicta ecclesia sancte Marie et alibini divina de precepto, voluntate et mandato dictorum malefactorum celebrare, immo quantum in eo est, prophanare non formidat se propter hec excommunicacionis sentencia ab ipso .. Paderburnense, electo, ut dictum est, auctoritate ordinaria promulgata dampnabiliter involvendo in ipsorum .. prioris et fratrum grave preiudicium, iniuriam non modicam et gravamen et contra indulta privilegiorum eorundem. Super quibus iidem .. prior et fratres ad nos recursum habentes petebant a nobis humiliter sibi et ordini contra malefactores huiusmodi subveniri iuxta traditam a sede apostolica nobis formam. Cum premissa et excessus premissi sint adeo veri, notorii et manifesti in locis, ubi perpetrati sunt et vicinia ibidem, quod nulla possunt tergiversacione celari, nos igitur super hiis scire volentes

veritatem, ut hii, qui obnoxii inventi fuerint, canonice puniantur iuxta apostolicam traditam nobis formam, quocirca tibi mandamus et committimus per presentes, quatinus vocatis, qui fuerint evocandi, contra melefactores et sacrilegos huiusmodi vice et auctoritate nostra secundum retroacta procedens, observato iuris ordine, qui in talibus observari consuevit, si huiusmodi excessus sint veri, notorii et manifesti per te vel per alium seu alios inquiras et veritatem inquisitam nobis referas vel remittas ad diem conpetentem tuo arbitrio moderandam; ad quam eciam diem cites partes predictas per te vel per alium seu alios peremptorie coram nobis ad faciendum super hiis et in negocio, quod dictaverit ordo iuris, dantes etiam tibi potestatem compellendi testes, si necesse fuerit, ad perhibendum testimonium veritati. Datum anno Domini M°.C°C. octuagesimo septimo, sexta feria post octavam epiphanie Domini.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. in Warburg No. 36. Rest vom Siegel des Erzbischofs in braunem Wachs an Pergamentstreifen. Im Datum ist septimo *korrigirt aus* sexto, *also Kölner Rechnung in Mainzer umgeändert. Ebenso bei allen folgenden Kölnisch datirten Urkunden. Die Urk. stimmt zum grössten Theil mit dem Anfang von Nr. 1928 überein.*

1922.

Elekt Otto von Paderborn schenkt dem Stift auf dem Berge bei Herford volles Recht an einem Wäldchen beim Hofe Eggeringhausen. Paderborn 1287 Februar 3.

Universis hoc scriptum visuris Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie electus et confirmatus notum facimus et recognoscimus litteras per presentes, quod nos dilectis nobis . . preposite et conventui Montis apud Heruordiam damus licentiam de silvula curti Eggeringhausen pertinente, que Sundere dicitur, novale, cum eisdem placuerit, faciendi, eisdem ius decimationis, quod nobis in eodem competit conferentes. In cuius rei testimonium presens scriptum eisdem dedimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum Paderborne, in crastino purificationis beate virginis, anno Domini M°.C°C.LXX°XVI°I.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift auf dem Berge Herford Nr. 18b. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1923.

Der Paderborner Domdechant Werner und das Kapitel bekunden, dass Bischof Otto dem Stift auf dem Berge bei Herford das ihnen zustehende Recht an einem Wäldchen beim Hofe Eggeringhausen mit ihrer Einwilligung geschenkt habe. Paderborn 1287 Februar 3.

Universis hoc scriptum visuris Wernherus Dei gratia decanus totumque capitulum ecclesie Paderbornensis notum facimus et recognoscimus litteras per presentes, quod venerabilis dominus noster Paderbornensis episcopus Otto cum nostro consensu domine . . preposite et conventui Montis apud Heruordiam dedit licentiam de silvula curti Eggeringhausen pertinente, que Sundere dicitur, novale, cum eisdem placuerit, faciendi, eisdem ius decimationis, quod ipsi et ecclesie nostre prememorate in eadem competebat, penitus conferendo. In cuius rei testimonium presens scriptum eisdem dedimus sigilli nostre munimine roboratum. Datum Paderborne, in crastino purificationis beate virginis, anno Domini M°.C°C.LXX°XVI°I.

Or. im Kgl. St.-A. Münster. Stift auf dem Berge zu Herford Nr. 18a. Bruchstück des Kapitelssiegels an von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen.

1924.

Protokoll des Officials der Kölner Kurie über die vor ihm stattgefundene Verhandlung der Warburger Dominikaner gegen die Warburger Bürger. 1287 Februar 12.

Officialis curie Coloniensis auditor seu inquisitor in negocio, quod prior . . et fratres ordinis Predicatorum domus in Wartberg contra Henricum magistrum civium, Ysherum, Conradum Scheyle, Ludolfum Scheue, Iohannem Bischof et alios eorum conplices seu litis consortes opidanos in Wartberg prosecuntur coram reverendo patre domino . . Coloniensi archiepiscopo, conservatore privilegiorum . . prioris provincialis

Alamannie et fratrum sui prioratus, ordinis predicti, ab eodem domino archiepiscopo deputatus recepto mandato domini archiepiscopi antedicti et procuratoribus parcium predictarum, videlicet fratre Theoderico de Saxonia domus in Colonia, ordinis memorati, pro iam dictis . . priore et fratribus et Sifrido rectore scolarum ecclesie sancti Petri Wartbergensis pro prefatis opidanis nomine procuratorio pro eisdem coram nobis conparentibus, dicto procuratore prioris et fratrum petente a nobis procedi in eodem negocio ad receptionem probationum iuxta traditam ab ipso domino . . archiepiscopo nobis formam, procurator partis adverse nomine procuratorio proposuit locum Colonie dominis suis non esse tutum, petens alium locum tutum assignari ad procedendum in negocio predicto. Quibus propositis et petitis suspendimus et prorogavimus idem negocium in eodem statu usque ad feriam secundam post octavas purificacionis beate virginis. Qua feria secunda procuratoribus parcium coram nobis conparentibus et eadem die continuata usque in feriam quartam proxime subsequentem hora prime dictis procuratoribus eisdem feria quarta et hora coram nobis iterato conparentibus et expositis per nos factis et excessibus, de quibus fit mencio in commissione ab eodem domino archiepiscopo nobis facta, procuratori opidanorum predictorum . . procurator dictorum . . prioris et fratrum petivit recipi iuramenta procuratorum parcium predictarum hinc inde et testium presencium tunc coram nobis et privilegia, instrumenta et probaciones alias examinari super factis et excessibus antedictis. Recepto itaque ab ipso procuratore prioris et fratrum predictorum in suam et ipsorum animas super iam dictis factis et excessibus iuramento et affirmante sub eodem omnia et singula in ipsis factis contenta esse vera, manifesta, publica et notoria, dictus Sifridus procurator opidanorum predictorum requisitus a nobis, ut veritatem ad premissa similiter responderet, respondere non curavit, proponens, ut prius, locum Colonie dominis suis non esse tutum, petens locum apud civitatem Paderburnensem dominis suis assignari ad litigandum in negocio supradicto. Et licet eundem locum petitum ipsi procuratori nomine procuratorio optulerimus cum effectu, ipse tamen Sifridus procurator contra suam peticionem veniens locum Padernensem predictum acceptare recusavit in vocem appellacionis frivole, ac si locus petitus sibi esset denegatus, prorumpendo et a nobis contumaciter illicenciatus recedendo, propter quod exigente iusticia dictum procuratorem et partem suam reputamus contumacem et in absencia ipsius procuratoris per contumaciam testes predictos, privilegia et instrumenta, quos et que procurator dictorum . . prioris et fratrum coram nobis produxit in modum probationis super factis et excessibus predictis in forma iuris, recepimus et examinavimus diligenter. Actum anno Domini M°.C°C.LXX°X septimo[1]), feria quarta predicta.

[1]) *Korrigirt aus* sexto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 37. An von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen unkenntliche Reste grünen Wachses.

1925.

Der Official der Kölner Kurie berichtet dem Erzbischof (Siegfried) von Köln über die Ausführung seines Befehls. 1287 Februar 14.

Reverendo domino suo, domino . . archiepiscopo Coloniensi, conservatori privilegiorum religiosorum virorum . . prioris provincialis Alamannie et fratrum sui prioratus, ordinis Predicatorum, a sede apostolica deputato . . officialis curie Coloniensis auditor seu inquisitor in negocio, quod . . prior et fratres domus in Wartberg eiusdem ordinis contra Henricum magistrum civium, Ysherum, Conradum Scheyle, Ludolfum Scheue, Iohannem Bischof et alios eorum conplices seu litis consortes, opidanos in Wartberg, contentos in mandato vestro, cui presens littera est infixa, prosecuntur, deputatus obedienciam in mandatis. Noveritis, quod iuxta tenorem mandati vestri predicti michi directi testes privilegia ac alia instrumenta et probationes, quos et que produxit . . procurator . . prioris et fratrum predictorum contra opidanos predictos, eorum adversarios in forma iuris recipi et examinari mandavi in absencia partis adverse per contumaciam, alias ipsum mandatum iuxta sui formam fideliter exequendo et premissa paternitati vestre

sub sigillo officialitatis curie vestre Coloniensis remittendo. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X septimo[1]), sexta feria post octavas purificacionis beate virginis.

[1]) septimo *aus* sexto *korrigirt.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. in Warburg Nr. 36. Siegel vom durch die Urk. Nr. 1921 durchgezogenen Pergamentstreifen abgefallen.

1926.

Erzbischof Siegfried von Köln beauftragt nach eingehender Erzählung der vorangegangenen Verhandlungen die Pröpste von Lippoldsberg, Hilwartshausen (und nach einer 2. Ausfertigung den von Wormeln), den Kanonikus Konrad von Gandern in Geismar, und die Warburger Pfarrer, gegen die Angreifer der Warburger Dominikaner mit der Exkommunikation vorzugehen. 1287 Februar 15.

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, conservator privilegiorum religiosorum virorum . . prioris provincialis Alemannie et fratrum sui prioratus ordinis Predicatorum a sede apostolica deputatus dilectis in Christo . . de Lyppoldesberge et . . de Hildewardeshusen monasteriorum sanctimonialium prepositis ac Conrado de Gandara canonico Geysmariensi, Maguntinensis dyocesis, . . sancti Petri et sancti Iohannis nove civitatis Wardbergensis et in castro ibidem, Paderburnensis dyocesis, plebanis et eorum vices gerentibus nec non et universis plebanis, ecclesiarum rectoribus, capellariis, presbiteris et clericis Maguntinensis et Paderburnensis civitatum et dyocesum, ad quos presentes littere pervenerint, ac eciam . . iusticiario sive advocato venerabilis patris Ottonis Paderburnensis electi in Wartberg et omnibus et singulis castellanis castri ibidem nec non . . consulibus ac civibus universis nove civitatis Wartbergensis predicte salutem in Domino. Cum ex parte . . prioris et fratrum ordinis predicti domus in Wartberg gravi conquestione propositum fuerit coram nobis, quod, licet prefatus[1]) . . Paderburnensis electus, postquam electio de se ad Paderburnensem ecclesiam facta extitit canonice confirmata, consideratis provide considerandis, ut cultus divinus magis augeretur, parrochiam ecclesie sancte Marie in vinea opidi Wardbergensis[2]) parrochie sancti Iohannis sibi vicine univerit ecclesiam ipsam sancte Marie, cuius collacio ad ipsum electum pertinebat, cum iuribus et pertinentiis suis ordini fratrum Predicatorum pro edificando inibi claustro et aliis officinis suis usibus oportunis pia et provida deliberacione contulerit, eademque collacio sic provide de dicta ecclesia facta per privilegia ipsis fratribus et ordini a sede apostolica indulta, defectum eciam, si quis extitit in premissis, de plenitudine potestatis supplendo sit specialiter et ex certa sciencia confirmata, quamquam eciam prefatus electus ipsos . . priorem et fratres in possessionem predicte ecclesie sancte Marie induxerit presencialiter corporalem contradictores et rebelles quoscumque et se dictis . . priori et fratribus ac ordini in premissis opponentes et impedimentum quoquo modo prestantes competenti monicione premissa sententia excommunicationis auctoritate sua ordinaria innodaverit et quamvis ipsis . . priori, fratribus et ordini a sede apostolica sit indultum, quod nullus in hiis, que ipsis in testamentis defunctorum seu pia largicione fidelium conceduntur, ipsos quoquo modo impedire presumat, Henricus tamen magister civium, Ysherus, Conradus Scheyle, Ludolfus Scheue, Iohannes Bischof, Hermannus Hildeboldessen, Theodericus Hoyeri, Iohannes Pardan, Iohannes Iůde, Menfridus Thymo[3]), Henricus Kakewel, Conradus de Vilmare, Henricus de Rodhen, Arnoldus Cruse, Conradus de Voltessen, Henricus Uden, Albertus Clusenere, Wernherus Servacii[4]), Bertholdus Servacii[4]), Bertholdus Busse, Iohannes Lepus quondam custos prefate ecclesie sancte Marie et quidam alii filii iniquitatis eorum in hac parte complices, opidani opidi Wardbergensis[2]) predicti, contra concessionem, donacionem et collacionem per privilegia sedis apostolice, ut dictum est, confirmatam et approbatam ausu nephario, spiritu rebellionis assumpto, temere venientes ipsos . . priorem et fratres domus in Wardberg[2]) impediunt et impedimentum prestant et prestiterunt eisdem, quo minus ipsi . . prior et fratres dicta ecclesia sancte Marie cum suis iuribus et pertinenciis uti possint et frui pacifice et quiete et suam exinde facere liberam voluntatem iuxta formam concessionis predicte. Et hiis non contenti, malum malo accumulantes, in Burghardum

de Bure suppriorem[5]) dicte domus et Fredericum de Brůnswich, fratres ordinis predicti, manus iniecerunt temere violentas, facientes nichilominus publice pulsari campanas ibidem contra ipsos . . subpriorem et fratres tamquam contra fures et latrones congregata multitudine opidi antedicti alias eciam verbis opprobriosis et factis contumeliosis iniuriosi existentes eisdem. Arnoldus eciam perversionis presbiter iter prebens aliis ad ruinam ipsis malefactoribus sic excommunicatis presentibus contra inhibicionem prefati . . Paderburnensis electi expressam in dicta ecclesia sancte Marie et alibi divina de precepto, voluntate et mandato dictorum malefactorum celebrare, immo, quantum in eo est, prophanare non formidat se propter hec excommunicationis sententia ab ipso Paderburnensi electo, ut dictum est, auctoritate ordinaria promulgata dampnabiliter involvendo in ipsorum prioris et fratrum grave preiudicium, iniuriam non modicam et gravamen et contra indulta privilegiorum eorundem. Et hec et excessus predictos prefati . . prior et fratres domus in Wartberg affirmaverunt esse vera et adeo fuisse et esse manifesta et notoria in partibus illis, ubi perpetrata sunt, et locis vicinis per facti et rei evidenciam, quod inficiacioni non est locus nec aliquo tergiversacionis pretextu poterant occultari, et ideo ex parte eorundem nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis et ordini contra prefatos violentos, manifestos et notorios iniuriatores auctoritate apostolica, qua fungimur, succurere dignaremur. Nos qui de premissis et excessibus huiusmodi veris, ut dicebatur, manifestis et notoriis volebamus scire plenius veritatem et illos, qui culpabiles et obnoxii invenirentur in premissis, punire canonice iuxta apostolicam traditam nobis formam, commisimus . . officiali curie nostre Coloniensis, ut ipse super factis et excessibus predictis, si essent veri, notorii et manifesti, diligenter veritatem inquireret, et eam inquisitam nobis sub fideli sua custodia remitteret vel referret. Dictus . . officialis recepto mandato nostro huiusmodi, die certa prefixa ad faciendum, quod iustum esset, in negocio antedicto et procuratore dictorum . . prioris et fratrum nomine procuratorio pro ipsis ac Sifrido rectore scolarum ecclesie sancti Petri Wartbergensis procuratore dictorum Henrici magistri civium, Ysheri, Conradi, Ludolfi et eorum conplicum et in lite consortum predictorum conparentibus coram dicto . . officiali et expositis per eundem officialem factis et excessibus predictis eidem procuratori opidanorum predictorum, que et quos dicebantur contra eosdem .. priores et fratres conmisisse, et requisitus ab eodem, ut veritatem ad premissa responderet, respondere non curavit et in vocem appellacionis frivole prorumpendo ab ipso . . officiali contumaciter recessit. Propter quod idem officialis partem eorundem opidanorum iudicavit contumacem et in negocio sibi commisso ad receptionem testium et instrumentorum ex parte eorundem prioris et fratrum contra dictos iniuriatores productorum processit et recepto ab ipso procuratore prioris et fratrum predictorum in suam et ipsorum animas super iam dictis factis et excessibus iuramento, affirmante sub eodem omnia et singula in ipsis factis contenta esse vera, manifesta, publica et notoria, testes, quos idem procurator produxit coram eodem officiali super premissis, in forma iuris recepit et examinavit ac veritatem inquisivit diligenter, prout idem . . officialis, cui circa hec plenam fidem adhibemus, nobis litteratorie rescripsit et in ipsius actis super hoc habitis plenius continetur. Nos igitur visis, perlectis, examinatis et diligenter recensitis deposicionibus testium predictorum, privilegiis et indultis a sede apostolica ordini, priori et fratribus antedictis ac aliis instrumentis in modum probacionis exhibitis, quia invenimus per dictas probaciones prefatos excessus veros esse, notorios et manifestos, eosdem per presentes declaramus veros esse, notorios et manifestos. Hinc est, quod vobis et cuilibet vestrum, ita quod in hiis exequendis unus vestrum alium vel alios non expectet, in virtute sancte obediencie et sub pena suspensionis et excommunicationis late sententie in hiis scriptis in vos et quemlibet vestrum, si presens mandatum nostrum, immo verius apostolicum, diligenter et fideliter non fueritis executi, districte precipiendo mandamus, quatinus prenominatos malefactores et eorum conplices publice et nominatim moneatis, ut ipsos . . priorem et fratres ecclesia sancte Marie in Wartberg predicta cum suis iuribus et pertinenciis pro edificando inibi claustro et aliis officinis suis oportunis gaudere permittant, ita quod ipsi prior et fratres eandem ecclesiam cum suis utilitatibus et commoditatibus apprehendant, teneant et habeant plene, libere, paci-

fice et quiete, nec de cetero in hiis aliquod impedimentum per se vel per alium seu alios prestent vel prestari procurent et Deo precipue nobis ac memoratis priori et fratribus iniuriam passis et ordini emendam decentem et honorabilem exhibeant et alias satisfaciant conpetenter, nec non et eorem conplices, quorum precepto, mandato, consilio, auxilio, ope vel opera premissi excessus sunt et fuerunt perpetrati, infra septem dies post vestram monicionem, quam statim visis presentibus fieri volumus, alioquin ipsos et eorum quemlibet, quos et quem propter hoc immo pro tam manifesta offensa et excessu ex nunc ut extunc excommunicamus in hiis scriptis, excommunicatos nominatim publice et sollempniter nuncietis et artius ab omnibus evitandos, ubi, quando et quociens super hoc fueritis requisiti. In qua excommunicatione, si per quindecim dies animo perstiterint indurato, ipsos et quemlibet ipsorum denuncietis extunc excommunicatos publice singulis diebus dominicis et festivis, campanis pulsatis, candelis accensis, ubi, quando et quociens requisiti fueritis absque alterius mandati nostri expectacione. Arnoldum eciam presbiterum predictum, qui contra inhibicionem prefati Paderburnensis electi in dicta ecclesia sancte Marie divina de precepto, voluntate et mandato dictorum malefactorum celebravit, immo quantum in eo fuit prophanavit, quem propter hoc declaramus excommunicatum et irregularem, denuncietis publice irregularem et excommunicatum singulis diebus dominicis et festivis. Intimantes malefactoribus memoratis, quod, nisi celeri satisfactione sibi prospexerint, nos exigente eorum malicia ad sentencias interdicti in locum, parrochiam et capellas veteris opidi Wartbergensis, ubi dicti malefactores morantur et domicilia habent, et ad invocacionem brachii secularis et ad penas ulteriores contra ipsos procedemus, prout ordo dictaverit racionis. Insuper vobis prepositis et Conrado predictis ac . . prepósito monasterii de Wurmlo predicte Maguntinensis dyocesis et cuilibet vestrum, ita quod in hiis exequendis unus vestrum alium vel alios non expectet, sub penis predictis damus in mandatis, quatinus omnes et singulos, quos in execucione presentis mandati nostri necglientes inveneritis vel remissos, quos nos in hiis scriptis trium dierum monicione per vos facienda premissa, ut mandatis nostris immo verius apostolicis obtemperent, si non obtemperaverint, suspendimus et excommunicamus, suspensos et excommunicatos publice et sollempniter nuncietis, ubi, quando et quociens super hoc fueritis requisiti. Et nichilominus . . iusticiarium sive advocatum opidi in Wartberg requiratis, ut ipse accedat personaliter una vobiscum vel altero vestrum ad opidanos antedictos et inducat caritative monendo eosdem, ut ipsi mandatis nostris predictis obtemperent et obediant reverenter, cum contra ipsos nisi exigente eorum pertinacia, que absit, licet inviti procedere nullatenus intendamus. Reddite litteras cum appensione sigillorum vestrorum in signum execucionis, nomina rebellium, contradictorum et conplicum nobis sub sigillis vestris presentibus infixis rescribentes. Datum anno Domini M°.C°C. octuagesimo septimo[6]), sabbato post octavas purificacionis beate Marie virginis.

[1]) venerabilis *B.* [2]) Wartberg. *B.* [3]) Thimo *B.* [4]) Servatii *B.* [5]) subpriorem *B.* [6]) *Korrigiert aus* sexto.

Or. in zwei Ausfertigungen (A und B) im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 38. B weist im Anfang einige unwesentliche Verschiedenheiten auf. Es heisst daselbst:

Sifridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, conservator privilegiorum religiosorum virorum . . prioris provincialis Alamannie et fratrum sui prioratus, ordinis Predicatorum, a sede apostolica deputatus, dilectis in Christo . . de Lyppoldesberge, . . de Hildewardeshusen et . . de Wurmlo monasteriorum sanctimonialium prepositis ac Conrado de Gandara canonico Geysmariensi, Maguntinensis dyocesis, . . sancti Petri, . . sancti Iohannis nove civitatis Wartbergensis et . . in castro ibidem, Paderburnensis dyocesis, plebanis et eorum vices gerentibus, necnon et universis ecclesiarum rectoribus, plebanis, canonicis, capellariis, presbiteris et clericis Maguntinensis et Paderburnensis civitatum et dyocesum, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in Domino. Cum ex parte . . prioris et fratrum *etc. Ueber* ac eciam iusticiaris *bis* Wartb. predicte *steht in A* vacat. *Weiterhin stimmt die Ausfertigung mit dem Wortlaut der vorhergehenden Urk. überein. An beiden Ausfertigungen zerbrochenes Siegel des Erzbischofs in braunem Wachs an Pergamentstreifen. Der erste Theil stimmt fast wörtlich mit dem Anfang von Nr. 1921 überein.*

1927.

Abt Johannes und Konvent des Kl. Helmarshausen verkaufen für 6 Mark an Kl. Gehrden eine jährliche Fruchtlieferung aus Eckhosen. *1287 Februar 28.*

Iohannes Dei gratia abbas, Remboldus thesaurarius, Ernestus camerarius, Iohannes hospitalarius totus(que) conventus monasterii in Helmwardeshusen omnibus presentem paginam visuris in Domino salutem. Tenore presentium protestamur, quod pensionem annone, quam nostra ecclesia in villa Eckhosen habuit quamque prepositus et conventus monasterii Gerdensis nobis annuatim persolvere consuevit, domino Hermanno preposito et conventui dicte ecclesie cum omnibus pertinentiis vendidimus pro sex marcis denariorum legalium, omni iuri, quod in predictis bonis habuimus vel habere videbamur, presenti scripto penitus renunciantes. In huius itaque facti evidentiam presentem litteram sigillo nostro et cum sigillo nostre ecclesie dedimus sigillatam. Actum et datum anno Domini M°.C°C.LXXXVII°., feria sexta post dominicam qua cantatur Invocavit.

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 31 D 24.

1928.

Elekt Otto von Paderborn bestätigt die von seinem Oheim und Vorgänger, dem Bischof Simon bewirkte Verlegung des Stifts Nigenkerken *in die St. Peterskirche zu Höxter. Paderborn 1287 März 1.*

O(tto) Dei gratia Paderbornensis ecclesie electus et confirmatus omnibus presentis pagine inspectoribus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Officii nostri debito nos sollicitante compellimur, ut ea, que ab antecessoribus nostris pro ecclesiarum nostrarum utilitate et temporum congruentia sunt statuta et non sine magne discretionis instinctu salubriter ordinata, affectu gratuito prosequentes robur faciamus firmitatis debitum obtinere et, quod pie factum est ab eisdem, ab omnibus studeamus in suo ordine conservari. Cum igitur felicis recordacionis avunculus et predecessor noster dominus Symon quondam Paderbornensis episcopus, tunc temporis in spiritualibus et temporalibus ibidem dominus existens, pro conservanda divine laudis frequentia non tam necessitate quam evidenti utilitate pensatis novam ecclesiam conventualem inter Uxariam et Corbeiam nostre dyocesis consistentem, que ex canonicorum absentia, quos consumptis incendio mansionibus per latronum et predonum insultus continuus mortis metus de eadem abesse conpulit, divino officio fraudabatur, cum conventu et canonicatu ibidem reliquiis beati Pauli et beate Lutdrudis, mortuorum sepultura et scolis nec non et omni iure, quod eidem ecclesie in pristino loco attinuit, de capituli nostri consensu in locum munitum videlicet ad ecclesiam beati Petri intra muros oppidi Huxariensis rite transtulerit, nos translacionem eandem in omnibus et singulis, que instrumentum sive privilegium dicte translacionis continet, ratam et gratam habentes et revera locorum, temporum, personarum et ecclesiarum statu et condicione pensatis Deo, ecclesie et personis honestam, necessariam et utilem decernentes ipsam in nomine Domini confirmamus, volentes, mandantes, exhortantes in Domino et nichilominus sub pena anathematis et divini animadversione iudicii statuentes, ut prefata translacio ab omnibus favorabiliter et inviolabiliter in perpetuum observetur. Si quis autem eidem translacioni et nostre presenti confirmacioni se opponere presumpserit aut eam aliquatenus inpedire et commonitus non destiterit, omnipotentis Dei indignacionem et nichilominus excommunicacionis sententiam, quam in hiis scriptis nunc ut tamen extunc in ipsum proferimus, se noverit incurrisse et nichilominus nos defensionem, quam possumus, pro conservacione et defensione translacionis huiusmodi prestante Domino in omnibus opponemus. In quorum testimonium et robur firmitatis perpetuum presentem litteram nostro et ecclesie nostre sigillis prefate ecclesie dedimus consignatam. Datum et actum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXX°X septimo, Kalendis Marcii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Corvey Nr. 106 a. Die beiden Siegel von den angehängten Pergamentstreifen ab. Mit voller Sicherheit wird sich nicht entscheiden lassen, ob die Urk. zu 1280 Februar 24 (wie in den bisherigen Drucken: Wigand, Archiv IV, 219 und Ztschr. d. Berg.

Geschichtsver. IV, 250) oder zu obigem Datum zu setzen ist. Den Titel electus et confirmatus *führt Otto von 1279 bis 1287 Februar 3 und 15; als* episcopus *(abgesehen von einzelnen wohl ungenauen Bezeichnungen) erscheint er 1287 mit Sicherheit zuerst April 28, Mai 2, 14 u. ö.; vgl. unten. Es lässt sich also nur mit Bestimmtheit sagen, dass Otto um April 1287 die Bischofsweihe empfangen hat. (Vielleicht geschah die Bischofsweihe Ottos auf dem grossen Würzburger Konzil, auf welchem derselbe gegenwärtig war. Vgl. Nr. 1931f.) Wenn die Urk. ins Jahr 1280 gehörte, würde doch bei den strengen Strafandrohungen derselben gegen die Gegner der Translation das Verhältniss zum Diöcesanbischof im Vertrag von 1284 März 13 in anderer Weise, als es dort geschehen ist, erwähnt sein. Vgl. oben Nr. 1068.*

1929.

Graf Otto von Waldeck bekundet Beilegung eines Streites zwischen Kl. Berich und denen von Gifflitz.

Wildungen 1287 März 16.

Otto comes de Waldecke universis Christi fidelibus presentem paginam audituris pariter ac visuris salutem in perpetuum cum noticia veritatis. Ne ea, que a prioribus in tempore rationabiliter geruntur, aut oblivionis lima abradat, aut calumpnie fraus obfuscet, expedit, ut ipsa per scripture perennem seriem ad certam posteriorum notitiam pertrahantur. Noverint igitur tam posteri quam presentes, quod, cum honorabilibus et religiosis personis domino preposito et conventui monialium in Bericha, ordinis sancti Augustini, Maguntine diocesis, a Conrado de Giffelze et suis fratribus et aliis suis competitoribus seu coactoribus super quodam predio in Manderen sito, quod felicis recordationis Tammo miles de Bellersusen et Sophia eius uxor cum unica ipsorum filia in dicto cenobio Beriche domino oblata pie devotionis intuitu pro suarum quoque ac parentum suorum animarum remedio et salute pleno iure et iusto titulo ipsi cenobio contulerant, controversia aliquamdiu mota esset, tandem utreque partes pertese expensarum pariter ac laborum concorditer compromiserunt in octo arbitros infra scriptos, videlicet in viros nobiles Thitmarum dictum Oppold, Wernerum de Biscopshusen et in clericos, scilicet Godefredum Gobelini canonicum, Bernardum vicarium Fritslariensis ecclesie nec non in milites, videlicet Conradum de Urfe, Theodoricum de Wagenbach et Volpertum de Virminde ac in Eggehardum de Helfenberch famulum sub ea conditionis lege, quod hii octo arbitri auditis allegacionibus et probacionibus partium hinc et inde meritisque cause diligentius examinatis causam ipsam supra suam conscientiam secundum iuris equitatem per sententiam diffinitivam sine debito terminarent. Nobis nichilominus eciam a partibus coassumptis ad hoc videlicet, quod, si prelibatos arbitros octo in dictando sententiam contingeret discordare, quorumcunque sententie tanquam saniori consentiendi seu comprobandi animum applicaremus, eorum arbitrio standum esset. Sepe tacti igitur octo arbitri negotium ipsum cum potestate plenaria assumentes, cum satis legitimis didicissent documentis, ipsum prepositum et conventum stabile, plenum et legitimum ius habere, memoratum predium cum curte, agris cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, piscationibus ac ceteris appendiciis et iuribus ad ipsum ex antiquo spectantibus, equanimiter et concorditer adiudicaverunt consensu nostro habito cenobio prelibato, ipsi Conrado pretacto et suis coactoribus seu complicibus et heredibus eorundem perpetuum silencium imponendo. Nos quoque exinde memoratos prepositum et conventum reinmisimus in possessionem pristinam dicti predii ipsis legitime duraturam. Testes autem huius processus et facti sunt: Arnoldus de Paderborn miles, Godescalcus de Mulnhusen, Lodewicus de Wildungen; item Lodewicus, Otto et Wigandus fratres dicti Winter, Henricus de Treyse, Henricus sculthetus Fritslariensis, Iohannes de Helfenberg civis in Vrankenberg et quam plures alii oppidani in Wildungen fide digni. Verum etiam ut premissis omnibus et certior fides adhibeatur et ut future forsan calumpnie aditus precludatur, presentes litteras super his confectas et nostro et duorum nobilium predictorum arbitrorum Thitmari dicti Oppold et Werneri de Biscopshusen sigillis placuit communiri. Actum et datum apud Wildungen, anno dominice incarnationis millesimo C°C.LXXXVII°., in dominica medie quadragesime qua cantatur Letare.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Von den drei an Pergamentstreifen angehängten Siegeln 1) Rest vom dreieckigen des Ausstellers, der achtstrahlige Stern; 2) dreieckig, drei von rechtsschrägem Balken belegte Pfähle; Umschrift unleserlich, wie Abbildung Varnhagen, Grundlage u.s.w. Fig. VIII; 3) abgefallen. Die Urk. erwähnt Varnhagen, Grundlage, 150.

1930.

Kl. Hasungen verkauft an Kl. Hardehausen eine Hufe in Vredegotsen. *1287 März 18.*

W(ernerus) Dei gratia prior totusque conventus in Hassungen universis hoc scriptum visuris in omnium salvatore salutem. Tenore presencium recognoscimus et publice protestando dicimus, quod nos amplioris dampni periculum declinare volentes unum mansum cum suis attinenciis omnibus, quem quondam frater Iohannes de Cran possederat, Vredegotsen situm religiosis viris domino abbati et conventui in Hersuedehusen pro certa pecunie summa voluntarie vendidimus, transferentes proprietatem et dominium eiusdem mansi liberaliter ad eosdem. Ut igitur huiusmodi vendicio gaudeat firmitate et memoria apud posteros reviviscat, presens scriptum nostrorum sigillorum robore dedimus muniendum. Datum anno Domini M°.C°C.LXXXVII., tercia feria ante Benedicti.

Or. (stark verblasst) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 265. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Vredegotsen — Fridegossen *lag bei Wolfhagen in Hessen. Vergl. Landau, Wüste Ortschaften S. 168.*

1931.

Kardinalbischof Johannes von Tusculum, päpstlicher Legat, fordert den Scholaster von Nigenkerken auf, die vom Erzbischof von Köln gegen die Angreifer der Warburger Predigerbrüder ausgesprochene Exkommunikation aufrecht zu erhalten. Würzburg 1287 März 21.

Iohannes miseratione divina episcopus Tusculanus, apostolice sedis legatus, discreto viro .. scolastico Noue Ecclesie, Padeburnensis diocesis, salutem in Domino. Sua nobis .. prior et frater domus in Warteberg, ordinis Predicatorum, Padeburgensis diocesis, petitione monstrarunt, quod consules de veteri oppido ac Henricus der Meide, Ysherus, Conradus Schele, Ludolfus dictus Sceue, Iohannes dictus Bischof, Hermannus de Hilboldessen, Theodericus Hoieri, Iohannes Pardan, Iohannes dictus Iude, Menfridus, Thimo, Henricus Uden, Albertus dictus Clusener, Wernherus Seruatii, Bertoldus Seruatii, Bertoldus dictus Busse et Iohannes dictus Lepus, laici Padeburnensis diocesis, ecclesiam eorundem fratrum contra iusticiam occupare ac in suppriorem et Fredericum de B(r)uneswic presbyteros, fratres eiusdem domus, manus violentas inicere Dei timore postposito temere presumpserunt, propter quod venerabilis in Christo pater .. Coloniensis archiepiscopus, conservator priori et fratribus prelibatis super eorum privilegiis apostolicis a sede apostolica deputatus, in consules et laicos predictos, quia diligenter moniti eisdem priori et fratribus ecclesiam predictam restituere ac de iniuria huiusmodi satisfacere contumaciter non curarunt, cum nichil rationabile proponerent, quare hoc facere non deberent et id esset adeo notorium, quod nulla posset tergiversatione celari, excommunicationis sententiam exigente iustitia promulgavit. Quare dicti prior et fratres nobis humiliter supplicarunt, ut sententiam huiusmodi robur faceremus firmitatis debitum obtinere. Quocirca discretioni tue, qua fungimur, auctoritate mandamus, quatenus sententiam ipsam, sicut rationabiliter est prolata, facias auctoritate nostra usque ad sati(s)factionem condignam inviolabiliter observari. Datum Herbipoli, XII. Kalendas Aprilis, pontificatus domini Honorii pape IIII. anno secundo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 39. An Pergamentstreifen unkenntliche Reste vom Siegel des Ausstellers in rothem Wachs. Unter dem Umbug links .., darunter Io. de G., *auf dem Umbug rechts* Pre. Io.*; auf der Rückseite in der Mitte oben ebenfalls* Pre. Io. *Schrift sehr ähnlich der der Papsturkunden. Kardinallegat Iohannes war zur Zeit der Ausstellung auf dem Würzburger Nationalkonzil.*

1932.

Erzbischof Giselbert von Bremen und achtzehn genannte Bischöfe, darunter Otto Padeburgensis, *gewähren allen zum Neubau der Mariengredenkirche zu Mainz beisteuernden einen vierzigtägigen Ablass. Würzburg 1287 März 23.*

Gedr. Böhmer-Ficker, Acta imperii selecta Nr. 1005. Vgl. vor. Nr. und Nr. 1928.

1933.

Vikar Walthelm in Fritzlar verkauft an Kl. Hardehausen seine Güter in Gleichen. 1287 März 28.

Noverint universi, quod ego Walthelmus vicarius ecclesie Fritslariensis vendidi fratribus abbati et conventui in Hersondehusen[1]), ordinis Cisterciensis[2]), mea bona in Glichen sita, que bona apud Gunthardum militem de Venne compararam proprietatis titulo possidenda. Profiteor etiam, quod pater Walthelmus et fratres mei nichil iuris habuerunt nec habent in dictis bonis. Quibus bonis plane ac libere renuntiavi resignando fratri Alberto predicto loco sui conventus in presentia Conradi de Hoinberg[1]), Conradi Scindeliph, Henrici de Spangenberg, Conradi de Glichen, Iwani senioris et sui filii Iwani ceterorumque scabinorum Fritslariensium, quos scabinos in testimonium vendicionis ac renunciacionis dictorum bonorum rogavi sigillo civitatis Fritslariensis presentem paginam roborare. Actum et datum feria VI. proxima post annunciacionem beate virginis Marie, anno Domini M°.C°C.LXX°X septimo.

[1]) *So Or.* [2]) Cistarc. *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 266. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1934.

Knappe Berthold Stephanie Bürger in Bodenwerder (civis in Insula) *lässt seinem Lehnsherrn, dem Grafen Ludwig von Everstein, für Kl. Amelunxborn zwei Hufen in* Brockhusen *unter dem Siegel des Ritters Johann von Vrenke auf. 1287 März 28.*

So Spilcker, Everstein UB. Nr. 225.

1935.

Abt R(udolf) von Hardehausen verspricht dem Geistlichen Gumpracht von Kirchhagen für die vom Kl. Hardehausen erworbenen Besitzungen in Gleichen eine Rente. 1287 April 24.

Frater R(udolfus) dictus abbas in Hersuedehusen recognoscimus per presentes, quod dilectus nobis in Christo dominus Gunprachtus presbiter dictus de Kirch(h)agen, civitatis Frizlariensis, tres mansos in villa Gelichen sitos nobis ac per nos nostro monasterio salutis sue non immemor comparavit. Cuius devote ordinacioni et ordinate devocioni in Domino respondere volentes annis singulis in festo beati Michaelis tria maltra siliginis et tria maltra avene Frizlariensis mensure ibidem, quoad vixerit, dari faciemus, condicione qualibet amputata. Post cuius mortem ipsa pensio de predictis tribus mansis, quos ex nunc in antea possidemus, ipsi G(unprachto) persolvenda ad nos nostrumque conventum libere id est tocius ambiguitatis cessante, scrupulo revertetur. In cuius reversionis restaurum ipsum in nostrum consorcium[1]) colligimus omnium bonorum, que apud nos regi regum altissimo offeruntur, participem facientes, pro transitoriis eterna feliciter commutando. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XVII°., in vigilia Marci ewangeliste.

[1]) corsorcium *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 267. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

1936.

Bischof Otto von Paderborn übereignet mit Konsens des Domkapitels vom Ritter Werner Crevet angekaufte Güter in Esinchusen, *die vom Hochstift Paderborn lehnrührig sind, an Dechant und Kapitel von Busdorf in Paderborn. Paderborn 1287 April 28.*

Universis hoc scriptum visuris Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus cognoscere veritatem. Ne ea que fiunt in tempore lapsu temporis evanescant expedit actus hominum litterali testimonio

perhennari. Hinc est quod tam futuris quam presentibus notum esse cupimus, quod in presentia nostra constituti Wernherus dictus Criuet miles, uxor, liberi et heredes sui bona in Esinchusen cum omnibus suis pertinentiis, videlicet pratis, pascuis, silvis et aliis suis iuribus, que a nobis in feodo tenuerat idem miles et que dilectis nobis .. decano et capitulo ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree Paderburnensis vendiderat, in manus nostras et capituli nostri nomine nostro pure et libere resignarunt. Nos vero ob dilectionem .. eorundem decani et capituli et ad petitionem ac de consensu capituli nostri Paderbornensis predicta bona cum omnibus pertinentiis et iuribus pleno iure sepe dictis .. decano et capitulo ecclesie sancti Petri contulimus perpetuo retinenda, proprietatem in eosdem et dominium transferentes. In cuius rei testimonium eisdem dedimus presens scriptum sigilli nostri munimine roboratum. Nos etiam .. decanus et capitulum Paderburnense predictum ad petitionem partium huic littere sigillum nostrum apposuimus in testimonium predictorum. Datum Paderburne, anno Domini M°.C°C.LXX°X septimo, quarto Kalendas Maii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 40. An Pergamentstreifen lädirt 1) spitzovales Siegel Otto's, 2) des Kapitels. Beinahe gleichzeitige Kopie Perg. Auf der Rückseite: sancte Katerine. *Das Stift Busdorf besass früher bei Wünnenberg mehrere Güter. Das hier vorkommende* Esinchusen *wird daher mit dem obengenannten* Ezenchusen *(Urk. v. 1281 Juli 4, oben Nr. 446) bei Wünnenberg identisch sein. In dem Busdorfer Güterverzeichnisse aus Anfang des 13. Jahrh. (Zeitschr. IV, 135) ist auch von späterer Hand* Edinchusen *aufgeführt. (Spancken.)*

1937.

Bischof Otto von Paderborn bekundet, dass die Ritter, Brüder Hermann und Ludolf Marschall und Edelherr Hermann von Ösede Zehnten, Äcker und Hufen ihm zur Ueberlassung an Kl. Hardehausen resignirt haben. 1287 (nach April).

In nomine Domini amen. Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris salutem in dominorum Domino Dei filio Ihesu Christo. Quoniam nostra ad eorum profectus debet impensior sollicitudo extendi, qui in sua paupertate degentes assiduo hospitalitatis beneficio participant universis, tenore presencium recognoscimus et publice profitemur, quod Ludolfus et Hermannus fratres Marscalci milites cum suis liberis et legitimis heredibus in nostra presencia constituti decimam in Northeim, quam de manu felicis memorie venerabilis patris et domini Symonis predecessoris nostri Paderbornensis episcopi in pheodo tenuerunt, cum iuribus suis et attinenciis quibuscunque dilectis nobis in Christo religiosis viris .. abbati et conventui in Hersuedehusen pro centum et sex marcis Wartbergensis monete traditis ex integro et solutis vendiderunt libera voluntate, ipsam decimam ea condicione, ut eiusdem decime proprietatem dictis, abbati et conventui conferre dignaremur, in manus nostas unanimiter resignantes. Insuper nobilis vir Hermannus dominus de Osedhe cum suis liberis unum mansum in Westerhagen iuxta Wartberg situm, quem dictis abbati et conventui pro triginta marcis gravis monete vendiderunt, et unum mansum ibidem situm, quem Gerardus miles de Helmere cum suis heredibus prefatis .. abbati et conventui pro viginti septem marcis gravium denariorum vendidit, in ipsius nobilis de Osedhe manus, a quo iidem venditores Gerardus et sui (heredes) dictum mansum in pheodo tenuerant, resignatum in manus nostras, condicione, qua supra, liberaliter resignarunt. Preterea idem nobilis de Osedhe et predicti fratres Marscalci, videlicet Ludolfus et Hermannus, viginti quatuor iugera in supradicto loco Westerhagen sita, quorum viginti quatuor iugerum tercia pars quemlibet horum trium militum equa divisione contingebat, que viginti quatuor iugera Herbordus dictus Stotere cum suis heredibus sepe dictis .. abbati et conventui pro viginti quatuor marcis gravis monete vendiderunt, in manus dictorum trium militum, scilicet Her(manni) nobilis de Osedhe et fratrum Marscalcorum, a quibus idem Herbordus et sui in pheodo dicta viginti IIII iugera tenuerant, resignata in manus nostras, ut predictum est, condicionaliter resignaverunt. Ceterum curiam Rozdhehusen iuxta Dimellam sitam,

quam Regenbodo de Ahusen cum suis liberis prefatis abbati et conventui pro octoginta marcis Wartbergensis monete vendiderunt, in manus inclite recordacionis dicti domini S(ymonis) Paderbornensis episcopi Regenbodo cum suis sub condicione resignaverunt, et sepius est pretactum. Nos igitur prefatorum .. abbatis et conventus, qui nobis nostroque capitulo et tocius nostre diocesis universitati suorum qualitate meritorum et sanctarum oracionum patrocinio suffraguntur, iustis peticionibus annuentes communicato nostri capituli consilio et consensu dictorum bonorum decime in Northeim, agrorum in Westerhagen et curie Rozdhehusen proprietatem cum translacione dominii eis in nomine Domini condonamus. In cuius facti robur et perpetuam firmitatem presens scriptum nostro nostrique capituli sigillis fecimus consignari. Testes aderant: Arnoldus prepositus de Wilbodessen, Ludolfus presbiter de Etlen, Conradus sacerdos de Limmego et Godefridus clericus de Berstrate . . . Willekinus Cocus et maior pars monachorum dicti conventus et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XVI°I., II°II. Idus ...

Or. (defekt) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 264. Zwei Siegel sammt Befestigung aus den Löchern verloren.

1938.

Bischof Otto von Paderborn verzichtet gegenüber dem Kl. Amelunxborn auf alle Ansprüche an Güter in Holthusen bei Snetingehusen. *1287 Mai 2.*

Nos Otto Dei gracia Paderbornensis episcopus universis presencia inspecturis notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod post motam questionem dilectis in Christo viris religiosis abbati et conventui monasterii in Amelungesborne, ordinis Cisterciensis, super bonis in Holthusen iuxta Snetingehusen, que ad nos sive ad ecclesiam nostram Paderbornensem dicebantur pertinere, ut veraciter credebamus et audivimus a quibusdam fidelibus ecclesie nostre, communiter pleno iure ex relacione veridica et fide dignorum invenimus et ex inspectione quorundam instrumentorum publicorum ac per alia legitima documenta didicimus dictos viros religiosos in predictis bonis plus et pocius ius habere quam nos et nostram ecclesiam Paderbornensem, unde omni actioni, si quam nobis vel ecclesie nostre Paderbornensi competere posset, tenore presencium renunciamus, promittentes bona fide prefatos abbatem et conventum super predictis bonis nunquam inpetituros indebite nec contra huiusmodi renunciacionem actionis temere veniemus. Huius autem recognicionis et renunciacionis sive promissionis testes sunt: Fridericus abbas de Herswideshusen, Hermannus scolasticus, magister Detmarus, Fridericus de Hervordia, canonici maioris, Albero decanus, Iohannes scolasticus, Henricus thesaurarius, Adolfus cantor, Syfridus cellerarius, Iohannes de Susato, Wernerus Cancer et Henricus Vultur, canonici sancti Petri ecclesiarum Paderbornensium, Henricus Endehagte, Iohannes de Scherve, magistri consulum, Ysserus Parvus, Henricus Kovot, Hermanus de Hobrachtessen, Hermannus Bunno, Albero Yseri, Albertus Paganus, Henricus de Rikenowe, Arnoldus de Oldendorpe, Regenhardus de Soltkoten et Godefridus de Bekene, consules civitatis Paderbornensis, ac alii quam plures clerici et laici fide digni ad hoc rogati et vocati. Actum in curia Henrici thesaurarii predicti, datum V°I. Nonas Maii, anno Domini M°.C°C.LXX°XVI°I.

Nach dem im Landeshauptarchive zu Wolfenbüttel befindlichen Diplomatar des Kl. Amelunxborn Bl. 71.

1939.

Kardinalbischof Johann v. Tuskulum, päpstlicher Legat, überträgt dem Dechanten der Kirche zu Enger die Entscheidung eines Streites zwischen Kl. Schildesche und einer Reihe Adliger. Metz 1287 Mai 6.

Iohannes miseratione divina Tusculanus episcopus, apostolice sedis legatus, discreto viro .. decano ecclesie Angariensis, Osnaburgensis diocesis, salutem in Domino. Conquesti sunt nobis Bertholdus dictus de Scildesce presbiter, .. decana et capitulum secularis ecclesie in Scildesce per decanam solite gubernari, quod nobilis vir burgravius de Strombergem, Thidericus de Harem, Bertholdus de Rusle et Henricus dictus de Holdenheruo(r)de, milites, et Iustacius[1]) de Bauenhusen, Hermannus de Aspelecampe,

Gotfridus Naghel et Erwinus filius predicti Thiderici, armigeri, Osnaburgensis[2]), Paderburnensis[3]) et Mindensis[4]) diocesum, super quadam[5]) pecunie summa et rebus aliis ad eos communiter pertinentibus iniuriantur eisdem. Ideoque discretione tue, qua fungimur auctoritate, mandamus, quatinus partibus convocatis audias causam et usuris cessantibus debito fine decidas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari, proviso, ne interea dicti nobilis excommunicationis sententiam vel interdicti proferas, nisi prius a nobis super hoc mandatum receperis speciale. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili compellas veritati testimonium perhibere. Datum Metii, II. Nonas Maii, per obitum felicis recordationis domini Honorii pape IIII., apostolica sede vacante.

[1]) Iustancius *Or.* [2]) Osnabug. *Or.* [3]) Pandeburnensis *Or.* [4]) Midensis *Or.* [5]) quandam *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Schildesche Nr. 27. An Pergamentstreifen zerbrochenes spitzovales Siegel, mehrere Heilige in reicher gothischer Umrahmung; von der Umschrift Tusculanus *deutlich. Auf dem umgeschlagenen Pergamentrande steht:* P. Fer., *auf der Rückseite* R. Leo.

1940.

Bischof Otto von Paderborn befiehlt den Pröpsten von Gehrden, Willebadessen und Arolsen nach einer nochmaligen Mahnung die Warburger Bürger, welche die Predigermönche angegriffen hatten, zu exkommuniziren. Paderborn 1287 Mai 14.

O(tto) Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus dilectis in Christo de Gerdene, de Wilbodessen, de Aroldessen sanctimonalium prepositis nec non universis ecclesiarum rectoribus, . . plebanis, . . canonicis, . . cappellanis, . . presbiteris et clericis nostre Paderbornensis dyocesis et maxime archydiacono sedis Wartbergensis, ad quos presentes littere perverint, salutem in Domino. Cum nos matura deliberatione consideratis provide considerandis, ut cultus divinus magis per nostram dyocesim et in nostro Wartbergensi oppido augeretur, parrochiam ecclesie sancte Marie in vinea predicti oppidi parrochie sancti Iohannis sibi vicine univerimus, ecclesiam ipsam sancte Marie, cuius collatio ad nos pertinebat, cum iuribus et pertinentiis suis . . priori et fratribus ordinis Predicatorum Wartbergensis, nostre dyocesis, pro edificando inibi claustro et aliis officinis suis usibus oportunis pia et provida consideratione contulerimus eademque collatio sive donatio sic provide de dicta ecclesia per nos facta per privilegia . . ipsis fratribus et ordini a sede apostolica indulta defectum etiam, si quis exstitit in premissis, de plenitudine potestatis per summum pontificem supplendo sit specialiter et ex certa scientia confirmata, quamquam etiam nos ipsos . . priorem et fratres cum debita sollempnitate in possessionem dicte ecclesie sancte Marie et montis adiacentis, quem nulli alteri vel in toto vel in parte recognoscimus, induxerimus presentialiter corporalem contradictores et rebelles quoscumque et se dictis . . priori et fratribus ac ordini in premissis opponentes et inpedimentum quoquo modo prestantes sententie excommunicationis auctoritate nostra ordinaria innodaverimus, Henricus tamen magister civium, Yserus, Conradus Scele, Ludolfus Sceue, Iohannes Bischop, Hermannus Hyldeboldes, Thydericus Hoyeri, Iohannes Pardan, Iohannes Iude, Menfridus, Thymmo et Thymo, Henricus Kakewel, Conradus de Vilmere, Henricus de Roden, Arnoldus Cruse, Conradus de Voltessen, Henricus Uden, Albertus Clusenere, Wernherus Servacii, Bertoldus Servacii, Bertoldus Busse, Iohannes Lepus et quidam alii filii iniquitatis eorum in hac parte conplices, oppidani oppidi Wartbergensis predicti, contra concessionem, donationem et collationem per privilegia sedis apostolice, ut dictum est, confirmatam et approbatam ausu nephario, spiritu rebellionis assumpto, temere venientes ipsos . . priorem et fratres domus in Wartberg, ordinis memorati, inpediunt et inpedimentum prestant et prestiterunt eisdem, quominus ipse prior et fratres dicti ecclesia sancte Marie et monte adiacente cum suis iuribus et pertinentiis uti possint[1]) et possidere pacifice et quiete et suam exinde facere liberam voluntatem iuxta formam concessionis seu donationis predicte. Et hiis non contenti, malum malo accumulantes, in Burchardum de Buren suppriorem dicte domus et

Fredericum de Brunsweich, fratres ordinis predicti, manus iniecerunt temere violentas, facientes nichilominus pulsari campanas ibidem publice contra ipsos .. suppriorem et fratres, tamquam contra fures et latrones congregata multitudine oppidi antedicti, alias etiam verbis probrosis et factis contumeliosis iniuriosi existentes eisdem. Arnoldus etiam perversitatis presbyter iter prebens aliis ad ruinam ipsis malefactoribus sic excommunicatis presentibus contra nostram inibitionem et excommunicationem expressam in dicta ecclesia sancte Marie divina voluntate perversa celebrare, immo, quantum in eo est, prophanare non formidat se propter hoc excommunicationis sententia a nobis, ut dictum est, auctoritate ordinaria promulgata dampnabiliter involvendo in ipsorum .. prioris et fratrum sepedicti ordinis grave preiudicium, iniuriam non modicam et gravamen et in contemptum clavium ecclesie periculum, anime sue et in scandalum plurimorum. Nos igitur predictam nostram donationem factam liberaliter .. priori et fratribus Wartbergensibus de dicta ecclesia sancte Marie in vinea et missionem in corporalem possessionem eiusdem ecclesie et montis adiacentis cum omnibus iuribus et pertinentiis suis volentes, ut tenemur, defendere cum effectu, vobis et cuilibet vestrum, ita quod in hiis exequendis unus vestrum alium vel alios non exspectet, auctoritate ordinaria in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis et suspensionis[2]) late sententie, quam in vos in hiis scriptis et in quemlibet vestrum trium dierum monitione premissa ferimus ex nunc ut ex tunc, si presens mandatum nostrum diligenter et fideliter non fueritis executi, districte precipiendo mandamus, quatinus prenominatos malefactores et eorum conplices publice et nominatim singulos et quoslibet ipsorum omnibus dominicis diebus et festivis campanis pulsatis, accensis candelis ex tunc ut ex nunc excommunicatos publice in vestris ecclesiis et capellis[3]) presente populo nuntietis, quando et quotiens a predictis .. fratribus super hoc fueritis requisiti absque alterius mandati nostri exspectatione. Parrochiam etiam sancti Petri et olim parrochianos sancte Marie in vinea, quos ex nunc ecclesiastico supponimus interdicto, vos auctoritate eadem et sub penis prescriptis interdictam et interdictos faciatis firmiter observari, quoadusque ipsos priorem et fratres ecclesia sancte Marie in vinea et monte predictis cum suis iuribus et pertinentiis pro edificando inibi claustro et aliis officinis suis usibus oportunis gaudere permittant, ita quod ipse prior et fratres eandem ecclesiam et montem cum suis utilitatibus et commoditatibus apprehendant, teneant et habeant plene, libere, pacifice et quiete, nec de cetero in hiis ipsis aliquod inpedimentum per se vel per alium seu alios prestent vel prestari procurent publice vel occulte et Deo precipue, nobis ac memoratis .. priori et fratribus iniuriam passis et ordini ipsorum emendam decentem et honorabilem exhibeant et alias satisfaciant reverenter. Arnoldum insuper presbyterum predictum, qui contra nostram inibitionem et excommnnicationem in dicta ecclesia sancte Marie ausu temerario divina celebrare, immo potius prophanare presumpsit, quem propter hoc excommunicatum et irregularem denuntiamus in hiis scriptis, denuntietis publice excommunicatum et irregularem singulis diebus dominicis et festivis nec ipsum in quacumque ecclesia nostre dyocesis sinatis recipi aliquatenus ad divina, intimantes predictis .. malefactoribus, quod, si in sua malitia perstiterint, contra ipsos annuente Domino usque ad condignam satisfactionem, prout ordo iuris exigit et culpa deposcit, durius procedemus. Insuper vobis .. prepositis predictarum ecclesiarum predictis et cuilibet vestrum, ita quod in hiis exsequendis unus vestrum alium vel alios non exspectet, sub penis predictis damus firmiter in mandatis, quatenus omnes et singulos, quos in exsecutione presentis mandati nostri neglientes inveneritis et remissos, quos nos in hiis scriptis trium dierum monitione per vos facienda premissa, ut mandatis nostris obtemperent, si non obtemperaverint, suspendimus[4]) et excommunicamus, suspensos[4]) et excommunicatos publice et sollempniter in vestris ecclesiis et capellis presente populo nuntietis, quando et quotiens super hoc a predictis .. fratribus fueritis requisiti. Reddite litteras cum appensione sigillorum vestrorum in signum exsecutionis. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXX°XVII°., pridie Idus Maii.

[1]) *Or.* possunt. [2]) suspentionis *Or.* [3]) cappellis *Or.* [4]) susspendimus, susspensos *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 40. Siegel sammt Befestigung ausgerissen. Gedr. Schaten, ad annum.

1941.

Bischof Otto von Paderborn beauftragt Genannte mit dem Schutz der Predigerordensbrüder in Warburg. Paderborn 1287 Mai 14.

Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus viris strennuis castellanis, officiali suo nec non prudentibus viris consulibus et communi novi opidi Wartbergensis fidelibus suis dilectis salutem cum plenitudine omnis boni. Cum nos ad cultum divini nominis ampliandum dilectis nobis priori et fratribus ordinis Predicatorum ecclesiam sancte Marie in vinea donaverimus liberaliter et pure propter Deum et eosdem in corporalem possessionem miserimus dicte ecclesie et montis adiacentis cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, ut ibidem Domino in perpetuum famulentur, iustum est, ut predictos fratres in iure donationis predicte a quibuslibet iniuriantibus defensemus. Verum quia quidam apud vos perverse mentis dictos fratres in predicta donatione maliciose et iniuriose multipliciter inquietant pariter et perturbant nec hoc velimus nec possimus dissimulatione aliqua preterire, rogamus et mandamus districte, quatinus vice et auctoritate nostra sepe dictos fratres opidi Wartbergensis ab iniuriantibus quibuscunque defendere viriliter satagatis nec ipsos sinatis a quoquam indebite molestari, mandatum nostrum taliter exsequentes, ut dicti fratres ammodo nostro freti presidio in divinis obsequiis pace gaudeant et quiete. Datum apud Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXXXVII., pridie Idus Maii. Reddite litteras.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 41. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1942.

Graf Otto von Ravensberg bestätigt mit Zustimmung und unter Mitsiegelung seines Bruders des Propstes Ludwig von St. Johann in Osnabrück und Schildesche, seiner Gemahlin Hedwig und seines Sohnes des Propstes Hermann von Tongern der Stadt Bielefeld die von seinen Vorfahren ihr gewährten Freiheiten, besonders das ius civile *der Stadt Münster. Bielefeld 1287 Mai 18.*

Nach dem Transsumpt des Grafen Otto von Ravenberg, seiner Gemahlin Margarethe und seines Bruders, des Propstes Bernhard von Schildesche vom Jahre 1326 gedr. UB. III, 173, woselbst Erläuterungen.

1943.

Bischof Otto von Paderborn bekundet den zwischen den Brüdern des Predigerordens in Warburg und Bürgern daselbst geschlossenen Friedensvertrag und hebt die Exkommunikation auf. Warburg 1287 Mai 21.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus universis presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod super discordia, que vertebatur inter priorem et conventum fratrum Predicatorum novelle nostre plantationis in Wartberg ex una et parrochianos ecclesie sancte Marie in vinea oppidanos veteris oppidi super dicta ecclesia et aliis quibuscunque ex parte altera, dicte partes in nos communiter in arbitrum, arbitratorem seu amicabilem compositorem compromiserunt et nos sponte arbitrarium seu compromissum in nos recipientes arbitrando sive diffiniendo pronunciamus in hunc modum: Primo statuentes, quod dicti fratres ecclesiam sancte Marie in vinea predictam, quam eis donavimus propter ampliandum divini numinis cultum et ob memoriam nostram ibidem post mortem nostram perpetuo peragendam, pacifice obtinebunt et montem cum ortis usque ad domos ibidem edificatas, quem montem dictis fratribus vendidimus, quiete et pacifice sine tamen edificatione latrinarum preiudicialium et cloacarum deformitate qualibet retinebunt, set domus fusoris campanarum per dictos fratres de nostro arbitrio redimetur. Versus occidentem cimiterium dictorum fratrum usque ad plancas se extendet. De vico vero, quo transitur[1]) cimiterium, de consilio dictorum fratrum, castellanorum et consulum terminandum nostro arbitrio reservamus. Inter murum vero versus Berne et structuras dictarum fratrum spacium commune continens in latitudine sedecim pedes absque aliquo inpedimento pro utilitate civium transeuntibus permanebit. Libros autem, calices, campanas et alia quecunque ornamenta dicte ecclesie predictis oppidanis assignamus ad pios usus de nostro consilio convertenda. Item parrochiam sepe dicte ecclesie de vinea parrochie ecclesie sancti Petri auctoritate ordinaria duximus uniendam. Preterea con-

secrabimus ecclesiam in honore beate virginis et cimiterium infra vetus oppidum sine parrochianorum expensis, quando fuerimus requisiti, quam esse volumus baptismalem. Nundinas etiam apud ecclesiam sepe dictam frequentatas transferimus ad vetus oppidum memoratum, item domum, in qua celebraverant fratres cum spacio, quod ad cimiterium deputaverant, dictis oppidanis veteris oppidi assignamus. Insuper predicti fratres, quandocumque dicti oppidani edificare voluerint ecclesiam, et in aliis eorum negociis toto posse fideliter promonebunt, quod layci fratribus facient vice versa. Item sententias excommunicationis et alia quecumque gravamina occasione huiusmodi in quoscumque latas relaxabimus humiliter requisiti, volentes quod omnis rancor, discordia seu dissencio inter fratres et oppidanos ex nunc sit penitus abolita et sopita. Statuentes nichilominus et mandantes dictum arbitrium sub pena centum marcarum debere inviolabiliter observari, quam penam incurrere volumus partem arbitrium non servantem et nobis sine diminucione aliqua et contradictione qualibet persolvendam. Datum et pronunciatum Wartberg, feria quarta ante penthechosten, anno Domini M°.C°C.LXXXVII°.

[1]) transsitur *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 47. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Gedr. Schaten, ad annum.

1944.

Richter, Rathmänner und Bürgerschaft der Stadt Paderborn bekunden Beilegung eines Streits mit Graf Otto von Ravensberg über Viehwegnahme und andere Schädigungen. 1287 Juni 20.

Nos .. iudex, consules et universitas civitatis Paderbornensis universis, ad quos presens scriptum pervenerit, notum facimus in hiis scriptis evidenter protestantes, quod super discordia, que iam dudum vertebatur inter nobilem virum dominum Ottonem comitem de Rauensberg et suos coadiutores ex parte una, nos et nostros coadiutores ex altera de consilio nostrorum amicorum in hunc modum per pacem et concordiam sumus reformati, videlicet quod dictum dominum O(ttonem) comitem de Rauensberg super ablatione pecorum et aliis dampnis et suos coadiutores quitos et liberos dimittemus et faciemus. Item predictus dominus .. comes pro dicta ablatione pecorum nostre civitatis seu aliis dampnis nec ipsius coadiutores per nos nec per aliquem extra manentem (vel) infra nostram civitatem debent arrestari seu impediri. Item arbitrati sumus et arbitramur per presentes, quod, si aliquis manens in nostra civitate vel extra huic compositioni minime vellet interesse seu nobiscum hanc nollet compositionem observare, hunc in aliquo contra predictum dominum .. de Rauensberg seu ipsius coadiutores non deberemus promovere nec idem ex nostra civitate quicquam contra eundem dominum .. comitem seu ipsius coadiutores deberet attemptare. Et hec promittimus per presentes firmiter observare. In cuius rei testimonium presentem litteram nostre civitatis sigillo roboratam supradicto domino .. comiti de Rauensberg duximus assignandam. Datum anno Domini M°.C°C.LX°XX septimo, feria sexta ante festum beati Iohannis baptiste.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Grafsch. Ravensberg Nr. 23. An von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen zerbrochen das Paderborner Stadtsiegel. Gedr. Lamey, Ravensberg. Gesch. UB. Nr. 61.

1945.

Propst, Dechant und Kapitel von Busdorf in Paderborn bekennen, dass die Töchter des verstorbenen Rotger gen. Blomen ihrer Kirche ein Haus geschenkt haben. Paderborn 1287 Juni 21.

Universis hoc scriptum visuris nos Dei gratia prepositus, decanus totumque capitulum ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree Paderbornensis cognoscere veritatem. Ne ea que fiunt in tempore, lapsu temporis evanescant, expedit actus hominum scripture testimonio perhennari. Hinc est, quod universitati vestre notum facimus, quod venientes ad nos cum amicis suis Hadewigis, Mechthyldis et Walburgis sorores, filie quondam Rotcheri dicti Blomen premortui, domum suam, quam inhabitant sitam iuxta domum, que Stenporte dicitur, tali condicione, quod in eadem domo maneant sive inhabitent, quoad vixerint, vel eam eciam locare possint, et undecim marcas denariorum legalium patronis et predicte ecclesie nostre donaverunt, ita tamen, quod aliquod emolumentum de bonis huiusmodi percipiant ad tempora

sue vite. Nos vero pro huiusmodi liberalitate ecclesie nostre facta sex moltra annone, duo siliginis, duo ordei et duo avene eisdem sororibus assignamus de decima nostra Enenhus annis singulis, ante quam canonicis pro prebenda dividatur, quamdiu vixerint, extollenda, ita tamen, quod una earum mortua duo moltra redibunt ad ecclesiam nostram et alia mortua similiter duo, et eis omnibus mortuis huiusmodi annona ad ecclesiam nostram integraliter revertetur. Domum etiam supradictam post mortem earundem vendemus alicui layco, qui civitati Paderburnensi faciet servicia civilia de eadem. Et nichilominus sepe dictarum sororum memoria in ecclesia nostra in earum anniversariis perpetuo peragetur. In cuius rei testimonium presens scriptum nostri prepositi et capituli prememorati sigillis extitit sigillatum. Nos eciam magistri civium et consules civitatis Paderbornensis ad peticionem partium sigillum nostrum huic littere apposuimus in testimonium predictorum. Datum Paderborne, ipso die Albani martiris, anno Domini M°.C°C.LXXX°VII°.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 41. An Pergamentstreifen Reste weissen Wachses dreier Siegel.

1946.

Graf Engelbert von Everstein bestätigt dem Kl. Brenkhausen die von seinem Grossvater zur Zeit des Eintritts seiner Tochter Agnes ins Kloster gemachte Schenkung von zwei Hufen in Goldbeck. Mitsiegler Ludwig d. Ä. von Everstein. 1287 Juni 24.

Reg. Falke, Cod. trad. Corb. pag. 594 und Spilcker, Everstein, UB. Nr. 226.

1947.

Die Rathmänner von Höxter bekunden Beilegung eines Streites zwischen einem ihrer Bürger und Kl. Brenkhausen. 1287 Juni 28.

Nos Conradus de Vslaria, Bertoldus de antiquo foro, Nycolaus dictus Byseworm, Bertrammus de Luchteringen, Henricus Monetarii, Arnoldus de Voltessen, Iohannes Echof, Conradus de Dest, Ludolfus Rodolfi, Thidericus de Brunswic, Iohannes de Hollessen, Iohannes Institoris, consules Huxarienses, presentibus protestamur, quod dissensio, que vertebatur inter abbatissam et conventum in Beringhosen ex una et Theytlevum filium Theytlevi ex parte altera de domo ultra aquam ad eandem ecclesiam spectantibus composita est amicabiliter in hunc modum, quod idem Theytlevus a die beati Petri nunc instante per duos annos prelibata bona pro pensione solita scilicet quatuor quartalibus siliginis, quinque ordei, sex avene et pro duobus solidis gravium denariorum possidebit. Et posuit fideiussores Henricum suum fratrem, canonicum Noue Ecclesie et Thidericum Anne pro eadem pensione expedite et sine detrimento quolibet persolvenda. Finitis duobus annis prefata bona ad ipsam ecclesiam vacabunt libera et soluta. Porro si quas expensas circa ea idem Theytlevus fecerit, ad restaurandum eas abbatissa et conventus supradicti nullatenus sunt astricti. Ne igitur super hiis aliqua oriri possit anbiguitatis, presens scriptum ad instanciam partium dedimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum anno Domini M°.C°C.LXXX°VII°., in vigilia beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Siegel und Befestigung aus dem Einschnitt verloren.

1948.

Abt Johann von Helmarshausen und Ritter Hermann Spiegel von Desenberg bekunden Verkauf von Gütern in Lüdenbeck an Kl. Lippoldsberg. 1287 Juli 9.

Nos Dei gratia Iohannes abbas ecclesie et conventus in Helwardeshusen necnon et Hermannus de Desenberch miles dictus Spegel presentia visuris recognoscimus publice protestando, quod veniens ad nostram presentiam Wernherus de Exen famulus, nostre ecclesie ministerialis, protestatus est se cum consensu .. uxoris ipsius, .. heredum quoque suorum ecclesie et conventui in Lippoldesberge bona sua in Ludenbeke cum omni utilitate ac integritate fructuum ipsis bonis pertinentium integraliter vendidisse iure hereditario iusto emptionis titulo perpetuo possidenda. Idem quoque Wer(nherus) promittendo asse-

Lipp. Landesbibliothek

ruit coram nobis, quod bona premissa ab inpeticione omnium heredum et coheredum suorum eximet[1]), si necesse fuerit, libera et soluta, faciens ipsis videlicet ecclesie et conventui predictis bonorum eorundem iustam et debitam warand(i)am. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum inpressione ad peticionem partium utrarumque duximus roborandas. Datum septimo Idus Iulii, anno Domini M°.C°C°.LXXXV°II.

[1]) exemet *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Lippoldsberg. An Pergamentstreifen 1) spitzovales Siegel des Abts Johann v. H., stehende Figur, Buch in der Linken, die Rechte erhoben; 2) Bruchstück des dreieckigen Spiegel'schen Siegels mit den drei Spiegeln.

1949.

Bischof Otto von Paderborn verleiht den Besuchern einer Marienkapelle in Paderborn Ablass. 1287 Juli 14.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit (Otto) Dei gratia episcopus Paderbornensis[1]) salutem in Domino sempiternam . . . omnibus vere penitentibus, qui ad capellam gloriose virginis Marie Paderbornensis dictis festivitatibus subscriptis, videlicet annunciationis, resurrectionis, ascensionis Domini nostri Iesu Christi, penthecostes et omnibus festis beate Marie virginis, omnium apostolorum, Ioannis Baptiste, Laurentii, Stephani, Michaelis archangeli, omnium sanctorum, Nicolai et Liborii confessoris, beate Catharine, Agnetis, Agathe, Barbare, Marie Magdalene, . . . Margarete . . ., in dedicatione ipsius capelle causa devotionis accesserint et eidem manum porrexerint adiutricem . . . nos de omnipotentis Dei misericordia, beatorum apostolorum Petri et Pauli atque Liborii confessoris suffragiis confisi quadraginta dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. Insuper omnes indulgentias predicte capelle ab archiepiscopis et episcopis concessas sive indultas ratas habemus et presentibus confirmamus. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo, in crastino Margarete virginis.

[1]) *Abschr.* episcopo Paderbornensi.

Von Abschr. saec. XVII. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 310a (mit Ablassurkunde von 1297. Vergl. unten). Die Lücken auch in der Abschrift. Dass Bischof Otto der Aussteller ist, ergibt sich aus der Bestätigung der von andern Bischöfen verliehenen Ablässe.

1950.

Die Rathmänner in Warburg überlassen dem Kl. Hardehausen ein neben dessen Hof in Warburg befindliches Haus frei von allen Diensten. 1287 Juli 30.

Nos Conradus Dancmari proconsul, Hermannus de Dalheim, Conradus Hartmanni, Conradus de Amelungessen, Iohannes Stolte, Godescalcus dictus Rauennolt (?), Helmicus dictus Ulinc, Bertoldus de Geismaria, Wernerus de Brakele, Iohannes dictus Recke, Hermannus de Hemdessen et Wolckone[1]), consules Warthbergenses, tenore presencium publice protestamur, quod ad peticionem religiosorum virorum domini . . abbatis et conventus monasterii in Hersuedehusen domum, quam quondam Remboldus premortuus inhabitaverat, ipsorum curie contiguam ab omni exactione, servicio qualicunque et iure civili nichil penitus excludentes eisdem domino abbati et conventui ex bona voluntate contradidimus liberam et solutam. In cuius libertatis restaurum ordinavimus expedite, ut, quicunque domum, que alias Helmico dicto Ulinc nostro concivi pertinuerat, sue domui contiguam tunc in nullo tributariam inhabitaverit successive, nunc ad solucionem arealium denariorum et quevis civilia iura et servicia teneatur, cupientes in huiusmodi permutacione nostre civitatis utilitatibus providere. In cuius facti robur perseverans hoc scriptum nostro sigillo firmatum dictis abbati et conventui duximus contradendum. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XVII°., II°I. Kalendas Augusti.

[1]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 268. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Auf der Rückseite von gleichzeitiger Hand: De area iuxta domum in Wartberg sitam contigue ad occidentem.

1951.

Domkantor Dietrich von Paderborn bekundet, dass das von der Stadt Warburg von Diensten befreite Haus des Kl. Hardehausen auch von letzterem von allen Abgaben befreit ist. 1287 Juli 30.

Nos Theodericus cantor Paderbornensis recognoscimus et publice protestamur universis, quod consules et cives Wartbergenses ad peticionem religiosorum virorum domini abbatis et conventus monasterii in Hersvidehusen domum, quam quondam Reinboldus premortuus inhabitaverat, ipsorum curie contiguam ab omni exactione, servicio qualicunque et iure civili nichil penitus excludentes eisdem domino abbati et conventui ex bona voluntate contradiderunt liberam et solutam. In cuius libertatis restaurum iidem dominus abbas et conventus in Hersvidehusen ordinaverunt expedite, ut, quicunque domum, que alias Helmwico dicto Ulinc eorum concivi pertinuerat, sue domui contiguam tunc in nullo tributariam inhabitaverit successive, nunc ad solucionem arealium denariorum et quevis civilia iura et servicia teneatur cupientes in huiusmodi permutacione eorum civitatis utilitatibus providere. Quod ut ratum permaneat et inconvulsum, scriptum presens sigillo nostro roboramus. Datum anno Domini M°.C°C.LXXXVII°., II°I. Kalendas Augusti.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 269. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Dem Domkantor der Paderborner Kirche unterstand als solchem der Archidiakonatbezirk Warburg und Umgegend seit 1231. Vgl. UB. IV. Nr. 198 und Wigand, Corveyer Güterb. S. 227.

1952.

Ritter Hermann Spiegel verkauft wiederkäuflich vier Hufen in Nordgeismar an Abt Hermann und Kl. Helmarshausen und an Ritter Hermann von Brakel. 1287 Juli . . .

Nos Hermannus miles dictus Spegel presentibus recognoscimus, quod ex consensu vxoris nostre dicte Godeste et filiorum nostrorum Bernhardi, Hermanni ceterorumque heredum nostrorum quatuor mansos in Nortgeysmere sitos, quos olim Bertoldus miles dictus de Asykendorp iure hereditario possederat, domino Iohanni abbati et ecclesie in Helmwardeshusen et domino Hermanno militi dicto de Brakel pro quadraginta marcis gravium denariorum vendidimus, talibus interpositis, quod, si nos transactis duobus annis a festo sancti Iacobi nunc venturo dicta bona pro iisdem denariis titulo emptionis recuperare decreverimus, firmam habebimus potestatem. Si autem hoc tempore elapso supradicta bona per emptionem ad nos retrahere neglexerimus, prefata ecclesia et dictus H(ermannus) possidebunt. Veraciter etiam promittimus, quod omni studio, quo possumus, pro libertate predicte ecclesie facienda dominis bonorum fideliter insistemus. Huius rei testes sunt: Ecbertus Spegel, Raban iunior de Papenhem, milites, Herboldus de Amelungessen, Iohannes Nolte, Udo de Ostem, Henricus Megedevelt, Lodewicus Rothof, Drutlevus, Willehelmus de Daseborch, Gerlacus Dickeber, Volradus de Eysen, Meyherus et alii quam plures. Actum et datum anno Domini M°.CC°.LXXXVII., . . .[1]) ante festum beati Iacobi. Aderant eciam Iohannes de Oeseberg, Giselerus Clavig(er).

[1]) *In Abschr. folgt* VIII dieb. Iu.

Nach Abschr. Falckenheiner's in dessen Handschriften Bd. VIII.

1953.

Edelherr Simon zur Lippe verkauft mit Zustimmung seiner Gemahlin Adelheid und seiner Söhne Bernhard und Hermann die Hufe Tetinchusen *bei Wiedenbrück. Zeugen:* magister Heydenricus scriptor noster, Ludolfus de Monasterio dapifer noster, Fredericus Wenet, Conradus de Linge, Ludolfus de Roden. *1287 August 3.*

Gedr. UB. III, 1332.

1954.

Die Grafen Adolf und Albert von Schwalenberg verkaufen dem Kl. Marienmünster den Zehnten in Bremen. *1287 August 15.*

Nos Adolphus et Albertus Dei gratia comites de Swalenberg universis Christi fidelibus tenore presentium recognoscimus, quod cum consensu uxorum nostrarum Iutte et Iutte similiter et omnium heredum nostrorum videlicet Henrici, Guntheri, Conradi et Lodewici decimam nostram in Bremen pro XII marcis ecclesie beate Marie virginis in monasterio, cuius tutores sumus, vendidimus quiete et libere in perpetuum possidendam. Eidem etiam ecclesie proprietatem antedicte decime dedimus et veri warandi erimus, dum a nobis fuerit requisitum. Presentes erant honorabilis vir dominus Guntherus prepositus in Meydborg [1]), dominus Lippoldus plebanus in opido Swalenberg, dominus Iohannes capellanus in castro Swalenberge, sacerdotes, Theodericus de Eckersten [2]), Lippoldus dictus Holtgreue, Iohannes de Eylwordessen, milites; Lambertus Holtgreue, Winandus de Scothem [3]) famuli, et alii quam plures. Ne ergo in posterum factum nostrum ab aliquo infringi possit, presentem litteram nostram dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Datum anno Domini M°.CC°.LXXX°VII°., in die assumptionis beate Marie virginis.

[1]) Magdeburg *C.* [2]) Eckstern *C.* [3]) Schotem *C.*

Aus Msc. I, 129 fol. 11v (B) und VII, 4512 p. 78 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 186. Bremen *wird identisch sein mit dem jetzigen Bremerberg im Kr. Höxter. (Spancken.)*

1955.

Abt Heinrich, Prior Johannes und Kl. Marienmünster treffen Bestimmungen über den Zehnten zu Bremen. *1287 (um August 15).*

H(enricus) Dei gratia Monasteriensis ecclesie abbas, Iohannes prior totusque conventus eiusdem ecclesie omnibus in Christo fidelibus salutem in eo, in quo est salus omnium. Presentium acta ad futurorum notitiam difficile perveniunt, nisi per scripturarum memoriam firmata serventur. Sciant ergo universi tam presentes quam posteri, quod nos cooperante nobis Deo et providentia nostra a nobilibus viris et dominis nostris videlicet Adolpho et Alberto fratribus et comitibus in Swalenberg pro quadam summa pecunie decimam ville Bremen titulo emptionis ecclesie nostre comparavimus. Nos itaque unanimes in invicem de ipsa decima arbitrati sumus et sic fieri [1]) disposuimus, ut dimidietas eiusdem ad karitates et in usus refectorii erogetur, reliqua vero in partem claustri cedat et fisco communi applicetur. Ne autem hanc nostram ordinationem in futuro tempore oblivionis caligo deprimat, presens scriptum inde confectum ecclesie nostre, tum abbatis nostri sigillis [2]) una cum virorum nobilium predictorum, qui emptionem nostram ab ipsis factam in presentibus vere profitentur, sigillis posteris nostris relinquimus [3]) roboratum. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LXXX° septimo, datum infra septa claustri nostri.

[1]) firmiter *C.* [2]) sigilli *B.* [3]) reliquimus *B.*

Aus Msc. I, 129 fol. 11 (B) u. VII, 4512 p. 79 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 186.

1956.

Bischof Otto von Paderborn bestätigt die Freiheiten der Stadt Paderborn und die Beibehaltung des Grafengerichts. 1287 August 20.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus universis hoc scriptum visuris et audituris cupimus esse notum et recognoscimus publice, quod .. consules et universos cives nostros Paderburnenses tam pauperos quam divites promovebimus omni honore et profectu, quo possumus, ut tenemur, ita quod omni libertate et honore, quem hactenus habuerunt tam a nobis quam a predecessoribus nostris de cetero libere perfruentur. Iudicium vero comitis servabunt, prout in litteris nostris eisdem super hoc datis plenius continetur. Et in huius testimonium presens scriptum nostro sigillo extitit sigillatum. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXVII., in die Bernardi.

Nach Abschrift des Kriminaldirektors Dr. Gehrken im Pad. UB. fol. 79 (Mss.) nach dem damals im Paderborner Stadtarchiv vorhanden gewesenen, heute unauffindbaren Original.

1957.

Das Paulsstift binnen Höxter und die Bürgerschaft daselbst vereinigen sich zu gegenseitigem Beistand gegen Corvey. 1287 September 2.

Nos prepositus, decanus totumque capitulum ecclesie beati Pauli Huxariensis et nos consules tam veteers quam novi ac universitas burgensium eiusdem oppidi Huxariensis tenore presentium protestamur, quod super omnibus et singulis causis, quas de translatione Nove Ecclesie in Huxariam dominus abbas et conventus monasterii Corbeyensis nobis movent vel in posterum movere intendunt, scilicet de sepultura, de scolis et mansione canonicorum ibidem et aliis quibuscunque articulis ad eandem translationem spectantibus unanimi consensu et libera voluntate compromisimus nobis in invicem assistere consilio et auxilio laboribus pariter et expensis ita videlicet, quod nec nos prepositus, decanus et capitulum supradicti sine consulibus et universitate nec nos consules aut universitas sine eis medium vel aliqualem formam conpositionis super premissis articulis ullatenus adtemptemus. Condictum est etiam inter nos, quod, si nos prepositum, decanum et capitulum predictos pro conpositione quondam exhibitas quinquaginta marcas dare contigerit[1]), ad has nobiscum persolvendas ipsi consules et universitas burgensium Huxariensis minime sint astricti. Hanc itaque compromissionem inter nos solidatam, non solum a nobis presentibus immo a nostris successoribus firmiter et inviolabiliter volumus observari. Ut autem hec omnia rata et inconvulsa permaneant, presentem litteram conscribi fecimus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Actum et datum anno Domini M°.CC°.LXX°XVII., quarto Nonas Septembris.

[1]) *Or.* contingerit.

Or. im Stadtarchiv zu Höxter. Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Erwähnt Kampschulte, Chronik S. 33. Vgl. oben Nr. 1928.

1958.

Dechant und Kapitel der Kirche von Enger treffen Bestimmungen über einen dem Ritter Everhard gen. Vogt überlassenen Hof. Soest 1287 September 29.

Nos . . decanus et capitulum ecclesie Angarensis omnibus presentes litteras visuris seu percepturis notum facimus publice protestantes, quod nos pensiones et redditus, quos nobis Euerhardus miles dictus Advocatus ratione villicationis de curte nostra dicta Werninclo et universis ipsius attinenciis quolibet anno tenetur solvere, eidem Euerhardo in contractu venditionis assignavimus et in hiis scriptis assignamus ita sane, quod idem Everhardus et sui heredes nichil nobis in perpetuum de ipsa curte et eius attinenciis solvere tenebuntur, proprietate tamen sepe dicte curtis et eius attinencium nobis et ecclesie nostre reservata. Testes huius rei sunt: honorabiles viri domini Th(idericus) prepositus maioris ecclesie Paderbornensis, Iohannes vir nobilis dominus de Bylstene, frater eius, Menricus, Rotbertus et Th(idericus) de Altena, canonici ecclesie Susatiensis, Godefridus Iudicis, Albertus de Palsole, Winandus Wale, Hermannus de Benekinchosen, Iohannes de Medebeke et alii quam plures clerici et laici. Facta sunt hec in Susato, anno Domini M°.CC°.LXXX° septimo, ipso die beati Michahelis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Vikarien in Soest Nr. 2. An Pergamentstreifen grosses rundes Siegel, sitzende Gestalt mit Stab und Buch. Vgl. Nr. 1983 u. Seibertz, UB. II, 648.

1959.

Abt Ernst von St. Michael in Hildesheim setzt unter Einreihung der Klage des Prokurators des Corveyer Kapitels in dem Streite zwischen Corvey und Lippoldsberg wegen Bodenfeld einen neuen Termin fest. Hildesheim 1287 Oktober 15.

In nomine Domini amen. Coram nobis Er(nesto) Dei gratia abbate monasterii sancti Michaelis in Hild(ensem) ordinis sancti Benedicti, iudice delegato a venerabili patre domino Iohanne episcopo Tusculano, apostolice sedis legato, comparentibus in iure Arnoldo rectore ecclesie in Bredenuorde procuratore . . prepositi et conventus monasterii Corbeyensis, ordinis sancti Benedicti, Paderbornensis dyocesis, ex una

et .. preposito sanctimonialium de Lippoldesberg pro se, priorissa et conventu suo ex parte altera in causa, quam prepositus et conventus iam dicti monasterii Corbeyensis movent seu movere intendunt contra prepositum, priorissam et conventum iam dicti monasterii in Lippoldesberg auditis allegationibus, petitionibus, responsionibus hinc inde nos honestorum et iuris peritorum consilio terminum ipsis partibus in nos iudicem consencientibus prorogavimus usque in secundam feriam post dominicam Oculi mei, ut tunc idem prepositus de Lippoldesberg respondeat libello sibi oblato et recepto exceptionibus contra rescriptum sibi salvis et partes medio tempore tractabunt de bono pacis et concordie. Alioquin in dicto termino ad nostrum iudicium revertentur. Acta sunt hec in capitoleo ecclesie Hildensemensis, anno Domini millesimo C°C. octogesimo [1]) VI°I., quarta feria ante diem sancti Galli, presentibus honorabilibus viris decano, cantore, H(ermanno) de Dasle, S(ifrido) de Blankenborch, canonicis ecclesie Hildensemensis, et scolastico .. ac Daniele, canonicis sancte crucis et aliis quam pluribus fide dignis. Forma autem libelli oblati et recepti hec est: Coram vobis viro honorabili ac religioso domino abbate monasterii sancti Michahelis in Hildensem, ordinis sancti Benedicti, iudice delegato a reverendo patre domino Iohanne episcopo Tusculano, apostolice sedis legato, in causa, que vertitur seu verti speratur coram vobis inter venerabiles viros .. prepositum et conventum monasterii Corbeyensis, Paderbornensis diocesis, ex parte una et venerabiles .. prepositum, .. priorissam et conventum sanctimonialium in Lippoldesberg, Maguntine diocesis, ex altera, dicit et proponit in iure Arnoldus rector ecclesie in Bredenuorde, Mindensis diocesis, procurator dictorum prepositi et conventus procuratorio nomine pro eisdem contra dictos .. prepositum, .. priorissam et conventum sanctimonialium in Lippoldesberg, quod, licet dicti .. prepositus et conventus Corbeyensis dudum habuerint, tenuerint ac possederint villam in Bodenuelde apud Lippoldesberg cum iuribus, reditibus ac pertinenciis ipsius ville ad prebendam et mensam prepositi et conventus predicti monasterii Corbeyensis spectantibus, dicti tamen prepositus, .. priorissa et conventus in Lippoldesberg villam eandem cum omnibus iuribus, reditibus ac pertinenciis ipsius alienata illicite et distracta occupant et occupata detinent minus iuste in non modicum preiudicium et in gravem ipsius Corbeyensis monasterii lesionem. Quare petit dictus procurator prepositi et conventus eorundem, cum vobis constiterit de premissis aut eorum aliquo, quod ad intentionem sufficiat eorundem, dictos prepositum, .. priorissam et conventum in Lippoldesberg per vos cogi sentencialiter et compelli, ut a dictis occupatione et detentione illicita et iniusta desistant dictisque preposito et conventui Corbeyensi dictam villam cum iuribus et reditibus, pertinenciis eius restituant et amplius super ipsis dictos .. prepositum et conventum non inpediant aut molestent, petens nichilominus restitui fructus per dictos .. prepositum, .. priorissam et conventum de premissis perceptos et eos, qui percipi de huiusmodi potuerunt. Hec dicit et petit dictus procurator salvo in omnibus sibi et dominis suis predictis iure addendi, minuendi, corrigendi ac declarandi, salvis eciam expensis factis et in posterum faciendis protestans, quod non astringit se ad probandum omnia et singula premissa set quod probata sibi valeant, ac si plura non dixisset. Actum et datum anno et die prenotatis.

[1]) *Or.* octagesimo.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Lippoldsberg. An von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen spitzovales Siegel des Abts: Sitzende Figur mit Stab in der Rechten, Buch in der Linken. Vgl. oben Nr. 1533 und unten zu 1288 März 3, März 14, 1289 Januar 13.

1960.

Abt Heinrich von Corvey verleiht dem Kl. Brenkhausen das Patronatsrecht über die Kirche in Ottbergen und näher angegebene Güter und Zehnten. 1287 Oktober 18.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Henricus Dei gratia Corbiensis abbas universis Christi fidelibus presentis scripti continenciam inspecturis salutem in filio virginis gloriose. Quoniam in horto regie maiestatis uberrimo lenitatis austro flante et fugato aquilonis turbine, flores in sui conservantur pulchritudine pulchriores, nos, ut in cenobio regis regum altissimi, quod et vallis Dei et alio

nomine Beringehusen nuncupatur, sacrosancte virgines sponse Jhesu Christi, filie Iherusalem in detestationem perituri decoris nigredine sacri velaminis deformate, sed iuxta id, quod intrinsecus latet, formose immo formosiores mediante pacis et tranquillitatis vigore floreant, quasi lilium castitatis dent honoris et honestatis odorem, frondeant in gratiam paupertatis et obedientie sine mora, per pacificam huius scripti memoriam oblivionis rabiem curavimus effugare. Noverint igitur universi tam posteri quam moderni, quod nos venerabilis antecessoris nostri inclite recordationis Hermanni Corbiensis abbatis vestigiis inherentes, qui ex speciali dono et gratia spiritus sancti zelo dilectionis et devotionis circa dictum cenobium inflammatus eiusdem cenobii in caritate iaciens fundamenta, fundator exstitit liberalis, de unanimi conventus nostri consilio et ultronea voluntate prefatis sanctimonialibus, quarum ordinem interne caritatis bracchiis amplectimur, ecclesias sive ius patronatus eorundem ecclesiarum in Otberghe et in Valle Dei predicta antiquitus cum confirmatione debita collatarum cum hominibus, cerocensualibus et omnibus suis appendiciis, accedente reverendi patris ac domini Ottonis Paderbornensis episcopi consensu de novo condonavimus et presentibus litteris condonamus. Insuper bona in dicta villa Otberghe sita, (curtem Tenseke, Wimelsen, Langenberg, Dudekessen cum decima, curtem apud sanctum Egidium cum duobus mansis, casis et eorum censibus), totam villam (duabus dumtaxat curtibus exceptis) in Valle Dei prelibata et bona in Eldessen, has inquam ecclesias et omnia bona iam expressa continua possessione, bona fide et iusto titulo possessas hactenus et possessa, que bona non solum ad eundem conventum Vallis Dei ex donationis gratia, sed etiam emptionis contractu devoluta noscuntur, cum proprietate sua pascuis, pratis, silvis, agris, cultis et incultis, aquis, piscationibus et attinentiis suis et iuribus universis renovando cum grata ratihabitione collationum (sive donationum omnium premissorum a venerabilibus viris .. beate memorie predecessoribus nostris rite factarum) sepedicto conventui sanctimonialium in Valle Dei sive in Beringehusen tam libenter quam liberaliter conferimus per presentes. Et ut easdem ecclesias cum iisdem bonis in perpetuum quiete possideant et retineant, nostre protectionis patrocinio in nomine Dei confirmamus. Ut igitur dictorum florum cum Maria ad pedes Domini contemplantium gloriosis bonorum operum fructibus nos nostrosque antecessores reficientibus pariter et successores fructu ventris dulcissime Dei genitricis et virginis Marie in celesti Iherusalem mereamur incomparabili dulcedine vigorari, presentem paginam in testimonium et robur fundamenti Vallis Dei prefate nostro nostrique capituli sigillis decrevimus stabilire. Nos vero Ludolfus prior, Albertus prepositus totumque capitulum Corbiense predictum, quicquid superius est pretactum, recognoscimus verum esse et usque consummationem seculorum inviolabiliter permansurum. Datum anno Domini M°.C°C.LXXX°VII°., XV°. Kalendas Novembris.

Die Urk. findet sich im Transsumpt Bischofs Balduin von Paderborn von 1353 November 11, zugleich mit Urk. des Abts Heinrich von Corvey von 1301, worin er dem Kl. Brenkhausen einen Gütertausch mit denen von Hedewigessen bestätigt. (Or. im Stadtarchiv zu Höxter.) Eine Kopie der Urk. mit Jahr 1277, sonst mit obiger ganz übereinstimmend, ist auf den Rücken einer zweiten Ausfertigung (Or. des Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey) der Asseb. UB. II, 675 als Regest gegebenen Urk. von 1310 März 4 geschrieben und zwar nachträglich, da der Umbug — Siegel und Befestigung fehlen — platt gestrichen, aber doch auf die viereckigen Löcher für die Fäden mit den Linien Rücksicht genommen ist. Die Abschr. ist aber unbedingt aus Anfang 14. Jahrh. Von derselben Hand geschrieben sind noch darunter Abschr. der Urkk. von 1295 August 26 (vgl. unten) und von 1301 (vgl. oben), beide von Abt Heinrich. Ausserdem ist im Kl. Brenkhauser Archiv noch eine Abschrift vorstehender Urk. als Transsumpt Bischof Balduins von 1534 vorhanden, welche aber mill. duc. quadregisimo(!) septimo, decimo quinto Kal. Novemb. *hat:* copia ex copia originali per Wilkinum Hutlerum Huxarianum. *Das Kopial- und Gedenkbuch des Kl. Brenkhausen saec. XVII. im Besitz der Paderborner Abtheilung des Vereins, wohl kaum nach dem Or., (obwohl die Stellen für die Siegel bezeichnet sind), hat die eingeklammerten Stellen nicht und 1247.*

Im Kgl. St.-A. Münster findet sich Abschr. in Msc. II, 102 fol. 102, entnommen einer Kopie saec. XIV. (wahrscheinlich einer der beiden oben genannten) und sehr fehlerhafte Abschr. in Msc. I, 175 fol. 5, die ebenfalls von 1247 datirt ist. Dass nur 1287 das richtige Datum ist, ergibt sich aus dem abbas. *Unvollständiger Druck Wigand, Archiv VII, 236 zu 1277. In Falke's Collect. II, 481 im Herzogl. Braunschweig. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel findet sich ein Schreiben des* Henricus Dei gratia Corbeiensis ecclesie abbas, Luidolfus prior, Albertus prepositus totusque conventus eiusdem ecclesie dilectis filiabus abbatisse et sanctimonialibus in Beringhusen *von 1288 Oktober 18, das einen wörtlichen Auszug aus obiger Urk. bringt und wahrscheinlich von Falke fabrizirt ist. In* Tenseke *trat schon 1246 (UB. IV, 372) der Edle Gottschalk von Pyrmont dem Kl. Brenkhausen die obere Gerichtsbarkeit über drei Häuser ab, das Kloster trat also an des Oberlehnsherrn Stelle. Vergl Wigand, Corv. Güterb. S. 71 über die Lage dieses Ortes. Nach Mittheilung des frühern langjährigen Landraths des Kr. Höxter, Geh. Reg.-Rath Freiherr Wolff-Metternich, hatte nach Urk. von 1314 Ritter Berthold v. d. Lippe* curiam dictam Tenseke *dem Kl. Brenkhausen verkauft; es wird kaum damals eine* curia *mehr gewesen sein, sondern nach der im Corvey'shen geltenden Praxis bereits eine Umwandlung in heuerpflichtige Meierhöfe stattgefunden haben. (So verfuhr der Fürstabt von Corvey mit den adlichen Höfen in Lüchteringen, in Godelheim, in Albaxen und noch im 17. Jahrh. nach dem Abgange derer v. Falkenberg mit Blankenau.) Als Kl. Brenkhausen im J. 1802 säkularisirt wurde, besass es kein freies Eigenthum an der Tenseker Hofesstätte, sondern nur die gutsherrlichen Rechte darüber. Die gutsherrlichen Meier der Tenseker Höfe waren damals und auch noch jetzt die Möller; die Ackerpläne, welche Ackerwirth Möller dort besitzt, liegen in der Flur „Hoftansen". Als im J. 1877 bei Gelegenheit der Separation bonitirt wurde, grub man in Hoftansen die Sohlstätten mehrerer Gebäude auf: Backsteinmauern, verrostetes Eisengeräth, Kohlen, schwarze Gartenerde etc. Sie liegen unweit der neuerbauten von Ovenhausen nach Bosseborn führenden Strasse, jenseits des Bachs, unterhalb der Trümmer jener Herrenburg, welche Corvey zum Schutz des Heiligenberges erbaut hatte.*

1961.

Johann Gogreve aus Herford verkauft Zehnten an das Kapitel in Enger. Herford 1287 Oktober 21.

Omnibus presentes litteras visuris Iohannes de Heruordia laycus dictus Gogreue rei geste perhennem notitiam. Perit memoria hominum, nisi scripture auctentice patrocinio fulciatur. Sciant igitur tam posteri quam moderni, quod domina Aleydis vidua et Iohannes filius eius dicti de Alen in presentia venerabilis domine abbatisse et consulum Heruordensium constituti, si quid iuris habebant vel habere poterant in decima duarum domorum mearum in villa Silede existencium, sponte et voluntarie in manus . . decani et capituli ecclesie Angarensis resignarunt, cuius proprietas ex libera donatione reverendi patris ac domini bone memorie Brunonis episcopi Osnaburgensis extitit ab antiquo. Deinde ego prefatam decimam dictarum domorum et omnium bonorum decimalium ad easdem spectantium eidem capitulo pro L et septem marcis Heruordensis monete liberaliter vendidi in perpetuum possidendam, Elyzabeth uxore mea legitima, Iohanne, Hermanno, Remberto, Hinrico ac Palmania liberis meis ipsam venditionem ratam et gratam habentibus una mecum eandem decimam cum warandia plenaria, anno videlicet et sex ebdomadis, sicut in huiusmodi causis fieri solet, resignantibus in manus capituli memorati. Promisi etiam Liborium filium vidue predicte infra hinc et dominicam, qua cantatur Letare proximo venturam inducere, ut huic vendicioni consentiat et similiter resignet, quicquid iuris se habere crediderit in eadem. Si autem id perficere non potero, dictum capitulum XXVII marcas, quas in pascha Domini michi dabit, tamdiu retinebit, donec perduxero ad effectum, pro Euerardo autem clerico fratre ipsius, dum ad patriam reversus fuerit, si idipsum ad instantiam meam facere noluerit, Hermannus Gograuius, Gerhardus de Sunninchusen, milites, Hermannus et Wernerus Creuet, Gogravii fratres, promiserunt infra Heruordiam relictis domiciliis suis stare, donec ipse meo desiderio acquiescat. In cuius rei testimonium, fidem et memoriam

seriem huius littere dicte domine abbatisse ac universitatis Heruordensis sigillis feci et rogavi firmiter roborari. Testes aderant: Iohannes de Aldenheruorde, Hermannus senior et Hermannus iunior Gograuii, Florentius de Quernem, Gerhardus de Sunninchusen, Detmarus dictus Bose, Fredericus de Arnholte, milites; Theodericus de Dehem, Euerardus de Vorencampe, Gotzuuinus de Arnolte, Hermannus Gograuii et Wernerus Krevet frater suus, Gerhardus de Libbere, Godefridus de Curia et quidam alii layci adesse rogati. Datum Heruordie, anno incarnationis Domini M°.C°C.LXX°XVI°I., in die undecim milium virginum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Johann und Dionys zu Herford Nr. 26. An Pergamentstreifen 1) ovales Siegel der Äbtissin (wie Westf. Siegel III Taf. 126 Nr. 5); 2) das runde Stadtsiegel von Herford (wie Westf. Siegel II Taf. 69 Nr. 3). Rückwärts aufgedrückt dreieckiges Siegel, gespaltener Schild, rechts dreimal schräglinks getheilt, links verzierter Helm. Umschr.: S. Iohannis de Rodewic.

1962.

Graf Gerhard von Holstein u. Schaumburg bekundet einen zwischen Ludolf von Hamme und dem Kl. Abdinghof geschlossenen Vergleich. Grossen-Wieden 1287 Oktober 31.

Gerhardus Dei gratia comes Holsaciensis et in Scouuenburgh omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem et rei geste cognoscere veritatem. Ab humana cicius deperirent memoria actiones hominum temporales, si non scriptis et testibus munirentur. Hinc est, quod nos tam presentibus quam futuris duximus declarandum, quod discordia, que iam dudum movebatur inter dominum abbatem Padhebornensis monasterii beatorum apostolorum Petri et Pauli ex una parte et Ludolfum de Hamme ex alia parte, super questione bonorum, que idem Ludolfus a prenominato monasterio iure emphiteotico possidebat, coram nobis sopita et composita exstitit in hunc modum, quod Ludolfus iam predictus et uxor eius suique heredes legitimi necnon matertera eiusdem Iutta constituti coram nobis omne ius, quod habere se dicebant vel habere poterant in bonis ecclesie supradicte, tam in curti maiori in Widhen et in curti, que dicitur Ostehof et in bonis sub tilia, quam eciam in bonis circumquaque iacentibus, receptis a prenominato domino abbate viginti quinque marcis denariorum in Lemego legalium, constituta[1]) a nobis ad hoc re iudiciali, quod dicitur vulgariter eyn dinc, libere resignaverunt et renunciaverunt penitus omnibus accidentiis, que eis possent in futurum contingere quocunque modo in bonis ecclesie supradicte. Preterea aream sitam prope teatrum in Widhen Ludolfus et uxor sua, quamdiu vixerint, obtinebunt, mortuis autem utrisque area sine ulla contradictione heredum Ludolfi ad ecclesiam sepius nominatam libere revertetur. Casam, quam Iutta matertera sepe dicti Ludolfi inhabitat, eciam, quamdiu vixerit obtinebit, post obitum Iutte casa ad eandem ecclesiam revertetur. Et sic neque Ludolfus neque aliquis heredum suorum adversus ecclesiam supra nominatam questionem nullam poterunt amplius suscitare. In huus facti observanciam firmiorem presentem cartulam conscribi fecimus et nostro sigillo una cum sigillo castrensium in Scouuenburgh iussimus communiri. Ad hec dominus abbas et Ludolfus ad cautelam certiorem rogabunt nobiles viros, videlicet comitem de Rauensbergh et advocatum de Scalckesbergh hanc paginam suorum sigillorum munimine roborare[2]). Testes eciam aderant, quorum nomina subnotantur: Richardus prepositus in Rintelen, Sifridus plebanus in Widhen, Adholfus de Holte miles, Borchardus et Thidericus fratres milites de Helbeke, fratres de Brocke Lukemannus et Thidericus milites, Borchardus de Getmunden miles, Waltherus Post miles, Waltherus de Sernsnen, Lodheuuicus de Uuestendhorpe miles, Iohannes de Bardeleue miles, Steyn de Widhen, Reinerus de Uornholte, Weleghe, Rodholfus de Dhecbere[3]), Iohannes de Westendhorpe, Liborius, Lodheuuicus Post et Iohannes frater suus, Lodheuuicus de Vgterinchusen et alii quam plures. Acta sunt Widhen in teatro, anno Domini M°.C°C. octogesimo septimo, in vigilia omnium sanctorum.

[1]) *Or.* constituto. [2]) *Or.* roborarae. [3]) *Abschr. saec. XV. hat* de Hetbere.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 76. Von den angehängten vier Siegeln Bruchstück des Reitersiegels (mit Rücksiegel) des Grafen Otto v. Ravensberg und das beschädigte Siegel des

Vogts von Schalkesberg, Adlerflügel (Umschrift: ... (G)erhardi ... advoc(ati) *erhalten. Gedr. v. Aspern, Cod. dipl. hist. Schauenb. II, 301 Nr. 179. Wippermann, Regg. Schauenb. 238. Hasse, Schlesw.-Holst.-Lauenb. Urkk. und Regg. II, 723.*

1963.

Bischof Everhard von Münster ertheilt denen, die an bestimmten Tagen die Kirche des Predigerordens in Warburg besuchen, Ablass von 40 Tagen. 1287 November 11.

Euerhardus Dei gratia Monastergensis ecclesie episcopus viris religiosis dilectis sibi in Christo fratribus Predicatoribus in Wartberigh salutem et sinceram in Domino karitatem. Dilectionem vestram gratioso favore prosequi cupientes, nos de omnipotentis Dei misericordia confisi omnibus vere penitentibus et contritis, qui vobis manum porrexerint adiutricem et de facultatibus suis secundum quod Deus mentibus eorum inspiraverit, pias elemosinas erogaverint et qui ecclesiam vestram in Wartberg causa devotionis festis infra scriptis visitaverint, videlicet in festo pasche, nativitatis Domini et pentecostes et in omnibus festis beate virginis, Petri et Pauli, Augustini, Dominici et Petri martiris, Marie Magdalene et beate Katerine, in dedicacione ecclesie, altarium et cymiterii ac etiam in anniversaris et per octavas omnium predictorum festorum damus et concedimus quadraginta dierum indulgentiam de iniunctis sibi penitentiis, quod presentibus protestamur. Datum ipso die beati Martini hyemalis, anno Domini M°.C°C°.LXX°X septimo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 43. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

1964.

Bischof Otto von Paderborn spricht über einen Warburger Bürger die Exkommunikation aus. 1287 Dezember 1.

Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus dilectis sibi castri novi et veteris opidi Wartbergensis plebanis ac Conrado viceplebano sancti Petri ibidem in Domino salutem. Quia Henricus dictus Kacuel, opidanus Warbergensis, ad instantiam fratrum Predicatorum domus Wartbergensis ad nostram citatus presentiam, in termino sibi prefixo non comparuit, videlicet in crastino beati Andree apostoli, nos ipsum exigente iustitia iudicavimus contumacem et pro contumacia ipsum in hiis scriptis excommunicamus. Quare vobis singulis ac universis in virtute sancte obedientie et sub pena suspensionis ab officio et tibi precipue, Conrade viceplebane sancti Petri, mandamus, quatinus dictum Henricum excommunicatum denuntietis singulis diebus dominicis et festivis tam diu, donec nobis de contemptu et dictis fratribus de iniuria sibi illata satisfaciat competenter. Quod si non fecerit infra quindenam, vobis mandamus sub eadem pena, quia crescente[1]) contumatia merito crescere debet et pena, ut ipsum extunc pulsatis campanis, candelis accensis denuntietis excommunicatum publice singulis diebus dominicis et festivis et usque ad satisfactionem condignam ab omnibus Christi fidelibus artius evitandum. In hiis exsequendis unus alium non exspectet. Reddite litteras sigillatas in testimonium facte executionis. Datum anno Domini M°.C°C.LXXXVII., in crastino Andree apostoli.

[1]) *Or.* crescescente.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. in Warburg Nr. 44. An einem Pergamentstreifen (von dem Perg. der Urk. abgeschnitten) Reste der beiden runden Siegel der beiden Exekutoren. Von dem einem noch ein Arm, der zwei mit den Bärten nach aussen gewendete Schlüssel hält, erhalten: Siegel des Pfarrers Johannes von St. Peter; Umschrift: S. Ioh. ... pleb. Wartbe ... *Von dem andern noch Umschrift:* (Conr)adi. *Am zweiten Pergamentstreifen Reste vom Siegel des Bischofs.*

1965.

Bischof Otto von Paderborn urkundet über Beilegung eines Zehntstreites zwischen Ulrich von Allenhausen und Kl. Hardehausen. 1287 Dezember 15.

Otto Dei gratia Paderbornensis, episcopus universis hoc scriptum visuris notum facimus et tenore presencium publice protestamur, quod cum Olricus de Allenhusen dilectis nobis in Christo abbati et

conventui in Hersuedehusen super decima in Rode moveret questionem dicens eandem decimam ab Antonio milite de Allenhusen suo consanguineo dictis abbati et conventui venditam se nunquam resignasse et econtra fratribus Olrico tunc priore et Bertoldo infirmario dicti loci in Hersuedehusen monachis nomine sui conventus respondentibus, quod idem Olricus de Allenhusen in dicta (decima) nichil iuris vel gratie sibi posset aliqualiter vendicare, cum Antonius miles de Allenhusen predictus ipsam decimam vendidisset, eandem decimam Henricus miles de Allenhusen, pater eiusdem Olrici, unquam receperit in pheodo vel alio modo ab aliquo dominorum, et prefatus Ol(ricus) longe in retroactis temporibus omni actioni, si qua ei occasione ipsius decime quocunque modo competeret, renunciasset, ut per litteras super hoc plenius confectas poterant declarare, et quod hec omnia ab ipsis monachis proposita essent vera, idem Ol(ricus) prior per sacramentum iuramenti se offerret legitime probaturam. Sepedictus Ol(ricus) de Allenhusen considerata rei veritate et immobili conscientia monachorum, licet ipse prior recusaret relaxacionem iuramenti huiusmodi, iuramentum non rogatus set spontanee relaxavit, affirmans nunquam ullo tempore aliquid iuris vel gracie, ut predictum est, in eadem decima se habuisse, vel habere et omni actioni, si qua racione dicte decime quocunque casu emergente posset provenire, alias resignasse, et de novo resignavit coram nobis et cum omni precum instancia exoravit, ut sui renunciacionem et omnia superius expressa propter veritatis testimonium dignaremur nostri sigilli robore confirmare. Nos igitur, quia hec vidimus et audivimus, utrisque partibus coram nobis in nostra camenata Driburg constitutis presens scriptum nostro sigillo duximus muniendum. Testes aderant: Ecbertus Speculum et Bertoldus de Lippia, milites, Conradus notarius noster, Lippoldus dapifer noster, Iohannes et Hermannus de Driburg fratres et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.LXXX°VII°., secunda feria post Lucie.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 270. Siegel und Befestigung ausgerissen.

1966.

Dechant und Kapitel zu Soest bekunden Schenkung eines Salzhauses zu Sassendorf seitens des Soester Bürgers Heinrich von Geseke an Kl. Bredelar. 1287.

Cum[1]) Dei gratia decanus et capitulum Sosaciense. Universis has litteras inspecturis presentibus duximus intimandum, quod Hindricus dictus de Gesecke, oppidanus Susatiensis, in nostra presentia constitutus recognovit, se possessionem cuiusdam domus salinarie in Sassendorp, quam propria pecunia comparavit, cum consensu Alheydis, uxoris sue et heredum suorum devote contulisse monasterio in Bredelare, ordinis Cisterciensis, perpetuo possidendam, prout in litteris inde confectis et iidem monasterio datis plenius continetur. Cuius tam piam donationem et devotionem pro sua et suorum memoria in dicto monasterio habenda factam in Domino commendantes, rogati a partibus hinc inde sigillum ecclesie nostre ad causas in testimonium presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M°.C°C. octuagesimo septimo.

[1]) *So Abschr.*

Nach Abschr. saec. XVIII. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 125a.

1967.

Edelherr Simon zur Lippe verzichtet auf das Eigenthumsrecht an Haus Pentdorpe. *1287.*

Nos Simon domicellus de Lippia universis presentia visuris notum facimus, quod cum unanimi consensu nostrorum coheredum proprietatem et ius, quod habuimus in domo, que Pentdorpe dicitur, quam Albertus bone memorie inhabitabat, Godefrido dicto Episcopo, qui dictam domum a nobis in feodo habuit, ipsi suisque coheredibus damus et concedimus voluntarie, pure et absolute, abrenunciantes omni iuri seu dominio, quod in dicta domo habuimus seu habere potuimus quoquo modo. In cuius rei testimonium et veritatem presens scriptum inde confectum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Datum anno Domini 1287.

Aus Msc. II, 13 p. 231 im Kgl. St.-A. Münster. Reg. UB. III, 1342 u. Lipp. Regg. I, 264 Nr. 424.

1968.

Edelherr Simon zur Lippe vertauscht an Kl. Marienfeld die Hufe Oldenradesvelde, que comicie nostre, que vulgo vrigrafscap appellatur, olim pertinuerat, *gegen die von ihm früher dem Kloster verkaufte Hufe* Tetinchusen, *wobei letzteres die auf dem letztgenannten Gute ruhende, an den Sitz der genannten Freigrafschaft zu leistende Abgabe* hamerscult *auf das eingetauschte Grundstück übernimmt. Der Vertrag ist nach Schöffenrecht zu Herde (bei Klarholz) bestätigt. 1287.*

Gedr. Kindlinger, Münster. Beiträge III, 1, 93 und UB. III, 1333 mit Erläuterungen. Reg. Lipp. Regg. I, 263 Nr. 423. Vergl. Nr. 1953.

1969.

Stephan von Valkenberg bekundet Beilegung eines Streites, den er und Stephan von Schardenberg mit Kl. Bredelar gehabt hatten. 1287.

Universis has litteras inspecturis vel audituris ego Stephanus miles dictus de Valkenberg duxi intimandum et recognosco publice[1]) protestando, quod causa, quam ego et Stephanus dictus de Scardenberg abbati et conventui monasterii in Breidelare movimus super proprietate et quasi iure pheodali ad nos pertinente curtis in Eisbike, quam dicti abbas et conventus a Gerlaco dicto Dickebeir et suis heredibus precio compararunt, mediantibus viris honestis videlicet Ecberto dicto Speculum, Coruo seniore et iuniori fratribus militibus de Papenheim amicabiliter est sopita, ita, quod ego et Stephanus prenominatus et filii mei Stephanus et Hermannus omni actioni et omni controversie, quam habere videbamur, penitus renuntiavimus nec ultra predictis viris religiosis ullam inferre molestiam promisimus bona fide et ad profectum et utilitatem ipsorum parati inveniri volumus favorabili voluntate. Abbas vero prefatus monasterii quatuor marcas et sex ulnas panni ex gratia nobis contulit ad stabilitatem dicte compositionis et memorabile monimentum. Ad cuius rei evidentiam presens scriptum ego Stephanus sigillo meo munivi, insuper predictorum militum sigillorum munimine rogavi in testimonium communiri. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X septimo.

[1]) *Or.* puplice.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 125. An Pergamentstreifen 1) spitzovales Siegel Stephans von Valkenberg, getheilt, oben nach rechts schreitender Löwe, unten drei Rosen; 2) u. 3) abgefallen.

1970.

Abt Johann von Helmarshausen, Domdechant Werner von Paderborn und Dechant Reinbold von Fritzlar transsumiren eine Reihe päpstlicher Bullen für die Warburger Dominikaner. (1287—1291.)

Nos Dei gratia Iohannes abbas exempte ecclesie Helmwordeshusensis et Wernherus decanus ecclesie Paderbornensis et diocesis et Reynboldus decanus ecclesie Fritslariensis dyocesis Moguntine, universis hanc litteram inspecturis salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos litteras domini Gregorii pape noni (Alexandri pape quarti, *dreimal*, Clementis pape quarti) sub veris bulla, stilo et filo serico non cancellatas nec abolitas neque in aliqua sui parte vitiatas tenuisse et vidisse plenius in hec verba . . In huius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda.

Die transsumirten Bullen sind: UB. V, 352 (Gregor IX. „Quoniam habundavit“ *von 1229 Juli 13), UB. V, 545 und 583 u. Potthast, Regg. pont. Nr. 17452 (Alexander IV.* „Nec insolitum est“ *von 1254 Dezember 30,* „Non sine multa“ *von 1257 März 30 und* „Cum olim quidam“ *von 1259 Januar 18), u. Potthast, Regg. pont. Nr. 19137 (Clemens IV.* „In quibusdam locis“ *von 1265 Mai 9). Orr. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 2, 4, 5, 6, 7. An Hanffäden hängen die Siegel der drei Aussteller, theilweise beschädigt; einige fehlen. Siegel Werners vgl. Westf. Siegel III Taf. 131 Nr. 6; des Abts Johann, spitzoval, stehende Figur mit erhobener Rechten, Buch in der Linken;*

des Dechanten Reinbold ebenso, nur in der Rechten Schlüssel. Die Datirung ergibt sich daraus, dass Johann von Helmarshausen seit 1287 als Abt (bis dahin Elekt) und seit 1291 Hermann als Domdechant in Paderborn erscheint. Die Urk. Alexanders IV. von 1259 Januar 18 liegt auch in einem Transsumpt saec. XIV. vor, ebenso Bulle Clemens IV. („Optentu divini nominis") *von 1266 Februar 12 (Potthast Nr. 19542). Der Official der Kölner Kurie transsumirt (1287) 1288 Februar 15 die Bulle Innocenz IV.* „Inundans malicia" *von 1252 April 10; UB. V, 527. Das* Sigillum officialitatis curie Coloniensis maius *ist vom Pergamentstreifen abgefallen. Dominikanerkl. Warburg Nr. 3.*

1971.

Die Burgmänner in Koglenberg und die Rathmänner in Volkmarsen theilen der Äbtissin von Böddeken den Verzicht auf eine zu ihrem Schulzenamt gehörige Hufe in Wettere *mit. 1288 Januar 18.*

Venerabili domine abbatisse in Budeken ceterisque monialibus eiusdem cenobii castellani in Cugelenberg nec non consules cum universitate burgensium in Volcmersen paratam ad omnia desideria voluntatem. Vestre notum facimus devotioni, quod dominus Allexander miles dictus de Escheberg et Henricus dictus de Meydevelt nobis coram positis omni iure, quod habere videbantur in manso quodam sito in Wettere ad officium schulteti vestri Conradi dicti de Borglere pertinenti libere renunciaverunt et absolute, promittentes se firmum pacis robur cum Conrado dicto de Borglere suisque successoribus ac cum ecclesia vestra universali ratione dicti mansi inviolabiliter observaturos, volentes ipsum C(onradum) et sibi succedentes circumquaque promovere. Ut autem relatibus nostre protestationis fidem adhibeatis pociorem, presenti scripto sigillum opidi nostri duximus apponendum. Datum et actum in die sancte virginis Prisce, anno Domini M°.C°C.LXXXVIII°., Ludolfo dicto Otioso iudicium apud nos tenente et Henrico dicto Bib(e)lo sic prerogativam consulatus.

Nach dem Böddeker Kopiar fol. LIIII im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg. Vgl. zu Wettere *oben Nr. 1509.*

1972.

Die Burgmänner in Kogelnberg und Rathmänner in Volkmarsen bekunden, dass die Äbtissin von Böddeken und ihr Schulze eine Hufe in Wettere *ihrem Mitbürger gegen eine Wachsabgabe auf Lebenszeit überlassen haben. 1288 Januar 19.*

Nos Alexander miles de Escheberg et Theodericus dictus de Medrike ceterique castellani in Cughelenberg necnon et consules opidi Volcmersen hiis nominum proprietatibus designati: Arnoldus Rufus, Thetmarus de Elsingen, Thetmarus de Mengherinchosen, Theodericus filius Thetheri, Henricus sartor, Godeschalcus Rufi pistoris filius, Volquinus de Bullinchosen, Olricus de Rekene, Henricus de Berendorp, Henricus de Elsingen, Gerlacus de Benvilt et Eggehardus omnibus hanc litteram visuris notum facimus, quod venerabilis domina abbatissa in Budeken et Conradus dictus de Borglere, dicte ecclesie schultetus, accedente tocius capituli eiusdem cenobii consensu, mansum unum situm in Wettere ad villicationis officium dicti Conradi pertinentem cum suis usufructibus Eggehardo burgensi nostro sueque uxori nomine Bertradi suisque pueris ad tempus vite sue possidendum contulerunt, adiecto eo conditionis articulo, quod dictus E(ggehardus) et B(ertradis) sive ipsorum liberi de manso memorato quolibet anno in festo Michaelis tria talenta cere eidem ecclesie ministrabunt, unum videlicet domine abbatisse, reliquum custodi, tercium Conrado de Borglere sive suo in hoc officio successori. Supra dictis autem E(ggehardo) et B(ertradi) suisque liberis e medio evocatis sepe dictus mansus ad memoratam ecclesiam libere revertetur. Ne vero predicta aut oblivio deleat aut oportunitas ingenii malignantis infringat, presenti scripto sigilla nostra duximus apponenda. Datum anno Domini M°.C°C.LXXXVIII°., in crastino Prisce virginis.

Nach dem Böddeker Kopiar fol. LIIII. im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg. Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 228.

1973.

Abt Rudolf von Hardehausen verspricht dem Geistlichen Gumpracht in Fritzlar für von ihm für Kl. Hardehausen gekaufte Hufen in Gleichen und Wehren eine Rente. 1288 Januar 22.

Frater R(udolfus) dictus abbas in Hersuedehusen recognoscimus per presentes, quod dilectus nobis in Christo dominus Gumprachtus sacerdos de Frizlaria salutis sue non immemor tres mansos in villa Gelichen sitos pro quatuordecim marcis Hassiensis argenti et tres mansos in villa Werhen sitos pro triginta marcis Ste(n)dalensis argenti empcionis titulo comparavit, de quibus videlicet tribus mansis predictis in Gelichen sitis annis singulis in festo beati Michaelis tria maltra siliginis Frizlariensis mensure et avene tria maltra eiusdem mensure, de residuis vero tribus mansis in Werhen sitis quolibet anno in festo beati Michaelis predicto quinque maltra siliginis et avene quinque maltra mensure pretacte dicto G(umprachto) ad vite sue tempora dari faciemus et in curia nostra Frizlariensi sub suo periculo collocari, adicientes, quod, si dictum G(umprachtum) in integra dictorum sedecim maltrorum percepcione impediri contigerit, quod absit, nos huiusmodi defectum de annona nostra supplebimus congruenter. Post cuius obitum dicta pensio sive sedecim maltrorum solucio ad nos nostrumque conventum libere revertetur et annonam tunc, si qua fuerit collocata, idem G(umprachtus) nobis tradidit et legavit, ut pro tali tantoque beneficio omnium bonorum, que apud nos regi regum altissimo persolvuntur, remedia consequatur. In cuius pie ordinacionis testimonium presens scriptum nostro sigillo duximus muniendum. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XVII°I., crastino Agnetis virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 271. An Pergamentstreifen rundovales verletztes Siegel, getheilter Schild, rechts eine Lilie, darüber und darunter 5blätterige Rose, die linke Hälfte unkenntlich, rückwärts Lamm Gottes mit I. H. S. *Vgl. Nr. 1933 u. 1935.*

1974.

Die Schultheissen verkaufen an einen Warburger Bürger Grundbesitz in Lütgeneder. 1288 Januar 28.

Ego Gerhardus miles dictus Schultetus et Conradus, Theodericus, Gerhardus et Conradus filii mei legitimi . . . recognoscimus, quod nos de voluntate Alheidis uxoris mee legitime ac filie mee et de consensu Helmwici fratris mei ac puerorum suorum ac de voluntate etiam puerorum domini Gerhardi militis de Helmeren vendidimus Hermanno Voss civi Wartburgensi et Heilewigi uxori sue . . . quartam partem trium mansorum nostrorum in parva villa Nedere cum omnibus usufructibus tam in sylvis quam in campis et contulimus ipsi Hermanno prelibato, Conrado, Hildebrando, Hermanno et Iohanni[1]) filiis suis iure feudali in perpetuum libere possidendam . . . Testes huius rei sunt: dominus Hermannus miles de Brakele, Heinricus Iudeus, Heinricus et Conradus fratres de Epe, Iohannes de Wellede et filii sui, Dethardus, Iohannes Preis, Gerhardus de Norde, Mathias, Iohannes filius domini Albonis militis, Wernherus de Gudenspergk, famuli, Bertoldus Pust, Godescalcus de Eyssen senior, Godefridus de Sillen, Arnoldus de Suedekessen, Heinricus de Harhusen, Conradus dictus Ruce, Burchardus sartor, Adolphus de Butelsdorp, Conradus de Ossendorp, Werno, Conradus Brunwordi filius, Hermannus Tangmari, Iohannes filius Conradi Tangmari, Arnoldus Hucker, Heinricus de Norde, Godert de Eyssen iunior et Conradus de Sullesen, cives Wartburgenses. Quod ut ratum et inconvulsum permaneat, cum sigillo proprio caream, presens scriptum sigillis dominorum[2]) Raveni et Conradi, Raveni iunioris fratrum ac militum de Papenheim et proborum virorum oppidanorum Wartburgensium petivimus roborari. Acta sunt presentibus providis viris: Conrado Tangmari proconsule, Hermanno de Dalheim, Conrado de Amelungessen, Conrado Hermanni, Iohanne Scotten, Wernhero de Brakele, Walckono, Bertoldo de Geismaria, Hermanno de Hemedessen, Goden Rauenolt, Iohanne Recken et Helmwico dicto Verling, consulibus novi oppidi Wartburg. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo, feria quarta ante purificationem beate Marie virginis.

[1]) Iohanne *Abschr.* [2]) duorum *Abschr.*

Nach Abschr. aus dem „Copeibuch aller von Papenheim“ Bl. 37.

1975.

Abt Heinrich von Corvey bekundet, dass sein Verwandter Albert von Schardenberg wegen der Güter in Holzheim auf jeden Anspruch gegen Kl. Hardehausen verzichtet und dass Ritter Albert von Amelunxen ersterem eine Mark Denare ausgezahlt habe. Brunsberg 1288 Januar 30.

Nos Henricus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas tenore presentium protestamur, quod Albertus de Scardenberg consanguineus noster pure ac liberaliter pro amore Dei et beate virginis genitricis eius in nostra presentia et ad preces nostras renuntiavit omni penitus actioni, si qua sibi contra religiosos viros . . abbatem et conventum in Hersedehusen vel monasterium eorundem occasione bonorum in Holtzem competere videbatur, et hoc facto Albertus senior miles de Amelungessen huius liberalitatis intuita marcam unam gravium denariorum eidem Al(berto) de Scardenberg ex bursa sua liberaliter erogavit. In huius rei testimonium nos et frater noster dominus Iohannes de Homborg et Al(bertus) de Scardenberg sepe dictus presens scriptum sigillorum nostrorum appensione decrevimus roborandum. Actum et datum Brunsberg, anno Domini M°.C°C.LXX°XVIII., feria sexta post conversionem beati Pauli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 272. Drei Siegel von den Pergamentstreifen ab.

1976.

Graf Adolf von Schwalenberg eignet dem Kl. Marienmünster einen Hof als Entschädigung für dem Kloster zugefügten Schaden zu. Schwalenberg 1288 Februar 2.

Cum vita hesterna melior sit hodierna et semper peius et in peius ruat orbis et ambitus eius et ex hoc fragilitas humana in se nesciat solide consistere, cautissimum ergo et utilissimum est, ut ea, que in perpetuum debent valere, scriptis et firmissimis caucionibus stabiliantur[1]). Nos igitur Adolphus comes in Swalenberg omnibus in Christo fidelibus presentem paginam inspectantibus sive audientibus recitatam cupimus esse notum, quod nos ex inspirante nobis gratia Dei pro remedio anime nostre et pro salute omnium parentum nostrorum antecessorum[2]) quandam curtem[3]) nostram liberam cum tribus mansibus pertinentibus ad ipsam sitam in villa Gundenssem cum omni iure, sicut habetur in campis et in silvis, dedimus et contulimus insimul et proprietamus ecclesie sancte Marie in Monasterio ad usus et ad refectiones sive ad karitates personarum Deo ibi devote famulantium principaliter et singulariter pertinendam; ita volentes, ut ex hoc usufructu singulis annis abbati specialiter quartale vini presentetur et ad consolationem erogetur. Et quia duodecim iugera, que dicuntur Schlinchlo, que aqua piscine nostre absorbuit et occupavit et iterum alia quedam iugera eiusdem ecclesie, que innovatione oppidi nostri Stoppelberg abstracta fuerant, nos pro parte nostra et hiis facimus recompensacionem, hoc etiam adiuncto, quod, si insuper in aliquo preteritis temporibus exorbitavimus ecclesiam deprimendo, sit pro refusione et restauratione eiusdem. Ceterum in presentibus coram omnibus et singulis protestamur, quod, cum frater noster comes Albertus et sui heredes in bonis eiusdem ecclesie acquisitis et acquirendis tutores et defensores sint et dicantur et ex hoc quedam portio gratie pro servitio sibi debeatur, rogavimus et obtinuimus apud prefatum fratrem nostrum, ne umquam ab hiis a nobis collatis aliquam exactionem vel servicium aliquod extorqueat vel requirat. Ut autem hec nostra donatio firma et inviolabilis perseveret, presentem paginam nostro et prelibati fratris nostri comitis Alberti, qui huic nostre collationi consensum suum cum suis heredibus libens prebuit, simul et fratris nostri Guntheri canonici et thesaurarii Magdeburgensis, qui huic facto interfuit et fidelis testis exstitit, sigillorum munimine roboratam predicte ecclesie duximus concedendam. Anno incarnacionis Domini nostri Ihesu Christi M.CC.LXXX octavo. Actum et datum in castro Swalenberg, in purificatione beate Marie virginis.

[1]) stabilentur *B.* [2]) antedecessorum *B.* [3]) curtam *B.*

Aus Msc. I, 129 fol. 21v (B) und VII, 4512 p. 80 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Erwähnt Schaten ad annum. Reg. Lipp. Regg. III, 10 Nr. 1505 und Ztschr. XLVI, 2, 187.

1977.

Schutz- und Trutzbündniss zwischen Erzbischof Siegfried von Köln und Bischof Otto von Paderborn, mit dem Versprechen, die Einkünfte von Geseke und Salzkotten untereinander zu theilen, und für Streitigkeiten ein Schiedsgericht von zwei Kölnischen und zwei Paderborner Ministerialen zu ernennen. Neuss 1287 (1288) Februar 7.

Nos Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, et nos Otto eadem gratia Paderbornensis episcopus notum facimus universis presens visuris, quod propter vinculum unionis, pacis et concordie perpetuo inter nos, nostros successores, et ecclesias nostras habendum et firmiter observandum ita convenit, quod nos .. archiepiscopus predictus omni rancori, dampnis et iniurie nobis et ecclesie nostre ac aliis nostris amicis et hominibus a dicto domino episcopo Paderburnensi et suis illatis, mediantibus nostris hinc inde amicis, renunciavimus, recipientes eundem dominum episcopum Paderbornensem et ecclesiam suam in nostram gratiam pariter et favorem. Et econtra nos episcopus Paderburnensis predictus dampnis et iniuriis nobis et ecclesie nostre illatis a predicto domino archiepiscopo Coloniensi et suis similiter renunciamus. Ut autem huiusmodi unionis et pacis vinculum inter nos et ecclesias nostras hinc inde firmum maneat et stabile perseveret, ita inter nos convenit et est condictum, quod ab hac hora in antea tam nos, ecclesie nostre, quam successores nostri communiter habeamus et teneamus cum suis pertinenciis opida tam Gysike quam Soltkoten infra muros, septa et fossata eorumdem, prout iacent, sicut predecessores nostri tenuerunt et habuerunt. Et ad quemlibet nostrum iurisdictiones, obventiones, utilitates et fructus, si que et si qui iam sunt, vel provenire poterunt in futurum, pro media parte equaliter pertinebunt. Condictum est etiam, quod, si inter nos et nostros aliqua controversia vel dissensio, quod absit, oriatur, nos archiepiscopus pro nobis et ecclesia nostra Erenfridum de Bredenole militem et Godefridum de Meschede, nostros fideles, et nos Otto Paderbornensis episcopus similiter pro nobis et ecclesia nostra Conradum de Etlen maiorem et Wolmarum de Brenken, milites, ordinamus et ad hac constituimus, ut huiusmodi controversiam vel dissensionem in amicitia vel in iure terminent vel componant. Ad quod faciendum predicti quatuor se fide data obligant et astringunt et si aliquem ex predictis quatuor mori contingerit[1]), eque ydoneus loco defuncti substituetur ab illo, ex cuius parte idem fuerat constitutus, et si quis coram dictis quatuor ius sive amiciciam recipere recusaverit vel eorum dictis et ordinationi non acquieverit, illum vel illos, quicunque fuerint, in castris sive munitionibus nostris non defendemus nec recipiemus nec recipi permittemus ad dampna aliqua facienda vel pignora capienda. Nos vero Otto Paderbornensis episcopus consensu et voluntate nostri capituli, ministerialium, castrensium civitatis et opidorum nostrorum accedente obligamus nos, successores nostros et ecclesiam nostram et promittimus fide data et iuramento prestito corporali eidem domino archiepiscopo, ecclesie sue et suis successoribus servire toto posse nostro potenter et patenter contra omnes suos iniuriatores, excepta ecclesia Maguntina nostra metropoli, et eundem dominum archiepiscopum Coloniensem in iure suo pro viribus conservare omni fraude et dolo penitus exclusis. Nos etiam archiepiscopus predictus de voluntate et consensu capituli nostri, ministerialium, castrensium, civitatis et opidorum nostrorum obligamus nos, successores nostros et ecclesiam nostram et promittimus similiter fide data et prestito iuramento corporali eidem domino episcopo Paderbornensi, ecclesie sue ac suis successoribus contra omnes suos iniuriatores fideliter assistere potenter et patenter et ipsum in iure suo similiter pro viribus conservare, omni dolo et fraude penitus exclusis, suffraganeis nostris prorsus exceptis. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem presens scriptum nostris et capitulorum nostrorum sigillis ac venerabilis patris domini Osnaburgensis episcopi sigillo, quod presentibus hinc et inde apponi rogavimus, fecimus communiri. Et nos capitulum Paderbornense presentibus publice protestamur huic unioni et conventioni consensum et auctoritatem nostram adhibuisse et adhibere et sigilla nostra de certa nostra scientia apposuisse. Datum et actum in Nussia[2]), dominica qua cantatur Esto michi, anno Domini M°.C°C.LXXXVI°I.

[1]) *So A u. B.* [2]) Nusia *B.*

Or. in zwei Ausfertigungen im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 310 (A) und im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 311 (B). An A noch Siegel des Erzbischofs zum Theil und des Osnabrücker Bischofs ganz erhalten. Die übrigen sind von den Pergamentstreifen abgefallen. An B erhalten die Siegel 1) Erzbischofs Siegfried von Köln; 2) Bischofs Otto von Paderborn (beschädigt); 3) des Kölnischen Domkapitels; 4) des Domkapitels zu Paderborn; 5) des Bischofs Konrad von Osnabrück. Gedr. Schaten ad annum u. Seibertz, UB. I, 418 (Auszug).

1978.

Erzbischof Siegfried von Köln und Bischof Otto von Paderborn vereinigen sich dahin, dass ersterer das Gogericht zu Schier-Eichen der Paderborner Kirche übergibt, der Paderborner Bischof die Anordnungen des Kölner nach beendetem Kriege mit dem Grafen von der Mark wegen Borgentreich und Steinheim gutheisst und beide die von Bischof Konrad von Osnabrück und zwei Kölner Domherrn festzustellenden Maassnahmen halten zu wollen versprechen. Neuss (1288) 1287 Februar 7.

Nos Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, et nos Otto eadem gratia Paderburnensis episcopus notum facimus universis, quod nos archiepiscopus predictus propter unionis pacis et concordie vinculum considerantes in hac parte diligenter circumstantias negocii iuridictionem apud Schirecken, que gogerichte vulgariter appellatur, a nobis erga Ludolfum de Herse famulum comparatam predicto domino Paderburnensi et ecclesie sue pure et simpliciter remittimus et ius, si quod in ea habuimus, in eos transferimus per presentes libere et quiete perpetuo possidendam, ita quod idem episcopus Paderburnensis nobis, successori vel ecclesie nostre refundat pecuniam, quam exposuimus pro emptione iuridictionis memorate. Et nos episcopus Paderburnensis predictus promittimus firmiter per presentes, quod cessante gwerra, quam nunc idem dominus Coloniensis archiepiscopus habet contra Everhardum comitem de Marca, super munitionibus Berichintrike et Stenhem stabimus dicto et ordinationem ipsius domini archiepiscopi, utrum velit deponere prelatas vel ne. Ceterum nos archiepiscopus Coloniensis et episcopus Paderburnensis predicti promittimus hinc inde fide prestita corporali stare et adimplere ordinationem, quam venerabilis pater dominus Conradus Osnaburgensis episcopus, W(icboldus) scolasticus et Io(hannes) de Rennenberg, canonici Colonienses, quoad utilitates et bonum ecclesiarum tam Coloniensis quam Paderburnensis duxerint ordinandum super munitionibus hinc inde ad utrosque spectantibus et eam bona fide fideliter observare et per omnia adimplere. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum Nussie, dominica Esto mihi, anno Domini M°.C°C.LXX°XVI°I.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 312. Die Siegel der beiden Aussteller sind erhalten. Ueber Abhaltung und Grenzen des Landgerichts zum Schier-Eichen bei Paderborn findet sich Extrakt eines Notariats-Dokuments vom J. 1580 aus dem Stadtbuche der Stadt Salzkotten Wigand, Archiv III, 3 S. 92. Im UB. der St. Paderborn (Mss. von Gehrken im Stadtarchiv daselbst) ist II. fol. 148 eine Urk. eingeheftet, worin ein unter Bischof Erich von Paderborn auf Donnerstag nach Cantate 1529 auf dem Ringelsbroke zum Schiereichen ein Gogericht über die Paderborner Feldmark und deren Abgrenzung und Aufsicht mitgetheilt ist. Ringelsbruch liegt in der Richtung zwischen Wewer und Salzkotten; der Gerichtsplatz Schiereichen lag, 15 Minuten von Wewer entfernt, an der nördlichen Seite der Chaussee unmittelbar an der Paderborner Kreisgrenze. Ueber Gerichtsstätten unter Bäumen vergl. Origg. Guelf. IV. praef. p. 16 not. 1 und Scheidt, Vom Adel S. 115 in Urk. des Grafen Bernard von Poppenburg „in mallo comitis Adolphi de Schowenborgh . . sub arbore prope cimiterium“. *Auch das Böddeker Kopiar hat fol. 64 eine Urk. von 1431 (die Margarethe) welche eines gehegten Gogerichtes* „vor dem blocke to der Wewelborch“ *erwähnt. Das Land Delbrück hatte seine Gerichts- oder Malstätte unter dem Hagedorn. Vergl. Wigand, Archiv IV, 430.*

1979.

Gerlach Dickebir entsagt allen Ansprüchen an Güter des Kl. Bredelar. 1288 Februar 12.

Nos Hermannus dictus Spegel de Dezenberg et Raueno senior de Papenheim, milites, universis hoc scriptum visuris testimonium perhibere et credere veritati. Res geste scriptis utiliter annotantur, ut per scripta memorie commendentur. Ad noticiam igitur omnium, quibus hoc[1]) scriptum ostensum fuerit, volumus perferre, quod Gerlacus cognomento Dickebeir actioni sive questioni, quam movit et movere intendebat abbati et conventui monasterii in Breidelare super curte sita in Eisbike, quam emptionis titulo possident et aliquamdiu possederunt, de qua etiam preposito, decano et capitulo ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree in Paderborne persolvere consueverunt annuam pensionem, renuntiavit spontanea voluntate. Insuper controversia, quam dictus Gerlacus contra memoratum conventum habebat pro duobus mansis in Dodinchusen cum sibi assignatis pertinenciis, quos Elgerus Dickebeir suus consanguineus prefato contulerat monasterio per compositionem amicabilem est sopita, ita ut sepe dictus G(erlacus) omni iuri, quod in eisdem mansis se habere asseruit, duabus marcis acceptatis et solutis renuntiavit penitus in nostra presentia constitutus, spondens nullam molestiam super predictis dicto conventui per consequens se facturum. Super quo nos presentem paginam, ne succedat oblivio, precibus utriusque partis sigillorum nostrorum munimine in testimonium roboramus. Testes, cum hec compositio fieret, astiterunt: Hermannus de Brachele, Ludolfus de Dalwich, Raveno et Conradus de Papenheim, Gerhardus sculthetus, Alexander de Eiskeberg et Giso de Brobike, milites, et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXX°X octavo, quinta feria post dominicam Esto mihi.

[1]) hoc hoc *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 116. An Pergamentstreifen an erster Stelle Bruchstücke vom Siegel des Hermann Spiegel.

1980.

Die Rathmänner von Borgentreich bekunden, dass einer ihrer Bürger zwei Hufen in Echene *an Kl. Helmarshausen resignirt habe. 1288 Februar 15.*

Nos consules civitatis Borgentric recognoscimus in hoc scripto, quod Thidericus noster civis dictus de Sidessen et mater sua Konegundis resignaverunt publice coram nobis bona ecclesie in Helmwardeshusen, duos videlicet mansos sitos in villa Echene, tali modo, ut predicta bona Iohanni Calvo et uxori eius Konegundi a predicta ecclesia porrigantur, ut eandem pensionem de ipsis tribuere debeant, quam de ipsis antecessores dederant memorati. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X octavo, in dominica Invocavit.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Helmarshausen. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Echene *eingegangen vor Borgentreich. Der Hof zur Eichen, womit die von Brenken (u. A. Rave von Brenken durch Bischof Simon von Paderborn 1482 März 15, Or. im Freih. v. Brenken'schen Archiv zu Erpenburg und später Jorg v. Brenken im J. 1569, Weddigen, Paderb. Gesch. II. S. 1007) belehnt wurden, ist vielleicht ein Ueberbleibsel dieser Villa. (Spancken.)*

1981.

Edelherr Simon zur Lippe und seine Gemahlin Adelheid von Waldeck bekunden Verkauf von Einkünften aus einer Mühle bei Benninghausen und Ueberlassung einer andern bei Lippstadt an Kl. Cappel. Lippstadt 1288 Februar 21.

Nos nobiles Symon de Lippia et Alheidis de Waldegge uxor eiusdem universis Christi fidelibus presentem litteram inspectoribus salutem et cognoscere veritatem. Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod nos una de consensu filiorum nostrorum Bernhardi et Hermanni et aliorum heredum nostrorum marcam denariorum legalium, quam monasterium et conventus monialium in Cappelle ratione advocatie nostre quondam habite in molendinum situm apud Benekenchusen dare et solvere singulis annis nobis perpetue tenebantur ac etiam omnem pensionem dandam et persolvendam seu censum

dandum perpetue nobis et heredibus nostris de molendino sito in inferiori ripa fluminis Lippie extra muros oppidi nostri Lippensis pro centum marcis denariorum legalium in Sosato pure et simpliciter vendidimus. Et ex ipsa venditione dedimus et assignavimus preposito et conventui monasterii predicti absolute et libere cum omnibus iuribus suis et pertinentiis ipsum molendinum tenere et in perpetuo possidere cum iure et proprietate fundi, ita quod in ipso fundo edificare seu destruere, evellere et plantare et de ipso fundo ordinare et disponere, quicquid decreverint, possunt absque aliquo impedimento seu contradictione pro sua libera voluntate. Renunciantes una cum heredibus nostris omni iuri nobis in ipso molendino competenti et omni exceptioni seu subsidio iuris, quod nobis in omnibus et singulis premissis posset prodesse et preposito et conventui memoratis abesse. Ut igitur omnia et singula premissa a nobis et heredibus nostris rite et rationabiliter observentur, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine roboravimus et petivimus sigillis religiosi viri abbatis Lesbernensis et dominorum comitum de Rauensberg et de Waldegge et nostri oppidi Lippensis roborare. Unde nos predicti abbas, comites et oppidum sigilla nostra presentibus apponimus ad maiorem evidentiam premissorum. Actum in ecclesia monialium in Lippia, presentibus prescriptis et subscriptis scilicet: Diethardo pro tempore preposito in Lippia, Florino dicto Kettelhot et Henrico de Lippia, monachis in Lesbern, Godefrido de Bermtuelde, Henrico ef Hermanno cappellanis in Lippia, sacerdotibus, Stephano notario, Henrico et Lubberto dictis Wende, Wilhelmo dicto de Nyhem, Stephano dicto Torch, Godeschalco dicto de Bruchusen, Alberone dicto de Clot, militibus, Hermanno de Benekinchusen magistro consulum in Sosato, Brunone de Begge, Herbordo dicto Make, Ecberto de Foro, Theoderico de Capelle, Conrado dicto de Menninchusen, Iohanne de Tunne, Hermanno de sancto Trudone, Volberto magistro consulum in Lippia, Hermanno dicto de Wambostiker, Iohanne dicto de Monasterio, Conrado dicto de Heruelde, Ottone et Arnoldo dictis de Bruchusen et aliis quam pluribus. Anno Domini M°.C°C.LXX°XVI°I., decimo Kalendas Marcii.

Abschrift saec. XV des Transsumptes des EB. Heinrich von Köln von 1319 Februar 28 im Fürstl. Lipp. Archiv zu Detmold. Gedr. Grupen, Origg. Germ. III, p. 227. Reg. Lipp. Regg. 1, 264 Nr. 425.

1982.

Abt Ernst von St. Michael in Hildesheim verkündet den Schiedsspruch der Gutachter im Streit des Stifts Corvey mit Kl. Lippoldsberg wegen dreier Dörfer. 1288 März 3.

In nomine Domini amen. Nobis Ernesto Dei gratia abbate sancti Michahelis in Hildensem, ordinis sancti Benedicti, iudice delegato a venerabili patre et domino nostro Iohanne episcopo Tusculano, sedis apostolice legato, iudicio presidentibus in capitulo Hildensemensis ecclesie in causa, que vertebatur inter prepositum et conventum ecclesie Corbigensis, Paderbornensis diocesis, ex una et dominum Heinricum prepositum et conventum sanctimonialium de Lippoldesberge, Moguntine diocesis, parte ex altera, coram nobis partes comparuerunt principales, diutius litigantes super bonis in Bodeneuelde et Gotmersen et item Bodeneuelde et super iure patronatus ecclesie in Bodeneuelde et quibusdam aliis bonis sitis in Sconige cum omnium predictorum pertinentiis universis spectantibus ad curiam in maiori Bodeneuelde, que vulgariter dicitur ammecht, quelibet parcium per se allegabat sua iura. Tandem multis altercationibus, allegationibus et responsionibus hinc inde habitis de nostro et proborum et iurisperitorum consilio partes compromiserunt in arbitros scilicet dominum decanum ecclesie Hildensemensis, dominum camerarium ecclesie Corbigensis et dominum scolasticum sancte crucis Hildensemensis et magistrum Hildebrandum canonicum Goslariensem sub pena viginti quinque marcarum puri argenti, ita quod quecumque parcium vellet recedere ab arbitrio, vel a causa caderet vel penam solveret supra dictam. Arbitri igitur taliter statuerunt. Dominus prepositus et conventus in Lippoldesberge domino preposito et conventui Corbigensi pro redimenda vexatione dabit quindecim marcas puri argenti, (tal)ibus conditionibus appositis, quod predicta bona cum proprietate et universis pertinentiis et simpliciter omni

iure apud conventum in Lippoldesberge quiete et pacifice perpetuo remanebunt, non obstantibus privilegiis, si qua habet Corbigensis ecclesia, in quibus forsitan inter cetera de predictis bonis mencio habeatur, cum eadem privilegia quoad supra dicta bona radi vel cancellari non possint sine magno periculo memorate ecclesie Corbigensis. Preterea dominus abbas et conventus Corbigensis unanimi consensu innovabunt et sigillorum suorum appositione firmabunt litteras conventus in Lippoldesberge super predictis bonis, prout preposito et conventui in Lippoldesberge videbitur expedire, dummodo dominus prepositus Corbigensis suum conventum in eo statu inveniat, quo dimisit. Sin autem arbitrium nullum erit, quo facto fideiussores hinc inde dati super observatione predicti contractus ab hiis, pro quibus fideiusserant, absolventur. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXX°XVII°I., feria quarta post Oculi mei, presentibus Alberto preposito Corbigensi et preposito de Scaken et canonico Corbigensi et preposito H(enrico) de Lippoldesberge, item decano Hildensemensi, Wlrado preposito montis sancti Mauritii, cantore, cellerario, plebano, Hildensemensibus, et pluribus aliis fide dignis. Et ut presens scriptum maioris roboris habeat firmitatem, appensione sigillorum ecclesie Hildensemensis et abbatis sancti Michahelis predictorum ibidem et arbitrorum duximus roborandum.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Lippoldsberg. Die angehängten fünf Siegel von den Pergamentsreifen ab.

1983.

Dechant und Kapitel zu Enger übertragen dem Kapitel zu Soest einen Hof. Enger (1287) 1288 März 7.

Honorabilibus dominis in Christo dilectis . . decano et capitulo ecclesie Sůsaciensis decanus et capitulum ecclesie Angarensis orationum suarum et obsequii devotionem. Sincera benignitas et benigna sinceritas, quam ad ecclesiam nostram geritis, nos inducit, ut ad honorem vestrum prosequendum simus benivoli et parati. Hinc est, quod nos proprietatem curtis in Werninclo et omnium bonorum ad eandem curtem de iure spectantium in ecclesiam vestram transferimus firma donatione et perpetua fruitione liberaliter conferentes, ita ut villicatio ipsius curtis cum suis pertinenciis a decano ecclesie vestre ob reverenciam sui et a suis successoribus semper in feodo teneatur. Fraternitatem vero ecclesie vestre desiderio affectantes eam in signum recognicionis petimus nobis dari et nos ecclesie nostre fraternitatem auctore Domino vobis offerimus vice versa. In cuius itaque rei testimonium, fidem et memoriam presentes litteras karitati vestre transmittimus sigillo nostre ecclesie roboratas. Datum Angarie, anno Domini M°.C°C.LXX°XVI°I., Nonas Marcii.

Aus Msc. VII, 6102 fol. 27v. Dass hier Kölner Datirung gilt, ergibt sich aus 1958. 1288 Juni 6 (daselbst fol. 72v) bekundet Everhard Vogt, dass das Kap. zu Enger dem Soester den Hof W. überlassen habe und er ihn jetzt von Soest zu Lehn nehmen müsse.

1984.

Papst Nikolaus IV. beauftragt den Propst von St. Walburg in Soest mit Untersuchung des Streites zwischen dem Geistlichen Hermann gen. von Sinestorpe *und dem Kleriker Gyseler von Volkmarsen wegen der Kirche in* Witmar. *Rom 1288 April 9.*

Gedr. UB. V, 758. An demselben Tage beauftragt Nikolaus IV. den Dechanten von St. Viktor bei Mainz, den Kantor von St. Maria ad gradus in Mainz und den Frankfurter Kanoniker Peter gen. von Mainz auf die Klage des Propstes, der Priorin und des Konvents von Arolsen hin, für Aufrechthaltung der gegen den Mainzer Kleriker Gyseler von Volkmarsen ausgesprochenen Exkommunikation zu sorgen.

1985.

Bischof Otto von Paderborn versetzt die Hälfte der Burg und Stadt Nieheim einem Paderborner Bürger, der sie vom Graf Ludolf von Dassel eingelöst hatte, für 300 Mark. Paderborn 1288 April 14.

Nos Otto Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus notum esse volumus universis presentem paginam visuris, quod, cum dilectus noster Ysserus dictus de Oldendorpe, civis Paderburnensis, et Cunegundis sua uxor necnon Hermannus scolasticus Nove Ecclesie Huxariensis castrum et opidum

nostrum Nyhem cum suis redditibus a nobili viro Ludolpho, comite de Daslen, redemissent pro trecentis marcis gravium denariorum Huxarie legalium ob favorem nostrum et ecclesie nostre et precipue pro eo, quod nos prefate Kunegundi bona, que ipse Ysserus a nobis in pheodo tenuit atque tenet, coniulimus, nos, sicut bene decebat, tale factum, gratanti animo complectentes de communi consensu capituli nostri medietatem dictorum reddituum omnium ad idem castrum et opidum Nyhem spectantium, videlicet in decimis, redditibus presentibus et futuris, iudiciorum obventionibus et aliis quibuscumque ac universaliter cum omni iure et pertinentiis predictis Yssero et Cunegundi ac eorum heredibus necnon et scolastico memorato pro eadem summa trecentarum marcarum obligavimus pacifice et libere possidendam. Cum quorum consensu officiales ibidem etiam statuemus. Insuper nec circa castrenses nec vigiles aut portarios, seu alias quaslibet personas ullas expensas de sua medietate facere tenebuntur, sed, quicquid de premissis redditibus receperint, hoc singulis annis in festo beati Martini, prout tunc annona solverit, conputari debebit in sortem debiti principalis, quousque prefata summa trecentarum marcarum totaliter extollatur. Preterea si idem Ysserus, Cunegundis et scolasticus vel ipsorum heredes prelibatos redditus sibi obligatos in toto vel in parte vendere, obligare, donare alicui vel aliquibus voluerint, dummodo personis ipsis alienatoribus ministerialibus aut etiam religiosis, liberam sibi in hiis concedimus facultatem. Et si nos mori vel ad alium locum transferri contingerit, successor vel successores nostri absque ulla contradictione formam et contractum obligationis prescripte gratam habebunt in omnibus atque ratam. Nos vero decanus et capitulum predicti recognoscimus prescripta de consensu nostro ordinata et ea rata habebimus atque firma. Nos autem Otto episcopus data fide promisimus universa premissa integre et fideliter observare. Que ut robur ac effectum debitum sortiantur, omnia conscribi fecimus et nostri predictique capituli nostri sigillorum munimine roborari. Datum Paderburne, anno Domini M°.C°C.LXX°X octavo, feria quarta post dominicam Misericordia.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 311. Nur von dem domkapitularischen Siegel ist ein ziemlich bedeutendes Bruchstück an Pergamentstreifen erhalten. Reg. Zeitschr. XXXI, 2, 82.

1986.

Abt Heinrich von Corvey urkundet über Gründung einer Kirche und geistlichen Stelle in Frenke (Mindener Diöcese), wo seinem Kloster das Patronatsrecht zugehört. Corvey 1288 April 17.

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus Dei gratia Corbeiensis abbas universis Christi fidelibus presens scriptum visuris eternam in Domino salutem. Noverint universi presentes et posteri, quod, cum villa, que Vrenken nuncupatur, ad superiorem ecclesiam in Borie, Mindensis dyoceseos, cuius apud nos et nostram ecclesiam Corbeiensem ius residet patronatus, parrochiali iure spectaret, Iohannes miles dictus de Vrenken et uxor eius Lefgardis ac Bruno, Iohannes, Hermannus eorundem filii tunc viventes in eadem villa Vrenken ecclesiam specialem fundarunt et parrochiam specialem ab ecclesia seu parrochia in Borrie iam predicta discretam omnino et presbitero seu plebano speciali regendam ibidem per ipsius loci dyocesanum fieri procurarunt, nostro et nostre ecclesie Corbeiensis et Volcmari tunc rectoris ecclesie in Borie voluntate ac pleno consensu ad id liberaliter accedente, hoc pacto, quod in restaurum totius emolumenti, quod rector ecclesie in Borie, qui futurus esset, pro tempore de prefata villa in Vrenke annuatim percipere potuisset, idem Iohannes de Vrenken et ipsius uxor ac filii memorati totam decimam, que de agris ecclesie supra dicte ecclesie in Borie pertinentibus danda esset, eisdem ac liberis heredibus eorundem pro tempore successuris nec non decimam illam totam, que de area seu de domo ipsius dotis danda fuisset, eisdem ac proventus, qui ochmunde vulgariter appellantur, cum ipsa decima reliquerunt ac integraliter contulerunt apud ipsam dotem et ecclesie supra dicte rectores perpetuo absolute ac libere permansuros. Et horum omnium warandiam sufficientem prestabunt, ubicunque videbitur opus esse. Rector autem ecclesie in Borie, qui pro tempore fuerit, singulis annis dabit ecclesie in Vrenken ad luminaria tria molder frumenti, scilicet unum siliginis, unum ordei et

unum avene de decima iam predicta, ut sic emolumentum, quod idem rector ecclesie in Borien annuatim de villa in Vrenken percipere potuisset ac restaurum sibi per ipsam decimam integralem, ut prediximus, restitutum per eadem tria molder proportionaliter adequentur. Ceterum sepe dictus Iohannes de Vrenken et ipsius uxor ac filii memorati tres mansos in Vrenken, qui dicuntur Chogeschehoue, quos a nostra ecclesia Corbeiensi tenebant et tenent in pheodo, ad dotandam ecclesiam supra dictam in Vrenken ab ipsis fundatam cum nostro ac nostre ecclesie Corbeiensis consensu integraliter et cum omni usu immo cum ipsa quoque decima eorundem mansorum, que ad ipsos pertinuerat, contulerunt. Et in huius restaurum ad ipsos et eorum heredes pro tempore successuros ipsius ecclesie in Vrenken collatio pertinebit, hoc tamen adiecto, quod ipsi mansos eosdem ac ius patronatus ecclesie eiusdem cum aliis bonis suis, que ab ecclesia nostra tenent, a nobis ac successoribus nostris iure ac titulo pheodali recipient ac tenebunt et nobis ac nostre ecclesie Corbeiensi non minus de illis quam de aliis bonis suis astricti ad iura homagii tenebuntur. Preterea sepe dictus Iohannes et ipsius uxor ac filii supra dicti sex molder frumenti, scilicet duo siliginis, duo ardei et duo avene perpetuo contulerunt ecclesie sepe dicte in Vrenken, ita quod rector ipsius ecclesie, qui pro tempore fuerit, tollet ipsum frumentum de decima eorundem, quam adhuc habent in Vrenken preter illam decimam, que cum dictis tribus mansis eidem rectori, ut diximus, contulerunt. Ut autem hec omnia sepe dictis duabus ecclesiis in Borien et in Vrenken ac sepe dicto Iohanni militi de Vrenken et ipsius uxori ac eorum filiis memoratis et heredibus eorundem ac nobis ac nostre ecclesie Corbeiensi rata serventur, nos et noster conventus Corbeiensis hanc presentem paginam sigillorum nostrorum appensione decernimus roborandam. Item ego Iohannes sepe dictus miles de Vrenken in testimonium et in robur omnium predictorum decrevi meum quoque sigillum pro me et pro meis heredibus appendendum. Datum Corbeie, per manus Ludolphi notarii nostri, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo, quinto decimo Kalendas Maii.

Aus Msc. II, 23 p. 175 im Kgl. St.-A. Münster. Frenke und Böry liegen SÖ. Hameln.

1987.

Drei Gebrüder von Mühlhausen, Bürger zu Marsberg, gründen durch Schenkung eines Guts ihre und ihrer Eltern Memorie in der Kirche des dortigen Stifts. 1288 April 20.

Nos Albertus, Gerbodo et Conradus fratres de Mulhůsen, cives Montis Martis, recongnoscimus et publice protestamur universis, quod nos maturo consensu prehabito, ex consensu heredum nostrorum libero, in remedium animarum parentum nostrorum et animarum nostrarum et pro memoriis eorum in vigiliis et missis sollempniter in eorum anniversariis et rite peragendis assingnavimus et dedimus conventui monasterii Montis Martis mansum nostrum in Esnethe situm et aream unam ibidem sitam ad karitates fratrum et dominorum eiusdem monasterii, qui pro tempore fuerint, cum omni utilitate et proventu eo iure, quo nos hactenus possedimus libere possidenda, iustam ipsis libertatis et proprietatis facturi warandiam. Cuius rei testes sunt: dominus Bernhardus, prepositus eiusdem monasterii Montis Martis, Albertus, Ludolfus de Cappella, Iohannes de Lippia, Richardus, Ludolfus de Mulhosen frater noster, Hermannus de Vesperden, Conradus de Landesberg, Johannes Monetarii, Henricus frater noster, Henricus de Huxaria, Engelbertus, Albertus de Patberg, et Deitmarus, monachi ibidem; preterea consules Montis Martis: Bertoldus Nathen proconsul, Iohannes de Bilinchosen, Iohannes de Cingno, Iohannes Stephani et Stephanus frater suus, Hermannus de Huxaria, Hermannus de Nutlon, Wezelus Eliken, Thidericus de Oddenhusen, Gerlacus de Klenenberg, Hermannus de Esbike et Hartmodus Longus, consules ibidem; preterea Henricus de Cappella, Henricus de Vesperden, Bertoldus de Huxaria et Conradus filius suus et alii quam plures fide digni. Quod ut ratum permaneat et inconvulsum, inpetravimus scriptum presens nobilis viri, domini Bertoldi de Buren, in cuius iurisdictione ipsa bona sita sunt, et

proborum virorum Montis Martis predictorum sigillis roborari. Acta sunt hec, data sive decreta anno Domini M°.C°C.LXX°XVII°I., XI°I. Kalendas Maii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Propstei Marsberg Nr. 17. Die Siegel des Edelherrn Berthold von Büren und der Stadt Marsberg sind von den Pergamentstreifen abgefallen.

1988.

Propst Arnold von Willebadessen bekundet, dass Johannes von Nihosen gewisse Güter in Ethelersen *gekauft und dem Kl. Willebadessen geschenkt habe. 1288 April 25.*

Arnoldus Dei gratia prepositus in Wilbodessen, G. priorissa totusque conventus eiusdem loci omnibus presens scriptum visuris salutem in vero salutari. Notum esse cupimus universis, quod Iohannes dictus de Nihŏsen[1]) bona quedam in Ethelersen[2]) a Godescalco, Iohanne, Frederico et Ludolfo fratribus de Edelerssen pro quatuordecim marcis emptionis titulo comparavit et nobis eadem bona cum consensu omnium heredum suorum ad instanciam sororis sue Alhedis[3]) intuitu salutis anime sue libere contulit perpetuo possidenda. Et ego Arnoldus prepositus supradictus ad hoc prebuisse meum consensum presentibus recognosco, quod proventus dictorum bonorum totaliter cedent ad cameram in adiumentum vestium dominabus. Testes huius rei sunt: dominus Thidericus provisor parrochie in Wilbodessen, dominus Iohannes ibidem vicarius, Regenbodo de Ahŏsen[4]) et Bruno claviger et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium presens scriptum domini Henrici de Monasterio abbatis nostri et domini Arnoldi prepositi nostri et ecclesie nostre sigillis decrevimus roborandum. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XVII°I., in die Marci ewangeliste.

[1]) Nihosen *C*, [2]) Ethelerssen *C*. [3]) Alheidis *C*. [4]) Ahosen *C*.

Nach Abschr. aus Willebadessener Kopiar saec. XV.-XVI. im Stadtarchiv Dortmund f. 81v und 87, (B und C von verschiedenen Händen); Reg. von Schatens Hand St.-A. Münster Msc. I, 242 p. 63. Reg. Zeitschr. XLVI, 2, 187 Nr. 69.

1989.

Beguinen in Herford kaufen eine Geldrente von einem Herforder Bürger. 1288 April 26.

Omnibus presencia visuris nos consules Heruordenses notum facimus ac presentibus publice protestamur, quod Odburgis, Mechthildis et Lutgardis begkine a Henrico dicto de Inferno nostro concive in quadam parva domo sua et in area, que vocatur parva Infernus[1]), uxore sua Wildelmode ceterisque suis heredibus universis coram nobis consencientibus, annuatim octo solidorum reditus monete legalis hereditario iure compararunt, ita videlicet, quod dictus Henricus sive quicunque alius faciens in domo residenciam prefatis begkinis quatuor solidos in festo Pasche et quatuor in festo beati Michahelis faciat presentari, quos cuicunque seu quibuscunque, quando sibi videbitur, conferre poterunt, iure, quo predicitur, perpetuo possidendos. In cuius contractus testimonium evidens sigillum universitatis nostre duximus presentibus appendendum. Testes sunt: Gerhardus de Libbere, Conradus Cleycamp, Albertus de Osede, Iohannes de Hagen, Iohannes de Rodewic, Herbordus de Hagen, Iohannes de Oldenscildesche, Hermannus Cleycamp et alii quam plures fide digni. Datum et actum publice coram nobis, anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo, in crastino Marci ewangeliste.

[1]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 76. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Auf der Rückseite von Hand s. XIII: de emptione VIII solidorum parvi abyssi.

1990.

Bischof Otto v. Paderborn genehmigt den Verkauf von Ministerialgütern seines Stifts. Kleinenberg 1288 Mai 6.

Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus omnibus presens scriptum visuris salutem in omnium salvatore. Noverint universi presens scriptum visuri et audituri, quod Amelungus et Ludolfus de minori villa Nedhere cum consensu et voluntate heredum suorum et coheredum suorum, videlicet Bertradis relicte Gode(s)chalci de Nedhere fratris sui premortui et puerorum suorum, maturo consilio

prehabito vendiderunt Henrico de Epehe et Matthie de Dinkelborch et eorum certis heredibus, ministerialibus ecclesie nostre Paderbornensis, duos mansos sitos ibidem in maiori Nedhere iuxta cimiterium cum area sibi adiacenti cum omni utilitate et proventu in futuris temporibus sine qualibet contradictione ipsorum possidendos. Nos vero ad requisitionem et resignationem dictorum fratrum, videlicet A(melungi) et L(udolfi) et suorum heredum et coheredum, Ber(tradis) et puerorum suorum similiter predictorum ipsos duos mansos predictos cum suis appendiciis in Nedhere sitos, cum sint bona ministerialia, porreximus eisdem Hen(rico) de Epehe et Matthie et eorum heredibus predictis nostris ministerialibus in Clenenberg coram pluribus ministerialibus nostris et castellanis nostris in Wartberg, quos eciam iidem Hen(ricus) et Matthias a nobis communicata manu receperunt in solidum, ut, si alter ipsorum sine liberis et veris heredibus de medio sublatus fuerit, quod alter ipsorum, qui superstes fuerit, ipsos mansos predictos cum suis usufructibus possideat cum suis heredibus eo iure, sicut superius est expressum, sine cuiuslibet contradictione. Cuius rei testes sunt: Eckebertus de Desenberg, Albertus de Amelungessen, Rabeno, Conradus et Rabeno fratres de Papenhem, Hermannus Mar(s)chalcus, Gerhardus Sculthetus, Volmarus de Brinken et Bertoldus filius suus, Wernherus Kriuet et Albero frater suus, milites; preterea Iohannes de Driborch et Hermannus frater suus et Iohannes fratruelis eorum, Bernhardus Mar(s)halcus et Gozwinus frater suus, Iohannes de Welledhe et Iohannes de Nordhe, famuli et castellani de Wartberg, et alii quam plures fide dingni. Quod ut ratum permaneat et inconvulsum, scriptum presens sigillo nostro roboramus. Datum et actum in Clenenberg, anno Domini M°.C°C.LXX°XVII°I., ipso die Iohannis ante portam Latinam.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 312. An Pergamentstreifen ein Bruchstück des bischöflichen Siegels erhalten.

1991.

Schöffen und Rathmänner von Herford bekunden Verkauf einer Hufe in der Pfarre Neuenkirchen seitens des Knappen Heinrich von Arnholte an Kl. Marienfeld. Herford 1288 Mai 28.

Omnibus presentia visuris et audituris scabini et consules oppidi Heruordensis salutem in Domino. Quoniam ab interitu mortalium vive vocis deficit probatio, expedit, ut actus hominum temporales litterali memoria roborentur. Igitur constare volumus universis, quod constitutus coram nobis Hinricus de Arnholte famulus cum Gertrude uxore sua, Mechthilde et Gertrude filiabus suis, item Mechtilde matre dicte Gertrudis et fratre eius nomine Erp publice sunt confessi multis audientibus et astantibus, quorum nomina inferius exprimuntur, quod viris religiosis . . abbati et conventui de Campo sancte Marie, ordinis Cisterciensis, Monasteriensis dyocesis, unanimi voluntate et consensu vendiderunt mansum suum dictus Camphus, situm in parrochia[1]) Nienkerken apud Rauensberg et in villa Inkinketorpe cum omnibus suis attinentiis, videlicet silvis, pratis, pascuis, nemoribus pro triginta marcis monete usualis sibi ex integro numeratis et solutis, transferentes ius, proprietatem et possessionem in . . abbatem et conventum memoratos, renunciantes plane voce et manu omni iuri, quod ipsis in iam dicti mansi dominio competebat. In cuius rei evidens testimonium et robur sufficiens presenti scripto sigillum universitatis nostre, quia iidem venditores sigillis propriis non sunt usi, rogati ab eisdem duximus apponendum. Presentes aderant: Thomas de Huneuelde canonicus Angariensis et Theodericus canonicus Heruordensis ecclesiarum, sacerdotes; item Hermannus Gograuius, Reinbertus de Busche, Fredericus de Arnholte, Iohannes de Oldenheruorde, Florico de Quernhem et Albertus de Molendino, milites; item Theodericus de Dehem, Gozwinus de Arnholte, Iohannes Gograuius, Hermannus et Wernerus fratres Gograuii, (famuli); item Gerhardus de Libbere tunc temporis proconsul, Conradus de Cleicamp, Iohannes de Hagen et Iohannes de Oldenschildezsche, cives Heruordenses. Datum et actum Heruordie, anno Domini M°.C°C.LXX°XVII°I., feria sexta post festum trinitatis.

[1]) *Or.* perrochia.

Or. (beschädigt) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Marienfeld Nr. 275. Siegel von angehängter weisser Linnenschnur ab. Auszug UB. III, 1352.

1392.

Honorabilibus viris et honestis domino Hermanno Speculo de Desenberg militi, castrensibus, consulibus et universis civibus in War(t)perg *theilen Pleban Dithmar von* Hergoshusen, *die Ritter Volpert von Vyrminne und Konrad Vogel, die Burgmänner von Frankenberg, Ekkehard von Helfenberg und Crafto Rodingi sowie Bürgermeister und Rathmänner von Frankenberg einen Schiedsspruch über Güter in* Benthref, *um derentwillen Kl. Haina mit Isfrid von Sassenberg stritt, zu Gunsten des Letzteren mit. 1288 Juni 10.*

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Depositum des Kl. Haina. An von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen rundes Siegel der Stadt Frankenberg. Beim Schiedsspruche waren zugegen: Gerlacus miles de Virminne et Fredericus de Helphenberg, qui ambo ab huius seculi ergastulo migraverunt, Harthmannus de Mulne, qui se reddidit ordini Teutonicorum et notarius comitis de Ruschenberg, qui ad ordinem sancti Iohannis postmodum est receptus. *Ueber* Hergoshusen *und* Benthref *vgl. Landau, Wüste Ortschaften S. 236 u. 235.*

1993.

Domvikar Wichmann gründet seine Memorie im Paderborner Dom durch Ueberlassung eines durch ihn von Andreas Geyr angekauften Lehngutes zu Eggeringsen. Paderborn 1288 Juni 30.

In nomine Domini amen. Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus universis tam presentibus quam futuris notum esse cupimus in perpetuum, quod magister Wichmannus Paderbornensis ecclesie vicarius ab Andrea dicto Wlture cive Paderburnensi et a legitimis heredibus suis Henrico scilicet canonico sancti Petri Paderburnensis, Gyselero et Iohanne fratribus quoddam predium, quod Hermannus dictus Loppe quondam excoluit in Eggeringhosen situm, quod a nobis et a predecessoribus nostris iure homagio [1]) in pheodo tenebant, emptionis titulo septem [2]) marcarum precio comparavit. Quare memorati Andreas et heredes sui in presentia nostra constituti recognoverunt eiusdem predii venditionem, ipsam cum omnibus pertinentiis suis in manus nostras libere resignantes, deinde dictus magister Wichmannus accepti beneficii non immemor idem predium in anime sue remedium obtulit Paderbornensi ecclesie sepedicte ad usus fratrum, prout regula continet, convertendum. Nos autem capituli sepe dicte ecclesie nostre Paderbornensis et magistri Wichmanni precibus inclinati eiusdem predii proprietatem eidem ecclesie rationabiliter contulimus perpetuo retinendam. In cuius rei evidenciam presentem paginam prelibate ecclesie dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Huic ordinationi aderant: Hermannus de Sunninghusen scolaster, Amelungus de Driburg, magister Thitmarus, Otto de Retberg et Georgius de Sola Domo, canonici Paderbornenses, Conradus de Anuorde laicus et alii quam plures fide digni. Actum et datum Paderborne, anno incarnationis Domini M°.C°C.LXX°X octavo, die crastina apostolorum Petri et Pauli.

[1]) *So Or.* [2]) *Or.* semptem.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 313. An rothen abgebleichten Zwirnsfäden kleiner Siegelrest. Eggeringsen (Eggeringhausen) bei Dörnhagen unweit Paderborn. Vgl. oben Nr. 260.

1994.

Abt Rudolf von Bredelar Zeuge in Urk. Heinrichs von Itter, worin er zu Gunsten des Kl. Haina auf einen Zehnten in Esk verzichtet. 1288 Juli 21.

Or. (sehr zerstört) im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Haina.

1995.

Stift Schildesche sowie Graf Otto und Gräfin Hedwig von Ravensberg errichten für die Verwaltung der sechs Kapellen in Schildesche eine Kaplanstelle. 1288 Juli.

Omnibus presentes litteras inspecturis Lodewicus, prepositus decana totumque capitulum secularis ecclesie in Scillesce, Otto comes de Rauensbergh et Hadewigis uxor eius salutem in Domino. Notum esse volumus, quod, cum sex capelle Scildescensi ecclesie adiacentes una duntaxat trans piscinam extante a Christi fidelibus preteritis temporibus fabricate propter earundem inopiam capellani ministerio diutius

viduate nonnulle de hiis rarissime, quedam vero in divino officio minime frequententur, attendentes capellas ipsas ob honorem et reverenciam Domini Ihesu Christi testante ewangelio dicentis: Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus, qui est in celis, necnon genitricis et virginis Marie, sancti Iohannis Baptiste, sanctorum Georgii, Martini, Clementis et Nicolai sollempniter consecratas eisdem capellulis unanimi consensu ad ministrandum divinum offitium ordinavimus perpetuum capellanum ipsique et eius successori pro temporali subsidio de prediis et possessionibus nostris pro parentum nostrorum nostri(sque) peccaminibus liberaliter et perpetualiter contulimus redditus infra scriptos. Nos prepositus et capitulum mansum unum in Kokerthe et decimam unius mansi in Ierinctorpe cum omni utilitate et fructu perpetuo contulimus ad idem beneficium et divinum offitium tam liberaliter quam libenter. Nos vero comes cum uxore nostra comitissa advocatiam unius mansi in Bauenhusen cum omnibus fructibus ad dictum benefitium contulimus, nullum in ipsa nobis de cetero vel heredibus nostris dominium vendicantes. Insuper capellanum ipsum, qui pro tempore fuerit, cum beneficii sui possessionibus [1]) presentibus et futuris contra raptorum et invasorum insultus pro nostris viribus defendemus. Preterea Bertoldus canonicus et presbiter Scildescensis, eiusdem benefitii pius et precipuus inchoator, mansum unum in Bauenhusen cum omnibus attinentiis ad idem benefitium contulit liberaliter et benigne. Item Iustacius de Heruordia laicus ad idem benefitium contulit XVI denarios in Ouerenbrat annis singulis persolvendos. Item Lutmodis conversa soror supradicti Bertoldi presbiteri et canonici Scillescensis domum suam in Heruordia post obitum suum pie contulit et legavit. Dictum vero benefitium nulli conferetur nisi persone ydonee et sacerdoti et hoc in animam prepositi ecclesie Scillescensis, qui fuerit pro tempore, committendum. Sane aliquo predictorum principalium fundatorum, videlicet L(udewico) preposito, comite, comitissa seu Bertoldo ac sorore sua sublato de medio eius in ecclesia Scildescensi tam in vigiliis quam in missa memoria sollempnis agetur et tunc ipsius benefitii cappellanus tres solidos capitulo seu conventui ministrabit secundum consuetudinem ecclesie dispensandos. Postquam autem omnes obierint supradicti, pro ipsis et omnibus eiusdem benefitii dotatoribus sexta feria proxima post octavas pentecostes annis singulis fiet commemoratio generalis in ecclesia Scildescensi dabitque predictus presbiter capellarum tres solidos dispensandos, prout superius est expressum. Verum prelibatus presbiter eiusdem benefitii pro tempore cappellanus cantabit per ordinem istas missas, unam trans piscinam de sancta cruce omni sexta feria ob reverentiam dominice passionis, quarta feria missam de domina nostra in capella beate virginis, in ceteris capellulis duas missas, unam de patrono et unam pro defunctis alternis septimanis; dictam missam animarum cantabit omni secunda feria, in qua pro benefactoribus eiusdem benefitii et parentibus fundatorum Lotwico quondam comite, Alheydi quondam comitissa, Heinrico quondam preposito Scildescensi, Helmico presbitero, Hermanno, Otburgi et Iustatio defunctis in Christo specialiter exorabit. Quicquid autem in eisdem capellulis a parrochianis ecclesie Scildescensis oblatum fuerit, ebdomedario sive canonicis dicte ecclesie totum cedet. Ut autem hec in omnibus et singulis a nostris successoribus inviolabiliter observentur, eisdem litteris sigilla nostra pro testimonio sunt appensa. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LX°XXV°III., mense Iulii.

[1]) possossionibus *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Schildesche Nr. 28. Von den vier an Pergamentstreifen angehängt gewesenen Siegeln ist nur noch an zweiter Stelle Fragment weissen Wachses erhalten, auf welchem Stück einer Gestalt, die in der Hand runden Schild mit Lamm Gottes hält. (Der h. Johannes?)

1996.

Bischof Otto von Paderborn ertheilt allen Wohlthätern der im Bau begriffenen Marienkirche in der Neustadt Lemgo Ablass. Paderborn 1288 August 10.

Otto Dei gracia Paderbornensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino sempiternam. Quoslibet sancte fidei professores ad zelum de-

vocionis et opera caritatis allicere cupientes, nos, qui ex iniuncto nobis officio pastorali decorem tenemur diligere domus Dei et eius edificacioni operam inpendere diligentem, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum apostolorum eius Petri et Pauli confisi suffragiis omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam Dei et virginis semper Marie novi opidi Lemegogensis, nostre dyocesis, manus porrexerint adiutrices aut ad eam causa devocionis accesserint, quadraginta dies et unam quarantenam de iniunctis sibi penitenciis misericorditer relaxamus. Preterea ratas et gratas habemus indulgencias et ipsas nichilominus auctoritate ordinaria presentibus confirmamus, quas venerabiles patres ceteri patriarche, archiepiscopi et episcopi memorate ecclesie novi opidi Lemegogensis et ipsi benefacientibus aut ad eam causa devocionis accedentibus concesserunt aut duxerint concedendas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXX°XVII°I., quarto Ydus Augusti.

Or. im Stiftsarchiv zu Lemgo. Siegel von anhängendem Pergamentstreifen abgefallen. Reg. Lipp. Regg. I, 265 Nr. 426.

1997.

Edelherr Simon zur Lippe verspricht, den Grafen Otto von Ravensberg wegen einer Bürgschaft schadlos zu halten. Rheda 1288 August 14.

Nos Symon vir nobilis dominus de Lippia tenore presentium protestamur, quod nobilem virum comitem de Rauensberg Ottonem, generum nostrum dilectum, data fide promisimus a fideiussione centum marcarum, quas post nos nobili viro domino Iohanni de Bilstene, marscalco Westvalie, promisit, indempnem conservare. In cuius rei testimonium presentem litteram nostro sigillo signatam predicto comiti de Rauensberg duximus assignandam. Datum apud castrum nostrum Rede, anno Domini M°.C°C°.LX°XX° octavo, in vigilia assumptionis beate Marie virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Grafsch. Ravensberg Nr. 62. An Pergamentstreifen etwas verletztes rundes Siegel Simons mit Sekret, wie Abbildung Lipp. Reg. I Taf. 18. Reg. Lipp. Regg. I, 265 Nr. 427. Vergl. Anm. daselbst.

1998.

Die von Amelunxen bekunden, dass ein Lehn, das früher Graf Otto von Everstein besessen und mit dem er Udo von Ostheim belehnt hatte, an sie übergegangen sei und sie mit demselben genannten Udo wieder belehnt haben. 1288 August 19.

Nos Albertus miles iunior, Albertus patruelis noster et Hereboldus frater noster dicti de Amelungessen recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod Udo de Osthem tres mansos, quos habet sitos in villa Herminchosen, quos tenuit in feodo a nobili viro Ottone iuniore[1]) comite de Euersten, sibi resingnavit et nos ipsos tres mansos predictos ab eodem nobili viro O(ttone) comite de Euersten predicto in feodo recepimus et dicto Udoni de Osthem iterato contulimus iure feodali. Et si dictus Udo matrimonialiter contraxerit, extunc uxori sue et pueris suis filiis et filiabus, cum requisiti fuerimus, nos et heredes nostri in posterum dictos tres mansos similiter in feodo conferimus. Preterea si dictus Udo dictos tres mansos vel sui successores vendere seu obligare decreverint, ad hoc ipsos, in quantum possumus, debemus et volumus promovere, etiam si iusserint in alios collacionis tytulo sine aliqua contradictione transferendo. Et si sepe dictus Udo sine veris heredibus sublatus fuerit de hac luce, nos seu nostri heredes Gertrudi sorori sue et suis pueris ac Elizabet etiam sorori sue et pueris ipsius ac eorum ceteris[2]) heredibus dictos tres mansos in feodo conferemus similiter, cum fuerimus requisiti, certam sibi et quibuscunque prefatus Udo in morte vel in vita dictos tres mansos in Herminchosen sitos assingnaverit secundum has conditiones superius expressas facturi warandiam. In cuius rei tetimonium et iuste warandie robur sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum et datum sive decretum anno Domini M°.C°C.LXXX°VIII°., feria qu(inta) proxima post assumptionem beate Virginis.

[1]) nobile — iuniore *Or.* [2]) certis *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Corvey Nr. 111. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Ob identisch mit Spilcker, Everstein UB. Nr. 217? Vgl. oben Nr. 1864.

1999.

Papst Nikolaus IV. beauftragt auf Bitten der Äbtissin und Konventualinnen in Gottesthal (Brenkhausen) beim sächsischen Corvey unter Zustimmung des Abts Heinrich von Corvey den Abt von Amelunxborn mit der jährlichen Visitation des Klosters. Lateran 1288 September 7.

Gedr. UB. V, 764. Vgl. Anm. daselbst.

2000.

Die von Dwergen verzichten auf ihre Ansprüche an Güter in Körbecke zu Gunsten des Kl. Hardehausen. 1288 September 24.

Nosse cupimus universis presencium inspectores, quod, cum nos Bruno, Gerlacus et Werno fratres dicti de Duergen quorundam suasu inducti religiosos viros dominum .. abbatem et conventum monasterii in Hersuedehusen super decima et tribus mansis in villa Corbeke sitis, impulsare vellemus, tandem per noticiam rei ad viam veritatis reducti ab huiusmodi impeticione cessantes pari consensu et libera voluntate omni iuri, gratie et actioni, si qua nobis occasione ipsius decime et trium mansorum predictorum cum omnibus suis attinenciis nunc vel in futuro competere videbatur, renunciavimus simpliciter et (absolute et) renunciamus, inquam, quia in eisdem bonis a patre et patruo nostro premortuis dictis domino .. abbati (et conventui in Hersuede)husen legitime venditis, que de manu domini pheodi nunquam recepimus, nichil iuris seu gratie (nobis) et successoribus vendicare possumus quoquomodo. Cum vero Gerlacus de Valkenberg trium predictorum ... bona vel eorum impulsatio in nullo penitus me contingat, tamen propter cavillaciones subd ... abundanti renunciacionem per me factam publice recognosco. Ne igitur, quod legitime factum est, (possit) impediri, proprium sigillum non habentes sigillo civitatis Geismariensis, cuius consules huic nostre (renunciacioni) ... facte interfuerunt, hoc scriptum petivimus roborari. Nos vero Arnoldus de Netelbeke, Henricus de Vǒrste, Iohannes Euerardi, Theodericus de Nathesungen, Iohannes de Corbeke, Arnoldus Gerberti, Hermannus Gumperti, Iohannes de Scherue, Conradus de Wittenburg, Bertoldus de Beuerbeke et Gerwicus Rufi, consules Geismarienses predicti, quia vidimus et audivimus universa superius expressa ad peticionem renunciancium, hanc paginam duximus muniendam. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XVII°I., VII°I. Kalendas Octobris.

Or. (defekt) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 273. Unkenntlicher Siegelrest an Pergamentstreifen.

2001.

Schöffen und Rathmänner von Herford bekunden Rentenverkauf seitens eines Herforder Bürgers an eine Begine. Herford 1288 September 30.

Nos scabini et consules oppidi Heruordensis omnibus presentia visuris et audituris notum facimus et presentibus publice protestamur, quod Wernerus de Aschen concivis noster cum voluntate et consensu Mechtildis[1]) uxoris sue ac omnium heredum suorum vendidit Bertradi dicte Buckeschen[2]) baggine in domo sive in[3]) area sua pensionem sex solidorum legalium denariorum singulis annis in festo beati Michaelis dicte baggine, quamdiu vivit, persolvendam. Ea vero defuncta et viam universe carnis ingressa dictam pensionem, quam prefata baggina titulo emptionis videlicet sex solidorum sibi comparat, fratres Heremite, ordinis beati Augustini, civitatis Heruordensis, recipiant et ad ipsos ob salutem anime prefate Bertradis baggine perpetuo devolvetur. Testes[4]) sunt: Conradus de Cleycampe, Hermannus Crethel, Iohannes de Oldenscilsche, tunc temporis consules, et Gerwinus civis Heruordensis cum aliis multis fide dignis. Datum Heruordie, anno Domini M°.CC°.LXXXVIII°., Ieronimi[5]) presbiteri (die).

[1]) *Ha.* Methchildis. [2]) *Ha.* Bartradi d. Buckesschen. [3]) in *fehlt Hö.* [4]) *Von hier bis* datum *fehlt Hö.* [5]) *Fehlt Hö.*

Gedr. (Harenberg), Monumenta inedita p. 129, darnach wohl Falke, Cod. trad. Corb. p. 750, dann Hölscher, Gesch. d. Gymnasiums in Herford I im Programm d. evangel. Friederichs-Gymnasiums zu Herford, 1869 S. 12; beide anscheinend nach Kopie.

2002.

Domdechant Werner u. Kämmerer Otto von Rietberg zu Paderborn urkunden über Überlassung eines Hauses in Paderborn seitens des Kl. Abdinghof an Heinrich von Elsen. Paderborn 1288 Dezember 5.

W(ernherus) decanus ecclesie maioris Paderburnensis et Otto canonicus et camerarius ibidem dictus de Retbergh omnibus presens scriptum visuris in Domino salutem. Presentibus protestamur, quod conventus monasterii sancti Pauli in Padeburne aream quandam, quam Thidericus bone memorie dictus de Korbike quondam vicarius minoris ecclesie in Paderburne sitam iuxta Padram in possessione habuerat, nunc ecclesie sancti Pauli pertinentem, ipsam Henrico de Elsen contulerunt pro pensione quatuor solidorum Paderburne legalium, videlicet duos solidos in pascha et alios solidos in festo sancti Michaelis. Ita ut idem Henricus liberam habeat facultatem disponendi de area predicta, quicquid sibi placuerit, videlicet vendendo seu locando personis aliis, dummodo dicto monasterio de hiis, qui eam possederint vel inhabitaverint, predicta pensio dictis festis, videlicet pascha et Michaelis persolvatur. Quodsi idem Henricus non fecerit, predicta area conventui sancti Pauli integraliter et sine condicione cedet faciendi de ipsa, quicquid dicto conventui visum fuerit utilius et commodius expedire. Preterea si sepedictum H(enricum) ipsam aream qualicumque urgente necessitate vendere contigerit, ipsam prefato conventui pro tali precio, quo discreti viri dignam iudicaverint, exhibebit. Datum Paderborne, anno Domini M°.CC°.LXXXVIII., in vigilia beati Nycolai.

Aus Msc. VII, 4217 f. 142 im Kgl. St.-A. Münster. Unter der Abschr. hinzugefügt: Et notandum, quod super ipsa est quedam sententia diffinitiva et quedam littera episcopi confirmatoria illius sententie. *Vgl. unten zu 1289 November 23.*

2003.

Kl. Volkhardinghausen verkauft seine Güter zu Rikmarenchusen *dem Kl. Netze. 1288.*

In nomine Domini amen. Ne rerum gestarum negocia corruptioni subiaceant, solent ea, que geruntur in tempore, scripturarum testimonio perhennari. Noverint igitur universi tam posteri quam moderni, quod nos priorissa totumque collegium ecclesie de Volchardinchusen, Paderbornensis dyocesis, vendidimus bona sita in Rikmarenchusen cum suis pertinentiis universis, et quecunque ibidem actinus habuimus in aquis, pratis, silvis, pascuis et in campis, ecclesie et personis eius de Nezze, Cisterciensis[1]) ordinis, proprietatis titulo, quo nos multis annis possedimus, pacifice et quiete perpetuis temporibus possidenda. In horum testimonium, memoriam et perpetuam firmitatem sigillum nostri conventus presenti pagine est appensum. Testes sunt: Harthmannus plebanus in Vrigenhagen, Dethmarus Bittersole, Heinricus plebanus in Derinkhusen, Hinricus de Warolderen, Hinricus de Breme, cives in Sassenh(usen), Conradus Bolo et alii quam plures. Datum et actum anno Domini M°.CC°.LXXX°.VIII°.

[1]) Scistariciensis *Or.*

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in weissem Wachs rundovales verletztes Siegel, ganze Figur des h. Johannes (?), der anscheinend ein Lamm vor der Brust hält. Rikmarenchusen, *bei Varnhagen, Grundlage S. 58* Ritmaringhusen *war „eine besondere Mark über Deringhausen nach Freyenhagen und dem Schivelscheide hin."*

2004.

Andreas Geyr schenkt zur Memorie für sich und seine verstorbene Frau 18 Morgen Rodeland an Äbtissin und Konvent der Gokirche. 1288.

Universis presentia visuris Andreas dictus Wltur notum esse cupio et declarandum posteris decrevi, quod ad memoriam salutis mee et uxoris mee defuncte Methildis religiosis domine abbatisse et conventui monasterii Rurensis libera donatione contuli de consensu filiorum meorum Andree, Henrici, Gilderi, Iohannis et aliorum heredum meorum decem et octo iugera agrorum, que dicuntur rothlant, ad orientalem partem vie Driburch, quos agros predicte domine sine decimis et sine ulla pensione vel aliquo

gravamine in perpetuum possidebunt. Et ad evidentius argumentum et roborandum presentem paginam sigillis et confirmationibus venerabilis domini nostri Ottonis episcopi necnon et domini Theoderici maioris prepositi et totius capituli maioris ecclesie cum sigillo civitatis Paderbornensis petii et impetravi de predicta voluntate et consensu predictorum omnium firmius roborari. Datum et actum anno Domini millesimo CC°.LXXX octavo.

Or. im Pfarrarchiv der Gokirche zu Paderborn. 1) An roth-weissen leinenen Schnüren Fragmente vom ovalen Siegel des Bischofs Otto; 2) an grün-weissen geflochtenen Schnüren Fragment vom Siegel des Dompropstes Theoderich, zwei Gestalten; 3) an roth-weissen Schnüren Rest vom kleinen Kapitelssiegel ad causas; 4) an grün-weissen geflochtenen Schnüren das beschädigte grosse Stadtsiegel von Paderborn. Dass mit dem Aussteller dieser Urk. einer der Ahnherrn des Geschlechts Geyr (später mit dem Prädikat von Schweppenburg in den Reichsfreiherrnstand erhoben und z. Z. am Rhein angesessen) anzusprechen ist, unterliegt wohl kaum einem Zweifel. Schon UB. IV, 284, 285, 354 wird Andreas Voltur als Bürger der Stadt Paderborn erwähnt; ob Andreas villicus (= Meier; ob des Bustorfs, wie Bessen, Gesch. d. Bisth. Paderborn I, 194 behauptet, steht nicht fest) UB. IV, 205 mit dem vorgedachten identisch, muss dahin gestellt bleiben. Dieser, sowie auch Hermann und Heinrich Vultur (Nr. 1030 u. 1037) kommen noch öfter vor. Erst Urk. von 1300 April 1 sagt Andreas dictus Gyr. *Ob die (Nr. 1138) erwähnte* valva Vulturis = *Geierpforte, jetzt Girsthor, damit in Verbindung steht? Von Paderborn ist die Familie nach Warburg übergesiedelt, denn das dortige Stadtarchiv enthält Urk. aus dem 14. u. 15. Jahrhundert, welche die Familie nennen. Vgl. auch Fahne, Gesch. der Köln. u. s. w. Geschlechter I, 110.*

2005.

Papst Nikolaus IV. nimmt Kl. Lippoldsberg in seinen Schutz und bestätigt ihm den Besitz der von Kl. Corvey erworbenen tres villas Bodenuelde cum ecclesia ibidem, item Bodenuelde, Gotmaressen. *Rom 1289 Januar 13.*

Gedr. UB. V, 854. Vgl. Anmerkung daselbst, unten Nr. 2010 u. öfter.

2006.

Genannte bekunden Güterverkauf des Kl. Berich in Altenstädt. 1289 Februar 5.

Nos Wernherus de Besse miles, Wernherus de Godenburg et Henricus de Rederikessen recognoscimus publice per presentes, quod consentientibus nobis prepositus et conventus de Beriche comparaverunt proprietatis titulo duos mansos in Aldenstede sitos cum eorum pertinentiis universis, quos dominus Gyso de Godenburg et domina Alheidis eius uxor, nostri familiares, pro remedio anime Iohannis eorum filii ecclesie de Bathenbergh legaverunt liberaliter et dederunt. In cuius rei testimonium sub sigillis nostris preposito et conventui de Beriche supradictis dedimus litteras has patentes. Anno Domini M°.C°C.LXXXVIIII., in festo beate Agathe virginis et martyris.

Aus Bericher Kopiar I fol. 28v im Fürstl. Archiv zu Arolsen.

2007.

Zehn genannte Bischöfe verleihen den Förderern des Baues und den Besuchern der Kirche des abgebrannten Kl. Busdorf einen Ablass. Rom 1289 (nach Februar 22).

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, Petrus Arborensis, Theoctistus Adrianopolensis et Iohannicius Mokicensis Dei gratia archiepiscopi, Petrus T(i)rasonensis, Perronus Larinensis, Cunradus Tullensis, Leotherius Verulanus, Bonifatius Parentinus, Valdebrunus Auellonensis, et Romanus Crohensis eadem gratia episcopi salutem in Domino sempiternam. Licet is — reddantur aptiores. Eapropter nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ecclesie sanctorum Petri et Andree apo-

stolorum Paderburnensis civitatis destructe per incendium pro sua reparatione vel aliis suis fabricis ve structuris, ornamentis, libris, luminaribus et aliis suis necessitatibus manus adiutrices porrexerint, sive in extremis laborantes quicquam facultatem suarum legaverint, vel pias suas elemosinas dederint vel miserint, aut qui ad dictam ecclesiam causa devotionis accesserint, in festis nativitatis, resurrectionis et ascensionis[1]) Domini nostri Ihesu Cristi atque pentecostes, in singulis festis gloriose virginis Marie, sancti Michaelis archangeli, sanctorum Petri et Andree apostolorum et dedicationis ipsius ecclesie et per octavas omnium predictorum festorum, aut qui presbiterum quemcumque catholicum portantem corpus Christi ad infirmos per parrochiam ecclesie supradicte sequuti fuerint, singuli singulos quadraginta dies de iniunctis sibi penitenciis, dummodo dyocesanus loci hanc nostram indulgenciam ratam habuerit, in Domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum Rome, anno Domini M°.CC°.LXXX°IX°., pontificatus domini Nicholay pape quarti anno secundo.

[1]) assentionis *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 42. Von den an gelb-rothen Seidenfäden angehängten zehn Siegeln in rothem Wachs unkenntliche Bruchstücke von 5 erhalten. Auf dem Umbug stehen von einer Hand saec. XIV. geschrieben die Namen der Aussteller. Anstatt des Cunradus Tullensis *steht, wahrscheinlich aus einer spätern Urk. entnommen,* Maurus Ameliensis. *Die genauere Datirung nach der Regierungszeit des Papstes Nikolaus IV.*

2008.

Kl. Lippstadt bezeugt, dass Johannes Crede eine Rente angekauft hat. 1289 Februar.

Nos prepositus, priorissa totusque conventus sanctimonialium Lippensium recognoscimus per presentes, quod dilectus nobis in Christo Iohannes dictus Crede oculum contemplin longinqu(u)m quinque solidorum redditus suis denariis comparavit nobis . . . (Herswide)husen sita, que annuatim solvit fertonem. Etiam si predictam . . . quocunque modo converti contigerit et de bonis, que quondam fuerant domini Heinrici . . . annis singulis in festo beati Michaelis perpetuo solvendorum. Quos denarios . . . (conven)tui quolibet anno in die beate Katerine et post eius decessum in die obitus sui . . . pro solutione ad servicium deputavit, ut in huius devote pietatis et sue devocionis . . . dictus Iohannes sui memoria penes nos nostrosque posteros permanentem consolationem eterne vite percipiat et future. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXVII°II., mense Februario.

Or. (verblasst) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 274. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2009.

Äbtissin Mathilde von Herford bekundet Verzicht ihrer Vasallen, der Brüder Friedrich und Thetmar von dem Busche, auf ein von deren Grossmutter an Kl. Marienfeld verkauftes Gut zu Dissen. Unter den Zeugen: Sigenandus rector ecclesie sancte Marie apud Heruordiam, Gotfridus pincerna ecclesie Heruordensis et Hermannus clavier domine abbatisse Heruordensis.

Herford (1288) 1289 März 6.

Gedr. UB. III, 1778.

2010.

Abt Heinrich und Stift Corvey urkunden über den Verkauf von drei Dörfern an Kl. Lippoldsberg und Überlassung des Patronatsrechtes in Bodenfelde, wofür sie das Patronatsrecht in Dransfeld erhalten. Corvey 1289 März 14.

In nomine sancte et individue trinitatis. Henricus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas, Ludolfus prior, Albertus prepositus et conventus totus ibidem universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris eternam in Domino salutem. Ad tollendum calumniam et cavendum de oblivione tam presentibus quam futuris Christi fidelibus universis volumus notum esse, quod urgente necessitate inevitabili

propter maius periculum evitandum, videlicet ne et plura et magis fructuosa bona ecclesie nostre in Cogelenberg et in Volcmersen, que titulo pignoris obligata fuerunt, irreparabiliter perderemus pari consensu et unanimi voluntate nostrum omnium accedente tres villas, que nostre ecclesie attinebant, sitas apud claustrum Lippoldesberg, scilicet Bodeneuelde, Gotmersen, item Bodeneuelde vendidimus ipsi ecclesie in Lippoldesberg pro centum et quindecim marcis puri agenti titulo proprietatis et omne ius cum utilitate excescente pertinens ad curiam Bodeneuelde, quod vulgariter appellatur ammecht, sive consistat in hominibus sive piscationibus, pratis, silvis, censu annone, animalium, pecunie, salis, sive in mansis pro parte sitis Sconingen iure emphiteotico ab hominibus ad predictam curiam pertinentibus vel ab aliis possessis, iure patronatus ecclesie in Bodeneuelde cum universis venditis transeunte. In cuius tamen iuris patronatus restaurum prepositus et conventus in Lippoldesberg ius patronatus ecclesie in Dransfelt, quod ad ipsos spectabat, liberaliter absque omni labe simoniace pravitatis nobis et nostre ecclesie Corbeyensi perpetuo, sicut ipsi possederant, possidendum quasi quodam permutationis titulo reddiderunt. Memoratas itaque centum marcas puri (argenti), ut dictum est, propter maius periculum evitandum in redemptionem castri nostri Cogelenberg et bonorum nostrorum in Volcmersen convertimus pari voto et unanimi voluntate, quindecim vero marce residue ultra centum iam dictas in redemptionem aliorum bonorum prepositure nostre, que dudum per nostros predecessores impignorata fuerunt, sunt converse. Ceterum huic nostre venditioni non obstabunt privilegia, si qua habet nostra ecclesia Corbeyensis, in quibus inter cetera de predictis bonis mentio habeatur, cum eadem privilegia quo ad ipsa bona cancellari non possent sine magno ecclesie nostre periculo neque radi, nec etiam aliqua privilegia, si qua forte de solis bonis predictis confecta in ecclesia nostra contigerit inveniri, hanc nostram venditionem tam canonice factam impedire possit in posterum. Ad perpetui roboris firmitatem hoc presens scriptum dedimus ecclesie in Lippoldesberg cum illorum nominibus, qui venditioni intererant, sigillorum nostrorum, videlicet . . abbatis, . . prepositi et conventus predictorum, appensionibus roboratum. Testes itaque sunt: Ludolfus et Ludolfus comites de Dasle, Eggebertus dictus Speygel, Albertus et Albertus de Amelungessen, Rabonus de Papenhem, Vol(c)winus de Meynbrechtessen, milites, item Lodewicus iunior comes de Euerstene, Adolfus comes de Nygenhouere, Albertus et Herboldus de Amelungessen, Euerhardus de Brochosen, famuli, Hermannus scolasticus Noue Ecclesie, Ludolfus notarius noster, Conradus de Uslaria, Bertoldus de antiquo foro, Bertrammus de Luchteringen, Nycolaus Byseworm, Arnoldus de Voltessen, Iohannes de Echof, Conradus de Dest, Ludolfus Rodolfi, Henricus Monetarii, Iohannes de Hollessen, Iohannes Institoris, Thidericus de Brunswich, consules Huxarienses, et alii quam plures clerici et layci fide digni. Datum Corbeye, anno Domini M°.C°C.LXX°XVIIII., pridie Idus Marcii.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Lippoldsberg. An roth-grünen Seidenfäden 1) spitzovales Siegel des Abtes, 2) rundes des Kapitels, 3) spitzovales Siegel des Propstes: über einem dreigetheilten Rundbogen Brustbild des h. Vitus, in der Rechten einen Palmzweig in der Linken ein Buch haltend; darunter knieende Figur; zur Rechten derselben ein Schild mit nach links aufsteigendem Löwen, rechts ein Schild mit achtstrahligem (?) Stern.

2011.

Edelherr Simon zur Lippe verkauft an Propst und Konvent des Kl. Cappel für 150 Mark die Vogtei über das Kloster. Cappel 1289 April 1.

Universis Christi fidelibus has litteras visuris vel audituris Simon vir nobilis de Lippia ac Alheidis uxor, soror comitis de Waldegge, salutem et cognoscere veritatem. Notum vobis esse cupimus, quod pro relevanda necessitate de consensu filiorum nostrorum scilicet Bernhardi, Hermanni et Henrici et coheredum nostrorum vendidimus pro centum quinquaginta marcis denariorum legalium Monasteriensium rite et rationabiliter et ex ipsa venditione damus et assignamus preposito et conventui monasterii Cap-

pellensis, ordinis Premonstratensis, concedenda tenere, habere et libere possidere advocatiam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis, quam in predicto monasterio et in quibuscunque bonis ipsius habemus et hactenus a nostris progenitoribus dignoscimur habuisse. Transferentes in ipsos prepositum et conventum facultatem statuendi, ordinandi et disponendi de ipsa advocatia, quicquid placet, et ipsis videtur expedire. Concedimus etiam recognoscendo, terras, possessiones, res ipsius monasterii et homines ipsi monasterio quocunque iure pertinentes exemptos esse deinceps ab omni exactione, servitute et petitione facti vel iuris, quas hactenus extorquere, exigere, requirere per nos vel per alios consuevimus ab eisdem et ipsos homines non angariabimus vel coarctabimus ad faciendas nobis vecturas aliquas vel labores in opere servitutis nec gravabimus ultra hospitatione aliqua vel positione armatorum et expeditionis alicuius curtes, mansos, casas et domicilia ipsius monasterii memorati. Nec secabimus nec precidemus nec secari faciemus ligna, vel arbores nemorum et lucorum ipsi monasterio pertinentium. Nec sibi in agris, pratis et pascuis damnum seu impedimentum inferemus. Hec autem omnia et singula supradicta fide data nos cum heredibus nostris supradictis promittimus inviolabiliter observaturos. Et ad firmiorem cautelam huiusmodi observationis pro nobis et filiis coheredibus nostris Conradum nobilem comitem de Ritbergh, Gerhardum de Quernhem, Riccwinum de Ostenvelde, milites, Hermannum de Beveren, castellanos in castro Stromberga, Henricum Wolff, Themonem de Honrode, Henricum Balcken, Ioannem Stapell, castellanos in castro Hovestatt, Bernardum de Beveren, Iohannem Marken, castellanos in Reda, preposito et conventui predictis constituimus fideiussores, ita ut, si, quod absit, in omnibus et singulis premissis fidem nostram non servaremus, promissum huiusmodi in aliquo premissorum violando, ex tunc predicti fideiussores Susatum intrabunt, sicut ad hoc fide data astringuntur ibidem iacendo non exituri, donec defectus nostri premissi per ipsos suppleantur et pro modo culpe nostre ad plenum preposito et conventui supradictis satisfiat. Renunciamus insuper omni iuri nostro, quod in predicta advocatia nobis competere potuit vel competebat, et omni exceptione et subsidio iuris canonici vel civilis, quod super omnibus et singulis narratis nobis posset prodesse et predictis preposito et conventui obesse. Preterea venditione hinc inde, ut premissum est, determinata, prepositus et conventus predicti proprio motu adiecerunt se voluntarios offerentes ad hoc, ut, si aliquo tempore nobis et heredibus nostris supradictis in posterum complaceret, advocatiam predictam rehabere, quod velint partes et voluntatem nostram in hoc favore prosequi gratioso et eandem advocatium ad usum nostrum et non alterius cuiusquam nobis revendere et cum integritate restituere, dummodo pretium prehabitum centum quinquaginta marcarum legalium Monasteriensium intercedat, fructibus et proventibus medio tempore perceptis a preposito et conventu predictis in sortem minime computandis. In cuius rei testimonium sigillis nostris presentem paginam roboramus et sigillis venerabilium virorum ac dominorum videlicet Gerhardi abbatis Liesbornensis, ordinis sancti Benedicti, ac Ludovici comitis de Arnsbergh et oppidi nostri Lippiensis, que presentibus sunt appensa, fecimus communiri. Insuper sigillum venerabilis viri domini Otthonis de Waldegge apponi, cum eius copiam habere poterimus, faciemus ad maiorem evidentiam premissorum. Actum in prefato monasterio Cappellensi presentibus prescriptis st subscriptis: venerabili viro domino Wigando preposito in Arnsbergh, Hildegero plebano in Werlo, Ioanne de Suderlanda, Adam, Egberto et Hermanno canonicis in Arnsbergh, sacerdotibus, Hermanno de Bevenkinghen tunc temporis iudice in Susato, Egberto de Foro et Ludovico filio suo, Detmaro de Domo, Hermanno de Lunen, Theodorico Cappelle, Iohanne de Soltkotten, Iohanne de Thunne, civibus Susatensibus, Ludolfo de Monasterio tunc temporis dapifero, Stephano notario, Goswino de Susato, Conrado de Hervelde, Hermanno de Helwelde, Alberto de Erwitte, Hermanno Ketelhot, Bernardo Pipenbrock, Iohanne Palster et aliis quam pluribus. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXIX., feria sexta ante dominicam palmarum.

Nach Overhams, Coll. VIII. fol. 46 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Reg. Lipp. Regg. II, 26 Nr. 514 nach Abschr. im Detmolder Archiv.

2012.

Ditmar Sohn des Heinrich gen. Wigele überträgt dem Kl. Netze Güter. 1289 April 11.

Notum esse omnibus Christi fidelibus presentia visuris vel audituris, quod Ditmarus filius Hinrici dicti Wizele contulit motu proprio voluntatis ecclesie in Netze queque sua bona, que habuit sub feodali ac iure proprietario, hiis presentibus et audientibus, videlicet nobili Otthone comite ac domino de Waldecke, nobili Gunthero de Salza, nobili He(nemanno) de Ithere, W(ernero) de Westerbůrch, H(enrico) milite dicto Bulemast et servo Otthone dicto Mule. In cuius itaque facti veritatem et certitudinem presentia scripta sunt et sigillo nobilis viri Ot(thonis) comitis de Waldecke roborata. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LXX°XVII°II., in crastino festi pasche.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen verletztes Siegel des Grafen Otto.

2013.

Genannte Erzbischöfe und Bischöfe gewähren den Wohlthätern des Kl. Arolsen vierzigtägigen Ablass. 1289 April 13.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis nos Petrus Arborensis, Theoctistus Adrianopolensis et Iohannitius Mokicensis Dei gratia archiepiscopi et Bonifacius Parentinus et Valdebrunus Auellonensis eadem gratia episcopi salutem in Domino sempiternam. Licet is aptiores. Cupientes igitur, ut monasterium priorisse et conventus ordinis sancti Augustini in Aroldessen, Paderbornensis diocesis, congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter veneretur, nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictum monasterium causa devotionis accesserint in festis nativitatis, resurrectionis et ascensionis [1]) Domini nostri Ihesu Christi atque pentecostes, in quatuor festivitatibus beate Marie virginis, sancti Michaelis archangeli, sancti Iohannis Baptiste, sancti Iacobi apostoli, sanctorum Augustini, Nicolai et Martini pontificum, in festo omnium sanctorum, in die dedicationis ipsius monasterii vel ecclesie monasterii, aut in anniversariis eiusdem diei et per octavas omnium festivatum predictarum, aut qui ad fabricam vel structuram, luminaria, ornamenta seu ad alia necessaria ipsius monasterii, vel ad emendationem prebendarum sanctimonialium predictarum, quarum administrationes propter malum statum terre sunt attenuate, manus porrexerint adiutrices, seu in extremis laborantes quicquam facultatum suarum legaverint monasterio aut sanctimonialibus prelibatis, singuli singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitentiis, dummodo consensus [2]) diocesani ad id accesserit, in Domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Rome, Idus Aprilis, anno Domini millesimo ducentesimo LXX°XI°X., pontificatus domini Nicolai pape quarti anno secundi.

[1]) *Or.* ascentionis. [2]) *Or.* osensus.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An abwechselnd gelb und rothen Seidenfäden in rothem Wachs fünf verletzte ovale Siegel, von denen das erste eine sitzende, das vierte und fünfte stehende Figur mit Mitra und Stab enthält, das zweite und dritte haben Rücksiegel mit griechischen Umschriften.

2014.

Genannte Erzbischöfe und Bischöfe gewähren den Förderern des Neubaues im Kl. Abdinghof einen Ablass. Rom 1289 April 13.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Petrus Arborensis, Theoctistus Adrianopolensis et Iohannitius Mokicensis Dei gratia archiepiscopi, Maurus Ameliensis, Valdebrunus Auellonensis, Peronus Larinensis, Leotherius Verulanus, Bonifacius Parentinus, Guillelmus Callensis et Romanus Crohensis eadem gratia episcopi salutem in Domino sempiternam. Quoniam, ut ait apostolus — eternam. Cum igitur monasterium religiosorum virorum ordinis sancti Benedicti, Paderbornensis civitatis, in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli fundatum per incendium miserabiliter sit destructum et denuo laudabiliter et de opere magis sumptuoso reparetur, nec ad hoc proprie suppetant facultates, nisi a

Christi fidelibus subveniatur eidem, universitatem vestram monemus, rogamus et in Domino exhortamur, in remissionem vestrorum peccaminum vobis iniungentes, quatinus de bonis vobis a Deo collatis pias ad hec elemosinas et grata karitatis subsidia erogetis vosque per hec et alia bona, que Domino inspirante feceritis, adipisci possitis vitam eternam. Nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dicti monasterii fabricam seu reparationem, luminaria, ornamenta seu ad alia necessaria manus porrexerint adiutrices, seu in extremis laborantes quicquam facultatum suarum legaverint vel pias suas elemosinas dederint vel miserint, aut qui in festis nativitatis, resurrectionis et ascensionis ac epiphanie Domini nostri atque pentecostes, in exaltatione sancte crucis, in singulis festis gloriose virginis Marie, sancti Iohannis Baptiste, sanctorum Petri et Pauli apostolorum, sancti Blasii, sancti Nicolai, sancti Benedicti et omnium sanctorum in dedicationis ecclesie ipsius monasterii die aut in anniversariis ipsius diei et per octavas omnium festivitatum predictarum ad dictum monasterium causa devotionis accesserint, singuli singulis dies quadragenas de iniunctis sibi penitentiis, dummodo concensus diocesani ad id accesserit, in Domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Rome, Idus Aprilis, anno Domini M°.C°C.LXX°XI°X., pontificatus domini Nicolai pape IIII. anno secundo.

Or. im Kgl. St.-A, Münster, Kl. Abdinghof Nr. 77. Die abwechselnd an gelben und rothen Seidenfäden angehängten spitzovalen Siegel in rothem Wachs sind alle erhalten, aber theilweise sehr beschädigt. Auf sämmtlichen Bischofsfiguren, entweder allein oder unter einem Bilde Mariens mit dem Kinde oder Christus am Kreuze knieend; 3, 4, 6, 7 und 9 mit Rücksiegel. — Am selben Tage stellen dieselben Erzbischöfe und Bischöfe einen gleichen Ablassbrief für die Minoritenkirche in Paderborn per incendium miserabiliter depopulata *aus. Festtage: Weihnachten, Epiphanie, Ostern, Himmelfahrt, Pfingsten, vier Marienfeste, Michael, Johannes der Täufer, Peter und Paul und die übrigen Apostel, Franziskus, Katharina, Klara, Allerheiligen und Allerseelen. Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 415. Siegel mit Ausnahme des vierten erhalten. Erwähnt Schaten ad annum.*

2015.

Ritter Sibodo von Itter schenkt den vierten Theil eines Zehnten in Höringhausen dem Kl. Netze. Löwenstein 1289 April 14.

Noverint universi presentes litteras intuentes, quod ego Sibodo miles dictus de Itthere quartam partem decime site in Horinchusen, quam quondam a me habuit Henricus dictus Wicele in feodo, accedente consensu Ditmari filii predicti Henrici Wicelen in honorem Ihesu Christi et gloriose virginis Marie appropriavi seu proprietatis titulo meum ius in dicta decima Horinchusen dedi conventui in Netze perpetuo possidendam. Cuius rei testes sunt: nobiles viri Wernherus de Biscopeshusen, Wernherus de Westerburg, Wernherus de Scvenesberg, milites, Henricus de Rumerod, Hermannus de Rumerod, Tragebodo de Sassenbach, Conradus de Rumershusen, Wernerus de Gilse, Otto Mule, Terkis, Wernherus Cellerarius, Otto Scnocere et plures alii. Et quia proprio sigillo careo, rogavi nobiles viros dominum Wernherum seniorem de Biscopeshusen et Wernherum de Scvenesberg, milites, et Hermannum de Rumerod, meos consanguineos, suis sigillis presentem litteram super hoc confectam roborare. Actum et datum Lewenstein, anno Domini M°.C°C.LXX°XI°X., in die Tiburcii et Valeriani martyrum.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen 1) dreieckiges Siegel W. v. B., schräges Schildeshaupt mit vier Lappen; 2) am untern Ende und Umschrift abgeblättertes dreieckiges Siegel, nach rechts aufgerichteter gekrönter Löwe auf gegittertem Felde; 3) dreieckig mit nach rechts aufgerichteten Löwen. Umschrift: Sigillum Hermanni de Lewensten. *(Alle drei dieselben Siegel wie an der Urk. von 1286 Mai 8. Vergl. oben Nr. 1877.) Ungenau gedr. Wenck Hess. Landesg. II, UB. S. 227 Nr. 217.*

2016.

Erzbischof Siegfried von Köln söhnt sich nach der Schlacht von Worringen mit den Grafen Everhard von der Mark und Otto von Waldeck aus. 1289 Mai 19.

Gedr. Lacomblet UB. II, 867. Die nähern Angaben der Urk. beziehen sich nur auf das Verhältniss des Erzbischofs zum Grafen v. d. Mark.

2017.

Edelherr Heinemann von Itter schenkt dem Kl. Netze einen halben Zehnten in Höringhausen. 1289 Mai 30.

Notum sit omnibus Christi fidelibus presentia visuris vel audituris, quod nos Henemannus nobilis de Itthere nostrique heredes ad honorem Dei et beate Marie in salutem animarum nostrarum contulimus dimidietatem decime site in Hogerinkhusen ecclesie et claustro sancte Marie in Nethze, quam a nobis sub feodo possederunt Henricus Wicele suique heredes, predicte ecclesie perpetuo attinendam, hiis presentibus et audientibus, videlicet nobili comite Otthone de Waldegken, domino Wer(nero) de Westerburch, H(enrico) Bulesmast, domino Hirco, militibus, Gyselero de Godelovessen, Wigando, Alberto de Ymminchusen milite, Pingue, Otthone Mulo, Thiderico de Selebach et suo fratre Con(rado), magistro Siffrido, plebano in Sassenhusen. In huius ergo rei testimonium et certitudinem presentia conscribi fecimus et nostri sigilli munimine dedimus roborari. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LXX°XI°X., in crastino diei pentecostes Domini.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen das am Obertheile abgebrochene dreieckige Siegel mit aufgerichtetem Löwen. Von der Umschrift . . . lis Henirici de . . erhalten. Gedr. Wenck, Hess. Landesgesch. II, UB. Nr. 218. Erwähnt Varnhagen, Grundlage, 339.

2018.

Papst Nikolaus IV. beauftragt den Propst von Nordhausen, dafür Sorge zu tragen, dass die verschiedentlich dem Kl. Hardehausen entfremdeten Besitzungen demselben zurückerstattet werden. Rieti 1289 Juni 1.

Gedr. UB. V, 770.

2019.

Edelherr Berthold von Büren unter den Zeugen bei Zehntüberlassung des Bischof Everhard von Münster an Stift Martini. Beckum 1289 Juni 9.

Gedr. UB. III, 1379.

2020.

Die Rathmänner von Marsberg bekunden Ankauf von Gütern in Essentho seitens des Marsberger Stifts. 1289 Juni 10.

Nos consules Montis Martis Bertholdns Nathan proconsul, Iohannes Stephani, Wecelus Elikonis, Hartmannus Albus pistor, Hermannus de Esbeke, Vdo, Theodericus de Oddenhůsen, Heynricus de Odenhůsen, Gherlacus de Clenenberg, Bertoldus de Langele et Her(mannus) de Blikesen, consules, recognoscimus et publice protestamur universis, quod Conradus de Klingeren civis noster, Cunegundis uxor ipsius, Iohannes filius suus et eorum certi heredes vendiderunt bona sua sita in Esnethe, quorum partem a preposito domino nostro et conventu monasterii nostri Montis Martis in pacto tenebant et residuam partem a Hartmanno milite dicto de Esnethe et suis heredibus iure pheodali possederant, ipsis domino nostro preposito et conventui monasterii predicti in futurum possidenda liberam et voluntariam resignationem ipsorum bonorum predictorum coram nobis facientes, prout poterant et debebant, pleno iure renuntiantes omni iuri, quod in ipsis bonis habere videbantur, ita quod ipsi vel eorum posteri ipsum prepositum et conventum monasterii predicti in ipsis bonis predictis non debeant nec possint incusare. Cuius rei testes sunt: Hartmannus miles predictus de Esnethe, qui hanc venditionem et resignationem dictorum bonorum cum suis heredibus gratam et ratam habuit et in posterum habere

debet, etiam cum requisitus fuerit a preposito et conventu nostro predicto resignationem facturus illorum bonorum predictorum, que ad ipsum pertinere videbantur ratione dominii pheodi coram venerabili domino nostro abbate et ecclesia Corbeyensi, sicut se facturum cum suis heredibus firmiter compromisit, preterea Rodolfus frater suus, Iohannes de Bilinchůsen et Iohannes Cestico et quam plures alii fide digni. Quod ut ratum permaneat et inconvulsum, ad petitionem ipsorum presens scriptum sigillo nostre civitatis roboramus. Datum et actum anno Domini M°.C°C.LXX°X nono, feria sexta ante festum beati Viti martyris.

Or. im Besitze des Kaplans Brügge z. Z. in Meschede. Siegel und Befestigung fehlen.

2021.

Graf Ludwig von Everstein verpfändet die Hälfte seiner Freigrafschaft in Scherfede an Bischof Otto von Paderborn. 1289 Juni 13.

Nos Lodewicus comes de Euerstene presentibus publice protestamur et recognoscimus per hoc scriptum, quod nos venerabili patri ac domino O(ttoni) Paderbornensi episcopo et ecclesie ipsius dimidietatem comicie et iuridicionis nostre in Scherue cum omnibus suis pertinentiis et iuribus universis, sicut hactenus habuimus, pro triginta et quatuor marcis examinati argenti et quatuor solidis denariorum, sive pro quinquaginta[1]) et septem marcis denariorum Wartberge et Huxarie legalium obligavimus, ita videlicet, quod nos et nostri legitimi heredes dimidietatem dicte comicie et iurisdictionis nostre in festo beati Iohannis Baptiste anno quolibet redimere poterimus pro pecunia memorata. In cuius rei testimonium sigillum nostrum huic scripto duximus apponendum. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X nono, feria secunda ante Viti[2]) martiris.

[1]) quinginta *Or.* [2]) Utiti *die Urk.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 316. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Die vergleichende Geldnotiz wird von Weingärtner, Die Gold- und Silbermünzen des Bisthums Paderborn S. 24 erwähnt, aber mit irriger Jahreszahl. Gedr. Spilcker, Everstein UB. Nr. 182 mit 1279.

2022.

Die Stadt Bielefeld bekundet, dass Hecbert Niger ein Haus in Werther der Kirche in Schildesche überlassen hat. Bielefeld 1289 Juni 16.

Universis ac singulis, quibus subscripta videre contigerit, iudex ac universitas consulum de Bilevelde salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quia labilis est memoria hominum super terram, restat, ut ea, que sub tempore tractantur, testibus confirmentur et scriptura. Hinc est, quod nos iudex et consules Bilueldenses tenore presentium protestamur, quod Hecbertus Niger, uxor ipsius et ipsorum pueri ab ipsis legitime descendentes in nostra presencia constituti domum, quam in Wertere habebant, in manus domini Bertoldi rectoris ecclesie Bilueldensis et domini Rodolfi ad usus ecclesie de Schildissce cum omnibus suis appendiciis et iuribus, quibus ipsi possederant, coram iudicio libere resignabant. Testes huius rei sunt: dominus Top miles, dominus Hechardus de Lodere, Nicolaus de Holdendorp, Iohannes de Gutersloh, Hermannus de Gutersloh, magister Iohannes, Godekinus Feiteminne, Heinricus de Wolde, Iohannes Perca, Hecbertus de Melle et alii quam plures homines fide digni. In cuius rei evidens testimonium nostri sigilli muniminis typo presencia consignamus. Datum et actum Biluelde, anno Domini M°.C°C.LXX°XI°X., ipso die, quo celebrari solet octava de corpore nostri Domini Ihesu Christi.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Schildesche Nr. 29. An Pergamentstreifen Bruchstücke vom Siegel der Stadt Bielefeld.

2023.

Ablassbrief Bischof Otto's von Paderborn für das Minoritenkloster zu Paderborn. 1289 Juni 21.

Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus universis Christi fidelibus presens scriptum intuentibus salutem in Domino sempiternam. Ut fideles Christi quibusdam illectivis muneribus, indulgenciis vide-

licet et remissionibus ad opera pietatis invitemus, ut ex eo reddantur divine gratie aptiores, nos omnibus Christi fidelibus, qui in festivitatibus ecclesie fratrum Minorum in Paderborne videlicet in nativitate, epiphanie, resurrectionis, ascensionis, penthecostes, in quatuor festis beate Marie virginis, sancti Michahelis archangeli, sancti Iohannis Baptiste, sanctorum Petri et Pauli et aliorum singulorum apostolorum, beati Francisci, beati Antonii, beate Katerine et Clare virginum, omnium sanctorum[1]) et in commemoratione animarum, in die dedicationis ipsius ecclesie et in anniversariis eiusdem diei et per octavas omnium festivitatum predictarum ad ipsam ecclesiam causa devotionis accesserint et eidem ecclesie manum porrexerint adiutricem vel suas pias elemosinas et grata karitatis dona erogaverint, de omnipotentis Dei misericordia confisi quadraginta dies de iniunctis sibi penitenciis misericorditer relaxamus. Confirmamus nichilominus et ratas habemus omnes indulgentias venerabilium patrum archiepiscoporum et episcoporum datas et concessas ecclesie memorate. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°X nono, feria tercia ante Iohannis Baptiste.

[1]) *Wiederholt Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 317. An Pergamentstreifen verletzter Rest vom Siegel des Bischofs mit Sekret. Vgl. oben Nr. 2014.

2024.

*Graf Ludwig von Arnsberg verkauft ihm von einem Soester Bürger resignirte Güter in Ostern-*Swineveld *dem Kl. Holthausen bei Büren. 1289 Juni 22.*

Nos Ludewicus Dei gratia comes de Arnesberg omnibus presentes litteras visuris seu percepturis imperpetuum. Notum facimus publice protestantes, quod, cum Bertoldus dictus de Herborne opidanus Susaciensis et Yutta uxor eius bona eorum apud Osterenswinevelde sita, que de manu nostra tenebant in feodo, in manus nostras resignassent libere et absolute sponte ac voluntarie renunciantes omni iuri, quod eis in predictis bonis competebat seu competere videbatur. Nos, ipsis consentientibus consensu etiam . . uxoris et heredum nostrorum plenarie accedente, bona eadem cum agris, pratis, pascuis, aquis, nemoribus et cum omnibus attinenciis monasterio in Holthusen prope Bůren sito ac venerabilibus in Christo domine . . abbatisse et sanctimonialibus ordinis Cistersiensis (i)bidem Domino famulantibus in contractu venditionis assignavimus et assignamus in hiis scriptis iuste emptionis tytulo perpetuo possidenda et pecuniam, pro qua dicta bona vendita sunt, recognoscimus nos totaliter recepisse, proprietatem etiam eorundem bonorum eis conferimus, ut inde ibidem apud eas nostra memoria perpetuis temporibus habeatur. In testimonium igitur premissorum et robur firmitatis perpetue presentem paginum super eo conscriptam ipsis contulimus sigilli nostri munimine roboratam. Hiis presentes aderant: dominus Wichardus miles de Ense cum fratribus suis Henrico, Theoderico et Conrado, item dictus Stric iunior, Herbordus dictus Make, Conradus de Meninchusen, Conradus Bůlemast, Albertus Preco, Gerwinus de Lůnen iunior, omnes admissi sunt, testes in premissis nomine vasallorum. Actum et datum feria quarta ante festum nativitatis Iohannis Baptiste, anno Domini M°.C°C octogesimo nono.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Holthausen Nr. 7. An roth und gelb geflochtenen Seidenfäden Siegel des Ausstellers. Gedr. Wigand, Archiv VII, 152.

2025.

Das Paderborner Domkapitel verpfändet einen nicht genannten Zehnten an Kl. Gokirche. 1289 Juni 28.

Nos Dei gratia Wernherus decanus, totumque Paderbornensis ecclesie capitulum presentibus protestamur, quod domina abbatissa et conventus ecclesie sancti Odelrici, Paderbornensis civitatis, octo marcas et septem solidos Paderborne legales conputabunt tempore redemptionis decime nostre super sortem principalis debiti, pro quo dicta decima sibi fuit obligata per alia publica instrumenta. Et nos, quocunque anno placuerit, ipsam decimam redimere poterimus in festo cathedre Petri et non alio tempore simul pro priori debito et pro dictis octo marcis et septem solidis domino Lentfrido sacerdoti

pro nobis persolutis. Item condictum est, quod, si Godescalcus de Brocbeke vel heredes fratrum de Dryborg sepe dictam decimam per ius optinuerint et evicerint, ita quod sibi vel eis redemptio principalis debiti competere videatur, nos nichilominus predictas octo marcas et septem solidos persolvemus, cum non sint de summa debiti principalis. Actum et datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXX°XI°X., in vigilia apostolorum Petri et Pauli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 318. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2026.

Die Grafen Adolf und Albert von Schwalenberg genehmigen den Verkauf von Gütern zu Entrup an Kl. Falkenhagen. 1289 Juni 30.

In nomine sancte et individue trinitatis. Adolfus[1]) et Albertus fratres comites dicti de Swalenberch universis Christi fidelibus presentia visuris salutem in salutis auctore. Cum humana natura novas deproperet formas fingere et moderni formarum gaudeant pulcritudine decorata, verum ipsa natura figmentis et institutionibus pravorum sepius vicietur, expedit preterea[2]), ut, que aguntur, litterarum[3]) certitudine perhennentur. Noverint igitur universi tam presentes quam posteri presentem paginam inspecturi, videlicet quod Cunnegundis abbatissa totusque conventus sanctarum monialium ecclesie in Valkenhagen[4]) dimidietatem ville Entroppe cum aliis bonis et attinenciis a famulis fratribus dictis de Ermwordessen videlicet Hinrico et Gotfrido[5]) pro XXIII[6]) marcis puri et examinati argenti Warbergensium denariorum pro nunc usualium,[7]) comparavit empcionis legali[8]) titulo mediante. Sed quia iam[9]) dicti famuli de Ermwordessen supra dictam medietatem ville cum suis iuribus et pertinentiis[10]) de manu nostra iure pheodali possederant, empcione vero[11]) facta de consensu suorum verorum[12]) heredum in manus nostras resignaverunt, prout iustum fuerat et consuetum. Nos autem hoc facto predictorum bonorum proprietatem et[13]) ius patronatus tam in venacionibus(?) quam piscationibus necnon hominibus et mancipiis et serviciis eorundem nichil omnino iuris nobis reservantes de consensu tamen et arbitrio et voluntate dominorum nostrorum, hec est uxoris nec non[14]) Hinrici filii nostri et aliorum nostrorum heredum prememorate ecclesie in remedium nostrarum animarum contulimus iure perpetuo possidendam. Ne autem hoc factum aut oblivio deleat aut oportunitas ingenii malignantis infringat, presentem paginam in testimonium conscribi fecimus sigillorum appensionibus roboratam. Datum et actum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo nono[15]), in crastino apostolorum Petri et Pauli.

[1]) Adolphus *C.* [2]) institucionibus vicietur, sepius expedit, ut *C u. D.* [3]) litterali *C u. D.* [4]) *Nun folgt bei C u. D:* bona sita in villa Entorp scilicet duas curias et alia attinencia. [5]) Godefrido *C. u. D.* [6]) viginti duobus *C u. D.* [7]) *Von* puri — usualium *fehlt C u. D.* [8]) legali *fehlt C u. D.* [9]) iam *fehlt C u. D.* [10]) *Statt* suprad. — pertin. *haben C u. D:* supradicta bona. [11]) vero *fehlt C u. D.* [12]) *Fehlt C u. D.* [13]) *Es folgt bei C u. D:* et ius patronatus de consensu et arbitrio dominarum earundem etc. [14]) et *C u. D.* [15]) *B hat* M°CC°LXX°IX.

Aus Msc. I, 131 p. 17 (B), I, 130 fol. 6 (B) und VII, 4512 p. 83 (D) im Kgl. St.-A. Münster. Das Jahr 1289 wohl sicher wegen der Handschriften in Detmold, die ebenfalls dasselbe haben. Statt Entorp *lesen Lipp. Regg. I, 266 Nr. 428* Eiegtorpe *und bezeichnen es als ausgegangene Ortschaft der Grafschaft Schwalenberg. In Ztschr. XLVI, 2, 188 weist Schrader nach, dass* Entorp *(Entrup bei Nieheim) die richtige Lesung sei.*

2027.

Edelherr Simon zur Lippe verkauft sein Haus in Harsewinkel mit Mühle an Kl. Marienfeld unter Zustimmung seiner Schwester Liese, seiner Frau Adelheid und seiner Söhne Bernhard und Hermann. Lippstadt 1289 (um Juli 9.)

Zeugen: Heinricus et Lutbertus frater eius dicti Wenet, Stephanus notarius noster, Hinricus gogravius, Bertholdus de Ripen, Heinricus de Ykgenhusen.

Gedr. UB. III, 1389 zu 1289. Vgl. folg. Nr.

2028.

Edelherr Simon zur Lippe behält sich beim Verkauf seines Hofes in Harsewinkel mit Mühle an Kl. Marienfeld das Rückkaufsrecht auf fünf Jahre vor. Ravensberg 1289 Juli 9.

Nos Symon nobilis de Lippia coram universis presentis pagine inspectoribus publice recognoscimus et fatemur, quod curtem nostram in Hoswinkele cum molendino sibi annexo nec non areis, casis ibidem et ceteris attinentiis universis, quam de consensu pleno sororis Lyse, uxoris nostre Aleydis ac Bernhardi et Hermanni filiorum nostrorum vendidimus viris religiosis abbati et conventui de Campo sancte Marie, ordinis Cysterciensis, Monasteriensis dyocesis, pro c marcis monete Monasteriensis pecunie nobis ex integro numerate sub huius pacti tenore vendidimus, quod liceat nobis infra quinquennium continuum a die beati Iacobi apostoli computandum reemere predictam curtem cum suis attinentiis pro summa c marcarum superius expressa. Quo elapso nec nos nec ullus ex parte nostri occasione huiusmodi conditionis super predictis bonis supra dictis . . abbati et conventui questionem movebit aut ulterius aliquatenus molestabit. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum una cum sigillo uxoris nostre duximus apponendum. Datum Rawensberg, anno Domini M°.C°C.LXX°X nono, in vigilia septem fratrum, in multorum presentia coram testibus subnotatis: Heinricus et Lutbertus frater eius dicti Winet, Stephanus notarius noster, Heinricus gogravius, Bertoldus de Ripen dapifer noster, Heinricus de Iggenhusen, Reynbertus miles dictus de Rubo et alii quam plures fide digni.

Aus Msc. VII, 1326 fol. 83v im Kgl. St.-A. Münster. Auszug UB. III, 1779. Reg. Lipp. Regg. I, 268 Nr. 433 zu 1289; früher Clostermeier, Kritische Beleuchtung S. 9 Anm.

2029.

Herzog Heinrich von Braunschweig verspricht den Bürgern von Höxter, sie bei den Rechten und Freiheiten zu belassen, deren sie sich zu Zeiten seines Vaters Herzog Albrecht erfreut hätten. Höxter 1289 Juli 15.

Dei gratia Heynricus dux de Bruneswich omnibus, ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit, salutem in omnium salutari. Quoniam que geruntur in tempore, ne labantur a memoria hominum ex processu temporis, solent poni in ore testium vel scripture memorie commendari, noverint igitur universi tam presentes quam posteri, quod nos accedente consilio et consensu heredum nostrorum, quorum consensus erat merito requirendus, cum dilectis nobis burgensibus civitatis Huxariensis placitavimus tali modo, videlicet, quod nos ipsos liberaliter faciemus perfrui et gaudere ex libertate et iure in advocacia civitatis eiusdem, quod illustris principis patris nostri Alberti quondam ducis de Bruneswich clare memorie temporibus habuerunt, ita quod etiam in eodem iure fideliter promovere tenebimur et pro posse burgenses superius recitatos, quod et ipsi nobis et advocato nostro, qui ibidem fuerit pro tempore, facient versa vice. Ut autem ea, que promisimus, maneant inconvulsa et a nostris posteris observentur, presentem litteram cum sigilli nostri munimine roboratam ipsis concessimus ad cautelam. Huic rei aderant et sunt testes: dominus Hermannus de Werberge et dominus Burchardus de Meynersem nobilis, frater Hermannus cellerarius monasterii in Walkenrede, Wernherus miles dictus Ledgast et Heinricus miles dictus Hegere, fideles nostri, Eckebertus apud cymiterium, Heynemannus de Veltstede et Widekindus de Gandersem, burgenses in Bruneswich et quam plures alii fide digni. Datum Huxarie per manum Segeberti notarii nostri, anno Domini M°.C°C octogesimo nono, in die sancta divisionis beatorum apostolorum.

Or. im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv in Wolfenbüttel. An Pergamentstreifen verletztes rundes Siegel des Herzogs mit dem Löwen.

2030.

Arnold genannt von Gudensberg schenkt dem Kl. Hilwartshausen 1 1/2 Hufe. Wolfhagen 1289 Juli 23.

Notum sit omnibus presens scriptum intuentibus, quod ego Arnoldus dictus de Godenberg filius Thiderici militis dicti Wulf contuli mansum et dimidium in Strouorde situm cum omni iure et universo fructu ad eadem bona pertinente rite domino Heinrico preposito, Alheidi priorisse et toto conventui

in Hyltewardeshusen iure proprietario perpetuo possidendum. In cuius rei testimonium dedi presens scriptum predicte ecclesie appensione sigilli mei roboratum. Datum in Wulfhagen, anno Domini M°.C°C.LXX°XI°X., decimo Kalendas Augusti.

Or. im Kgl. St.-A. Hannover, Kl. Hilwartshausen Nr. 64. An Pergamentstreifen abhängendes Siegel des Ausstellers.

2031.

Bischof Otto von Paderborn verkauft mit Zustimmung des Domdechanten und Kapitels in Paderborn sein Gut Frankenfeld in Pfarrei Neuenkirchen in der Osnabrücker Diözese an Kl. Marienfeld und erwirbt dafür Zehnten in Delbrück. Paderborn 1289 Juli 26.

Gedr. UB. III, 1381.

2032.

Konrad Guyfthere und seine Schwestern verkaufen ihre Güter in Hadamar an Kl. Hardehausen. 1289 August 25.

In nomine Domini amen. Ego Wernherus de Sevenesberg miles recongnosco et protestor publice, cupiens universis et singulis presens scriptum intuentibus fore notum, quod frater Albertus magister curie monasterii de Herswidehusen site in Fritslaria nomine dicti monasterii et conventus eiusdem emit racionabiliter agros et bona sita in Hademar, que Conradus dictus Guyfthere et Goda ac Elyzabet eius sorores a me in feodum tenuerunt, monasterio et conventui predictis perpetuo possidenda liberaliter et quiete accedente voluntario et liberali consensu omnium illorum, quorum consensus supra emptione et venditione predictorum bonorum seu agrorum extitit requirendus. Ego quoque ius proprietatis predictorum bonorum seu agrorum accedente libero et voluntario consensu Gysle mee matris et Henrici mei fratris ac omnium aliorum coheredum meorum dedi et contuli liberaliter possidendum iugiter ob reverentiam et honorem beate Marie virginis monasterio et conventui memoratis. Ut igitur tam emptio et venditio, quam donatio et collatio proprietatis predictorum bonorum et etiam consensus adhibitus ad predicta inviolabiliter observetur, mee et predicte mee matris Gysle sigillis dedi hanc litteram sigillatam. Testes omnium predictorum sunt: Bernhardus et Henricus fratres, vicarii ecclesie Fritslariensis, et Henricus Luscus sororius eorundem. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XI°X., VII°I. Kalendas Septembris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 276. Beide Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2033.

Abt Heinrich und Konvent von Corvey übertragen dem Bischof Volquin von Minden die Entscheidung über den Streit der Pfarrer in Hehlen. Corvey 1289 September 10.

Gedr. Meinardus, Hameler UB. Nr. 101. Am 26. Februar 1290 (1291?) (daselbst Nr. 102) entscheidet Bischof Volquin den Streit durch Union der beiden Pfarreien; der Ueberlebende bleibt alleiniger Pfarrer; Corvey und Hameln wechseln im Patronat. Hehlen liegt bei Bodenwerder.

2034.

Bischof Otto und das Domkapitel von Paderborn bestätigen der Stadt Brakel die unter ihrer früheren Herrschaft genossenen Rechte. Paderborn 1289 September 25.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus, decanus totumque capitulum ibidem universis presentia visuris cupimus fore notum, quod attendentes favorem et dilectionem nobis ostensam in subiectione et fidelitate nobis facta nos et successores nostri promittimus bona fide discretis viris iudici, consulibus ac communitati opidanorum in Brakle omnia eorum iura antiqua sui opidi, sicut olim a suis dominis habuerunt, pacifice et quiete et volumus illibata in perpetuum observare et gaudere pariter de eisdem. Item predicti burgenses de Braclo non erunt nobis et ecclesie nostre astricti ad iuvandum in aliqua privata guerra, si nos specialiter contingeret, nisi hec de communi et omnium dominorum suorum consensu procederet et assensu, vel nisi saltem hoc[1]) nobis essent facturi de favore et gratia speciali. Ceterum promittimus in hiis scriptis dictis burgensibus infra limites parrochialium

dicti loci nulla nova edificia quecunque construere in eorum preiudicium vel gravamen. In cuius promissionis et confederationis testimonium sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXX°X nono, VI°I. Kalendas Octobris.

[1]) *Or. A* hac.

Or. (A) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 319. An Pergamentstreifen Bruchstücke des bischöfl. Siegels; das andere war nie angehängt. Gleichlautende Ausfertigung (B) im Stadtarchiv zu Brakel. Gedr. Wigand, Archiv IV, 3.

2035.

Bischof Otto und das Domkapitel von Paderborn nehmen die Stadt Brakel in ihren Schutz und versprechen mit ihren Gegnern im gegenwärtigen Kriege sich nicht zu vereinigen, ohne dass der Stadt Brakel der Verbleib beim Bisthum sicher ist. Paderborn 1289 September 25.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus, Wer(nerus)[1]) decanus totumque capitulum ibidem presentibus publice protestamur, quod discretos viros iudicem, consules ac universos et singulos oppidanos in Braclo exnunc in antea tamquam nostros burgenses in suis agendis et negociis intendimus fideliter promovere; promittimus nichilominus fide data predictis burgensibus, quod extra ipsos et ipsis exclusis nullas treugas dabimus nec admittemus in presenti guerra nec eciam inibimus aliquam compositionem cum nostris adversariis, nisi predicti burgenses semper et in perpetuum manserint apud nos et ecclesiam Paderbornensem in compositionibus et in treugis. Ad ampliorem vero certitudinem nos Wernerus decanus, Hermannus scolasticus, Remboldus thesaurarius, Wedekindus[2]) de Osede, Fredericus de Heruordia, Amelungus de Driborg, Otto de Retberg, Georgius de Sola Domo, Theodericus de Yttere[3]), Iordanus Slauus, Lyppoldus de Amelungeshen, Ludolfus Marscalcus et Bertoldus de Sosato, canonici ecclesie Paderbornensis; item Volcmarus de Brinke, Conradus senior de Etlen et[4]) Conradus iunior, Lippoldus de Etlen, Wilhelmus de Verenden[5]), Iohannes de Elwordessen[6]), Albero et Wernerus fratres dicti Cancri et Ludolfus de Elmerinchosen, milites; Iohannes et Hermannus fratres dicti de Driborg, Mengerus de Grafhem, Hermannus de Hyrse et Stapel, famuli, fideiussores unanimiter constituti promittimus fide data omnia predicta ex certa scientia et voluntate capituli nostri predicti et ministerialium ecclesie Paderbornensis, si dictum dominum nostrum Ottonem mori aut captivari contingerit, inviolabiliter observari. Datum Paderborne, actum in monasterio in capella sancte Marie. In cuius promissionis et obligationis presentem paginam nos O(tto) et capitulum predicti dedimus sigillis nostris appensis dictis burgensibus roboratam VII°. Kalendas Octobris, anno Domini M°.C°C.LXX°X nono.

[1]) Wernerus *fehlt B.* [2]) Widekinus *B.* [3]) Etthere *A.* [4]) et *fehtt B.* [5]) Verende *B.* [6]) Elverdessen *B.*

Or. im Stadtarchiv zu Brakel (A) und im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 320 (B). An Ausfertigung A beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen, an B noch Rest vom bischöfl. Siegel. Was mit presens guerra *gemeint ist, ist nicht klar. Die grosse kölnisch-limburgische Fehde war im Grunde doch vorüber, seitdem Erzbischof Siegfried am 5. Juni 1288 in der Schlacht bei Worringen gefangen genommen war. Die Unterhandlungen dauerten zur Zeit der Ausstellung unserer Urk. noch: aber nirgends verlautet trotz des Bündnisses des Bischofs Otto mit Siegfried, dass er an dem Kriege Theil genommen habe. Gedr. Schaten ad annum; Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 235.*

2036.

Bischof Otto von Paderborn und Domkapitel bekunden, dass sie den Knappen Burchard von der Asseburg und seine Erben in allen ihren Gütern und auch in der Hälfte des Burchard zukommenden Antheils des Grafen Otto von Polle (Everstein) schützen wollen, und dass, wenn dem letztern für ihren Theil noch eine Geldentschädigung zukommen sollte, sie bei etwaiger Zahlungsunfähigkeit ihre Hälften sich zunächst anbieten wollen. Paderborn 1289 September 25.

... Huius autem conventionis testes sunt: Conradus de Etlen senior et Conradus de Etlen iunior, Lippoldus de Etlen dapifer, Albero et Wer(nerus) fratres dicti Cancri, Ludolfus de Elmerinchosen,

Iohannes de Elwordessen et Wilhelmus de Verenden, milites, nec non Albertus de Amelungeshem, Hermannus de Hyrse, Iohannes et Hermannus fratres de Driborg, Mengerus de Grafhem et Stapel, famuli, et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium nos O(tto) et capitulum Paderbornense predicti sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Datum et actum in capella sancte Marie in civitate Paderbornensi, anno Domini M°.C°C.LXX°X nono, VII°I. Kalendas Octobris.

Or. mit vor. Nr. zusammen auf dasselbe Pergamentblatt geschrieben. Gedr. Asseburg. UB. I, Nr, 446.

2037.

Richter und Rathmänner der Stadt Brakel stellen eine Reversurkunde zu den Versprechungen des Bischofs und Kapitels vom vorhergehenden Tage aus. Brakel 1289 September 26.

Nos iudex, consules ac universitas burgensium in Bracle tenore presentium recognoscimus publice protestantes, quod nos et singuli nostri burgenses apud venerabilem patrem et dominum episcopum Paderbornensem ac suum successorem necnon apud capitulum et ecclesiam Pader(bornensem) bona fide in perpetuum permanebimus ac ipsis episcopo et[1]) ecclesie sue (in parte sua) in omnibus obedire intendimus[2]) tamquam fideles burgenses domino suo vero. Et hec sub fidelitate sibi prestita promittimus bona fide. In cuius obligationis et fidelitatis testimonium dicto domino nostro episcopo ac sue ecclesie presentem paginam ex certa scientia et voluntate omnium et[3]) singulorum nostrorum burgensium requisitorum[4]) nostre civitatis sigillo dedimus roboratam. Datum et actum Bracle in civitate, V°I. Kalendas Octobris, anno Domini M°.C°C.LXX°X nono.

[1]) *Fehlt B.* [2]) int. ob *B.* [3]) omnium et. *fehlt B.* [4]) req. *fehlt B.*

Or. in zwei Ausfertigungen (A und B) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr.321, beide sehr verblasst. Das an Pergamentstreifen angehängte Siegel der Stadt liegt (beschädigt) bei. Gedr. Schaten ad annum.

2038.

Ritter Heinrich Bittersole verkauft dem Kl. Volkhardinghausen seine Güter in Ober-Elsingen. 1289 September 29.

Ego Hen(ricus) dictus Bittersole miles omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, recognosco lucide protestando, quod cum consensu uxoris mee et omnium heredum meorum, bona mea in superiori villa Elsingen sita cum suis pertinentiis et usufructibus universis vendidi conventui sanctimonialium in Volchardinchusen perpetuis temporibus quiete possidenda et warandiam prestare promitto super hiis bonis, ubicunque locorum fuero requisitus. Insuper ad manus domini Gotscalci comitis de Perremunt ius meum in predictis bonis resigno liberaliter per presentes, a quo predicta bona possederam infeodatus. Ut autem hec firma et rata permaneant, presens scriptum sub sigilli munimine domini Gisonis de Gudenborg scwageri mei decrevi roborandum. Testes sunt: dominus Io(hannes) de Helfenberg, dominus Her(mannus) de Blomensten, Her(mannus) de Roderekessen, Wer(nerus) de Hil., Wernerus de Gudenberg et alii quam plures. Datum anno Domini M°.CC°. octogesimo nono, in die Mychahelis archangeli.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Siegel sammt Befestigung ausgerissen.

2039.

Bischof Otto von Paderborn und Knappe Burchard von der Asseburg schenken der Stadt Brakel Grund und Boden der Palburg mit Zubehör. 1289 Oktober 13.

Gedr. (nach Or. im Stadtarchiv zu Brakel) Asseb. UB. I, 447.

2040.

Äbtissin Jutta von Geseke überlässt dem Hermann gen. Slechtere eine Ministerialenhufe bei Geseke. 1289 November 4.

Que geruntur in tempore, ne simul lapsu temporis evanescant, expedit, ut in scripta publica redigantur. Hinc est, quod nos Iutta Dei gratia abbatissa ecclesie sancti Ciriaci in Ghesike notum esse

cupimus universis audituris presentes litteras et visuris, quod, cum Richeldis relicta quondam Henrici militis dicti Bursa ipsiusque heredes Menricus, Gherardus, (Ber)toldus et Alheydis consensu unanimi vendidissent Hermanno dicto Slechtere, Hildegundi uxori sue ac ipsorum liberis mansum quendam bonorum nostrorum ministerialium situm apud opidum Ghesike ad nostram venerunt presentiam, nobis predictum mansum cum omnibus suis attinentiis videlicet in silvis, pratis, pascuis et aquis libere resignantes, nichilominus omni eorum actioni et iuri, quod in dicto manso habuerunt seu habituros in posterum se dicere possent penitus renunciantes. Quibus peractis bona ministerialia prefata nobis vacantia sepe dicto Hermanno, sue uxori Hildegundi et ipsorum liberis nostris ministerialibus porreximus possidenda perpetuo, pacifice et quiete. Astiterunt autem huiusmodi vendicioni seu porrectioni: Goswinus sacerdos, Helmicus, Hermannus fratres dicti Wernsinch, clerici, Wernerus Cancer, Rodolphus de Wardeslo, milites, Lambertus in foro, Gherardus de Hemerede, Hermannus Rabodinch, Depmarus Muke, Iohannes de Subérdinchusen, Iohannes Blisme, Wernerus Strod, Lambertus pistor, Dethardus de Herdinchusen, Iohannes Heghetinde, Ghyselerus de Upsprunghe, Renfridus de Persinchusen, consules; Wescelus Mars, Iohannes Mars, Menricus Haroldinch, Iohannes Wlbero fratres dicti Pauones, Olricus Vrigman, Wernso Slecter et alii quam plures fide digni. Ad cautelam quoque habundantem nos consules prelibati ad peticionem tam emencium quam vendencium presentem paginam roborari et sigilli nostre universitatis munimine fecimus communiri. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo nono, feria sexta ante festum beati Martini.

Aus Transsumpt saec. XV. des Hermannus Ghezeler de Ghesike, clericus Coloniensis, *angefertigt auf Bitten* Heynemanni prioris monasterii sanctorum Petri et Pauli apostolorum Padeburnensis *im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 78.*

2041.

Die Rathmänner von Corbach bekunden Verzicht auf Ansprüche an Güter des Kl. Haina seitens der von Heybag. 1289 November 12.

Nos Herbordus de Epehe proconsul, Iohannes Surdus, Bertoldus de Brakele, Henricus de Wernestorp, Albertus Diues, magister Adolfus, Conradus Wndengoit, Conradus Rotgeri, Iohannes Ekezaf, Iohannes Becel, Detmarus pellifex, Gerhardus Sporro, consules in Corbike, tenore presencium recognoscimus publice protestantes, quod Conradus dictus de Heybag omni actioni, que sibi competere videbatur, super bonis omnibus in Heybag sitis, que suus pater et mater consensu unanimi suorum coheredum ecclesie in Hegene libere contulerunt, in nostra presencia renunciavit. Preterea Alheydis predicti Conradi mater bona sua omnia eo iure, quo hactenus possedit, possidebit, que ad ipsam pertinent possidenda, quoad vixerit in hac vita. Insuper omnia, que Conradus de Heibacg suus patruus legavit in testamento se ratum et gratum habere profitetur. Huius rei testes sunt: dominus Heynemannus de Ittere, dominus Wernerus de Westerburg, Godescalcus de Mulhosen, Albertus de Ymminchosen, milites, Conradus de Otmarinchosen iudex et alii quam plures fide digni. In huius rei evidens testimonium sepe dictus Conradus petivit presens scriptum sigillo nostre civitatis firmiter communiri. Actum et datum anno Domini M°.C°.C.LXXX° nono, in crastino beati Martini.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Haina (Depositum). An vom Or. eingeschnittenem Pergamentstreifen Siegel der Stadt Corbach.

2042.

Genannte verpfänden ihre Güter in Edelersen *dem Kl. Willebadessen. 1289 November 13.*

Nos Henricus, Alexander, Conradus, Hartmannus, Bertoldus, Iohannes fratres de Wlisdessen, Elburgis mater nostra et Gotfridus dictus Touer presentibus protestamur, quod bona nostra in Edelersen ecclesie Wilbodessen usque ad festum purificacionis Marie nunc instantis ad tres annos pro quatuor marcis denariorum titulo pignoris obligavimus, tali conditione interposita, quod predicta bona infra pre-

dictum tempus nobis redimere non licebit. Si vero sepe dicto tempore elapso sepe dicta bona nostra tunc in crastino purificacionis Marie non redimeremus, tunc in arbitrio predicte ecclesie Wilbodessen erit, utrum sepe dicta bona tunc ad annum adhuc vel diucius velit obtinere vel non. Que bona semper pro quatuor marcis denariorum, qui tunc legales sunt in Brakele, redimere nos debemus. In cuius robur et munimen presens scriptum sigillo oppidi in Brakele petivimus roborari. Presentes erant: Gerhardus de Beldessen, Arnoldus de Driborch, Alexander Ruffus, Gerhardus de Herse, Albertus Wolquinus[1]), Henricus de Valehosen[2]), Conradus de Erekelen, Ludolfus de Sutthem, Henricus de Horebruche, Ewerhardus de Woltessen, Bertoldus de Erenwordessen, tunc temporis consules in Brakele, Hermannus de Mengerssen et Iohannes de Nihosen[3]) et alii quam plures viri honesti. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXXXI°X., die dominica post Martini.

[1]) Wocquinus *B.* [2]) Valehosen *C.* [3]) Nihosen *C.*

Nach dem Willebadessener Kopiar saec. XV./XVI. im Stadtarchiv Dortmund f. 81v u. 87v (B und C von verschiedenen Händen); Reg. von Schatens Hand St.-A. Münster, Msc. I, 242, 63 zu 1283.

2043.

Prior und Konvent von Abdinghof urkunden über die Überlassung eines ihrer Häuser in Paderborn an Heinrich von Elsen. Paderborn 1289 November 23.

Nos Conradus prior totumque collegium sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Paderborne presentibus protestamur, quod aream, quam Thi(dericus) bone memorie dictus de Korbike, quondam vicarius maioris ecclesie in Paderborne, sitam ante domum Borchlere in possessione habuerat, nunc nostre ecclesie pertinentem ipsam Henrico de Elsen contulimus pro pensione duorum solidorum Paderborne legalium annuatim, ita ut idem Henricus liberam habeat facultatem disponendi de area predicta, quod sibi placuerit, videlicet vendendo seu locando alis personis, dummodo nobis et ecclesie nostre de hiis, qui eam possederint, vel inhabitaverint, predicta pensio persolvatur. Preterea si predictum H(enricum) aream dictam vendere contigerit, nobis prius ipsam exhibebit. Ad cuius facti evidentiam presentem paginam sigillo ecclesie nostre duximus roborandam. Acta sunt hec presentibus hiis: domino Siffrido cellerario sancti Petri, domino Hermanno plebano sancte Brigide, Conrado milite de Alfnen, Yshero de Aldendorpsen, Gysolero Mettiensto. Datum Paderborne, anno Domini M°.CC°.LXXXIX°., in die Clementis.

Aus Msc. VII, 4217 f. 147 im Kgl. St.-A. Münster.

2044.

Die Gebrüder Specht überlassen dem Kl. Falkenhagen ihren Hof in Brak. 1289 November 23.

Conradus et Bertrammus fratres dicti Specht presentia visuris totius boni plenitudinem. Quoniam venerabilis domina Ermegardis abbatissa totusque conventus cenobii in Valkenhagen fundati in caritate dilectum patrem nostrum Wernerum propter Deum nostrumque obsequium susceperunt in procurationem perpetuam victus et vestitus et in confratrem participemque omnium bonorum, que apud ipsas fiunt, efficientes, presentibus firmiter protestamur et recognoscimus nos communicato consilio amicorum nostrorum curiam nostram sitam in Brach villa, que est in parochia Lude, cum consensu heredum nostrorum liberaliter et eternaliter cum omnibus suis attinentiis, agris, silvis et pascuis resignantes predicto cenobio sanctimonialium in Valkenhagen contulisse. Preterea iam dictus conventus nos prescriptos fratres Conradum et Bertrammum post hanc vitam suscepit in confratres et participes omnium bonorum, que ad gloriam Dei inibi fiunt. Ut autem hec donatio nostra sepe dicto claustro perseveret inconvulsa, petivimus discretos viros consules in Lude, quia proprio sigillo caruimus, ut nostri causa presens scriptum sigilli sui munimine corroborarent, quod factum est, sicut presens appensio protestat. Datum anno Domini M.CC.LXXXIX., ipso die sancti Clementis pape et martiris.

Aus Falkenhagener Kopiar im Fürstl. Lipp. Arch. in Detmold. Reg. Lipp. Regg. I, 266 Nr. 429.

2045.

Burchard von der Asseburg und der Rath der Stadt Brakel bekunden, dass Bertram Specht in die Hand Burchards, des Ritters Engelhard von Abbenhusen und des Knappen Werner von Vlechten erklärt habe, dass er seinen Hof im Dorfe Brak den Junkern von Pyrmont resignirt und dem Kl. Falkenhagen übertragen habe. 1289 November 25.

Gedr. Asseb. UB. I, 448. Reg. Lipp. Regg. I, 267 Nr. 430. Vgl. unten zu 1290 Juli 16.

2046.

Hermann und Hildebold Brüder und Konrad Edle Grafen von Pyrmont schenken dem Kl. Falkenhagen einen Hof in Dodenbroke. *1289 November 28.*

Quod sincera fide perpenditur esse dispositum, roborare debet solempnis tytulus litterarum. Hinc est, quod nos Hermannus, Hildeboldus fratres et Conradus nobiles comites de Peremunt ad petitionem Iohannis dicti Stengroue unam curiam in Dodenbroke, quam ipse a nobis iure pheodali tenuit, cenobio sanctimonialium in Valkenhagen proprietavimus et libertavimus et ab omni iure, quod nos de eadem curia contingere posset, cessavimus propter Deum. Et hoc singulis et universis presencium inspectoribus vel auditoribus cupimus esse notum. Ne autem hoc nostrum factum aliquis heredum nostrorum vel vetustas elabentis temporis deleat et infringat, presentem litteram dicto cenobio contulimus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo nono, feria secunda ante festum beati Andree apostoli.

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 27. An Pergamentstreifen 1) grosses rundes Siegel, im gegatterten Siegelfelde dreieckiger Schild mit dem Ankerkreuz, dessen eine Hälfte abgebrochen. Da die noch vorhandene Hälfte die Umschrift Hildeboldi com. de Peremunt *enthält, so ist es ein gemeinschaftliches beider Brüder. 2) dreieckiges etwas verwischtes Siegel mit dem Ankerkreuz, das Konrads. Reg. Lipp. Regg. I, 267 Nr. 431.* Dodenbroke *ausgegangene Ortschaft der Grafschaft Pyrmont.*

2047.

Bischof Konrad von Ratzeburg ertheilt den Besuchern der Kirche des Predigerordens in Warburg 80 Tage Ablass. 1289 Dezember 30.

Conradus Dei gratia Raceburgensis ecclesie episcopus, Lubicensis ecclesie episcopi vicem gerens, universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Licet is — aptiores. Nos enim de Dei omnipotentis misericordia et beatorum Petri et Pauli auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad monasterium fratrum ordinis predicti in Wardenberch causa devocionis accesserint, LXXX dies et duas karenas de iniunctis sibi penitenciis, dummodo loci dyocesanus consenserit, misericorditer relaxamus. In cuius rei evidenciam presens scriptum duximus nostri sigilli munimine roborandum. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XIX°., II°I. Kalendas Ianuarii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. Warburg Nr. 45. An roth-gelben Seidenfäden in rothem Wachs gut erhalten das spitzovale Siegel des Bischofs, sitzende Gestalt, die Rechte erhoben, in der Linken den Krummstab. Auf der Rückseite gleichzeitig: confirmata est per dominum (Paderbornensem *ausradirt*) episcopum.

2048.

Die Streitschlichtung zwischen Bischof Volquin von Minden und Dompropst Otto daselbst nebst Anhängern durch Erzbischof Siegfried von Köln fand bei Herford statt. 1289 Dezember 31.

Gedr. Würdtwein, Subs. dipl. XI, 95.

2049.

Erzbischof Siegfried von Köln ertheilt den Besuchern und Wohlthätern der Marienkirche in Lemgo einen Ablass von 40 Tagen. (Lemgo) in der Johanneskirche 1289.

Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Quoslibet Christi fideles ad zelum devotionis et ad opera karitatis, prout nostro incumbit officio, allicere cupientes, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam beate Marie virginis novi oppidi Lemegogensis causa devotionis accesserint vel ibidem de bonis sibi a Deo collatis ad honorem Dei pro structura consumanda[1]) aliquid erogaverint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli apostolorum eius confisi suffragiis quadraginta dies venie et unam karenam de iniuncta sibi penitencia, dum tamen dyocesani voluntas accedat, misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in ecclesia beati Iohannis apostoli et ewangeliste, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo nono.

[1]) consumm. *Or.*

Or. im Stiftsarchiv zu Lemgo. Siegel vom anhängenden Pergamentstreifen abgefallen. Reg. Lipp. Regg. I, 267 und 432. Der Schlusspunkt fehlt, es sollte noch die Tagesbestimmung hinzugefügt werden.

2050.

Erzbischof Siegfried von Köln bestätigt den von den Edlen und Ministerialen seiner Kirche gefundenen Rechtsspruch, dass, wenn die Ministerialen und Wachszinsigen des Herforder Stifts ihre freie Geburt durch das Zeugniss der husgenoten *erhärten können, die Gegenpartei, welche sie zu Eigenhörigen machen will, nicht zum Beweise zugelassen werden darf. 1289 (1290) Januar 1.*

Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, universis presentes litteras visuris vel audituris salutem in Domino. Ad nostram pervenit audientiam, quod nonnulli quibusdam ministerialibus et cerocensualibus ecclesie Heruordensis questionem status opponunt et nituntur eosdem sibi vendicare in servos, cum ipsi ministeriales seu cerocensuales predicti ex conditione sui status se non servos sed potius liberos asseverent. Cum igitur tam hii quam illi ad fundandam suam intentionem hincinde, ut dicitur, se ad probandum vicissim petant admitti, hii quidem conditionem libertatis, alii vero contrarium offerentes se legitime probaturos, et ob id a quibusdam sit in dubium revocatum, cuius partis probatio in hoc casu sit tamquam potior admittenda et per consequens in iure alii preferenda: per dilectam in Christo . . abbatissam ecclesie Heruordensis, eo quod prefata questio ipsius ecclesie statum specialiter tangere videbatur, nobis fuit humiliter supplicatum, ut pro decisione questionis et dubitationis predicte, quid iuris existeret in hac parte, per maiores et peritiores una cum communitate presentium secundum terre consuetudinem mandaremus coram nobis sententialiter diffiniri. Nos itaque, ad quos officii nostri debita pertinere dinoscitur lites restringere potius quam augere, nobilibus ecclesie, ministerialibus et aliis quam pluribus fide dignis in nostra presentia constitutis iniunximus viva voce, ut se in partem traherent ac matura deliberatione prehabita, quid in casu premisso iuris existeret, diffinirent et coram nobis iuxta terre consuetudinem in publicum promulgarent. Qui ad nostrum mandatum in partem communiter se trahentes, de unanimi et concordi deliberatione omnium predictorum questionem predictam diffinierunt sententialiter in hunc modum, quod, si ministeriali vel cerocensuali ecclesie cuiuscunque questio status ab aliquo moveatur, et idem ministerialis vel cerocensualis per suos comministeriales vel concerocensuales, quorum integra sit opinio, qui husgenoten vulgariter appellantur, se conditionis libere fore[1]) velit et valeat comprobare, quod ipsius probationi est standum, et tamquam potior intentioni partis alterius preferenda, probationem illius, qui questionem status opposuit, minime admittendo. Quam diffinitionem sive sententiam ab omnibus presentibus communiter sine contradictione receptam, utpote rationi et equitati consentaneam, approbantes, litteris nostris presentibus sigillum nostrum duximus apponendum in testimonium premissorum. Actum

et datum in ecclesia Heruordensi predicta. Anno Domini M°.C°C°.LXXX° nono, die circumcisionis Domini. Presentibus testibus infra scriptis, videlicet[2]) Adolfo et Alberto, nobilibus de Sualenberg, Henrico, domino de Homburg, .. burgravio de Stromberg, H. domino de Merenberg, H. de Euerstein, Godefrido de Sumberen, Erenfrido de Bredenole et aliis quam pluribus fide dignis.

[1]) *Von Hd. saec. XIV. korrigirt in* suam condicionem legitimam. [2]) *Folgt durchstrichen* dilecto in Christo Wicboldo scolastico Coloniensi.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 78. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Beachtenswerth ist, dass auf dieser Originalurk. eine Hand des 14. Jahrh. überall vor „ministeriales“ *das Wort* liberi *hinzugefügt hat, um dadurch den Stand der Ministerialen als einen freien zu bezeichnen, ebenso dass diese Zusätze* liberi *etc. in der Abschrift im Liesborner Kopiar aus Anfang des 16. Jahrhunderts, Msc. I, 99, überall in den Text aufgenommen worden sind.*

2051.

Erzbischof Siegfried von Köln ertheilt den Besuchern der Stiftskirche auf dem Berge bei Herford Ablass von 40 Tagen. Herford (1289) 1290 Januar 3.

Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Quoslibet Christi fideles ad zelum devotionis et ad opera karitatis, prout nostro incumbit officio, allicere cupientes, ut ad honorem beate et gloriose Dei genitricis Marie monasterium ipsius ad montem visionis extra muros oppidi Heruordensis celebrius frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis, que causa devotionis ad ecclesiam prefati monasterii accesserint vel ibidem, dum opus fuerit, ad emendacionem ipsius monasterii vel ornatum cultus divini de bonis sibi a Deo collatis duxerint erogandum, nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius suffragiis confisi, quadraginta dies et unam karenam, dum tamen dyocesani voluntas accedat, de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. Datum Heruorde, in octava beati Iohannis apostoli et ewangeliste, anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo nono.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift auf dem Berge zu Herford Nr. 19. An Pergamentstreifen in grünem Wachs das wohlerhaltene spitzovale Siegel des Erzbischofs.

2052.

Graf Otto von Everstein, Herr zu Polle, bekundet seine Ernennung zum Marschall von Westfalen durch Erzbischof Siegfried von Köln und verspricht die ihm eingeräumten Burgen auf Verlangen wieder zurückzugeben. 1290 Januar 7.

Nos comes Otto de Ebersteine dominus de Polle notum facimus univers(is tam presentibus quam futu)ris, quod, cum reverendus pater et dominus noster S(ifridus) archiepiscopus Coloniensis nos suum constituerit et fecerit in partibus Westfalie marescalcum castraque et munitiones (ad hoc officium pertinentia tradiderit) fidelitati nostre, promittimus fide prestita corporali, interposito iuramento, quod castra et munitiones ecclesie Coloniensis, quecumque et quascumque nobis (tradidit, sibi tamquam domino nost)ro archiepiscopo Coloniensi, suis successoribus vel ecclesie Coloniensi absque omni contradictione et difficultate restituemus libere et absolute, (quando ab ipso vel ab ipsius) successoribus vel ecclesia Coloniensi super hoc fuerimns requisiti, nec ipsa castra et munitiones occasione debitorum, expensarum, dampnorum seu de(fectus vel dissensionis, que fuerit ex) nunc suborta, vel que suboriri poterit in futurum, tenebimus nec tenere poterimus, sed ipsa castra et munitiones libere, prout est pre(missum, sibi domino archiepiscopo et suis succes)soribus vel ecclesie Coloniensi omni ammoto dubio restituemus; dicta etiam castra et munitiones fide dignis personis custodienda com(mittemus fraude et dolo exclusis. Sed si nos, qu)od absit, mori, impediri vel detineri contingeret vel qualitercumque de nobis accideret, dicta castra et munitiones domino nostro (archiepiscopo predicto vel eius successoribus successores nostri resti)tuent, sine omni difficultate, ut est dictum. Et ad maiorem securitatem omnium et singulorum premissorum venerab(ilem dominum Conradum Osnabrugensem et)

dominum Ottonem Paderburnensem ecclesiarum episcopos, nobiles viros Ottonem de Ravensberg, Adolphum et Albertum fratres de S(walenberg, Ottonem de) Tekeneburg, Conradum de Reydberg, comites, Iohannem dominum de Bilstene, Bertoldum iuniorem de Bůren, F(ridericum de Rostorpe et Conradum) de Schonenberg, nobiles, Hermannum dictum Spegil de Desenberg, Albertum de Aldenberg et Lupoldum dictum Hoye, milites, con(quisivimus, qui nobis fide prestita corpora)li promiserunt, quod, si nos contra premissa vel aliquod premissorum fidem nostram et iuramentum infringendo, quod absit, veni(re vel eis aliquo modo contraire tempta)remus, dicti fideiussores nostri ab eodem domino nostro archiepiscopo, suis successoribus vel ecclesia Coloniensi moniti, oppidum S(usatiense intrabunt inde non rece)ssuri, quousque dicta castra et munitiones fuerint restituta et premissa omnia per nos et heredes nostros integraliter adimpleta. In (cuius rei testim)onium (sigillu)m nostrum in robur et firmitatem premissorum apposuimus huic scripto, renunciantes omnibus exceptionibus iuris canonici et civilis, qu(ecumque iuxta) premissa possent aliqualiter suffragari. Et nos fideiussores predicti recognoscentes et protestantes nos, prout premissum est, fide prestita (corporali iura)sse et pro restitutione castrorum et munitionum ecclesie Coloniensis in solidum obligasse nosque procuraturos et effecturos, quod idem comes dict(a castra et) munitiones domino archiepiscopo, suis successoribus vel ecclesie Coloniensi, quam primum ab ipsis fuerit requisitus, sine omni difficultate, impedimento et contr(adictione re)stituet, prout est premissum, sigilla nostra in testimonium presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, in crastino epiphanie Domini.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 330. In der Mitte der Urkunde ein durch Mäusefrass entstandenes Loch. Die hierdurch entstandenen Lücken sind durch Konjektur, soweit sie die Namen betreffen an der Hand der Siegel, ausgefüllt und durch Klammern kenntlich gemacht. Von den 15 Siegeln, welche an der Urk. befestigt waren, sind 1, 14 und 15 abgefallen, 12 noch erhalten: 2) in dunkelbraunem Wachs das des Bischofs Konrad von Osnabrück; auf der Rückseite Sekret mit dem Rade; 3) Fragment des Reitersiegels des Grafen Otto von Ravensberg; 4) Siegel des Grafen Adolf von Schwalenberg, achteckiger Stern, zu beiden Seiten der oberen Spitze zwei Vögel; Umschrift: † Sigillum comitis Adolfi de Svalenberch; *5) des Grafen Albert v. Schwalenberg, Umschrift:* Sigillum comitis Alberti de Svalenb . . .; *6) Fragment vom Siegel des Grafen Otto von Tecklenburg, drei Herzblätter; von der Umschrift noch zu lesen:* . . . onis de Tekeneb.; *mit Rücksiegel, wie Westf. Siegel I, Taf. 20 Nr. 4 u. 6; 7) Siegel des Grafen Konrad von Rietberg, Adler; von der Umschrift nur noch zu lesen:* Conr . . . omitis de . . . erg; *8) sieben Kugeln darstellend, fünf im corpus innerhalb eines Hirschgeweihs, zwei unter demselben; von der Umschrift nur erhalten:* Ludolfi . . . comitis; *(Siegel des Grafen Ludolf von Dassel, der im Text fehlt; ob statt des* L. d. Hoye?); *9) Siegel Friedrichs von Rostorp, zwei umgekehrte Schlüssel; Umschrift:* s. Friderici de Rorstorpe; *10) des Edelherrn Johann von Bilstein, grünes Wachs, drei senkrechte Balken mit der Umschrift:* . . . m Iohan . . . e Bilstene; *11) Bertholds von Büren, in grünem Wachs, wie Westf. Siegel 1, Taf. 36 Nr. 2; 12) Konrads von Schöneberg, in braunem Wachs in halbirtem Schilde oben einen halben Löwen, unten ein Gegitter; Umschrift:* Sigillum Conradi de Sconenberc; *13) Hermann Spiegels von Desenberg. Die drei fehlenden Siegel müssen also die des Paderborner Bischofs, des Ausstellers und Alberts von Aldenberg sein. Regest, Spilcker, Everstein UB. Nr. 236.*

2053.

In dem Schreiben, welches Papst Nikolaus IV. nach der Gefangennahme des Erzbischofs Siegfried von Köln bei Worringen an letztern erlässt, wird unter den Feinden auch Graf (Otto) von Waldeck genannt. Rom 1290 Januar 18.

Gedr. Lacomblet, UB. II, 879. Reg. UB. V, 775. Otto wird auch in Schreiben Nikolaus IV. von 1290 Januar 31 (vgl. unten) und in der Vernehmung von 26 Zeugen in der Untersuchungssache wider die Kölner in Beziehung auf die Worringer Schlacht erwähnt. Vgl. Lacomblet, UB. II, 892.

2054.

Die von Calenberg resigniren dem Abt Heinrich von Corvey vier Hufen in Germete. 1290 Januar 26.

Venerabili in Christo patri domino suo Henrico[1]) abbati ecclesie Corbeiensis Iohannes miles de Calenberg et Hermannus famulus, frater ipsius . . . debitum in omnibus obsequium. Dominationi vestre remittimus et resignamus quatuor mansos sitos in Germete, quos a vobis hactenus in feudum habuimus, rogantes obsequiose vestre dominationis instantiam, quod ipsos mansos predictos domino Rabononi militi seniori . . . de Papenheim in feudum feratis. Hoc unico sigillo ambo contenti sumus. Datum anno[2]) millesimo ducentesimo nonagesimo, in crastino conversionis Pauli.

[1]) Hermanno *Abschr.* [2]) a *Abschr.*

Nach Abschr. aus dem „Copeibuch aller von Papenheim“ Bl. 39. Vgl. unten zu 1290 April 21, Nr. 2069.

2055.

Papst Nikolaus IV. beauftragt u. a. den Bischof (Otto) von Paderborn, die Gegner des Erzbischofs Siegfried von Köln zur Rückerstattung aller dem Erzstift zugefügten Schäden aufzufordern. Rom 1290 Januar 31.

Erwähnt UB. V, 777. Die gleiche Aufforderung richtet Nikolaus an demselben Tage an König Rudolf von Habsburg in einem Schreiben, das auch Otto von Waldeck erwähnt. Gedr. Kaltenbrunner, Mittheilungen aus dem Vatikan. Archiv, I, 377.

2056.

Die Rathmänner in Geismar bekunden, dass Genannte ihre Besitzungen in Weidenhagen dem Kloster Hardehausen verkauft haben. Geismar 1290 Februar 19.

Nos Arnoldus de Nittelbike, Iohannes Everhardi, Theodericus de Vorste, Iohannes de Scerue, Geriwicus Rufus, Conradus de Vittenborg, Theodericus de Strovordia, Wilhelmus monetarius, Bertoldus de Beverbike, Theodericus de Scacthen, Hermannus Gumperti, Gerbodo, Arnoldus de Gandra, Heinricus de Herisia, Gotfridus de Atrio, Heino de Notfelde, Ditmarus de Lippoldesberg, Conradus de Nienhouere, Iohannes de Vorste, Bertoldus, Conradus Comes, Ludewicus Holceti, Conradus Diaboli consules et burgenses oppidi Geismariensis recongnoscimus et protestamur, quod Iutta filia quondam Brunonis de Dvergen militis, Bruno, Werno et Gerlacus filii eius et Gerlacus de Valkenberg gener ipsius pro se et pro uxore sua omni iuri et dominio, quod habebant in Widehagen, qui locus situs est ad orientem ville Hostheim, silvis dumtaxat exceptis, coram nobis positi renunciaverunt et accepta summa duarum marcarum a fratribus monasterii Herswidehusen ipsum ius et dominium in ipsum monasterium transtulerunt petentes a nobis, ut litteris super huiusmodi tractatu confectis universitatis nostre sigillum pro facti evidencia appendere curaremus, quod eorum peticioni annuentes fecimus, sicut patet. Datum et actum Geismarie, anno Domini M°.C°C.LXX°XX., X°I. Kalendas Marcii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 277. Siegel von dem von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen abgefallen. Auf der Rückseite von Hand saec. XIII, und XV.: Widehagen apud Geysmariam.

2057.

Bischof Otto von Paderborn verpfändet den Paderborner Domherrn Bertoldo preposito ecclesie orientalis, Ottoni de Retberg, Frederico de Hervorde et Georgio de Sola Domo *für 40 Mark Schuld* septem marcas, quas habemus in reditibus, in molendinis spectantibus ad villicationem nostram in Sola Domo, item decem modios siliginis et novem solidos de Stadelhove.

Mitsiegler der Dapifer Ritter Lippold von Etteln. 1290 Februar 20.

Gedr. Asseburg. UB. I, 449 nach Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 325. An Pergamentstreifen die Siegel 1) Bischof Otto's; 2) Lippolds von Etteln, herzförmig, in oberer Hälfte Turnierkragen mit vier Lappen, darunter sechs Rauten (3 : 2 : 1).

2058.

Bischof Otto von Paderborn schenkt dem Frauenkloster Wiebrechtshausen fünf Mansen in Echte, die Heinrich von Besinge früher vom Hochstift zu Lehen getragen. Paderborn 1290 Februar 25.

Universis hoc scriptum visuris nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus notum facimus et presentibus litteris publice protestamur, quod nos de pleno consensu ac libera voluntate decani et capituli nostri religioso viro domino preposito et conventui sanctimonialium in Wic(berne)shusen, Cystertiensis ordinis, quinque mansos in Echte sitos cum suis attinentiis et iuribus, quos Henricus de Besinge a nobis in pheodo tenuerat, . . . (dona)bimus et transferimus (?) in hiis scriptis . . . (possi)dendas, quas anno Domini M°.C°C.LXX°X . . . in (festo) assumptionis beate Marie virginis ecclesie in Osterr(ode?) conce(ssi)mus, sicut in documentis publicis super hoc confectis plenius continetur. Et ne aliquis dictos prepositum et conventum in W(icbernes)husen in bonis huiusmodi (?) valeat impedire, presens scriptum eisdem dedimus nostri sigilli munimine roboratum. Et (nos decanus et capitulum) Paderbornense sigillum nostrum una cum venerabili patre domino nostro episcopo (supra) dicto in testimonium nostri consensus huic scripto duximus apponendum. Testes eciam ad hoc rogati aderant, quorum nomina subnotantur: Albertus de Amelungessen, (Werner)us dictus Creueth, Conradus de Etlen minor et Lippoldus de Etlen dapifer et Conradus de Herstelle. Actum et datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.LXXX°X., sabbato post dominicam qua cantatur Invocavit.

Or. (zum grossen Theil abgeblättert) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 226. Siegel des Bischofs sammt Pergamentstreifen abgefallen, das Kapitelssiegel hängt an. Echte liegt bei Kreiensen.

2059.

Stephan von Schardenberg verzichtet zu Gunsten des Kl. Hardehausen auf Güter bei Fritzlar. 1290 Februar 27.

Ego Steffanus dictus de Scardenberg recognosco omnibus, ad quos pervenerit presens scriptum, quod cum consensu uxoris mee et filiorum meorum videlicet Alberti et Thiderici et omnium heredum meorum bonis, que frater Albertus ecclesie in Hersedehusen emit in loco, qui dicitur Unrodere apud Fritslariam, renunciavi et predictorum dominorum in Herswedehusen unanimiter ego et predicti heredes mei commisimus posteritati, quoniam predictorum bonorum ius hereditarium meum et meorum heredum sepe dictorum esse videbatur. Ut huius rei ordinatio a nobis et nostris successoribus firma (maneat) et inconvulsa, presens scriptum meo sigillo feci[1]) communiri. Datum anno Domini M°.C°C.XC., II°I. Kalendas Martii.

[1]) *Or.* fecerim.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 277a. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2060.

Edelherr Simon zur Lippe resignirt auf Bitten eines Lehnsmannes einen Zehnten in Wetteringen dem Bischof von Münster, von dem er ihn zu Lehen trug. Unter den Zeugen die Brüder Heinrich von Wendt Dapifer und Lubert gen. Wendt. Hamm (1289) 1290 Februar 23.

Gedr. UB. III, 1394.

2061.

Dem Kl. Marienmünster werden zwei Hufen in Born verkauft. Schwalenberg 1290 März 19.

Que sub tempore aguntur, ne cum lapsu temporis in oblivionem ponantur, restat, ut scripturarum memorie commendentur. Igitur nos Iohannes dictus Boninch, Wernherus filius suus, Amelungus, Wernherus, Volquinus fratres dicti Dicbernere in presentibus recognoscimus et firmiter protestamur, quod unanimes vendidimus pro decem et septem marcis gravis monete duos mansos nostros in Eylbrachtessen sitos cum omnibus suis attinentiis in campis, in silvis, in pascuis, in aquis, in montibus et in convallibus ecclesie in Monasterio apud Swalenberg et nichilominus resignavimus eos nos omnesque nostri heredes in manus honorabilium virorum domini Alradi abbatis totiusque conventus ibidem perpetuo possidendos. Acta sunt hec coram nobilibus viris dilectis dominis nostris domino Gunthero vicedomino

episcopalis curie Magdeburgensis, comite Adolpho et comite Alberto fratribus in Swalenberg, domino Lippoldo milite et Lamberto fratre suo famulo dictis Holtgreue, domino Thiderico milite dicto de Eckerssen, domino Burchardo milite dicto de Wicbelede, Frederico famulo de Eblinghusen, Bertoldo dicto Scoppen et Rolando fratre suo famulo ceterisque pluribus probis viris fide dignis. Ut autem predicto conventui in Monasterio hec nostra nostrorumque heredum actio rata et inconvulsa perpetuo perseveret, petivimus communi ore prescriptos dominos nostros de Swalenberg, ut presens scriptum sepe dicte ecclesie in Monasterio sigillorum suorum munimine roborarent. Nos vero prefati nobiles comites de Swalenberg Adolphus et Albertus premissam actionem predictorum fratrum ipsorumque heredum dictorum Dicbernere coram nobis perpetratam recognoscimus, ratificamus et firmiter protestamur, quare ad petitionem ipsorum presentem paginam sigillorum nostrorum robore fecimus communiri. Datum Swalenberg, anno dominice incarnationis M°.C°C.LX°C., in die dominica qua cantatur Iudica me Deus et discerne causam meam, que est in passione Domini.

Aus Msc. I, 129 f. 18v (B), I, 131 p. 41 (C). VII, 4512 p. 84 (D) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Lipp. Regg. I, Nr. 434; Ztschr. XLVI, 2, 188 Nr. 71. Daselbst wird Scoppen *als korrumpirt aus* Scuwen *erklärt.*

2062.

Abt Heinrich von Corvey dankt der Priorin Floriana in Gottesthal *(Brenkhausen) für erhaltenes Werk über den Sohn der Wittwe von Naim und ermahnt zu frommem Leben. 1290 März 20.*

Henricus humilis et indignus abbas Corbeiensis religiose et erudite sorori Floriane priorisse in Valle Dei salutem et gratiam in Domino sempiternam. Dici vix potest, quanta me perfuderis leticia. Legi et relegi, volvi revolvique sermonem tuum de vidue Nainitice unico filio docta pieque conscriptum tanto acumine iudicii, ut vix eruditus id mihi promitteret senior aliquis theologie lector. Deus de porro ducat in omnem veritatem! At cum in vasibus admodum fragilibus omnem nostrum, Floriana, circumferamus thesaurum, assiduis precibus in vita illibata porro implorabis Deum omnis boni fontem, ut spiritus eius sanctus semper tibi adsit, cuius gratiam non poteris cercius obtinere aut retinere, quam vera humilitate, omnium christianarum virtutum regina et genuino vite monastice ornamento ac caractere. Ego cum fratribus meis in omnibus precibus tui ero memor. Vale in Domino Iesu Christo. Ex capella sancte Gertrudis in vigilia sancti Benedicti anno M°.C°C.X°C.

Nach Abschr. Falke's, Coll. II. S. 489. Offenkundige Fälschung!

2063.

Ritter Stephan und Konrad gen. von Horhusen, Albert von Amelunxen Mitsiegler und Berthold von Brenken Zeugen in Urk. Friedrichs von Padberg für die Stadt Padberg. 1290 März 27.

Gedr. Seibertz, UB. I, 432.

2064.

Propst Herbold von Marsberg schreibt an die Domherrn von Hildesheim wegen Memorienfeier. Marsberg (1290) März 29.

Honorabilibus dominis et confratribus suis canonicis[1]) ecclesie Hildensemensis Herboldus Dei gratia prepositus totusque conventus ecclesie Montis Martis obsequiorum suorum promptitudinem cum affectu sincero. Noverit vestra reverencia nos litteras vestras quarto Kalendas Aprilis recepisse, in quibus petivistis, ut memoriam cum exequiis devotis magistri Iohannis vestri prepositi pie recordacionis vellemus in nostra ecclesia[2]) celebrare, quod, ut de iure tenemur, gratuito animo faciemus. Insuper petimus, quatinus versa vice Iohannis sacerdotis nostri confratris defuncti velitis agere memorias cum exequiis, sicut decet. Datum in Monte Martis, die predicto.

[1]) canicis *Or.* [2]) ecclesie *Or.*

Or. im Kgl. St-A. Hannover, Domstift Hildesheim, mit dem Siegel des Ausstellers an Pergamentstreifen. Propst Magister Johannes von Schildesche starb 1290 März 9. Vgl. Döbner, UB. der Stadt Hildesheim I Nr. 437.

2065.

Gründung eines Altars in der Stiftskirche zu Herford zum Gedächtniss der Familie Gogreven. 1290 April 10.

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis Irmegardis Dei gratia abbatissa, Alheidis preposita, Iutta decana, totumque capitulum canonicarum ecclesie Heruordensis subscripte rei seriem memorie commendare. Ad omnium volumus pervenire noticiam, quod frater Hermannus ordinis fratrum hospitaliorum et Iohannes eiusdem filius, Henricus Gograuius miles cum suis heredibus et Wernherus dictus Cancer, frater eiusdem, zelo fidei et devotionis accensi, ad honorem omnipotentis Dei altare in ecclesia nostra de nostro consensu et sacerdotum ac ministrorum approbatione construi procurantes, psum altare taliter votaverunt, quod sacerdos celebraturus ibidem ad sui sustentationem decimam in Elflisten cum suis attinenciis percipiat, obtineat et possideat in perpetuum pleno iure. Nam dicti viri constructores eiusdem altaris id rationabiliter et laudabiliter suis expensis et laboribus effecerunt, quod ius prefate decime in nostram ecclesiam est translatum, hac videlicet ratione, quod sacerdos ipsius altaris inde sustentationem habeat congruentem. Ad ipsum quoque sacerdotem hoc specialiter pertinebit, quod in omnibus missis suis secundum gratiam sibi divinitus inspiratam mentaliter eorum aget memoriam, qui suo altari dotem huiusmodi contulerunt, nec non et eorum, a quibus ipsi duxerunt originem et heredum eciam eorundem; quicquid autem ad altare predictum oblatum fuerit in pecunia aut in victualibus, ad usus cedet sacerdotis ibidem celebrantis. Dabit insuper sacerdos idem circa festum beati Michahelis ebdomadariis quatuor duodecim denarios totidemque ministris; abbatissa quoque, que pro tempore fuerit, potestatem habebit huiusmodi beneficium conferendi, sacerdotem corrigendi, seu iudicandi, ut eciam ad honus contributionis alicuius, si opus fuerit, pro suo modulo cum aliis teneatur; et iudicabitur pari iurisditione, qua ab ipsa sacerdotes et clerici iudicantur. Idem quoque sacerdos, dicto seu cantato offertorio misse maioris, incipiet suam missam, quam sine nota celebrabit, quando celebratur sollempniter in conventu. Fuit insuper ordinatum, quocienscumque proventus altaris excreverint, semper pro dimidia marca excrescente annuatim sex denarii structure seu fabrice presententur. Ut igitur ordinatio talis perpetuis temporibus observetur et hec ex parte domine abbatisse et ecclesie Heruordensis, nec ex parte construencium seu dotancium altare, prefatum irritari seu mutari valent, presens scriptum inde confectum tam domine abbatisse quam ecclesie Heruordensis, civitatis nec non et dotantium sigillis rationabiliter est munitum. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXX°XX., quarto Idus Aprilis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 79. An Pergamentstreifen die vier in der Urk. erwähnten Siegel. Das der Äbtissin Irmegardis ist kleiner als das ihrer beiden Vorgängerinnen und unterscheidet sich von denselben dadurch, dass sie einen Palmenzweig in der Rechten und das geschlossene Evangelienbuch in der Linken und zwar auf der Brust hält. Die übrigen drei Siegel, nämlich des Konvents, der Stadt Herford und Heinrichs Gogreve haben sehr gelitten. Letzteres hat im schildförmigen Siegel schräg gestellten Schild mit Balken, über dem Schild Helm mit Zier, auf welchen der Balken wiederholt ist.

2066.

Ritter Johann von dem Busche verkauft an Kl. Marienfeld die Hufe Nordwolde in der Pfarrei Isselhorst, über welche früher die Herren von Sternberg die Vogtei hatten und welche er von den Augustinerinnen auf dem Berge bei Herford zu Lehen trug. Diesen überlässt er zur Entschädigung eine Rente aus seinen Gütern bei der Stadt Herford; Verzicht leistete er vor dem Rathe zu Herford. Actum in consistorio antique civitatis Heruordensis *1290 April 13.*

Zeugen: Arnoldo van dem Honwege iudice antique civitatis, Gerhardo de Libbere magistro consulum, Iohanne de Rotwic, Iohanne de Hagen, Hermanno de Brocledehusen, Conrado Cleycamp, scabinis,

Bernhardo Scrodere, Herborto de Hagen, Luberto de Brocwedehusen, Iohanne de Oldenschildesche, Iohanne de Bilevelde, Iohanne de Bekeseten, consulibus.

Gedr. UB. III, 1400.

2067.

Das Stift auf dem Berge bei Herford resignirt zu Gunsten des Kl. Marienfeld auf das Eigenthumsrecht an Gut Nordwolde in Pfarrei Isselhorst. Auf dem Berge (bei Herford) 1290 April 13.

Decana totusque conventus sanctimonialium in Monte Heruordie, Paderbornensis dyocesis, universis presentia visuris notum facimus, quod mansum Nortwolde, situm in parrochia Yslehorst, Monasteriensis dyocesis, de quo singulis annis pensionem trium solidorum et VI denariorum ecclesia nostra percipere consuevit, quem Iohannes de Rubo miles iam dudum ab ecclesia nostra titulo concessionis perpetue sub pensione prefata tenuerat, simpliciter et de plano voce et manu cum sua proprietate, que ab antiquo ad ecclesiam nostram pertinuerat, resignamus deliberacione habita super hoc ad opus virorum religiosorum . . abbatis et . . conventus de Campo sancte Marie, ordinis Cisterciensis, Monasteriensis dyocesis, et transferimus per presentes in ipsos proprietatem et omne ius nostrum, quod in ipso manso hactenus habuimus et habere videbamur pleno iure in perpetuum possidendum, recipientes pro resignacione iuris nostri iam facta pensionem VI solidorum solvendam annuatim ecclesie nostre ab ipso Iohanne de Rubo milite et suis heredibus de hortis suis sitis prope civitatem Heruordie in restaurum. In cuius rei testimonium et firmitatem presentem paginam sigillo ecclesie nostre dedimus communitam. Datum et actum in monte prefato anno Domini M°.C°C.LXXX°X., vigilia beatorum martirum Tyburcii et Valeriani coram testibus subnotatis: Iohanne de Rubo, Iohanne de Oldenheruorde, Frederico de Arnholte, militibus, Goswino de Arnholte, Iohanne Gograuio, Hermanno de Heden, Alrado de Rubo, Gervas cive Heruordie et aliis quam pluribus.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Marienfeld Nr. 289. An weissen Linnenfäden rundes Konventssiegel.
Reg. UB. III, 1401.

2068.

Hermann Spiegel zum Desenberg verkauft an Konrad von Pappenheim 1/4 Zehnten. 1290 April 16.

Hermannus Spegell in Desenberg vendidit 4 partem decime in Ostbune Conrado de Papenheim, ut tamen redimere possit titulo emptionis pro 20 marcis. Datum 1290, dominica misericordie.

Regest saec. XVII in Willebadessen auf losem Bogen mit dem Bemerken: „In littera M einen lateinischen Brieff befunden."

2069.

Abt Heinrich von Corvey belehnt die von Pappenheim mit den ihm von denen von Calenberg resignirten Hufen in Germete und der Mühle in Mülhausen. 1290 April 21.

Nos Heinricus Dei gratia Corbiensis ecclesie abbas notum esse cupimus universis, quod nos quatuor mansos in Ghermete, qnas resignaverunt nobis Iohannes miles et Hermannus famuli dicti de Calenberg et dimidium molendinum in Mulhosen, quod resignavit nobis Hermannus de Dalheim, civis Wartburg, pariter contulimus dilecto ac fideli ministeriali nostro Rabono dicto de Papenheim militi seniori et suis heredibus eo iure, quo predicti resignatores ea a nobis in ecclesia nostra tenuerunt, perpetuo possidenda. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo dedimus roboratum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, feria sexta ante dominicam Iubilate.

Nach Abschr. aus dem „Copei-Buch aller von Papenheim" Bl. 39. Vgl. oben Nr, 2054.

2070.

Kl. Fulda schreibt an Kl. Abdinghof über die von ihm gehandhabte Klosterzucht. Fulda 1290 April 22.

Heinricus Dei gratia abbas, Marquardus decanus, . . prepositi, . . prelati totusque conventus ecclesie Fuldensis venerabilibus ac religiosis viris . . abbati, . . priori totique collegio beatorum apostolorum Petri et Pauli in Paderborne cum devotis orationibus salutem in omnium salutari. Quamquam generalis illa

apostoli sententia, que dicit: Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, ut omnibus Christiane fidei cultoribus bonum, quod in nobis est, communicare debeamus, sollerter nos ammoneat, specialiter tamen, ut hiis, qui nobiscum simile iugum Domini, hoc est ordinis observanciam, gerunt, vigilanti cura intendamus et erga ipsos conpassionis spiritu ducamur in eorum necessitatibus, ipsa confraternitatis unio, qua sumus menbra invicem, nos astringit, maxime cum ecclesia nostra a sede apostolica inter ceteras, quas obtinuit studio et sollercia idoneorum virorum antecessorum nostrorum, hanc pro conservatione ordinis habeat prerogativam specialem, ut inter omnes abbates totius Gallie et Germanie nostri abbates in omni loco et conventu primatum obtinentes potestatem habeant cum eisdem concilium, quando voluerint, celebrandi illique presidendi et iudicandi, prout ex domini Iohannis pape aliorum quoque plurimorum Romanorum pontificum privilegiis predicti ecclesie nostre concessis colligitur evidenter. Igitur quia caritas vestra de quibusdam apud vos perpetratis enormibus excessibus nobis insinuare curavit postulans, ut super illis modum, quo corrigendi sint secundum ordinis disciplinam, exponere vellemus vestre super iisdem fraternitati ex intimo cordis affectu condolentes eam, que a multis reverendis et ortodoxis patribus approbata est formam, que apud nos servatur in capitulo, duximus ostendendam. Cum aliquem iu talibus culpis, que graviori debent corrigi sententia, apud nos invenerimus excessisse, conventum et convictum primo corripimus, deinde requirimus, si secundum ordinis nostri disciplinam, id est per condignam penitenciam, velit esse obediens et satisfacere de commissis. Si fuerit consentiens, circa eum taliter est agendum. Primo servatur in domo infirmorum, quamdiu abbas preceperit[1]) sub cautela. Mane domino abbate cum fratribus presidente in loco ad hoc deputato maturo consilio prehabito cum senioribus iubet vocari fratrem reum, qui productus a priore et infirmario instructus ab eisdem procidit prostratus ante pedes domini abbatis. Tunc dominus abbas corripit eum proponens ei singulos articulos sui excessus et ipse reus, quocienscumque proclamatus fuerit, querit longam veniam tacens et devotus. Quodsi in omnibus se spoponderit obedire, indicit sibi abbas capitulum et egressus sub custodia seniorum preparat se accipiens duas virgas sub cappa et sic venit in capitulum, indutus laneis, discalciatus cum caligis sine prepedibus, depositisque duabus virgis coram abbate primo petit longam veniam, secundam vero ad septentrionalem chori, terciam autem ad meridionalem et ipse dominus abbas et omnis conventus assurgunt ei inclinantes capita sua. Tunc penitens stans coram abbate capite inclinato profitetur culpam suam dicens: Penitet nos peccasse. Tunc abbas misericorditer respondet dicens: Condolemus vobis et his similia. Iterum dicit dominus abbas: Ostendite humilitatem vestram. Tunc frater flectit genua coram abbate ponens vestimenta, secundum quod fuerit informatus. Abbas vero advocat duos sacerdotes precipiens eis, ut emendent fratrem. Qui duo cum dixerint: Benedicite, respondet abbas: Dominus dicitque reus psalmum: Miserere mei Deus cum gloria patri ad quemlibet versum sustinens duas plagas, et si iusserit abbas, simili modo additur psalmus: Deus misereatur. Inter hec si placuerit abbati, iubet eum surgere ad petitionem seniorum. Tunc reindutis vestibus inclinato capite stat coram abbate audiens sentenciam ipsius. Tunc abbas precipit ei, ut sit in graviori culpa usque ad licenciam ipsius. Tunc frater exit capitulum cuculla superposita capiti reindutus calceis, sedet solus seorsum in loco sibi deputato, assumpto psalterio a seniore, cui nullus fratrum communicat nec ipse cuiquam in verbo vel in facto. Si insuper quisquam sibi communicaverit exceptis magistris, sciat se similem excommunicationis sententiam incurrisse. Ad omnes horas fratribus intrantibus et exeuntibus prostratus iacet cuculla superposita nudis pedibus ante fores monasterii. A congregatione per omnia segregatur, dicto conpletorio presente priore et alio seniore reficitur in domo infirmorum pane et aqua nullo benedicente. Ista pena durabit per triduum vel quamdiu steterit abbatis in decreto. Secundo die et tercio agitur circa eum in capitulo sicut primo. Qua pena finita iterum presidente abbate capitulo vel eius vicem gerente intercedentibus pro eo senioribus inponit ei culpam leviorem, que ita servanda est. Silentium servat indutus calceis, cuculla deposita cum aliis chorum intrat, set non psalmum nec anthiphonam inponit nec pacem accipit. Ad

preces cuiuslibet hore cum incipitur kyrie eleison[2]), si fratres flexis genibus iacent, ipse prostratus in medio chori toto corpore iacet. Si vero fratres inclinati stant, ipse stat in medio chori similiter inclinatus, usquequo collecta conpleatur. Si fratres reficiuntur ad sextam, ipse ad nonam, si vero fratres ad nonam, ipse ad vesperam prebendam suam priore et uno de senioribus presentibus manducat. Hec sententia durat iterato ad placitum abbatis. Ipse vero cottidie virgis in capitulo vapulabit. Absolutus autem ab hac sententia ad precem seniorum, ut prelibatum est, iniungitur ei pena, ut sit in pane et aqua usque ad licentiam, postea est in abstinentia vini, deinde infra parietes similiter ad licentiam. Ultimo in chori gradu infimo collocatur. Inter hec omnia facit abbas, sicut medicus sapiens, id est secrete immittit prudentes seniores, quos secundum regulam sempentas[3]) vocamus, qui consolentur fratrem fluctuantem, ne desperationem incidat, habundanciori tristicia conturbatus. Si vero idem frater reus contumax invenitus fuerit aut rebellis, iubente domino abbate dure a fratribus assistentibus tenetur et incarceratur, quorum manus si evadit, ipse abbas cum familia sua, si necessitas ingruerit, brachium adhibet seculare. Hec, que predicta est, correctionis forma circa fratres delinquentes et per obedientiam redire volentes iuxta tradicionem regule sancti patris nostri Benedicti hactenus a nobis observata est et circa illos, qui occulte deliquerunt. Set quia excessus illi, de quibus in vestris litteris accepimus, videlicet de furto manifesto, de irregularitate quoque et inobediencia contumaci et proterva, apud nos per Dei gratiam nec auditi nec visi sunt, modum correctionis illorum, si, quod absit, nobiscum exurgerent, quem tunc adhibere vellemus, vobis quasi dando consilium intimamus. Primo si tales tam enormiter delinquentes arripere possemus, carcerali custodie intruderemus, ubi per longum tempus, quousque nota infamie aliquantulum cessaret, detinerentur. Postea vero, si accederent instantie parentum et amicorum, educti de carcere mitterentur ad curiam Romanam pro inpetranda dispensatione. Reversi vero de curia cum litteris, que continerent, ut cum eis ageremus secundum ordinis disciplinam, ipsos exilio deputaremus, vel perpetuo ibi mansuros vel saltim per tantum temporis, quousque infamia ipsorum totaliter quievisset. Deinde si reciperentur ad gremium ecclesie nostre, adhuc semper privati essent illo honore, quod numquam possent eligi ad aliquam dignitatem nec eciam ipsi alios possent eligere et simpliciter dicendo numquam haberent vocem in capitulo nec stallum in choro. Sumptus quoque, quos habere deberent ad inpetrandum dispensacionem in curia, ut predictum est, non de nostris ipsis facultatibus ministrarentur, set oporteret, ut illos conquirerent per subsidium amicorum. Et hec vestre discretioni consulendo sub nostrorum abbatis videlicet et conventus sigillorum testimonio remandamus. Datum Fulde, anno Domini M°.C°C. nonagesimo, decimo Kalendas Mai.

[1]) perceperit. *Häufig steht im Or.* per *statt* pre. [2]) *Or.* Kyrieleison. [3]) *Vgl. Regula s. Benedicti c. 27.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 79. Die beiden angehängten Siegel sind vom Pergamentstreifen abgefallen. Ueber den Anspruch der Fuldenser auf den Primat unter den deutschen und französischeu Klöstern vgl. Dronke, Cod. dipl. Fuldensis, 330 Nr, 713: Privilegium Johanns XIII. von 969 Nov. 8 (Jaffé-Löwenfeld Nr. 3739. Die Stelle lautet: Pro magno amore . . . Ottonis imperatoris . . . constituimus, ut isdem uuldensis abbas ante alios abbates Galliae seu Germaniae primatum sedendi in omni loco, quo conveniant, obtineat necnon et archimandrita . . . permaneat.

2071.

Kl. Hersfeld schreibt an Kl. Abdinghof über die von ihm gehandhabte Klosterzucht. Hersfeld 1290 April 24.

H. Dei gratia abbas, H. decanus, H. maior prepositus et conventus ecclesie Hersueldensis ad curiam Romanam nullo medio pertinentis venerabilibus viris et in Christo reverendis domino Al(berto) abbati, Cunrado priori et conventui monasterii beatorum apostolorum Petri et Pauli in Paderborne cum devotis orationibus salutem in Domino sempiternam. Vestre karitatis reverencie scire cupienti nostre ecclesie statum ac eciam libertatem, dignum duximus intimandum, quod nostra ecclesia per sancte Romane ecclesie pontificum et imperatorum et regum Romanorum privilegia a temporibus Karuli imperatoris usque

ad presentem diem sublimata existit adeo et gavisa, quod nulla persona sive parva sive magna, preter sancte Romane sedis summum pontificem vel legatum ab eius parte[1]) transmissum audeat vel possit exercere aliquam potestatem vel iuridicionem in eadem. De aliis vero nostre ecclesie dignitatibus, quibus existit decorata, ad presens non est necessarium explicare, sed ad litteras vestre devocionis nobis directas, que quorundam confratrum vestrorum facta nimium criminosa et excessus enormes, videlicet furtum notorie perpetratum et manifestam infamiam inde contractam lamentabiliter continebant, de consilio nostrorum prelatorum prehabito vestre paternitatis so(l)licitudini taliter respondemus, quod huiusmodi monachi, qui talibus infamie criminibus et excessibus manifestis sunt miserabiliter involuti, in carcerem debent mitti per longa tempora ad penitentiam peragendam cum magna humilitate et devocione debita et condigna iuxta precepta regule sancti Benedicti et ordinem monastice discipline et iuxta consuetudines in vestra ecclesia et alias utiliter observatas. Et si tales monachi de inclusione carceris penitencia peracta eripi mereantur, ad sedem apostolicam debent mitti ad dispensandum pro irregularitate, quam contumaciter incurrerunt, dum ipsi in suis ordinibus ministrabant post abbatis sui sententiam excommunicacionis in eos legitime promulgatam. Si vero tales monachi huiusmodi penitentie satisfactionem propter obstinatum animum et induratum suscipere rennuerint et subire, a gremio monasterii, in quo habitabant, penitus abscidentur, ne per ipsorum inobedienciam, pertinaciam et tumultum ceteri fratres, qui pacem et karitatem invicem habere diligunt, perturbentur, et ne grex, qui per vinculum karitatis et quietudinis suo deservire continue desiderat creatori, per tactum ovis morbide corrumpatur. Tales eciam infames, sicut dictum est, si penitencia peracta in claustro permanserint, vocem in capitulo et stallum in choro amplius non habebunt. Datum Hersuelde, anno Domini M°.CC°.LXXXX°., VII°I. Kalendas Maii.

[1]) trans *statt* parte *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 80. Von den zwei an Pergamentstreifen angehängt gewesenen Siegeln nur Bruchstück weissen Wachses übrig. Dass 1290 zu lesen ist, beweist die vorhergehende Nr.

2072.

Bischof Otto von Paderborn ertheilt dem Cistercienserinnenkloster Teistungenburg 40 Tage Ablass. Mühlhausen 1290 April 30.

Gedr. Jäger, UB. des Kl. Teistungenburg I, 15 Nr. 27.

2073.

Bischof Otto von Paderborn gewährt neben andern Bischöfen dem Kl. Helmstädt Ablass. 1290 Mai 3.

Schmidt, UB. des Bisth. Halberstadt II, 1556 Anm.

2074.

Die Gebrüder Adolf und Albert Grafen von Schwalenberg genehmigen einen Verkauf seitens des Ritters Burchard von Valebrok an Kl. Falkenhagen. Schwalenberg 1290 Mai 3.

Adolphus et Albertus fratres comites dicti de Svalenberg universis presencia visuris volumus esse notum, quod Burchardus miles dictus de Valebroke et suus frater Dhedboldus et ipsorum veri heredes unam aream in villa Honrodhere sitam et fontem iuxta villam eandem eciam et agros, qui dicuntur Stridbrede, vendiderunt pro duabus marcis ecclesie in Valkenhagen et venditione facta in manus nostras resignaverunt et nos pro salute animarum nostrarum proprietatem predictorum bonorum iam dicte ecclesie contulimus iure perpetuo possidendam. Ut autem hec venditio atque emptio rata et inviolabilis perseveret, presens scriptum in testimonium conscribi fecimus nostrorum sigillorum appensionibus roboratum. Datum Svalenberg, anno Domini M°.C°C.X°C., feria quarta post festum apostolorum Philippi et Iacobi.

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 28. An Pergamentstreifen die durch Werg fast ganz zerstörten Siegel. Reg. Lipp. Regg. I, 269 Nr. 436.

2075.

Graf Otto von Waldeck einigt sich mit dem Edelherrn H. von Itter wegen der vom Edelherrn Thetmar gen. Oppolt erkauften Lehnsgüter. 1290 Mai 6.

Gedr. Kopp, Nachrichten v. d. Herren von Itter Nr. 48. Erwähnt Varnhagen, Grundlage 150 u. 339.

2076.

König Rudolf gestattet dem Bischof Otto von Paderborn in seiner Diöcese zwei Burgen zu erbauen. Erfurt 1290 Mai 9.

Nos Rudolfus Dei gratia Romanorum rex semper augustus ad universorum noticiam te(nore) presentium volumus pervenire, quod nos venerabili Ottoni Padelburnensi (episcopo et) principi nostro dilecto presenti serie concedimus et auctoritate regia indulgem(us), ut in sua diocesi duas municiones edificare et construere valeat contra a(dversan)cium turbines oppressorum, dantes sibi has nostras litteras in testimonium (supradictorum). Datum Erfordie, VII. Idus Maii, indictione III., anno Domini M°.C°C. nonagesimo, (regni) vero nostri anno decimo septimo.

Or. (an beiden Seiten verletzt) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 327. Siegel an Pergamentstreifen. Gedr. Schaten ad annum u. Winkelmann, Acta imp. II, 186.

2077.

Ritter Dietrich von Visbeke verkauft den Beginen Alburgis, Drude und Kunigunde seine Güter in Swinveld. *1290 Mai 10.*

Nos Theodericus miles dictus de Visbeke recognoscimus tenore presentium publice protestando, quod de consensu nostre uxoris nostrorumque heredum nostra quedam bona, sita in Suinuelde iuxta Heperne, cum omnibus ipsorum attinentiis et proventibus Alburgi, Drude necnon Cunegundi begkinis vendidimus iure hereditario perpetuo possidenda. In cuius rei testimonium et firmitatem predictis begkinis nostras patentes contulimus litteras et ipsas sigillis dominorum de Buren petivimus firmiter communiri, sigillo proprio primitus communitas. Presentes aderant: Lambertus dictus Rouere, Giselbertus et Regenhardus, Wernherus de Heperne iudex secretorum, Bernhardus miles dictus de Holthusen et Hedenricus dictus Herrinc, Elfridus de Andepen et alii quam plures. Actum et datum in vigilia ascensionis Domini anno M°.C°C. nonagesimo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Holthausen Nr. 8. Drei Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

2078.

Graf Otto von Waldeck bekundet Verkauf von Gütern in Nelach *an Kl. Netze. 1290 Mai 14.*

Nos Ottho comes de Waldecke recognoscimus publice per presentes Arnoldum de Lochtscuren sacerdotem ipsiusque fratris duos pueros, videlicet Iohannem scolarem et Kristinam ipsius sororem, renunciasse coram nobis omnibus suis bonis sitis circumquaque apud villam Nelach, quorum veri heredes et legittimi fuerant, appendiciis omnibus predictorum bonorum omnique iuri, quod habebant in eisdem, que una et integraliter ecclesie beate Marie virginis in Netze ad usus sanctimonialium ibidem perpetuo vendiderunt, hiis etiam presentibus et audientibus videlicet: domino Ditmaro Oppoldo de Waldecke, Thiderico de Wagenbach, Arnoldo de Palborne, Hinrico Bulemast suoque fratre Iohanne Spiring, militibus, Arnoldo de Ense, Lentfrido de Lotheim, Iohanne de Wira, Arnoldo, Hinrico fratribus dictis Brotrumpe, famulis, Thiderico de Selebach, Arnoldo Winman, Arnoldo suo filio, Iohanne filio Wilandi, Iohanne de Affolderen et aliis in Waldecke quam pluribus oppidanis, domino Hermanno viceplebano et Bernone capellano ibidem, Vorlaudo notario episcopi Erbipolensis, clericis litteratis. In huius rei evidens testimonium et certitudinem ob merita pretactorum venditorum presens scriptum appensione nostri sigilli duximus muniendum. Datum anno Domini M°.C°C.LXXXX°., in proxima dominica post ascensionem Domini.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen wolderhaltenes grosses rundes Siegel des Ausstellers. Nelach *früher Dorf bei Bergheim; der Nelacherbach, jetzt Melcherbach, fliesst der Eder zu. Varnhagen, Grundlage, 54.*

2079.

Der Bürger Heinrich Drucel zu Wolfhagen verkauft dem Pfarrer Konrad zu Goddelsheim eine Jahrrente aus Häusern und Gärten vor Wolfhagen. 1290 Mai 26.

Ego Heinricus dictus Drucel civis in Wolfhain omnibus Christi fidelibus recognosco publice et protestor, quod de voluntate (Iutte) mee uxoris domino Conrado plebano in Godelevesseim et sue filie Ermentrudi mon(iali in) Volekardengkusen vendidi talentum levium denariorum in reditibus, de quo Heinricus Ortulanus dabit IV solidos leves, Theodericus de Dodenhusen novem dabit solidos leves, et Theodericus Opilio septem solidos leves dabit, et hoc de ortis et de domibus ante portam Wolphain iacentibus, quos prefati et ipsorum heredes possident tali iure, quod dicitur walreict, proprietario iure perpetuo possidendum, ita videlicet, ut prescripti aut ipsorum heredes summam prehabitam predicto domino Conrado et sue filie singulis annis ipso die beati Martini omni occasione postposita persolvant et presentent. Preterea nos dominus Conradus una cum nostra filia elegimus et statuimus post obitum nostrum et nostre fi(lie), quod summa prescripta in reme(dium anim)arum nostrarum beato Iohanni et conventui in Volckardenkusen ad luminaria tantum perhenni(ter perso)lvatur. In cuius facti evidentiam presens scriptum sigillo civitatis Wolfhain decrevi (robo)randum. Huius rei testes sunt: Wernherus de Gudenborg, Wernherus de Helfenberc, Hermannus de Cigenberc, Th(eodericus) filius Lupi, Sifridus Desemberg proconsul, Ulricus de Ritte, Wernherus, Ditmarus Fabri, Hermannus Vicarius(?), Iohannes pistor, Reinoldus, Iohannes filius molendinarii, Ludowicus filius Wilandi, Albertus de Rotheim, consules in Wolphain, insuper Hermannus de Balhorn, Gozwinus et Conradus filii Amilii et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C°. nonagesimo, in crastino beati Urbani pape et martyris.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Die durch Mäusefrass entstandenen Lücken aus daselbst befindlichem Kopiar I. fol. 196 u. II. fol. 183 ergänzt. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

2080.

Ludwig gen. von Netze und Frau schenken ihre Güter in Netze dem Kloster daselbst. 1290 Mai 29.

Noverint universi presentium inspectores, quod ego Ludewicus dictus de Netze bona voluntate et animo deliberato ob reverentiam et honorem Iesu Christi et gloriose virginis Marie pro salute anime mee accedente consensu et voluntate Alheidis mee uxoris legavi et dedi ecclesie et conventui in Netze omnia mea bona in Netze sita in agris, pascuis, silvis, pratis, aquis, domibus, areis, pensionibus et aliis usibus quibuscunque perpetuo possidenda. Ego vero Meinricus de Utershusen presentibus profiteor et protestor, quod, quecunque bona dictus Ludewicus de Netze a me in feodo habuit, ob amorem Iesu Christi et ad rogatum dicti Ludewici appropriavi et meum ius dedi ecclesie et conventui in Netze proprietatis titulo perpetuo possidenda. Huius rei testes sunt: Ludewicus de Wildungen, Basilius, Cono de Holtzehim, Helwicus Scicke, Conradus de Elbene, Gerlacus Stetepant, Otto, Wernherus(?), Iohannes de Wira, Ludewicus Maz de Brunswe, Ditmarus de Wulfhain, Albertus de Waldeke, frater Albertus et plures alii probi viri. In quorum omnium evidentiam certiorem ego Meinricus predictus meo sigillo dedi presentem litteram roboratam, quo sigillo ego Ludewicus sum contentus, quia proprio sigillo careo. Actum et datum IIII. Kalendas Iunii, anno Domini M°.CC°.XC°.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen dreieckiges Siegel, Art Gitter mit drei längeren und zwei kürzeren Stäben.

2081.

Graf Otto von Waldeck und seine Gemahlin Sophie bekunden, dass sie zwei von den von Lilienberg erkaufte Güter im Weiler Weege dem Kl. Haina mit Einwilligung ihrer sieben Kinder verkauft haben. Unter den Zeugen: Arnoldus iunior de Paderburnen. *Eisenach u. Wildungen 1290 Juni 9.*

Or. im Grossherz. Hessischen St.-A. zu Darmstadt. Gedr. Kopp, Nachrichten v. d. Herren von Itter Nr. 36. Erwähnt Varnhagen, Grundlage, 339.

2082.

Die Brüder Marschall von Warburg verkaufen an Kl. Hardehausen die Hälfte ihres Zehnten bei Masenheim. *1290 Juni 24.*

Nos Hermannus, Bernardus et Goswinus fratres dicti Marscalci de Wartberg notum facimus universis tenorem presencium visuris seu audituris et publice protestamur, quod nos pari consensu et unanimi voluntate medietatem decime ville Masenheim adiacentis religiosis viris domino .. abbati et conventui in Hersuedehusen pro quinquaginta marcis gravium denariorum vendidimus nobis ex integro numeratis, traditis et solutis, hoc tamen adiecto, ut in festo nativitatis beati Iohannis Baptiste iam presenti ad revolutionem quatuor annnorum eiusdem festi quolibet anno infra spacium dictorum quatuor annorum in festo dumtaxat predicto pro quinquaginta marcis gravium denariorum tunc Wartberg currencium reemere possimus decimam memoratam. Quam vero decimam, si ultimo quatuor dictorum annorum anno in festo nativitatis beati Iohannis Baptiste predicto non reemerimus quocunque casu emergente, extunc nullam habebimus potestatem ipsam decimam reemendi, set superadditis nobis ab eisdem domino .. abbate et conventu quadraginta marcis Wartbergensium denariorum tunc usualium nos fratres predicti, uxores nostre nostrique liberi cum legitimis nostris heredibus prefatam decimam cum omnibus suis pertinentiis nichil penitus excipientes in manus reverendi patris et domini nostri .. Paderbornensis episcopi, a quo et eandem decimam in pheodo tenemus, quandocunque requisiti fuerimus, resignabimus unanimiter et constanter et de novo novas dabimus litteras sufficiens huius vendicionis testimonium et warandiam debitam continentes, ut sic dicti dominus abbas et conventus eandem decimam iusto emptionis titulo comparatam retineant et possideant in perpetuum pacifice et quiete. Igitur ut omnia superius expressa omni dolo et fraude exclusis et subducta qualibet actione, que occasione huius contractus provenire valeret, effectui mancipentur, fide prestita corporali nos sub presencium litterarum testimonio obligamus, et quia in nonnullis rebus futuri temporis status certitudine non firmatur, dominum Hermannum dictum Speculum de Desenberg, dominum Ludolfum patrem nostrum, Hermannum patruum nostrum et Gerardum dictum Scultetum, milites, Hermannum de Kalenberg, Bernardum de Dalewich, Conradum et Thidericum fratres filios domini Gerardi predicti nostros constituimus fideiussores, qui pro nobis fide data in solidum promiserunt, quod, si in predictis quicquam impedimenti quocunque casu mediante accesserit, quod absit, ipsi opidum Wartberg intrabunt more bonorum fideiussorum ibidem tamdiu iacentes, donec omnis defectus plenarie suppleatur. In quorum omnium premissorum munimen et evidenciam pleniorem, quia propria sigilla adhuc non habemus, domini Her(manni) de Desenberg, patris nostri et Her(manni) de Kalenberg dictorum fideiussorum sigillis hoc scriptum petivimus consignari. Nos vero fideiussores prefati singula ac universa iam premissa cum suis singulis articulis recognoscimus esse vera et inviolabiliter observanda. Datum anno Domini M°.C°C.X°C., in die nativitatis beati Iohannis Baptiste, qui dies primus terminus est annorum quatuor predictorum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 278. Drei Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Masenheim *lag in der Feldmark der Stadt Lichtenau und zwar vor dem niedern Holze daselbst. Als um 1320 Burg und Stadt Lichtenau angelegt wurde, blieb das Dorf* Masenheim *einstweilen noch bestehen, erst in der zweiten Hälfte des 14. Jahrh. zogen sich die Bewohner sämmtlich hinter die Mauern von Lichtenau zurück. (Spancken.)*

2083.

Bischof Otto von Paderborn bekundet, dass Hardehauser Mönche eine Mühle, auf die Genannte in die Hände der Rathmänner von Driburg resignirt hatten, Namens ihres Klosters von ihnen wieder empfingen. 1290 Juli 1.

Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris in omnium salvatore salutem. Ut tollatur dubium et memoria reviviscat, tenore presencium declaramus, quod frater Iohannes

conversus in Hersuedehusen et Gertrudis, quondam uxor sua, in presencia iudicis et consulum in Driburg constituti molendinum suum extra muros situm, quod religiosis viris . . abbati et conventui eiusdem loci in Hersuedehusen pro animarum suarum remedio contulerant, resignarunt. Qua resignacione in manus consulum facta, frater Henricus dicti cenobii monachus et cellerarius prefatum molendinum iuxta loci consuetudinem ab ipsis consulibus nomine conventus sui recepit perpetuo possidendam. Ut igitur huiusmodi donatio a nullo valeat impediri, hoc scriptum nostro nostrique opidi predicti sigillis fecimus communiri. Nos vero Henricus Berue, Bertoldus de Indagine, Henricus Iudex, Henricus Bamme, Arnoldus Becelini, Iohannes de Hobrachtessen, Henricus Wllewecge, Wernerus de Allenhusen, Ludolfus Porcus, Wernerus de Bedenburen, Conradus de Bouenhusen et Arnoldus Sidenuadem, iudex videlicet Henricus Bamme et consules prenotati, omnia per venerabilem patrem et dominum nostrum Paderbornensem episcopum superius expressa recognoscimus esse vera. Datum anno Domini M°.C°C.X°C., Kalendas Iulii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 279. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab.

2084.

Bischof Otto von Paderborn bestätigt Verkauf an und Memorienstiftung im Kl. Hardehausen seitens der von Stapel. Paderborn 1290 Juli 6.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus ad universorum noticiam volumus pervenire, quod dilectus nobis Hermannus miles dictus Stapel et Megthyldis eius legitima, ipsorum filii Iohannes, Bertoldus et Henricus ac sorores ipsorum videlicet Elizabeth, Conegundis, Lysa et Mecghildis et alii quam plures eorum legitimi heredes in nostra presentia constituti recognoverunt, se vendidisse religiosis viris . . abbati et conventui monasterii in Herdehusen curiam in Ostla(n)gen dictam ad pontem ad eos iure proprietario pertinentem, item cum minuta decima et cum quinque achtwort ad ipsam curiam pertinentibus et cum piscina dicta tome Slage, que a nobis tenebatur in pheudo, et cum ceteris suis iuribus universis pro viginti quatuor marcis pecunie numerate. Item vendiderunt similiter pro eadem summa minutam decimam curie site Ostlangen, que est et antea fuerat monasterii in Herdehusen. Ceterum vendiderunt redditus sive iura, que habuerant in curia Drome, videlicet in equo commodando, in fertone persolvendo ac ove et agno persolvendis ab ipsa curia pro pecunia memorata. Item similiter cum vendicione predicta dederunt monasterio predicto in Hersuedehusen pro remedio animarum suarum et pro memoria sua in ipsa ecclesia perpetualiter peragenda unum mansum dictum markelant. Et nos post recognicionem predictam, libera resignatione omnium predictorum, que ad nos et ecclesiam nostram spectabant sive eciam ad ipsos, recepta ab ipsis, ius et proprietatem eorundem, quantum ad nos et ecclesiam nostram spectabant, de pleno consensu capituli nostri contulimus perpetuo possidenda vel quasi in omnibus articulis supradictis. Recognoverunt eciam supradicti, quod cultores curie in Drome absque ipsorum questione in silvis markalibus, in quibus ius habebant vel dicere poterant se habere, ligna succidere possent necessaria, quanto unquam tempore predicta curia Drome fuerit excolenda. Ut autem hec nullo unquam tempore in toto vel in aliqua sui parte violari valeant vel infringi, set ut rata perpetuo perseverent, nos hoc scriptum sigillo nostro et sigillo ecclesie nostre fecimus roborari. Huius autem rei testes sunt: Raueno senior de Papenhem, Albertus de Amelungeshem, Bertoldus de Lippia, Gyso de Brocbeke, Conradus de Etlen, milites, magister Iohannes rector ecclesie in Wartberg, Conradus plebanus in Herstelle et alii quam plures fide digni. Actum Paderborne et datum anno Domini M°.C°C°. nonagesimo, in octava beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Gokirche Nr. 12. An weissen Leinenfäden in hellgelbem Wachs 1) das leidlich erhaltene spitzovale Siegel Bischofs Otto; 2) das des Kapitels abgefallen. Drome = *Feldrom.* Ostlangen *bezeichnet Dorf Schlangen unweit Lippspringe. (Lipp. Reg. II Nr. 626.)*

2085.

Hermann, Konrad, Hildebold Grafen von Pyrmont übertragen dem Kl. Falkenhagen einen Hof. 1290 Juli 16.

1290 die Alexandri. Hermannus, Conradus, Hildeboldus, comites de Pirmunt, ad petitionem vasallorum Conradi et Bertrami fratrum Specht patrem Wernerum in claustro Valkenhagen collocantium eidem claustro eorundem curiam in Brach transferunt, exclusa contradictione heredum comitum et nobilium de Sualenberg.

Nach Reg. Spilcker's in dessen Handschriften, Bd. 17 S. 175. Es gibt verschiedene Heilige mit dem Namen Alexander; die Hauptfeier in der Diöcese Paderborn war am 16. Juli; sonst zu Febr. 25. Vgl. oben Nr. 2044 f.

2086.

Eine Herforder Bürgerin kauft eine Grundrente mit der Befugniss, sie einer Kirche übertragen zu können. 1290 Juli 25.

Omnibus presencia visuris et audituris ministeriales, scabini et consules Heruordenses rei geste noticiam. Actus hominum perimit successio temporis, si quos non corroborat vox aut stabilitas litterarum. Sciant igitur universi tam presentes quam posteri, quod nobis presentibus, videntibus et audientibus Wichmodis erga Hinricum dictum de Oderdissen ex area sua redditus quatuor solidorum emit cum consensu uxoris sue et omnium puerorum suorum necnon et suorum omnium coheredum, de quibus redditibus dictus Henricus dicte Wichmodi duos solidos in festo pasche et duos solidos in festo Michaelis presentabit. Si vero Hinricus iam dictus redditus quatuor solidorum ex aliis bonis, que vulgariter wichbeledegot nuncupantur, dicte Wichmodi assignaverit, hos benivole[1]) aceptabit. Insuper adiectum est, quod, si predicta Wichmodis predictos redditus ad quemcumque locum dederit pro anime sue remedio, sepe dictus Henricus ratum et gratum habebit, quidquid fecerit in premissis. In cuius rei testimonium presentis scripti seriem cum sigillo universitatis nostre dedimus roboratam. Actum et datum anno Domini M°.C°.C°. nonagesimo, in die beati Iacobi apostoli, presentibus hiis testibus: Gerhardo de Libbere et Conrado Cleycamp, tunc temporis magistris[2]) consulum, Luberto de Brokeldehusen, Io(hanne) de Oldenscildesche, Thiderico Rufo, Andrea Frisone, Herbordo de Hagen, Arnoldo de Dedissen, Bernhardo sartore, Io(hanne) de Hagen, et aliis quam pluribus, quorum nomina non sunt scripta.

[1]) *Or.* bennivole. [2]) magistri *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 80. An Pergamentstreifen Bruchstück des Siegels der Stadt Herford.

2087.

Abt Heinrich von Corvey bekundet Güterverkauf in Bevern seitens des Propstes Albert. 1290 August 13.

Nos Henricus Dei gratia abbas, Ludolfus prior, Albertus prepositus totusque conventus ecclesie Corbeyensis notum esse volumus universis, quod de voluntate et consensu nostro predictus Albertus prepositus omnia bona in villa Beveren ad preposituram spectancia eo iure et pensione, sicut ipse habuit, vendidit domino Arnoldo dicto de Haversvorde militi, Ludolfo de Indagine et Wastmodo suo filio et eorum heredibus pro quatuor marcis puri argenti possidenda, quousque dicto preposito aut nobis pro eadem summa IIII marcarum se facultas offeret reemendi, quod fieri poterit omni anno infra diem beati Martini et festum pasce. In cuius facti memoriam presens scriptum sigillis nostris dedimus roboratum. Datum anno Domini M°.CC°.XC°., dominica ante assumptionem beate virginis.

Or. im Besitz des Herrn von Mansberg zu Meinbrexen. An Pergamentstreifen 1) Fragmente vom Kapitelssiegel; 2) lädirtes ovales Siegel des Abts. Gedr. Baring, Clavis Diplomatica p. 494.

2088.

Die Johanniter-Kommende zu Herford einigt sich mit Stift Mauritz bei Münster wegen eines widerrechtlich angekauften Grundstückes. Unter den Zeugen: frater Hermannus de Monte, Iohannes clericus dictus Medemann, Godefridus dictus Pekenacke *(wahrscheinlich Vertreter des Herforder Klosters). Münster 1290 August 13.*

Gedr. UB. III, 1405.

2089.

Die Grafen Adolf und Albert Brüder von Schwalenberg schenken dem Kl. Brenkhausen einen Zehnten. Schwalenberg 1290 August 14.

In nomine sancte et individue trinitatis. Adolphus et Albertus fratres comites dicti de Sualenberg universis Christi fidelibus presencia visuris salutem in eo, in quo est salus omnium. Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, utile est ea poni sub lingua testium vel scripti memoria perhennari. Noverint igitur tam presentes quam posteri presentem paginam inspecturi, quod nos decimam in villa Gerdessen, cuius feodum ad nos pertinebat, pro remedio anime nostre cum consensu nostrorum heredum ecclesie in Berighusen, quicquid in ipsa iuris habuimus, contulimus perpetuo possidendam, cuius decime medietatem Iohannes dictus de Lyne a Bertrammo dicto de Stamme, filio Bertrammi, cum sua uxore Gertrude comparavit ecclesie supradicte, reliquam vero medietatem (et unum mansum) eadem prememorata ecclesia ab Alberto dicto de Stamme, antequam se religioni traderet, comparavit emptionis legali titulo mediante. Huius rei testes sunt: Arnoldus cappellanus et notarius in Svalenberg, Theddericus dictus de Eckestere[1]), Lippoldus holtgravius, milites; item Lambertus holtgravius, Wernherus Digbernere, famuli et alii quam plures fide digni. Ne autem hoc factum aut oblivio deleat aut oportunitas ingenii malignantis infringat, presentem litteram sigillorum nostrorum appensionibus ecclesie in Berighusen in testimonium fecimus communiri. Datum Svalenberg, anno Domini M°.CC°.LXXXX°., in vigilia assumptionis beate virginis Marie.

[1]) *So Or.*

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab.

2090.

Bischof Otto von Paderborn schenkt die von Ludolf Marschall in seine Hände resignirten Güter in Westerhagen *bei Warburg dem Kl. Hardehausen. Hardehausen 1290 August 17.*

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus recognoscimus per presentes, quod Ludolfus marscalcus noster in nostra presencia constitutus bona sua in Westerhagen iuxta Wartberg sita, que alias dilecti nobis in Christo . . abbas et conventus in Hersuedehusen erga Herbordum dictum Stotere premortuum empcionis titulo compararunt, et que dictus Ludolfus a nobis in pheudo tenuerat in manus nostras voluntarie resignavit, protestans, quod omnes filii sui et legitime heredes huiusmodi resignacionem ratam et gratam habent et semper habebunt, tanquam per se dicta bona manualiter resignassent, et propter superhabundantem cautelam, cum requisiti fuerint, in manus nostras personaliter resignabunt, quorum bonorum proprietatem accedente capituli nostri consensu prefatis abbati et conventui condonavimus, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur. In cuius ratihabicionis et resignacionis munimen presens scriptum nostro sigillo fecimus stabiliri. Ego vero Lu(dolfus) miles predictus omnia, que per venerabilem patrem et dominum O(ttonem) Paderbornensem episcopum superius sunt expressa, recognosco esse vera sub mei protestacione sigilli. Testes aderant: Hermannus scolasticus Paderbornensis, magister Iohannes notarius noster, Iohannes de Braicbeke et Raueno iunior de Papenhem, milites, Bertoldus de Brakele, Gunterus, Willikinus Coq(u)us et alii plures laici, monachi et conversi. Actum ante minorem portam iuxta tiliam in Hersuedehusen et datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo, XV°I. Kalendas Septembris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 280. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab.

2091.

Schutz- und Trutzbündniss zwischen Erzbischof Gerhard von Mainz, Bischof Otto von Paderborn und Landgraf Heinrich von Hessen auf ihre Lebenszeit. Im Lager bei Naumburg 1290 August 19.

Nos Dei gratia Gerhardus sancte Maguntine [1]) sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, Otto Paderbornensis episcopus et Henricus dominus terre Hassie lantgravius recognoscimus et presentibus litteris publice profitemur, quod nos, ut repressis insultibus malignorum nobis et terrarum et parcium nostrarum incolis, cooparante [2]) pacis auctore, quietis et commoda tranquillitatis [3]) preparemus, nos confederando et colligando ad invicem univimus sub hac forma, quod fide data promisimus et corporale super eo prestitimus sacramentum, quod contra quoslibet iniuriatores nostros et cuiuslibet nostrum nobis mutuis consiliis et auxiliis fideliter assistemus, omni fraude et dolo exclusis, ad tempora vite nostre, hoc acto expresse, quod, si aliquis ex nobis fuerit spoliatus, officiati aliorum interpellati ab iniuriam passo vel officiatis suis, volgam faciant insequendo ipsos spoliatores, ad quecumque loca ipsos contingeret declinare, et ad persecucionem huiusmodi spolii totis viribus adiuvando. Si vero ex nobis aliquem per nos vel nostros aliquam municionem circumvallare racione spolii alicuius vel facti alterius (contingeret) [4]) nec volga predicta posset fieri propter nimiam locorum distanciam, unus nostrum iuvabit et veniet alteri in auxilium cum quinquaginta dextrariis sub interpellantis expensis, nisi interpellatus haberet municiones infra quinque miliaria a municione circumvallata distantes, de quibus sibi possit de expensis huiusmodi providere. Hoc eciam est condictum, quod, si nos contra hostes in conflictu aliquo victoriam habuerimus et triumphum, capitaneos et habentes vexilla inter nos equaliter dividemus, com(m)unes vero homines iuxta numerum armatorum, quem quilibet nostrum adduxerit, pro rata et numero armatorum huius proporcionaliter dividentur. Quodsi municiones aliquas nos capere contingeret, aut eas simul equaliter tenebimus aut faciemus eas communiter demolliri. Hoc eciam est sciendum, quod dampna, que aliquis ex nobis racione confederacionis incurrerit, alter alteri non tenetur resarcire, sed dampna quilibet huiusmodi sustineat personaliter et de eis respondeat, sicut ei videbitur expedire. Preterea quilibet nostrum tenetur alteri necessitatis tempore et persecutione spolii contra alterum perpetrati et ex alia iusta causa municiones ipsius ad introeundum et egrediendum, cum requisitus fuerit, apperire, ut de municionibus huiusmodi possit prosequi suum spolium et quod contra suos spoliatores de ipsis prosequendi suam iniuriam liberam habeat facultatem, ad quod officiati illius, cuius existit municio, totum suum posse inpendant. Insuper nullus nostrum sustinebit, quod inimicus alterius nostrum in suo territorio commoretur, quin immo ipsum talem habebit ut satisfaciat leso de dampnis [5]) et iniuriis irrogatis, alioquin illum tamquam hostem proprium persequetur. In confederacionis autem predicte forma nos omnes prescripti sedem apostolicam et inperium excepimus pari consensu. Nos .. archiepiscopus et episcopus predicti .. archiepiscopum Coloniensem specialiter excipimus, nos vero Paderburnensis episcopus illustrem principem dominum Henricum ducem Brunsch(w)icensem excipimus et nos Henricus lantgravius prelibatus illustres principes Henricum predictum, Wilhelmum et et Albertum fratres de Brunsch(w)ic a forma confederacionis huiusmodi similiter duximus excludendos. In quorum testimonium omnium et evidenciam pleniorem presentes litteras scribi fecimus et sigillorum nostrorum munimine roborari. Datum et actum in campis apud Novum castrum, anno Domini M°.C°C.LX°X°X°X°., XII°II. Kalendas Septembris [6]).

[1]) Magunte *Or.* [2]) comparante *Or.* [3]) tnsquill. *Or.* [4]) contingeret *fehlt Or.* [5]) damponis *Or.* [6]) Semtembris *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 328. An Pergamentstreifen sind von den Siegeln der beiden Bischöfe Bruchstücke in gelbem Wachse erhalten, das des Landgrafen an dritter Stelle abgefallen.

2092.

Erzbischof Gerhard von Mainz befiehlt allen Pröpsten und Archidiakonen seiner Diöcese das sehr heruntergekommene Kl. Hönscheid nicht zu belästigen und gewährt den Wohlthätern desselben 40 Tage Ablass. Naumburg 1290 August 22.

G(erhardus) Dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, prepositis, viceprepositis, archipresbyteris universis in nostra dyocesi constitutis salutem in

Domino. Mandamus vobis et districte precipimus, ne ecclesiam in Hohenscit, que per iniquos prepositos annichilata[1]) fuerat et destructa, per aliquam occupationem sive per exactionem sive per procurationem seu etiam per visitacionem vel in nullo alio gravamine molestetis, facientes ergo, ut divina providencia auxiliante et nostro sublevamine mediante ecclesia iam dicta ad statum pristinum eo melius poterit revocari. Si quis igitur huiuscemodi transgressor fuerit, sciat se offensam nostram graviter incursurum. Preterea quicunque sanctimonialibus ibidem degentibus et divinorum officia cum maxima penuria[2]) actenus conservantibus manum porrexerint adiutricem, sive in elemosinarum[3]) largitione aut quocunque in earundem inopie defectum subplenaverint, quadraginta dies indulgencie misericorditer et plene relaxamus. Datum apud Novum Castrum, undecimo Kalendas Septembris anno M°.C°C°. nonagesimo.

[1]) *Or.* annichillata. [2]) penoria *Or.* [3]) *Or.* elemosenarum.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen kleiner Rest vom Siegel des Erzbischofs.

2093.

Ritter Stephan von Falkenberg bekundet Verzicht seines Verwandten Stephan von Schardenberg zu Gunsten des Kl. Lippoldsberg. Geismar 1290 August 24.

Ego Steffanus miles dictus de Valkenberg presentibus recognosco et universis presencium inspectoribus desidero notum esse, quod Steffanus cognatus meus dictus de Scardenberg sinpliciter et absolute et in integrum renunciavit omni actioni et iuri sibi quocumque modo competenti contra ecclesiam in Lippoldesberge de bonis quibuscumque. Et quia proprio caret sigillo, petivit, ut sigillum meum presentibus apponerem in testimonium premissorum. Pro cuius peticione et rei observacione sigillo meo presencia roboravi, Iohanne rectore ecclesie in Haldungen, Hermanno vicario ecclesie sancti Petri Geismariensis, Bertoldo vicario in Duergen, sacerdotibus, Steffano de Haldesen milite, Alberto de Duergen et aliis quam pluribus ad hoc testibus annotatis. Actum et datum Geismarie, anno Domini M°.C°C.LXXXX°., in die beati Bartholomei.

Or. im Besitz des Herrn v. Mansberg zu Meinbrexen. An Pergamentstreifen dreieckiges am Rande verletztes Siegel: quergetheilter Schild, oben gekrönter Löwe, unten drei fünfblätterige Rosen. Das Wappen, durchaus ähnlich dem des Geschlechts von der Malsburg, ist von besonderem Interesse, da das Falkenberger Geschlecht vom 14. Jahrh. an bis zu seinem Erlöschen im 17. Jahrh. zwei neben einander gestellte mit den Bärten nach oben und auswärts gewendete Schlüssel geführt hat.

2094.

Erzbischof Gerhard II. von Mainz genehmigt, dass das Kl. Lippoldsberg in seiner Diöcese das demselben gehörige Patronat zu Bodenfelde gegen das dem Kl. Corvey zustehende Patronat über Dransfeld austausche. Hofgeismar 1290 August 26.

Venerabili domino abbati ac honorabilibus viris preposito, decano et conventui monasterii Corbiensis, Palbornensis dyocesis, G(erhardus) Dei gratia Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, salutem et sinceram[1]) in Domino karitatem. Cum, sicut dilectorum in Christo prepositi, priorisse et conventus monasterii sanctimonialium de Lippoldesberche, nostre dyocesis, nobis insinuacio patefecit, ipsi ius patronatus ecclesie de Transuelde, predicte nostre dyocesis, spectans ad ipsos, in vos et vestrum monasterium transtulerint, vosque ius patronatus ecclesia de Bodenuelt, Palbornensis dyocesis, quod ad vos spectabat, in ipsos et eorum monasterium, utilitatibus utriusque monasterii pensatis, permutationis titulo duxeritis transferendum, nos ipsorum prepositi, priorisse et conventus monasterii sanctimonialium in Lippoldesberche predictorum precibus inclinati, quod per ipsos in hac parte provide factum existit, ratum habemus et gratum et illud auctoritate presencium confir-

mamus et presentis scripti (sigillo)[2]) communimus. Datum Geysmarie, VII. Kalendas Septembris, anno Domini M°.C°C. nonagesimo.

[1]) scinseram *Abschr.* [2]) sigillo *fehlt Or.*

Aus Msc. I, 133 fol. 12 im Kgl. St.-A. Münster. Erwähnt Schaten, ad annum.

2095.

Erzbischof Gerhard von Mainz befreit Besitzungen des Kl. Hardehausen bei Fritzlar von Abgaben. Amöneburg 1290 September 2.

Gerhardus Dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, religiosis viris .. abbati et conventui monasterii in Hersuedehusen, ordinis Cisterciensis, Paderbornensis dyocesis, salutem in Domino. Cum personis et locis Deo dicatis quid gratie et honoris impenditur, et presentis vite solacia et future beatitudinis premia impendenti apud largitorem supremum omnium, datorem optimum facilius et habundancius impetratur. Cum igitur ex indulgencia bone memorie domini Sifridi archiepiscopi Maguntini patrui nostri de consensu civium nostrorum Fritslariensium sit vobis concessum, ut de decem et octo mansis et vineis, quas nunc vendidistis, sitis apud Fritslariam et viginti duobus solidis denariorum annui census, quos habetis ibidem et quos scilicet mansos et denarios predictos cum omnimoda libertate possidere debetis, nullas exactiones, vigilias vel alia publica seu municipalia servicia teneamini exhibere, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur, eam vobis gratiam duximus faciendam, quod de quatuor libris annuorum reddituum monete Fritslariensis, quos in eodem opido nostro cum pecunia, quam recepistis per dictas vineas venditas, noscimini comparasse, omnino nullas solvatis precarias vel alia servicia faciatis, sed eas cum dictis decem et octo mansis et redditibus viginti duorum solidorum habeatis liberos et ab omni onere serviciorum exemptos, vice et loco prelibate vinee per vos vendite, ut est dictum. Preterea volumus auctoritate presencium concedentes, ut, si defectum habetis in decem et octo mansis predictis vel habuistis concesse vobis tempore libertatis, quod bona illa, que in supplementum defectus eorundem decem et octo mansorum comparastis hactenus vel comparabitis in futurum, premissa in omnibus et per omnia gaudeant libertate, dantesque vobis has nostras litteras in testimonium super eo sigilli nostri appensione munitas. Datum Ameneburg, II°II. Nonas Septembris, anno Domini M°.C°C.X°C.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 281. Siegel sammt Befestigung aus den Löchern verloren.

2096.

Edelherr Konrad von Schönberg urkundet über die Ueberlassung eines Gutes in Calden an Kl. Helmarshausen. 1290 September 5.

Conradus nobilis de Schonenberch universis, quorum noticie presencia exhibita fuerunt aut ostensa, ob Dei reverenciam rei geste cognoscere veritatem. Ne ea, que racione previa geruntur in tempore, de cursu temporis elabente ab humana memoria intercidente oblivionis ignavia evanescant, fidelis scripti testimonio solent posterorum noticie declarari. Sciant igitur tam presentes quam futuri, quod, cum Iohannes filius Retheri pensionem mansi unius, quem a . . domino abbate et conventu in Helwardeshusen sub annua pensione talenti unius habebat, annis X supersedisset et amplius, curiam suam in Colden et mansum dimidium, quem ibidem a nullo infeodatus habuit set solutum, dicto . . abbati et conventui dedit et assignavit pro detente pensionis recompensa amicabili et restauro, ita sane, quod ipse nec non et uxor ipsius Cunegundis, cuius consensus huic facto affuit evidenter, mansum pensionarium ad tempora vite sue simul cum suo proprio manso dimidio habebunt liberum, ut uno ipsorum decedente medietas bonorum utrorumque ad ecclesiam in Helwardeshusen libera devolvatur eisdem, quod ambobus de medio sublatis tam mansus pensionarius quam ille, qui defunctorum fuit proprius, pariter cum curia ipsi debebit ecclesie iure perpetuo possidendi. Precibus igitur dicti Io(hannis) de Colden et uxoris sue Cunegund(is in)clinati presentem paginam sigillo nostro ob premissorum evidenciam

insignamus. Presentes: Conradus filius noster, Rudestus miles, Gerhardus Spegel, Io(hannes) Druchtlevus et Henricus fratres de Colden, Io(hannes) de Remershosen, famuli, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Nonis Septembris, anno Domini M°.C°C. nonagesimo.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg. Siegel vom abhängenden Pergamentstreifen ab. Calden liegt NW. Cassel.

2097.

Bischof Konrad von Osnabrück tauscht mit dem Stifte Corvey Ministerialen. 1290 September 8.

Nos Conradus Dei gratia Osnaburgensis episcopus recognoscimus, quod Abilem uxorem Eugenii de Borsen militis ecclesie nostre ministerialem damus et dedimus in ministerialem ecclesie Corbeiensis, recipientes a dicta ecclesia Engelmodin uxorem Iohannis de Rene paris permutationis titulo pro eadem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.C°C.X°C., die nativitatis beate Marie virginis.

Aus Msc. I, 134 fol. 211 im Kgl. St.-A. Münster.

2098.

Bischof Otto von Paderborn ertheilt dem durch Feuer zerstörten Kl. Fredelsloh einen Ablass. Nienover 1290 September 20.

Nos Otto Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus omnibus vere penitentibus, contritis et confessis, qui per elemosinarum largitionem ad reedificationem conventualis ecclesie in Fredesle per incendium miserabiliter destructe manum porrexerint adiutricem, XL dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus consensu dyocesani episcopi accedente. Datum Nygenovere, in vigilia Mathei apostoli anno Domini M°.C°C.X°C.

Or. (stark verblasst) im Kgl. St.-A. Hannover, Kl. Fredelsloh Nr. 59. Siegel (mit Rücksiegel) des Ausstellers an Pergamentstreifen.

2099.

Bischof Otto von Paderborn bekundet einen Rechtsverzicht Johanns von Driburg zu Gunsten der Northeimer Kirche. Warburg 1290 September 25.

Otto Dei gratia Paterbornensis ecclesie episcopus universis, ad quos pervenit presens scriptum, salutem in Domino. Noverint tam posteri quam presentes, quod Iohannes de Dryborch et sui heredes universi omni iuri, quod habuerunt aut habere poterunt modis quibuscunque in bonis ecclesie de Northeim sitis in Wreckesse, libere et absolute renunciaverunt, pro tanto etiam, quod ratione bonorum predictorum contra ecclesiam predictam in Northeim nullam penitus in perpetuum movent actionem. In cuius evidentiam sigillum nostrum, sigillum comitis de Waldecke, domini abbatis de Bredelar et sigillum fratrum de Papenheim militum, videlicet domini Conradi, Ravenonis et iterum Ravenonis presentibus sunt appensa. Acta sunt hec Wardberch, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, feria secunda proxima ante festum sancti Michaelis.

Nach dem Northeimer Diplom. I. p. 311 im Kgl. St.-A. Hannover.

2100.

Bischof Otto von Paderborn verkauft der Stadt Warburg seinen untern Hof daselbst. Kleinenberg 1290 September 27.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus tenore presentium recognoscimus publice protestando, quod accedente consensu capituli nostri dilectis civibus nostris in Wartberg vendidimus curiam nostram inferiorem adiacentem veteri opido Wartberg, que olim fuerat Thiderici militis dicti Schof, liberam ab omni pensione perpetuo possidendam ad ius, quod wicbelde vulgariter appellatur, quolibet iugerum tam

in campis quam in pratis mensurato pro marca denariorum Wartberg currentium sub hoc censu, quod de quolibet iugere sive culto sive inculto sex denarii eiusdem monete annis singulis nomine census nobis solvent in festo beati Martini, exceptis agris pratorum, de quibus nichil solvent, tamen sub hac pena, quod, quicunque civis Wartbengensis habens iugera prefate curie aliquem censum prefatum non solverit in termino supradicto, iudex noster ibidem, qui pro tempore fuerit, sine omni offensa et impedimento civium pignora capiat non solventis et eadem vendendi, obligandi et, quicquid voluerit, de eis faciendi liberam habebit facultatem. Adiectum est etiam, quod dicti cives poterunt suis concivibus inter se et non extraneis iugera prefate curie vendere, locare aut alias modo quolibet alter in alterum transferre cum censu onere supradicti, affirmantes etiam, ut, quicunque censum dictorum agrorum perceperint, domino preposito et capitulo beatorum apostolorum Petri et Andree Bostingdorp in Paderborne et castellanis in Wartberg solvent debitam pensionem, que, si predictis videlicet domino preposito et castellanis persoluta non fuerit, ipsi cives de censu agrorum prefate curie tenerentur solvere expedite. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Nos Dei gratia Th(eodericus) prepositus, Wer(nerus) decanus, Her(mannus) scolasticus, R(emboldus) thesaurarius, Georgius cantor, L(udolfus) cellerarius et capitulum totum ecclesie Paderbornensis huic ordinationi et venditioni interfuimus et consentimus, in testimonium nostri consensus sigillum ecclesie nostre presentibus apponentes. Datum et actum in opido Clenenberg, presentibus Ecberto dicto Spegel, Conrado de Etlen, Lippoldo dapifero, Wernero dicto Cancer, Rauenone, Conrado et Rauenone fratribus de Papenhem, Gerhardo Schulteto, militibus, Henrico et Conrado de Epe, Iohanne de Wellede, Henrico Iudeo advocato, Henrico Iudeo seniore, Thiderico, Iohanne et Dethardo fratribus de Norde, Volperto de Eyessen, Iohanne Bussen, Conrado, Th(iderico) et Ger(hardo) filiis Scultheti, castellanis in Wartberg et aliis quam pluribus honestis et fide dignis anno Domini M°.C°C.LXXX°X., Cosme[1]) et Damiani martyrum. Et nos consules et cives universi veteris opidi Wartberg omnia predicta, sicut sunt conscripta et condicta, per appensionem sigilli nostri recognoscimus esse vera. Datum ut supra.

[1]) comes *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 329. An Leinenfäden gut erhaltenes Siegel der Stadt Warburg mit Rücksiegel. Eine andere Besiegelung hat nicht stattgefunden. Vgl. folg. Nr. Gedr. Wigand, Archiv II, 310. Erwähnt Schaten, ad annum.

2101.

Bischof Otto von Paderborn und Domkapitel verkaufen eine Mühle in Warburg an Heinrich gen. Jude mit dem Recht der Wiedereinlösung. Paderborn 1290 Oktober 1.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus tenore presencium recognoscimus universis publice protestando, quod accedente capituli nostri (consensu) Henrico Iudeo dicto, Iohanni, Herman(n)o, Henrico et Iohanni filiis suis ceterisque suis heredibus veris pro quinquaginta marcis gravium denariorum Wartberg currentium vendidimus molendinum nostrum et aream inferioris curie nostre, que olim fuerat Th(iderici) militis dicti Scoph, omnes ortos adiacentes prefate curie usque ad valvam sancti Iohannis et etiam aream illam, que adiacet fossato veteris opidi Wartberg, cum omnibus usufructibus suis ad ius illud, quod wicbilede vulgariter appellatur, tali tamen conditione media, quod nos Otto Dei gratia episcopus et capitulum ecclesie Paderbornensis prefatum molendinum, areas et ortos prenominatos in proximo festo beati Mychahelis nunc venturo sine contradictione qualibet redimere possumus denariis pro eisdem; alioquin ipse Henricus Iudeus et sui heredes omnes sepe dictum molendinum, areas et ortos omnes ante dictos ad ius prescriptum libere sine pensione qualibet imperpetuum possidebunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Nos Dei gratia Theodericus prepositus, Wernherus de Patberg decanus, Hermannus de Sunnenchosen scolasticus, Reinboldus thesaurarius, Georgius cantor, Lud(olfus) cel(l)erarius et capitulum totum ecclesie Paderbornensis huic ordinationi et venditioni interfuimus et consentimus, in testimonium nostri consensus sigillum ecclesie nostre presentibus

apponentes. Datum et actum Paderborne, presentibus: Echberto dicto Speigel, Conrado de Etlen, Lippoldo dapifero, Wernhero dicto Cancer, Rauenone, Rauenone[1]) et Conrado fratribus de Papenhim, Gerhardo Scultheto, militibus, Henrico et Conrado fratribus de Ephe, Iohanne de Wellede, Henrico Iudeo advocato, Theoderico, Iohanne et Dethardo, fratribus de Norde, Volperto de Eyssen, Iohanne dicto Busse, Conrado, Th(iderico) et Gerhardo filiis Scultheti, castellanis in Wartberg, et aliis quam pluribus honestis et fide dignis, anno Domini M°.C°C.X°C., in die beatorum Remigii, Germani et Vedasti. Et ego Henricus Iudeus antedictus omnia predicta, sicut sunt conscripta et condicta, per appensionem sigilli opidanorum in Wartberg recongnosco publice esse vera. Datum ut supra.

[1]) *Dass hier zwei Personen zu unterscheiden sind, erhellt aus Urk. von 1286 März 7 (oben Nr. 1872), wo* utroque Ravenone *und unten 1290 September 27, wo zwischen beiden* Conrado *steht u. ö.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 324. Siegel der Stadt Warburg von den geflochtenen weissen Hanffäden ab. Vgl. vor. Nr. Gedr. Wigand, Archiv II, 311.

2102.

Papst Nikolaus IV. beauftragt den Bischof (Otto) von Paderborn, nachträglich dem Edelherrn Simon zur Lippe und seiner Gemahlin Adelheid, Tochter des verstorbenen Grafen (Heinrich) von Waldeck, Ehedispens zu geben. Orvieto 1290 Oktober 3.

Reg. Kaltenbrunner, Mittheilungen aus dem Vatik. Archiv I, 410.

2103.

Die vom Edelherrn Simon zur Lippe besessenen und resignirten Zehnten in Wettringen überträgt Bischof Everhard von Münster an Kl. Langenhorst. 1290 Oktober 8.

Gedr. UB. III, 1408.

2104.

Rundreise der Herforder Äbtissin Irmgard von Wittgenstein durch die westfälischen Ämter ihres Stifts. 1290 5.—16. Oktober.

(Anno ab incarnatione Domini M°.C°C. nonagesimo, feria quinta post festum beati Michaelis archan)geli, nos Irmegardis Dei gratia abbatissa secularis ecclesie Heruordensis dicta de Widigensten circationem (in villicationibus Westfalie diu neglectam innovavimus et circuivimus hoc modo. Quatuor) curie, que dicuntur vorwerc, videlicet Hatlage, Didissen, Stighorst et Milse procuraverunt nobis primum (hospicium in claustro Claholt, Monasteriensis diocesis, et bene serviverunt. Nos vero fecimus) expensas pro curia Milse et pro curia Stighorst, quia tunc temporibus deserte fuerunt. Iohannes miles (dictus de Busche servivit pro curia Hatlage, Bernhardus Top servivit pro curia Didissen). De nocte pabulati fuerunt ibidem centum equi et quinque. Feria sexta post festum beati Micha(elis archangeli villicationem de Stochem intravimus et per tres noctes et tres dies Gode)fridus de Houele et Hermannus filius suus, milites, nos in tanta procuratione benivole receperunt. In (ipsa prima commestione dicti milites contradixerunt nostris officiatis, videlicet dapifero, camerario,) pincerne, marscalco et coco, qui tenentur ex debito auctoritate nostra nobis in omnibus ministrare. (Facta autem commestione assumsimus omnes amicos ecclesie nostre Iuttam decanam dictam de Lon, Cunegundim) de Hardenberge custodem, Alheydim de Wildenberge concanonicam nostram, dominum Albertum abbatem (ecclesie sancti Pauli Paderburnensis, ordinis sancti Benedicti, Sigenandum rectorem ecclesie Montis sancte Marie), Gerhardum de Dehem ebdomadarium ecclesie nostre et Iohannem presbyterum de Meleberge, Iohannem de Buscho, Flo(rentium de Quernhem et Ekehardum de Lodere, milites, Wernherum fratrem nostrum de Widi)gensten, Iohannem dictum Gograuium et plures ecclesie nostre ministeriales et alios viros discretos, qui astiterunt et (interfuerunt, qui universaliter in hoc consenserunt, quod solummodo nostri officiales, dapifer, camerar)ius, pincerna, marscalcus et cocus a nobis ad hoc deputati, nobis in omnibus curiis per totam circationem (nostram debeant servire et ad velle nostrum necessaria preparare, et in hoc Godefridus

et Hermannus) milites dicti de Houele consenserunt, quod ex antiqua et approbata consuetudine sic fuit approbatum, et hoc (omnes villici per singulas curias favorabiliter admiserunt ex antiqua consuetudine et a iure con)tractum. Ipsos ad preces proborum virorum bonis suis infeodavimus ibidem, iure herwadio[1]) nobis salvo. Et quia (hospicium quarte noctis nobis ab eis fuit denegatum, ipsos ad nostram presentiam Hervordiam) citavimus super hoc et obiciendis aliis responsuros. In ipsa curia Stochem nobis iudicio presidentibus (omnes litones dicte curie nobis et ecclesie nostre singulariter fidelitatem iuraverunt. Requisitum a nobis) fuit in sententia, quot equos quilibet villicus nobis pabulare teneretur. Villicus vero eiusdem curie nobis per sententiam (obtinuit, quod qualibet nocte sexaginta et quatuor equi nobis deberent pabulari. Litones eciam omnem) excessum, quem eorum villicus in bonis ecclesie nostre fecerat, ad nostram audienciam detulerunt, et quicquid a(liquis villicorum vel litonum excesserit, nobis per vadia emendabant. Talentum piperis nobis ibi recognovit et dedit; talentum vero thuris custodi nostre ecclesie recognovit et dedit; que longo tempore (detenta fuerunt super eo, quod expensas non facit, cum navis non ascendit Ludenstorpe, et quod litones) dicte curtis vinum nostrum et nostre ecclesie nimis inepte bibunt. Et pro dimidia marca, que pertinet ad portam (ecclesie nostre, et pro septem solidis pertinentibus ad custodis officium, que longo tempore detinuit, ipsi villico) de Stochem prefiximus terminum peremtorie ad sex septimanas super camenatam nostram Heruordie, ut ibi in forma (iuris ad quelibet responderet. Per sententiam approbatum fuit ibidem, quod litones eiusdem curtis annuatim) dare tenentur denarios monete Tremoniensis; et fuit ab omnibus approbatum, quod in unaquaque curia tempore circatio(nis, quod in figura iudicii coram nobis tam de villicis quam de litonibus (ageretur de eorum excessibus, omnia vadia) tantummodo nobis attinerent. Feria secunda, hoc est ipso die beati Dyonisii episcopi, facto prandio cum comita(tu nostro recessimus et circa horam vespertinam venimus Monasterium et ad preces magistri Borgha)rdi canonici ecclesie Monasteriensis, rectoris ecclesie nostre in Ibbenburen, et aliorum amicorum suorum hospicium (de prefata ecclesia Ibbenburen in domo sua Monasteriensi recepimus, et in tanta procuratione nobis ser)vivit et omnes expensas familie nostre in eorum hospitibus solvit. Facto prandio in crastino beati Dyonisii (recessimus a Monasterio et post horam vespertinam venimus Schopingen in curiam nostram et ibi Theodericus) de Lere miles villicus noster hospitavit nos per duas noctes. Rector ecclesie in Schopingen nobis iure soli(to non servivit, super quo ipsum habebimus accusatum. Facto prandio feria quinta post Dyonisii ante vespe)ras venimus Weteringen et ibi relicta Conradi dicti Stric militis bone memorie per unam noctem (et per duas commestiones ex parte ecclesie nobis hospicium procuravit, licet aliquod hospicium et servitium) minime requisiverimus ab eadem. Et coram nostris clericis, ministerialibus et aliis viris discretis (astantibus, quare puer suus de nostra ecclesia Weteringen se intromiserit, sibi movimus questionem. Lutbertus) de Asbeke de curia in Weteringen redemit hospicium duarum noctium et ibidem recepit bona sua (a nobis. Hermannus frater suus fecit fidelitatem, quia nostre ecclesie ministerialis est et bona sua in nostras manus resigna)vit et iunior frater suus a nobis eadem bona recepit et accipitrem nobis dedit. Feria sexta post Dyonisii facta (commestione transivimus Rene, et ibi Rembertus plebanus ecclesie nobis per unam noctem hospicium procuravit.) Villicus curie in Rene hospicium duarum noctium a nobis redemit. Facta commestione sabbato post Dyonisii (recessimus et proposuimus ire in curiam nostram Ibbenburen, sed ad preces comitis de Tekeneborg et aliorum amicorum) suorum, et quia ex parte domine cometisse nobis familiaris est et maxime cum nobis recognosceret, ex (parte curie Ibbenburen nobis esse servicium faciendum et a nobis esse habendum titulo feodali), et cum litteras suas patentes super hoc receperimus ab eodem, predictum comitem amicum nostrum specialem (de hospicio duarum noctium supportavimus ista vice. Et circa horam vespertinam venimus in curiam Olden)dorpe. Ibi nichil preparatum nobis fuit nec Lambertus Budde villicus ibidem non comparuit. Illo per sententiam (requisito recessimus et venimus Lengerike et ibi Wilhelmus plebanus ecclesie hospicium unius noctis no)bis procuravit et satis ad velle nostrum

servivit. Ibidem eciam villicus in Oldendorpe a nobis fuit requisitus. (Die dominica post Dyonisii, hora vespertina venimus Linem et Alradus de Veys villicus noster ultra posse suum benigne nos recepit et ibi mansimus per unam noctem et per duas commestiones, et ex affectu vere pietatis (de alia nocte et de duabus commestionibus sibi pepercimus, quia fuit debitis obligatus. Item iudicio nobis presiden)-tibus ibidem villicum de Oldendorpe fecimus requiri. Hermannus plebanus predicte ecclesie in Linen hospicium unius (noctis pro velle nostro redemit. Feria secunda, hoc est in octava beati Dionisii transivimus ad curiam nostram) Ostenuelde, et Iohannes villicus dicte curtis ex pertinacia sue temerarie voluntatis in eadem curia nos non (hospitavit. Ibidem presedimus iudicio et ipsum Iohannem per formam iuris Hervordiam citavimus super caminatam nostra)m, ut ibi super obiciendis nobis personaliter responderet. In Ostenuelde in fundo nostre proprietatis villicus in Olden(torpe iterum a nobis fuit requisitus, et sic recessimus et insecutus fuit nos Lambertus Budde cum suis amicis et) sub tilia iuxta Iburgh expurgavit se cum iuramento coram nobis, quod non obmisisset propter aliquam contumeliam, (quod nos non hospitavit sed quia per discordiam domini sui comitis de Tekeneborg, cuius tunc temporis dapifer) erat, fuit maxime prepeditus. Unde recepto iuramento suo et ad preces amicorum suorum ipsum gratie nostre restituimus (et ibidem ad velle nostrum hospicium duarum noctium redemit et ipsum infeodavimus bonis suis sub tilia) memorata. Iohannes vero de Rene, villicus in Ostenuelde, cum amicis suis terminum citationis preveniens in camenata nostra (Hervordie iuramento affirmavit, quod non (propter) contumeliam nostri sed propter impedimentum legitimum obmisisset, quia nos) non more solito hospitavit et cum amicis suis humiliter supplicavit, ut eum dignaremur nostre gratie restitu(e)re, (quod ad preces proborum virorum fecimus illa vice et ipse ad velle nostrum hospicium unius noctis de sua curte) redemit et tunc bonis suis infeodatus fuit a nobis. Duas curias, in quibus circationes facere teneremur, videlicet (in Notenstede et in Estorpe, in unaquaque per duas noctes, propter labores, quos fecimus ad presens, distulimus) ista vice, iure nostro, quandocumque voluerimus, nobis salvo. Nec obmittendum, quod omnes litones curiarum, per quas cir(cuivimus, nobis et nostre ecclesie fidelitatem super reliquiis singulariter iuraverunt, alii vero litones, quorum cur)tes redemptionem dederunt, venerunt Heruordiam et fidelitatem nobis et nostre ecclesie similiter iuraverunt. Du(bitatum fuit de servicio et diffinitum, quod quilibet villicus omnes expensas faciet, preter quod litonibus d)atum est per sententiam, quod unusquisque illorum litonum suo villico debet singulis noctibus ministrare duos modios (avene duobus equis, duos pullos, unum caseum: in universo omnes litones ligna sufficientei minis)trabunt ad coquinam et sicca ligna ad camenatam, litones vero vigilabunt circa hospicia noctibus contra fures, (ne restituere cogantur ablata per furtum. Facta est hec conscriptio circationis, anno Domini M°.CC°.) nonagesimo, tercio Idus Octobris.

[1]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 81. Die ganze linke Hälfte fehlt jetzt. Das Fehlende ist ergänzt nach Msc. VII, 3301 f. daselbst. Von Besiegelung ist noch ein Theil des Pergamentstreifens erhalten. Fehlerhaft ist die Datirung, da die Äbtissin mindestens am 18. Oktober noch auf der Rundreise war. Vielleicht ist statt Oktober November zu lesen. Die Annahme, dass zu lesen sei 1293 Ydus Octobris *scheint wegen des Anfangs der Urk. nicht haltbar. Die vier ersten Höfe sind Hof Hartlage SW. von Hepen, der zweite SO. von Bielefeld, die dritte Bauerschaft ebenfalls SO. Bielefeld, Milte liegt NO. Bielefeld. Die* curia *des* officium Oldendorpe *lag in der Pfarrei Lengerich, also wohl Bauerschaft Aldrup. Die beiden nicht besuchten Kurien lagen nach Msc. VII, 3325a fol. 10 im Bisthum Minden.* Notenstede = *Natenstedt in der Grafschaft Diepholz W. von Twistingen,* Estorpe = *Estorf in der Grafschaft Hoya auf dem rechten Weserufer. Gedr. Harenberg, Monumenta inedita p. 137 ss., Falke, Cod. trad. Corb. p. 751 ss. Vgl. den Aufsatz von Darpe: Herford u. Rheine, Ztschr. XLVIII, 1, 181 ff. besonders 183 u. Anm. 3.*

2105.

Ministerialen, Schöffen und Rathmänner von Herford bekunden, dass nach Rückkehr der Äbtissin Irmgard von ihrer Rundreise der Rechtsspruch gefunden wurde, dass die Güter aller derer, welche der Exkommunikation gegenüber hartnäckig bleiben, den Zins nicht gezahlt oder ihr Lehn nicht empfangen haben, an das Hochstift Herford zurückfallen. 1290 Oktober 20.

Nos ministeriales scabini et consules Heruordenses univerisis presencia visuris notum esse cupimus, quod, postquam venerabilis domina nostra abbatissa ecclesie Heruordensis circariam per Westfaliam perpetrasset et domum revertisset, coram ea nobis astantibus, videntibus et audientibus talis fuit data sentencia et communiter approbata. Si aliquis per multos annos in sentencia excommunicacionis perduraret, ecclesie clavibus contemptis, pensionem non solveret nec bona sua in feudum reciperet, ipsa bona eidem vacarent sine aliqua contradictione. Et hoc sub sigillo nostro presentibus protestamur. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo, feria VI. post festum beati Luce ewangeliste.

Aus Msc. VII, 3301[a] p. 32.

2106.

Die Rathmänner der Stadt Herford urkunden über einen Rentenkauf seitens dreier Beginen 1290 November 2.

Omnibus presentia visuris nos consules Heruordenses notum facimus ac presentibus publice protestamur, quod Othburgis, Meythildis et Luthgardis begkine a Cristiano dicto Wndengoth et a Heinrico et Iohanne fratribus suis in domo sua et in area, que sita est in Rodewich, ceterisque suis heredibus universis coram nobis consentientibus annuatim reditus sex solidorum legalis monete iure hereditario compararunt, ita videlicet, quod dictus Cristianus sive quicunque alius in domo prefata residenciam faciens iam dictis begkinis tres solidos in festo pasche et totidem in festo beati Mychaelis faciat presentari. Quos reditus memorate begkine vel aliqua earum, que aliis decedentibus supervixerit, cuicunque seu quibuscunque, quando ipsis videbitur, conferre sive vendere poterunt iure, quo predicitur, perpetuo possidendos. In cuius contractus testimonium sigillum universitatis nostre presentibus duximus apponendum. Testes sunt: Gerhardus de Lybbere, Conradus Cleycamp, Iohannes de Bekesethe, Heinricus de Bozenbeke, Iohannes Stenbickerinc, Luthbertus de Brokeldehusen, consules, insuper Iohannes de Hagen, Hermannus Kesebecken, Iohannes Ledeburinch, Bertrammus pellifex et quam plures alii fide digni. Datum et actum publice coram nobis, anno Domini M°.C°C. nonagesimo, feria quinta post festum omnium sanctorum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Schildesche Nr. 30. Siegel vom Pergamentstreifen ab. In einem Affix vermachen Reymbertus de Kersenbroke *und die Johanniter zu Herford die 6 Denare der Kirche zu Schildesche, 1351* ipsa die beate Gertrudis virginis *und an dieser Urk. in grünem Wachs rundes Siegel, worin ein Menschenkopf in einer Schüssel (der h. Joh. der Täufer). Umschrift:* S. domus Hervordensis. *Vgl. Westf. Siegel III Taf. 121 Nr. 4.*

2107.

Bischof Otto von Paderborn schenkt das Eigenthum der in Nr. 2083 erwähnten Mühle dem Kl. Hardehausen. 1290 November 9.

Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus omnibus presens scriptum inspecturis in perpetuum. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum presentibus protestamur, quod frater Iohannes conversus in Herwydehusen et Gertrudis *u. s. w. wörtlich mit einigen Abweichungen übereinstimmend mit Nr. 2083 bis* perpetuo possidendum, cuius molendini proprietatem memorato conventui contulimus ob honorem virginis gloriose. Ut igitur huiusmodi donatio molendini et proprietatis a nullo valeat impediri, hanc paginam nostro dictique opidi sigillis duximus roborandam. Nos vero Henricus Berwe, Bertoldus de Indagine, Henricus dictus Iudex, Arnoldus Betelini, Iohannes de Hobrachtessen, Henricus Willewecge, Wernerus de Allenhusen, Ludolfus Porcus, Wernerus de Bedenburen, Conradus de Bouenhusen et

Arnoldus Sidenuadem, consules prenotati, omnia (per venerabilem patrem)[1]) et dominum nostrum Paderbornensem episcopum superius expressa recognoscimus esse vera. Datum (anno) Domini M°.CC°. nonagesimo, V°. Idus Novembris.

[1]) *Ausgerissen; ergänzt nach Nr. 2083.*

Aus Msc. VII, 4509 c, 10 im Kgl. St.-A. Münster.

2108.

Ritter Raveno der Jüngere von Papenheim schenkt Güter zu seinem und der Seinigen Anniversar dem Kl. Willebadessen. 1290 November 28.

Universis hanc litteram visuris vel audituris Raueno miles iunior dictus de Papenhem noticiam veritatis. Divino numini, honori et cultui, Dei genitrici semperque virgini Marie et beato Vito martiri in[1]) suis domesticis inpendere cupiens famulatum, ego ipse Raueno una cum domina Eliszabeith[2]) coniuge mea et Ra(venone) filio meo ex parte nostrum et omnium heredum nostrorum in[3]) omne tempus pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum dono sive lego libere, prout emi, quicquid in Novo seu Kercwellede in bonis, decimis, pratis, silvis, agris, aquis, cum omnibus attinenciis et iuribus ad me devenit, que quondam fuerunt illorum, qui dicuntur de Nienkerken, monasterio in Wilbodessen, cuius ex eadem emptione est et fuit medietas premissorum, et in Ouerde unam casam, quia alia casa extitit monasterii iam premissi, hiis[4]) condicionibus mediis, ut ipsa bona retineamus, quoad vixerimus, inconvulsa, sed postquam decessero, noster anniversarius, parentum et puerorum nostrorum in die mei obitus in dicto monasterio Wilbodessen in vigiliis, missis, oracionibus et ceteris sollempniter peragetur. Et tunc de una marca denariorum fiat consolacio, prout melior poterit, conventui memorato. De residuo autem eorumdem proventuum, si qua debita vel restituenda legaliter demonstrantur vel demonstrare poterunt, per manus meorum confessorum vel executorum vel, quibus hii commiserint, pro rata annis singulis persolventur. Defuncta vero sepedicta Eliszabeth in die obitus ipsius pro eisdem eodem modo cum simili consolacione annuo tempore de alia marca eorumdem proventuum anniversarius fiat, ut premissum est. Et tunc omnia bona prelibata libere attinebunt pro vestibus dominarum monasterii sepedicti, exceptis prehabitis duabus marcis. Et nec nunc vel deinceps aliquis meus heres, nisi ut predictum est, in hiis aliquid iuris sibi valeat vendicare. Horum autem tenor per omnia in carta et tabula ad parietem iuxta altare maius iugiter habeatur. Et nos Arnoldus prepositus et Gertrudis priorissa totusque conventus in Wilbodessen omnia hec acceptamus et nos et nostros successores ad eadem servanda perpetuo firmiter obligamus. In horum evidenciam sigilla Ra(uenonis), Co(nradi) et Ra(uenonis) militum de Papenhem, Alberti senioris de Amelungessen, Ecberti dicti Speculum de Desenberg, prepositi et monasterii prehabiti presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°.C°C.XC°., quarto Kalendas Decembris.

[1]) *Fehlt D.* [2]) Elisabetb *D.* [3]) et *D.* [4]) Hiis — Et nos Arnoldus *fehlt D.*

Nach dem Willebadessener Kopiar saec. XV·/XVI. im Stadtarchiv Dortmund fol. 30v (B); Abschr. Overhams Collect. 1, 57 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (D) unvollvollständig; Reg. von Schatens Hand im St.-A. Münster, Msc. I, 242 p. 63.

2109.

Graf Otto von Waldeck tauscht mit Kl. Arolsen verschiedene Zehnten. 1290 November 30.

In nomine Domini amen. Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris nos Otto Dei gratia comes in Waldecke notum esse volumus, quod dominus Arnoldus prepositus in Aroldessen universumque capitulum dicti cenobii decimam in Valehusen et in Hardradessen ac eciam dimidietatem decime in Bivanc et insuper, quicquid prefatum cenobium habuit Hardradessen et Bivanc tam in agris quam in campis, silvis, pratis ac locis palustribus excepta tamen ecclesia in Bivanc et dote cum suis agris nobis liberaliter contulit et absolute. Nos itaque in recompensationem et restauro dictarum

decimarum et aliorum bonorum suorum dimidietatem decimarum in Valehosen, Hardradessen et Bivanc sive eciam omnium decimarum tam in Lantowe quam aliarum decimarum ibidem circumiacentium, quas in promptu habemus ibidem sive adhuc comparabimus in futurum, memorate ecclesie Aroldensi videlicet heredum nostrorum consensu large donavimus perpetuis temporibus possidendam. Testes itaque huius rei sunt: Bernardus de Dalewich, Arnoldus de Paderbornen, Alexander de Escheberch, milites, Ludolfus de Ostagessen, Olricus de Escheberch, Iohannes dictus Wiltvlesch, Stacius de Swiderinchusen, Iohannes de Bullinchusen, Iohannes de Brunhardessen et alii quam plures suspicione carentes. Ut autem hec inconvulsa permaneant, presens scriptum a nullo successorum nostrorum aliquatenus irritandum sigillo nostro duximus roborandum. Datum et actum anno Domini M°.CC°. nonagesimo, in die sancti Andree apostoli.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen gut erhalten grosses rundes Siegel des Grafen Otto ohne Sekret.

2110.

Propst Arnold und Kl. Arolsen bekunden ebenfalls obigen Zehntentausch. 1290 November 30.

In nomine Domini amen. Noverint universi Christi fideles tam presentes quam futuri, quod nos Arnoldus Dei gratia prepositus in Aroldessen, necnon priorissa totumque conventus eiusdem cenobii pari voto et unanimi tocius nostri capituli consensu decimam in Valehusen et Hardradessen ac eciam dimidietatem decime in Bivanc et insuper, quicquid habuimus in Hardradessen et Bivanc in agris, campis, silvis, pratis sive in locis palustribus excepta tamen ecclesia in Bivanc et dote cum suis agris nobili viro domino O(ttoni) comiti in Waldecke suisque heredibus liberaliter contulimus perpetuo possidendum. In recompensationem itaque dictarum decimarum nostrarum sive aliorum bonorum nostrorum prefatus dominus O(tto) comes dimidietatem decimarum in Valehusen, Hardradessen, Bivanc sive eciam omnium decimarum tam in Lantowe quam circumquaque ibidem circumiacentium, quas ad presens memoratus dominus comes habet sive in futurum comparabit, una cum prefatis omnibus ecclesie nostre large contulit in subsidium prebendarum nostrarum perpetuis temporibus recipiendam. Testes huius rei sunt: Bernardus de Dalewich, Arnoldus de Paderborn et Alexander de Escheberch, milites; Ludolfus de Ostagessen, Olricus de Escheberch, Iohannes dictus Wiltvlesch, Stacius de Swiderinchusen, Iohannes de Bullinchusen, Iohannes de Hardradessen et alii quam plures suspicione dolosa carentes. Ut autem hec inconvulsa perseverent, presens scriptum a nullo prorsus irritandum sigillis nostris duximus roborandum. Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo, in die beati Andree apostoli.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs zwei runde Siegel 1) Brustbild mit ausgestreckter Rechten, in der Linken offenes Buch; Umschrift: prepositus in Aroldesheim; *2) die Brustbilder der h. Jacobus und Johannes.*

2111.

Die Rathmänner von Geseke urkunden über den Verkauf von Gütern in Stockem. *1290 November 30.*

Que geruntur in tempore, ne simul lapsu temporis evanescant, expedit, ut ea, que gesta sunt, digna memoria in scripta publica redigantur. Nos igitur Olricus dictus Vrigman proconsul, Deghenhardus dictus Gherstencamp, Menricus filius Haroldi militis, Hermannus dictus Fabeses, Goscalcus de Herdinchusen, Conradus Pistor, Herboldus de Molendino, Albero de Palude, Henricus de Adenen, Lubertus sutor, Albertus de Cleye, Depmarus dictus Muke, consules in Ghesike, universis, ad quos presens scriptum pervenerit, notum facimus ac publice protestamur, quod Wilhardus filius Godfridi de Dreuere materque eius et Via ipsius soror in nostra presencia constituti bona sita Stochem cum silvis, aquis et pascuis, universis quoque attinenciis Wlberoni dicto Pawen et Hermanno dicto Slechtere, opidanis in Ghesike, Alheydi et Hildegundi uxoribus et cunctis heredibus eorundem libero eorum arbitrio sanoque amicorum prehabitio consilio pro certa summa pecunie rationabiliter vendiderunt, resignantes eciam dicta bona

cum omni iure coherente ipsis emptoribus nichilominus Wlberoni et Henrico eorundem filiis porrexerunt feodali tytulo possidenda. Preterea eorundem bonorum venditores decimam sitam Holthusen ad cautelam et condicionem huiusmodi dictis emptoribus titulo pignoris obligarunt, ut, si aliquis ex parte dictorum venditorum molestare et inquietare eosdem emptores in dictis bonis attemptaverit, ex ipsa iam dicta decima, quantum supradicta bona scilicet Stochem sita valuerint, tantum tollant et plene recipiant, quousque dicti venditores in prefatis bonis plenam certitudinem prestiterint emptoribus sepedictis. Huiusmodi rei testes sunt: magister Iohannes, Goswinus et Arnoldus, canonici sancti Ciriaci, Henricus rector scolarium, Bernardus de Hurde, Wernerus dictus Creuet, Radolphus de Wardeslo, milites; Henricus dictus Rauen et Hermannus dictus Pras, tunc temporis iudices, Menricus dictus Rudel, Goswinus de Wardeslo, Lambertus de Foro, Iohannes dictus Pawe, Wernso dictus Slechtere plerique alii fide digni. Siquidem ad premissorum evidenciam pleniorem nos consules antedicti presens scriptum tam emptorum quam venditorum partibus succedentibus sigilli nostri munimine duximus communire. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, pridie Kalendas Decembris, in die beati Andree.

Kopie saec. XV. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 78 und 81. Stochem *lag in der Feldmark der Stadt Geseke, nordwestlich von der Stadt. (Spancken.)*

2112.

Der Konvent des Stifts Herford verheisst, die Memorie des Werner Gogreve genannt Krevet in angegebener Weise feiern zu lassen. 1290 Dezember 3.

Nos decana preposita totusque conventus Heruordensis ecclesie, omnibus presentia visuris notum facimus, quod nos per totum annum istum, qui est annus Domini millesimus ducentesimus nonagesimus, singulis mensibus agemus tricesimum diem W(erneri) Gograuii dicti Kreuet per nos in ecclesia nostra, et in aliis ecclesiis et capellis opidi Heruordensis per nos agi faciemus in vigiliis et missis sollempniter pulsatisque campanis et summam missam ad chorum ipso die cantabimus pro defunctis; sic quod hoc anno evoluto in crastino beati Andree apostoli ipsius anniversarium per nos agemus singulis annis et per totum opidum Heruordense sollempniter in perpetuum agi faciemus, eo quod contulit nobis pro salute anime sue duas domus et unam kasam in Melberge; item dimidietatem decime in Sper(wershagen) cum dimidietate census aucmentis et omnibus ...pertinentiis, pratis, pascuis atque silvis; item unam kasam salis in Saltuflen, sicut in privilegio super hoc confecto plenius continetur. In cuius facti evidens testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Heruord anno Domini M°.C°C.X°C., dominica prima in adventu Domini.

Or. (abgeblättert) im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 82. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2113.

Ritter Heinrich Gogreve von Herford vollzieht die Schenkungen an die Stiftskirche behufs Memorienstiftungen seines Bruders Werner. 1290 Dezember 4.

In nomine Domini amen. Hinricus miles Gograuius Hervordensis omnibus Christi fidelibus hanc paginam inspecturis et audituris rei geste noticiam. Ea, que aguntur in tempore, ne simul cum tempore dilabantur, eternari solent testibus et scripturis. Constare igitur volumus universis, quod nos cum libera voluntate et consensu omnium heredum nostrorum ob salutem anime fratris nostri Werneri Gograuii dicti Kreuet bone memorie contulimus conventui Heruordensis ecclesie domum unam sitam in Melberge solventem annuatim duo moltia siliginis, unum molt ordei, tria moltia avene et duos porcos; item aliam domum ibidem solventem VI modios siliginis, VI modios ordei, unum molt avene et unum porcum; item quandam alĩam kasam ibidem solventem duos solidos legalis monete et sex pullos annuatim; item dimidietatem decime in Sperwershagen tam cum censu, qui trium solidorum minus tribus obulis estimatur, quam cum aliis omnibus pertinentiis, pratis, pascuis atque silvis; item in Saltuflen unam domum salis, quam inhabitat Gerhardus dictus Passe, solventem quatuor moltia salis annuatim

cum omni iure et pertinentiis, que nobis, dicto fratri nostro Wernero et heredibus nostris in predictis bonis conpetebant. Hanc vero pensionem in custodiam domini Arnoldi ebdomedarii domine ... thesaurarie, domine ... portenarie et, quicunque pro tempore eisdem successerint, committimus, quam iidem singulis annis recipient et in crastino beati Andree apostoli per totum opidum Heruordense tam in maiori ecclesia quam et aliis ecclesiis et capellis dicti fratris nostri Werneri anniversarium pulsatis campanis, vigiliis, missis, in perpetuum sollempniter fieri procurabunt. In cuius facti evidens testimonium et robur sufficiens sigillum nobilis viri domini Ottonis comitis de Rauensberg, domini Iohannis militis de Busche, Hermanni famuli dicti Beren et nostrum presentibus est appensum et ad sufficientem cautelam. Testes aderant: Iohannes de Bussche predictus, Gerhardus de Sunninkhusen, Florentius de Querhem, Iohannes de Aldenheruorde et Albertus de Molendino, milites; item Hermannus et Reynerus Slaui, Alradus de Bussche, Iohannes Gograuius, Hinricus de Rotdorp, Hermannus de Hede, famuli; item Iohannes de Hagen, Iohannes de Rodewik, Gerhardus de Lybere, Conradus de Cleycampe cum suo filio Conrado, Hermannus Kretel, Herbordus et Hinricus fratres dicti de Hagen, cives Heruordenses et alii quam plures fide digni. Datum et actum Heruordie, anno Domini M°.C°C.X°C., feria II° post primam dominicam in adventu Domini.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 83. Von sämmtlichen vier Siegeln sind nur die Pergamentstreifen vorhanden. Reg. Lipp. Regg. III, 10 Nr. 1506 mit Dezember 3.

2114.

Ritter Bernhard von Brakel gibt mit Zustimmung seiner Gemahlin Sophie und seiner Söhne Otto, Hermann und Werner auf Bitten seines Oheims Everhard von Volmestein dem Kl. Kappenberg ein Haus in der villa Alstide upper Heide. *1290 Dezember 7.*

Gedr. Kindlinger, Volmestein S. 199. Reg. UB. III, 1414.

2115.

Ritter Raven der Jüngere von Papenheim überlässt dem Kl. Bredelar eine Reihe Einkünfte. 1290 Dezember 13.

Universis hanc litteram visuris vel audituris Raueno miles iunior dictus de Papenhem noticiam veritatis. Protestor litteras per presentes de consensu uxoris mee domine Elizabeth et Rauen(o)nis filii mei et heredum meorum me dedisse monasterio in Bregdelaria, ordinis Cisterciensis, de redditibus nostris in Esbike X moldra siliginis et X avene et de eisdem bonis in futuro anno X moldra siliginis et X avene mensure Wartbergensis. Eodem modo recipiet dictum monasterium et unam marcam denariorum de bonis antea memoratis. Si quid autem defuerit in premissis, supplebitur de proventibus, qui in Hersvedehusen per meos famulos reponi ab annis plurimis consueverunt. In cuius rei testimonium sigilla fratrum meorum et meum et cognati mei domini Ecberti dicti Speculum de Desenberg presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°.C°C.X°C., in die beate Lucie.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 126. Von den zwei Pergamentstreifen Siegel abgefallen.

2116.

Edle Hermann, Konrad und Hildebold von Pyrmont verkaufen ihr Eigenthum in Born an Kloster Marienmünster. Lügde 1290 Dezember 14.

Hermannus, Conradus, Hildeboldus[1]) nobiles dicti de Perremunt universis Christi fidelibus presentia visuris salutem in eo, in quo est salus omnium. Que geruntur in tempore, ne simul labantnr cum lapsu temporis, expedit ea poni sub lingua testium vel scripti memoria perhennari. Noverint igitur universi tam presentes quam posteri presentem litteram inspecturi, quod nos de communi consensu et arbitrio etiam nostrorum heredum proprietatem bonorum in villa Elbractessen[2]), que Iohannes dictus Digbernere et sui fratres possident, vendidimus ecclesie Monasteriensi iure perpetuo possidendam. Huius emptionis et facti testes sunt: Wynandus plebanus in Odestorp[3]), Arnoldus capellanus et nota-

rius dominorum de Swalenberg, sacerdotes; Theodericus dictus de Echerste, Lippoldus[4]) dictus Holtgrauius, milites; Lambertus Holtgrauius, Fredericus dictus de Ebelinghusen, famuli; Iohannes dictus de Huckenhusen, Winandus[5]) filius plebani, burienses in Ludge et alii quam plures fide digni. Ne autem hoc factum aut oblivio deleat aut oportunitas ingenii malignantis infringat, presens scriptum dicte ecclesie in testimonium conscribi fecimus sigillorum nostrorum appensionibus roboratum. Datum Ludge, anno Domini M°.C°C.X°C., in crastino Lucie virginis.

[1]) Hyldeboldus *C.* [2]) Eylbrachtessen *C.* [3]) Odestorp *C.* [4]) Lyppoldus *C.* [5]) Wynandus *C.*

Aus Msc. I, 129 fol. 19v (B), I, 131 f. 43 (C) und VII, 512 p. 80 (D) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Lipp. Regg. I, 269 Nr. 437. Ztschr. XLVI, 2, 189.

2117.

Edelherr Otto von Everstein verkauft sein Obereigenthumsrecht über die früher an Albert und Berthold von Rene ausgethanen Lehngüter zu Rene und den Zehnten zu Berebom *an das Kl. Kemnade. 1290 Dezember 16.*

Otto Dei gratia nobilis de Euersten omnibus presens scriptum visuris salutem in perpetuum. Notum esse cupimus universis, quod nos proprietatem et, quicquid iuris habuimus in bonis sitis in villa Rene et in decima villa inferioris et superioris dicte Berebom, que videlicet bona Albertus et Bertoldus dicti de Rene olim a nobis in pheodo tenuerunt, vendidimus preposito et ecclesie Kaminatensi[1]) perpetuo possidendum. In cuius robur et testimonium presens scriptum nostro sigillo dedimus roboratum. Datum anno Domini M°.C°C.X°C., sabbato ante diem Thome.

[1]) Kaminatensis *Kopie.*

Aus Msc. I, 139 fol. 544. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Ueber Berebom *vgl. den Nachweis bei Dürre, Wüstungen des Kreises Holzminden in Ztschr. f. Niedersachsen 1878, 179. Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 237.*

2118.

Die Brüder Stapel bestätigen den von ihren Eltern an Kl. Hardehausen vollzogenen Verkauf von Gütern in Schlangen. 1290 Dezember 26.

Noverint universi tenorem presentium intuentes, quod nos Bertoldus, Iohannes et Henricus fratres dicti Stapel vendicionem bonorum in Ostlangen sitorum cum quibusdam aliis bonis per patrem et matrem nostram religiosis viris domino . . abbati et conventui in Hersuedehusen rite factam, prout in litteris super hanc vendicionem confectis plenius continetur, ratam et gratam habemus, renunciantes omni iuri seu gratie, si qua nobis in eisdem bonis quocunque modo competere videretur. In cuius ratihabicionis et renunciacionis effectum hoc scriptnm, quia sigillis propriis non utimur, domini Henrici Schulteti de Sosato, Goswini consanguinei eius et Iohannis de Driburg, nostrorum consanguineorum, sigillis fecimus roborari. Nos vero Henricus Scultetus, Goswinus et Iohannes predicti omnia superius expressa sub nostrorum protestacione sigillorum recognoscimus esse vera. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo, in die beati Stephani prothomartiris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Gokirche Nr. 3. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Vgl. Nr. 2089.

2119.

Stift Schildesche nimmt das Kapitel zu Enger in seine Gebetsbruderschaft auf. Schildesche 1290.

Honorabilibus dominis decano et capitulo ecclesie Angarensis decana et conventus secularis ecclesie Scildecensis salutem et sinceram in Domino karitatem. Cum sit necessarium et salubre, ut in presenti vita super salute anime iugiter cogitetur, nos devocionem vestram pio considerantes affectu, vos in nostram recipimus fraternitatem, ut sitis participes omnium divinorum tam in corpore quam in morte, que divina clemencia per nos dignabitur operari, et dum obitus vester nobis fuerit intimatus, idem officium pro vobis fiet, quod sororibus et fratribus nostris fieri consuevit. Datum Scildece, anno Domini M°.C°C. nonagesimo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Johannes und Dionys zu Herford Nr. 27. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2120.

Graf Otto der Jüngere von Everstein gibt dem Kl. Wormeln zwei freie Hufen. 1290.

Ego Otto comes iunior de Eversten recognosco tenore presentium publice protestando, quod dedi liberos duos mansos agrorum iuxta villam Wormlon sitos sanctimonialibus in eadem villa manentibus, quos dictos mansos a Iohanne dicto de Scherue cive Wartbergensi et suis heredibus iure hereditario compararunt. Testes huius sunt: Alexander miles de Eschebergh, Theodericus de Mederike, Iohannes iunior de Brockbeke, Albertus Dickeber et plures alii fide digni. In huius rei certitudinem presentem paginam conscribi feci et sigilli mei munimine roborari. Datum anno Domini M°.C°C.X°C.

Or. im Pfarrarchiv zu Wormeln. Daran das wohl erhaltene dreieckige Siegel des Grafen in braunem Wachs. Erwähnt Spilcker, Everstein, UB. Nr. 238.

2121.

Die Grafen Adolf und Albert von Schwalenberg befreien mehrere Güter des Kl. Marienmünster von ihrer Vogtei. Schwalenberg 1290.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Adolffus et Albertus Dei gratia comites in Swalenberch omnibus presens scriptum visuris salutem in filio virginis gloriose. Noverint singuli et universi tam presentes quam futuri, quod nos pro Dei amore et remedio animarum nostrarum ad petitionem dominorum nostrorum in Monasterio pari consensu et unanimi voluntate uxoris et heredum nostrorum bona in Engelborcha, Wededen et Risne cum suis cultoribus pertinentia ad caritatis officium libera dedimus ab omni advocatia seu peticione qualicunque rei ipsis et eorum successoribus nunc et in perpetuum libere et quiete possidenda: ita sane, quod nullus advocatus noster vel servus unquam veniat super predicta bona ad petendam aliquam omnino rem, sed si currus habuerint, per iussionem officialium caritatis nobis officium prestabunt tempore competenti. Ne quis vero hanc donationem a nobis pure propter Deum factam imposterum possit infringere, presentem paginam sigillorum nostrorum impressione signatam decrevimus roborandam. Datum in Swalenberch, anno Domini M°.C°C.LXX°XX. Huius rei testes sunt: dominus Alradus abbas, dominus Iohannes prior, dominus Iohannes de Stenem, dominus Fredericus de Erem(wordessen), Henricus, Hugo, dominus Henricus de Lemego, Henricus de Addessen, dominus Lippoldus Holtgrauius.

Aus Msc. I, 129 fol. 25 (B) und VII, 4512 p. 87 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Statt Risne *liesst das Kopialb. zu Grevenburg* Eisne. Rysne, *wenn identisch mit* Rysen, *lag zwischen Schwalenberg und Steinheim.* Wededе *nicht mehr bestimmbar.* Addessen *lag zwischen Abbenburg u. Nieheim. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 190.*

2122.

Edelherr Thetmar gen. Oppolt von Waldeck übergibt, da er selbst ohne Erben ist, seine Lehnsleute, Ritter und Knappen, mit ihren Lehnsgütern seinem Verwandten Edelherrn Heinrich von Itter. 1290.

Gedr. Kopp, Histor. Nachrichten von den Herren zu Itter Nr. 47. Erwähnt Varnhagen, Grundlage, S. 150.

2123.

Die Ritter Johann und Hermann von Weidelberg beurkunden Ueberlassung von Gütern in Viermünden an Kl. Berich. O. J. (Um 1290).

Universis fidelibus Christi presentibus volumus innotescere, quod dominus Iohannes et Wer(n)herus milites fratres dicti de Wedelberch de bonis quibusdam sitis in Vireminne, que pater eorundem erga cenobium Beryche quondam conditionaliter comparavit et filie sue domine Alheidi de Wykartisdorp dicte taliter condonavit, ut, si ipsa absque heredibus decederet, predicta bona ecclesie in Beriche iure proprietatis perpetuo servirent inconvulse, super quo predicti milites quodam die cum preposito de Beriche venientes Hartmannum de Molne de eisdem bonis incausantes et taliter coram probis viris cum eo tractantes, quod sepe dicta bona ab ecclesia in Beriche venditione non posset alienasse, unde sepe dicti milites de bonis memoratis iustam et voluntariam coram idoneis personis facientes abrenuntia-

tionem.[1]) In cuius facti testimonium presens scriptum sigillo Rudolfi de Helpenberg et Gerlaci de Bidenveld, militum, fecimus communiri. Testes huius actionis sunt: Rudolfus de Helfenberg, Gerlacus Bydenveld, milites, Walterus de Gyfylze, Wigandus Bascharder, Gerlacus de Munichusen et alii quam plures.

[1]) *So Kopiar.*

Nach Kopiar des Kl. Berich 1 p. 4. Die beiden Siegler kommen in hessischen Urkunden bis 1281 beziehungsweise 1294 vor.

2124.

Die Brüder von Colden erkennen an, dass Besitz, Recht und Herrschaft an genannten Gütern nach ihres Bruders Tode dem Kl. Helmarshausen frei zurückfallen. O. J. (um 1290).

Nos Druchtlevus et Henricus fratres de Colden presentibus lucide profitemur, quod omnis possessio et omne ius ac dominium, que nobis et heredibus nostris in bonis Richkersen et in Alvescen nec non in dimidio manso in Menchersen, que nobis literatorie assignata sunt per religiosos viros dominum abbatem et conventum in Helmvardeshusen, que tenemus nomine fratris nostri domini Engelhardi de Colden, competere dinoscuntur, ipso domino Engelhardo fratre nostro defuncto, cum proprietate et dominio predictorum bonorum ad dominum abbatem et conventum suum ac monasterium in Helmworzhusen inviolabiliter et libere revertentur. In huius rei evidentiam sigilla nostra una cum sigillis domini Hermanni de Brakel et domini Iohannis de Stochusen presentibus duximus apponenda. Nos vero predicti militis ad petitionem predictorum fratrum presentes litteras sigillis nostris fecimus communiri in testimonium premissorum. Datum feria quinta ante dominicam qua cantatur officium Invocavit.

Or. im General-Vicariatsarchiv zu Paderborn. Von den Pergamentstreifen vier Siegel abgefallen. Auf Auf dem Rücken steht: 1290 circa. Eine Ansiedlung Rickersen *lag im Amt Grevenstein; vgl. Landau. Wüstungen. Das in Willebadessener Urk. von 1262 Nr. 923 erwähnte wird hier wohl kaum gemeint sein.* Alvescen *hiess ein Dorf in der Feldmark der Stadt Steinheim; es wird aber auch das zwischen Peckelsheim und Willebadessen eingegangene* Albachtessen *in einigen Urkk.* Alvessen *genannt.* Menchersen *ist eingegangen zwischen Niesen und Fronhausen. (Spancken.) Vgl. Ztschr. XXXVII,2,188.*

2125.

Herbord Schenk übergibt dem Kl. Werbe gehörigen Leuten den Zehnten in Reinbrachtinchusen. *O. J. (Um 1290.)*

Notum sit omnibus hoc scriptum audientibus, quod ego Herbordus dictus Pincerna hominibus ecclesie in Werve pertinentibus Alberto villico de Nuenborne, Herbordo de Alref, Hermanno Volge decimam in Reinbrahdinhusen iure pheodali certam ipsis ubique prestans warandiam. Testes huius rei sunt: Thethardus de Northe, Conradus villicus, Helmwicus villicus, Amelungus de Paderborn, Godescalcus Wineht, Volbertus de Eissen, Henricus de Allenhosen, Iohannes et Stacius et alii quam plures et hoc sigillo presente nos audisse et vidisse profitemur,

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs gut erhalten dreieckiges Siegel mit nach rechts aufgerichtetem Löwen. Umschrift: S. Hermanni de Osde. *Die Schrift deutet auf Ende des 13. Jahrhunderts.*

2126.

Bischof Otto von Paderborn und Graf L(udwig) von Arnsberg bitten den Erzbischof Siegfried von Köln als Herzog von Westfalen um Entscheidung in einer zwischen ihnen obschwebenden Streitfrage. Bei den Verhandlungen zwischen beiden waren anwesend die Grafen von der Mark, von Schwalenberg, von Waldeck, Graf Otto von Everstein, Marschall von Westfalen, Albert von Amelunxen, Ekbert Spiegel, Wilhelm von Ense und Ulrich von Helden. Lippstadt 1291 Januar 3.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 331. Fünf Siegel von den Pergamentstreifen ab. Gedr. Wigand, Archiv VII, 157; Seibertz, UB. I, 438. Reg. Spilcker, Everstein, UB. Nr. 239 mit Januar 4. Vgl. unten zu 1291 März 12 Nr. 2135.

2127.

Graf Engelbert v. Ohsen tritt sein Recht an den Gütern zu Rene *u.* Berbom *an Kl. Kemnade ab. 1291 Januar 5.*

Engelbertus Dei gratia comes de Osen omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino sempiternam. Consuetum est gesta hominum, ut firma maneant, litteris et testibus roborare. Notum igitur esse volumus universis presentibus et futuris, quod nos legitimorum heredum nostrorum omnium cum consensu proprietatem pheodi, collationem et quidquid iuris habuimus in decimis duarum villularum, que Berbom vulgarie nuncupantur, et in quatuor mansis et dimidio manso sitis in Rene cum omnibus attinentiis eorundem in villa, in campo, pariter et in aquis, quos redditus Bertoldus et Albertus fratres dicti de Rene a nobis in pheodo partim tenent, ecclesie in Kemenaden contulisse principaliter propter Deum nostreque anime ob salutem. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C. nonagesimo primo, in vigilia epiphanie, presentibus: nobili viro comite[1]) Hermanno de Woldenberghe, domino Thiderico de Tselenstide, domino Everhardo de Tsersne, domino Ludolfo camerario, militibus; Heinrico plebano in collibus et pluribus aliis fide dignis. In huius facti evidens argumentum presentem paginam sigilli nostri karactere communitam ecclesie in Kemenaden in testimonium erogamus.

[1]) *Or.* comiti.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Kemnade Nr. 17. Siegel und Befestigung fehlen. Ohsen (Hagenohsen und Kirchohsen) an der Weser zwischen Hameln und Bodenwerder. Die Grafen von Ohsen waren eine Nebenlinie der Eversteiner, vgl. bei Spilcker, Everstein Anlage A. zur Stammtafel II der Grafen von Everstein. Mit in collibus *(plebano) soll wohl eine Uebersetzung von Polle, wie sich die Grafen von Everstein bisweilen nach ihrem Wohnsitze nannten, geliefert werden, denn Poll bedeutet im Niederdeutschen eine hervortretende rundliche Erhöhung. (Spancken.) Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 240.*

2128.

Die Grafen Ludwig d. ä. und d. j. von Everstein stellen eine mit der vorigen gleichlautende Verzichtleistung auf. 1291 Januar 5.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Lodewicus Dei gratia comes de Euerstene senior ac Lodewicus comes iunior ipsius filius omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino sempiternam. Ferrum rubigine consumitur et lapides defitiunt vetustate, multo magis gesta hominum a memoria laberentur, si non testibus idoneis et litteris auctenticis fulcirentur. Notum igitur esse volumus universis presentibus et futuris, quod nos de omnium heredum et coheredum nostrorum consensu pariter et assensu unanimi et concordi dedimus ecclesie in Kemenaden proprietatem pheodi, collationem et omne ius, quod hactenus habuimus in decimis duarum villarum dictarum Berbom et in quatuor mansis et dimidio manso sitis in Rene cum areis, pratis, pascuis, agris, cultis et incultis, viis, inviis, aquis, aquarum decursibus, piscationibus, silvis pariter et virgultis ceterisque appenditiis eorundem, quorum bonorum redditus et proventus Bertoldus et Albertus fratres dicti de Rene de manu nostra partim in pheodo tenuerunt, expectantes huius nostre donationis mercedem ab eo in vita eterna, qui est bonorum omnium retributor, renuntiantes itaque omni iuri cum proprietatibus, quas tam in decimis quam in mansis prescriptis habuimus, que donantes ecclesie memorate nichil iuris nobis penitus in eis amplius reservamus. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.X°CI°., in vigilia epiphanie Domini. Geste rei testes sunt: nobilis vir Bodo de Homburc, Godefridus de Eletse, Segebodo de Bernhusen, Burchardus de Valebroke, milites et plures alii fide digni. In huius nostre donationis evidens argumentum presens scriptum sigillis nostris munitum dedimus ecclesie supradicte.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Kemnade Nr. 16. Von den an Pergamentstreifen angehängten Siegeln ist nur unkenntliches Bruchstück erhalten. Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 241.

2129.

Ritter Konrad von Waldenstein schenkt Güter an Kl. Netze. 1291 Januar 12.

Noverint universi, quod ego Conradus miles de Waldenstein cum consensu Elizabeth mee uxoris et heredum meorum, Alberti videlicet et Conradi et Henrici, bona sita in Bercheim, quorum bonorum

ego feodetarius seu dominus feodi fui, propter Deum et ob honorem gloriose virginis Marie appropriavi dicta bona conventui in Nethze proprietatis titulo perpetuo possidenda. Huius rei testes sunt: dominus Hermannus de Wulferhusen miles, Henricus de Wulferhusen famulus, Ditmarus de Wulfham, Henricus de Ritthe, Conradus de Homberg, Wilhelmus ipsius filius, Conradus Sconeliph, Ludewicus de Berken, Henricus de Spangenberg, Iohannes Wrede et plures alii cives Fritslarienses. In cuius facti evidenciam artiorem ego Conradus de Waldenstein predictus meo sigillo presentem litteram communivi. Actum et datum anno Domini M°.C°C.LXX°XX°I., vigilia Idus Ianuarii.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen dreieckiges Siegel, auf gegittertem Felde vier Pfähle. Vergl. Siegel des Grafen B. v. Waldenstein an der Werbener Urk. v. 1255 oben Nr. 634.

2130.

Graf Otto von Everstein verzichtet ebenfalls auf sein Eigenthumsrecht an den Gütern zu Rene *und* Berbom. *1291 Januar 25.*

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Otto Dei gratia comes de Euerstene omnibus hoc scriptum visuris salutem in Domino sempiternam. Deperire solet actio temporalis, nisi ipsam roboret ydoneitas testium et vivacitas litteralis. Notum igitur facimus universis presentibus et futuris, quod nos legitimorum heredum nostrorum omnium de consensu dedimus ecclesie in Kemenaden proprietatem pheodi, collationem et omne ius, quod hactenus habuimus in decimis duarum villarum dictarum Berbom et in quatuor mansis et dimidio manso sitis in Rene cum areis, pratis, pascuis, agris, cultis et incultis, viis, inviis, silvis, aquis, aquarum decursibus, piscationibus, virgultis ceterisque appenditiis eorundem, quorum bonorum redditus et proventus Bertoldus et Albertus fratres dicti de Rene de manu nostra partim in pheodo tenuerunt receptis sex marcis gravium denariorum ab ecclesia memorata, ut eidem proprietatem et pheodi collationem cum ceteris appenditiis premissis predictorum reddituum conferremus, renunciantes omni iuri cum proprietatibus, quas tam in decimis quam in mansis prescriptis habuimus et nichil iuris nobis penitus in eis amplius reservamus. Geste rei testes sunt: Albertus frater noster prepositus Corbeyensis, Albertus de Oldenburch, Henricus de Boffessen, milites, Ludolfus de Stockem et plures alii fide digni. In huius igitur nostre donationis evidens argumentum sigillo nostro munivimus presens scriptum. Datum anno Domini M°.C°C.XC°I., in conversione sancti Pauli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Kemnade Nr. 18. Siegel und Befestigung fehlen. Reg. Spilcker Everstein, UB. Nr. 242. Vgl. die vorhergehende Nr.

2131.

Das Domkapitel zu Paderborn resignirt alle seine Rechte am Zehnten zu Entrup bei Nieheim zu Gunsten des Kl. Marienmünster. Paderborn 1291 Februar 7.

Universis presentem visuris paginam tam presentibus quam posteris nos Theodericus Dei gratia prepositus, Wernherus decanus totumque capitulum Paderbornensis ecclesie, notum facimus publice protestantes, quod Volmarus miles de Brencken[1]) de plena voluntate et consensu Wolborgis[2]) uxoris sue ac omnium aliorum suorum heredum vendidit honorabilibus viris abbati et conventui ecclesie beate Marie in Munstere[3]) iuxta Swalenberg decimam in villa Eyntdorp[4]) positam iuxta opidum Nyhem cum suis omnibus appendiciis et utilitatibus quiete ac libere perpetuo possidendam. Nos etiam prepositus, decanus et capitulum predicti ob reverentiam beate Marie virginis et[5]) petitionem abbatis et conventus premissorum ius et proprietatem, que in eadem decima habuimus, ecclesie, abbati et conventui sepe dictis contulimus pleno iure unanimi de consensu. Ad cuius facti evidentiam dicti prepositi, ecclesie nostre ac militis prelibati sigilla presentibus sunt appensa. Datum Paderborne[6]), anno Domini M°.C°C.XC°I., feria quarta post purificationem[7]) beate[8]) Marie virginis.

[1]) Brencke *C.*, Brenke *D.* [2]) Volburgis *C.* [3]) Munster *C u. D.* [4]) Entorp *C.* [5]) ad *C.* [6]) Paderbornensis *C u. D.* [7]) purificationis *C u. D.* [8]) *Fehlt C.*

Aus Msc. I, 129 fol. 32v (B) I, 130 fol. 8 (C) und VII, 4512 p. 89 (D) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 190.

2132.

Widukind gen. Vrige verkauft an Graf Otto von Waldeck 1/4 Zehnten in Königshagen. 1291 Februar 7.

Notum est universis, quod ego Widekindus dictus Vrige cum pleno consensu et voluntate uxoris et heredum meorum vendidi nobili viro domino Ottoni comiti de Waldecken ac ipsius heredibus quartam partem decime in Konnigshagen pro viginti et tribus marcis gravium denariorum cum omni utilitate et proventibus, iuribus, tam in aquis quam in silvis, in pascuis et in agris cultis vel incultis ipso iure, quo ad me et ad heredes meos pertinuisse dinoscebatur, perpetuis temporibus possidendam. In cuius rei testimonium presentem litteram (dedi)[1]) sigillo burgensium de Godensberg roboratum. Testes huius sunt: dominus Iohannes de Osterhusen plebanus in Godensberg, Thidericus de Elvene, Hermannus de Ulferhusen, Widekindus dictus Wackermule, Conradus de Uslach, Iohannes de Weren, milites; Cunipertus Minckel, Waltherus et Heinemannus suus frater, Conradus de Holzhusen, Henricus Vredeburgis, Conradus Borchardi, Conradus Steinbrekere, Gevehardus de Tenne, consules in Godensberg ac alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.LXXX°X primo, feria quarta post diem beati Agate virginis.

[1]) *Dieses oder ähnliches Wort fehlt.*

Nach Kopialbuch XVI. Jahrh. fol. 167 in Fürstl. Wald. Domänenkammer zu Arolsen.

2133.

Graf Otto von Tecklenburg erkennt an, dass er von dem Herforder Hof zu Ibbenbüren eine jährliche Pacht zu zahlen und die Verpflichtung habe, die Äbtissin von Herford bei ihren Rundreisen zu bewirthen. 1290 (1291) Februar 9.

Otto comes de Tekeneburg omnibus presentia visuris notum esse cupimus, quod nos honorabili domine abbatisse ecclesie in Heruorde de curte nostra dicta Uphof in Ybbenburen, quam de manu eius possidemus, annualem debemus solvere pensionem. Preterea in quarto anno, quando prefata abbatissa circuitionem facit per officiatas curtes suas, nos eandem in curte nostra prenominata procurare tenemur iuxta consuetudinem antiquitus observatam. Ut hec rata et inconvulsa predicte abbatisse permaneant, nos eidem hanc litteram sigillo nostro dedimus communitam. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo, sexta feria post festum Agathe virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 41a. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Gedr. Harenberg Mon. inedita p. 144. Vgl. oben Nr. 2105 S. 968 unten. Vielleicht gehört die Urk. zu 1290, das würde aber sowohl der Osnabrücker wie Herforder Datirung widersprechen.

2134.

Graf Otto von Waldeck bekundet Güterübertragung seitens Johannes von Nelach an Kl. Netze. 1291 Februar 22.

In nomine Domini amen. Ne ea, que geruntur coram nobis, excedant a memoria, que res est fragilis, consuevimus ipsa scriptis autenticis roborare. Nos igitur Ottho comes in Waldecke constare volumus universis presentes litteras visuris vel audituris, quod Iohannes de Nelach famulus in nostra constitutus presentia, contulit omnia sua bona, que habuit in villa Nelach in pascuis, silvis, terris, possessionibus, ecclesie beate Marie in Netze ad usus sanctimonialium ibidem, volens eidem facere illorum bonorum plenariam et legitimam warandiam, hac conditione nichilominus prehabita, scilicet quod ecclesia predicta de bonis huiusmodi omnibus annis ministrabit eidem Iohanni XVI modios annone, donec ipsi XVI marce denariorum legalium ab ipsa ecclesia persolvantur. Preterea pretactus Io(hannes) eam partem bonorum predictorum, quam antedicta ecclesia incusata legittime et de iure perdiderit, quod absit, de hiis XVI modiis annone sub hoc nomine vulgari orsazen, resumendam constituerit et hoc ipsi ecclesie faciendum, hiis etiam presentibus et audientibus hanc donationem, videlicet: domino Arnoldo de Palburne, Thiderico dc Waenbach, Gotscalco de Mülhusen, militibus, Lentfrido de Bocheim, Iohanne de Wira, Gumperto de Creynre, Arnoldo iuniore de Palburne, famulis et aliis viris probis.

In cuius itaque facti evidens testimonium et certitudinem pleniorem presens scriptum ad instantiam predictorum nostri sigilli munimine duximus consignandum. Actum et datum anno Domini M°.C°C.X°C primo, in cathedra Petri.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstr. zerbröckeltes Siegel des Grafen Otto. Vgl. Nr. 2078.

2135.

Erzbischof Siegfried von Köln fällt das Urtheil in der ihm zur Entscheidung vorgelegten Streitfrage zwischen dem Bischof von Paderborn und dem Grafen von Arnsberg. Bonn 1290 (1291) März 12.

Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, venerabili in Christo patri domino O(ttoni) Paderburnensi episcopo ceterisque comitibus, nobilibus, militibus in terminis ducatus Westfalie constitutis salutem in Domino. Ad decisionem questionis seu sententie, super qua ad nos tamquam ad ducem Westfalie recursum habuistis, prehabita diligenti inquisitione seu requisitione, de consilio, consensu et approbatione priorum, nobilium et fidelium ecclesie Coloniensis quamplurimorum ad hec specialiter vocatorum, rescribimus et pro generali sententia, que vulgariter gemeyne ůrdeil dicitur, damus, quod quelibet fide digna persona compositionem suam cum duobus de compositoribus suis, qui sůneman vulgariter dicuntur, si ipsos habere poterit, vel cum aliis duobus fide dignis et legalibus hominibus, qui compositioni interfuerunt, ipsamque compositionem recitari et publicari audiverunt, optinere poterit et comprobare, dantes et remittentes has nostras patentes litteras universitati vestre super eo. Sententiatum et datum in oppido Bůnnensi, presentibus et consentientibus dilectis in Christo Wicboldo decano et archidyacono Coloniensi, Reynardo preposito Bůnnensi et archidyacono Coloniensi, Wernero preposito sancti Gereonis, Iohanne choriepiscopo maioris, Iohanne preposito sancte Marie ad Gradus ecclesiarum Coloniensium, prelatis; Iohanne comite Seynensi, Hartrado domino de Merenberg, Henrico domino de Wildenberg, Hermanno de Rennenberg, nobilibus, Goswino marescalco de Aluethere, Vlrico de Bercheim, Winrico de Vischenich, Gerhardo de Landescrone, Hermanno de Turri, Lamberto de Wede, Henrico de Wintere, Bůzardo sculteto Andernacensi, Hunechino de Bensburen, Remaro de Dorne, Adolpho de Dromere, Hermanno de Arewilre, Daniele de Bacheim et Fleckone marescalco, militibus, fidelibus nostris et aliis quam pluribus fide dignis, in die beati Gregorii pape, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 332. Siegel und Befestigung ab. Vgl. Nr. 2126.

2136.

Das Paderborner Domkapitel schenkt den Bürgern der Stadt Brakel die Palburg. Paderborn 1291 März 21.

Nos Dei gratia Wernherus decanus totumque Paderbornense capitulum universis presencia visuris recognoscimus protestantes, quod de communi consensu et bona voluntate una cum venerabili patre ac domino nostro Ottone episcopo dilectis nostris burgensibus opidi Brakele fundum castri Palborg, lapides, omnes piscinas, fossata, loca pomeriorum et ortorum et paludes ad dictum fundum pertinentes dedimus perpetuo possidenda. In cuius donationis certitudinem et testimonium sigillum nostre ecclesie presentibus est appensum. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C. nonagesimo primo, in die Benedicti abbatis.

Or. im Stadtarchiv zu Brakel. Von dunkelbraunen geflochtenen Seidenfäden Siegel ab. Am 13. Juli 1291 stellt Bischof Otto mit seinem Kapitel dieselbe Urk. noch einmal aus; vgl. unten Nr. 2158. Vielleicht hängt die Erneuerung mit dem Wechsel im Domdekanat zusammen.

2137.

Kl. Abdinghof beurkundet Ueberlassung eines Hauses an der Pader. 1291 März 21.

Albertus divina miseratione abbas, L(udolfus) prior totumque collegium sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Paderborne omnibus hanc paginam inspecturis salutem in vero salutari. Quoniam ea, que in tempore geruntur, cum tempore labuntur, nisi scripti memoriis arcius imprimantur, hinc est, quod notum facimus et publice protestamur, quod nos domum nostram sitam iuxta Paderam, que quondam fuerat dicti Plapen, contulimus Henrico filio Bertrammi fabri et uxori sue Oden et eorum

liberis perpetuo quiete possidendam, ita ut in festo sancti Michaelis decem et octo denarios et in festo pasche decem et octo denarios inde persolvant. Huius rei testes sunt: Amelungus de Nedere, Heinricus Neppelin, Iordanus et Andreas, fratres ipsius et alii quam plures. Actum et datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo primo, feria quarta qua cantatur Reminiscere. In cuius rei evidentiam presens scriptum sigillo nostri capituli fecimus roborari.

Aus Msc. VII, 4217 fol. 147a im Kgl. St.-A. Münster.

2138.

Bischof Otto von Paderborn und das Domkapitel verpachten Güter an einen Bürger von Warburg. Paderborn 1291 März 23.

Nos Otto Dei gratia episcopus, Wernherus decanus totumque capitulum Paderbornensis ecclesie presentibus litteris publice profitemur et notum facimus universis, quod nos unanimi de consensu Gotfrido dicto de Silhem, opidano in Wartberg, Alheydi uxori sue ac Andree filio suo ipsorumque liberis et legitimis heredibus bona nostra in Silhem iuxta Wartberg sita cum suis omnibus pertinenciis porreximus emphitheotico iure seu pensionario possidenda, quamdiu de bonis eisdem nobis et ecclesie nostre solvere voluerint et poterunt debitam pensionem, ita quod Gotfridus et sui heredes predicti singulis annis in festo beati Martini episcopi quadraginta moldra Wartbergensis mensure, videlicet undecim moldra siliginis, undecim moldra ordei et decem et octo moldra avene capitulo nostro predicto in opido Wartberg memorato presentare ac persolvere teneantur. Huic facto testes ad hoc rogati subnotati aderant, videlicet Gyselerus in Scherue, Conradus in Daseborg, plebani, Conradus Dangmari magister civium, Iohannes Stolto senior, Albertus de Nedere, Helmicus de Werd...[1]) ac plures alii fide digni. Ad huius facti evidenciam nos O(tto) cpiscopus et capitulum predictum sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C. nonagesimo primo, feria sexta post festum Benedicti abbatis.

[1]) *Ein paar Buchstaben fehlen.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 333. Beide Siegel von den rothgelben Seidenfäden abgefallen. Silhem *nach der Rückschrift eine domkapitularische Obedienz, Ansiedlung in der Feldmark der Neustadt Warburg. Der Silheimer Siek — eine sog. Hungerquelle — beginnt etwa 10 Minuten vom Desenberg und zieht sich von dort in westlicher Richtung neben Warburg herunter (Spancken). Vergl. Zeitschr. XXXI, 2, 197.*

2139.

Bischof Otto von Paderborn bekundet, dass er mit Zustimmung des Domkapitels die Neubruchländereien im Markenwald zu Syrexen *mit dem Zehnten an Kl. Hardehausen verkauft habe. 1291 März 25.*

Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris in omnium salvatore salutem. Ad perpetuam rei geste noticiam tenore presencium protestamur, quod nos communicato capituli nostri consilio et consensu dilectis nobis in Christo .. abbati et conventui monasterii in Hersuedehusen novalia in silva markali Sirixen facta cum decima eorum pro certa pecunie quantitate in nostre ecclesie utilitatem conversa, perpetuo possidenda vendidimus, transferentes proprietatem dictorum novalium et decime ad eosdem. In cuius vendicionis et translationis munimen presens scriptum nostro nostrique capituli sigillis fecimus roborari. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo primo, in festo annunciacionis dominice.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 273. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab.

2140.

Propst und Konvent von Marsberg bestätigen den Verkauf von 24 von ihnen in Erbpacht ausgethanen Äckern bei Niedermarsberg. 1291 März 25.

Hereboldus prepositus et conventus monasterii Montis Martis universis presentem litteram visuris

salutem in omnium salvatore. Noverint universi presens scriptum visuri, quod Henricus, Conradus et Iohannes fratres filii Conradi de Coquina vendiderunt Godefrido dicto Dreigere, Gertrudi uxori sue et eorum heredibus legitimis, civibus Montis Martis, viginti iugera sive agros et quatuor sitos iuxta montem situm iuxta vallem Horehusen, que dicitur Dupengesdal, cum omni utilitate et proventu possidendos, nobis et ecclesie nostre singulis annis dimidium moldrum avene exinde in pacto persolvendum, et quicunque in[1]) predictis heredibus et possessoribus dictos agros sive iugera incolit vel excolit pro tempore, nobis et ecclesie nostre tenetur ad solutionem dicte pensionis[2]), sicut fideliter inter nos et eosdem est condictum. Nos vero prepositus de consensu nostri conventus contulimus eidem Godefrido et suis heredibus legitimis predictos agros seu iugera eo iure, sicut superius est expressum, possidenda. Cuius rei testes sunt: Albertus de Glindegere, Iohannes de Lippia, Ludolfus de Mulehusen, Richardus de Esleue, Hermannus de Vespe(r)den, Conradus de Landesberg et Henricus de Mulehusen fratres conventuales; item Volandus iudex, Bertoldus Natan, Ludolfus de Aspe, Wernherus Ramme et Gerhardus Tornator, laici, cives Montis Martis et alii quam plures fide digni. Quod ut ratum et inconvulsum presens scriptum permaneat, nostro et monasterii nostri sigillis fecimus roborari. Datum anno Domini M°. ducentesimo nonagesimo primo, in annunciatione dominica.

[1]) *So Or.* [2]) *Or.* pensicionis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Marsberg Nr. 18. An Pergamentstreifen 1) Siegel des Propstes, Petrus auf Wolken (?) sitzend, das Kreuz in der Linken, den Schlüssel in der Rechten, daneben A; 2) des Stifts unter drei gothischen Baldachinen drei Figuren, Petrus in der Mitte, Papst Leo III. rechts, Karl d. Gr. links; wie Westf. Siegel III Taf. 105 Nr. 3. Die Umschrift bei beiden abgebrochen. Der Name Dupengesdal *ist nach Mittheilung des Gerichtsraths Fischer nicht mehr aufzufinden. Wahrscheinlich ist es das jetzt sogenannte Dütlingsthal, welches zwischen den beiden Gebirgsköpfen Hohe Seite und Meisenberg liegt. Ersterer zieht sich unter wechselnden Namen bis nach dem Thale hin, in welchem Horhusen, das jetzige Nieder-Marsberg, liegt. Es passt mithin die Beschreibung der Gegend in dieser Urk. Dütlingsthal ist eine Viertel Meile von Nieder-Marsberg entfernt.*

2141.

Erzbischof Gerhard von Mainz bestätigt eine Zehntschenkung für Kl. Netze. Fritzlar 1291 März 31.

Gerhardus Dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, dilectis in Christo abbatisse et conventui monasterii sanctimonialium in Netze, ordinis Cisterciensis, Maguntine dyocesis, salutem in Domino. Iustis petencium desideriis facilem nos decet prebere consensum et vota, que a religionis tramite non discrepant, effectu prosequente complere. Cum igitur dilecti in Christo Iohannes et Conradus de Rene fratres medietatem decime ville de Bone, quam iidem a Volquino preposito ecclesie Fritslariensis feodaliter obtinebant, de consensu ipsius prepositi vobis et per vos monasterio vestro contulerint et donaverint recipiendam perpetuo et habendam pro suorum remedio peccatorum, nos collationem et donationem predictas, sicut provide facte sunt, ratas habemus et gratas ipsas auctoritate presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Datum Fritslarie, II. Kalendas Aprilis, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen Mittelstück vom Siegel des Erzbischofs mit rückwärtigem Sekret, Rad mit acht Speichen, erhalten.

2142.

Abt Heinrich von Corvey überträgt mit Zustimmung seines Stifts gewisse ihm resignirte Lehngüter auf die Propstei Marsberg. 1291 April 3.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Quia labilis est hominum memoria, que geruntur in tempore, sic simul labantur cum tempore, convenit ea scriptis et testibus perhennare. Inde est, quod nos Henricus Dei gratia ecclesie Corbeyensis abbas presentis scripti serie recognoscimus et publice protestamur, quod veniens ad nos Hartmannus de Essete miles cum suis veris heredihus coram nobis quedam bona, sita ante silvam et montem dictum Honlo ad marcam Tuissene pertinentia, que a nobis

in pheodo tenuit, omni iure, quod in ipsis bonis habere videbatur, voluntarie renunciavit et ad manus nostras nomine ecclesie Corbeyensis libere resignavit. Nos vero de consilio et consensu prelatorum et confratrum Corbeyensium videlicet abbatis, prepositi maioris Henrici, custodis Borghardi de Osede, Conradi de Amelungesen portarii, et Wilhelmi cellerarii, eadem bona cum sua proprietate, sita secus silvam et montem Honlo ad marcam Tuissene pertinentia cum omnibus suis appendiciis, videlicet areis, pratis, pascuis et aquarum decursibus, agris cultis et incultis, ad petitionem dilectorum filiorum nostrorum, prepositi et conventus monasterii Montis martis cum omni sua proprietate et integritate dedimus et contulimus libere et quiete possidenda ac in perpetuum sine contradictione eorum proprietate et collatione perfruenda. Horum autem bonorum medietas prepositure, reliqua vero medietas fratrum caritatibus est donanda. Ne vero huius donatio proprietatis rite ac legitime facta in posterum a nobis sive a nostris successoribus valeat enervari vel subverti, presenti cyrographo sigillum nostrum est appensum. Cuius rei testes sunt: Vollandus iudex, Bertoldus Natan proconsul, Thidericus de Oddenhusen senior, Henricus Hauesaldi, Iohannes Home, Bertoldus de Langele, Hermannus de Esbeke, Hartmodus Longus, consules; preterea militares et nobiles famuli Albertus de Scardenberg, Hermannus Marscalci, Anselmus de Engere; item burgenses Montis Martis, Henricus de Capella, Iohannes de Bilinchusen, Hermannus et Conradus fratres de Huxaria et alii quam plures nostre ecclesie fideles. Datum et actum anno Domini millesimo C°C. nonagesimo primo, II°I. Nonas Aprilis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Marsberg Nr. 19. Siegel des Abts vom Pergamentstreifen ab.

Honlo *ist nach Mittheilung des Gerichtsraths Fischer das jetzt Hohenloh genannte Waldgebirge, an dessen nord-östlichem Fusse das Dorf Oesdorf liegt und welches einen der höchsten Punkte des damit an dieser Seite beginnenden Sendfeldes bildet, zum Osning gehört (Ösdorf früher* Osninctorp) *und sich nach Süden zur Diemel herabsenkt, an deren linken Ufer — also zwischen Hohenloh und Diemel — die Mark* Tuissene *lag.*

2143.

Bischof Otto von Paderborn und Domkapitel schenken dem Kl. Gehrden vier seitens desselben von denen von Nedere in Eckhosen *erkaufte Hufen. Paderborn 1291 April 4.*

Universis Christi fidelibus presentem paginam visuris nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus, Wernerus decanus totumque capitulum [1]) eiusdem ecclesie volumus notum esse, quod Theodericus, Henricus, Iohannes fratres dicti de Nedere, uxores Theoderici, Henrici atque eorum legitimi heredes coram nobis constituti vendiderunt preposito et conventui monasterii in Gerden quattuor mansos in Eckhosen iuxta dictum monasterium sitos pro duodecim marcis Brakliensis monete eisdem venditoribus numeratis cum omnibus iuribus et pertinentiis suis et resignaverunt dictos mansos coram nobis ad manus dictorum prepositi et conventus. Nos eciam dictam resignationem recipientes proprietatem sive dominium dictorum quattuor mansorum, iurium et pertinentiarum ipsorum donavimus liberaliter preposito et conventui memoratis. Ne igitur huiusmodi factum nostrum ab aliquo successornm nostrorum in posterum infringatur, nos episcopus et capitulum prefati sigilla nostra in testimonium apposuimus huic scripto. Testes eciam rogati aderant: Wernerus Creveth, Conradus et Burchardus de Etlen, Iohannes de Elwordessen, milites, Volmarus de Etlen, Isherus [2]) Parvus et Henricus Endachte et alii plures fide digni. Datum Paderborne, anno Domini M°.CC°.XCI., pridie Nonas Aprilis.

[1]) *Abschr.* capittulum. [2]) *Abschr.* liherus.

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 31v D 25. Reg. Schaten, ad annum.

2144.

Mathilde Frau Friedrichs gen. Vateschild resignirt in die Hände der Grafen Albert und Adolf von Schwalenberg den von ihnen bisher zu Lehen getragenen halben Zehnten zu Gerdessen. *Lauenstein (1291) April 7.*

Honorabilibus viris dominis suis Al(berto) et A(dolfo) comitibus de Sualenberg Meghildis uxor Frederici dicti Vateschilt honoris et favoris integritatem. Vestre nobilitati per dominum Iohannem de

Bernhusen militem et per dominum Wolfherum militem, nostros viros, quorum sigilla presenti pagine sunt appensa, dimidiam decimam in Gerdessen, quam de manu tenui vestra, resigno. Huius resignationis testes sunt: dominus Godfridus miles de Heletze et dominus Burghardus miles de Hastenbeke et dominus Theodericus miles de Derspe et Gerhardus famulus, filius domini Gotfridi de Heletze. Datum Lewenstene, sabbato quo cantatur Sicientes.

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Drei Siegel von Pergamentstreifen ab. Die Urk. gehört wegen der folgenden wohl sicher zu 1291. Gerdessen *ist wohl unzweifelhaft wegen der Nähe von Corvey und Brenkhausen der zwischen Ovenhausen und Lütmarsen eingegangene Ort, den Wigand, Corveyer Güterbesitz S. 87 nachgewiesen hat. Vgl. oben Nr. 912.*

2145.

Die Grafen Adolf und Albert von Schwalenberg resigniren ein vom Abt von Corvey lehnrühriges Gut sowie den Zehnten in Ierdezen, *behufs Übertragung an Kl. Brenkhausen, in die Hände des Abts Heinrich von Corvey. 1291 (um April 7).*

In nomine Domini amen. Henricus Dei gratia Corbeiensis abbas universis hoc scriptum visuris salutem in Domino Iesu Christo. Cum sacrarum virginum profectibus intendere teneamur, ut eo fiducius, que sunt domini, cogitare valeant, protestamur presentium per tenorem, quod Adolphus et Albertus comites de Swalenberg mansum et decimam in villa Ierdezen sitam, quam de manu nostra tenuerant, de consensu heredum suorum, et eiusdem decime proprietatem conventui sanctimonialium in Valle Dei, quod antiquo vocabulo dicebatur Beringhusen, conferre dignaremur, in manus nostras resignarunt. Nos igitur attendentes, quod decime, que sunt tributa egentium animarum, ad religiosas salubriter transferantur, de pleno consensu capituli nostri dictam decimam cum proprietate sua ob honorem gloriose virginis Marie dicto conventui in Valle Dei contulimus possidendam. Ut igitur huiusmodi resignatio pariter et collatio perpetuam obtineant firmitatem, presentem litteram nostro nostrique capituli sigillis fecimus consignari. Testes huius rei sunt: dominus Conradus de Amelunxen, dominus Lepoldus Howi[1]) milites, Iohannes de Stammen, Conradus, Bertramus, Nicolaus[2]) fratres de Lüchteringen, Arnoldus de Voldezen et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo 91.

[1]) *So die Abschr.* [2]) Nicoalus *Abschr.*

Aus Msc. I, 175 fol. 14v im Kgl. St.-A. Münster. Vgl. vor. Nr.

2146.

Knappe Johann von Wira schenkt eine Rente in Sachsenhausen an Kl. Netze. 1291 April 15.

Noverint universi tam presentes quam posteri, quod Iohannes de Wira famulus ex pie devotionis affectu contulit de vera ipsius hereditate in Sassenhusen unum gravem solidum et quatuor modios frumenti cenobio in Netze ad usus servientium ibidem Deo sueque beate genitrici Marie perpetuo possidendos, quos nichilominus due matrone in Sassenhusen videlicet Gertrudis de Clingen et Alhedis uxor Thiderici Aucupis ad ipsarum vitam possident, quod vulgariter dicitur libgedinge, quarum una defuncta duo modii cedent cenobio predicto soluti, reliqua vero similiter alii duo, sicut superius est expressum. Huius autem donationis testes sunt videlicet: Hinricus de Alrefh, Gerla(cus) iudex in Sassenhusen, Iohannes de Selebach, Fredericus pistor, Ludolfus Blote, Hinricus de Wolle, Ditmarus Moyring, Hinricus de Warelderen, Winandus, Conradus de Alreph, Wasmodus, Iohannes Bochmar, Slith, Hermannus Luscus, Theodericus de Spangenberc et alii quam plures in Sassenhusen. Itaque ut hec donatio firma et inviolabilis permaneat presens scriptum sigillo nobilis domini Ot(tonis) comitis de Waldecke et sigillo oppidi predicti Sassenhusen extitit roboratum. Et nos comes Otto pretactus nostrum sigillum presentibus recognoscimus appendisse. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXX° primo, in dominica palmarum.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Vom Pergamentstreifen erstes Siegel ab; an zweiter Stelle Siegel von Sachsenhausen in hellgelbem Wachs gut erhalten.

2147.

Edelherr Bodo von Homburg bekundet Streitbeilegung der Brüder von Rene mit Heinrich von Halle wegen Schenkung eines Gutes an Stift Kemnade. 1291 April 18.

Nos Bodo vir nobilis dominus de Homburch universis presentibus publicamus, quod lis et discordia, que inter Henricum de Hallis ex una et inter Henricum et Eckehardum fratres de Rene ex parte altera vertebatur pro duobus mansis in Rene sitis, quos Bernardus de Hallis bone memorie, frater Henrici iam prefati, Kaminatensis ecclesie dominabus proprietatis nomine dedit, tradidit et donavit, secundum sententias iuris ex consensu utriusque partis civilis conplanata exstitit et sopita, ita quod Henricus et Eckehardus fratres predicti renuntiaverunt omni penitus actioni, quam ipsi aut heredes eorum possent habere in mansis aliquatenus memoratis. Geste rei testes sunt: Lippoldus de Insula, Godefridus de Eletse, Burchardus de Werningehusen, Segebodo de Bernhusen, Wlferus de Biscoperode, Tidericus Stencop, Tidericus de Derspe, milites; Albertus de Hupedhe, Conradus de Berenrode, Hermannus dictus Bok de Northolte, Hermannus et Henricus fratres de Osen, Hartmannus de Dudinge, Hartungus et Gerhardus fratres de Eletse, Bruno de Vrenke, Bruno de Hauersvorde et plures alii fide digni. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.X°C primo, in allodio Alberti de Hupedhe sito sub Coldenberghe, feria quarta proxima ante pascha, nostroque sigillo in geste rei evidens testimonium roborata.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Kemnade Nr. 15. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Reg. Dürre, Homburg Nr. 145 in Ztschr. für Niedersachsen 1880 (mit irrig aufgelöstem Datum). Ueber andere Schenkungen der Brüder von Halle vgl. oben Nrr. 1793 und 1834.

2148.

Bischof Otto von Paderborn überträgt das Eigenthum von zwei Häusern in Löwen dem Kl. Hardehausen. 1291 April 1 (?).

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus recognoscimus per presentia, quod Hermannus dictus Longus in nostra presentia constitutus duas casas in villa Louene sitas, quas iam pridem dilectis nobis in Christo domino abbati et conventui in Hersuedehusen pro tribus marcis gravium denariorum vendidit, in manus nostras resignavit. Quam proprietatem de consensu capituli nostri donavimus et contulimus fratribus memoratis. Testes aderant: Hermannus dictus comes de Desenberge, Raveno de Papenhem, Alradus dictus Niger, Godescalcus (frater eius, Iohannes) pincerna de Heruorde, milites at alii fide digni. Datum anno Domini M.C°C.X°C primo (?), dominica Letare Iherusalem.

Or. (verletzt) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 194. Siegel und Befestigung ab.

2149.

Bischof Otto von Paderborn, das Paderborner Domkapitel, Abt Albert von Abdinghof und Graf Konrad von Rietberg bekunden den Verkauf zweier Hufen in Asekendorp *an Kl. Hardehausen. Paderborn 1291 Mai 11.*

Nos Otto Dei gratia Paderburnensis episcopus, Hermannus scolasticus, Remboldus thesaurarius, Georgius cantor totumque capitulum eiusdem ecclesie, Albertus abbas monasterii sancti Pauli Paderburnensis et Conradus comes de Retberg presentibus publice protestamur, quod constitutus in presentia nostra Thidericus dictus Grope miles recognovit publice, quod ipse et Conradus frater ipsius de consensu et libera voluntate Methildis sororis eorumdem et omnium heredum suorum duos mansos in Asekendorpe cum agris cultis et incultis, pascuis, pratis, aquis, silvis et omnibus ad eos (mansos) pertinentibus viris religiosis .. abbati et conventui monasterii in Hersuedehusen vendiderunt pro quinquaginta et octo marcis denariorum perpetuo possidendos. Protestatus est etiam coram nobis, quod ipse et frater suus et heredes predicti plenam warandiam prestabunt, si quis eos quacumque occasione impetierit de premissis. Nos vero Otto episcopus, capitulum, abbas et comes predicti sigilla nostra huic scripto apposuimus in testimonium predictorum. Datum Paderburne, presentibus Bodone preposito sancti Odel-

rici, Volmaro de Brenken et Conrado de Etlen, militibus, anno Domini M°.C°C. nonagesimo primo, feria sexta post dominicam qua cantatur Misericordia.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 283. Vier Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Asekendorp *ein bei Hofgeismar eingegangenes Dorf. Zeitschr. XXXVIII, 2, 177.*

2150.

Knappe Ludolf von Osdagessen verkauft dem Kl. Wormeln zwei Hufen daselbst und einen Hof am Kirchhof. 1291 Mai 29.

Ego Ludolphus famulus dictus de Osdagessen presenti scripto recongnosco universis publice protestando, quod de voluntate Alheydis uxoris mee, Ludolphi, Henrici, Goderi et Iohannis, filiorum meorum ac de consensu omnium heredum et coheredum meorum vendidi ecclesie in Wormlon duos mansos meos sitos in Wormlon et aream unam ibidem sitam circa cymiterium, quam dominus Conradus provisor sanctimonialium ecclesie supradicte possidebit quiete ad tempora vite sue, tam in campis quam in silvis cum omnibus usufructibus suis libere possidendos in perpetuum, promittens stipulationem fidei sepedicte ecclesie Iohanni Guchtero, Iohanni de Listingen et Hermanno de Dusele loco heredum in talibus bonis, si defectum a parte vere hereditatis sustinuerint, me Wartberg opidum ad hospitem ingredi nec inde egredi, nisi talis defectus penitus sopiatur. Post me autem et pro me Henricus dictus Iudeus dapifer Paderbornensis promisit simili fide, si defectus aliquis in premissis per me tam in morte quam in vita causaretur, quod absit, qualitercunque se Wartberg opidum ingressurum nec inde egressurum, nisi fuerit in amicitia supradicte ecclesie et amicorum suorum omnium predictorum. In cuius rei evidentiam presens scriptum dedi meo sigillo firmiter roboratum. Testes huius rei sunt: Hermannus de Roden, Arnoldus de Roden, Henricus de Ykenhosen et Borchardus de Aslen famuli et consules novi opidi Wartberg, qui etiam suas patentes litteras super eodem negotio tradiderunt. Actum et datum anno Domini M°.C°C.XC° primo, feria tertia in rogationibus.

Or. im Pfarrarchiv zu Wormeln. Das dreieckige Siegel von braunem Wachse zeigt einen Palmbaum; Umschrift: Sigil(lum) Ludolphi de Osdagessen. *Eine Urk. desselben Inhalts vom selben Tage im Kgl. St.-A. Münster, Wormeln Nr. 12 zeigt folgende Verschiedenheiten: Es fehlen die Namen seiner Angehörigen; dann heisst es:* Conradus presbyter dictus de Weplede possidebit ad tempora ... promittens sibi in talibus bonis fide data a parte vere hereditatis warandiam plenariam exhibere. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo novi opidi Wartberg petii roborari. Testes huius facti sunt: Conradus Dangmari proconsul, Hermannus de Dalhim, Conradus de Amelungessen, Iohannes Stolte, Iohannes Geruasii filius, Wern(herus) de Bracle, Iohannes de Listingen, Borchardus sartor, Godescalcus de Nedere, Henricus de Norde, Conradus dictus Rusce et Henricus de Butelstorp, consules novi opidi supradicti. Datum *u. s. w. An Pergamentstreifen Siegel der Neustadt Warburg mit Lilie als rückwärtiges Sekret. Vgl. Nr. 1432 und 1437.*

2151.

Bischof Otto von Paderborn bekundet, dass Magister Wichmann Einkünfte in Westernkotten von einem Lippischen Bürger gekauft und dem Paderborner Domkapitel überlassen hat. 1291 Juni 10.

Nos Otto Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus universis presentia visuris cum appensione sigilli nostri notum facimus, quod constitutus in presentia nostra magister Wigmannus iam dicte ecclesie nostre prebendarius bona quedam in villa Westerencothen sita, videlicet duarum marcarum reditus cum dimidio molt salis mensure publice a Henrico dicto Rauen cive Lippensi de consensu uxoris sue et heredum suorum pro sedecim marcis (et) fertone denariorum Paderburnensium legalium numerate pecunie emptionis titulo comparavit, quos ecclesie nostre Paderburnensi sepe dicte et capitulo liberaliter obtulit et donavit et ipsas personas capituli veros possessores effecit, in eosdem dictorum bonorum dominium, proprietate eisdem a nobis primitus tradita, transferendo, tali apposita conditione, quod ipsi

eidem magistro Wigemanno omni anno dumtaxat temporibus statutis, videlicet in festo penthecostes dimidiam marcam, assumptionis Marie dimidiam, Michahelis dimidiam et nativitatis Domini dimidiam cum sale supratacto, quod tunc primum exsolvetur per duos canonicos de prefato capitulo nostro ab hoc sub nomine dignitatis electos, scilicet per dominum decanum et cellarium[1]), qui pro tempore fuerint, ad quos specialiter respectum habebit, quindecim diebus ab hiis festis computatis retro transactis in omnem eventum, ammoto quolibet dubietatis scrupulo, quoad vixerit, ministrari amicabiliter procurabunt. Post mortem vero ipsius Wigemanni sepefacta bona cum omni iuris integritate ad prefatum capitulum tamquam propria revertent, eo tamen modo, ut de hiis bonis annis singulis in festo Michahelis ecclesie Buodicensi unum pondus sepi, quod vulgariter scintenere dicitur, fideliter exsolvatur, nisi forte per sepe dictum capitulum certis reditibus comparatis et emptis, de quibus dictum pondus sepi commode colligi valeat et perpetuo persolvi ecclesie memorate. Predictis eciam adicimus, quod post obitum sepe dicti magistri Wigmanni propter redditus dicto capitulo per ipsum assignatos, erunt executores anniversarii ipsius in exequiis pie faciendis et sollempnitatum, quas idem Wigmannus propter divinum cultum instituit ampliandum. Ut hec firma et rata permaneant, prememorato magistro Wigmanno presentem paginam dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Et nos decanus et capitulum ecclesie Paderburnensis in consensum et predictorum approbationem sigillum ecclesie nostre duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, in festo penthecostes.

[1]) scellarium *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 345. Siegel abgefallen. Vgl. Nr. 1993 und 1788.

2152.

Das Paderborner Domkapitel bekundet die Schenkung des Magisters Wichmann. 1291 Juni 10.

In nomine sancte et individue trinitatis. Nos Hermannus Dei gratia decanus totumque capitulum ecclesie Paderbornensis universis presentia visuris notum in perpetuum esse cupimus, quod magister Wygmannus ecclesie nostre prebendarius a Hinrico dicto Raven cive Lyppensi duarum marcarum redditus cum dimidio molt salis sedecim marcarum pretio, emptionis tytulo comparavit de quodam salificio in Westerenkotten syto exsolvendos singulis annis ecclesie nostre donavit, eorundem reddituum dominium in nos liberaliter transferendo, hoc tamen adiecto, quod de dictis redditibus per duos canonicos de capitulo nostro ad hoc sub nomine dignitatis a nobis communiter electos scilicet dominum decanum et cel(l)erarium, qui pro tempore fuerint, ad ordinationem eiusdem magistri Wygmanni ecclesie Budicensi et thezaurarie, que ibidem pro tempore fuerit, pondus cepi, quod wulgariter cintenere dicitur, in festo Mychaelis absque ulla dilatione perpetuo persolvatur, de quo cepi pondere lumen ordinabitur, quod in dicta ecclesia Budicensi ob reverentiam et honorem beate Marie virginis et patronorum ibidem die noctuque inextinguibiliter adolebit. Ut hec rata et firma permaneant, presentem paginam sepe dicte ecclesie Budicensi sigilli nostri munimine dedimus roboratam. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo primo, ipso die pentecostes.

Nach dem Böddeker Kopiar fol. LV im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg.

2153.

Bischof Otto von Paderborn schenkt dem Kl. Hardehausen Acker u. Mühle bei Borgholz. 1291 Juni 13.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus recognoscimus per presentes, quod agrum quendam cum piscina Burcholte situm, que[1]) dilectis nobis in Christo . . abbati et conventui in Hersuedehusen pertinet, pariter cum molendino, accedente consensu loci archidiaconi et plebani contulimus pacifice retinendum. In cuius donacionis munimen hoc scriptum fecimus nostro sigillo firmari. Datum anno Domini M°.C°C.X°C pri mo,quarta feria ante Viti.

[1]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 284. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2154.

Die Stadt Herford bekundet Ueberlassung eines Hofes seitens eines Bürgers an das Kapitel zu Enger. Herford 1291 Juni 15.

Omnibus presentes litteras visuris Hermannus de Brokeldehusen, Amelungus de Groninchusen, scabini, Iohannes de Hagen, Iohannes de Rodewic, Iohannes de Biluelde, Ludolfus dictus Grube, Henricus de Borbeke, Aspelan, Geruasius, Burcardus pistor et Volquinus dictus Cretel, consules Heruordenses, ad noticiam omnium volumus pervenire, quod Arnoldus dictus Suertuegere, Margareta uxor eius, Ricardus et Arnoldus Pelegrimi filii eius, Gertrudis, Cunegundis et Aleydis filie ipsius, nostri oppidani, coram nobis constituti aream in platea pistorum sitam eis communem .. decano et capitulo ecclesie Angarensis pro novem marcis vendiderunt, in manus eorum in meram proprietatem liberaliter resignantes, consensu Arnoldi dicti Suertuegere ad hoc specialiter accedente, qui in eadem area manens promisit pro se et uxore ac liberis suis novem solidos in festo beati Michaelis ipsi ecclesie annis singulis se daturum. Tantum enim solvere consuevit. Testes autem aderant: Volquinus de Linne, Iohannes dictus Gogreue, Henricus de Arnholte, Iohannes dictus Pepersac, Andreas Frese, Lutbertus de Brokeldehusen et quidam alii laici adesse rogati. Nos autem scabini et consules predicti, ut hec condigne in posterum memorie tradantur, presentes litteras super hiis confectas ad peticionem parcium hincinde sigillo nostre universitatis dedimus roboratas. Actum et datum Heruordie, anno Domini M°.C°C. nonagesimo primo, in die beati Viti martyris.

· *Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Johannes und Dionys zu Herford Nr. 28. An plattgeflochtenen weissen Schnüren rundes Stadtsiegel von Herford.*

2155.

Edelherr Simon zur Lippe verkauft mit Zustimmung seiner Gemahlin Adelheid dem Bischof von Osnabrück sein Haus Wisch bei Wiedenbrück. 1291 Juni 24.

Reg. Lipp. Regg. I, 270 Nr. 439.

2156.

Papst Nicolaus IV. theilt dem Bischof (Konrad) von Osnabrück mit, der Subdiakon Johann von Ravensberg, Kanonikus von St. Johann in Osnabrück, habe wegen defectus natalium *schon von Gregor X. Dispens und die Erlaubniss erlangt, die schon von ihm in Besitz genommene Kirche in Bielefeld, mit der Seelsorge verbunden sei, zu behalten, wenn er sich zum Priester weihen lasse; das habe er aber nicht gethan; der Papst beauftragt den Bischof, Johann zu dispensiren und die Erlaubniss zum Besitz der Kirche in Bielefeld zu ertheilen, wenn er sich innerhalb der bestimmten Zeit zum Priester weihen lasse. Orvieto 1291 Juli 1.*

Gedr. UB. V, 791. Ueber Kanonikatsverleihungen an die Grafen Adolf und Gottfried von Waldeck vgl. daselbst Nr. 788 f.

2157.

Adelheid edle Frau zur Lippe, Ritter Iohann von Bega und der Rath der Stadt Blomberg bekunden einen Verkauf seitens der von Collerbeck an Kl. Falkenhagen. Blomberg 1291 Juli 4.

Nos Alheydis nobilis domina Lippensis, Iohannes miles dictus de Beghe necnon consules ac universitas opidi Blomberg tenore presentium publice protestamur, quod Iohannes de Collerbeke senior, Iohannes et Henricus filii sui et alii heredes ipsius legitimi coram nobis bona voluntate et consensu unanimi claustro in Valkenhaghen curiam suam in Creken et indaginis, terciam partem Nygenhagen et Wymannessich similiter partem terciam cum omnibus suis pertinenciis et usufructu iure hereditario perpetuo possidendam, saltem quicquid iuris in curia Brac videbantur habere, que quondam Wernheri Spechtes felicis memorie dicebatur, propter claustri prefati affectum specialem, nichil de hoc amplius moventes, penitus dimiserunt. Huius rei testes: Ludolfus plebanus in Blomberg, Conradus de Billerbeke, Iohannes de Odestorpe, Arnoldus de Stochem, Hermannus de Ludekehosen, Euerhardus de Wysgingen

Wernherus Dicbernere, Iordanus de Hedsinctorpe, Bertoldus Omes et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillis nostris duximus roborandum. Datum Blomberg, anno Domini M°.C°C. nonagesimo primo, in die Odelrici.

Or. im Besitze des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 30. An Pergamentstreifen 1) nur zur Hälfte erhaltenes rundes Siegel der Adelheid von Waldeck, Gemahlin Simon I. zur Lippe, wie Lipp. Reg. II Taf. 22; 2) rundes Siegel Johanns von Bega, im Siegelfelde dreieckiger Schild mit drei Turnierkragen übereinander mit je 5, 4 und 3 Lappen; 3) rundes Siegel der Stadt Blomberg, wie Lipp. Reg. III Taf. 56 Nr. 78 und Westf. Siegel II Taf. 74 Nr. 6. Reg. Lipp. Regg. I, 270 Nr. 440 mit Ortsdeutung.

2158.

Domdechant Hermann von Paderborn fällt auf der Synode einen Rechtsspruch über Litonen und Zinsige. Paderborn 1291 Juli 6.

Nos Hermannus Dei gratia decanus Paderbornensis ecclesie presentibus publice profitemur, quod nobis presidentibus loco venerabilis domini nostri O(ttonis) Paderbornensis episcopi generali synodo in octava beatorum apostolorum Petri et Pauli anno Domini M°.C°C.XC°I°., quesitum in sentencia extitit, si aliqua ecclesia homines habuisset litones aut censuales per triginta annos et amplius absque contradictione vel interruptione aliqua, utrum illa ecclesia homines huiusmodi iure potiori obtinere debeat, vel quid iuris super huiusmodi censeatur. Super quo ita sentenciatum et approbatum ab omnibus extitit, quod ecclesia quelibet in censualibus hominibus huiusmodi obtinendis iure gaudere debeat potiori. Ad cuius facti evidenciam sigillum scolastrie olim nostre, cum adhuc sigillo decanie careamus, presentibus duximus apponendum. Datum Paderborne, anno et die supradictis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Schildesche Nr. 31. An Pergamentstreifen nur ein kleiner ovaler Siegelrest.

2159.

Bischof Otto von Paderborn und das Domkapitel daselbst schenken der Stadt Brakel die Palborg. Paderborn 1291 Juli 13.

Gedr. Asseb. Asseb. UB. I, S. 288. Vgl. Bemerkung zu Nr. 2136.

2160.

Bischof Otto von Paderborn übereignet der Gokirche Güter in Heddinghausen, welche das Kloster von Dietrich von Werne gekauft hat. 1291 Juli 13.

Universis hoc scriptum visuris nos Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus notum facimus et protestamur presentibus publice, quod, cum praepositus, abbatissa et conventus ecclesie sancti Udalrici Paderbornensis curiam sive bona in Hedinghausen, que Thidericus de Werne a nobis in feodo tenuerat, ab eodem emptionis titulo comparassent, de nostra voluntate post liberam resignationem eorundem bonorum ab eodem Thiderico et suis legitimis heredibus in manus nostras factam ob reverentiam Dei et gloriose virginis Marie de consensu capituli nostri proprietatem dictorum bonorum eisdem preposito, abbatisse et conventui contulimus et in his scriptis conferimus perpetuo retinendam. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro et ecclesie nostre sigillis existit roboratum. Et nos decanus et capitulum predicti sigillum nostrum apposuimus in testimonium predictorum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, in die Margarete virginis.

Kopie saec. XVII. im Kgl. St.-A. Münster, Gokirche Nr. 13a. Heddinghausen liegt an der Lippe bei Boke. Vgl. unten zu 1292.

2161.

Hermann von Dassel bekundet Verkauf mehrerer Zehnten an Kl. Brenkhausen. 1291 Juli 22.

Honorabilibus viris dominis Alberto dicto de Amelungessen iuniori et Borchardo dicto de Wicbilde, militibus, Hermannus dictus de Dasle obsequii, quidquid poterit, et honoris. Noveritis me de consilio

ac consensu uxoris mee Adele et filie mee Mechthildis decimam in Wanbike et in aliis villis Bernecen et Sevelde cum minuta decima ac omnibus suis pertinenciis et iuribus pro LXXX marcis examinati argenti religiosis personis domine abbatisse et conventui sanctimonialium in Valle Dei vendidisse, quam vobis in manus vestras ad utilitatem predicti conventus tenore presencium ego Hermannus predictus una cum uxore et filia mea libere resigno et id ipsum me factum li(n)gua et manu publice protestor, cum ad vos michi patebit aditus. In cuius testimonium presens scriptum mei ac avunculi mei H . militis dicti Hegere sigillis tradidi roboratum. Datum anno Domini M°.C°C.XC° primo, die Marie Magdalene.

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Siegel und Befestigung ab. Vergl. Nr. 2163, wo Ortserklärung.

2162.

Äbtissin und Konvent von Kaufungen bekundet die Schlichtung eines Prozesses mit dem Kl. Hardehausen. Kassel 1291 Juli 29.

Nos Luckardis Dei gratia abbatissa et conventus monasterii in Coffungen recognoscimus publice in hiis scriptis, quod omnis materia dissensionis et discordie iam dudum habita et exorta inter nos ex una et religiosos viros abbatem et conventum monasterii in Hirswedehusen ex parte altera super possessionibus sive curia in Louesrode, in Rospach cum suis attinenciis et quatuor mansis in Belichen necnon aliis universis, que sibi abbas et conventus predicti ibidem usurpabant, in hunc modum est amicabiliter conposita et sopita, quod omnibus expensis [1]) factis hinc et inde in lite et extra quitis et mortuis omnibus supradictis abbas et conventus predicti in totum renunciant, si eciam quid iuris ibidem habuerint, et ad ius et ad proprietatem nostre ecclesie in Coffungen recognoscunt omnia supradicta pertinere, sed ex ordinacione provida discretorum eisdem dominis de Hirswedehusen unum mansum in Frankenhusen, quem Conradus dictus Tot colit, et unam aream unius molendini sitam in Sutmeysere eo iure, quo predicta possedimus, damus et relinquimus sine contradictione alicuius perpetuo possidenda. In cuius rei testimonium presentem litteram ipsis dedimus sigillis nostris communitam. Actum et datum Casle, anno Domini M°.C°C.LX°X°X°X°I., dominica proxima post festum beati Iacobi apostoli, presentibus testibus: Reynboldo decano Fritslariensi, Henrico preposito in Nordershusen, magistro Alberto de Wluesangere, magistro Iohanne plebano in Wartberg, Hermanno de Valua, Wigando de Kornewort, militibus, Werhero de Foro, Ludewico Sydensuaz, civibus in Casle et aliis quam pluribus fide dignis. Sigillum eciam burgensium civitatis in Casle presentibus est appensum.

[1]) expensis *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen 285. Drei Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

2163.

Die Grafen Albert und Adolf von Schwalenberg resigniren ihnen aufgelassene Zehnten in die Hände des Bischof Otto von Paderborn. 1291 Juli 30.

Nos A(dolfus) et Al(bertus) fratres comites de Svalenberge protestamur per hoc scriptum, quod decimam in villa Wanbike, Bernescen et Sevelde sitam cum omnibus suis pertinentiis, nichil excipientes, de consensu heredum nostrorum in manus venerabilis domini O(ttonis) Paderbornensis episcopi, a quo eam tenuimus, duximus resignandam et resignamus nobis ab Alberto milite et Hereboldo famulo fratribus de Amelungessen et Borchardo de Wicbilde milite, qui ipsam a nobis decimam tenuerant, heredum suorum consensu medio resignatam. In cuius rei firmitatem presentem litteram nostris sigillis duximus roborandam. Datum anno Domini M°.C°C.X°C primo, feria secunda post dominicam beati Iacobi.

Aus Msc. II, 102 fol. 93 im Kgl. St.-A. Münster. Wahmbeck liegt an der Weser Ö von Helmarshausen; nicht zu verwechseln mit jenem, dem Kl. Abdinghof gehörenden Wanbeck *(Erhard, Reg. 1319 u. 2330, sowie UB. II, 431), welches beim Gute Schwarzenraben unweit Lippstadt lag. Da die Zehnten von* Bernessen *und* Sevelde *vom Paderborner Bischofe zu Lehen gehen, so ist wohl nicht*

zu bezweifeln, dass auch diese beiden Orte zum Bisthum Paderborn gehört haben. Eine Ansiedlung Sevelt *lag dann auch neben Wahmbeck in der Dassel'schen Grafschaft Nienover (Wigand, Archiv IV, S. 377) und dort wird auch* Bernessen *gelegen haben. Ob es der Wereisen (a. a. O. S. 377) genannte Ort ist? (Spancken.)*

2164.

Rathmänner und Schöffen von Kassel bezeugen die Erbeseinsetzung des Kl. Hardehausen durch einen ihrer Mitbürger behufs Stiftung einer Memorie. 1291 Juli 30.

Nos Wer(n)herus de Foro magister scabinorum, Conradus sculthetus dictus de Wimaria ac consules et scabini in Cassele recognoscimus in hiis scriptis publice protestando, quod Hermannus dictus Busina et Cunegundis uxor eius legitima, concives nostri in Cassele, constituti in presencia nostra se et sua, quecumque ultra victum et vestitum de bonis suis observare potuerint, ob remedium animarum suarum religiosis viris domino abbati et conventui monasterii in Herswidehusen liberaliter donaverunt, ipsum monasterium in Herswidehusen in bonis suis mobilibus et inmobilibus, quecumque post mortem superfuerint, heredem instituendo se et sua sub protectione et tuicione dictorum dominorum de Hirswe(de)husen fideliter conmittentes, et ut post obitum ipsorum eorum memoria ibidem peragatur. Ne vero aliquis in posterum dictorum Hermanni et Cunegundis, quod absit, pium propositum valeat vel presumat ausu temerario contraire aut infringere nos Wer(nherus) et scabini ad peticionem dominorum de Hirswedehusen et dictorum coniugum dedimus has nostras litteras sigillo nostre civitatis munitas et testimoniales. Actum et datum feria secunda post festum beati Iacobi apostoli, anno Domini M°.C°C.LXXXX°I.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 286. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Ein angeheftetes unvollendetes gleichzeitiges Koncept sagt: Hec sunt bona Hermanni Busini et Cunegundis: dimidium ortum cum domo ante walvam dictam Tueren; item in Rengotshusen mansum, qui habet servitutem annexam, videlicet XXX denarios et obulos tres et duos pullos; item ibidem tercia pars prati, tercia pars domus et quarta pars curie; item in Aldenritte unum mansum et tres areas in cimiterio et aream domus vacuam et domum cum curia.

2165.

Der Schmied Volpert, Bürger in Homberg, schenkt dem Kl. Hardehausen verschiedene Güter zum Zweck einer Memorienstiftung. 1291 August 5.

Quia ea, que geruntur in tempore, lapsu temporis evanescunt, nisi scripturarum recipiant incrementum, noverint igitur omnes tam presentes quam posteri, quod ego Volpertus faber civis in Hohemberg communicata manu uxoris mee Bertheydis contuli et legavi viris religiosis abbati et conventui in Herswidehusen dimidium mansum situm in Matzheym cum dimidio manso sito in Wamburgehusen, item domum meam, quam inhabito cum (aliis) omnibus rebus meis tam mobilibus quam immobilibus tali conditione prehabita, quod ego cum uxore mea predicta manso, domo et rebus aliis dumtaxat ad dies vite perfruar memoratis. Post decessum autem meum et uxoris mee (dominus) abbas et conventus prenarratus de predictis rebus omnibus disponet libere et absolute, prout ecclesie sue visum (fuerit expedire?). Omnia hec ad honorem Dei et beate Marie matris eius, et ut mei uxorisque sepefate habeatur memoria, contuli et donavi. Cuius facti testes sunt: Thammo advocatus miles, Bruno Minckel, Henricus et (Co . . . .) magistri civium, Wygandus Voszagel, Wygandus Scure(?), Henricus de Rupurgehusen, Henricus de Hebede et (Gobeno?) consules et scabini civitatis Hohemberg et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem presentem litteram dedi sepe dicto conventui sigillo civitatis Hohemberg predicte firmiter roboratam. Anno Domini M°.C°C. nonagesimo primo, die dominica proxima ante festum Laurentii.

Or. (an beiden Seiten stockfleckig) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 287. An Pergamentstreifen Bruchstück vom Siegel der Stadt Homberg.

2166.

Die Äbtissin Irmgard von Herford zwingt einen Ministerialen zur Anerkennung seiner Verpflichtung zur Abgabe des Hergeweddes. 1291 August 9.

Ermengardis Dei gratia abbatissa ecclesie Heruordensis universis presencia visuris salutem et cognoscere veritatem. Noverint universi, quod accedens ad nos Baldwinus dictus de Stenberge famulus peciit, ut quedam bona, videlicet tres mansos in Nigenstene iuxta Sehusen, eo iure, quo pater suus eadem bona ab ecclesia nostra habuerat, sibi conferre seu concedere curaremus. A quo cum nos herwadium ratione dictorum bonorum posceremus, idem B(aldwinus) asseruit se de consuetudine patrie sue ad herwadium aliquod non teneri. Quo audito nos dicto B(aldwino) crastinum presentis diei assignavimus ad faciendum, quod de iure sibi facere deberemus. Quo crastino prefatus B(aldwinus) coram nobis comparens expresse recognovit, quod ratione eorundem bonorum sibi a nobis conferendorum nobis ad herwadium debitum teneretur. Nos vero recognitionem huiusmodi factam ad instanciam nobilium Ottonis comitis de Euerstene marschalci Westphalie et Iohannis de Bilstene dicto B(aldwino) sepe dictum herwadium curavimus indulgere salvo nostro et ecclesie nostre iure et sic prefata bona sibi concessimus iure ministerialium possidenda, recepto iuramento fidelitatis ab eodem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillis dictorum nobilium, qui premissis interfuerunt, presentibus est appensum. Et nos nobiles predicti in recognitionem premissorum sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum et actum anno Domini M°.CC°. nonogesimo primo, in vigilia beati Laurentii, continuata a die precedente.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 84. Von den drei an Pergamentstreifen angehängten Siegeln nur Bruchstück von dem der Äbtissin erhalten. Seehausen wohl an der Weser bei Bremen. Reg. Spilcker, Everstein, UB. Nr. 245 zu 1291.

2167.

Bischof Otto von Paderborn überträgt mehrere ihm von den Grafen von Schwalenberg resignirte Zehnten an Kl. Brenkhausen. 1291 August 27.

In nomine Domini amen. Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris salutem in dominorum Domino Ihesu Christo. Cum sacrarum virginum profectibus intendere teneamur, ut eo fiducialius, que sunt Domini, cogitare valeant, quo gratiosius earum inopia sublevatur, protestamur presentium per tenorem, quod Adolfus et Albertus fratres comites de Sualenberg decimam in villa Wambeke, Berndessen et Sevelde sitam, quam de manu nostra tenuerant, de consensu heredum suorum, ut eisdem decime proprietatem conventui sanctimonialium in Valle Dei conferre dignaremur, in manus nostras unanimiter resignarunt. Nos igitur attendentes, quod decime, que sunt tributa egentium animarum, ad religiosas personas saluberrime transferuntur, de pleno consensu capituli nostri dictam decimam cum proprietate sua ob honorem gloriose virginis Marie dicto conventui in Valle Dei contulimus perpetuo possidendam. In cuius beneficii recognicionem idem conventus nostro thesaurario quolibet anno libram cere in festo beati Martini persolvet. Ut igitur huiusmodi resignacio pariter et collacio perpetuam obtineant firmitatem, presentem litteram nostro nostrique capituli sigillis fecimus consignari. Datum anno Domini M°.CC°.X°C primo, VI°. Kalendas Septembris.

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Von roth und gelben Seidenfäden beide Siegel ab. Gedr. Wigand, Archiv VII, 235 zu 1290. Reg. Schaten ad annum. Vgl. Nr. 2163.

2168.

Graf Otto von Waldeck schenkt mit Zustimmung der Schwalenberger Grafen Zehntantheil an Kl. Hilwartshausen. Münden 1291 September 19.

Nos Dei gracia Otto comes de Waldekke presentibus protestamur, quod de consensu cognatorum nostrorum nobilium comitum de Swalenberch scilicet Adolfi et Alberti quartam partem decime in Dimerde, quam Conradus miles dictus Blesink a nobis in pheodo tenuerat et nobis postmodum resignavit,

domino .. preposito et conventui in Hildewardeshusen contulimus propter Deum, ita sane quod, quandocumque dominus noster archiepiscopus Maguntinus ipsam predicto conventui contulerit iure proprietario possidendam, ad manus eius ius pheodi prefate decime, quod ab ipso tenuimus, in hiis scriptis libere resignamus. Testes huius rei sunt: dominus Theodericus de Mederike, Iohannes de Brokbike milites, Ludolfus de Stokhusen miles, Th(idericus) de Stokhusen et alii fide digni. Datum in Gemunden, anno Domini M°.C°C. nonagesimo primo, XII°I. Kalendas Octobris.

Or. im Kgl. St.-A. Hannover, Kl. Hilwartshausen Nr. 67. Bruchstück vom Siegel des Ausstellers mit Rücksiegel an Pergamentstreifen. Gedr. Böhmer, Elect. jur. civ. III p. 144 Nr. XXXII.

2169.

Zwei Richter beauftragen zwei Pfarrer, den Grafen Otto von Waldeck zu veranlassen, dass er dem Stift Fritzlar wegen eines Zehnten Genugthuung leiste. 1291 September 24.

G. prepositus de Frankenberg et R. plebanus in Hohemberg a iudicibus Maguntinis iudices deputati discretis viris .. plebano in Rycenhayn et viceplebano in Bercheym salutem in Domino. Auctoritate, qua fungimur in hac parte, sub pena suspensionis, quam trium dierum monitione premissa in vos ferimus, si non feceritis hoc mandatum, vobis districte precipiendo mandamus, quatinus nobilem virum dominum Ottonem comitem de Waldekke commonitum habeatis, ut usque ad feriam quartam post festum beati Martini domino decano et capitulo ecclesie Frislariensis decimam in Landesberg cum fructibus inde perceptis restituat, qua ipsos contra iusticiam spoliavit, prout coram nobis, sicut iustum fuerat, declarabant. Alioquin extunc secundum formam mandati nobis directi omittere non possumus nec audemus, quin contra ipsum secundum statuta concilii Moguntini procedamus. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo primo, feria secunda proxima post Mathei.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Stift Fritzlar. Von den zwei an von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen angehängten Siegeln nur kleines Bruchstück des ersten, oberer Theil einer gothischen Verzierung, Umschrift: S. Ge . . . , *erhalten.*

2170.

Burchard (von der Asseburg), Junker in Hinnenburg, bestätigt nochmals den Verkauf der Güter up der missen *in Brakel an Kl. Hardehausen. 1291 September 30.*

. . . Bernhardum de Brakele et Albertum de Amelungessen, Burchardum de Herste et Engelhardum de Abbenhusen, milites, et Albertum et Herboldum de Amelungessen, Hermannum de Calenberg, Bertoldum de Brakele, filium Hermanni militis premortui, Burchardum de Stenheim, Wernerum de Vlechten et Conradum van deme Rode fideiussores constituimus.

Gedr. Asseb. UB. I, 457.

2171.

Bischof Otto von Paderborn tauscht mit Stift Corvey Ministerialien aus; er erhält Berthold, Sohn Bertholds Ritters von der Lippe für die Gattin Johann Marschalls Elisabeth, Tochter Hildegunds. 1291 September 25. (?)

Gedr. Asseb. UB. I S. 258 nach Or. des General-Vikariatsarchivs in Paderborn mit dem unmöglichen Datum: anno Domini M°.C°C. septuagesimo primo, feria sexta ante festum beati Michahelis.

2172.

Ritter Herbold von Amelunxen erklärt an dem von seinem Vater dem Kl. Hardehausen verkauften Dinkelburger Zehnten kein Anrecht zu haben. 1291 Oktober 4.

Nos Herboldus miles de Amelungessen recognoscimus et in hiis scriptis publice protestamur, quod in decima Dynkelborch, quam bone memorie pater noster pro sua legitima necessitate abbati et conventui in Herswedehusen vendidit, a tempore nativitatis nostre nichil iuris habuimus nec aliquid iuris in dicta decima nobis vendicabimus in futuro. In huius rei testimonium presentem paginam

sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum anno Domini M°.C°C. nonogesimo primo, V. feria post festum Michahelis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 289. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

2173.

Ludolf Grope verzichtet zu Gunsten des Kl. Hardehausen auf seine Ansprüche an zwei Hufen bei Geismar. 1291 November 1.

Noverint universi huius scripti tenorem visuri, quod ego Ludolfus dictus Grope cum perspecta rei veritate et discussis eiusdem circumstanciis nichil iuris vel gratie in duobus mansis Geismarie sitis et in uno manso in Germershusen sito michi vendicare valerem, renunciavi et renuncio omni questioni seu actioni, quam ex instinctu quodam super prefatis bonis religiosis viris domino abbati et conventui in Hersuedehusen intendebam movere. Insuper omnes contractus quarumcunque condicionum inter dictos dominum abbatem et conventum, patrem meum et alios presentes meos peractos ratos et gratos habeo et semper habebo, eosdem ratificans per hoc scriptum. In cuius renunciacionis et ratihabicionis perpetuam firmitatem hanc litteram, quia proprium (sigillum) non habui, domini Conradi de Schonenberg et civitatis Geismarie sigillis petii roborari. Nos vero Conradus dominus de Schonenberg et opidum Geismarie predicti consules, scilicet Henricus de Hirse, Conradus Comes, Conradus de Nigenouere, Euerardus Heino, Thidericus de Nate(sungen), ... Euerardi, Conradus Bertheidis, Arnoldus Gerenberti, Thitmarus de Lippoldesberg, Godefridus de Atr(io), Gerardus de Iburg ad utriusque partis rogatum presens scriptum nostris sigillis duximus muniendum. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo primo, in festo omnium sanctorum.

Or. (verletzt) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 290. Siegel v. d. angehängten Pergamentstreifen ab.

2174.

Schöffen und Rathmänner von Herford bekunden Entschädigung einzelner Bürger besonders wegen des Baues des Minoritenklosters. 1291 Dezember 24.

Omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, scabini et consules Hervordenses rei geste noticiam. Actus hominum perimit successio temporum, si quos non corroborarit vox aut stabilitas litterarum. Noscant igitur ex hoc scripto tam presentes quam posteri, quod nos de communi consensu civitatis nostre dedimus concivio de platea pistorum reditus trium solidorum, ut paucitas (i)psorum et defectus domorum, quem sustinuerunt propter claustrum fratrum Minorum, im(p)leatur. Hos autem reditus recipient in hiis locis: de quadam area domini Friderici de Arnholte I denarium solidum, de ortu[1]) Tiderici de Dehem II denarios, de ortu hospitaliorum sancti Iohannis I denarium, Hermannus Kleycamp de quadam turri VI denarios, Albertus de Hederhusen de ortu III denarios, Henricus Kelmunt V denarios, de Lamari, Aleke Antonegesse de Lacunari III denarios, Engelbertus de Gerinctorpe II denarios de horrea, Bernhardus de platea pistorum I denarium de horrea, Ludeke Bodeman I denarium de horrea. In cuius rei testimonium sigillum nostre civitatis duximus ap(p)onendum. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo primo, in vigilia nativitatis Domini.

[1]) *So Or.*

Or. im Stadtarchiv zu Herford. Das Siegel der Altstadt Herford an Pergamentstreifen: Unter dem Thorbogen Schlüssel des Kölner Petrus; dahinter auf einer Kugel ein Kreuz; die beiden Fahnen bedeuten die Herzogsgewalt. Vgl. Westf. Siegel II Taf. 64 Nr. 3.

2175.

Edelherr Simon zur Lippe resignirt einen ihm von Hermann von Bevern aufgelassenen Zehnten uppen Senego *dem Bischof Everhard von Münster mit Zustimmung seiner Gemahlin Adelheid und seiner Kinder Bernard, Hermann, Dietrich und Heinrich. 1291 Dezember 26.*

Gedr. UB. III, 1440.

2176.

Bischof Otto v. Paderborn überträgt Berthold Schuwen die Kastellanei in Borgholz mit Güterbesitz. 1291.

Otto episcopus Paderbornensis cum consensu capituli confert Bertoldo Schuwen ius castellanie in castro Borcholte cum quatuor mansis ab omni iure decimandi liberis sub lege perpetue fidei. 1291.

Nach Repertor des gräfl. Westphalen'schen im Jahre 1848 verbrannten Archivs zu Fürstenberg, wo Original vorhanden gewesen.

2177.

Propst Berthold von Kemnade erkauft zwei Zehnten. 1291.

Notum esse cupio universis presens scriptum visuris ac audituris, quod ego Bertoldus Caminatensis ecclesie prepositus decimas ambarum villarum Birbom sanctimonialibus eiusdem ecclesie Caminatensis ad cenam ipsarum comparavi. Ut autem hoc ratum et inconvulsam permaneat, presens scriptum ipsis mei sigilli munimine contuli roboratum. Actum et datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo primo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kemnade Nr. 14. An Pergamentstreifen Bruchstück des Siegels des Propstes. Ueber Birborn *vgl oben Nr. 2117.*

2178.

Stift Northeim vergleicht sich wegen Güter in Ramwordessen *mit Ritter Hermann Marschall. 1291.*

Nos Thidericus miseratione divina abbas totusque conventus ecclesie Northemensis, ordinis sancti Benedicti, Maguntine dyocesis, tam posteris quam presentibus cupimus esse notum, quod cum Hermanno Marschalco milite pro bonis nostris sitis in Ramwordessen fuimus taliter concordati, quod Hermanno predicto et suis heredibus legitimis[1]) medietatem bonorum predictorum iuxta formam subscriptam commisimus possidendam, ita videlicet, quod Her(mannus) Marschalcus antedictus vel sui heredes nobis et nostre ecclesie decem solidos gravis monete et tres quadrantes pro censu bonorum eorundem annis singulis ad diem sancti Galli exsolvant sub suo periculo Northeym transmittendo et ibidem in claustro nostro nobis vel nostris successoribus presentando. Verum si dominus Hermannus sepe dictus vel sui heredes in huius census solucione a die sancti Galli per annum continuum et integrum deficerent, bona prescripta ipsis commissa ad nos et nostram ecclesiam devolvantur integraliter ipso facto absque omni penitus contradicto. Preterea prefatus dominus Hermannus vel sui heredes dominum abbatem ecclesie nostre vel ipsius vicem gerentem cum suo comitatu bis in anno recipient hospitio pertractando et procurando eosdem decenter et honeste. In evidenciam igitur premissorum sygilla nostra presentibus sunt appensa. Testes sunt: dominus Gyselherus plebanus in Scherue, Fredericus de Istendorp, Herboldus de Meyngodessen, milites, Godeschalcus de Brobeke, Hermannus de Roden et quam plures alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo primo. Ceterum est condictum, quod dominus Hermannus prefatus omni actioni, si qua ipsi competere poterat aut suis heredibus contra ecclesiam nostram modis vel causis quibuscumque, renunciavit integraliter et in toto.

[1]) legititimis *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 530. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Auf dem Rest des einen Streifens hebräische Schrift. Ramwordessen *lag an der Diemel unterhalb Wrexen (Spancken).*

2179.

Ritter Hermann Marschall vergleicht sich wegen der Güter in Ramvordessen *mit dem Abt Dietrich und der Kirche in Northeim; er erhält die Hälfte und hat dafür eine Abgabe von 10 Schillingen drei Quadranten zu entrichten. 1291.*

Gedr. Scheidt, Vom Adel, Mantiss. doc. Nr. 102 (mit dem Irrthum in der Ueberschrift: de Oldershausen). *Zeugen wie in voriger Urk.*

2180.

Beilegung eines Streits zwischen der Northeimer Kirche und Burchard von Ramwordessen. *1291.*

Nos Hermannus Marscalcus, Giso de Brobike, milites, et Hermannus de Kalenberge recognoscimus publice protestando, quod dominus abbas Thiidericus et ecclesia in Northeim pro bonis sitis in Ramwordessen cum Borchardo de Ramwordessen taliter concordarunt, quod Burchardus omni actioni, si qua ipsi vel suis heredibus contra ecclesiam Northeimb modis vel causis quibuscunque competebat, renunciavit integraliter et in toto, et dominus abbas prefatus nomine ecclesie Borchardo antedicto et suis heredibus legitimis medietatem bonorum predictorum iuxta formam supscriptam commisit possidendam, videlicet quod Borchardus predictus vel sui heredes domino abbati et ecclesie Northeimb decem solidos gravis monete et tres quadrantes annis singulis ad diem sancti Galli pro annuo censu bonorum eorundem exsolvat sub ipsorum periculo Northeim transmittendo et ibidem ipsis vel eorum successoribus presentando. Verum si Borchardus vel sui heredes in huius census solutione [1]) a die sancti Galli per annum continuum et integrum forsan deficerent, extunc bona prescripta ipsis commissa ad ecclesiam Northeimb devolverentur ipso facto absque omni penitus contradicto. Preterea Burchardus vel sui heredes dominum abbatem de Northeim vel eius vicem gerentem hospitio recipiet bis in anno pertractando et procurando eosdem decenter et honeste. In evidentiam etiam premissorum sigilla nostra presentibus sunt appensa. Testes sunt: dominus Gislerus plebanus in Scherue, Fredericus de Istendorp, Herboldus de Meingodessen, milites, Godescalcus (de) Brobeke, Hermannus de Rode et quam plures alii fidedigni. Datum anno Domini M.CC.LXXXXI.

[1]) *Kopie* solutionis.

Nach dem Kopialbuch des Blasienstiftes zu Northeim saec. XVII. im Kgl. St.-A. Hannover (III, 168) pag. 196 mit Siegelbeschreibung am Schlusse: Huius privilegii sunt tria sigilla oblonga in carta pergameni impendentia, in cuius primi circumferentia stat scriptum: sigillum Hermanni Marscalci, in medio stat galea habens ab utroque parte cornua cerwina; in 2^{di} circumferentia stat scriptum: s. d. Gisonis militis de Brobeke, in medio stant in modum trianguli tres Vurhaken; in 3^{tii} circumferentia stat scriptum: sigillum Hermanni de Kalenberge, in medio stant due haste coniuncte in modum crateri.

2181.

Edelherr Simon zur Lippe verkauft dem Ritter Bernhard und seinem Sohne Heinrich von Lüdinghausen gen. Wolf eine jährliche Rente. 1291 . . . .

In nomine Domini amen. Simon nobilis dominus de Lippia omnibus in perpetuum. Publice protestamur et notum esse cupimus universis tam presentibus quam f(utur)is, quod (nos) cum consensu domine . . uxoris nostre et heredum nostrorum ac bona (nostra) voluntate accedente honestis viris Bernardo militi et Henrico eius filio de Ludinchusen dictis Wůlp et eorum heredibus rite ac racionabiliter commisimus redditus v(ig)inti duarum marcarum denariorum Lippie legalium iusti feodi titulo perpetuo possi(dendos) et percipiendos divisim duob . . . in festo beate Walburgis undecim marcas et undecim marcas in f(esto) beati Michahelis inmedietate subsequ(enti . . . subscripti et eorum, quicumque pro tempore fuerit, . . . de bonis infra scriptis ad . . . tinentibus terminis predictis singulis annis in perpetuum solv(ere) ten(ean)tur. Ita sane, quod Hermannus de Bel . . . ne ipsum pro toto anno contigente tres marcas, vidua de Hamerbeke . . . marcas, Rutgerus de . . . ius de Quercu quatuor marcas fertone minus, villicus de Helenhorst viginti septem solidos, W(erneru)s de . . . marca)s, Richardis de Alken tres marcas, Iohannes de Gotingen duas marcas et Henricus de Bekeseten . . . (mil)itibus erogabit seu solvet predictis Bernardo, Henrico et eorum heredibus (quot)annis in perpetuum, ut superius est, ex(pre)ssum, (illa tamen?) condicione adiecta, quod nos et nostri heredes legitimi nobis succedentes quolibet . . . (an)no beati Petri ad cathedram . . . predictis Bernardo, Henrico et eorum heredibus

dictos viginti duarum marcarum redditus pro centum et septuaginta octo marcis ... Monasterii legalium et ... h(o)c ipsorum stabimus voluntati reemere possimus contradictione qualibet temp(ore) ... Est ... hoc condictum, quod nos et nostri heredes et officiati in dicta bona seu in cultores eorundem per ... a nobis et nostris heredibus alienata vel alienatos permanere contigerit modo supradicto, nullam penitus exactionem aut ... nomine fieri permittemus, reservato tamen nobis et nostris heredibus iure instit(uendi) et destituendi colonos et coniuges s(uas) ... que omnia faciemus et fieri procurabimus, dummodo prenarratis Bernardo, Heinrico et heredibus eorum in suo iure ac ... de quibus redditus predicti sunt solvendi. Cultoribus ex huius institucione et dest(itucione) coniugiorum sive nupciarum approb ... preiudicium sive dampnum oriatur. In testimonium igitur et robur perpe(tuum) ... premissorum presens scripti ... Bernardo, Henrico et heredibus eorumdem nostri sigilli munimine roboramus. Actum et datum septimo ... (a)nno Domini M°.C°C. nonagesimo primo, presentibus Bernardo dapifero, Alrado dicto Swarte, Stephano ... vic, militibus, Stephano nostro notario, Friderico Wenyc, Friderico de ... de, Bertoldo dicto ... Henrico ... Conrado dicto Swarten et aliis quam pluribus fide dignis et honestis (viris).

Or. (zerstört) im Fürstl. Bentheim'schen Archiv in Rheda, Rheda Nr. 7. Siegel v. Pergamentstreifen ab.

2182.

Hermann, Hildebold und Konrad Grafen von Pyrmont schenken dem Kl. Willebadessen das Obereigenthum ihres von Bernhard von Brakel resignirten Hofes in Edelersen. *1292 Januar 1.*

Nos Hermannus, Hildeboldus et Conradus Dei gratia comites (de) Perremunt tenore presentium recognoscimus et publice protestamur, quod proprietatem curie in Edelersen a domino Bernhardo de Brakele milite et a suis heredibus ad manus nostras resignate dedimus ecclesie in Wilbodessen et veri warandi erimus, dum a nobis fuerit requisitum. Testes huius rei sunt: dominus Alradus abbas in monasterio prope Swalenberg et nobiles viri Adolphus et Albertus comites de Swalenberg[1]), Winandus plebanus in Lude, Ludingerus de Bardeleue, Burchardus de Wicbilde, Henricus Rufus, Lippoldus Holtgreve, milites et alii quam plures. Ut autem hoc factum nostrum permaneat ratum et inconvulsum, presens scriptum eidem ecclesie sigillis nostris et sigillis comitum de Swalenberg predictorum dedimus roboratum. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXX° secundo, in circumcisione Domini.

[1]) et *bis* Swalenberg *fehlt C.*

Aus Willebadessener Kopiar saec. XV./XVI. im Stadtarchiv Dortmund fol. 82 (B); Overhams Collect. 5, 40 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel (C); Reg. Msc. I, 242, 63 im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 191. Ueber Besitz der Pyrmonter in Edelersen (Ellersen) *vgl. auch Harenberg, Hist. Gandersh. p. 1711.*

2183.

Ritter Bernhard Herr in Brakel resignirt den Hof in Edelersen *den Grafen von Pyrmont zur Übergabe an Kl. Willebadessen. 1292 Januar 1.*

Ego Bernhardus miles dominus in Brakele universis presentem litteram visuris recognosco publice et protestor, quod cum consensu et voluntate uxoris mee domine Sophie et heredum meorum videlicet Ottonis, Hermanni et Wernheri curiam in Edelersen per Hermannum de Mengersen et heredes suos ad manus meas resignatam in manus nobilium virorum comitum Hermanni, Hildeboldi et Conradi dominorum de Perremunt cum omnibus suis pertinentiis in silvis, in agris, in aquis et pascuis resignavi sub tali conditione, quod proprietas eiusdem curie a predictis dominis de Perremunt ecclesie in Wilbodessen tribuatur. Presentes erant: dominus Herboldus prepositus in Mersberg, dominus Albertus iunior miles et Albertus et Her(b)oldus famuli de Amelungessen, Wernherus de Wlectene et Iohannes de Nihosen, cives in Brakele et alii quam plures. In harum etiam resignationum testimonium presentem litteram

sigillo meo et sigillis Burchardi de Asseburg et oppidi Brakele feci firmiter roborari. Datum anno Domini M°.C°C.LXXXX° secundo, in circumcisione Domini.

Aus Willebadessener Kopiar saec. XV./XVI. im Stadtarchiv Dortmund fol. 82 (B); Msc. I, 242, 63 im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 191 und Asseb. UB. II, 545 mit Zeugenreihe.

2184.

Papst Nikolaus IV. beauftragt den Bischof (Otto) von Paderborn, den Subdiakon Berthold von Marsberg, Vikar in Brakel, wegen Nichtannahme der Priesterweihe zu dispensiren. Rom 1292 Januar 9.

Gedr. UB. V, 796.

2185.

Bischof Otto von Paderborn söhnt sich mit den Edelherrn von Büren und ihrer Stadt wegen Tödtung der Juden aus und gestattet den Bau einer Kapelle. 1292 Januar 22.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus presentibus protestamur, quod omni actioni, quam habuimus contra nobiles viros dominos de Buren et opidanos ibidem super occisione iudeorum renunciamus indulgentes, ut de oblationibus iam presentibus et adhuc usque ad festum Iohannis Baptiste proximum offerendis ad honorem Dei capellam construant et altare, que nos propriis expensis consecrabimus ab ipsis premoniti ad quindenam. Et quicquid in dictis consecrationibus offeretur, ipsi tollent. Post festum vero Iohannis predictum dicti opidani de oblationibus se nullatenus intromittent. Sed nos terciam partem tollemus, plebanus loci terciam partem accipiet et tercia pars cedet ad luminaria et ad alios usus cappellule memorate. Datum anno Domini M°.C°C.LXXXXII., in die Vincentii martiris.

Or. (etwas verblasst) im Pfarrarchiv zu Büren. Siegel von dem von der Urk. abgeschnittenen Pergamentstreifen abgefallen. Vergl. zu dieser Urk. Schaten ad annum 1337; Spancken in Zeitschr. XLIII, 2, 31 und neuerdings Spanke, Nachr. über die Sakramentskapelle in Büren XLVIII, 2, 192 ff. besonders 194 f.

2186.

Bischof Otto und das Domkapitel von Paderborn kaufen die Freigrafschaft über Dringenberg von den Gebrüdern von Everstein für 36 Mark, welche sie von den Stiftern Gehrden und Willebadessen leihen. 1292 Februar 10.

Nos Dei gratia Otto Paderbornensis ecclesie episcopus, Hermannus decanus totumque capitulum ibidem universis presentia visuris recognoscimus, quod nos in uno concordes consilio comitiam super villam Tringen et alias villas attinentes a Bertoldo canonico ecclesie nostre et suis fratribus Ottone et Friderico nobilibus de Euerstene pro triginta et sex marcis denariorum Paderborne legalium titulo emptionis comparavimus, nobis autem denarios, unde solveremus, plene non habentibus, dicta bona fidelibus nostris prepositis ecclesiarum in Gerdene et Wilbodessen una nobiscum persolvenda statuimus, ita sane, quod dicte ecclesie usufructum de liberis bonis procedentem ad tres annos a festo Michaelis proxime venturo terminandos ad usus suos recipiant, excepta sola Tringen, quam cum suis attinentiis in nostra possessione conservabimus nobis et capitulo nostro specialiter servituram. Horum vero trium annorum spacio terminato dicti fratres de Euerstene, si voluerint, bona predicta nobis vendita pro eisdem denariis, quibus vendiderant, potestatem habent reemendi. Cum autem dicti prepositi pecuniam, unde comitiam solverent, in parato non haberent, quidam ipsorum amici, videlicet Rabbono et Rabbono fratres de Papenhem, Albertus iunior de Amelungessen et Ecbertus dictus Spegel necessitatem eorum intuentes XXIIII marcas eis prestiterunt predicto tempore post III annos persolvendos. Unde nos dictas ecclesias ab omni impedimento eripere cupientes, cum tempus sôlvendi advenerit, scilicet post tres annos predictos milites in restitutione pecunie sue studebimus expedire et hoc in scriptis et sigillis nostris presentibus fideliter stabilimus. Huius rei testes sunt: Albertus nobilis de Sualenberg, Gerhardus de Sunninchosen, Burchardus et Lippoldus fratres de Etlen, Wilhardus de Vernede, Henricus dapifer, milites; Conradus de Etlen, Henricus de Ymmessen, famuli; Ysherus

Lipp. Landesbibliothek

Paruus, Gerhardus monetarius, burgenses et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C.X°CI°I., ipso die Scolastice virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster Fstth. Paderborn Nr. 334. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Gedr. Spilcker, Everstein UB. Nr. 246. Erwähnt und Zeugen Schaten ad annum. Nach Ablauf der vorbehaltenen drei Jahre scheint dem Bischof Otto das ausbedungene Geld gemangelt zu haben, um comitia Tringen *in Besitz zu nehmen; sie fiel wieder in den Besitz des Eversteiners. Im Jahre 1316 März 1 erkaufte Bernhard zur Lippe, Dompropst von Paderborn und Minden (auch späterer Bischof), von den Brüdern Otto und Friedrich, Edlen Junkern von Everstein, für 104 Mark Soester Denare die Grafschaft erblich (Spilcker, Everstein UB. Nr. 316) und schenkte sie zwei Jahre später vermittelst Urk. von 1318 Mai 23 (Spilcker, Everstein UB. Nr. 323) der Paderborner Kirche. Unter demselben Datum bestätigte der damalige Bischof Dietrich von Itter* (sua propria pecunia *sagt die Urk.) diese Schenkung, indem er den lebenslänglichen Genuss derselben dem Dompropste überliess und ihm gestattete, zu Memorien-Stiftungen Einiges zu verwenden und feste Plätze zu errichten (Strunck, Not. crit. 503). Ersteres geschah durch Schenkungen an Kl. Willebadessen 1319 Juni 13 (Kindlinger. Münst. Beitr. III, 238). Durch die im J. 1321 erfolgte Erhebung des Dompropstes zum Bischof von Paderborn vollendete er Obiges, in dem er 1323 Aug. 9 der inzwischen* (quondam *sagt die Urk.) von ihm gegründeten Stadt Dringenberg die Stadtrechte v. Borgentreich gab u. ihre Abgaben bestimmte (Spilcker, Everstein UB. Nr. 340). Vgl. Lindner, Veme S. 156.*

2187.

Graf Otto von Waldeck bekundet Streitschlichtung zwischen Kl. Hardehausen und den Brüdern von Metze. 1292 Februar 19.

Nos Otto comes de Waldege presentium tenore publice protestamur, quod omnis questio (que vertebatur inter religiosos viros) abbatem et conventum de Hersuidehusen ex una parte et Wigandum et Henricum fratres et Basilium sororium eorum ex altera super bonis in villa Metze sitis, que bona Iohannes sacerdos dictus de Metzce (?) premortuus, frater predictorum Wigandi et Henrici memoratorum, abbati et conventui pro anime sue remedio legaverat, taliter est sedata. Dicti Wigandus et Henricus et Basilius acceptis ab eis abbate et conventu . . . marcis et dimidia re(nunciaverunt) . . . Testes aderant: plebanus de Corbeke Iohannes, . . . sacerdotes et . . . plebanus in Godelshem, Ludewicus de Dalwig, Godescalcus . . . et Albertus de Iminchusen, milites, Anselmus de Engere, Conradus . . . Iohannes . . . et alii fide digni. In cuius compositionis robur . . . presens scriptum ad utriusque partis rogatum nostro sigillo fecimus stabiliri. Datum anno Domini M°.C°C.XC°II., XII. Kalendas Marcii.

Or. (die eine Seite jetzt verblasst) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 291. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2188.

Ritter Ludolf Marschall von Warburg verpfändet für eine Schuld von 11 Mark bis zur Abtragung 1/4 *der Mühle in* Ricwordessen *an den Besorger des Weberhauses in Hardehausen. 1292 Februar 24.*

Nos Ludolfus miles Marscalcus dictus de Wartberg, Hermannus, Bernhardus et Goswinus filii nostri recognoscimus per presentes, quod fratri Conrado provisori domus textrine in Hersuidehusen in undecim marcis Wartbergensis monete sumus obligati, in quorum denariorum solutionem eidem fratri C(onrado) quartam partem molendini in Ricwordessen cum pullis eius, censu casorum et aliis pertinenciis nos unanimiter tamdiu assignavimus recipiendam, quousque predicte undecim marce ex integro persolvantur. Ad cuius facti contractum consensus filii nostri Ludolfi canonici Paderbornensis accessit super quo pro nobis et filiis nostris presens scriptum nostro sigillo duximus muniendum. Nos vero fratres predicti omnia superius expressa recognoscimus esse vera. Datum anno Domini M°.C°CX°C secundo, in die beati Mathie apostoli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 293. Siegel und Befestigung aus den Einschnitten verloren. Ricwordessen *lag an der Diemel zwischen Wrexen, Scherfede und Rimbeck. In Urk. von 1420 verpfänden einige Bürger zu Warburg dem Kl. Hardehausen ihren Bauhof* „gelegen in velden un marken to Ricwerdessen un to Scherve“ *und nach dem Grenzrecesse zwischen Paderborn und Waldeck von 1560 September 27 zog sich die Landesgrenze von der Scherfeder Landwehr unterhalb Wrexen zwischen* Remgodessen *(einem bei Wrexen eingegangenen Dorfe) und* Ricwordessen *hindurch. Nach Ausweis des alten Rimbecker Lagerbuchs gehört ein Theil der Wiesen zu* Ricwirsen *nach Rimbeck. (Spancken.)*

2189.

Ritter Giso von Brobike und Frau Rikesze verkaufen zwei Güter bei Nieheim dem Kl. Marienmünster. 1292 Februar 24.

Giso miles de Brocbike[1]) et domina Rikesce uxor eius legitima omnibus hoc scriptum visuris salutem. Recognoscimus et in his scriptis publice protestamur, quod nos de consensu et bona voluntate heredum nostrorum vendidimus duos mansos apud oppidum Nyhem sitos cum omni utilitate, etiam cum omnibus attinentiis . . abbati et conventui ecclesie Monasterii apud Swalenberch perpetuo possidendos. Huic venditioni interfuerunt: Hermannus plebanus in Stenhem, Sifridus viceplebanus in Nyhem, Olricus plebanus in Sandenebike[2]), Herboldus de Amelungessen[3]), Lyppoldus[4]) Holtgrauius, Io(hannes) de Eilwordessen, milites; Geroldus et Hinricus de Ermwordessen[5]), Thidericus de Nedere, famuli et consules oppidi Nyhem universi. In huius venditionis testimonium presentem paginam sigilli nostri munimine nos G(iso) predictus miles de Brocbike duximus roborandam. Datum anno Domini M°. ducentesimo nonagesimo secundo, ipsa die dominica qua cantatur Invocavit me.

[1]) Brockbike *C.* [2]) Sandenebeke *C.* [3]) Amelungesen *C.* [4]) Lippoldus *C.* [5]) milites — Ermwordessen *fehlt bei C.*

Aus Msc. I, 129 fol. 40 (B) und VII, 4512 p. 90 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 191. Vgl. folgende Nr.

2190.

Ritter Giso von Brobike resignirt zwei dem Kl. Marienmünster verkaufte Güter den Grafen von Schwalenberg und letztere überlassen sie dem Kloster. 1292 Februar 24.

Giso miles dictus de Brockbike, domina Rykece[1]) uxor ipsius legitima, Bertoldus filius ipsorum ceterique heredes eorundem omnibus hanc litteram visuris salutem et omne bonum. Recognoscimus in presenti littera et firmiter protestamur, quod nos unanimes vendidimus duos mansos nostros sitos ante opidum Nyhem cum omnibus suis attinentiis in hortis, in pratis, in silvis, in pascuis, in aquis, in montibus et in convallibus conventui in monasterio sancte Marie virginis fundato prope Swalenberg et nichilominus resignavimus ipsos coram dominis de Swalenberg in manus iam dicti conventus temporibus venerabilis viri domini Alradi[2]) abbatis loci eiusdem perpetuo possidendos. Igitur nos Adolfus et Albertus fratres nobiles comites de Swalenberg, quoniam collatio et proprietas predictorum mansorum ad nos pertinuit, hanc venditionem ratificamus et factam firmiter protestamur. Quare prescriptos mansos duos predicto conventui propter Deum et propter salutem animarum nostrarum contulimus, proprietatem ipsorum insuper erogantes in perpetuam possessionem. In cuius rei certitudinem presentem paginam sigillorum nostrorum robore fecimus communiri. Insuper nos consules prefati opidi in Nyhem, Gotfridus de Erenwordessen, Conradus de Hobrahtessen[3]), Siffridus de Emmerike, Conradus de Andope, Iohannes de Merlehosen, Bertoldus carnifex, Iordanus, Hermannus de Bredenborne, Henricus de Aldenberghe, Albertus de Adessen, Henricus Sparenberg, Henricus Eilherinc, quoniam actio venditionis sepe dictorum mansorum coram nobis peracta fuit, ipsam firmiter protestamur et ad petitionem suprascripti militis domini Gysonis[4]) suorumque heredum proprio sigillo carentium presens scriptum nostri sigilli munimine fecimus roborari. Item nos Siffridus viceplebanus in Nyhem, Olricus plebanus in Sandenebeke, dominus Lippoldus Holtgrauius, dominus Iohannes de Eylwordessen, dominus

Hereboldus de Amelungessen, milites; Thydericus de Nedere, Rolandus de Holthosen, Wernherus Sumercalf, Henricus de Erenwordessen, famuli, qui sepe dicte venditioni interfuimus, ipsam factam firmiter protestamur. Data simul et acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo II°., in dominica qua cantatur Invocavit me et ego exaudiam eum.

[1]) Rikesce *C.* [2]) Alardi *C.* [3]) Hobrachtessen *C.* [4]) Gisonis *C.*

Aus Msc. I, 129 fol. 4 (B) und VII, 4512 p. 51 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 192 f., wo Erläuterungen zu Hobrachtessen *(wüst zwischen Bredenborn, Entrup und Sommersell),* Emmerike *wüst SW. Pömbsen;* Andepe *lag, wo jetzt Leiberg, wo noch die Andepper Mühle;* Merlehosen = *Merlsheim bei Pömbsen.*

2191.

Richter, Rathmänner (consules veteres et novi ac prudentiores) *der Stadt Höxter beschliessen, dass für verübten Schaden und Schulden nur der Thäter und Schuldner selbst, nicht seine Angehörigen sollen mit Arrest bestraft werden; zur Verfolgung des Thäters selbst wollen sie den Ihrigen mit allen Mitteln behülflich sein. 1292 März 3.*

Gedr. Wigand, Denkwürdige Beiträge S. 145.

2192.

Bischof Otto von Paderborn bewirkt, dass Heinrich, der Bebauer des von ihm an Kl. Marienfeld verkauften Gutes Frankenfeld in der Pfarrei Neuenkirchen, der das Gut verlassen und die Pacht nicht gezahlt hatte, auf dasselbe verzichtet. Delbrück 1292 April 14.

Zeugen: Iohannes capellanus in Booch, Bernhardus capellanus in Delebruggen, Vulvingus officialis noster in Delebruggen, Heinricus de Ermwordessen famulus noster, Henricus gogravius in Delebruggen, Conradus de Westhouen.

Gedr. UB. III, 1447. Ueber den Verkauf vgl. UB. III, 1381 und oben Nr. 2031.

2193.

Auf eine vom verstorbenen Edelherrn Bernhard zur Lippe von seinem Bruder Hermann ererbte und an Kl. Marienfeld geschenkte Hörige verzichtet Äbtissin Jutta von Freckenhorst, die Ansprüche auf dieselbe erhoben hatte. 1292 April 22.

Gedr. UB. III, 1449. Reg. Lipp. Regg. I, 271 Nr. 442.

2194.

Unter den Verpflichtungen, die Graf Adolf von Nassau vor seiner Wahl Erzbischof Siegfried von Köln gegenüber eingeht, wird auch die Ueberlassung der Vormundschaft von Corvey erwähnt. 1292 April 27.

. . . Item promittimus, quod tutelam monasterii Curbiensis archiepiscopo et ecclesie Coloniensi a domino Rudolfo Romanorum rege commissam innovabimus et confirmabimus eisdem castraque et munitiones ecclesie Curbiensis ab aliis violenter occupata revocabimus et recuperabimus ad ecclesiam Corbiensem de consilio archiepiscopi memorati.

Gedr. Ennen, Wahl Adolfs v. Nassau Nr. 6 und Quellen zur Geschichte der Stadt Köln III, 367. Die obige Stelle steht in letzterer Nr. S. 328. Zur Sache vgl. Busson, Die Wahl Adolfs v. Nassau in Wiener Sitzungsberichte Bd. 114 Heft 1 S. 31 ff. Vgl. unten zu September 13. Von der Urk. König Rudolfs ist nichts bekannt.

2195.

Ritter H. gen. von Herberg resignirt dem Ritter B(erthold) gen. von der Lippe zu Gunsten des Kl. Wennigsen den Zehnten des Dorfs Bönnigsen, den er bei Aufnahme seiner Töchter ins Kloster demselben überlassen hat. Hannover 1292 April 27.

Gedr. Hodenberg, Calenb. UB. VII. (Wennigsen) Nr. 83. Vgl. Nr. 2203 und 2204.

2196.

Bischof Otto von Paderborn bekundet Beilegung eines Zwistes zwischen ihm und Kl. Hardehausen. 1292 Mai 3.

Nos (Otto) Dei gracia Paderburnensis ecclesie episcopus protestamur et recognoscimus per presentes, quod, cum inter nos ex una, abbatem et conventum monasterii in Hersedehusen ex parte altera questio verteretur super quibusdam hominibus videlicet Mecthilde uxore Ottonis dicti Otterscaken, Cunegunde sorore eius, Gertrude uxore Iohannis de E(leren) et sororibus eius et progenie eorundem, nos expediti de statu ipsorum recognoscimus, nos nullum in dictis hominibus ius habere, eosdem dictis dominis abbati et conventui libere dimittentes, nolentes eosdem ab officiatis nostris aliquatenus molestari. In cuius rei testimonium ipsis presens scriptum nostro sigillo dedimus sigillatum. Datum anno Domini M°.C°C.LXXX°X secundo, in invencione sancte crucis, presentibus Henrici thesaurario sancti Petri et Conrado de Herstelle notario nostro, Alberto de Amelungessen, Ecberto dicto Speigel et Rauenone de Papenhem seniore, militibus.

Or. (linke Seite theilweise abgerissen und verblasst) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 294. Siegel und Befestigung ausgerissen. Der Name Eleren *auf der Rückseite.*

2197.

Abt Heinrich von Corvey belehnt den Knappen Friedrich von Hörde und dessen Frau Kunegunde mit dem Amt Mönninghausen und allen übrigen Gütern, welche Ritter Albert von Störmede früher von der Corveyer Kirche zu Lehen getragen hat. Köln (1291) 1292 Mai 5.

Or. im Gräflich Bocholtzschen Archiv zu Alme. Gedr. Wigand in seinem Rechtsgutachten: Sind die ehemaligen Corveyschen Lehne Vitingambt und Ehringhausen Mannlehne oder Weiberlehne? p. 21; Seibertz, UB. III, 1101 zu 1291, wie auch Or. hat; da aber dabei steht: eo tempore, quo rex Adolfus eligebatur, *dessen Wahl am 5. Mai 1292 stattfand, so kann nur 1292 gemeint sein. Vgl. oben p. 14 und 15 und Nr. 1481.*

2198.

Junker Konrad von Pyrmont verspricht Resignation eines halben Zehnten zu Wenge (Weyge) *zu Gunsten des Kapitels in Hameln. 1292 Mai 6.*

Fidem meam ad manus capituli receperunt a me milites et famuli, scilicet Henricus Rufus, Helmicus de Hastenbike, Artmannus de Roden, Henricus Sculthetus, Ar(noldus) de Emberne. Testes et cooperatores huius rei sunt cum predictis: Henricus Hot, Bertrammus Werengisi, Bertoldus de Emberne, Wernherus Hartmanni, Werengisus, Bruno Edeleri, Wernherus Honhof, Machorius, cives Hamelenses, Iohannes Westfal civis de Lude.

Gedr. Meinardus, UB. des Stifts und der Stadt Hameln Nr. 106. Bischof Volquin von Minden gibt 1292 Mai 10 die Erlaubniss zur Erwerbung des halben Zehnten von Junker Konrad. Mindener Zeugen. Gedr. Meinardus a. a. O. Nr. 107.

2199.

Junker Konrad von Pyrmont resignirt dem Bischof Volquin von Minden den halben Zehnten zu Wenge zu Gunsten der Kirche in Hameln. Hameln 1292 (um Mai 6).

Presentibus et cooperantibus: Henrico Ruffo, Helmico de Hastenbike, Ar(t)manno de Roden, militibus; Henrico Sculthetо, Arnoldo de Emberne, famulis; Bertrammo Werengisi, Bertoldo de Emberne, Wernhero Hartmanni, Werengiso, Brunone Edeleri, Henrico Hoter, Wernhero Honhof, Machorio, civibus Hamelensibus, Iohanne dicto Westfal cive de Lude et aliis clericis et laycis fide dignis. Anno Domini M°.C°C.LXXXX°II°.

Gedr. Meinardus, UB. des Stifts und der Stadt Hameln Nr. 109 zu 1292.

2200.

Ritter Bernhard von Brakel und die von Amelunxen übertragen vor Richter und Rathmännern zu Brakel ihr Recht an der Kurie Wimelsen *dem Kl. Brenkhausen. 1292 Mai 21.*

Presentes erant: Burchardus de Herste, Bertoldus de Brakel, Hermannus de Mengersen, dicti vero consules: Bertramus iudex, Willehelmus de Wimelinctorp, Bertoldus de Erenwordessen, Conradus de Erklen, Albertus Volquini, Henricus de Valehosen, Henricus de Volkersen, Everhardus de Voltessen, Henricus de Hemenhosen, Sigehardus Ruffus, Alexander Ruffus, Gerhardus de Herse, Bernhardus de Embrike. Datum anno Domini M°.C°C.XC°. secundo, feria quarta ante Urbani.

Or. im Stadtarchiv zu Brakel. An Pergamentstreifen verletzt 1) das runde Siegel Bernhards v. B. Schild und Helm; 2) rundes Amelunxensches Siegel, Umschrift ab, dreieckiges Schild, schraffirt, mit zwei mit Feh belegten Pfählen; 3) rundes Siegel der Stadt Brakel. (Das ältere Stadtsiegel, während das neuere erst an Urk. von 1312 vorkommt; von letzterem ist der Messingstempel noch vorhanden.) Vgl. Westf. Siegel II Taf. 67 Nr. 4. Gedr. Wigand, Corveyer Güterbesitz S. 218.

2201.

Die beiden Günther und Friedrich in Salza bekunden Verkauf von Gütern in Barstorf. 1292 Mai 25/31.

Nos Guntherus et Fredericus fratres in Salza recognoscimus presentibus et protestamur, quod Cunradus[1]) de Barsdorf et Hedewygis[2]) mater eius vendiderunt unum mansum in ipsa villa Heynrico[3]) eiusdem ville congnominis[4]) et Beatrisse matri ipsius et ipsum mansum resignaverunt coram nobis de consensu uxoris eiusdem ac omnium heredum Cunradi[1]) predicti. Renunciaverunt eciam omni actioni coram nobis, si quidquam eis de eisdem bonis cedere posset vel deberet de iure sive ex facto. Testes huius abrenunciationis sunt: Gernodus de Wigeleybin[5]), Christianus dictus Murro, Hermannus de novo foro, Gysillerus[6]) Crunel, Cunradus[1]) Vulpes, milites, nostri castellani et filii quam plures fide digni. In huius certitudinem presentem litteram dedimus nostro sigillo[7]) signatam. Datum anno Domini M°.C°C.XC°II., in septimana penthecostes.

[1]) Conr. *C.* [2]) Hedewigis *C.* [3]) Henr. [4]) congn. [5]) Wigellebin *C.* [6]) Gis. *C.* [7]) nostri sigilli *Abschr., vielleicht fehlt* munimine.

Aus Bericher Kopiar I fol. 9 (B), II. fol. 8 (C) im Fürstl. Waldeck. Archiv in Arolsen.

2202.

Lehnsrevers des Knappen Friedrich von Hörde über die von Abt Heinrich von Corvey ihm ertheilte Belehnung mit dem (Vitings)Amt zu Mönninghausen und allen Gütern, die Ritter Albert von Störmede vom Stift Corvey zu Lehn trug. Köln 1292 Mai 27.

Gedr. Falke, Cod. trad. Corb. p. 315; (Wigand) Sind die ehemaligen Corveyschen Lehne Vitingamt und Ehringhausen Mannlehne oder Weiberlehne? S. 23. Wilmans erklärt aus verschiedenen Gründen diesen Revers (den einzigen, der ihm aus jener Zeit bekannt geworden) oben im Exkurs zu Nr. 18 unbedingt für eine Falkesche Fälschung, während Wigand (entgegen dem ersten Richter in dem bekannten Process) die Echtheit behauptet. Ueber einen gefälschten Revers vgl. Asseb. UB. I, 170.

2203.

Berthold von der Lippe resignirt mit Zustimmung seiner Söhne Berthold, Werner und Konrad dem Bischof Volquin von Minden im Beisein der Grafen Adolf und Albert von Schwalenberg zu Gunsten des Kl. Wennigsen seine Lehnrechte an Zehnten im Dorf Bönnigsen, welche er dem Kloster verkauft hat. Nieheim 1292 Mai 28.

Gedr. Hodenberg, Calenb. UB. VII (Wennigsen) Nr. 84.

2204.

Die Grafen Adolph und Albert von Schwalenberg bekunden, dass Ritter Berthold von der Lippe zum Behufe ihres Bruders, Bischofs Volquin von Minden, seines Lehnsherrn, den Zehnten in Bönnigsen resignirt hat. Nieheim 1292 Mai 28.

Gedr. Hodenberg, Calenb. UB. VII (Wennigsen) Nr. 85.

2205.

Konrad und Hermann von Alykendorp, Geismarer Bürger, verzichten auf alle ihre Rechte an einen Hof in Nordgeismar zu Gunsten des Kl. Helmarshausen. Geismar 1292 Mai 31.

Nos Conradus dictus de Alykendorp filius quondam Bertoldi de Alykendorp militis et Hermannus de Alykendorp filius quondam Conradi de Alykendorp, cives Geismarienses, tenore presentium recongnoscimus publice protestantes, nos omni actioni sive iuri, quod in curia sita in Nortgeysmare et omnibus pertinentiis suis, quam quondam Bertoldus de Alykendorp miles predictus cum Gysla uxore sua possedit, habuimus vel habere videbamur, renunciasse libere et solute et sincerum consensum ad hoc prebere et de nostra esse plenius voluntate, ut dominus . . abbas et conventus in Helwardeshusen predictam curiam cum pertinentiis suis predictis perpetuo possideant pacifice et quiete. In cuius rei evidentiam presens scriptum sigillo civium opidi Geysmariensis, quia propriis sigillis caremus, petivimus et obtinuimus communiri. Nos quoque Arnoldus de Nitelbike et Heyno de Notfelde, Theodericus de Vorste, Theodericus de Stroworde, Gerewicus Rufus, Iohannes de Scerue, Conradus de Wittenburg, Iohannes de Vorste, Theodericus de Scatothen, Bertoldus de Beverbike, Gerbodo et Henricus de Nortfelde, consules opidi Geysmariensis, pro petitione domini . . abbatis, conventus, Conradi et Hermanni predictorum sigillum civium et universitatis opidi Geysmariensis et in premissorum evidentiam presenti pagine duximus apponendum. Huius eciam rei testes sunt: Drutlevus et Henricus Drutlevi, famuli; Henricus de Herse et Conradus dictus Comes, cives Geysmarienses et alii quam plures fide digni. Datum Geysmarie, anno Domini M°.C°C.LXX°XX secundo, pridie Kalendas Iunii.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg. Siegel vom abhängenden Pergamentstreifen abgefallen. Vgl. oben Nr. 1952.

2206.

Richter und Rathmänner von Marsberg urkunden über Beilegung eines Zwistes zwischen Hesselin von Sudheim und dem Kl. Willebadessen. 1292 Juni 5.

Nos iudex consules ceterique burgenses opidi Mersberch recognoscimus et protestamur per presentes, quod Hesselinus de Suthem et sui veri heredes ad amicabilem compositionem cum domino . . Arnoldo preposito et conventui ecclesie in Wilbodessin sic convenit: Cessantes coram nobis ammodo causare super villicacionem in Suthem et omni causa discordie, que inter ipsum Hesselinum et suos heredes[1]) ex una parte et dictum dominum prepositum et conventum ex parte altera vertebatur, integre renunciabant. Testes super hiis aderant: dominus Io(hannes) de Lippia presbiter, dominus Ludolfus de Harhusen miles, Iohannes Stephani proconsul, Bertoldus Natan, Iohannes de Bilencusen, Bertoldus de Langele, Hermannus Monetarii iunior, Th(eodericus) de Odenhusen, Wernherus dictus Rodeman, Hermannus de Huxaria, Wesselus filius Gerhardi, Wernherus filius Alexandri, Lambertus dictus Speleman et Conradus Hauesalde, consules Montis Martis, item Henricus de Capella, Gerlacus de Cleinenberch et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium sigillum nostri opidi ad peticionem parcium utrorumque presentibus dignum duximus apponendum. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo secundo, in die beati Bonifacii.

[1]) heredos *Or.*

Or. im Besitz des Freiherrn von Wrede zu Willebadessen; Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Sudheim bei Lichtenau, wo das Kloster noch saec. XVI. Besitzungen hatte. (Spancken.)

2207.

Ritter Gyso v. Brobike verkauft an Abt und Kl. Bredelar seinen Hof in Kirchelern. *Marsberg 1292 Juni 29.*

Universis hanc litteram visuris vel audituris Gyso miles dictus de Brocbike iusticie tenaciter inherere et veritati semper testimonium perhibere. A prudentibus noscitur introductum, ut ea, que a mortalibus transitorie et temporaliter aguntur, litteris, sigillis et testibus perhennentur. Noverint igitur cuncti fideles tam futuri quam presentes, quod ego de bona voluntate domine Rykeze uxoris mee

filiorum quoque meorum Gysonis. Bertoldi, Iohannis, Conradi, Godescalci, filiarum quoque mearum et omnium heredum sive coheredum meorum pleno de consensu curiam meam in villa Eleren, in qua est ecclesia, situatam cum omnibus pertinenciis suis, agris videlicet cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, viis, aquis aquarumque decursibus, religiosis viris domino Conrado abbati et conventui de Breydelar Cysterciensis ordinis, vendidi pro quinquaginta quinque marcis legalis monete, pecunie numerate, perpetuo possidendam, renuncians omni actioni iuris sive facti, qua ego et heredes mei in posterum uti in contrarium possemus. Et nichilominus ego et mei heredes predictis . . abbati et conventui de eadem curia plenam et veram prestabimus warandiam. Ne vero super venditione iam dicte curie alicuius discordie seu questionis scrupulus in futurum valeat suboriri, nos liberi sive heredes prenominati supradictam venditionem unanimi consensu approbantes presens scriptum domini Gysonis nostri patris sigillo consensimus roborari, cui etiam ad maiorem facti evidentiam sigillum burgensium Montis Martis est appensum. Acta sunt hec in Monte predicto, in die beatorum apostolorum Petri et Pauli, anno Domini M°.C°C. nonagesimo secundo. Huius vendicionis testes sunt: honorabilis vir Herboldus prepositus ecclesie Montis Martis, cuius etiam sigillum ad cerciorem predictorum cerciorationem presentibus est annexum, item Godescalcus miles dictus de Brocbike et frater suus Iohannes militaris, Iohannes magister consulum Montis Martis et Stephanus frater ipsius, Bertoldus Nathan, Bertoldus de Huxaria et filii sui Hermannus et Conradus, Hartmannus de Clenenberg, Reymboldus de domo monachorum, Lambertus dictus Ioculator, Hermannus monetarius, Hermannus de Esbike et filius ipsius Iohannes, Albertus et Gerbodo de Mulenhusen fratres, Iohannes de Byllynchusen et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Dalheim Nr. 58. An Pergamentstreifen 1) in grünem Wachs gut erhalten dreieckiges Siegel des G. v. B.; 2) in weissem rundes Siegel der Stadt Marsberg; 3) rundes des Propstes.

2208.

Abt Johann von Helmarshausen gibt Höfe in Buckenhusen *zum Kapellenbau. 1292 August 1.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Iohannes Dei gratia Helmwardeshusensis ecclesie abbas omnibus in perpetuum. Cum terrarum status hostium insultibus maligno spiritu machinante, pace pessumdata penitus ubilibet et contrita rapinis et incendiis adeo devastetur, ut filii pacifici freta[1]) pace iam minime valeant inveniri, quapropter nos abbas totusque conventus nostre ecclesie in Helmwardeshusen propter pacis reclinatorium nostre ecclesie pertinentibus hominibus ac aliis in villa Buckenhusen residentibus damus duas curtes in prefata villa super easdem ad construendam capellam ab omni censu liberas et exemptas salvo tamen nostro proventu ecclesie earundem curtium pertinenti ex bonis aliis quolibet annotenus refundendo. Anno Domini M°.C°C.X°CII., datum ipsa[1]) Kalendas Augusti.

[1]) *So das Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Hannover, Kl. Fredelsloh Nr. 64 mit sehr beschädigtem Abtssiegel am Pergamentstreifen. Ein Dorf Buckenhusen *lag an der Emmer und Niese beim Steinheimer Stadtforste zwischen Steinheim und Blomberg. (Spancken.)*

2209.

Rathmänner der Stadt Paderborn urkunden über Verkauf von Gütern in Ditmarsen an Kl. Willebadessen. Paderborn 1292 August 4.

Universis hoc scriptum v(isuris nos Ishe)rus de Oldendorp et Hermannus dictus Dockenere, magistri consulum, Gerlacus monetarius, Henricus de Rikenowe, Albero Isheri, Hermannus de Stenhem, Volmarus) de Soltkothen, Rolant, Henricus de Grafhem, Henricus Everberni, Bolleke, Hermannus de Stidenen, Gotfridus Pust, Iohannes Gyr, Conradus de Bekene, Borghardus de Renthen, Bertoldus dictus Bergmeger et Bertoldus de Zestinchusen, consules civitatis Paderbornensis, notum facimus publice protestantes, quod Henricus dictus Endehachte concivis noster, Hildebrandus comes civitatis nostre ac Arnoldus vicarius Paderbornensis ecclesie, filii eiusdem Henrici, coram nobis constituti recognoverunt

profitentes voce libera, quod ipsi bona sua sita in Thitmannesen cum omnibus utilitatibus suis videlicet agris, campis, paschuis, pratis, silvis, aquis, viis et inviis universisque pertinenciis . . preposito, . . priorisse conventuique in Wilbodesen vendiderunt necnon tytulo pignoris obligaverunt pro viginti marcis denariorum Paderborne legalium. Promittentes insuper Henricus, Hildebrandus et Arnoldus prefati et Arnoldus de Oldendorp concivis noster una cum ipsis fide prestita, quod, quandocumque . . prepositus, . . priorissa et conventus predicti proprietatem dictorum bonorum in Thidmannesen obtinere poterunt a . . dominis pheodi eorundem, quod Henricus, Hildebrandus et Arnoldus sepe dicti debeant et velint eadem bona coram dominis huiusmodi pheodi libere ac unanimiter absque contradictione aliqua resignare. In cuius rei testimonium presentibus eciam Iohanne de Scherue, Hermanno Ermfridi et Hogero, concivibus nostris, hoc scriptum ad petitionem premissarum personarum contractus huiusmodi sigillo civitatis nostre decrevimus et fecimus communiri. Actum et datum Paderborne, anno Domini M°.C°C. nonagesimo secundo, pridie Nonas Augusti.

Or. (zum Theil erloschen) im Besitz des Freiherrn von Wrede zu Willebadessen. Siegel vom anhängenden Pergamentstreifen ab. Thitmanessen *jetzt Ditmarsen, auch Deppenhöfe genannt, liegt in Pfarrei Löwen. Vgl. Ztschr. XXXVII, 2, 168.*

2210.

Graf Otto von Waldeck bekundet Zehntschenkung in Holthausen an Kl. Netze. 1292 August 20.

Nos Otto comes de Waltecke tenore presencium recognoscimus publice protestando, quod Godescalcus miles dictus de Mulhusen voluntate et assensu accedente filii sui Godescalci et aliorum heredum suorum pro remedio anime sue dedit decimam suam in Holthusen cum omnibus suis pertinenciis et dimidium mansum in iam dicta villa ecclesie in Necze libere et perpetuo possidendam, ut ipsius memoria in dicta ecclesia perhenniter peragatur. In cuius rei evidenciam et firmius testimonium presentem paginam ex petitione partium duximus roborandam. Datum et actum anno Domini M°.C°C. nonagesimo II°., XIII. Kalendas Septembris.

Or. im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen verletztes rundes Siegel des Grafen Otto v. W.

2211.

Der römische König erwähnt unter den Versprechungen, die er dem Erzbischof Siegfried bei seiner Wahl gemacht hat, auch die Vormundschaft von Corvey. Köln 1292 September 13.

. . . Item quascumque litteras bone memorie dominus Rodolphus Romanorum rex predecessor noster concessit ipsi archiepiscopo et ecclesie sue super tutela monasterii Corbeiensis ratas habemus atque firmas ipsasque confirmamus et innovamus litteras per presentes.

Gedr. Ennen, Quellen zur Geschichte der Stadt Köln III, 372. Vgl. oben zu 1292 April 27 Nr. 2194.

2212.

Erzbischof Gerhard von Mainz bekundet, dass Bischof Otto von Paderborn sich auf dem Provinzialkonzil über Wegnahme des Amtes in Hammenstedt beklagt habe und befiehlt dem Propst von Eimbeck, den Edlen von Plesse zur Rückgabe jenes Amtes anzuhalten. Aschaffenburg 1292 September 16.

Gerhardus Dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, discretis viris . . preposito et decano ecclesie in Embeke in Domino salutem. Conquestus est venerabilis frater Paderbornensis ecclesie episcopus, quod, cum villicatio in Hammenstede ecclesie Paderbornensi pertinens ab antiquo per arbitros hincinde electos, videlicet nobiles viros Hermannum de Osede et Lodewicum de Rorstorpe ac eorum coarbitros post iuramentum venerabili fratri Symoni quondam Paderbornensi episcopo ab ipsis arbitris delatum et prestitum ipsi domino episcopo fuerit adiudicata et in possessionem eiusdem villicationis ipsum mittendum decreverint et pronunciaverint sententialiter corporalem, Godescalcus nobilis de Plesse ipsum nunc Paderbornensem episcopum et ecclesiam suam eadem villicatione cum suis pertinenciis et iuribus violenter spoliavit, sicut coram nobis

in provinciali concilio secundum statuta concilii Maguntini declaravit, petens sibi super hoc paterna sollicitudine provideri. Quare vobis et cuilibet vestrum in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis, quam in vos et quemlibet vestrum in hiis scriptis ferimus, si non feceritis, quod mandamus, districte precipiendo mandamus, quatinus statim visis presentibus dictum nobilem moneatis, ut infra mensem post vestram monitionem dictam villicationem cum suis pertinenciis et iuribus prefato episcopo et ecclesie Paderbornensi dimittat liberam et solutam, et de fructibus perceptis, vel qui percipi potuerunt, satisfaciat competenter aut medio tempore, scilicet in crastino Dyonisii proximo nunc venturo, coram iudicibus nostris Maguntinis ostendat, quare id facere minime teneatur. Alioquin contra ipsum secundum statuta concilii predicti procedatis et procedi faciatis, prout de iure fuerit procedendam. In hiis exsequendis alter alterum non exspectet. Reddite litteras vestris sigillis sigillatas in testimonium facte executionis diem monitionis nobis nichilominus rescribendo. Datum Aschafenburg, XVI. Kalendas Octobris, anno Domini M°.C°C. nonagisimo secundo.[1]) Facta est hec . . .[2]) in die Cosme et Damiani martyrum, anno Domini prenotato. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa.

[1]) *Von hier an von anderer Hand und blasserer Dinte geschrieben.* [2]) *Ganz erloschen, wohl Rasur.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 335. Zwei Siegel und Befestigung abgefallen. Das Aschaffenburger Provinzialkonzil fand tags vorher statt. Bischof Otto nahm also an demselben Theil, was Schaten ad annum unentschieden lässt. Das Amt Hammenstedt hatte Heinrich II. an Bischof Meinwerk am 23. April 1020 geschenkt. Vgl. Erhard, Regg. 903; gedr. UB. II, 100. Vgl. auch unten zu 1293 Juni 2 Nr. 2250.

2213.

Äbtissin Irmgard u. Kapitel von Heerse bekunden Gütertausch mit Kl. Hardehausen. 1292 September 17.

Irmengardis Dei gratia totumque capitulum Hersensis ecclesie universis hoc scriptum visuris rei geste noticiam cum salute. Presentium tenore publice protestamur, quod nos nostre utilitatem ecclesie attendentes permutationem duorum mansorum cum religiosis viris domino . . abbate et conventu in Hersuitdehusen fecimus in hunc modum. Unum quidem mansum in villa Luithardessen situm, qui quondam villicationi nostre in Horhusen pertinuit, a iure villicationis excipientes dantesque perpetue libertati cum agris, pascuis, aquis et silvis et cum omnibus suis pertinentiis, nichil penitus excludentes, mediante consensu Regelindis, relicte Iohannis militis de Broicbeke, Iohannis, Burchardi et Henrici, filiorum eius, predictis abbati et conventui tradidimus in perpetuum possidendum, transferentes ipsius mansi proprietatem et dominium ad eosdem. Nos vero unum mansum in villa Versede situm cum omni iure suo, proprietate et attinentiis suis quibuscunque in restaurum dicti mansi recepimus perpetuo retinendum. In cuius permutationis munimen presens scriptum nostrorum appensione sigillorum duximus roborandum. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo secundo, quinta feria ante festum beate Mathei apostoli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 294. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Auf der Rückseite von gleichzeitiger Hand: Luytwardessen prope Rozenhusen.

2214.

Gütertausch zwischen Hardehausen und Heerse. 1292 September 18.

Frater R(odolfus) dictus abbas in Hersuedehusen universis hoc scriptum visuris rei geste noticiam cum salute. Presentium tenore publice protestamur, quod nos nostri utilitatem monasterii attendentes permutationem duorum mansorum cum venerabilibus dominabus Irmengarde abbatissa et capitulo Hersensis ecclesie fecimus in hunc modum, unum quidem mansum in villa Versede situm nostro (conventui) pertinentem cum agris, pascuis, aquis et silvis et cum omnibus suis pertinentiis nichil penitus excludentes . . . abbatisse et capitulo tradidimus in perpetuum possidendum transferentes ipsius mansi proprietatem et dominium ad eas(dem). Nos vero unum mansum in villa Liuthardessen sitam, qui quondam villicationi in Horhusen pertinuit, cum omni iure suo, proprietate et libertate suisque attinentiis

quibuscunque mediante consensu domini Regelindis relicte Iohannis militis de Broicbeke, Iohannis, Burchardi et Henrici filiorum eius et aliorum heredum suorum in restaurum dicti mansi a prefatis abbatissa et capitulo recepimus perpetuo retinendum. In cuius permutationis munimen presens scriptum nostri appensione sigilli duximus roborandum. Datum anno Domini M°.C°C.XC°II., quinta feria ante festum beati Mathei apostoli.

Or. (beschädigt) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Neuenheerse Nr. 20. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2215.

Bischof Otto von Paderborn verfügt unter Zustimmung des Domkapitels und der hochstiftischen Vasallen im Gericht, dass die Zehnten vom Tage der Einscheuerung binnen 14 Tagen, Leguminosen ausgenommen, vollständig einzuliefern seien, widrigenfalls die Säumigen den Schaden zu tragen haben. 1292 Oktober 20.

Nos Otto Paderbornensis ecclesie episcopus presentibus protestamur, quod coram nobis presidentibus iudicio in villa Balhorne, quod vogeting vulgariter appellatur, feria secunda post Galli de consensu et communi voluntate capituli nostri et ecclesie nostre ministerialium de iure decimarum est taliter ordinatum et ab omnibus approbatum, quod omnes debent solvere decimas ab illa die, postquam annonam suam in horreo locaverunt, exceptis leguminibus, sicut sunt pisa et vicia, que forte propter disparantiam veris colligi non poterant, ad quatuordecim dies domino decime decimam suam debent totaliter persolvisse, alioquin damnum, si quid post dictam diem solventes incurrerint, ex ipsorum negligentia sustinebunt. Datum anno Domini M°.CC°.LXXXXII., feria secunda post Galli.

Nach Gehrkens Abschr. im Paderborner UB. fol. 82a (Msc. im Stadtarchiv zu Paderborn).

2216.

Johann von Brakel u. Hermann Marschall schenken den in ihre Hände resignirten Stillemannesmorgen dem Kl. Hardehausen. 1292 Oktober 21.

Nos Io(hannes) dictus de Bracle et Hermannus Marschalcus presenti scripto recongnoscimus universis publice protestando, quod Bertoldus dictus Yke constitutus in nostra presentia bono zelo resingnavit nobis omne ius unius iugeris dicti vulgariter Stillemanesmorgen, quod a nobis in pheodo tenuit, promittens cautione fideiussoria pro fratre suo Gerlaco racione ratihabitionis huiusmodi coram nobis. Nos autem Io(hannes) et Her(mannus) predicti ius proprietatis huius iugeris pro remedio anime nostre legamus ecclesie beate Marie virginis in Hersuidehusen perpetuis temporibus libere possidendum. In cuius rei evidenciam presens scriptum sigillo proborum virorum militum de Papenhim petivimus roborari. Testes autem huius facti sunt: Echbertus Speigel et Raveno iunior milites, Albertus de Nedhere, Io(hannes) Stolte senior, Iohannes Geruasii, Io(hannes) Stolte iunior et alii plures viri ydonei et fide[1]) dingni. Datum anno Domini M°.C°C.X°C secundo, in festo undecim millium virginum.

[1]) fede *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 295. Vom Pergamentstreifen Siegel abgefallen. Auf der Rückseite von Hand saec. XV.: Stillemannes in Scherue.

2217.

Bischof Otto von Paderborn schenkt einen von den Brüdern Marschall resignirten Morgen Landes bei Scherfede dem Kl. Hardehausen. 1292 Oktober 23.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus presentibus publice protestamur, quod constituti in nostra presencia Ludolfus et Hermannus dicti Marscalci [1]) fratres, milites, ac eorum legitimi heredes quendam agrum, qui dicitur Stillemannesmorgen situm in Ostuelde apud Scherue in manus nostras libere resignarunt, quem[2]) agrum Bertoldus dictus Ike in manus dictorum militum iam antea resignarat. Cuius agri proprietatem viris religiosis .. abbati et conventui monasterii[3]) in Hersuedehusen[4]) presentibus donamus per-

petuo retinendam[5]), dantes eisdem has litteras nostro sigillo sigillatas in testimonium super eo. Datum anno Domini M°.C°C.X°C.I°I., in die beati[6]) Seuerini.

[1]) Marescalci *B.* [2]) *Von* quem *bis* resignarat *fehlt B.* [3]) *Fehlt A.* [4]) Horsedehusen *B.* [5]) possid. *B.* [6]) *Fehlt B.*

Or. in zwei Ausfertigungen (A u. B) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 296. Siegel an beiden vom Pergamentstreifen abgefallen. Auf Rückseite von A wird von Hand saec. XVI. das Gut Ober-Stillemannes *genannt.*

2218.

Der Konvent des Stifts auf dem Berge bei Herford ertheilt dem Ritter Heinrich Gogreve die Theilnahme an allen guten Werken. Berg bei Herford 1292 Oktober 28.

Nos conventus ecclesie sancte Marie virginis in Monte Heruordensi omnibus Christi fidelibus, quibus presens (scriptum) exhibitum fuerit, salutem in auctore salutis tocius sempiternam. Cum teste sacra pagina sancta et salubris cogitatio sit, exorare pro defunctis, ut a peccatorum vinculis valeant liberari, hinc est, quod nos attendentes devotionem et favorem, quem dominus Henricus miles Gograuius Heruordensis et sui parentes ad nos et ad ecclesiam nostram semper specialiter habuerunt, damus predicto Hinrico militi tam in vita quam in morte, cum omnibus suis parentibus, plenam communionem et participationem omnium bonorum operum, que per nos die noctuque fieri concesserit clementia salvatoris. Insuper statuimus, ut in vigilia beatorum martirum Cosme et Damiani et in die sancto tam in vigiliis quam in missis memoria predictorum singulis annis sollempniter ab omni conventu nostro in nostra ecclesia peragatur. Quod tenore presencium et sigillo conventus nostri publice protestamur. Datum in Monte apud Heruorde, anno Domini M°.C°C.X°C secundo, in die beatorum apostolorum Simonis et Iude.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift auf dem Berge bei Herford Nr. 20. An Pergamentstreifen Bruchstück des Konventssiegels. Auf der Rückseite von Hand saec. XV.: non valet.

2219.

Edelherr Simon zur Lippe bestätigt die Ueberlassung eines Hauses zu Witvelt. *1292 Oktober 28.*

Nos Simon nobilis de Lippia omnibus presens visuris et audituris notum facimus, quod expositionem domus dicte Witvelt, quam Rotgerus de Vendene miles nostro consanguineo domino Conrado comiti de Retberg exposuit, quam domum nos dicto militi pro viginti marcis legalium denariorum exposuimus, ratificamus litteras per presentes, ita ut dictus comes duas marcas de ipsa domo percipiet, unam in festo Michaelis, aliam vero in festo Walburgis, sed cum nos viginti duas marcas persolverimus, predicta domus ad nostros libere cedet usus. In cuius testimonium nostrum sigillum duximus appendendum[1]). Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo secundo, in die apostolorum Symonis et Iude.

[1]) *Or.* appensum.

Or. im Gräfl. Rietberg'schen Archiv im Besitz des Herrn Tenge in Rietberg. An Pergamentstreifen grosses rundes Siegel des Ausstellers, wie Abbildung Lipp. Reg. I Taf. 18. Reg. Lipp. Regg. III, 11 Nr. 1507.

2220.

Die von Dehem vergleichen sich mit dem Stift auf dem Berge bei Herford wegen eines Zehnten. Herford 1292 November 10.

Ne ea, que geruntur in tempore, simul cum tempore a memoria recidant et labantur, solent sub linguis testium et scripturali memoria perhennari. Sciant igitur tam posteri quam presentes, quod Lutbertus miles et Hugo ac Lutbertus fratres, filii Lutberti militis iam nominati dicti de Dehem ab omni impetitione possessionis bonorum in Teningen, pertinentium ecclesie gloriose virginis Marie in Monte extra muros Heruordenses, acceptis XVIII solidis a conventu eiusdem ecclesie, penitus desierunt, asserentes, quod nunquam ammodo aliquam impetitionis molestiam seu gravaminis alicuius occasionem in bona debeant agere memorata. Huic ordinationi testes intererant subnotati: dominus Hermannus Go-

gravius senior, frater ordinis sancti Iohannis hospitalensis, Iohannes de Busche, Iohannes de Oldenheruorde, Henricus Gograuius, Gerhardus de Suninghusen, Fredericus de Arnholte, Hermannus de Heden, milites, Fredericus et Boso fratres de Busche dicti, Rembertus de Rodinghosen, Hermannus Gograuius, Bertoldus Iagehorn, Ludolfus Strunch, famuli, Iohannes de Hagen, Iohannes de Rodewich, Horandus, Ludolfus Pin (?), cives Heruordenses aliique quam plures fide digni. Nos vero consules Heruordenses hincinde rogati in testimonium evidens sigillum nostrum apponi fecimus huic scripto. Datum Heruordie, anno Domini M°.C°C. nonagesimo secundo, in die beati Martini confessoris et pontificis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift auf dem Berge bei Herford Nr. 21. An Pergamentstreifen das plattgedrückte runde Stadtsiegel.

2221.

Die Rathmänner in Geseke urkunden über den Verkauf von Gütern in Störmede und Stockum. 1292 November 30.

Universis presens scriptum visuris et audituris nos Iohannes dictus Pauo[1]) proconsul, Iohannes de Cleye, Hermannus Praez, Arnoldus Gortebrant, Renfridus de Langheneke[2]), Henricus de Caminata, Hermannus de Ratherdinchusen, Hartradus Alwordes, Rotbertus, Rodolfus de Ederdinchusen, Albertus de Eyne, Henricus Screye, Lubertus de Pomerio, Hermannus Ymminch et Helmicus Hunoldingh, consules oppidi Gesike[3]), notum facimus publice protestando, quod Menricus dictus Budel famulus in nostra constitutus presentia recognovit, se et Gerhardum et[4]) Bertoldum fratres suos Hermanno mactatori bona quedam in Stormede et in Stoechem sita pro certa pecunie summa vendidisse, bona ipsa, Gerhardo et Bertoldo fratribus suis predictis astantibus, ipsis bonis et iuri suo in eisdem plene renunciantibus, Hermanno iure conferens feudali promittensque se et suos heredes bona eadem eiusdem Hermanni heredibus iure prefato possidenda perpetuo velle et debere sine difficultate et contradictione qualibet porrigere, prestando ipsis memoratorum bonorum legitimam warandiam. In cuius rei et facti testimonium et firmitatem nos proconsul et consules predicti ad petitionem venditorum et emptorum supradictorum presens scriptum sigillo universitatis nostre duximus consignandam. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, ipso die beati Andree apostoli.

[1]) Pawe *C.* [2]) Langheneken *C.* [3]) Ghesike *C.* [4]) ac *C.*

Aus Msc. VII, 4211 fol. 16v (B) und I, 126 fol. 68v (C) im Kgl. St.-A. Münster.

2222.

Bischof Otto von Paderborn gewährt auf Bitten des Grafen Otto von Ravensberg die Gründung des Stiftes in Bielefeld. Paderborn 1292 Dezember 3.

Nos Otto Dei gracia Paderbornensis episcopus universis hoc scriptum visuris salutem in auctore salutis. Presentibus protestamur, quod, cum dilectus gener noster Otto comes de Rauensbergh cum predilecta consanguinea nostra Hadewige uxore sua et cum Hermanno filio suo preposito Tungrensis ecclesie ad nos sepius accederent cum magno desiderio cordis postulantes, ut ad hoc vellemus nostrum cum consensu capituli nostri consensum et beneplacitum adhibere, ut in opido suo Bileuelde, nostre dyocesis, ad honorem Dei omnipotentis ac sancte genetricis eius virginis Marie divinus cultus augeretur in eo videlicet, quod in ipso loco conventualis ecclesia ordinaretur et per eosdem tamquam per fundatores ex nostro consilio et assensu dotaretur ad fruendam canonicam libertatem tam in se quam in omnibus suis attinentiis, que aliis capitulis nostre dyocesis est concessa, nos igitur attendentes, quod, sicut ex debito pontificalis offitii nostri tenemur divino cultui intendere vigilanter, iustis petentium desideriis annuentes ea, que a nobis petita sunt divino desiderio, de communi consensu capituli nostri licentiavimus, concessimus et concedimus per hoc scriptum, ita tamen, quod, quicquid in eodem capitulo sive conventu de preposito, decano, prelatis atque canonicis ad honorem Dei ac genitricis sue ordinandum fuerit, salubri consilio, loco et tempore oportunis, prout expedire videbitur, statuatur et racio-

nabiliter observetur. Actum et datum Paderborne in capitulo nostro, anno Domini M°.C°C. nonagesimo secundo, tercio Nonas Decembris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift in Bielefeld Nr. 1. An Pergamentstreifen das plattgedrückte Siegel Bischof Ottos mit dem Adler als Sekret.

2223.

Graf Otto von Waldeck schenkt dem Kl. Hardehausen die ihm von den Brüdern von Papenheim aufgelassenen Güter in Sirexen. *1292 Dezember 10.*

Otto comes de Woldegge universis hoc scriptum visuris rei geste noticiam sempiternam. Tenore presencium publice protestamur, quod Conradus et Raueno fratres de Papenhem[1]) bona sua in villa Sirexen sita, que de nobis iure tenent pheodali, religiosis viris abbati et conventui in Herdehusen pro anime sue remedio assignata in manus nostras taliter resignarunt, ut eorundem proprietatem bonorum prefatis abbati et conventui porrigere dignaremur. Nos igitur suorum qualitatem meritorum, quibus apud altissimum adiuvari confidimus, attendentes, ob honorem gloriose virginis Marie dictis abbati et conventui premissa bona cum omnibus attinenciis donavimus perpetuo possidenda eorumqne ius et proprietatem de nostrorum heredum consensu transtulimus ad eosdem. Testes aderant: dominus Rodolphus abbas de Hersuithehusen, fratres Hermannus de Nedere monachus et Hermannus de Osede conversus ibidem, Thomas dictus Bliuar, Iohannes Wiltuleisch et alii fide digni. In cuius donacionis munimen presens scriptum nostro sigillo fecimus roborari. Datum anno Domini M.CC.XCII., IIII. Idus Decembris.

[1]) Pepenhem *Msc.*

Aus Msc. I, 127 fol. 102v im Kgl. St.-A. Münster.

2224.

Ritter Konrad von Papenheim schenkt eine Mühle in Wigeringhausen und zwei Hufen in Messinghausen an Kl. Bredelar für das Seelenheil seiner verstorbenen Gemahlin Adelheid und Tochter Kunigunde und trifft Bestimmungen für sein und seiner Gemahlin Anniversar. 1292 Dezember 14.

. . Testes aderant: domini R(udolfus) de Hersuidehusen et C. de Bredelare abbates, frater C(onradus) de Amelungessen, Gerhardus prior et Hermannus cellerarius in Bredelare, fratres Olricus monachus et Con(radus) magister domus textrine in Hersuidehusen, Ludolfus de Dalewich miles, fratres mei et Ludolfus famulus meus.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 125. An Pergamentstreifen Siegelbruchstück. Gedr. Seibertz, UB. I, 444 nach Kopiar. Im Druck zu korrigiren: S. 544 Z. 11 omnium; *Z. 12* futurorum; *Z. 18* Domino; Breydelare; *Z. 20* Bredelare; *Z. 34* ipsa; *S. 545 Z. 1* dispositione; *Z. 2* permansura; *Z. 3* Bredelare; *Z. 4* cooperabuntur; *Z. 9* inpedimento. *Interessant ist die Schlussbemerkung der Urk.:* In quorum omnium memoriam . . . clipeus meus in ipsius monasterio suspendetur.

2225.

Äbtissin Irmgard von Böddeken bekundet, dass Kl. Hardehausen jährlich auf Fronleichnam von einer in Rimbeck angekauften Hufe einen Schinken zu liefern habe. Böddeken 1292 Dezember 15.

In nomine Domini amen. Ermegardis Dei gratia abbatissa totusque conventus in Budiken universis presens scriptum visuris salutem in omnium salutari. Tenore presentium publice protestamur, quod religiosi viri dominus . . abbas et conventus in Hersuedehusen mansum unum in villa Rinbeke situm cum omnibus suis pertinentiis mediante nostro consensu a Conrado de Ethlen emerunt, quem mansum iure enphiteothico a nobis tenent et longo tempore tenuerunt, de quo manso iidem abbas et conventus nobis singulis annis in cena Domini pernam unam LXXX talenta sive l(ibras) ponderantem solvere et in villa Budiken presentare tenentur. In cuius rei testimonium et debite warandie (munim)en sigillum nostrum

presentibus est appensum. Datum Budiken, anno Domini M°.C°C. nonagesimo (secun)do, feria secunda post Lutie virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 297. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2226.

Abt Rudolf von Hardehausen erkennt die Verpflichtung einer Fleischlieferung jährlich auf Fronleichnam nach Böddeken von einem Hofe in Rimbeck an. 1292 Dezember 22.

Frater R(udolphus) dictus abbas in Hersuedehusen universis hoc scriptum visuris in filio virginis gloriose salutem. Recognoscimus per presentes, quod nos singulis annis in cena Domini venerabilibus dominabus abbatisse et capitulo Budecensi pernam unam pondus octoginta talentorum seu librarum in se continentem de manso in villa Rymbeke sito nomine pensionario solvere et in villa Budeken presentare tenemur. In cuius rei testimonium presens scriptum nostri appensione sigilli duximus roborandum. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo secundo, crastino Thome apostoli, per manum fratris Gerardi de Lemego. Orate pro eo.

Nach dem Böddeker Kopiar fol. LIII im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg. Perna *bedeutet hier wohl mehr als Schinken; wohl Hinterviertel. Das Böddeker Heberegister von 1517 sagt:* „80 pont speckes, genant ein back." *(Spancken.)*

2227.

Heinrich von Brungeresen verkauft Äcker auf dem Helmarshauser Felde an das Kl. Helmarshausen. 1292 Dezember 22.

Noverint universi presentes et futuri, quod ego Heinricus dictus de Brungeresen consentiente uxore mea Iutta et veris heredibus meis Hudone et Mathilda viginti mansos sive iugera in campo Helmwardhusen sitos venerabili domino Iohanni abbati et conventui in Helmwardhusen una cum predictis heredibus meis vendidi libere in perpetuum possidendos, quatuor marcis et tribus solidis gravium et legalium denariorum acceptis ab eisdem. Si vero ab aliquo super predicta emptione vel venditione memorati abbas vel conventus inpugnantur, cum adiutorio eorundem, a quibus etiam predictos mansos[1]) (ego cum ux)ore[2]) mea et heredibus preabitis hereditario iure possedimus, veram warandiam prestabimus, ut tenemur. Adiectum quoque est, ut, si aliquis defectus fuerit in hiis viginti mansis[1]) sepe dictis, nos talem defectum subplebimus ex decem mansis[1]) attinentibus adhuc residuis et alienatis, si nos eosdem pleno iure et iusta sententia contigerit adipisci. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, quia proprio sigillo caremus, protestationem et testimonium super predicta inpetrabimus subscriptorum. Nos Dei gratia Otto Paderburnensis ecclesie episcopus, Iohannes de Eilworsen, Giso de Brobecke, milites et consules in Nihem a sepe dicto Heinrico et suis heredibus inducti et rogati prelibata confirmantes hanc litteram hinc inde conscriptam ad maiorem evidentiam sigillorum nostrorum munimine fecimus communiri. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C.LXXXX secundo, undecima Kalendas Ianuarii.

[1]) sive iugera *von gleichzeitiger Hand übergeschrieben.* [2]) *Loch in der Falte.*

Or. im Kgl. St.-A. Marburg. Siegel von den beiden anhängenden Pergamentstreifen abgefallen. Schluss von Acta *an nachgetragen.*

2228.

Bischof Otto von Paderborn verleiht den Besuchern der Minoritenkirche in Soest Ablässe. 1292.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Minoriten und Dominikaner in Soest Nr. 19. Daselbst Nr. 14 und 16 Ablassbriefe, die Otto als electus et confirmatus *1285 für dieselbe Kirche ausstellte.*

2229.

Urk. des Bischofs Otto von Paderborn über Überlassung von Heddinghausen und Vogelsang an die Gokirche. 1292.

Littere Ottonis episcopi Paderbornensis de proprietate in Heddinchosen et Vogelsangh concessa abbatisse et conventui sancti Odelrici. Anno 1292.

Aus Msc. I, 242 p. 59 Nr. 4 im Kgl. St.-A. Münster. Vgl. hierzu oben Nr. 2160 u. unten zu 1297.

2230.

Abt Heinrich von Corvey überträgt den ihm resignirten Zehnten in Gerdessen *dem Kl. Brenkhausen. 1292.*

In nomine Domini amen. Heinricus Dei gratia Corbeyensis abbas universis hoc scriptum visuris salutem in dominorum Domino Ihesu Christo. Cum sacrarum virginum profectibus intendere teneamur, ut eo fiducialius, que sunt Domini, cogitare valeant, quo gratiosius earum inopia sublevatur, protestamur presentium per tenorem, quod Adolfus et Albertus fratres comites de Svalenberg mansum et decimam in villa Gerdessen sitam, quam de manu nostra tenuerant, de consensu heredum suorum, ut eiusdem decime proprietatem conventui sanctimonialium in Valle Dei, quod antiquo vocabulo dicebatur Berinchosen, conferre dignaremur, in manus nostras resignarunt. Nos igitur attendentes, quod decime, que sunt tributa egentium animarum, ad religiosas personas saluberrime transferuntur, de pleno consensu capituli nostri dictam decimam cum proprietate sua ob honorem gloriose virginis Marie dicto conventui in Valle Dei contulimus possidendam. Ut igitur huiusmodi resignatio pariter et collatio perpetuam obtineant firmitatem, presentem litteram nostro nostrique capituli sigillis fecimus consignari. Testes huius rei sunt: dominus Conradus de Amelungessen, dominus Lyppoldus Hoye, milites, Iohannes de Stammen, Conradus, Bertrammus, Nycolaus fratres de Luchteringen, Arnoldus de Voltessen et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.LXXXX°II°.

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. An ungebleichten Leinenfäden noch an zweiter Stelle Reste weissen Wachses vom Corveyer Kapitelssiegel. Vgl. Nr. 2144.

2231.

Abt Johann von Helmarshausen bestimmt die Feier an gewissen Festtagen. 1292.

Utilis est scripturarum memoria, qua non solum presentibus rerum gestarum sed et futuris seriem sic ostendit, ut nec oblivionis caligine nec malignantis ingenii versutia retractentur. Nos igitur Iohannes Dei gratia abbas monasterii in Helmwardeshusen cupientes a nostris confratribus navititatem beate Marie Dei genitricis et festa beatorum Petri atque Modewaldi, patronorum nostrorum, quadam prerogativa plus solito venerari, de consensu et consilio confratrum nostrorum predictorum statuimus et perpetuo decrevimus observari, ut nativitas ipsius beate virginis una cum octava et infra in missarum solemmiis, hymnis et canticis solemniter sicut et ipsius assumptio peragatur. Singulis quoque mensibus due misse eo modo, quo missa de beata virgine de sabbathi celebratur, una de sancto Petro, alia de santo Modewaldo cantabuntur. Actum anno Domini M.CC. nonagesimo secundo.

Aus Overhams Coll. V p. 218 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

2232.

Berthold Propst von St. Peter und Andreas in Paderborn (Busdorf) bekundet, dass er der Wittwe Bertradis das von ihr anerkannte Recht seiner Kirche auf das von ihr bewohnte Haus überlassen hat. 1292.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 44. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Gedr. Asseb. UB. I, 464.

2233.

Friedrich von Padberg bekundet Streitbeilegung mit Kl. Bredelar wegen Güter in Enemude. *1292.*

Universis hanc litteram visuris vel audituris Fredericus dominus castri in Pathberg de visis et auditis veritati testimonium perhibere. A prudentibus noscitur introductum, ut ea, que a mortalibus temporaliter aguntur, litterarum testimonio perhennentur. Hinc est, quod ego Fredericus predictus omnibus huius pagine inspectoribus in perpetuum notum esse cupio, quod, cum quedam materia dissensionis inter me ex una et religiosos viros dominum videlicet . . abbatem et conventum de Brey-

delar, Cysterciensis ordinis, parte esset ex altera suborta super duabus curiis in Enemude[1]) sitis, quas conabar ostendere, ipsis taliter esse a progenitoribus meis venditas, ut ipsas pro summa quadraginta marcarum denariorum liberam reemendi haberem facultatem, licet predicti abbas et conventus per litteras suas validissimas contrarium probare possent, propter bonum tamen pacis et concordie de concilio amicorum parcium predictarum inter me et ipsos eadem dissensio taliter est sopita, ut curie prelibate ad me et meos heredes redirent predicta summa denariorum ipsis restituta, tali tamen pacto et conditione adiecta, quod omnibus bonis et possessionibus ab omnibus progenitoribus meis ad iam dictam ecclesiam quocumque tytulo emptionis, reemptionis, venditionis, donationis, commutationis vel alterius cuiuscumque alienationis devolutis, sive sint decime, sive curie, sive agri, sive pascua[2]), sive decursus aquarum, sive silve, sive in Esbike sive in Ekesbike, sive supra claustrum, sive infra claustrum, vel ubicumque posite sint vel site, renunciarem omni proprietati et actioni, que de iure vel de facto in ipsis michi conpetere videretur. Quod et feci de pleno consensu uxoris mee domine Lucie, Godescalci fratris mei, Adele sororis mee et omnium aliorum legitimorum coheredum meorum et me fecisse publice protestor in hiis scriptis. Et cum fraus et dolus secundum iura nulli debeant patrocinari super eo, quod predicta bona seu possessiones in hac littera nominatim non exprimuntur, predictis abbati et conventui nullum in posterum debet preiudicium generari, cum ille, qui omnia dixit, nichil videatur excepisse, set omnia inclusisse. Igitur nec ego nec aliquis successorum meorum seu heredum super omnibus premissis ipsis ullam movebimus questionem, set pretactis, que iam pacifice possident, in evum pacifice perfruentur, nemine ipsis aliquod impedimentum generante. Et ut hec omnia rata sint et inconvulsa[3]), presens scriptum super hoc confectum sigillo meo duxi roborandum. Insuper ad maiorem horum evidenciam domini Bertoldi de Buren, domini Heinrici de Ittere nobilium, Alberti de Amelungessen, Ecberti dicti Spegel, Corui[4]) de Papenheym, Stephani et Conradi de Horhusen, militum, sigillorum munimine hoc ipsum scriptum rogatu meo constat esse munitum. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C. nonagesimo secundo. Huius rei testes sunt: dominus Rodolphus abbas de Herswidehusen, Herboldus Montis Martis prepositus, Bertoldus de Brenken miles, Gyselbertus de Otterlare et cognatus suus Godefridus, Iohannes de Keldenchusen, Helmwicus famulus illorum de Horhusen, Gerhardus de Stormbroke, dictus sculthetus et alii quam plures.

[1]) Enemuden *ursprünglich Or.*, n *ist ausradirt.* [2]) paschua *Or.* [3]) inconulsa *Or.* [4]) *Folgt* que *und* fratrum (?) *ausradirt.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 127. An Pergamentstreifen die Siegel 1) spitzovales Friedrichs von Padberg; 2) Bertholds von Büren, wie Westf. Sieg. I Taf. 14 Nr. 6; 3) Heinrichs von Itter; 4) Alberts von Amelunxen, Schild, zwei Pfähle mit Feh belegt; 5) Ekberts Spiegel; 7) Stephans von Horhusen, zwei geschachte Rechtsbalken. Siegel an sechster Stelle ist abgefallen.

2234.

Bischof Otto von Paderborn verkauft mit Genehmigung des Domkapitels eine Rente aus zwei Mühlen bei Borgentreich an Kl. Hardehausen. 1293 Januar 23.

Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus universis hoc scriptum visuris in omnium salvatore salutem. Ad certitudinem presencium et memoriam futurorum recognoscimus per presentes, quod nos de voluntate et consensu capituli nostri religiosis viris .. abbati et conventui in Hersedehusen decem et octo solidorum redditus in duobus molendinis iuxta opidum nostrum Borichintrike sitis, quorum (unum dicitur) molendinum inferius, alterum situm est apud portam, per quam itur versus Dinkelburg villam cum duabis piscinis ibidem iacentibus et attinentiis universis pro triginta marcis examinati argenti in utilitatem nostre ecclesie conversis vendidimus perpetuo possidendos, quorum vero molendinorum et piscinarum ius et proprietatem transtulimus ad eosdem. Igitur ut prefata venditio in suo robore iugiter perseveret, hanc litteram nostro nostrique capituli sigillis fecimus communiri. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo tercio, decimo Kalendas Februarii.

Or. (verblasst) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 337. Siegel und Befestigung fehlen jetzt.

2235.

Bischof Otto von Paderborn bekundet, dass Ritter Ekbert von der Asseburg die bei Brakel gelegenen, up der missen *genannten Güter, die sein Bruder Burchard von Hinnenburg dem Kl. Hardehausen verkauft hat, in seine Hände resignirt und den Verkauf anerkannt hat. 1293 Januar 23.*

.. Testes aderant: Burchardus predictus, Albertus et Albertus de Amelungessen, milites, Conradus noster notarius, Herboldus de Amelungessen, Iohannes, Iohannes et Raueno de Driburg, Iohannes Bercule, Iohannes Rufus, Euerhardus de Mengerssen, Gerardus de Modixen et Iohannes de Bruneswich.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 298. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Gedr. Asseb. UB. I, 465.

2236.

Die erwählte Abtissin Beatrix in Essen tauscht mit Abt Heinrich von Corvey Ministerialen. (1292) 1293 Februar 12.

Nos Beatrix Dei gratia electa in abbatissam ecclesie Asindensis universis presentes litteras inspecturis notum facimus et publice protestamur, quod nos communicato consilio ministerialium et fidelium ecclesie nostre Margaretam uxorem Theoderici de Lachem dicte ecclesie nostre ministerialem ab omni iure et obnoxietate, quibus eidem ecclesie nostre tenebatur, manumittentes absolutam ipsam ad .. abbatem et monasterium Corbeygense per modum commutacionis transtulimus, ut eiusdem abbatis et monasterii Corbeygensis inantea sit ministerialis, recipientes in concambium ab eodem abbate Cristinam filiam Iohannis dicti Palenszgreue nobis et ecclesie nostre predicte iure ministerialium perpetuo mancipandam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, feria quinta ante dominicam Invocavit. In huius autem rei testimonium ac evidenciam pleniorem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno et die predictis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Corvey Nr. 112. Siegel abgefallen.

2237.

Bischof Otto von Paderborn und Edelherr Simon zur Lippe Mitsiegler in Verkaufsurkunde von Gütern in Ostönnen an Kl. Himmelpforten. Lippstadt (1292) 1293 März 1.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Himmelpforten Nr. 44.

2238.

Die von Kalenberg bekunden einen Verkauf von Gütern in Arde *an die Gokirche. 1293 März 5.*

Omnibus hanc litteram visuris nos Iohannes dictus de Kalenberg miles et Hermannus filius noster necnon Hermannus frater noster ac sui filii, videlicet Goswinus, Hermannus, Conradus, Iohannes et Bernhardus et omnes heredes nostri notum facimus et presentibus litteris publice profitemur, quod nos medietatem bonorum quorundam sitorum in villa Arde ad nos communiter pertinentem, reliquam vero medietatem Iohanni et Wilhelmo fratribus dictis Bierkulen attinentem, partem nostram in hiis bonis vendidimus unanimi consensu et voluntate .. preposito, .. abbatisse et conventui ecclesie sancti Odolrici Paderbornensis cum omnibus utilitatibus et pertinenciis ad duodecim annorum spacium a festo kathedre beati Petri nunc habito immediate sequentium ea conditione, quod nos et heredes nostri predicti decursis duodecim annis prenotatis reemere poterimus dicta bona. Set si .. prepositus, .. abbatissa et conventus predicti proprietatem bonorum huiusmodi obtinuerunt a domino pheodi ante annorum evolutionem dictorum duodecim et eadem bona proprietatis tytulo perpetuo possidere, ad hanc proprietatem obtinentiam a domino pheodi nos Iohannes et Hermannus ac nostri filii et heredes prefati eisdem .. preposito .. abbatisse et conventui cooperabimur bona fide ac super bonis prefatis coram quibuslibet sufficientem ipsis prestabimus warandiam, quod presentibus litteris eisdem promittimus fide data. Huius rei testes sunt: Ludolfus Marscalcus canonicus Paderbornensis ecclesie, Hermannus capellanus beate

Brigide, Goswinus Marscalcus, frater Lodewicus et frater Thidericus conversi ac plures alii fide digni. Ad cuius eciam facti maiorem evidenciam nos Iohannes et Hermannus fratres de Kalenberg et Ludolfus Marscalcus prenotati sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum et datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo tercio, feria quinta ante Letare Iherusalem.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Gokirche Nr. 14. An Pergamentstreifen in dunkelgelbem Wachs 1) dreieckiges Siegel Johanns, zwei übers Kreuz gelegte Streitkolben, zwischen denen eine Rose, Umschrift: S. Iohannis Bercule; *2) grösseres dreieckiges ebenso, doch mehr achtstrahliger Stern statt Rose, Umschrift:* S. Hermanni Berkule, *vollständig gleich mit dem Hermanns von Holthausen (Berkule) von 1238; vgl. Westf. Sieg. I Taf. 37 Nr. 10; 3) des Domherrn Ludolf Marschall, kleines spitzovales Siegel, Lämmergeier, der einen unter ihm befindlichen Hasen in den Kopf beisst, wie Westf. Sieg. III Taf. 137 Nr. 9.* Arde *(Orde) lag dort, wo jetzt das nach Dörnhagen eingepfarrte Dörfchen Busch liegt; die südlichste Spitze des Kreises Paderborn bei Busch heisst noch Ortfeld. Vgl. Ztschr. XXXVIII, 2, 140. Die von Kalenberg waren bis zum Jahre 1808 Besitzer des Patrimonialgerichts in Busch. (Spancken.)*

2239.

Graf Otto von Everstein, Herr der Burg in Polle, tritt seine Rechte an den Kirchen zu Wytmar, *Volkmarsen und* Benuilt *dem Kl. Arolsen ab. 1293 März 26.*

Testes: Theodricus de Medrike, Olricus de Escheberg, Gerhardus de Wartberg dictus Scultetus et Conradus suus filius, milites; dominus Bertoldus plebanus veteris oppidi Wartberg, magister Siffridus, Theodricus dictus de Haroldeshusen, sacerdotes, ... Gerhardus et Iohannes fratres dicti Sculteti, Iohannes de Helsen ac consules oppidi Volcmersen . . . Datum anno Domini M°.C°C.XC°II°I., in cena Domini, Iohanne de Bist iudicium in Volcmersen tenente et Arnoldo Rufo proconsulatum.

Gedr. Wigand, Archiv II, 149 f. Vgl. und Korrektur Spilcker, Everstein UB. Nr. 249.

2240.

Erzbischof Giselbert von Bremen gewährt den Besuchern der neuen Marienkirche in Lemgo Ablass. 1293 März 29. (?)

Giselbertus Dei gracia sancte Bremensis ecclesie archiepiscopus universis Christi fidelibus, quibus presentes litere exhibite fuerint, salutem in Domino sempiternam. Licet is — invitamus. Ut igitur ecclesia novi opidi Lemegogensis, Paderbornensis dyocesis, constructa in honorem Dei et gloriose Marie virginis matris eius congruis honoribus frequentetur, nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum apostolorum eius Petri et Pauli confisi suffragiis, omnibus vere penitentibus, qui ad eandem ecclesiam novi oppidi Lemegogensis causa devotionis accesserint ac manum porrexerint adiutricem quadraginta dies et karenam de iniuncta sibi penitentia, dummodo loci diocesani assensus accedat, misericorditer relaxamus. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo tertio, II°II. Kalendas Aprilis.

Or. im Stiftsarchiv zu Lemgo. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Reg. Lipp. Regg. I, 272 Nr. 443a. IIII. Kalendas Aprilis *ist 1293 Ostertag; sollte da nicht* Nonas *zu lesen sein wie unten zu April 2, Ablassbrief des Bischofs von Osnabrück?*

2241.

Bischof Konrad von Osnabrück verleiht den Besuchern der neuen Marienkirche in Lemgo einen vierzigtägigen Ablass. Osnabrück 1293 April 2.

Or. im Stiftsarchiv zu Lemgo. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Reg. Lipp. Regg. I, 272 Nr. 443b. In dorso gleichzeitig: XL dies visit(atoribus) et benef(actoribus) sine karena. *Die Stelle* et karenam *ist im Text radirt. Wörtlich übereinstimmend mit Ablassbrief Giselberts von Bremen.*

2242.

Graf Otto von Everstein, Marschall von Westfalen, entscheidet als Schiedsrichter einen Streit zwischen der Äbtissin Irmgard von Herford und den Bürgern dieser Stadt über die Markenwaldungen. 1293 April 4.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Otto comes de Euersteyne, marschalcus Westphalie, arbitrator sive amicabilis compositor a venerabili patre et domino nostro sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo deputati[1]), notum facimus, quod, cum dissencio sive discordia inter venerabilem dominam Ermegardem abbatissam ecclesie Heruordensis nomine suo et conventus sui ex una parte et . . cives Heruordenses ex altera super quibusdam agris, qui dicuntur waldemene, suborta fuisset, et ipsa domina . . abbatissa graves querimonias coram eodem domino nostro Coloniensi contra eosdem cives pluries detulisset, nos, de mandato eiusdem domini nostri et de consensu dictarum parcium huiusmodi compromisso et arbitrio in nos recepto, dissencionem seu discordiam predictam de consensu et voluntate earundem parcium decidimus arbitrantes et arbitrando pronunciantes in hunc modum, ut, quicunque de dictis civibus de predictis agris aliquid habet vel possidet, de quolibet iurnali, qui vulgariter morgen dicitur, dabit et solvet eidem domine . . abbatisse et eius successoribus in perpetuum in singulis annis in festo beati Michaelis quatuor denarios Heruordenses, quos in curiam ipsius sine contradictione qualibet presentabit. Alioquin die sequenti dabit quatuor solidos eiusdem monete nomine pene; quos si quis solvere neglexerit aut dare contempserit, die ex tunc sequenti tam pro pensione quam pro quatuor solidis nomine pene super hoc arbitratis per eiusdem domine . . abbatisse et dictorum civium nuncios illius pignora capientur contradictione qualibet non obstante. Pronunciamus eciam, ut, quicunque dictos agros tenent vel possident, illos a dicta domina . . abbatissa pro pensione predicta in feodo recipiant eidem fidelitatem iurando dabuntque heredes ipsorum post mortem eorundem herwede, prout in ecclesia Heruordensi hactenus est servatum. Item statuimus et pronunciamus, ut nullus dictorum civium de agris supradictis, qui waldemene dicuntur, qui ad presens culti non sunt nec coli consueverunt, aliquid ex nunc in antea sibi usurpet, vendat aut alienet vel quoquomodo de eis se intromittat sine consensu et voluntate domine . . abbatisse, conventus et ministerialium ecclesie Heruordensis ac . . civium predictorum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Nos vero . . abbatissa, . . conventus et cives Heruordenses predicti in huiusmodi arbitrium et pronunciationem consencientes, et ea, que supradicta et pronunciata sunt, rata habentes, profitemur nos sigilla nostra in testimonium premissorum presentibus litteris appendisse. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tercio, sabbato post diem festum pasche.

[1]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 85. Von den an Pergamentstreifen angehängten vier Siegeln ist nur das dritte, das runde des Konvents, beschädigt erhalten. Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 252 zu 1293.

2243.

Die Söhne des Ritters Raveno von Desenberg verzichten zu Gunsten des Kl. Hardehausen auf all ihre Ansprüche an Güter in Versede. *1293 April 9.*

Noverint universi presentium inspectores, quod nos Raueno, Egbertus et Iohannes filii Rauenonis militis de Desenberg premortui ob honorem gloriose virginis Marie omni iuri, quod in bonis Versede sitis conventui in Hersuitehusen pertinentibus videbamur habere, unanimiter renunciavimus in hiis scriptis. In cuius renunciationis munimen[1]) hoc scriptum Egberti militis patrui nostri et consanguineorum nostrorum militum de Papenhem sigillis, quia sigilla propria non habuimus, rogavimus stabiliri. Datum anno Domini 1293, quinta feria post Quasi modo geniti.

[1]) munimine *Msc.*

Aus Msc. I, 127 f. 97 im Kgl. St.-A. Münster.

2244.

Bischof Konrad von Osnabrück tauscht Ministerialen seines Hochstifts gegen Herfordsche aus. Osnabrück 1293 April 19.

Nos Conradus Dei gracia Osnaburgensis ecclesie episcopus recognoscimus et tenore presencium publice protestamur, quod nos pro Hugone famulo et Elizabet filiis Hermanni famuli dicti Bare, ministerialibus ecclesie Heruordensis, Padeburnensis dyocesis, dedimus in concambio Helenam et Alberen filias Henrici militis dicti Gograuii, ministeriales ecclesie nostre, ut dicti Hugo et Elizabet, heredes Hermanni predicti, remaneant amplius ministeriales ecclesie nostre Osnaburgensis et Helena ac Alberen filie militis predicti maneant ministeriales ecclesie Heruordensis. Presentes fuerunt: honorabilis vir decanus, Matheus dictus Eyfler et Giselbertus de Hembeke, canonici ecclesie sancti Iohannis Osnaburgensis; Hugo dictus Bare, Willikinus de Hege, milites; Euerhardus dictus Bare et Hardike de Horst, famuli; Henricus dictus Hasseke, Volquinus de Gramberg, Liborius de Ripinchoue iunior, cives Osnaburgenses et alii fide digni. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro duximus roborandam. Datum Osenbruge, anno Domini M°.C°C. nonagesimo tercio, feria tercia post dominicam qua cantatur Iubilate Deo omnis terra Alleluia.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 83. Vom Siegel an Pergamentstreifen ist nur ein Bruchstück mit dem Rade als rückwärtigem Sekret erhalten.

2245.

Hermann Spiegel vom Desenberg verkauft dem Abt von Helmarshausen vier Hufen in Körbeke. 1293 April 23.

Ego Hermannus miles dictus Spegel de Desenberg tenore presentium recognosco universis, quod de voluntate Gerhardi et Hermanni filiorum meorum ac de consensu omnium heredum nostrorum honorabili domino abbati et eius ecclesie exempte in Helmwardeshusen vendidi quatuor mansos sitos in Korbike pro viginti marcis gravium denariorum in Wartberg legalium uidelicet tres mansos, qui olim fuerant Hermanni Scultheti de Geysmaria et unum e duobus, quos Siboldus excolit ibidem, cum omnibus usufructibus suis tam in campis quam in silvis libere possidendos, hac tamen [1]) conditione media, quod predictos mansos reemere possum denariis pro eisdem, promittens etiam una cum filiis meis prenotatis domino abbati et ecclesie prelibatis fide corporali in talibus bonis a parte vere hereditatis warandiam plenariam, quam de iure tenemur in omnibus exhibere. Testes huius facti sunt: Ech(bertus) miles frater meus, Raveno ac Raveno fratres et milites de Papenhem, Stefanus Sculthetus et alii plures fide digni. Quod ut ratum et inconvulsum permaneat, presens scriptum sigillo meo et sigiliis predictorum militum dedimus roboratum. Datum anno Domini M°.C°C.XCII°I., in festo beati Georgii martiris.

[1]) cum *Abschr.*

Nach Absch. Falkenheiners in dessen Handschriften Bd. VIII.

2246.

Gebrüder Berkule verkaufen an die Gokirche zu Paderborn Güter in Arde. *Paderborn 1293 April 23.*

Omnibus hanc litteram visuris nos Iohannes et Wilhelmus fratres dicti Berkulen notum facimus, quod nos de consensu Bertoldi fratris nostri, plebani in Wartberch ecclesie sancti Petri, ac aliorum heredum nostrorum medietatem bonorum quorundam sitorum in villa Arde ad nos pertinentem, quorum bonorum reliqua medietas Iohanni militi et Hermanno dictis de Kallenberch fratribus attinet, . . preposito, . . abbatisse et conventui ecclesie sancti Odelrici Paderbornensis cum omnibus suis pertinentiis et iuribus vendidimus a festo penthecostes nunc proximo venturo ad XII annos continue subsequentes, tali cum conditione, quod nos et heredes nostri, predictis XII annis elapsis, reemere poterimus dicta bona. Qui si tunc reemere neglexerimus [1]), extunc iidem . . prepositus, abbatissa et conventus eadem bona proprietatis titulo perpetuo possidebunt, inpignorandi, vendendi seu quocunque modo alienandi

predicta bona habentes liberam facultatem. Promittimus etiam fide data in hiis scriptis, quod coram quibuslibet omni tempore competenti bonorum eorundem sufficientem prestabimus warandiam. In cuius testimonium et robur sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes aderant: Hermannus decanus, Amelungus de Driburch canonicus, Iohannes scolarum rector ecclesie Paderbornensis, Iohannes dictus Pardan, Lutfridus et Kristianus dicti de Ulede et alii quam plures fide digni. In cuius rei maiorem certitudinem nos Hermannus decanus et Amelungus canonicus predicti sigilla nostra ad instantiam partium presentibus etiam duximus apponenda. Actum et datum Paderborne, IX. Kalendas Maii, anno Domini M°.C°C.XCII°I.

[1]) *Or.* neggl.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Gokirche Nr. 15. An Pergamentstreifen 1) in dunklem Wachs das dreieckige Siegel mit den Streitkolben, zwischen denen Rose, Umschrift: Sigillum Iohannis Berculen *(ein anderes wie 1293 März 5); 2) in weissem spitzovales Siegel, stehende Gestalt mit Palmzweig, Siegel des Dechanten Hermann; 3) abgefallen. Vgl. oben Nr. 2238.*

2247.

Bischof Otto von Paderborn gründet das Kollegiatstift in Bielefeld. 1293 Mai 6.

Otto Dei gracia Paderbornensis ecclesie episcopus universis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Cum nichil sit, quod lumine clariore prefulgeat, quam in viro nobili recta fides, et nichil sit, quod ita nequeat occasui subiacere, quam vera religio, nam cum utraque rectorem vite vel luminis respiciant recte et tenebras respuunt et nesciunt defectui subiacere, quam ob rem fidem et devotionem ac religiositatem nobilis viri domini Ottonis comitis in Rauensberg, affinis nostri, devotissime commendantes ex eo, quod, ut religio et divini cultus numinis augeatur, in novo opido Bileuelde dominii sui, districtus nostre dyocesis, collegiatam ecclesiam canonicorum secularium de parrochiali ecclesia eiusdem novi opidi fundare et eandem suis rebus dotare ad honorem omnipotentis Dei et gloriose genitricis eius virginis beate Marie intendit; nos eidem .. comiti cupientes cooperari, quatinus bonorum operum eius efficiamur participes, ut, quemadmodum pia devotione concepit, perficiat et ecclesiam eandem collegiatam de parrochiali fundet et dotet de rebus suis ut dictum est, et de fructibus, proventibus, obventionibus et oblationibus ecclesiarum veteris et novi opidorum in Bileuelde, ita quod huiusmodi fructus, proventus, obventiones et oblationes inter canonicos ipsius ecclesie collegiate dividantur equaliter et distribuantur, eidem nobili viro de consensu et benivola voluntate Thiderici de Bilstene prepositi, Hermanni de Sinninchusen[1]) decani et tocius capituli ecclesie nostre plenam concedimus facultatem, volentes, ut, postquam in dicta ecclesia in opido memorato conventus canonicorum secularium fuerit institutus, eadem ecclesia et persone ipsius ecclesie ac familia eorundem necnon bona eorum mobilia et immobilia omnibus libertatibus et immunitatibus et comodis, quibus ecclesie iure gaudere debent et precipue, quibus ecclesia sancti Petri nostre civitatis Paderbornensis gaudet in personis, rebus et familiis, gaudeat et gaudere debet in perpetuum indiscusse. Item volumus et concedimus, ut, postquam dicta collegiata ecclesia fundata fuerit et persone institute ad eandem, videlicet duodecim vel plures, in ipsa prima institutione et postmodum subsequentibus institutionibus sive provisionibus ius institutionis sive patronatus dictus nobilis vir comes in Rauensberg habeat et idem ius institutionis sive patronatus ipsius domini .. comitis transeat in heredes. Item volumus et concedimus, ut redditus, proventus, obventiones et oblationes omnes ac omnia iura spiritualia et temporalia dicte ecclesie in Bileuelde aput dictos canonicos eiusdem ecclesie integraliter maneant, contributionibus auctoritate dyocesani faciendis necnon procurationibus et omnibus iuribus archidiaconi loci salvis, ita tamen, ut decanus ex eorundem canonicorum electione et nostra sive successorum nostrorum confirmatione canonice ordinetur et ut dictus decanus ad regendam parrochiam ab archidiacono loci curam recipiat animarum et occasione receptionis huiusmodi cure idem decanus tenebitur dicto archidiacono plenam servare obedienciam et ad executionem omnium mandatorum ipsius, sicut

tenebatur sacerdos, qui in omnibus annis retroactis institutus rector extitit seu provisor. Si qui autem huiusmodi concessiones nostras, quas deliberato consilio decrevimus perpetuo valituras, infringere aut temere violare vel eciam maliciose impedire presumpserint, indignationem omnipotentis Dei et beatorum apostolorum eius Petri et Pauli necnon excommunicationis sententiam, quam in tales exnunc ut extunc in hiis scriptis ferimus, se noverint incurrisse. In huius rei testimonium presens scriptum nostro et capituli nostri sigillis extitit sigillatum. Et nos .. prepositus, .. decanus et capitulum predicti in signum consensus nostri sigillum nostrum apponi fecimus huic scripto. Datum anno Domini M°.C°C.X°C tercio, pridie Nonas Maii.

[1]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift in Bielefeld Nr. 3. An rothen Seidenfäden die verblassten Siegel des Bischofs u. des Domkapitels. Gedr. Schaten ad annum; Falke, Cod. trad. Corb. p. 316 ohne Monatsdatum.

2248.

Bischof Otto von Paderborn beauftragt den Propst Hermann von Tongern mit der Installation der neuen Kanoniker in Bielefeld. Salzkotten O. J. (1293) Mai 6.

O(tto) Dei gracia Paderbornensis episcopus dilecto cognato suo H(ermanno) preposito Tungurensi et canonico Paderbornensi debite dilectionis affectum. Presentibus tibi iniungimus et mandamus, ut vice nostra canonicos [1]) Bileveldenses de novo installandos canonice installes ac inducas in canonie possessionem corporalem. Datum Soltkoten, feria secunda in festo pentecostes.

[1]) cenonicos *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift in Bielefeld Nr. 2. An Pergamentstreifen in grünem Wachs das ovale Siegel des Bischofs mit dem Adler als Sekret. Propst Hermann von Tongern war Sohn des Stifters Otto von Ravensberg.

2249.

Äbtissin Irmgard und der Konvent der Kirche zu Herford bekunden, dass ihr Schultheiss und Ministerial Knappe Nikolaus genannt Vridag mit ihrer und seines Sohns Heinrich Zustimmung dem Kl. Loccum ein Haus zu Gross-Varlingen und eine Hufe zu Schessinghausen gegen zwei Hufen zu Herlede überlassen hat. 1293 Mai 21.

Testes sunt: nobilis vir dominus Otto comes de Euerstene, Iohannes de Busche, Iohannes de Aldenheruorde, Fredericus de Arnholte, milites, Iohannes de Rodewik et Gereruas tunc proconsules veteris opidi Heruordinensis.

Gedr. Hodenberg, Calenb. UB. III, 496.

2250.

Bischof Otto von Paderborn belehnt die von Plesse mit der Villikation in Hammenstedt ausschliesslich des Kirchenpatronats. Herstelle 1293 Juni 2.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus notum facimus et presentibus protestamur, quod nobilibus viris Godescalco de Plesse et Godescalco filio eius necnon Henrico cognato eorum villicationem in Hammenstede cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, iure patronatus ecclesie ibidem excepto, in pheodo contulimus perpetuo possidendam, dantes eisdem litteras nostras nostro, nobilium virorum Ludolfi de Dasle, Adolfi et Alberti fratrum de Swalenberg comitum ac Hildebrandi de Uslaria militis sigillis sigillatas in testimonium super eo, presentibus comitibus et milite supradictis, Alberto et Alberto de Amelungessen, Ecberto dicto Spegel, Ravenone de Papenhem, Wernero et Hermanno de Hardenberg, fratribus, Thiderico de Hardenberg, Iohanne de Elwordessen, Frederico de Ystingdorpe, Herboldo de Mengodessen et Reynhero Creveth, militibus; Herboldo de Amelungessen, Bodone de Adelevessen et Hermanno de Stochosen, famulis, ac aliis quam pluribus. Datum Herstelle, anno Domini M°.C°C. nonagesimo tercio, quarto Nonas Iunii.

Or. im Kgl. St.-A. Hannover, Plessesches Archiv. An Pergamentstreifen Siegel des Ausstellers in grünem Wachs und ein Bruchstück des Dasselschen Siegels; ein Siegel vom Pergamentstreifen ab, zwei Siegeleinschnitte. Vgl. Urk. von 1292 September 16 oben Nr. 2212.

2251.

Junker Hildebold von Pyrmont bestätigt einen Zehntenverkauf an Kl. Fredelsloh. Lügde 1293 Juni 23.

Ego domicellus Hildeboldus de Perremunt presentibus litteris profiteor et protestor, quod venditionem proprietatis decime in Bughenhusen, quam frater meus Hermannus ac patruelis meus Conradus domicelli de Perremunt fecerunt ecclesie in Vredesle, gratam habeo penitus atque ratam. Huius autem venditionis testes sunt: Arthurus miles de Breden, Bernardus Canno, Henricus de Elmerinchusen, Conradus de Wenthosen, famuli; Iohannes de Bardessen proconsul, Iohannes Westfalus, Bernardus de Ualle, Henricus Rutenus, Bertrammus Schetto, Borchardus sartor, Arnoldus Fullo, Iohannes faber, Wedekindus, Henricus Swartheman, Hermannus de Ierkesen, Bertrammus Swartheman, opidi Lude consules, Iordanus de Oldendorpe et Winandus de Odestorpe, ibidem cives et quam plures alii fide digni. Ne igitur supradicte ecclesie Vredesle super prehabita venditione et resignatione decime a nobis rite et unanimiter facta ulla in posterum valeat calumpnia suboriri, sigilla prefati fratris mei Hermanni et memorati opidi Lude presentibus sunt appensa. Datum in dicto opido anno Domini M°.C°C.X°CIII., in vigilia beati Iohannis Baptiste.

Or. im Kgl. St.-A. Hannover, Kl. Fredelsloh Nr. 67 mit den beschädigten Siegeln des Ausstellers und der Stadt Lügde an Pergamentstreifen. Gedr. Scheidt, Vom Adel, Mant. doc. S. 536.

2252.

Propst, Prior und Konvent von Willebadessen bekennen, dass sie für das von ihrer Mitschwester Gertrud von Soest erhaltene Geld eine Hufe in Ditmarsen gekauft und dafür ein Jahrgedächtniss ihres Bruders Hermann gestiftet haben. 1293 Juli 1.

Nos Arnoldus prepositus, Gertrudis priorissa totusque conventus monasterii in Wilbodessen notum esse cupimus, quod, cum sorori nostre Gertrude de Sosato summa quindecim marcarum a fratre suo carnali Hermanno Ade debitum exsolventi beate memorie ad usus proprios et necessarios fuisset delegata, iam dicta Gertrudis saluti anime fratris sui providens iam dictam nobis pecuniam integraliter presentavit. Cum qua et aliis denariis appositis mansum unum in Titimannessen ecclesie comparavimus. Qua propter ut eius benivolentie vicem redderemus communiter decrevimus, ut predicti Hermanni anniversarium devote peragamus et de redditibus predicti mansi competens consolacio nostro conventui singulis annis perpetuum conferatur. Et sepe dicte Gertrudi in festo beati Martini dimidia marca detur gravium denariorum quoad tempora vite sue ad sua necessaria comparanda, et cum hec Gertrudis amplius non fuerit, predicti denarii in usus nostre camere assumentur. Hec autem cum licencia et consensu domini Alradi abbatis nostri sunt per nos fiducialiter ordinata. In huius rei testimonium presentem litteram conscribi fecimus sigilli domini nostri abbatis et sigillorum nostrorum munimine roboratam. Actum anno Domini M°.C°C.XCII°I., datum in octava beati Iohannis Baptiste.

Aus Willebadessener Kopiar saec. XV. XVI. im Stadtarchiv Dortmund f. 55. Reg. Msc. I, 242 fol. 63 im Kgl. St.-A. Münster. Ueber Ditmarsen vgl. Nr. 2209. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 194.

2253.

Propst, Priorin und Kl. Willebadessen urkunden über Schenkung von Gütern in Edelersen *und eines Hofes in* Overde *an das Kloster seitens ihrer verstorbenen treuen Freunde Giseler und Kunegunde von Beken. 1293 Juli 1.*

Nos Arnoldus prepositus, Gertrudis priorissa totusque conventus in Wilbodessen notum esse cupimus, quod fideles amici nostri Giselerus et Kunegundis uxor sua dicti de Bekene beate memorie defectum camere nostre considerantes moti affectu operum misericordie curiam in Edelersen et curiam in Ouerde ecclesie nostre denariis suis ementes ad usus iam dicte camere compararunt, tali condicione, ut de redditibus curie in Ouerde in eorum anniversario competens consolacio nostro conventui perpetuo conferatur. Preterea ordinatum est, ut de residua parte reddituum iam dicte curie quolibet anno in

festo beate Martini domine Hildegundi sorori nostre octo solidi et duabus neptibus suis Margarete et Hildegundi dictis de Bekene duodecim solidi dentur gravium denariorum et iam dictos denarios camerarius noster ipsis expediet, qui tam redditus curie in Edelersen quam residuam partem de Ouerde in usus camere nostre convertet. Et quia hec cum licencia et consensu domini Alradi abbatis nostri ordinavimus, sigilli ipsius munimine protestamur. Cum autem aliqua predictarum sororum nostrarum amplius non fuerit, porcio denariorum sibi debita ad usus camere resumetur. In huius rei testimonium presentem paginam conscribi fecimus sigilli domini nostri abbatis et sigillorum nostrorum robore communitam. Acta et datum anno Domini M°.C°C.X°CII°I., in octava Iohannis Baptiste.

Aus Willebadessener Kopiar saec. XV./XVI. im St.-A. Dortmund f. 82. Regest im Kgl. St.-A. Münster, Msc. I, 242 fol. 63.

2254.

Graf Otto und Gräfin Hedwig von Ravensberg gewähren dem neugegründeten Kanonikatsstift in Bielefeld Privilegien. 1293 Juli 14.

Nos Otto comes et Hadewigis cometissa de Rauensbergh capitulo et canonicis ecclesie beate Marie Bileueldensis, Paderbornensis dyocesis, tam vite presentis comoda quam future. Bone rei operam dare et presentis vite habere subsidium et eterne retributionis premium cernitur expectare. Quapropter pro remedio animarum nostrarum vobis et ecclesie vestre, quam nos de consensu reverendi patris ac domini nostri Ottonis Paderbornensis episcopi in honorem Dei et memoriam sancte Marie predicte et beati Georgii martyris fundamus ac possessionibus seu prediis tam rusticis quam urbanis necnon servis, agricolis et colonis vestris immunitatem ac libertatem concedimus ab omni exactione tam rerum quam servitii temporalis, volentes, ut predicta ecclesia vestra, domus et curie vestre infra emunitatem claustri vestri constitute ac familia vestra domestica ea emunitate seu libertate vel privilegiis gaudeant, quibus alie ecclesie collegiate, domus et curie necnon familia canonicorum de iure gaudere noscuntur, vobis nichilominus specialiter concedendo, quod immunes sitis ab omnibus contributionibus, vigiliis vel custodiis et defensionibus a civibus vel opidanis seu aliis in predicto opido Bileueldensi commorantibus communiter faciendis. Ut autem prebendas competentes sortiri possitis ecclesias parochiales eiusdem opidi tam novi quam veteris, in quibus ius patronatus habemus, de consensu eiusdem reverendi patris et domini episcopi Paderbornensis et capituli duximus concedendas, nobis tamen iure patronatus in collatione prebendarum per omnia reservato. Ceterum in electione decani, thesaurarii et scolastici nichil iuris nobis vel heredibus nostris reservamus, set liberaliter capitulo et canonicis committimus memoratis. Recognoscimus insuper, quod nec nos nec heredes nostri aliquam advocatiam habemus in bonis dicte ecclesie vestre nec possumus aliquatenus vendicare. Preterea damus vobis et cuilibet vestrum ius et communem usum in pratis, lignis et pascuis communibus sicut alii in Bileuelde morantes opido noscuntur habere. Ceterum in eadem ecclesia duodecim prebendas de dicti patris ac domini episcopi et capituli Paderbornensis predicti consensu taliter ordinamus, ut quatuor ex illis sint sacerdotales, quatuor dyaconales et quatuor subdyaconales, ita ut nulli canonicorum fructus prebende ministrentur, donec promotus ad sacrum ordinem fuerit, quem debita sibi prebenda requirit, nisi per decanum et capitulum aliter fuerit ordinatum, nec alii quam residenti personaliter nisi in negotio ecclesie vel causa studii de licentia capituli quemquam abesse contingat. Predictam vero concessionem et ordinationem de consensu et voluntate honorabilis viri domini Lodewici prepositi sancti Iohannis ecclesie in Osenburg esse et processisse presentibus protestamur. Et nos Hermannus prepositus Tungrensis, Otto canonicus Osnaburgensis, Lodewicus et Bernhardus fratres, predictorum comitis et cometisse filii, heredesque legitimi supradictam concessionem et ordinationem per omnia ratam et gratam et firmam tenebimus et tenemus. Et in testimonium et certitudinem pleniorem presens cedula sigillis videlicet comitis et cometisse predictorum ac venerabilium virorum domini Lodewici et Hermanni supradictorum communitur. Datum et actum anno Domini M°.C°C. nonagesimo II°I., I°I. Idus Iulii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift in Bielefeld Nr. 3. An ungebleichten Zwirnsfäden 1) das Reitersiegel des Grafen Otto, wie Abbildung Westf. Sieg. I Taf. XII Nr. 2; 2) das Reitersiegel der Gräfin Hedwig, wie Abbildung Westf. Sieg. I Taf. XII Nr. 5; 3) und 4) abgefallen. Dabei liegt eine Kopie auf Pergament ze dûytschen *aus erster Hälfte saec. XIV. Gedr. Schaten ad annum; Falke, Cod. trad. Corb. p. 325 zu Juni 14. Lamey, Ravensberg UB. Nr. 64.*

2255.

Graf Otto von Ravensberg verspricht dem Stift St. Maria in Bielefeld, den an dasselbe verkauften Zehnten in Werther binnen zwei Jahren gänzlich zu befreien. 1293 Juli 15.

Nos Otto comes de Rauensberge universis, ad quos presens scriptum pervenerit, notum facimus, quod honorabilibus viris et honestis decano et capitulo ecclesie sancte Marie Bilueldensis promisimus fide prestita corporali decimam in Wertere, quam a nobis emerunt, infra duos annos proxime venturos ab omni impeticione dissolvere et a quolibet impedimento, quod nunc in ipsa decima est, liberare et proprietatem dicte decime pro dictis decano et capitulo infra terminum predictum ordinare. Ceterum statuimus eisdem fideiussores, videlicet honorabilem virum dominum prepositum Lodewicum nostrum fratrem, Hadewigim uxorem ac dominam nostram dilectam, Hermannum prepositum Tungrensem, nostrum filium, Iohannem de Aschen, Henricum de Wolde, Albertum de Donowe, Henricum de Borchusen, Henricum de Hurne et Iohannem de Brincke, qui nobiscum promiserunt fide prestita et in solidum, quod, si nos negligentes essemus in predictis, ita quod predicta infra terminum predictum non faceremus, quod absit, ipsi una nobiscum extunc, cum moniti fuerint, intrabunt Osenbrucge ad iacendum inde non exituri, donec supradicta integraliter iam sepe dictis decano et capitulo fuerint adimpleta. In cuius rei testimonium presentem litteram nostro sigillo et sigillis videlicet predicte uxoris nostre et filii predicti Hermanni prepositi Tungrensis fecimus communiri. Datum anno Domini M°.C°C. nonogesimo tertio, in divisione apostolorum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift in Bielefeld Nr. 4. An Pergamentstreifen die verletzten Reitersiegel des Grafen und der Gräfin; das dritte abgefallen.

2256.

Graf Otto von Ravensberg verpfändet dem Gottschalk gen. Dukere Hof und Haus. 1293 Juli 15.

Nos Otto comes de Rauensberge universis, ad quos presens scriptum pervenerit, notum facimus, quod de consensu et voluntate uxoris nostre et omnium heredum nostrorum curiam in Klawinckele et domum Wistinchusen cum omnibus ipsarum attinenciis domino Goscalco dicto Dukere, ipsius uxori et ipsorum heredibus legitimis pro quadraginta marcis denariorum in Biluelde legalium obligavimus pignoris titulo et obligamus per presentes, ita quod dictus dominus Goscalcus ex bonis predictis sex marcas recipiat annuatim, preterea supradicta bona supradicto domino Gos(calco) iure feodali contulimus pro predicta summa pecunie et conferimus per presentes, quousque dicta bona pro prenotata summa pecunie redimere possimus ab eodem. In cuius rei testimonium presentem litteram nostro et uxoris nostre sigillis fecimus communiri. Datum anno Domini M°.C°C. nonogesimo tercio, in divisione apostolorum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift in Bielefeld Nr. 5. An Pergamentstreifen verletzt die Reitersiegel des Grafen mit Sekret und der Gräfin.

2257.

Äbtissin Hildegund und Kl. Holthausen bekunden eine Rentenverpflichtung ihres Konversen Heinrich. Kl. Holthausen 1293 August 8.

Nos Hildegundis abbatissa et conventus monialium in Buren duximus publice protestandum, quod Henricus conversus noster lanifex septem marcas et dimidiam recepit et taliter acceptavit, ut ipse, vel quicunque in tali offitio est, in nativitate beate Marie virginis singulis annis custodi nostre, si que

fuerit, det septem solidos et sex denarios omni postposita occasione, ut eo melius et laudabilius necessaria sui offitii valeat comparare. Datum in claustro nostro, anno Domini M°.CC°.XCII°I., VI°. Idus Augusti.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Holthausen Nr. 9. An Pergamentstreifen kleines ovales verletztes Siegel der Äbtissin.

2258.

Propst Hermann, Dechant Heinrich und Scholastikus Hermann der Neuen Kirche bei Corvey verkaufen den ihrer Propstei gehörigen Antheil am Zehnten zu Obern-Blickesen an Stift Marsberg für 40 Mark. Mitsiegler Abt Heinrich von Corvey. 1293 August 10.

. . Testes Ludolfus prior et prepositus Corbeyensis, Bernardus camerarius, Henricus custos, Wilhelmus cellerarius, Conradus portarius, Fridericus prepositus Novalis, Thidericus custos Noue Ecclesie, Wernerus de Asseburch, Eremfridus, Conradus de Luchteringen, Henricus Gotberti, canonici ibidem, Nicolaus dictus Beseworem, civis Huxariensis.

Gedr. Asseb. UB. I, 474. Darauf bezieht sich wahrscheinlich Reg. in Msc. I, 242 fol. 117 Nr. 13 im Kgl. St.-A. Münster: Anno 1293, 4 Idus Augusti littere Henrici abbatis Corbeiensis de venditione facta a capitulo Noue Ecclesie.

2259.

Ein Ministerial der Grafen von Pyrmont, resignirt dem Abt von Corvey einen Hof zu Höxter unter der Bedingung, dass letzterer ihn denen von Amelunxen als Lehen übertrage. 1293 August 23.

Ego Conradus Boeze universis presencia visuris ac audituris cupio esse notum, quod venerabili domino meo abbati Corbeiensis ecclesie resigno quandam curiam in Huxaria sitam, que vulgariter Stochof dicitur, et ibidem in campo sex iugera et duos mansos, hac conditione interposita, quod domino Alberto et Alberto et Herboldo de Amelungessen iure porrigat pheodali. Et quia proprio sigillo careo, hec protestor sigillis dominorum meorum Hermanni et Conradi comitum de Perremunt. Datum anno Domini M°CC°. nonagesimo tertio, in octava sancte Marie assumptionis.

Aus Msc. I, 134 fol. 207; ferner I, 245 fol. 451 und II, 40 fol. 529 im Kgl. St.-A. Münster. Nach Mittheilung des Geh. Reg.-Raths Frhrn. Wolff-Metternich, früheren Landraths des Kreises Höxter, ist in Urk. des Knappen Gottschalk von Bofzen, 1428 Lichtmess (Orig. im Stadtarchiv zu Höxter), der Acker „in den Stocken" erwähnt. Im J. 1361 Febr. 24 verträgt sich Abt Heinrich von Corvey mit der Stadt Höxter wegen der Befreiung vom Schoss von seinen in der Stadt belegenen Gütern. Als solche werden u. A. erwähnt das von denen von Amelunxen bewohnte Haus auf der Rodewiek, und eins hinter dem Stockhof (Orig. im Stadtarchiv; erwähnt Kampschulte, Chron. v. Höxter S. 45). Muthmasslich lag der Stockhof da, wo jetzt das kath. Gesellenhaus steht. Bei Legung der Grundmauern zu demselben kam man auf uralte ungefähr 1 Meter breite Grundmauern mit Gewölbeansätzen und einer Art Thurmfundament. Kein Bürgerhaus in Höxter hat aus alter Zeit so massive Fundamente; man kam somit auf solche eines Herrenhauses. Da Corvey ausser an der Ecke der Rodewiek- und Henneken-Strasse, schräg gegenüber der h. Geistgasse, keinen Hausplatz in Höxter hat, so liegt die Vermuthung nahe, dass derselbe zum Stockhof gehörte, dessen Grundmauern unter dem kath. Gesellenhause dann speziell der Fundus des Kurialgebäudes bilden würden.

2260.

Bischof Konrad von Osnabrück bekundet, dass Knappe Ernst von Gesmele dem Kapitel in Enger wegen Zehntverkaufs volle Bürgschaft geleistet hat. 1293 September 23.

Nos Conradus Dei gratia Osnaburgensis ecclesie episcopus recognoscimus tenore presencium publice protestantes, quod Ernestus de Gesmele famulus coram nobis constitutus de infeodacione decime site in Boninghe, quam infeodacionem seu ius infeodandi ecclesia Angarensis emit ab ipso Ernesto dicto capitulo

Angarensi fecit legitimam warandiam. Presentes fuerunt: honorabilis vir prepositus ecclesie maioris, Ludowicus prepositus ecclesie sancti Iohannis, Symon nobilis de Retberg, canonicus ecclesie nostre Osnaburgensis; Hugo Ursus, Lutbertus de Linghe, Henricus de Aspelecampe, Iohannes camerarius, Boldewinus de Horst, milites; Lambertus Budde, Euerhardus Ursus, Iohannes de Aschen, famuli; Nicholaus Eyflarius, Wichmannus de Visbecke, Liborius de Ripinchoue, Gotscalcus de Sualenberg, Iohannes de Dummerdestdorp, cives Osnaburgenses, et quam plures alii fide digni. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CC°. nonagesimo tercio, feria quarta ante festum beati Michahelis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Johannes und Dionys zu Herford Nr. 29. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2261.

Die Grafen Hermann, Konrad und Hildebold von Pyrmont schenken dem Kl. Wennigsen die ihnen von Ritter Bertram von Harboldessen resignirten Güter, eine Kurie zu Klein-Gestorf und eine Kothe. Lügde 1293 Oktober 11.

Gedr. Hodenberg, Calenb. UB. VII, 89.

2262.

Bischof Otto von Paderborn bekundet, dass Kl. Hardehausen alle Rechte der von ihm erworbenen Mühlen bei Borgentreich gekauft hat. 1293 Oktober 17.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus presentibus litteris recognoscimus et notum facimus universis, quod, cum religiosi viri abbas et conventus in Herswedehusen duo molendina et duas piscinas iuxta oppidum nostrum Borgentrike sitas a nobis et ecclesia nostra emptionis titulo comparaverint, ipsi videlicet abbas et conventus ius, quodcunque fuerit, sive vulgo dicatur hegerecht vel wicbilderecht, aut quod Henricus et Conradus fratres et eorum heredes in superiori molendino sito ante portam, qua tendit versus Dinkelborg, et quod in inferiori molendino possidebant, a dictis fratribus H(enrico) et C(onrado) pro viginti quatuor marcis de superiori molendino, de inferiori vero pro sedecim marcis denariorum Wartburgi legalium ipso emptionis titulo compararunt. Nos vero prefatis abbati et conventui proprietatem, quam in dictis iuribus habuimus, conferimus per presentes, sive wicbilde vel hegerecht aut quocunque nomine nuncupetur. Datum anno Domine M°.CC°.XC tertio, in crastino Galli.

Aus Msc. VII, 4509 C. p. 11 im Kgl. St.-A. Münster. Vgl. Nr. 2234.

2263.

Graf Ludolf von Dassel übergibt dem Kl. Lippoldsberg für 20 Mark, welche ein Bürger von Höxter dem Kloster beim Eintritt seiner Tochter vermacht hat und welche der Graf ihm schuldet, mehrere Güter. 1293 Oktober 18.

Ludolphus Dei gratia comes de Dasle universis, ad quorum noticiam presentia pervenerint, salutem et rei cognoscere veritatem. Ne facta mortalium oblivionis ignavia succurrente motu temporaneo depraventur, scripti solent et testium evidentia posterorum noticie declarari. Noveritis igitur, quod, cum Theodericus de Storke civis Huxariensis filie sue Elizabeth a domino Th(eoderico) et conventu sanctimonialium in Lyppoldesberch prebendam in ipsorum congregationis collegio inpetrasset, idem Th(ederícus) consensu heredum suorum dictis preposito et conventui viginti marcas denariorum gravium in partem elemosinarum liberaliter est largitus. Nos igitur in huius summe pecunia dicto Th(eoderico) et suis heredibus debitores existentes pro ea, sicut ipsi a nobis petiverunt, dictis preposito et conventui tres mansos sitos in Gyselershagen[1]) accedente consensu et bona voluntate filiorum nostrorum, videlicet Symonis et Conradi et omnium heredum nostrorum dedimus et assignavimus cum omni iuris pertinentia perpetuo possidendos, translata proprietate nostra et dominio dictorum trium mansorum penitus ad eosdem. Curtem quoque sive curiam in Hyldolueshusen, quam culture agrorum trium mansorum pre-

scriptorum competentem conparaverunt [2]), filiorum et heredum nostrorum predictorum consensu ipsis scilicet preposito et conventui proprietamus tenore presentium attestante. Cupientes itaque huius facti nostri evidentiam esse ratam, ne quis ex posterorum nostrorum propaginem ipsam valeat retractari, presentes litteras preposito et conventui supradictis dedimus sigilli nostri appensione firmiter insignitas. Sigillum quoque dilectorum nostrorum consulum et civitatis Huxariensis eisdem apponi petivimus in testimonium et firmitudinem premissorum. Presentes: Hildebrandus de Desle et Nicholaus Byseworm, proconsules, Henricus monetarius, Tylo Widolphi, Iohannes de Voltessen, Gyso Rubekini et alii consules, Conradus de Uslere, Iohannes Bochem et Godebertus, filii ipsius et ali quam plures fide digni. Actum et datum anno Domini M°.C°C.XC° tercio, XV. Kalendas Novembris.

[1]) Gyselershën *Or.* [2]) *Or.* comparaverint.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Lippoldsberg. An von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen die Siegel 1) des Grafen Ludolf, zerbröckelt; 2) der Stadt Höxter, stark beschädigt. Auf der Rückseite steht neben anderem von Hand saec. XV.: Ghyselershagen.

2264.

Siegfried von Leutesdorf bekundet Beilegung eines Streites wegen des Schultheissenamtes in Leutesdorf zwischen ihm und der Äbtissin Irmgard von Herford. Leutesdorf 1293 Oktober 18.

Ego Sifridus de Ludenstorf notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod, cum inter venerabilem dominam Irmegardem abbatissam secularis ecclesie Heruordensis et eius conventum ex una parte et me Sifridum ex altera dissencio et discordia verteretur, super eo videlicet, quod ego me hereditarium scultetum curtis et bonorum dicte .. domine abbatisse in Ludenstorf et officiatum suum in Gudelshagen esse asserebam, dicta domina .. abbatissa contrarium affirmante meque aliquod ius hereditarium in dictis bonis suis et ecclesie sue habere negante, dicta dissencio et discordia mediantibus nobili viro domino Gerlaco de Isenbûrg, Iohanne de Hamersteyne, Ottone de Deitz et Wernero advocato de Ludenstorf, militibus, inter nos taliter est sedata, quod ipsa domina .. abbatissa de iure, quod in officiis sculteti in Ludenstorf et in Gudilshagen me hactenus habuisse et habere contendebam, michi nichil addens et nichil diminuens me ad dies vite sue in dictis officiis sustinet tali condicione, quod ego de omnibus iuribus ad dictam curtem suam in Ludenstorf pertinentibus dicte domine .. abbatisse secundum iustam sententiam hominum dicte curtis sue, qui vulgariter hyen appellantur, . . . terminis satisfaciam et dicta domina .. abbatissa de iure meo secundum eandem iustam sententiam michi satisfaciet, prout hoc hactenus est servatum. Item et de officio(?) in Gudelshagen ego Sifridus dabo et assignabo eidem domine abbatisse vel eius ... nuncio in curtem suam de Ludenstorf predictam octo solidos Coloniensium denariorum in perpetuum annis singulis in autumpno tali adiecta condicione, quod ego, si in predictis iuribus vel aliquo ex eis statutis terminis solvendis negliens fuero vel remissus et ex parte dicte domine .. abbatisse seu ecclesie sue Heruordensis monitus infra sex septimanas inmediate post dictam monicionem earundem subs(eq)uentes de hiis non satisfecero, ut teneor, extunc cadam et cecidi ipso facto ab omni iure et gracia, que in dictis officiis sculteti in Ludenstorf et in Gudelshagen me hactenus habere (con)tendebam, eligens et promittens, et ego Greta uxor dicti Sifridi legitima una cum eodem marito meo Sifrido similiter eligo et promitto pro nobis et nostris liberis sub pena excommunicationis a reverendo patre domino .. archiepiscopo Treuirensi vel ab eius officiali in nos ferende, nos omnia et singula premissa fideliter servaturos et dicta domina .. abbatissa hec eadem econverso absque dolo et fraude michi Sifrido servabit, prout superius est expressum. Et in huius rei testimonium nos Sifridus et Greta coniuges predicti pro nobis, nos vero Irmegardis abbatissa pro nobis et ecclesia nostra Heruordense predicta omnia et singula premissa vera et ita esse acta publice recognoscentes, rogamus pariter reverendum patrem dominum .. archiepiscopum Treuirensem et opidum Andernacense necnon honestos viros dominum Gerlacum de Isenburg, Iohannem de Hamersteyne, Ottonem

de Deitz et Wernerum advocatum in Ludenstorf, milites predictos, ut ipsi sigilla sua presentibus apponant. Et nos Boemundus archiepiscopus Treuirensis ac opidum Andernacense, nos vero Gerlacus de Isenburg, Iohannes de Hamersteyne, Otto de Deitz et Wernerus, milites predicti, quia huiusmodi composicioni et ordinationi predicte inferfuimus, vidimus et audivimus nobisque mediantibus facta sit et completa, ad instanciam et petitionem Sifridi et Grete eius uxoris ac venerabilis domine abbatisse Heruordensis predictorum duximus sigilla nostra presentibus litteris appendenda in testimonium et fidem omnium premissorum. Actum et datum apud Ludenstorf, anno Domini M°.C°C. nonagesimo tercio, in die beati Luce ewangeliste.

Or. (theilweise abgeblättert) im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 90. Die an Pergamentstreifen angehängten 6 Siegel fehlen. Auf der Rückseite von Hand saec. XV.: de bonis in Ludesstorf et in Gundelshaen, que nunc domicellus de Ysenburch sub se habet.

2265.

Bischof Otto von Paderborn veröffentlicht u. a. ein neues Statut, wonach von den Domherrn zwei behufs Betreibung ihrer Studien auch abwesend im Genuss ihrer Präbenden bleiben sollen. Paderborn 1293 Oktober 23 und November 11.

Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus, universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, in perpetuum salutem et gratiam Ihesu Christi. Sicut edificium corruere non poterit ex facili, quod fundatum est super bases immobiles et columpnis stabilibus est subfultum [1]), sic nos videntes ecclesiarum capitula posse subsistere in divino cultu et disciplina debita, si sint personis discretis et providis ac Deum timentibus stabilita, per quas possint, ut deceat, instrui congrue verbo pariter et exemplo, quapropter de communi consilio et consensu .. decani, .. priorum et capituli ecclesie nostre tale statutum in ipsa ecclesia nostra ordinavimus, constituimus et edimus per hoc scriptum, ut, quicunque canonicus ecclesie nostre emancipatus propter doctrinam et conversationem honestam ad studium se transferre desiderat, fructus prebende sue, prout canonicus presens percipit in omnibus proventibus, sicut iam sunt vel incrementum receperint in futurum, ministrentur eidem integraliter per biennium, si in doctrina et moribus proficere comprobetur; et si personam suam grata morum honestas et litterarum sciencia convenustant, eidem largior abessendi licencia secundum doctrine et vite sue merita, prout capitulum tunc decreverit et ecclesie expedire videbitur, liberaliter secundum formam prefate gracie, si dictus canonicus hoc postulaverit, tribuatur. In predictis tamen nichilominus est notandum, quod, si canonicus sic absens per licenciam nec in moribus nec doctrina emendatus fuerit, et in hoc fama publica laboraverit contra ipsum, poterit infra terminos gracie sibi facte per suspensionem prebende sue a decano et capitulo, cum ipsis placuerit, revocari, ne ecclesie sue tam negligenter absens magis (sit) exemplum scandali quam decoris. Hanc eciam graciam duobus tantum canonicis simul et non pluribus fieri propter necessariam personarum presenciam statuimus per hoc scriptum, ut cetere persone, predictarum absencie terminis elapsis, fungantur simili gracia, si placebit. Item ad petitionem predictorum priorum et capituli nostri et de communi consensu ipsorum talem constitutionem in ipsa ecclesia nostra ordinavimus, constituimus et edimus per hoc scriptum, quod, quicunque fratrum capituli nostri deinceps testatus decesserit, fructus prebende sue, quos possederat ante mortem, ad solvenda debita sua post mortem suam per biennium sibi integraliter ministrentur, prout canonicus presens percipit in omnibus proventibus, sicut iam sunt vel incrementum receperint in futurum, hoc tamen adiecto, quod, si idem frater decedens in nullis debitor extiterit, de ipsis tamen redditibus pro anniversario suo constituendo sive pro emendacione ecclesie sue in quocunque ornatu sive parte alia poterit, quod placuerit, ordinare. Item fructus tercii anni ad opus capituli nostri constituimus confiscandos, qui tamen a canonico futuro pro octo marcis redimi poterunt, si ipsi canonico gratum fuerit et acceptum; quo anno, si sibi videbitur expedire, absens esse poterit secundum ius aliorum absencium, qui tantum per-

cipiunt illam porcionem, que utfart dicitur, cum per licentiam sunt absentes. Ceterum vestigia predecessoris nostri felicis recordationis Bernhardi tercii imitantes testamenta fratrum, que rite conduntur, confirmamus, domos eciam et omnes reliquias fratrum, qui intestati decedunt, capitulo pertinere decernimus per hoc scriptum. Et ut hec a nullo umquam infringi valeant vel mutari in toto vel[2]) in aliqua sui parte, presens scriptum nostro sigillo et sigillo ecclesie nostre exstitit consignatum in testimonium perpetue firmitatis. Actum et datum Paderborne in capitulo nostro, anno Domini M°.C°C. nonagesimo tercio, X°. Kalendas Novembris[3]). Item si canonicus aliquis emancipatus prebendam suam libere resignaverit[4]), vel ipsi prebende de iure vel de facto renunciaverit aliqualiter, ad ipsam nullatenus reversurus, successor eius fructus ipsius prebende primi anni redimet a capitulo, si placebit pro octo marcis, sicut de fructibus tercii anni alicuius fratris defuncti superius est[5]) expressum[6]). Actum et datum anno et die supradictis.

[1]) *So C; A unleserlich durch Korrektur; B anscheinend* substitutum. [2]) sive *C*. [3]) tercio Idus Nov. *C*. [4]) resignaverit libere *C*. [5]) est *fehlt A*. [6]) *Von* Item si canonicus *bis* est expressum *bei C wohl an die ursprünglich richtige Stelle vor* Ceterum vestigia *gesetzt*. Actum *u. s. w. fehlt C*.

Or. in drei Ausfertigungen im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 338 u. 340. Die eine Ausfertigung (A) ganz abgeblättert, die zweite (B) stark lädiert, die dritte (C) im Anfang stockfleckig, datirt vom 11. November. Die Lücken bei A u. B hieraus ergänzt. An A beide Siegel des Bischofs und Domkapitels an Pergamentstreifen, an C an rothen Seidenfäden erhalten; bei B nur das des Bischofs an Pergamentstreifen. Inhaltsangabe bei Schaten ad annum mit X Kal. Septembris.

2266.

Ritter Ludolf Marschall von Warburg verkauft Zehnten an Kl. Hardehausen. 1293 Oktober 28.

Universis presens scriptum visuris Ludolphus miles Marschalcus de Wartberg salutem in omnium salvatore. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum recognosco publice per hoc scriptum, quod ego et liberi mei, videlicet Hermannus, Bernardus et Goswinus decimas in Luthwardessen et Radolvessen sitas, que ville quondam iuxta curias Rozdehusen et Bunessen site fuerant, religiosis viris domino abbati et conventui in Herswedehusen pro centum marcis decem et octo marcis gravium denariorum vendidimus de unanimi consilio et consensu. Quorum denariorum receptio facta est in hunc modum. Bone memorie pater meus ante quadraginta annos quinquaginta marcas recepit, post quem ego similiter quinquaginta marcas accepi in usus sororis mee de Nuwenberg conversas, et postea ego et frater meus Hermannus recepimus decem marcas. Novissime vero ego et filii mei predicti accepimus octo marcas. Et sic in universo iidem dominus abbas et conventus pro centum decem et octo marcis, ut dictum est, prefatas decimas iusto emptionis titulo compararunt. Qua venditione rite peracta ego cum liberis meis prenominatis et cum Ludolpho . . . canonico Paderbornensi in presentia domini Othonis comitis de Waldecge constituti earundem medietatem decimarum in manus ipsius comitis, a quo et ipsas tenueramus, apud minorem portam in Herswedehusen resignavimus pari voto. In cuius venditionis et resignationis munimen et debitam warandiam . . . sigilla presentibus sunt appensa. Testes aderant: dominus Oppoldus miles, dominus Conradus plebanus in Wildungen, Conradus de Ephe, Thidiricus de Weten, Henricus de Ikenrode, Conradus de Neder, Amelungus de Aslen, Iohannes Wiltuleisch et alii fide digni. Nos vero fratres premissi omnia superius expressa recognoscimus vera esse et inviolabiliter observanda. Datum anno M.CC.XCIII., in festo Simonis et Iude.

Abschr. saec. XVII. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 299. Die Lücken so in Abschr. angegeben.

2267.

Bischof Otto von Paderborn schenkt auf Bitten des Landgrafen von Hessen dem Deutschordenshause zu Marburg einen Zehnten. Paderborn 1293 November 4.

Universis hoc scriptum visuris nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus notum facimus et recognoscimus litteras per presentes, quod ad peticionem illustris principis lantgravii terre Hassie de consensu capituli nostri commendatori et hospitali fratrum domus Theutonice apud Marpurg proprietatem decime in Herste contulimus et conferimus in hiis scriptis. Idem etiam commendator, qui pro tempore fuerit, et hospitale predictum in recognitionem collacionis huiusmodi ipsis facte solvent perpetuo annis singulis duas libras cere thesaurario ecclesie nostre Paderbornensis in festo et ad altare beati Liborii confessoris. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro et capituli nostri predicti (sigillis) extitit sigillatum. Et nos decanus et capitulum supradictum in testimonium consensus nostri sigillum nostrum huic littere duximus apponendum. Datum Paderborne, feria quarta post omnium sanctorum, anno Domini M.°C°C. nonagesimo tercio.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 339. An Pergamentstreifen nur noch das Siegel des Bischofs in gelbem Wachs. Dass hier nicht Hörste NO Lippstadt, sondern Herste (Dorf zwischen Driburg und Brakel) gemeint ist, vgl. Urk. von 1300 Sept. 28. Reg. Schaten ad annum.

2268.

Die Rathmänner von Geseke urkunden über den Verkauf einer halben Hufe bei Geseke durch die Brüder Greven. 1293 November 12.

Universis presencia visuris et audituris nos Ulricus magister civium, Degenhardus gogravius, Dethardus de Herdinchusen, Hermannus de Ostene, Iohannes de Manegoltinchusen, Godfridus Scarlake, consules oppidi Gesike, cupimus fore notum, quod constituti in presencia nostra Goswinus, Lubertus et Rabodo, filii quondam Luberti Greuen militis, ac Goswinus Kake cognatus eorundem recognoverunt publice, se Hermanno Slechtere cooppidano nostro, Hildegundi sue (uxori) ac ipsorum heredibus dimidium mansum agrorum, quorum pars apud Gesike, pars vero apud Riebuel sita est, de suorum heredum et coheredum consensu communi et unanimi vendidisse. Quo facto prefatus Goswinus predictorum fratrum et venditorum maior et senior ipsi Hermanno et Henrico filio ipsius agros memoratos possidendos in feudo contulit promittens se facturum de dictis agris ipsis emptoribus debitam warandiam. In cuius rei testimonium et firmitatem nos consules predicti ad sepedictorum venditorum preces prenominatis emptoribus presentem cartam sigillo universitatis nostre dedimus consignatam. Actum et datum in crastino beati Martini, anno Domini M°.CC. nonagesimo tertio.

Aus Msc. I, 126 fol. 59 im Kgl. St.-A. Münster.

2269.

Bischof Otto von Paderborn bestätigt die durch Abt Konrad von Corvey früher gemachte Schenkung der St. Magnuskirche zu Horhusen an das Stift Marsberg. Paderborn 1293 November 14.

Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus viris religiosis et in Christo dilectis preposito et conventui Montis Martis salutem in Deo, qui est fidelium vera salus. Cum sacram religionem in statu debito fovere intendamus, prout officii nostri debitum postulat et requirit, vobis et monasterio vestro, cuius adhuc redditus sunt exiles, ut sustentari possitis eo commodius et cultus divini numinis in ipso monasterio vestro indeficiens perseveret, honesti viri Hermanni decani ecclesie nostre Paderbornensis et archidiaconi sedis in Horhusen tociusque capituli eiusdem ecclesie unanimi consensu accedente, ecclesiam sancti Magni in Horhusen per religiosum virum Conradum quondam abbatem monasterii Corbegensis de consensu conventus sui vobis cum iure patronatus et omni integritate ac pertinenciis in supplementum prebende vestre donatam, sicut in litteris super hoc confectis contineri didicimus, vobis conferimus propter Deum, ita quod fructus, redditus, proventus et oblationes ipsius ecclesie, cum ipsam primo vacare contigerit, ex tunc ad usus vestros possitis convertere et eciam retinere. Prepositus vero vestri monasterii, qui pro tempore fuerit, unum de confratribus sui conventus, archidiacono loci ad ipsam ecclesiam presentabit, qui investiet presentatum. Et investitus de nostra licencia et de

prepositi sui consensu ipsius ecclesie plebem regat. Et talis ratione investiture tenebitur ad omnia nostra et archidiaconi loci mandata exequenda fideliter in iustis, licitis et honestis et nichilominus ad omnia alia, ad que tenebatur plebanus prefate ecclesie clericus secularis, salva sibi in omnibus regulari et monastica disciplina. Ad procurationes vero seu contributiones sedis apostolice vel nostras tenebitur plebanus iam dicte ecclesie secundum antiquam quantitatem, prout est hactenus registrata. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro, capituli nostri necnon archidiaconi loci predicti sigillis fecimus roborari. Actum et datum Paderborne, anno Domini M°.CC°. nonagesimo tercio, XVI°I°I. Kalendas Decembris.[1])

[1]) Decembris *erst später hinzugesetzt und halb erloschen.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Marsberg Nr. 19. Die drei mit rothen und gelben geflochtenen seidenen Schnüren früher befestigten Siegel sind nicht mehr vorhanden. Vergl. unten zu Dezember 6 Nr. 2272 und Nr. 2280. Die Urk. des Abts Konrad von Corvey 1160—1189 ist nicht mehr erhalten. Gedr. Seibertz I, 446 mit falschem Datum.

2270.

Die von Amelunxen übertragen einen von ihnen einem Lehnsmanne des Abts von Corvey abgekauften und von diesem ihnen als Lehen überwiesenen Hof in der Stadt Höxter an die Corveyer Propstei. 1293 November 24.

Nos Albertus senior, Hereboldus noster frater, Albertus iunior, Heinricus et Hereboldus fratres, milites et famuli dicti de Amelungessen, recognoscimus et protestamur publice per presentes, quod accedente libera heredum nostrorum voluntate et consensu venditam nobis olim a Conrado dicto Bofzen et resignatam venerabili patri ac domino nostro Henrico abbati Corbeiensi et per ipsum nobis collatam domum et curiam, que vulgariter dicitur Stochof[1]), sitam in civitate Huxariensi, cum omni iure, et que in eadem civitate sibi habet pertinentia, libero arbitrio dedimus prepositure ecclesie Corbeiensis[2]) perpetuo possidendam. In cuius donacionis testimonium nostro sigillo et civitatis Huxariensis, quod ei ab[3]) utraque parte apponi petivimus, presentem litteram dedimus roboratam. Testes huius sunt: Henricus dictus Monetarii, Thidericus[4]) de Oslere, Nicolaus Beseworm, Lambertus de Luchteringen, Iohannes[5]) de Voltessen, Hildebrandus de Desle, Thidericus[4]) Widoldi[6]), Gisoko Robekonis, Iohannes[5]) Bocholt, Henricus Institoris, Godfridus Carnificis, Bertoldus de Curia, tunc consules Huxarienses. Actum et datum anno Domini M°.CC°.XC° tercio, feria tercia ante diem beate Katherine.

[1]) Stotthoff *C*, Scothoff *D*. [2]) Corbiensis *C*. [3]) ab *fehlt B*. [4]) Thiedericus *C*. [5]) Ioannes *C*. [6]) Wiholdi *C*.

Aus Msc. I, 134 fol. 133 (B), I, 245 fol. 452 (C) und II, 40 p. 524 (D Auszug). Vgl. Nr. 2259.

2271.

Bischof Otto von Paderborn bestätigt die von Dechant und Kapitel zu Busdorf hinsichtlich der Einkünfte aus genannten Gütern getroffenen Bestimmungen. 1293 Dezember 6.

Universis hanc paginam inspecturis Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus salutem in eo, qui est fidelium vera salus. Dilecti nobis in Christo decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Paderbornensis de voluntate libera honesti viri prepositi ipsius ecclesie ac unanimi consensu statuerunt, ut bona subnotata, quam primum ea vacare contigerit, extunc inantea solvant triticum ad cottidianum prebendalem panem distribuendum equaliter inter fratres, ut sit panis in eorum domibus, quo eciam possint refici mendicantes. Statuerunt itaque, ut bona in Stalpe solvant octo moldra; bona in Hengeldere quinque; maiora bona in Dornede quatuor et minora tria; bona in Sulede tria; bona in Stenhem duo; bona, que colit Conradus de Anvorde civis Paderbornensis quinque; bona in Stidenen vidue de Garden pertinentia quatuor; Heddinchosen quatuor; bona in Valle, que dicuntur Otterschokenhof, tria; agri iuxta civitatem Paderbornensem, quos nunc colit Regenhardus de Soltkoten, septem; bona in Ossendorp sex; curia Northem duo; curie Holthem unum; curia in Kercdorp unum; curia in Aslen ultra nemus

unum cum dimidio et Thune unum moldrum: petentes, ut statuto huiusmodi consensum adhibere ac eciam roborare patronorum eorum intuitu curaremus, atque ipsum statutum ipsorum iuramento vallatum faceremus inviolabiliter observari. Nos igitur eorum precibus inclinati dicto statuto rationabili et honesto pium consensum adhibentes ac ipsum duraturum perpetuo decernentes mandamus in virtute sancte obediencie et sub interminatione anathematis sive sub pena excommunicationis firmum et inviolabile observari, quam in non observantes vel illud impedientes exnunc ut extunc ferimus in hiis scriptis. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo tertio, in die beati Nicolai episcopi et confessoris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 46. An verblichenen rothen Hanffäden Reste dreier Siegel, des Bischofs, des Propstes und des Stifts. Zwischen Salzkotten und Geseke bezeichnet die noch jetzt so genannte Stalper Linde die Stelle, wo dieses Dorf gelegen hat. Hengeldere *ist Henglar im Kreise Büren und* Dornede *ist Dören bei Paderborn.* Sulede *lag in der Paderborner Feldmark, an der Nordseite der Stadt (Giefers, Feldmark von Paderborn in Beitr. z. Gesch. Westf. S. 29) und* Stidenen *zwischen der Paderbrücke bei Neuhaus und der Almebrücke bei Elsen (Ebenda S. 27 und Zeitschr. XXXVIII, 2, 176).* Heddinchosen *an der Lippe bei Boke, durch* in valle *wird das Pfarrdorf Dahl bei Paderborn bezeichnet;* Holthem, *jetzt Holtheim, liegt eine Stunde von Lichtenau (Ztschr. XXXVIII, 2, 180),* Northeim *und* Kerktorp *sind in der Lichtenauer Feldmark eingegangen;* Asle ultra nemus *lag an der rechten Seite der Diemel gegenüber dem Dorf Ossendorf;* Thune *findet sich bei Neuhaus. (Spancken.) Reg. Schaten ad annum.*

2272.

Bischof Otto von Paderborn konsentirt in die vom Abt von Corvey zu Gunsten der Propstei Marsberg vorgenommene Schenkung der Magnuskirche in Horhusen. 1293 Dezember 6.

Otto Dei gracia Paderburnensis ecclesie episcopus .. preposito et conventui monasterii Montis Martis nostre dyocesis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quoniam ea, que ex deliberata racione aguntur, racioni invitencia congruit sic fulcire, ne in detrimentum honoris, a quibus gesta sunt, aut ipsorum, pro quibus geruntur, detrimentum aliquatenus convellantur, et nos de unanimi consensu capituli nostri Paderburnensis assensum prebuerimus et quedam insuper addiderimus donacioni ecclesie sancti Magni in Horhusen vobis facte ab abbate et ecclesia Corbeyensi, in hiis scriptis nos vobis obligatos publice protestamur ad conservandum ius vestrum publicum vel privatum, quod vobis in eadem ecclesia sancti Magni ab abbate et ecclesia Corbeyensi predictis est donatum et a nobis de consensu tocius nostri capituli Paderburnensis de parrochia et cura animarum dicte ecclesie regenda per vos iuridicione ordinaria vobis est concessum. Protestamur eciam sine omnibus vestris expensis ad omnes litteras hoc negocium promovere volentes in omnibus nos teneri, quocienscunque fuerimus requisiti. In huius obligacionis testimonium et certitudinem protestationis pleniorem sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo tercio, in die beati Nicolai episcopi.

Or. im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchive zu Wolfenbüttel. Das verletzte Siegel des Bischofs hängt an Pergamentstreifen. Vgl. Nr. 2269, 2280 und 2314.

2273.

Gerhard von Desle und Johannes Strith entsagen ihren Ansprüchen an Güter neben der Diemel zu Gunsten des Kl. Hardehausen. Geismar 1293 Dezember 27.

Nos Gerhardus dictus de Desle et Iohannes dictus Strith filius quondam Iohannis dicti Strith, famuli, tenore presencium recongnoscimus, quod nos de consilio et inductu proborum virorum actioni nostre tamquam frivole et omni iuri, si que nobis competere videbantur contra honorabiles viros dominum .. abbatem et conventum monasterii Hersuidehusen super curia ipsorum Rocedehosen sita iuxta Dimellam renunciavimus in toto absolute et simpliciter propter Deum, super hac renunciacione nostra

presens scriptum tradentes nobilis viri domini Conradi de Sconenberg necnon burgensium in Geismaria pro peticione nostra sigillorum munimine roboratum. Huius quoque rei testes sunt: Regenbodo dictus de Ahosen, Theodericus et Theodericus, Bodo et Conradus dicti de Haldesen, Rothcherus et Conradus dicti Strith, Arnoldus de Gandera, Gotfridus de Atrio, Arnoldus Gerberti, Iohannes de Korbike, Theodericus de lapidea domo, Conradus de Nienhouere, Ernestus de Asikendorp, Theodericus de Natsungen, Conradus dictus Greve, Conradus Bertheidis, Bertoldus dictus Voldekoke et Euerhardus dictus Hone, consules, Arnoldus de Nitelbike, Heinricus de Herisia, Euerhardus Longus et Bertoldus de Desle et alii quam plures cives Geismarienses. Actum et datum Geismarie, anno Domini M°.C°C.XC°III°., completo, in die beati Iohannis apostoli et ewangeliste.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 300. Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Bemerkenswerth ist die Datirung.

2274.

Das Paderborner Domkapitel tauscht mit den Brüdern von Hörde Güter aus. 1293.

Nos Bernhardus, Albertus, milites, et Fredericus de Horde nostrique heredes legitimi presentibus publice profitemur, quod honorabilibus viris Thyderico preposito, . . decano totique capitulo Paderbornensis ecclesie donavimus ius et proprietatem duorum mansorum in Horste sitorum et unius mansi in Mettinchosen siti in perpetuum obtinendam. In quorum recompensam . . prepositus, decanus et capitulum predicti donaverunt nobis et heredibus nostris proprietatem duorum mansorum in Veygtlere sitorum ac unius mansi in Sutdale similiter iure perpetuo possidendam. In cuius facti evidentiam et memoriam nos Bernhardus miles sigillum nostrum apposuimus et sigillum nobilis viri Symonis domini Lyppensis pro nobis omnibus apponi petivimus huic scripto. Et nos Symon vir nobilis dominus de Lyppia ad petitionem Bernhardi militis de Horde et filiorum suorum in roborationem presentium sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno Domini M°.C°C.X°CIII.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 336. An Pergamentstreifen 1) Bruchstück vom Siegel Simons zur Lippe; 2) dreieckiges Bernhards von Hörde: Rad mit fünf Speichen.

2275.

Abt Rudolf von Hardehausen und mehrere Laien bekunden, dass Albert Dickeber auf seine Ansprüche an Güter in Worden *zu Gunsten des Kl. Bredelar verzichtet hat. 1293.*

Nos frater Rodolphus dictus abbas in Herswidehusen, ordinis Cysterciensis, Albertus de Amelungessen, Raueno senior de Papenhem, Helyas de Aslen, Thydericus de Medrike, Gyso et Godescalcus fratres de Brocbike, Olricus de Escheberch, Udo de Wethen, Ludolphus de Osdagessen, milites, Heinricus de Ykenhusen, Thydericus de Wethen, Borchardus de Ramwordessen, Andreas de Andepe, Ortolphus, militares, recognoscimus et publice protestamur, quod Albertus dictus Dickeber in nostra et multorum aliorum fide dignorum in cimiterio Scherue constitutus presencia de pleno consensu uxoris sue Odelhyldis et omnium heredum suorum renunciavit omni actioni iuris sive facti, qua religiosos viros inpetierat dominum videlicet Conradum abbatem et conventum Breydelariensem super quibusdam agris in Worden sitis, quos Elgerus patruus ipsius predictis abbati et conventui nomine testamenti rite et rationabiliter legaverat et quos frater Heinricus quondam provisor curie in Upsprungen et alii quidam seculares coloni ratione iam dictorum abbatis et conventus iam diu excoluerant, et eosdem agros cum omnibus suis integritatibus et pertinentiis nobis audientibus et videntibus in manus sepe dicti abbatis Breydelariensis liberaliter et voluntarie resignavit. Et quia dictus Albertus sigillum proprium non habuit, presens scriptum ad cautelam ampliorem rogatu ipsius predictorum Alberti de Amelungessen et Gysonis de Brocbike, militum, sigillis constat esse roboratum. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo tercio.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 128. An Pergamentstreifen die Siegel 1) Alberts von Amelunxen; 2) Gisos von Brobike. Auf der Rückseite von Hand saec. XVI.: Woerdehoff.

2276.

Rabe d. ä. von Papenheim erklärt nachträglich dem Konvent des Predigerordens in Warburg seine Zustimmung zu einem früheren Verkaufe. Warburg 1293.

Viris reverendis ac religiosis priori et fratribus ordinis fratrum Predicatorum conventus Wartbergensis et universis hoc scriptum visuris et audituris Raueno Maes senior de Papenheym noticiam veritatis. Cum venerabilis dominus meus, tunc electus et confirmatus dominus Otto Paderbornensis, nunc episcopus, in Herswidehusen constitutus, ubi et ego aderam ipsa hora, fratribus et ordini vestro venderet montem, quem possidetis, modo venditioni et emptioni[1]) interfui, annui et consensi nec excepi, quod aliquod ius me contingeret in eodem. Quare et per dissimulationem et taciturnitatem non solum cedere visus sum, sed ad honorem Dei et dicti ordinis vobis et eidem ordini iuri meo, quodcumque habui, pro me et pro meis heredibus, liberaliter consentiendo renuntiavi, prebui renuntians et assensum. Ne autem de hoc aliquis dubietatis scrupulus oriatur, quod tunc consenciendo feci, nunc in novo litteras per presentes et in hiis scriptis omni iuri, si quod michi vel meis heredibus deberetur in dicto monte, prout ipsum iam tenetis de consensu Ravenonis filii mei pro me et eodem Rauenone et ceteris heredibus meis in remedium animarum nostrarum vobis et sepe dicto ordini cedo, renuncio, dono sive lego et in vos omni eo modo tranfero, quo a me tranferri potest ipsum ius nostrum in monte huiusmodi universum. In cuius robur et evidenciam sigillum nostrum, Conradi et Rauenonis militum, fratrum meorum et meum de ipsorum consensu est appensum presentibus. Et ego Ecbertus miles dictus Speculum de Desenberic[2]), qui contractui prelibate venditionis et emptionis interfui, ad eiusdem Rauenonis rogatum hoc ipsum scriptum sigillo meo pariter communivi. Datum in Wartberic, anno Domini M°.C°C.XCIII.

[1]) epmcioni *Or.* [2]) Densenberic *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. in Warburg Nr. 46. Beide Siegel abgefallen.

2277.

Dietrich d. j. von Oddenhusen verspricht dem Kl. Bredelar für die Rente aus Gütern in Kirchelern *eine andere aus seinen Besitzungen in Horhusen. 1293.*

Universis hanc litteram visuris vel audituris Thydericus iunior dictus de Oddenhusen recognosco per presentes, quod ego viris religiosis domino . . abbati et conventui Breydelarensi pro pensione trium solidorum et dimidii, quam de bonis in villa Elren, in qua ecclesia sita est, (habebant),[1]) que ipsis de pleno consensu uxoris mee Cunegundis filiorum quoque ac filiarum mearum universorumque heredum meorum in restaurum molendini in Wygerdenchusen dedi, consentientibus omnibus heredibus meis predictis, tres solidos et dimidium de bonis meis in Horhusen annis singulis in festo beati Dyonisii absque contradictione recipiendos et sanctimonialibus in Dalhem, ad quas pensio spectat memorata, a predictis abbate et conventu singulis annis tamdiu dandos assignavi, quousque predictis sanctimonialibus sive conventui in Dalhem pro ipsorum arbitrio in equipollenti satisfecero pensione. Si autem, quod absit, antequam ipsis in simili pensione providero, premortuus fuero, heredes mei predicti eisdem omni remota occasione in sepe dicta providebunt pensione. In huius facti maiorem evidentiam presens scriptum sigillo honorabilis viri Herboldi prepositi Montis Martis duxi roborandum. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C. nonagesimo tercio. Huius rei testes sunt: Bertoldus plebanus in Brakele, Bertoldus de Huxaria proconsul Montis Martis, Heinricus et Thydericus fratres de Oddenhusen, Hermannus de Huxaria et Conradus frater suus, Gerbodo de Mulenhusen, Hermannus Monetarii, Reimboldus de domo monachorum, Thydericus Scarman et alii quam plures.

[1]) *Fehlt Msc.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Dalheim Nr. 39. Siegel des Propstes Herbold von Marsberg in grünem Wachs an Pergamentstreifen.

2278.

Die Brüder Adolf und Albert Grafen von Schwalenberg bekunden, dass sie und ihre Erben kein Recht an den Gütern und der Vogtei in Falkenhagen haben. Schwalenberg 1294 Januar 2.

Adolphus et Albertus fratres comites dicti de Swalenberch universis presencia visuris volumus esse notum, quod nos neque nostri heredes nihil iuris habemus in bonis ecclesie in Valkenhagen neque in advocacia neque in exactionibus aliquibus, sed nostri tantum antecessores eandem ecclesiam liberam fundaverunt. Datum Swalenberch, anno Domini M.CC.XCIIII., in crastino circumscisionis Domini.

Aus Falkenhagener Kopiar im Fürstl. Archiv in Detmold. Reg. Lipp. Regg. I, 274 Nr. 447.

2279.

Rathmänner der Neustadt Herford bekunden einen Rentenverkauf. 1294 Januar 5.

Omnibus presencia visuris et audituris nos consules novi opidi Heruordensis presentibus publice[1]) protestamur, quod Arnoldus dictus de Scildesche et Iohannes eius filius in nostra presencia constituti cum consensu uxorum suarum ac heredum vendiderunt Iohanni plebano ecclesie novi oppidi Heruordensis et successori suo predicte ecclesie plebano, qui fuerit pro tempore, annuatim in festo Michahelis censum XII denariorum in domo seu area Arnoldi predicti. Ut autem hec rata permaneant, sigillum universitatis nostre presentibus duximus apponendum. Testes autem huius rei sunt: Iohannes dictus Credo, Henricus de Hagen, Gerardus de Hagen, Iohannes Bolleman et alii quam plures. Datum anno Domini M°.C°C.XCII°II., in vigilia epiphanie Domini.

[1]) puplice *Or.*

Or. (beschädigt) im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Johann und Dionys zu Herford Nr. 31. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Die Urk. gehört vielleicht zu 1295.

2280.

Abt Heinrich von Corvey bestätigt die durch seinen Vorgänger Konrad bewirkte Inkorporation der St. Magnus-Pfarrkirche zu Horhusen in das Stift Marsberg. 1294 Januar 6.

Henricus Dei gratia abbas, prior, prepositus totumque capitulum ecclesie Corbeyensis viris religiosis et suis in Christo dilectis . . preposito et conventui monasterii Montis Martis salutem in eo, qui est fidelium vera salus. Cum pie recordacionis Conradus quondam abbas Corbeiensis, pre(de)cessor noster, cum consilio et consensu capituli sui ecclesiam parrochialem sancti Magni in villa Horhusen cum iure patronatus et omnibus pertinentiis suis monasterio vestro donaverit, sicut in litteris ipsorum abbatis et capituli sigillis firmatis plenius vidimus contineri, postmodum autem venerabilis pater ac dominus Otto episcopus Paderbornensis, dyocesanus loci, in hiis, que ad ipsum spectabant, eandem ecclesiam in subsidium sustentationis vestre vobis ac monasterio vestro contulit propter Deum, ita quod fructus, proventus et oblationes ipsius ecclesie, cum ad hoc se facultas obtulerit, ad usus vestros possitis convertere et eciam retinere, prepositus vero monasterii vestri, qui pro tempore fuerit, unum de confratribus vestris archidiacono loci debeat presentare, qui archidiaconus presentatum ad ecclesiam ipsam instituet et taliter institutus ipsius ecclesie plebem reget et tam episcopo quam archidiacono loci tenebitur ad omnia, ad que plebanus ibidem clericus secularis primitus tenebatur, salva sibi in omnibus regulari et monastica disciplina, sicut hec singula in litteris ipsius venerabilis domini episcopi Paderburnensis suo et archidiaconi loci et capituli ecclesie Paderburnensis sigillis sigillatis plenius et expressius continentur, nos supradicti pie recordacionis Conradi quondam abbatis, predecessoris nostri, et suorum actenus successorum vestigiis inherentes et insuper prefati patris ac domini episcopi Paderburnensis collacionem vobis factam gratam habentes et in supplementum sustentationis fratrum monasterii vestri redditus, qui adhuc sunt tenues, augeri cupientes de unanimi et communi consilio capituli nostri Corbeyensis vobis et monasterio vestro concedimus et concedentes statuimus ut, quociescunque dictam ecclesiam sancti Magni in Horhusen vacare contigerit, . . prepositus monasterii vestri, qui pro tempore fuerit, unum ex confratribus vestri conventus archidiacono loci ad eandem ecclesiam instituendum presentet, qui presentatus et per archidiaconum institutus ipsam ecclesiam et ipsius ecclesie plebem regat, fructus, proventus ac oblationes in utilitatem fratrum secundum ordinacionem prepositi et conventus

vestri fideliter convertendo. In horum igitur evidenciam ac firmitatem perpetuam de communi consilio capituli ecclesie nostre presens scriptum nostro et ecclesie nostre predicte sigillis fecimus roborari. Datum et actum anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, in epiphania Domini.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Propstei Marsberg Nr. 20. Das gleichzeitig an grünseidenen Fäden und einer weissseidenen Schnur früher befestigt gewesene Siegel des Abts fehlt jetzt; von dem an zwei rothseidenen Schnüren hängenden Siegel des Corveyer Kapitels haben sich noch grössere Bruchstücke erhalten. Vgl. Nr. 2269 und 2272. Gedr. Seibertz, UB. I, 447.

2281.

Edelherr Simon zur Lippe verleiht Lemgoer Bürgern sein Haus in Borghusen. *Lemgo 1294 Januar 13.*

(Nos Symon nobilis dominus de Lip)pia omnibus presencia visuris notum facimus, (quod Arnoldo et Hillebrando fra)tribus de Borghusen, oppidanis nostris in Lemego, (contulimus domum nostram in Borghusen) libere possidendam. In cuius rei testimonium (sigillum nostrum presentibus est appensum.) Presentes huius rei: Lubertus Wenet, (Fredericus Wenet, milites, et Ste)phanus noster notarius. Datum anno Domini M°.C°C.(LXX°XX quarto, ipso die Idibus) Ianuarii mensis, in oppido nostro Lemego.

Or., dessen vordere Hälfte abgerissen ist, und Abschr. saec. XVI. im Fürstl. Lippischen Archiv zu Detmold. Die Abschrift hat: Symonn, Borghuysen, de Wendt. *Von Besiegelung an dem erhaltenen Stück keine Spur. Reg. Lipp. Regg. I, 274 Nr. 448, wo Ortserklärung und II, 8.*

2282.

Die Brüder von Dalwigk verkaufen denen von Papenheim 1/4 Zehnten in Menne. 1294 Februar 1.

Nos Bernhardus et Conradus fratres de Dalwich recognoscimus, . . . quod nos . . . vendidimus Rabenoni seniori fratrum et militi de Papenheim et suis heredibus quartale decime nostre in Menne site cum suis usufructibus pro quinquaginta marcis gravium denariorum in Wartburgk usualium. Cuius rei testes sunt: dominus Theodericus Domdecke miles, Iohannes de Dalwich plebanus in Wettesingen et Iohannes Sassenbergh. In cuius rei testimonium scriptum presens sigillo domini Theoderici Domdecke predicti roboravi. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto, Brigide virginis.

Nach Abschrift aus dem „Copeibuch aller von Papenheim“ Bl. 41.

2283.

Graf Otto von Ravensberg sowie Richter und Rathmänner der Stadt Bielefeld bekunden, dass die Gebrüder Grip auf zwei Zehnten verzichtet haben. 1294 Februar 2.

Nos Otto comes de Rauensberge, iudex et consules opidi in Biluelde universis, ad quos presens scriptum pervenerit, notum facimus, quod constituti in nostra presencia Hermannns et Thimmo fratres dicti Grip recognoverunt coram nobis et coram iudicio Biluelde, quod in decima Lintberge et in Sutbrach nichil iuris haberent nec sibi aliquod ius in ipsa decima possent vendicare et omne ius, quod habebant, si quod fuit, per sentencias factas coram iudicio resignaverunt. Facta est hec renunciacio et resignacio presentibus: domino Henrico Top, domino Remberto de Busche militibus, Iohanne de Aschen, Bernhardo Valken, Bernhardo Top, Alberto de Donowe, Winando et Iohanne fratribus dictis Hadewich, Iohanne Pustere et Nicolao de Oldendorpe, famulis, Iohanne dicto Specht tunc temporis existente magistro consulum, magistro Iohanne, Iohanne Weitebir, Dithardo de Struchusen, tunc temporis existentibus consulibus, et aliis consulibus et multis probis et honestis anno Domini M°.C°C. nonogesimo quarto, ipso die purificacionis beate Marie virginis. Et nos Otto comes predictus et opidani predicti ad peticionem predictorum famulorum presentibus duximus nostra sigilla apponenda. Datum et actum ut supra.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Schildesche Nr. 32. An Pergamentstreifen Bruchstück 1) vom Reitersiegel Ottos mit Rücksiegel; 2) vom grossen runden Bielefelder Stadtsiegel.

2284.

Prior Konrad und Konvent des Kl. Abdinghof urkunden über die Ueberlassung eines Grundstückes in Paderborn an Dietrich von Horn. Paderborn 1294 Februar 8.

Nos Conradus prior, totus conventus monasterii sancti Pauli Padeburnensis presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod aream nostram sitam prope Paderam, que quondam fuerat Frederunis dicte Solfessen, Thiderico de Horne, Gerburgi sue uxori et liberis titulo pensionali hereditario iure perpetuo locavimus possidendam, ita ut nobis singulis annis in festo pasche sex denarios legalis monete et in festo Michaelis totidem de ipsa sine protractione qualibet persolvant. In cuius testimonium rei presentem paginam nostro sigillo duximus roborandam, prestantes ipsis plenam warandiam usque ad rivum prope fluentem et sepem curie domus vicine. Actum et datum Padeburne, anno Domini millesimo C°C.XCII°II., sexto[1]) Ydus Februarii.

[1]) sexta *Msc.*

Aus Msc. VII, 4217 f. 154 im Kgl. St.-A. Münster.

2285.

Bischof Otto von Paderborn bekundet, dass sein Vater Graf Konrad von Rietberg vor seinem Eintritt in den deutschen Orden demselben einen Hof übertrug. 1294 Februar 19.

Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus universis presencia visuris notum facimus protestantes, quod, cum dilectus pater noster Conradus, quondam comes in Retberg, una cum Symone filio suo fratre nostro bone memorie se conferret religioni domus Theutonice, curtem dictam Glashem una cum proprietate, hominibus et omnibus attinentiis ipsius de maturo consensu comitis Frederici fratris nostri defuncti et omnium heredum suorum eidem domui contulit et tradidit cum omni fructuum et proventuum integritate quiete et pacifice possidendam, quod contra quoslibet impetitores eiusdem curtis probare volumus, prout dictaverit ordo iuris. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo quarto, X°I. Kalendas Marcii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Benninghausen. Siegel an Pergamentstreifen.

2286.

Ritter Berthold von der Lippe verzichtet auf alle Rechtsansprüche an die Güter in Wimelsen *zu Gunsten des Kl. Brenkhausen. 1294 Februar 20.*

Noverint universi presentium inspectores, quod ego Bertoldus miles dictus de Lippia omni questioni, quam religiosis personis domine abbatisse et conventui sanctimonialium in Bergehus occasione bonorum in Wimelsen sitorum movere intenderam, si qua michi ratione advocatie, comicie, pheodi vel alterius iuris, quocunque nomine censeatur, videtur competere, ob reverenciam et honorem gloriose virginis Marie de consensu liberorum meorum videlicet Bertoldi, Conradi et Werneri renunciavi et in hiis scriptis renuncio simpliciter et precise. Datum anno Domini M°.C°C.XCII°II., X°. Kalendas Marcii.

Nach Abschr. Falke's in seinen Coll. II. p. 521 mit Siegelvermerk: erat detritum. Wimelsen *ausgegangene Ortschaft, eine Meile östlich Brakel. Vgl. Nr. 1577.*

2287.

Die Rathmänner v. Helmarshausen bekunden einen Verkauf an das Kloster daselbst. 1294 Februar 21.

Nos Conradus de Muden iudex, Albertus monetarius, Gozwinus de Nova Civitate, Iohannes de Hospitali, Lutfridus, Bertoldus Erthmari, ceteri quoque consules oppidi in Helwardeshusen, cunctorum noticie declaramus, quod Henricus dictus Bachtenderkeren, Elizabeth uxor ipsius, Henricus, Arnoldus, Theodericus et Wernherus filii sui, Hadeburgis et Alheidis filie eiusdem coram nostra constituti presentia recognoverunt publice protestantes, quod cum consensu omnium heredum suorum vendiderunt venerabili domino nostro Iohanni abbati et ecclesie in Helwardeshusen procurante domino Lyppoldo magistro karitatum ibidem XIIII iugera agrorum et dimidium Nove Civitati adiacentia eaque manibus ipsius domini nostri abbatis resignabant iuste emptionis titulo iure perpetuo possidenda. In cuius rei

testimonium presentes litteras sigillo nostre civitatis ad peticionem partium utrarumque duximus roborandas. Actum et datum nono Kalendas Martii, anno Domini M°.C°C.X°C quarto.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg. Siegel vom abhängenden Pergamentstreifen abgefallen.

2288.

Propst Herbold von Marsberg überträgt ein Haus in Horhusen gegen eine jährliche Geldabgabe an Stephan von Erlinghausen. 1294 März 21.

Nos Hereboldus prepositus totusque conventus monasterii Montis Martis omnibus presens scriptum visuris vel audituris notum fore cupimus, quos nos de communi consilio ad instantiam et resignationem Iohannis de Bilinchusen domum et aream sitam in villa Horhusen quondam Dumiconis ad caritates fratrum nostri conventus pertinentem cum omnibus suis appendiciis contulimus Stephano de Erdeţinchusen sueque coniugi Margarete necnon eorum filiis Hermanno, Godefrido et Stepphano ac ipsorum veris heredibus in hunc modum, quod de predicta domo et area solvent singulis annis karitatibus fratrum monasterii nostri duos solidos denariorum legalis monete in Mersberg ipso die beati Iacobi apostoli contradictione non obstante. Si vero predicti Stepphanus vel sui heredes pensionem prefatam dare neglexerint termino prefixo, domus prenotata cum omni situ suo de predictis heredibus nostro conventui vacabit et absque omni rebellione et impedimento predictorum heredum fratres conventuales eandem domum et aream poterunt obtinere. Huic autem resignationi et locationi testes affuerunt: Iohannes de Bilinchusen, Iohannes et Lodowicus de Vesperden fratres laici et alii quam plures. Preterea Albertus de Glindengere, Iohannes de Lippia custos, Richardus de Esleve, Conradus de Landesberg, Hermannus de Vesperden, Ludolfus magister caritatum de Mulehusen et Henricus frater suus et Henricus de Huxaria, fratres conventuales nostri monasterii, consentientes ipsamque resignationem et locationem ratam habentes unanimiter astiterunt. In cuius rei testimonium presentem paginam nostro et conventus nostri sigillis duximus muniendam. Datum et actum anno Domini M°.C°C.XCII°II., in die beati Benedicti abbatis.

Or. im Generalvikariats-Archiv zu Paderborn. Beide Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

2289.

Bischof Otto von Paderborn verbindet die Ablassgewinnung im Dominikanerkloster zu Warburg mit dem Fest der Kirchweihe am Dienstag nach Pfingsten. Paderborn 1294 März 30.

Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus universis hanc litteram visuris aut audituris salutem in Domino sempiternam. Cum auctoritate ordinaria in dyocesi nostra festa transferre, indulgentias ratificare et easdem valeamus insuper adunare, auctoritate ipsa de indulgentiis, quas venerabiles domini et fratres nostri archiepiscopi et episcopi pro festis et octavis festorum eorundem dilectorum nobis nostre plantationis fratrum Predicatorum sancte Marie in vinea in Wartberg contulerunt, quas et ratificavimus et ratificamus singulas, quadraginta dies de diebus singulis defalcamus et eandem indulgentiam sic defalcatam adunamus et transferimus in tertiam feriam infra octavas pentecostes, quando singulis annis anniversarium dedicacionis ecclesie dicte sancte Marie in vinea peragetur et octavis anniversarii cum karenis proportionaliter dividendas. In cuius adunacionis et translationis evidens testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.XCII°II., tercio Kalendas Aprilis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkloster in Warburg Nr. 47. An rothblauen Zwirnsfäden Bruchstücke vom Siegel Ottos.

2290.

Bernhard Herr in Brakel verzichtet mit Zustimmung seiner Gemahlin Sophie und seiner Söhne Otto, Hermann und Werner auf den vom Grafen von Waldeck zu Lehen gehenden Zehnten in Albachtessen, *unter der Bedingung, dass dieser denselben dem Kl. Willebadessen überträgt. Mitsiegler sein Verwandter Burchard von der Asseburg und Albert d. ä. von Amelunxen. 1294 Mai 26.*

Gedr. Asseb. UB. I, 476 nach Kopiar in Willebadessen.

2291.

Graf Otto und Gräfin Hedwig von Ravensberg versprechen, dafür Sorge zu tragen, dass Dechant und Kapitel zu Bielefeld ihr Siegel an die Urkunde Bischof Ottos über Errichtung des dortigen Stiftes, sobald sie ein solches haben möchten, hängen werden. 1294 Mai 27.

Nos Otto comes et Hadewigis comitissa in Rauensberg presentibus litteris publice protestamur, quod nos promittimus et obligamus nos curaturos cum effectu, quod decanus et capitulum in Bileuelde sigillum suum, cum habuerint, apponent ad privilegium a venerabili patre ac domino O(ttone) episcopo, decano et capitulo Paderbornensis ecclesie super institutione ibidem Bileuelde conventualis ecclesie sibi datum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°.C°C.XCII°II., in ascensione Domini.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fsttth. Paderborn Nr. 341. An Pergamentstreifen 1) verletztes Reitersiegel Ottos, wie Abbildung Westf. Siegel I Taf. XII Nr. 2; 2) beiliegend das theilweise an der Umschrift verletzte sonst gut erhaltene Reitersiegel der Gräfin Hedwig wie Abbildung Westf. Siegel I Taf. XII Nr. 5. Die Urkunde Bischofs Otto oben Nr. 2247.

2292.

Graf Otto von Waldeck resignirt dem Bischof Otto von Paderborn den Zehnten in Albachtessen *mit der Bitte, ihn dem Kl. Willebadessen zu übereignen. 1294 Juni 10.*

Venerabili in Christo patri ac domino suo ac consanguineo Ottoni Paderbornensi episcopo Otto Dei gratia comes de Waldecke, quicquid poterit, obsequii et honoris. Tenore presentium lucide ac evidenter protestamur et recognoscimus universis, quod nos maturo consensu prehabito nostrorum heredum ad resignacionem Bernhardi militis de Brakle et suorum heredum ad instanciam domini Arnoldi prepositi et conventus sanctimonialium ordinis sancti Benedicti in Wilbodessen decimam nostram in Albachtessen sitam cum usufructibus dominacioni vestre remittimus et resignamus in his scriptis, rogantes affectuose dominacionis vestre instanciam[1]), quatenus intuitu nostri servicii conventui sanctimonialium ordinis sancti Benedicti in Wilbodessen predicto et suis successoribus proprietatem eiusdem decime in Albachtessen site cum suis usufructibus in futurum dingnemini condonare. In huius rei testimonium scriptum presens sigillo nostro roboramus. Datum anno Domini M°.C°C.XCII°II., feria V. infra octavam pentecostes.

[1]) constanciam *C.*

Aus Willebadessener Kopiar in der Vereins-Bibliothek zu Paderborn (B), im Stadtarch. Dortmund f. 20v (C).

2293.

Graf Otto von Waldeck übereignet dem Kl. Willebadessen seinen Zehnten in Albachtessen. *1294 Juni 10.*

Nos Otto Dei gratia comes de Waldecke recognoscimus et publice protestamur universis presens scriptum visuris et audituris, quod nos ad resignacionem Bernhardi militis de Brakle et suorum heredum vendidimus preposito et sanctimonialibus monasterii ordinis sancti Benedicti in Wilbodessen decimam nostram in Albachtessen sitam cum suis proventibus universis in futurum possidendam, certam nos et heredes nostri pro nobis in posterum eisdem preposito et conventui sanctimonialium ordinis sancti Benedicti in Wilbodessen eiusdem decime in Albachtessen site facturi warandiam, sicut nos corporali sponsione obligamus ipsis in hiis scriptis. Quod ut ratum permaneat et inconvulsum, scriptum presens ex maturo consensu heredum nostrorum eidem preposito et conventui sanctimonialium ordinis sancti Benedicti in Wilbodessen predictis dedimus sigilli nostri munimine roboratum. Acta sunt hec sive decreta anno Domini M°.C°C.XCII°II., feria V. infra octavam pentecostes.

Aus Willebadessener Kopiar in der Vereins-Bibliothek zu Paderborn (B); saec. XV./XVI. im Stadtarchiv Dortmund f. 20 (C).

2294.

Graf Otto von Waldeck verzichtet mit Gemahlin und Kindern auf alles Recht an Zehnten zu Gunsten des Kl. Willebadessen. Waldeck 1294 Juni 13.

Nos Otto comes de Waldecke presentium inspectoribus constare cupimus universis, quod cum unanimi consensu ac bona voluntate domine Sophie inclite nostre coniugis legitime simul et Henrici, Adolphi, Godfridi, Gerhardi nobilium nostrorum puerorum ac omnium heredum nostrorum omne ius, quod probari potest nos habere vel habuisse in decima Albachtessen, conventui sanctimonialium in Wilbodessen dimisimus ac in hiis scriptis dimittimus cum omni eius usufructu, prout dicte ecclesie notorie coram multis et[1]) fide dignis vendidimus absque ullo impedimento, quod in posterum quocunque modo posset oriri, quiete et libere possidendam. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo nostro duximus sigillandum. Datum Waldecke, anno Domini M°.C°C.XCII°II., in octava pentecostes.

[1]) et *fehlt B, D.*

Aus Willebadessener Kopiar in der Vereins-Bibliothek zu Paderborn (B); saec. XV./XVI. im Stadtarchiv Dortmund f. 20v (C); Abschr. Overhams Collect. 1, 58 im Herz. Braunschw. Landesarchiv zu Wolfenbüttel (D).

2295.

Domkapitel und Klöster in Paderborn verkünden den Beschluss, dass bei Streitigkeiten die Aussage der Kollegiatstifter allen übrigen vorzuziehen sind. 1294 Juni 16.

Nos decanus et capitulum maioris, nos decanus et capitulum ecclesie sancti Petri nec non abbas et conventus monasterii sancti Pauli ac guardianus et conventus fratrum Minorum ecclesiarum Paderburnensium omnibus presentes visuris notum facimus per presentes, quod per nos decanum Paderburnensem et omnium[1]) decreto predictorum in maiore ecclesia nostra sententiando pronunciatum existit, quod iuramento cuiuscunque collegiate ecclesie propria tenentis super obtentione bonorum suorum quam cuiuscunque partis alterius in contrarium agentis potius erit standum. In cuius pronuntiationis nostre sive sententiationis testimonium presens scriptum super hoc confectum sigilli nostri ac ecclesie nostre ad causas munimine fecimus roborari. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo quarto, in crastino beati Viti martyris.

[1]) *Die Stelle des Msc. ist korrigirt. Es steht da* ep. omnium; *wahrscheinlich ist wie oben zu lesen.*

Aus Msc. VII, 4510 A fol. 100v und VII, 4510 p. 23 im Kgl. St.-A. Münster.

2296.

Graf Otto von Waldeck belehnt den Ritter Dietrich von Mederike mit mehreren Gütern, besonders mit dem iudicium vetitum *bei* Regerluttersen. *1294 Juni 18.*

. . . Cum iurisdictione in Nutteln et tota curia ibidem, cum curia in Aspe, cum duabus curiis in Bellenkhusen, cum tribus mansis in Wreckessen, cum curia Holthusen situm prope Roden, cum vetito iudicio prope fryenstol sito prope Regerluttersen, cum vasallitate in villa Hessenwault, cum tota decima in Witmare et sex mansis ibidem, cum quarta parte decime in Wettere, cum tota decima in Molhusen, cum quatuor mansis in Osterhusen.

Gedr. Spilcker, Everstein UB. Nr. 252a nach Abschrift im Arolser Archiv.

2297.

Der Edle Bodo von Homburg trifft Bestimmungen über die von ihm an Stift Kemnade verpfändete Vogtei in Tundern. 1294 Juli 5.

Nos Bodo Dei gratia dominus in Homburg tenore presentium publice protestamur. quod in advocacia nostra in Tundere, quam obligavimus ecclesie Kaminatensi pro centum marcis Bremensis argenti, durante tempore obligationis nichil attemptabimus, nisi prius a preposito et ab ecclesia prefata

fuerimus requisiti et advocati. Et tunc ex parte ecclesie advocatus noster advocaciam regendo residens, quandocunque prepositus ipsum advocaverit, de emendis excessuum, consenciente nobis in hoc preposito et conventu Kaminatensi, ad nostras manus tollet medietatem et prepositus reliquam recipiet medietatem. Et ne ecclesia iam dicta per nos aut per nostros tempore obligationis in aliis proventibus advocacie sustineat detrimentum, presentem litteram ipsi ecclesie prenotate dedimus nostro sigillo communitam. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo quarto, in crastinum Odelrici confessoris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Kemnade Nr. 19. Gedr. Spilcker, Everstein UB. Nr. 253. Reg. Dürre, Homburg Nr. 149 in Zeitschr. f. Niedersachsen, 1880.

2298.

Reinfried von Schorlemer und seine Brüder urkunden über eine Einigung betreffs Güter in Welda mit Kl. Willebadessen. Lipperode 1294 Juli 8.

Nos Rentfridus de Schorlimere una cum nostris fratribus Tiderico ac Temene omnibus hanc litteram visuris vel audituris notum esse cupimus et publice protestamur, quod nobis Bertoldus de Lippia de causa, que vertitur inter prepositum ac totum conventum in Wilbodessen de bonis in Wellede nobiscum, composicionem ac cohordinacionem facere poterit ac filia sua legitima inplementum detinebit ac predicta inconvulsa et inconfracta plenissime detineri. Quod cum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Datum Lipperode, anno Domini M°.C°C.X°C quarto, in die Kiliani.

Willebadessener Kopiar saec. XV./XVI. im Stadtarchiv Dortmund fol. 31.

2299.

Abt Johann und Kl. Hardehausen verkaufen dem Kl. Camp, Kölner Diöcese, domum seu curtim in Gulce, dyoc. Treuerensis, *für 194 Mark und einen Solidus. Mitsiegler die Äbte von Altenberg und Amelunxborn. Unter den Zeugen Weczelus, Priester und Mönch in Hardehausen und Konrad Famulus des Abts. 1294 Juli 11.*

Gedr. Annalen des histor. Vereins f. d. Niederrhein, Heft 39 S. 39.

2300.

Propst Crachto von Kemnade verkauft zwei Hufen Landes zu Pegestorf an den dortigen Pfarrer zur Erbauung eines Pfarrhauses. 1294 Juli 20.

Crachto Deo annuente prepositus Kaminatensis universis presentia visuris et audituris salutem in vero salutari. Quoniam ea, que pro tempore aguntur, ne simul cum tempore transeunte transeant et a memoria hominum recedant, solet ea prudentum industria litterarum et proborum virorum testimonio perhennare. Noverint igitur in posterum presentis littere inspectores, quod Hermannus sacerdos duos mansos in Perdestorp sitos[1]) emit a nobis pro XX duobus talentis, consentiente nobis priorissa et conventu, pro edificatione sui dormitorii, tali conditione et pacto mediante, quod idem sacerdos eos mansos cum omni iure ad tempora vite sue libere possidebit. Eo vero viam universe carnis ingresso, predicti duo mansi cum omnibus suis pertinentibus ad karitates cedere debent dominarum, quia ad hoc prefatus Her(mannus) illos comparavit, ut in suo anniversario bona consolatio pro sue anime remedio preposito et dominabus annuatim de eis bonis amministretur et priorissa et conventus illos mansos cum aliis bonis karitatum suarum alicui probo viro cum licentia et consilio prepositi poterunt et debent collocare. Verum ne in posterum ab aliquo preposito talis donatio conventui infringatur, presentem litteram ipsi Her(manno) et conventui dedimus sigillo conventus et ecclesie roboratam. Datum anno Domini M°.C°C.XCII°II., in octava beate Margarete.

[1]) suos *Msc.*

Aus Msc. I, 139 fol. 213 im Kgl. St.-A. Münster.

2301.

Bischof Otto von Paderborn bekundet, dass Knappe Roland von Nieheim und seine Brüder auf die Güter zu Helmern und den halben Zehnten zu Körbecke zu Gunsten des Kl. Hardehausen verzichten. Neuhaus 1294 Juli 25.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus notum facimus presentibus litteris et dicimus protestando, quod in presencia nostra constitutus Rolandus de Nyhem famulus pro se et fratribus suis, videlicet Hermanno et Walthero atque heredibus renuntiavit omni iuri, si quod eis competere videbatur in bonis Helemere, scilicet duobus mansis et in medietate decime Corebike, insuper omni actioni et inpetitioni contra monasterium Hersvidehusen ab hac hora in antea movendis et etiam exercendis promittens se effecturum, quod tam fratres quam heredes predicti suprascripta in perpetuum rata habeant atque grata. In cuius rei testimonium presens scriptum dilectis in Christo abbati et conventui monasterii in Hersvidehusen ad petitionem ipsius Rolandi dedimus sigilli nostri munimine roboratum. Actum et datum Nygenhus, ipso die Iacobi apostoli, anno Domini M°.C°C.XCII°II., presentibus testibus ad hoc rogatis .. venerabili patre ac domino Conrado Osnaburgensi episcopo, nobili viro Symone de Redberg canonico Osnaburgensis ecclesie, H(enrico) custode ecclesie sancti Petri Paderbornensis, clericis, nobili viro domino Bertoldo de Buren, . .[1]) dicto Boc de Yburg, militibus, et aliis quam pluribus fide dignis.

[1]) *Der Vornahme fehlt.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 301. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

2302.

Edelherr Simon zur Lippe bekundet Verzicht Genannter auf das von Kl. Benninghausen angekaufte Gut Overhagen. 1294 August 5.

Gedr. UB. III, 1494. Vgl. weiteres über den Verkauf in UB. III, 1448 und 1450. Reg. Lipp. Regg. I, 275 Nr. 449. Overhagen SW. Lippstadt.

2303.

Propst Ludolf von Corvey bekundet Schenkung an Kl. Haina. Corvey 1294 August 24.

Omnibus presens scriptum visuris Ludolfus Dei gratia Corbeiensis ecclesie prepositus in Christo salutem. Accessit coram nobis Thetmarus filius Harthmodi Longi quondam civis in Treise et viva voce nomine suo et nomine Harthmodi et Leonis fratrum suorum et Cunegundis sororis sue renunciavit bonis suis in Roden penes Lechtenosceth videlicet parte unius mansi, que ad ipsum et fratres suos et sororem iure hereditario pertinebat, dando illa fratribus Cisterciensis ordinis in Hegene perpetuo possidenda. Promisit insuper pro se et fratribus suis et sorore sua, quod super huiusmodi bonis dictis fratribus non movebit ulterius questionem. In cuius rei testimonium presentes litteras nostro sigillo iussimus sigillari. Datum et actum Corbeye, presentibus Hermanno institore, Brunsteno, burgensibus Corbeyensibus, anno Domini M°.C°C.XCII°II., in festivitate sancti Bartholomei apostoli.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Haina, Depositum. An von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen Bruchstück vom Siegel des Propstes: Maria mit dem Kinde.

2304.

Propst Arnold von Arolsen schenkt dem dortigen Kloster den Zehnten zu Landau zu Memorien. 1294 August 25.

In nomine Domini amen. Cum humane conditionis opera per temporis vetustatem in oblivionis precipicium devolventur, acta quidem hominum solent per scripta auctentica tenaci memorie perhennari. Unde nos Arnoldus Dei gratia prepositus sanctimonialium monasterii sanctorum apostolorum Iacobi, Iohannis et Andree in Aroldessen universis Christi fidelibus presentibus et futuris recognoscimus et notum facimus per presentes, quod nos matura deliberatione prehabita, iter artum et angustum atten-

dentes nostre anime ac nostrorum parentum, videlicet Arnoldi et Elizabeth ac aliorum nostrorum amicorum, salubriori remedio cupientes attencius providere, quadraginta marcas gravium denariorum de nostris propriis bonis in titulum testamenti nostro monasterio supradicto ob reverentiam sancte Marie, beatorum apostolorum Iacobi, Iohannis et Andree predictorum et pure dedimus propter Deum, a quibus medietatem decime novi opidi Lantowe comparavimus et ad cameram et utilitatem nostrarum dictarum sanctimonialium omni conditione postposita contulimus perpetuis temporibus libere perfruendam, hoc tamen addito, ut singulis annis ad nostrum nostrorumque parentum predictorum anniversarium marca gravium denariorum pro consolatione quadam a iam dicta decima conventui ministretur, ut eo reverencius ac diligencius nostrarum animarum memoria peragatur. Si quis vero hoc factum in nostro conventu a nobis confirmatum infringere attemptaverit, offensam omnipotentis Dei et sancte Marie, beatorum apostolorum Iacobi, Iohannis et Andree et conventus predicti se noverit incursurum. In cuius rei certitudinem et evidentiam pleniorem presentem paginam sigillo nostro una cum sigillis Iohannis plebani in Me(n)gerinchusen, Thiderici sacerdotis, nostri capellani, dedimus communitam. Et nos Wigandus de Eringen proconsul, Gotfridus de Monte, Thidericus Mischel una cum nostris sociis consulibus sigillum nostri opidi Lantowe ad peticionem domini prepositi predicti in firmius testimonium presentibus duximus apponendum. Testes vero sunt: Io(hannes) et Th(idericus) sacerdotes predicti, Iohannes de Hosterhusen, Iohannes de Helsen, Ernestus de Osterhusen et consules opidi Lantowe et alii quam plures fide digni. Datum et actum in die beati Iacobi apostoli, anno Domini M°.C°C. nonagesimo quarto, VIII. Kalendas Augusti.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs 1) kleines spitzovales Siegel des Propstes, Brustbild Marias mit dem Kinde, darunter Halbfigur; 2) abgefallen; 3) kleines spitzovales Siegel, zwei Pfauen, zwischen denen ein Blumenstengel. Umschrift: S. Iohis sacerdot. de Mengerhn; *4) kleines spitzovales Siegel, Figur eines Heiligen mit der Palme.*

2305.

Rathmänner und Richter der Stadt Paderborn bekunden, dass ihre Mitbürger, die Brüder von Andepen für ein Haus, aus dem sie dem Kl. Willebadessen eine Rente schuldeten, ein anderes eingetauscht haben. 1294 Oktober 2.

Universis hoc scriptum visuris nos Hermannus dictus Dockenere, Godfridus Pust, magistri consulum, Henricus de Rikenowe, Henricus de Stenhem, Iohannes de Kercdrop, Hildebrandus Comes, Arnoldus de Oldendorp, Godschalcus de Borglere, Volmarus de Soltkoten, Henricus de Graffen, Hermannus de Scidene, Henricus Euerberni, Bolleke, Iohannes Couot, Bertoldus de Zestinchusen, Gerhardus ante urbem, Conradus de Redinchusen, Bertoldus Bergmeger, consules, Iohannes de Valua et Wernherus dictus Rude, iudices civitatis Paderbornensis, notum facimus publice protestantes, quod, cum Andreas et Hedenricus fratres de Andepen, concives nostri, de domo sive area, quam inhabitat mater eorum dicta Helegesche, debitores fuerint preposito et conventui in Wilbodessen in pensione XXXII denariorum legalium annuatim, dicti fratres fecerunt permutacionem cum alia quadam domo pro domo sive area puerorum Volberni quondam concivis nostri premortui, que sita est infra muros nostre civitatis, in loco, qui dicitur Groue. Quam domum quidam cuprifaber inhabitat, de qua eisdem preposito et conventui duo solidi denariorum Paderborne legalium annuatim perpetuo persolventur. Prefati vero fratres de Andepen et eorum heredes de area, quam dicta mater eorum incolit, in recognicionem dicte pensionis [1]) olim de ipsa solute preposito et conventui sepe dictis persolvent duos denarios annuatim. In cuius facti memoriam nos cives Paderbornenses et consules predicti sigillum civitatis nostre rogati apposuimus huic scripto. Datum anno Domini M°.C°C.X°C quarto, in crastino Remigii.

[1]) pencionis *Abschr.*

Aus Willebadessener Kopiar saec. XV./XVI. im Stadtarchiv Dortmund f. 61 (D). Die Strassè, welche den Domplatz in Paderborn mit der Kampstrasse verbindet, heisst die Grube.

2306.

Kl. Hardehausen versichert dem Kapitel zu Fritzlar zum Ersatz für einen Zehnten zu Swerzelrode, den sie mit Genehmigung des Kapitels verkauft haben, gewisse Getreidezehnten von ihrem Hofe in der Stadt Fritzlar gewähren zu wollen. 1294 November 2.

Nos frater Ioannes abbas, .. prior totusque conventus monasterii in Herswidehusen, ordinis Cisterciensis[1]), Paderbornensis diocesis, recognoscimus publice per presentes litteras protestando, quod in omnem eventum dabimus et solvemus de curia nostra sita in oppido Fritslariensi undecim maldera siliginis et avene Fritslariensis mensure de bonis pertinentibus ad dictam curiam honorabilibus viris dominis decano et capitulo ecclesie Fritslariensis singulis annis et hoc in recompensam sive restaurum decime curie dicte Swerzelvorde, quam decimam vendidimus de consensu dominorum Fritslariensium prefatorum. In cuius recognitionis evidenciam sigillo nostri conventus et sigillis honorabilium virorum domini Volkwini prepositi ecclesie Fritslariensis et civium ibidem sigillari procuravimus istam cartam. Et nos Volquinus Dei gratia prepositus ecclesie Fritslariensis nostro sigillo et nos Conradus Scindeliph, Ditmarus de Wolfhan, magister Conradus, Volcmarus Comes, Henricus Papa, Iwanus, Conradus Bodonis, Hermannus Godelibs, Ismundus, Henricus de Vilsberch, Conradus Folpurgis[2]) et Wilhelmus de Hoenberg[3]), scabini Fritslarienses, sigillo communi ibidem ad rogatum prefatorum dominorum de Herswidehusen roboravimus istam cartam. Datum IIII. Nonas Novembris, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quarto.

[1]) Cirstac. *Abschr.* [2]) Fohurgis *Abschr.* [3]) Heenberg *Abschr.*

Abschr. saec. XVII. im Kgl. St.-A. Marburg.

2307.

Bündniss des Bischofs Otto von Paderborn mit verschiedenen Städten zur Sicherung des Landfriedens. 1294 November 6.

Ad robur pacis et tranquillitatis observandum et obviandum maliciis iniquorum nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus universis presentia cupimus fore notum, quod nos tamquam caput seu dominus principalis dilectis nostris amicis scul(te)tis, proconsulibus, scabinis, consulibus, burgensibus seu universitati burgensium et civium oppidorum infra scriptorum videlicet de Wartberg, Marsberg, Huxaria, Frislaria, Gesmar, Wolfhain et Nuenborg pro posse nostro consilio et auxilio publico et occulto astare et iuvare volumus contra unumquemque sive quoscumque, qui ipsos simul vel singulare oppidum ex predictis occasione destructionis castri dicti Holthusen sive illorum, qui capti fuerunt in dicto castro, qui adhuc in vinculis detinentur et qui sunt suis exigentibus excessibus decollati, vellent spoliis, dampnis, incendiis aut quibuscumque incommodis infestare et sic (sumere?) aliqualiter ulcionem illius sive illorum, et qui tales in suo territorio tenuerit sive (promoverit?), cum predictis oppidanis erimus inimici. Preterea quia novis morbis nova convenit antidota preparare, statuimus, decrevimus, ordinavimus volentes firmiter observare contra sagittarios ignis, ut in nostro dominio nullum ducatum sive securitatem habeant ullo modo, et si quempiam in aliquo predictorum oppidorum diurno vel nocturno tempore ignem, quod absit, contigit sagittare et si idem sagittarius ignis ad aliquam nostrarum munitionum seu civitatum venit, de tali sagittario ignis, quam cito certificati fuerimus de huiusmodi forefacto, iudicium et iustitiam utique faciemus, nisi forte nos necessitate cogente vel noster dapifer tali sagittario vel aliis secum euntibus indigemus vel indiget. In quo casu tales plena securitate gaudebunt et conductu. Preterea sancitum est, quod nulli in ... preiudicium civitatum nisi solum pro debitis conductum prestabimus ullo modo, sed unusquisque functus suo iure intrabit et exibit. In cuius compromissi testimonium presentem paginam nostri sigilli munimine dedimus roboratam. Datum sabbato ante festum beati Martini episcopi hyemalis, anno Domini M°.C°CX°C° quarto.

Or. im Stadtarchiv zu Warburg. Das an einem Pergamentstreifen angehängte Siegel des Bischofs ist ziemlich gut erhalten. Burg Holthusen *unweit Calenberg bei Warburg. Vgl. Asseb. UB. II S. 5.*

n.ö. Gudenberg

2308.

Die Brüder Hermann und Hildebold Edle von Pyrmont verzichten zu Gunsten der Kirche in Hameln auf alle Ansprüche an den Zehnten zu Wenge, den das Kapitel schon von ihrem Oheim zu Lehen getragen hatte. 1294 November 11—18.

... Tunc temporis consules Hamelenses: Weregisus proconsul, Henricus Gruelhot, Giso Hogeherte, Thidericus Rotundus, Iohannes Diues, Hermannus Meyrici, Bruno Edeleri, Lvdolfus Sinepmule, Weregisus Bertrammi, Wicbertus de Sualenberch, Hermannus Lupus ... Affuerunt etiam huic ordinationi Henricus Ruffus, Arnoldus Longus, milites, sculthetus Henricus, Arnoldus de Emeren, famuli, et alii quam plures.

Gedr. Meinardus, UB. des Stifts und der Stadt Hameln Nr. 116.

2309.

Erzbischof Gerhard von Mainz verspricht dem Landgrafen Heinrich von Hessen, die Burg Wildungen vom Grafen Otto von Waldeck an ihn zu bringen, wenn er die Rechtmässigkeit seines Anspruches erweisen kann. Amöneburg 1294 Dezember 1.

Gedr. Wenck, Hess. Landesgesch. II, UB. Nr. 237. Erwähnt Varnhagen, Grundlage S. 34C. Bei Senckenberg, Selecta jur. et hist. VI, 433 findet sich noch folgendes: 1294 in die decollationis (Iohannis Baptiste?) Gerhardus (archiepiscopus Maguntinus) Ottoni comiti Waldeccio renunciavit pro se et capitulo omni iuri et pretensioni, quam habuit capitulum in arcem Wildungensem.

2310.

Rave von Papenheim schenkt Kl. Hardehausen einen Hof und drei Hufen in Aslen. *1294 Dezember 1.*

Universis hanc litteram visuris vel audituris frater Io(hannes) dictus abbas totusque conventus monasterii in Hersuedehusen, Cisterciensis ordinis, et Raueno miles dictus iunior de Papenhem noticiam veritatis. Ne ea, que in tempore aguntur, fluxibili cum tempore pariter dilabantur, acta scriptis non immerito commendantur. Eapropter ego Raueno cupiens divino numini, nomini et cultui in suis domesticis devotum inpendere famulatum, protestor publice in hoc scripto me de benivolo et pleno consensu domine Elizabet uxoris mee, Rauenonis filii mei, Alheidis filie mee et omnium heredum nostrorum in omne tempus titulo donacionis inter vivos vel legacionis vel cuiuscumque alterius tranlacionis pro remedio animarum nostrarum, parentum et liberorum nostrorum donasse, legasse vel transtulisse sed et in hoc scripto dono, lego vel transfero cum eo iure, quo possum, curiam in Aslen et tres mansos, que bona cum ceteris suis reditibus solvunt annuatim duos bonos porcos cum omnibus attinentiis et iuribus ipsorum, sicut ego emeram a iam dicto monasterio in Hersuidehusen, sic eidem in Hersuidehusen monasterio et assigno, sic quod singulis annis de una marca gravium denariorum de dictis iam bonis per subcellerarium vel vices eius gerentem in piscibus et in albo pane, et quicquid poterit superaddi, fiat consolacio in refectorio [1] conventui iam prefato in anniversario, quod pro me et dicta E(lizabet) uxore mea, omnibus parentibus et liberis nostris VI. Kalendas Octobris sollempniter in missis, vigiliis, oracionibus ceterisque suffragiis ibidem iugiter peragetur. Quod autem super marcam excreverit, si aliquid certi ex parte mei restituendum vel solvendum tunc habetur, in festo beati Michahelis presentabitur meis testamentariis vel heredibus, prout in littera uxori mee data plenius continetur. Si autem nichil certi tunc habetur, excrescentia illo anno erit monasterii memorati. Preterea donavi quindecim marcas argenti examinati, cum quibus comparare debet idem conventus et assignare custodi certos proventus, de quibus cera ematur pro luminaribus altaris chori tempore divini officii perpetuo comburendis. Insuper relaxavi pariter et relaxo unum dextrarium a me dicto monasterio concessum et ab eodem proditum, quem ad valorem triginta marcarum denariorum in Wartberg legalium estimavi, et ad hoc duos poledros. Cum autem defuncti fuerimus ego Ra(ueno) et dicta E(lizabet) et non extitit aliquid restituendum vel solvendum, tunc,

ut predictum est, alius anniversarius fiet II°II. Kalendas Februarii et eodem modo de una alia marca de eisdem bonis et per eundem, per quem dictum est prius, fiat consolacio conventui sepefato. Ad horum iugem memoriam horum per omnia tenor in pergameno descriptus tabule affixus in ambitu claustri iuxta hostium capituli ad parietem omni tempore indelebiliter habeatur. Et nos dicti abbas et conventus hec acceptamus et ad ea servanda in omne tempus nos et nostros posteros firmiter obligamus. In horum evidenciam et maius robur sigilla dicti abbatis, militis de Papenhem, Alberti senioris de Amelungessen, Ecberti dicti Speculum de Desenberg presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°.C°C.XCII°II., Kalendis Decembris.

[1]) *Or.* refectotorio.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 302. Vier Siegel von den Pergamentstreifen ab.

2311.

Genannte Bischöfe gewähren den Besuchern und Wohlthätern der Kirche in Schildesche einen Ablass. Neapel 1294 Dezember 5.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Rogerius sancte Seuerine Dei gratia archiepiscopus, Guillelmus Callensis, Iacobus Maltensis, Perronus Larinensis, Stephanus Opidensis, Cyprianus Bouensis, Iacobus Acerriensis, Andreas Liddensis, Robertus Calinensis, Angelus Puteolanus eadem gratia episcopi salutem et sinceram in Domino karitatem. Vite perhennis gloria, qua mira benignitas conditoris omnium beatam coronat aciem civium supernorum, a redemptis precio sanguinis fusi de precioso corpore redemptoris meritorum debet acquiri virtute, inter que illud esse pregrande dinoscitur, quod ubique maiestas altissimi sed precipue in sanctorum ecclesiis collaudetur. Cupientes igitur, ut secularis ecclesia in Scildesen, Padeburnensis diocesis, congruis honoribus et iugi Christi fidelium frequentatione veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in festis subscriptis videlicet nativitatis, resurrectionis et ascensionis Domini nostri Ihesu Christi atque pentecostes, in quatuor festivitatibus gloriose virginis Marie, nativitatis et decollationis beati Iohannis Baptiste et dedicationis eiusdem ecclesie ac per octo dies dicta festa inmediate sequentes necnon in festo sancti Michaelis archangeli, beatorum Petri et Pauli aliorumque omnium apostolorum, beati Laurencii martiris, beatorum Martini et Nicolai pontificum, beatarum Katerine, Margarete et Cecilie virginum, in festivitate omnium sanctorum causa devotionis accesserint, aut qui dicte ecclesie pro sua fabrica vel structura, luminaribus, ornamentis seu aliis necessariis manus porrexerint adiutrices aut in extremis laborantes quicquam suarum legaverint facultatum, nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi singuli singularum dierum quadragenis de iniunctis sibi penitentiis, dummodo consensus diocesani ad id accesserit, in Domino misericorditer relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum apud Neapolim, anno Domini M°.CC°.LXXX°X quarto, pontificatus domini Celestini pape quinti anno primo, Nonis Decembris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Schildesche Nr. 33. An rothgelben Seidenfäden Siegelreste in rothem Wachs.

2312.

Bischof Konrad von Osnabrück und Domdechant Wicbold von Köln bekunden die Vereinigung Erzbischofs Siegfried von Köln und Bischofs Otto von Paderborn über die Städte Geseke und Salzkotten. Marsberg 1294 Dezember 12.

Nos Conradus Dei gratia Osnaburgensis ecclesie episcopus et nos Wicboldus maior in Colonia decanus et archidyaconus, arbitri arbitratores seu amicabiles compositores a reverendo domino nostro Syfrido archiepiscopo Coloniensi et venerabili in Christo patre domino Ottone Paderburnensi episcopo super questionibus et discordiis inter ipsos motis et exortis de consensu ecclesiarum suarum hinc inde assumpti et electi, in primis pronunciamus, dicimus et ordinamus omnes et singulas promissiones, obligationes, confederationes inter ipsos archiepiscopum et episcopum et ecclesias eorundem super

mutuis auxiliis ad invicem prestandis, fidei dationibus, iuramentis et penis vallatas et prius habitas et conscriptas in suo vigore et robore in omni sui forma firmiter duraturas et ipsas a partibus hinc inde . . successoribus et ecclesiis eorundem debite inviolabiliter observari. Tamen quia propter oppida Gesike et Saltcoten, que dicti archiepiscopus et episcopus et ecclesie eorundem pro invidiso tenebant et possidebant, quasi frequentius contigit inter ipsos discordiam exoriri, excipimus a prioribus litteris et instrumentis super hoc confectis et pronunciamus, dicimus et ordinamus, quod . . archiepiscopus et ecclesia Coloniensis oppidum suum Gesike cum hominibus, iudiciis, advocatiis, districtibus, iuridicionibus, censibus, petitionibus, proventibus, molendinis, aquis, aquarum decursibus, nemoribus, pratis, pascuis et aliis iuribus quibuscumque soli perpetuo optinebunt et possidebunt pacifice et quiete nec episcopus vel ecclesia Paderburnensis aliquid iuris seu emolumenti de cetero in oppido predicto iudiciis, advocatiis seu aliis iuribus et attinentiis quibuscunque ibidem sibi vendicabunt aliqualiter vel requirent. Similiter episcopus et ecclesia Paderburnensis oppidum suum Soltcoten cum hominibus, iudiciis, advocatiis, districtibus, iurisdictionibus, censibus, peticionibus, proventibus, molendinis, aquis aquarumque decursibus, nemoribus, pratis, pascuis et aliis iuribus quibuscunque soli perpetuo optinebunt et possidebunt pacifice et quiete, nec archiepiscopus et ecclesia Coloniensis aliquid iuris seu emolumenti de cetero in oppido predicto, iudiciis, advocatiis seu aliis iuribus et attinentiis quibuscunque ibidem sibi vendicabunt aliqualiter vel requirent. Item dicimus et ordinamus, quod archiepiscopus et ecclesia Coloniensis oppidum suum Gesike et episcopus et ecclesia Paderburnensis oppidum suum Soltcoten munire et firmare poterunt pro sue libitu voluntatis. Item dicimus et ordinamus, quod archiepiscopus Coloniensis de viginti quinque marcarum redditibus nobili viro Ottoni comiti de Euerstene dicto de Polle in feodo apud Soltcoten assignatis episcopum et ecclesiam Paderburnensem absolvere debet et dictum feodum eidem comiti, prout eidem archiepiscopo videbitur, in loco alio assignare, ita quod ex hoc idem episcopus et ecclesia Paderburnensis impetitionem aliquam imposterum non habeant vel gravamen a comite memorato. Item quia idem Paderburnensis episcopus E(uerhardo) comiti de Marka super prestando auxilio contra archiepiscopum Coloniensem incaute dicitur fecisse promissum, ad cavendum tamen honori ipsius episcopi et promisso suo dicimus et ordinamus, quod, si inter archiepiscopum et ecclesiam Coloniensem et dictum comitem guerram contigerit exoriri, idem episcopus cum viginti hominibus infra comitatum ipsius comitis de Marka ipsi comiti auxilium impendere poterit et iuvamen in defensione terre sue sine offensa archiepiscopi memorati. Sed extra comitatum dicti comitis idem episcopus munitionibus, castris, hominibus, fidelibus et vasallis, possessionibus et terre archiepiscopi et ecclesie Coloniensis nullas penitus molestias inferet[1]) neque dampna. Similiter archiepiscopus et ecclesia Coloniensis occasione guerre predicte et huiusmodi servicii impendendi comiti de Marka, munitionibus, castris, hominibus, fidelibus et vasallis, possessionibus et terre episcopi et ecclesie Paderburnensis nullas penitus molestias inferent neque dampna. Item dicimus et ordinamus, quod, si Otto comes de Waldecke dampna et iniurias nobilibus viris dominis de Buren, adiutoribus et consanguineis Paderburnensis episcopi, incendiis et rapinis et interfectionibus hominum ab eodem comite illatas ad requisitionem et monitionem ipsius domini Paderburnensis episcopi, quod statim fieri debere dicimus et volumus, non emendaverit nec condignam refusionem fecerit, item Paderburnensis episcopus eidem domino archiepiscopo Coloniensi contra dictum comitem potenter auxilium prestabit et iuvamen requisitus. Item dicimus et ordinamus, quod, si comes de Waldek structuram castri et oppidi Roden antiquitus abiuratam et structuram oppidi Landowe in grave preiudicium archiepiscopi et episcopi et ecclesiarum eorundem infra terminos ducatus Westfalie de novo constructam non deposuerit, dicti archiepiscopus et episcopus et ecclesie eorundem potenter et patenter alter ab altero requisitus sibi ad invicem mutuum auxilium prestabunt ad demolicionem et deposicionem munitionum et structurarum predictarum. Item dicimus, quod, si comes de Arnsberg Godefridum de Meschede militem, quem in suum castrensem apud Eversberg receptavit, a se et a terra sua non amoverit, ab episcopo Pader-

burnensi requisitus et monitus, quam monicionem et requisicionem statim fieri debere dicimus et volumus, idem episcopus Paderburnensis archiepiscopo Coloniensi auxilium prestabit contra comitem predictum. Item quia archiepiscopus predictus ad certum tempus ab . . abbate et conventu monasterii Cůrbeiensis accedente ad hoc pie recordationis quondam domini Rudolfi et nunc serenissimi domini Adolfi regum Romanorum auctoritate et consensu, in tutorem ipsius ecclesie Curbeyensis concorditer est electus et assumptus et gubernatio et distributio omnium bonorum dicti abbatis et monasterii eidem archiepiscopo universaliter est commissa, dicimus et ordinamus, quod episcopus et ecclesia Paderburnensis de tutela, dominio, bonis, iudiciis, districtibus, iurisdicionibus et aliis iuribus quibuscumque ad ipsam tutelam spectantibus se nullatenus intromittent, sed ipsum archiepiscopum et ecclesiam Coloniensem libere sua tutela infra tempus ad hoc deputatum sine omni turbacione in ecclesia Curbeyensi predicta gaudere permittent pacifice et quiete. Item cum episcopus Paderburnensis quasdam novas munitiones apud Borcholte et alibi in sua dyocesi ob varios insultus inimicorum pro conservatione uberiori bonorum ecclesie sue infra terminos ducatus Westfalie absque licencia et conniventia archiepiscopi Coloniensis, ducis Westfalie, fecerit, erexerit et construxerit, pro quarum demollicione idem episcopus et ecclesia sua ab eodem archiepiscopo tamquam a duce sepius fuerunt requisiti, dicimus et ordinamus pro commodo pacis, quod episcopus et ecclesia Paderburnensis infra annum continuum et immediate sequentem huiusmodi municiones novas ex gracia archiepiscopi tenere poterunt sic constructas. Interim inter dictos archiepiscopum et episcopum et ecclesias eorundem ordinacionem amicabilem attemptabimus super structuris antedictis et hoc diffinicioni nostre infra terminum predictum presentibus reservamus. Elapso vero anno predicto, si, quod absit, interim super huiusmodi structuris novis non fuerit amicabiliter ordinatum, salva erunt exnunc ut extunc archiepiscopo et ecclesie Coloniensi ius et impetitio et episcopo et ecclesie Paderburnensi ius et defensio sua super structuris antedictis. Dicimus etiam exnunc ut extunc in huiusmodi structuris observandum, prout alias super hiis inter ipsos archiepiscopum et episcopum actum extitit et conscriptum, et sicut in litteris eorundem super hoc confectis et sigillis ipsorum sigillatis plenius continetur. Item salva distinctione predicte pronunciationis nostre per omnia dicimus et ordinamus, quod episcopus et ecclesia Paderburnensis archiepiscopo et ecclesie Coloniensi et archiepiscopus et ecclesia Coloniensis vice versa episcopo et ecclesie Paderburnensi sibi ad invicem mutuum auxilium prestabunt contra quoscumque suos adversatores et inimicos secundum antiquum modum et formam et antiquas colligationes[2]) et confederationes inter ipsos habitas et conscriptas. Et per huiusmodi nostram pronunciationem omnes questiones, rancores et discordias inter partes predictas volumus et dicimus esse sopitas et sedatas. Item exactiones captivorum et aliorum non assignate sive deputate, sed existentes apud dominos et officiatos, solvi non debent. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Pronunciatum et datum apud Montem Martis, anno Domini millesimo C°C. nonagesimo quarto, die dominica proxima ante festum sancte Lucie virginis. Et nos archiepiscopus Coloniensis et episcopus Paderburnensis predicti pronunciata, ordinationes et dicta venerabilis in Christo patris domini Conradi Osnaburgensis episcopi et Wicboldi decani Coloniensis, arbitrorum nostrorum predictorum, approbantes, rata et grata habentes, promisimus et promittimus fide prestita corporali ea omnia et singula, quoad vixerimus, facere et inviolabiliter observare. In cuius rei testimonium presens pronunciatum ex certa nostra scientia sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Datum anno et die predictis.

[1]) *Or.* inferent. [2]) collegationes *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 354. Von den angehängten vier Siegeln nur das vierte, des Paderb. Bischofs vollständig, von Nr. 1 und 3 (Konrad von Osnabrück und Siegfried von Köln) nur kleines Bruchstück erhalten; vollständiges das spitzovale des Kölner Domdechanten Wicbold, Geistlicher in sitzender Stellung, in der Rechten einen Palmzweig, in der Linken das Evangelium. Von der Umschrift: . . . dus Dei gra(tia) c . . . ma . . . can. et arch. *Auf der Rückseite Sekret-*

siegel. Gedr. Seibertz UB. I, 450 nach Transsumpt; ein Bruchstück Osnabr. Mittheil. V, 141. Erwähnt Kleinsorgen, Kirchengeschichte II, 184; Varnhagen, Grundlage S. 341. Vgl. zu diesem Vertrage die Urkk. von (1287) 1288 Februar 7, Nr. 1977, und unten 1295 Februar 14. Nr. 2323.

2313.

Die Ritter Alexander und Ulrich von Escheberg schenken dem Kl. Flechtdorf zu Memorien ihren Hof in Gembeck. Warburg 1294 Dezember 20.

Universis hanc litteram visuris vel audituris Alexander et Olricus milites dicti de Esscheberg noticiam veritatis. Quoniam cultui divino operam impendere est necesse, mancipatis Dei obsequio magis debemus impendere suffragia ad cultum huiusmodi prosequendum. Eapropter curiam in Gembick, cuius proprium in Flechtorpp ad ecclesiam pertinet pariter et attinebat, quam cum omnibus attinentiis et iuribus suis cum bone memorie Hermanno tunc fratre nostro dicte ecclesie obtuleramus, eandem simili modo et nunc offerimus et omni iuri, si quid in dicta curia nobis vel nostris heredibus competeret vel posset competere in futurum, ob favorem et dilectionem charissimi nobis domini Rauenonis iunioris dicti de Papenheim militis nos A(lexander) et Ol(ricus) pro nobis et dictis nostris heredibus renunciamus, sic ut eandem curiam, de qua dictum est, cum omnibus iuribus et attinentiis suis sepe dicta ecclesia in perpetuum libere possideat et quiete, recognoscentes, quod nos et nostri heredes nichil iuris de dicta curia modo et in posterum vendicabunt. Volumus tamen et ordinamus, quatinus sequenti die post octavas beati Iohannis Baptiste nativitatis unum anniversarium in vigiliis et missis, ut mos est, in dicta ecclesia sol(l)emniter peragatur, quod sit in remedium peccatorum domini Rauenonis et uxoris sue, sororis nostre Elisabeth, nostrorum avorum uxorumque nostrarum, parentum liberorumque utrobique, et tunc conventui consolatio fiet ad morem ab antiquis observatum de proventibus sepe dicte curie, ut in aliis anniversariis de aliis bonis eidem conventui fieri consuevit. Preterea Raueno miles antedictus tunc legavit tres marcas examinati argenti ad ecclesiam vel ad tecta reparanda ecclesie memorate. In huius rei testimonium per nos et per nostram promotionem nostrorum sigilla scilicet Al(exandri) et Ol(rici), militum de Papenheim et Ecberti dicti Speculum de Desenberg et domini Conradi abbatis de Breidelar presentibus sunt appensa. Datum in vigilia Thome in Wartbergh, anno Domini millesimo ducentesimo X°C. quarto.

Aus Msc. VII, 6704 A fol. 20 im Kgl. St.-A. Münster und Flechtdorfer Kopiar vom Jahre 1536 Nr. 16 im Fürstl. Waldeck. Archiv in Arolsen, das Gembicke *hat. Vgl. oben Nr. 1818, Schenkung einer Hufe in G. an Kl. Flechtdorf.*

2314.

Abt Heinrich von Corvey erbittet mit seinem Konvente vom Papste (Coelestin V.) die Bestätigung der von ihm bewirkten und seitens des Diöcesanbischofs (Otto) von Paderborn genehmigten Uebertragung des Patronatsrechtes der Magnuskirche in Horhusen an Stift Marsberg. 1294.

Gedr. UB. V, 798. Vgl. Nr. 2269, 2272 und 2280.

2315.

Kl. Hardehausen verkauft Schulden halber die Hälfte seiner Güter zu Lon an das Kapitel zu Fritzlar. 1294.

Noverint universi tam posteri quam presentes, quod nos frater Iohannes dictus abbas, prior totusque conventus in Herswidehusen, Cisterciensis[1]) ordinis, Paderbornensis dyocesis, oppressi multiplici honere debitorum unanimi consensu et animo deliberato vendidimus honorandis viris dominis . . decano, scolastico totique capitulo ecclesie Fritslariensis, Maguntine dyocesis, medietatem omnium bonorum nostrorum sitorum in villa Lon cum suis pertinenciis quibuscunque, videlicet domibus, horreis, areis, curtibus, nemoribus, silvis, pratis, pascuis, aqueductibus, piscariis et aliis eorum pertinenciis, quocunque nomine nuncupentur, proprietatis titulo perpetuis temporibus optinendam, volentes dominos

Fritslariensis predictos warandare medietate bonorum prefatorum, prout debitum fuerit et consuetum. Renunciamus insuper prefatis bonis precise litteras per presentes. Ut autem dicta vendicio perpetuo maneat inconvulsa, presentem litteram super dicta vendicione confectam nostri conventus sigillo necnon honorabilium virorum domini Volkwini . . prepositi ecclesie Fritslariensis ac civitatis Fritslariensis sigillis procuravimus[2]) roborari. Et nos Volcquinus Dei gracia prepositus ecclesie Fritslariensis, Conradus Scindeliph, Ditmarus de Wlfhain, magister Volcmarus Comes, Conradus Bodonis, Iwanus, Henricus Papa, Sifridus de Nuwenburg, Ditmarus Moysceich, Wilhelmus de Hoenberg, Conradus Folpurgis, Rimundus, Henricus de Vilsberg, Hermannus Godelibi, scabini oppidi Frislariensis, nostris sigillis ad rogatum prefatorum dominorum de Herswidehusen roboravimus istud scriptum. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo[3]) quarto.

[1]) Cirstaciensis *Or.* [2]) *Folgt noch einmal* presentem litteram. [3]) nonegesimo *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Marburg. Von den an Pergamentstreifen angehängten Siegeln fehlt das des Propstes; vom Fritzlarer Siegel nur kleines Bruchstück erhalten. Vgl. Nr. 2319.

2316.

Propst, Priorin und Kl. Willebadessen bekennen für die Geldspenden zweier Mitschwestern einen Hof in Ditmarsen vom Paderborner Bürger Heinrich Endhachte gekauft zu haben. 1294.

Nos Arnoldus prepositus, Gertrudis priorissa totusque conventus in Wilbodessen notum esse volumus et presenti scripto memorie in perpetuum commendamus, quod soror nostra Mechthildis de Curia beneficio et consolationi nostri conventus intendens a nobis quinque marcis legalium denariorum emit duo maldra annone, unum siliginis et unum ordei, ut cum iam dicta annona in anniversario patris ipsius et in anniversario matris eius cum aliis, que tunc conventui dabuntur, etiam cervisia ministretur. Hiis vero quinque marcis appositis quindecim marcis domine Gertrudis nostre sororis dicte de Sosato emimus ecclesie nostre a Henrico Paderbornensi burgense dicto Endachte unum mansum in Titmannessen qui solvit decem moldra annone cum aliis attinentiis omni anno. Nos autem ad petitionem supradicte domine Mechthildis prehabita duo moldra conventui nostro dari disposuimus et conscribi fecimus de curia nostra in Albachtessen, quam sepe dicte Mechthildis pater beate memorie quadraginta marcis pro remedio anime sue nostre ecclesie comparavit. Proinde ut hec nostra ordinatio perpetuo durabilis permaneat et a nostris successoribus ratum et gratum habeatur, presens scriptum scribi fecimus sigilli nostri munimine roboratum. Actum et datum anno Domini M°.C°C.LXX°XXII°II.

Or. im Besitze des Freiherrn von Wrede zu Willebadessen. Siegel des Klosters, schlecht erhalten, am blauen Band. In der Jahreszahl ist II°II am Rande nachgetragen, nachdem ursprünglich wohl neue Zeile beabsichtigt war.

2317.

Kl. Quernheim verkauft der (Johannes)kirche in Enger zwei kleine Äcker daselbst. 1294.

Omnibus presens scriptum visuris nos Conradus prepositus, priorissa et conventus monasterii in Quer(n)hem notum esse volumus et publice[1]) protestamur, quod duos agellos in campo Angarensi apud villam sitos, quos bone memorie Gerhardus dictus Buc defunctus ac deinde Bertradis uxor sua relicta ecclesie nostre pro salute anime sue contulerunt, honorabilibus viris decano et capitulo ecclesie Angarensis pro marca legalis monete vendidimus in meram proprietatem perpetue possidendos testimonio presentium litterarum, quas fecimus sub sigillo ecclesie nostre ex certa sciencia communiri. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo II°II.

[1]) puplice *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift St. Johann und Dionys zu Herford Nr. 30. An Pergamentstreifen das an oberer und unterer Seite abgebröckelte ovale Siegel des Quernheimer Konvents, gothische Verzierung in der Mitte, oberhalb Maria mit dem Kinde, Brustbild, unterhalb Brustbild eines Bischofs mit Stab und Buch. Vgl. Westf. Siegel III, Taf. 103 Nr. 3.

2318.

Edelherr Simon zur Lippe verkauft dem Kl. Clarholz die Vogtei über den Isinghof bei Beckum. 1294.

Nos Symon nobilis dominus de Lippia omnibus presentia visuris notum facimus et tenore presentium protestamur, quod nos de consensu ac voluntate uxoris nostre ac aliorum heredum advocatiam curtis nostre dicte Ysinchof site apud Bekehem claustro in Claholte vendidimus pro quinquaginta marcis Osnaburgensium denariorum, (quas) nobis totaliter persolverunt. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XX quarto. Presentes huius facti: Iohannes de Linge, Hermannus et Bernardus de Beren, fratres milites, Lubertus et Conradus de Avenstrath fratres, Hinricus Scole, Ecbertus et Adolfus de Batenhorst fratres, Levoldus de Vinckenberg, castellani nostri et famuli, Stephanus noster notarius et alii quam plures fide digni.

Or. im Fürstl. Bentheimschen Archiv zu Rheda, Clarholz Nr. 66. Vom ersten Siegel hängt noch ein Theil, vom zweiten nichts mehr an Pergamentstreifen. In den Lippischen Regesten nicht verzeichnet.

2319.

Kl. Hardehausen verkauft Schulden halber seine Güter zu Lon an das Kapitel zu Fritzlar. 1295 Januar 7.

In nomine Domini amen. Noverint universi, ad quos pervenerit presens scriptum, quod nos frater Iohannes dictus abbas, prior, totusque conventus in Herswidehuisen [1]), Cisterciensis [2]) ordinis, Paderbornensis dyocesis, oppressi multiplici honere debitorum unanimi consensu, et animo deliberato, vendidimus honorandis viris, dominis . . decano, scolastico totique capitulo ecclesie Fritslariensis, Maguntine dyocesis, omnia bona nostra in villa Lon sita, cum omnibus suis iuribus et pertinenciis quibuscumque videlicet domibus, horreis, areis, curtibus, silvis, nemoribus, pratis, pascuis, aqueductibus, piscariis, iuriditionibus ac aliis eorum pertinenciis quocumque nomine censeantur, proprietatis titulo perpetuis temporibus possidenda, volentes predictos dominos Fritslarienses warandare prefatis bonis, prout debitum fuerit et consuetum. Renunciamus [3]) etiam prefatis bonis in Lon precise ex corde litteras per presentes. Ut autem dicta vendicio perpetuo maneat inconvulsa, presentem litteram super dicta vendicione confectam nostri conventus sigillo necnon honorabilium virorum domini Volkwini prepositi ecclesie Fritslariensis ac civium Fritslariensium sigillis procuravimus [4]) roborari. Et nos Volkwinus Dei gracia prepositus ecclesie Fritslariensis nostro sigillo et nos Conradus Scindeleph, Ditmarus de Wlfhain, Volcmarus Comes, Conradus Bodonis, Iwanus, Heinricus Papa, Sifridus de Nuwenburg, Teipelo Moinscich [5]), Wilhelmus de Hoenberg, Conradus Folpurgis, Rimundus, Heinricus de Vilsberg et Hermannus Godelibi, scabini Fritslarienses, sigillo civium ibidem ad rogatum prefatorum dominorum de Herswidehusen roboravimus istud scriptum. Actum et datum VII. Idus Ianuarii anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto.

[1]) Herswidehusen *B.* [2]) Cirstaciensis *A und B.* [3]) renunciantes *B.* [4]) *Folgt noch einmal* presentem litteram *A und B.* [5]) Moynsich *B.*

Or. in zwei Ausfertigungen (A und B) im Kgl. St.-A. Marburg. An Pergamentstreifen die ziemlich erhaltenen drei Siegel. Vgl. Nr. 2315.

2320.

Dechant und Kapitel der Marienkirche in der Neustadt Bielefeld bekunden Verkauf eines Hauses in Harsewinkel an Kl. Marienfeld. 1295 Januar 13.

. . . Presentibus: domino Frederico tunc pro tempore decano, Bertholdo thesaurario, Sintrammo scolastico, Theoderico, Menrico dictis de Widenbrug, Iohanne et Ernesto, canonicis in dicta ecclesia, magistro Iohanne cive in Bilevelde.

Gedr. UB. III, 1533 mit Kölner Datirung zu 1296, aber ohne Grund.

2321.

Abt Heinrich und Stift Corvey überweisen der Propstei Marsberg ein von der Corveyer Ministerialenfamilie von Adene angekauftes Gut; die Erträgnisse sollen an den Anniversarien derjenigen Personen, mit deren Gelde das Gut ursprünglich für Corvey angekauft wurde, an die Marsberger Stiftsgeistlichen vertheilt werden. 1295 Februar 1.

Henricus Dei gratia abbas, .. prior, .. prepositus totumque capitulum Corbeyensis ecclesie viris religiosis et suis in Christo dilectis .. preposito et conventui monasterii Montis Martis salutem[1]) in eo, qui est fidelium vera salus. Cum ex debito nostri officii subditorum nostrorum profectibus et precipue ecclesiarum nostrarum providere et intendere teneamur, ut in ipsis collegiis Deo propicio tam[2]) in spiritualibus quam in temporalibus vigeat honestas et prosperitas nec decrescant, hinc est, quod nos Henricus abbas Corbeyensis ecclesie de unanimi consilio et consensu[3]) totius capituli ecclesie nostre predicte, sufficientibus tractatibus[4]) prehabitis, accedentibus legitimis sollempnitatibus, que in perpetuis donacionibus, concessionibus seu alienationibus rerum ecclesiasticarum sive temporalium exiguntur[5]), intuitu Dei fraterneque caritatis dilectis filiis et confratribus nostris .. preposito et conventui monasterii Montis Martis donamus et libere conferimus et transferimus ad vos et ad vestrum monasterium[6]) proprietatem bonorum in villa[7]) Tuissene sitorum[8]), iuxta Montem Martis iure ministeriali sive quocunque alio iure ad nos et ad nostram ecclesiam pertinencium, que Lutgardis relicta Mathie de Adene premortui, Hildegundis soror ipsius et Henricus filius dicte[9]) Lutgardis et Mathie cum consensu suorum heredum voluntarie[10]) cum areis et universis appendiciis seu usufructibus ipsorum bonorum in Tuissene vobis et monasterio vestro pro viginti septem marcis denariorum in Monte Martis usualium vendiderunt. Et ne, quod absit, fidelium anime, de quorum elemosinis eadem bona comparata sunt, in suis anniversariis et memoriis defraudentur vel defectum paciantur, singulis annis in ipsorum anniversariis confratribus monasterii vestri per magistrum karitatum equali porcione debent dispensari. Ut autem huius proprietatis a nobis facta donatio rata et inconvulsa perpetuis temporibus perseveret, nostro et tocius conventus ecclesie Corbeyensis, de quorum consilio et consensu hanc donationem sive translacionem proprietatis bonorum in Tuissene sitorum libere vobis et monasterio vestro contulimus, sigillis presentem paginam fecimus communiri. Huius vero donationis testes sunt: Bernhardus prior et camerarius, Ludolfus prepositus, Henricus custos, Bertoldus cellerarius, Conradus portarius, Fredericus prepositus Novalis, Florencius infirmarius, Bertoldus magister carpentariorum, Olricus magister karitatum, Albertus Homelingus, Wippertus, Henricus de Stamme, Rabodo, Hermannus, Bertrammus, Wilhelmus, Amelungus, Alexander, Thidericus de Vitinchoue, Henricus de Osickesen, Hinricus Buddo, Hugo, Iohannes, Bernhardus conventus ecclesie Corbeyensis et Godefridus notarius domini abbatis predicti et alii plures viri fide digni. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo quinto, in vigilia purificationis beate Marie.

[1]) *Bei B lautet der Anfang:* Henricus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas omnibus presens scriptum visuris et audituris salutem ... [2]) Deo — tam *fehlt B.* [3]) consensu et consilio *B.* [4]) sufficientibus tractatibus *fehlt B.* [5]) accedentibus — exiguntur *fehlt B.* [6]) et transfer. — monasterium *fehlt B.* [7]) villa *fehlt B.* [8]) *Bei B folgt* cum omni iure sive ministeriali seu alio iure quocunque. [9]) dicte *fehlt B.* [10]) *Bei B folgt von hier an bis Schluss:* sicut ipsa bona ad predictos heredes pertinebant cum areis seu usufructibus et universis appendiciis ipsorum .. preposito et conventui monasterii Montis Martis predictis vendiderunt pro viginti septem marcis denariorum ibidem usualium pecunie numerate, nobis vero, ut ipsis .. preposito et conventui eadem bona conferremus, cum omni integritate et proprietate totaliter sine aliqua conditione et spe rehabitionis in manus nostras resignarunt. Et ne fidelium anime, de quarum elemosinis bona predicta comparata sunt, in suis anniversariis et memoriis defectum patiantur, statuimus, ut singulis annis fructus sive pensio bonorum sepe dictorum inter confratres vestri monasterii per magistrum karitatum equali portione dividantur. Ut autem huiusmodi proprietatis donatio ipsis .. preposito et conventui predictis stabilis et inconvulsa, a nobis et a nostris successoribus in evum permaneat, presens scriptum sigillo nostro duximus roborandum. Datum anno Domini M°.C°C. nonogesimo quinto, in vigilia purificationis beate Marie.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Propstei Marsberg Nr. 22. Von den zwei an Pergamentstreifen angehängten Siegeln nur Bruchstück vom Siegel des Abtes erhalten. Eine zweite Ausfertigung vom selben Datum, Propstei Marsberg Nr. 23 (B), ist allein vom Abt Heinrich ausgestellt und enthält bedeutende unter dem Text angegebene Abweichungen. An Pergamentstreifen unkenntliche Bruchstücke des Siegels.

2322.

Bischof Otto von Paderborn bestätigt mehrere von Dechant und Kapitel des Stifts Busdorf getroffene Bestimmungen. 1295 Februar 2.

Universis hanc paginam inspecturis Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus salutem in eo, qui est fidelium vera salus. Dilecti nobis in Christo . . decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Paderbornensis pro utilitate sive necessitate ac emendatione ecclesie sue atque pro memoria sui habenda, si fieri posset, consensu unanimi statuerunt, ut cuilibet canonico in maiori prebenda existenti post mortem suam duo anni immediate sequentes cederent, tercius vero ad usus fabrice integraliter pertineret, quem tamen tercium annum emancipatus ad dictam prebendam pro quatuor marcis possit redimere, si placeret. Item pro utilitate canonicorum in minoribus prebendis existencium, ne expensis gravibus honerarentur, similiter statuerunt, ut episcopale servicium pro tribus marcis possent redimere, quas marcas fabrice sive emendationi ecclesie deputarunt, scolaribus vero decem et octo solidi et sex libre cere ad cereos et uncia pullorum ad convivium faciendum dabuntur, ut eo commodius eorum perficiant consueta gaudia sive ludos; petentes suppliciter, ut statuto sive statutis huiusmodi consensum adhibere ac eciam roborare Dei, patronorum eorum et ecclesie intuitu curaremus, ac ipsa statuta faceremus inviolabiliter observari. Nos igitur eorum precibus inclinati dicto statuto rationabili et honesto pium consensum adhibentes ac ipsum duraturum perpetuo decernentes, mandamus in virtute sancte obediencie et sub interminatione anathematis sive sub pena excommunicationis firmum ut inviolabile observari, quam in non observantes vel illud impedientes exnunc et extunc ferimus in hiis scriptis. Datum anno Domini M°.C°C.X°C quinto, in die purificationis beate Marie virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 47. Nur das rückwärtige Sekret Ottos an roth gewesenen Hanffäden ist erhalten, vom Vordertheil des Siegels nichts mehr vorhanden. Ein zweites Exemplar, mit Nr. 2271 zusammengeschrieben, hat epischopale, *sonst gleichlautend.*

2323.

Erzbischof Siegfried von Köln und Bischof Otto von Paderborn bekunden gegenseitig ihre Auseinandersetzung über den bisherigen gemeinsamen Besitz von Geseke und Salzkotten. (1294) 1295 Februar 14.

Nos Syfridus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod, cum nos, antecessores nostri et ecclesia Coloniensis et venerabilis in Christo pater O(tto) Paderburnensis episcopus suique antecessores et ecclesia Paderburnensis oppida Gesike et Saltkoten retroactis temporibus communiter et pro indiviso tenuissemus et haberemus, sic de novo de consilio prelatorum et fidelium nostrorum attendentes in hoc commodum et utilitatem nostram et ecclesiarum nostrarum hinc inde inter nos convenit et concordatum existit, ita videlicet, quod nos et ecclesia nostra cum plenitudine omnis iuris retinebimus, possidebimus et habebimus oppidum nostrum Gesike antedictum, dictus vero Paderburnensis episcopus et ecclesia sua oppidum suum Saltkoten cum plenitudine omnis iuris possidebunt et habebunt vice versa, prout in litteris inter nos et dictum dominum episcopum super hoc confectis plenius continetur. Nos igitur omni iuri, impetitioni, litteris et instrumentis quibuscumque, que nobis et ecclesie nostre in dicto oppido, seu quo ad oppidum Saltkoten competunt, seu quoquo modo competere possunt, pure et simpliciter renunciamus, scabinos, consules et universos oppidanos ibidem nomine nostro et ecclesie nostre a quovis fidelitatis homagio in hoc nobis et ecclesie Coloniensi prestito penitus absolventes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo ecclesie Coloniensis

presentibus duximus apponendum. Et nos decanus et capitulum ecclesie Coloniensis sigillum nostrum in testimonium apposuimus huic scripto. Datum XVI°. Kalendas Martii, anno Domini millesimo C°C. nonagesimo quarto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 342. An Pergamentstreifen Bruchstücke braunen Wachses vom Siegel des Erzbischofs und des Kölner Domkapitels. Eine gleichlautende Ausfertigung mutatis mutandis (so auch im Datum nonagesimo quinto *statt* quarto) *des Bischofs Otto von Paderborn und seines Kapitels im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 356. An Pergamentstreifen Siegel des Bischofs und des Paderborner Kapitels erhalten. Erstere gedruckt Schaten ad annum. Vgl. Nr. 2312.*

2324.

Propst Herbold von Marsberg trifft, unter Genehmigung des Abts Heinrich von Corvey, mit seinem Konvente Bestimmungen über verschiedene zur Verbesserung des Einkommens der Stiftsherrn gemachte Schenkungen. 1295 Februar 27.

In nomine Domini amen. Herboldus Dei gratia prepositus monasterii Montis Martis omnibus presens scriptum intuentibus pacem in eo, cuius pax exsuperat omnem sensum. Cum pium sit religiosorum locorum utilitatibus sollercius providere, nos proinde prepositus Herboldus predecessorum nostrorum vestigiis inherere cupientes ac de zelo et contencione super bonis et rebus, que de piorum ac fidelium suffragiis et elemosinis ad fratrum caritates specialiter sunt donata, successoribus nostris .. preposito et conventui precavere volentes, de pleno consensu et unanimi voluntate confratrum nostrorum, videlicet Alberti de Glindenger, Iohannis de Lippia, Richardi de Esseleue, Hermanni de Vesperde, Conradi de Landesberg, Ludolfi et Henrici fratrum de Molhusen et Henrici de Huxaria, sacerdotum monasterii supradicti, statuimus, ut mansum in Lateruelde solventem quatuor moldra annone, siliginis unum, ordei unum, et duo avene moldra, duos pullos et duas uncias ovorum, ab antiquis temporibus, quorum non exstat memoria, super terram pertinentem capelle sancti Nicolai in Bulone magister caritatum nomine conventus habeat, et de ipso sicut de reliquis pensionibus caritatum dispenset tempore competenti. Prepositus vero, qui pro tempore fuerit, recipiet quatuor moldra similis annone de decima in Wigerdenchusen, quorum tria per Conradum, quondam plebanum sancti Magni in Horhusen ad fratrum caritates ad peragendum ipsius anniversarium sunt legata, sicut in litteris super hoc confectis plenius continetur, ob quam devocionem et dilectionis exhibitionem quartum moldrum a nostris antecessoribus confratrum caritatibus, ut memoria predicti C(onradi) plebani oblivioni non tradatur, est adiectum, qui dictam decimam in Wigerdenchusen propriis sumptibus comparatam pie devocionis affectu pro spe retributionis eterne et suorum cognatorum salute, cum omnibus suis appenditiis offerens ipsam super altare beatorum apostolorum Petri et Pauli iugiter possidendam, nostre ecclesie favorabiliter delegavit; preterea bona in Essente, partim caritatibus pertinentia, partim per nos et confratres nostros predictos comparata. Ne de predictis inter .. prepositum et conventum lis oriri possit, septem marcas denariorum recepimus a confratribus nostris supradictis, quas in usum prepositure nostre convertimus, alia bona cum eisdem comparando, petentes humiliter et devote, quatinus post obitum nostrum dies anniversarii nostri cum vigiliis et missarum sollempnitatibus singulis annis fideliter observetur per conventum monasterii sepe dicti, si nos in hoc loco sepulti fuerimus, aut ubicunque locorum diem clauserimus extremum. Nos vero Herboldus prepositus predictus hanc permutationem bonorum predictorum ratam habentes et firmiter observare volentes, quia laudabiliter et quasi divinitus suggesta (apparet), a cunctis nostris successoribus petimus et in domino obsecramus inviolabiliter observari, videlicet ne quisquam prepositus vel frater conventualis nostre ecclesie ausu temerario ea, que ad caritates fratrum eiusdem ecclesie erogantur, ad extraneos usus sibi presumat usurpare, precavens ipsi, ne canonem incurrat late sententie dicentem ac statuentem, ea, que ad divinum usum dedicata seu deputata sunt, retrahi sive alias trahi nec posse nec debere. Auctoritate igitur huius canonis laudabilisque decreti omnes subsequaces nostri

permittant fratres nostre ecclesie hiis, que sibi ad caritates conferuntur, gaudere et perfrui libere et quiete. Nos igitur Henricus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas . . prepositi et . . conventus Montis Martis iustis precibus inclinati predictam ordinationem de nostra expressa et libera voluntate factam auctoritate nostra plenaria tenore presencium concedimus et confirmamus prohibentes, ne aliquis prepositus vel frater conventualis de cetera ordinationem nostram et confirmationem infringere audeat vel turbare. In cuius rei stabilitatem perpetuam sigillum nostrum cum sigillis . . prepositi et . . conventus presentibus duximus apponendum. Datum et actum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, tercio Kalendas Martii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Propstei Marsberg Nr. 24. Alle drei Siegel von Pergamentstreifen abgefallen. Gedr. Seibertz, UB. I, 452. Ueber die Nikolaikapelle in Bulone *vergl. Nr. 1604; das Vermächtniss des Pfarrers Konrad oben Nr. 1547. Zu* Lateruelde *bemerkt Gerichtsrath Fischer in Marsberg: Der Name ist gänzlich verschwunden. Schon 948 in Urk. Otto's I. (Seibertz, UB. I, 7) kömmt er und zwar gleichzeitig mit* Hirigisinchusen *(Wieringhausen) und* Upspringen *(dem jetzigen Giershagen), Orten in der Nähe von Ober-Marsberg, vor. Das Güterverzeichniss des Klosters Bredelar von 1416 (Seibertz, Quellen I S. 152 und 158) erwähnt dasselbe und hiernach lag es* „vor der stat to deme berge" = *Ober-Marsberg. Um die Bezeichnung „vor" richtig zu verstehen, vergegenwärtige man sich die Lage der Stadt Ober-Marsberg. Der Gebirgskegel, auf dem sie sich erhebt, senkt sich nach drei Seiten aus einer Höhe von ungefähr 500 Fuss ziemlich schroff in das Diemel- resp. Glindethal herab. Nur nach Süden ist dies weniger der Fall. Nach dieser Richtung steht Ober-Marsberg mit der Hochebene in einer näheren, durch keinen Fluss unterbrochenen Verbindung und ist deshalb von dort zugänglicher. Wollte man von Ortschaften sprechen, die in der Nähe von Ober-Marsberg lagen, im Glinde- oder Diemelthal, so würde man „unterhalb, am Fusse des Marsberges" gesagt haben. Denn wo immer sie liegen konnten, sie waren durch den hohen Bergrücken, auf welchem die Stadt steht, von dieser getrennt. Von ihr konnte man also nicht sagen, dass sie „vor" der Stadt,* „tho" *dem Berge lägen. Wohl aber liess sich dies sagen von der Hochebene, welche sich zwischen dem Glindethal, dem Pistenberg und der Grenze der Giershagener Flur erstreckt. Diese Hochebene, welche keine grosse Dimension hat, mochte früher wohl zum grossen Theile als Fortsetzung des Pistenberges mit Wald bestanden sein und im Gegensatze zu der östlich vom Glindethale belegenen grossen Ober-Marsberger Feldflur, welche jetzt noch das „alte Feld" genannt wird, das „Laterfeld" d. i. das später urbar gemachte Feld benannt sein. Jetzt wird dieses Feld das „Dunnersche" Feld (ob korrumpirt aus dem Namen der in diesem Felde zehntberechtigten Familie Donop?) genannt. Die Vermuthung im „Dunnerschen" Felde „Laterfeld" wiederzufinden, findet eine Bestätigung darin, dass die im oben erwähnten Güterverzeichnisse von Bredelar aufgeführten Theile jenes Feldes noch gegenwärtig unter jener Bezeichnung als: „im Schede, Elberdasthal, Wingerborn, in den Kämpen, an der Armborst, Goldbrede" auf diesem Felde vorkommen, auf welchem eine Ortschaft oder etwa eine Reihe vereinzelter Meierhöfe, zusammenbegriffen unter dem Namen des Feldes, gelegen haben wird.*

2325.

Bischof Otto von Paderborn bekundet, dass vor seinem Gericht und den Burgmännern in Borgholz Elbert von Herde seine Güter in Herde der Schwester des Bischofs, Äbtissin Oda von Aegidii in Münster, resignirt habe. 1295 März 12.

. . . Presentibus: Henrico plebano in Borecholte, Brunone canonico in Vrekenhorst, clericis; Bertoldo milite dicto Scuwe, Iohanne de Nedere, Bertoldo et Waltero de Natsungen, Wernhero dicto Spech, Wolbero Iudeo, castellanis in Borecholte, Bertoldo iudice ibidem, Hermanno dicto Dunnen, Bertoldo pistore, Hermanno dicto Reyneman, Conrado de Westem.

Gedr. UB. III, 1542 zu 1296.

2326.

Bischof Otto von Paderborn bestätigt dem Kl. Willebadessen verschiedene Schenkungen: Güter zu Kericwellede *(Welda), welche Raven d. j. von Papenheim von den Brüdern Hermann und Everhard von Nigenkerken gekauft und dem Kloster geschenkt hatte, einen Zehnten in* Albachtessen, *den früher Graf Otto von Waldeck zu Lehn gehabt, eine Hufe in* Tithmannessen, *die der Paderborner Bürger Heinrich gen. Endehachte besessen. 1295 März 13.*

. . . Testes huius sunt: dominus Hermannus decanus, Otto scolasticus, Georgius cantor, Wernherus de Volmuntstene cellerarius, Bertoldus prepositus ecclesie orientalis, Amelungus, Bertoldus de Euerstene et Lippoldus de Amelungessen, nostre ecclesie canonici, abbas ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Pauli in Paderborn, abbas de monasterio aput Swalenberg, Conradus prepositus de Gerdene, dominus Albertus comes de Swalenbergh, Burchardus de Asseborch, Albertus de Amelungessen senior, Ecbertus Spegel, Rauen de Papenhem senior, milites.

Gedr. Asseburger UB. I, 480. Erwähnt Schaten ad annum. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 194.

2327.

Die Brüder Hermann und Ekbert gen. Spiegel von Desenberg und die Brüder von Papenheim, Ritter, bekunden, dass in ihrer und der Rathmänner beider Städte Warburg Gegenwart, Konrad Kat sich jedes Anspruchs an die Güter in Overde *und an den Zehnten in Dinkelburg zu Gunsten des Kl. Hardehausen begeben habe. Warburg 1295 März 23.*

Hermannus et Ecbertus fratres dicti Specula de Desenberg, Rabeno et Conradus fratres dicti de Papenhem, milites, universis presentia visuris rei geste notitiam sempiternam. Tenore presentium nosse cupimus tam posteros quam presentes, quod Conradus dictus Kat filius quondam Volperti dicti Kat in nostra et consulum utriusque oppidi Wartbergensis presentia constitutus actioni, quam moverat religiosis viris domino abbati et conventui in Hersuethusen de bonis eorundem in villa Ouerde sitis et decima in Dinkelborch, quia iniusta fuerat, renuntiavit plane, simpliciter et in toto. In cuius facti memoriam et evidentiam ad petitionem partis utriusque nostra sigilla presentibus sunt appensa. Testes autem huius tam plene renuntiationis sunt: Albertus de Amelungessen, Henricus de Epehem, Iohannes de Wellede, Henricus dictus Iudeus, milites, Hermannus Marscalci, Mathias de Epehem et Gotswinus, famuli, preterea consules presentis anni Wartbergensium oppidorum. Actum et datum Wartberg, anno Domini M°.CC°. nonogesimo quinto, decimo Kalendas Aprilis mensis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 303. Drei Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Ausser dem nur durch Reagentien lesbar gewordenen Or. ist auch Abschr. des 16. Jahrh. vorhanden. Vgl. oben Nr. 1278.

2328.

Die Grafen Adolf und Albert von Schwalenberg bestätigen die Ueberlassung des Hofes in Snesle *an das Kl. Amelunxborn durch Arnold von Embern. 1295 März 27.*

Nos Adolfus et Albertus fratres Dei gratia comites de Sualenberge notum esse volumus universis Christi fidelibus presentibus et futuris, quod, cum Arnoldus dictus de Embere burgensis in Hamelen et sua uxor Methildis pro anime sue ac parentum suorum animarum salute, quam a nobis in pheodo tenuerunt, curiam in villa Snesle, que vulgariter dicitur Borchof, cum quatuor mansis et suis pertinentiis in agris, silvis, aquis, pratis, pascuis, cultis et incultis et cum omnibus iuribus viris religiosis dominis abbati et conventui ecclesie Amelungsborne liberaliter donavissent, ita videlicet, quod de eadem curia, quamdiu redditus ipsius ad hoc sufficiunt, post mortem eorum anniversarius predictorum Arnoldi et Mechthildis singulis annis cum stipa solempni danda pauperibus perpetuo peragatur, nos supradicti nobiles comites de Sualenberge de libera voluntate et consensu heredum nostrorum omnium scilicet Iote et Iote nostrarum coniugum, Guntheri, Wedekindi fratrum, Sophie, Iote, Conegundis sororum, Hen-

rici, Guntheri, Conradi et Alberti fratrum, Lutgardis et Iote sororum nostrarum liberorum prefatam curiam in Snesle resignatam nobis cum omnibus suis pertinentiis receptis proinde octo marcis gravium denariorum libertavimus et proprietavimus supradicte ecclesie Amelungsborne conferentes et donantes eidem propter Deum, quidquid iuris in ea habuimus, perpetuo possidendum. Ut igitur tam ipsorum Arnoldi et Mechthildis donatio quam nostra libertatio rata et inconvulsa permaneat, presens scriptum nostris sigillis dedimus communitum. Datum anno Domini M°.CC°.XC° quinto, in die palmarum.

Or. in Herzogl. Braunschw. Bibliothek in Wolfenbüttel. Von den roth-grün-weissen seidenen Schnüren sind beide Siegel abgefallen. Erwähnt Grupen, Origg. Pyrm. p. 111. Reg. Meinardus, UB. des Stifts und der Stadt Hameln Nr. 119. Snesle *eingegangen zwischen Grohnde und Ohsen.*

2329.

Gütertausch zwischen Bischof Otto von Paderborn und dem Kl. Hardehausen. 1295 März 29.

In nomine Domini amen. Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus omnibus presentis scripti inspectoribus salutem in eo, qui est inspector cordium et cognitor occultorum. Ne subito casu, que valuere, ruant, perennitate presencium declaramus, quod nos nostre ecclesie pariter et dilectorum nobis in Christo . . abbatis et conventus monasterii in Hersuedehusen utilitate pensata de pleno nostri capituli consilio et consensu bona nostra, que infra ponuntur, cum omnibus suis pertinentiis, iure et proprietate, nichil penitus excipientes, eisdem abbati et conventui reali concessione donavimus perpetuo possidenda. Hec sane bona sunt, que dictis fratribus duximus assignanda: pensio videlicet trium mansorum in villa Aslen sitorum, quorum duo dicuntur Vlemingeshoue et tercius adiacet curie Amelungi et Henrici fratrum de Aslen; item pensio unius mansi in villa Ossendorp siti, qui dicitur mansus Thetmari; item dimidia pars silve, que dicitur Stoc, predio Dedehosen adiacentis; item duo molendina in Borgentrike sita cum suis piscinis et omnibus appendiciis, que nunc ad ipsa pertinent vel capere poterunt in futuro. Que nichilominus molendina cum suis attinenciis de benivolo prefati nostri capituli consensu alias ante huiusmodi donacionem pro triginta marcis examinati argenti vendideramus fratribus memoratis. Ceterum predictorum quatuor mansorum pensio terminis solvitur taliter deputatis: in festo siquidem inventionis sancte crucis singulis annis quilibet mansorum unam ovem iuxta estimacionem opilionis validam et unum agnum vel duodecim leves denarios, si agnus haberi non potest; item in festo beate Lucie unum porcum in loco determinato videlicet infra scapulas ad mensuram latitudinis unius manus, lardum in latitudine duorum digitorum habentem; item in festo nativitatis Domini quatuor mensuras sive scepel siliginis et sex mensuras ordei Wartbergensis mensure nomine pensionis persolvet. Hac itaque donacione peracta nos a sepe dictis abbate et conventu in Hersuedehusen bona sua in Drome sita ea libertate et iure, quo ipsi eadem bona possederant, titulo permutationis recepimus in perpetuum retinenda. Igitur ne contractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam referatur, hanc permutacionem rite factam presenti scripto nostro nostrique capituli sigillis munito duximus approbandam. Nos vero capitulum superius expressum omnium premissorum articulos protestamur veros esse et inviolabiliter observandos. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo quinto, quarto Kalendas Aprilis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 344 und Hardehausen Nr. 295. Siegel bei beiden von den Pergamentstreifen abgefallen. Aslen *auf dem rechten Ufer der Diemel, Ossendorf gegenüber (Spancken).* Drome = *Feldrom auf dem Teutoburger Walde. Vgl. Ztschr. XXXVII, 2, 188 und XXXVIII, 2, 124 und 164. Vgl. Nr. 2234 und 2262.*

2330.

Kl. Corvey bekundet, dass die mit Einwilligung des römischen Königs Rudolf vom Landgrafen Albert von Thüringen freigelassene Ministerialin Gisla von ihrem Vater Albert von Amelunxen dem Kl. Corvey als Ministerialin überlassen sei. 1295 März 30.

In nomine Domini amen. Henricus Dei gratia abbas, Bernhardus prior, Ludolphus[1]) prepositus totusque conventus Corbyensis[2]) ecclesie universis hoc scriptum visuris pacem in eo, cuius pax exsuperat[3]) omnem sensum. Quoniam generatio preterit et generatio advenit, petunt testimonia litterarum ea, que pro tempore laudabiliter disponuntur. Noverint igitur presentes pariter et futuri, quod illustris princeps dominus Albertus Thuringie[4]) lantgravius Gislam[5]) ministerialem suam, filiam Alberti militis, filii bone memorie Herboldi militis dicti de Amelungessen[6]), presente et consentiente illustrissimo principe domino Rodolpho tunc[7]) Romanorum rege de plenitudine regie potestatis id ipsum ratificante, ad instantiam dicti Alberti patris dotem[8]) Gisle taliter donavit liberam, ut ipsa, qua donata fuerat, gaudere posset libertate. Hac vero donatione libertatis peracta dictus Albertus miles sue fidelitatis non immemor ad ecclesiam Corbeyensem dictam Gislam filiam suam de liberrima ipsius Gisle voluntate et consensu ob reverentiam et honorem sanctissimorum patrum et patronorum nostrorum Stephani, Viti et Iustini et in evidentissimum nostre dilectionis argumentum nostre ecclesie in iure ministerialium transtulit et donavit. Nos igitur prefatam[9]) Gislam gratissima susceptione colligentes[10]) in recompensationem ipsius benevolentie volumus et concedimus, ut prefata Gisla bonis ministerialium pleno iure libere ac quiete perfruatur et omnia bona, quocunque modo vel iure ad ecclesiam Corbyensem pertinent, que pater eius predictus Albertus miles a nobis tenet, ipsi Gisle porrigimus iure hereditario[11]) perpetuo possidenda[12]). Huic autem[13]) donationi et concessioni testimonium perhibent: Henricus[14]) custos, Bertoldus cellerarius, Florentius infirmarius, Conradus portarius, Bertoldus carpentarius, Olricus[15]) magister caritatum et[16]) Fredericus prepositus Noualis[17]) consentientes astiterunt. In cuius donationis robur et evidentiam pleniorem presentem litteram nostris munitum sigillis prefate[18]) Gisle duximus extradendam[19]). Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, tertio[20]) Kalendas Aprilis.

[1]) Fredericus *B.* [2]) Corbeiensis *C.* [3]) exuperat *C.* [4]) Tur. lanthgr. *C.* [5]) Gyslam *C.* [6]) Amelunxen *B.* [7]) *Fehlt B.* [8]) dictae *C.* [9]) prenotatam *C.* [10]) colligendam *C.* [11]) her. iure *C.* [12]) possidendi *C.* [13]) *Fehlt C.* [14]) Hermannus *B.* [15]) Bartoldus magister ... magister caritatum *B*; char. *C.* [16]) et *fehlt C.* [17]) *Fehlt B.* [18]) sepefate *C.* [19]) contrad. *C.* [20]) Imo *B.*

Nach Abschr. XVII. Jahrh. im Besitz der Paderborner Abtheilung des Vereins (B) und Druck bei Wigand, Archiv V, 3, 306 nach Kindlinger (C) mit Erläuterungen. Unter B Abschr. einer Urk. von 1300 (oder 1306), worin Hermann von Pyrmont die Gemahlin Alberts von Amelunxen mit der Leibzucht belehnt und bestimmt, dass ihre Tochter Gisla eo iure, ut viri possidere solent, non obstante, quod femina est, *alle Lehngüter besitzen solle,* advocatia super officium in Beverungen, officium in Amelunxen, dimidiam partem decime in Huxaria, decimam in Herbram, decimam in superiori curia Sunrike, que pertinet monachis in Hersbarchusen (!).

2331.

Papst Bonifaz VIII. bestätigt dem Kl. Arolsen die Schenkung der Kirche in Wytmare cum capellis Volcmarsen et Bennheuelte *seitens des Grafen Konrad von Everstein. Lateran 1295 April 13.*

Gedr. UB. V, 801. Am selben Tage gestattet er dem Kloster, dass es zur Provision irgend Jemands in der Kirche zu Witmar *nicht gezwungen werden könne. Daselbst Nr. 802.*

2332.

Bischof Otto von Paderborn bekundet eine Schenkung derer von Homburg an Kl. Amelunxborn. Salzkotten 1295 April 14.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus coram universis intuentibus presens scriptum recognoscimus publice protestantes, quod, cum Henricus de Homborch avunculus[1]) noster, videlicet beate memorie Gisle sororis nostre defuncte quondam filius, cepisset impetere ecclesiam in Amelungesborne super possessione cuiusdam curie dicte Dickhof, quam curiam Iohannes de Homborch pater ipsius et noster sororius adhuc miles secularis pro salute uxoris sue iam dicte sororis nostre cum libertate et

omni iure eidem ecclesie donaverat, ipse Henricus avunculus [1]) noster vocatus ad nos et rogatus a nobis tandem ob amorem nostrum et anime matris sue salutem paterne donationi consentit. Similiter et Bodo, frater eius, qui adhuc de nulla re impetierat ecclesiam, ipsi donationi plenum consensum adhibuit. Testes aderant: comes Otto de Buren noster consanguineus, dominus Stephanus de Valckenbereh, Albertus senior de Amelungessen, Raveno de Papenhem, milites. Datum in opido nostro Soltkoten, anno Domini M.CC.XCV., in die Tiburtii et Valeriani martyrum.

[1]) *So das Kopiar. Heinrich war Neffe des Bischofs.*

Nach dem Amelunxborner Kopiar II fol. 27 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Auszugsweise gedr. Spilcker, Everstein Nr. 253a; Falke, Trad. Corb. p. 327 mit Jahreszahl 1292. Reg. Harenberg, Hist. Gandersh. p. 1703. Erwähnt Dürre, Homburg, (Ztschr. f. Niedersachsen, 1880) Nr. 150. Comes Otto de B. *ist Gr. Otto v. Everstein, Sohn der Gisla v. Büren.*

2333.

Das Paderborner Domkapitel erhält einige Güter geschenkt, deren Eigenthumsrecht ihm vorher vom Bischof Otto und einigen Ministerialen übertragen worden war. Paderborn 1295 April 15.

Universis presencia visuris nos .. prepositus, decanus et totum capitulum ecclesie Paderbornensis notum facimus publice protestando, quod venientes ad nostram presenciam Cunegundis de Inferno vidua una cum filia sua Engelburge, quosdam agros, videlicet dimidium mansum ante portam occidentalem cum quadam hereditate sita in villa Balhorne iuxta curiam Isheri Longi, que vulgo aneval dicitur, ac eciam mansum integrum iacentem extra valvam orientalem, qui vulgo Beuerhoue dicitur, quos suis denariis tytulo emptionis comparaverant, nobis pro remedio anime sue, proprietate prius a venerabili patre domino episcopo Paderbornensi necnon Ludolpho et Hermanno fratribus de Herisia ac Thiderico de Weuere famulo capitulo nostro donata, liberaliter contulerunt, et nos veros possessores effecerunt, dictorum agrorum dominium in nos cum omni iuris integritate transferentes, tali adiecta conditione, quod ipsi in agris prenotatis usum fructum, quoad vixerint, retinebunt, et de eisdem disponent pro suo placito, prout utilitati eorum convenit ac ipsis melius videbitur expedire. Et ut hec rata permaneant nec a quovis homine in posterum calumpniari valeant vel infringi, sigillum ecclesie nostre huic scripto duximus apponendum. Actum et datum in ecclesia Paderbornensi, anno Domini M°.C°C. nonagesimo quinto, XVII. Kalendas Mai.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 345. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Zu Balhorne *vgl. oben Nr. 1126. Das Wort* aneval *(vgl. Nr. 1590) bezeichnet sonst in Urkk. die eingefriedigte Umgebung der ländlichen Wohn- und Wirthschaftsgebäude, ähnlich wie* adertun *oder* edertun = *Gehegezaun (Schiller u. Lübben, Wörterbuch I, 16 u. 628) dieselbe Bedeutung hat. Hier ist es als Eigenname gebraucht für die Besitzung des* Isherus Longus, *vielleicht weil diese durch ihren* aneval *sich besonders kennbar machte. Nach Seibertz, UB. III, Wortreg. S. 510 bezeichnet dieser Ausdruck zu Rüthen 1/4 Achtwort und wird dort für das Gehöfte den Achtworten der Hufen zugesetzt sein. In einem Vergleiche über das Schultheissen-Amt zu* Enenhus *vom J. 1321 treten die Schulteten von Elmeringhausen dem Bischofe aus ihrem Amte wieder ab:* den hof to Balhorne, sin aneval und dat to des hofes aneval horet *(Wigand, Archiv III, 3, 61). (Spancken.)*

2334.

Propst und Konvent von Marsberg errichten das Kämmerei- und Krankenpflegeamt. 1295 April 25.

Nos Hereboldus prepositus totusque conventus monasterii Montis Martis, videlicet Albertus de Glindengere, Iohannes de Lippia, Ludolfus de Mulenhusen, Rechardus de Esleve, Hermannus de Vesperden, Conradus de Landesberg, Henricus de Mulenhusen et Henricus de Huxaria, fratres conventuales, recongnoscimus et publice protestamur in hiis scriptis, quod communi voluntate et unanimi consensu matura prehabita deliberatione statuimus et de novo fecimus officia duo, videlicet cameram et infirmariam propter sollicitudines et honera successorum nostrorum relevanda, secundum quod nobis per reverendum patrem

et dominum nostrum Henricum abbatem et capitulum ecclesie Corbeyensis est concessum, prout in litteris super hoc confectis ipsorum sigillis sigillatis plenius continetur. Nos itaque predicti . . prepositus et conventus, ut officia prenotata pervenire valeant ad viginti marcas (?) redditus, primo et principaliter assignavimus et condonavimus partem decime in Blikesen iam nobis vacantem, vel quicquid nobis in eadem decima in posterum vacare contingerit, agros quosdam noviter excultos iuxta Riclinchusen et quicquid ex eis derivatur et terciam partem oblationum, si nos vel nostri successores aliquem puerum recepimus in fratrem nostri monasterii, servicio et clenodiis prepositi et conventus exceptis, statuentes, ut confratres nostri, quos . . prepositus et conventus eisdem officinis preesse decreverint, decimam in Blikesen . . . temporibus continuis a canonicis Noue Ecclesie iuxta Corbeyam (cum) fructu agrorum iuxta Riclinchusen et tercium partem oblationum predictarum tollere debeant, ad voluntatem solius camerarii deponendo (?). Quorum reddituum proventus tres partes ad cameram et unam partem ad infirmariam camerarius convertere debet . . . infra festum beati Martini episcopi et nativitatem Domini computatione facta ipsos redditus fideliter conservando, donec officium camere quindecim marcarum redditus, infirmarie quinque marcarum redditus cum consilio . . prepositi et conventus receperit (?). Quibus redditibus habitis et per . . . (decima in Blikesen cum) usufructu agrorum in Riclinchusen et tercia pars oblationum, si et . . . (qui) pro tempore fuerit, vacabit (?) . . . camerarii . . . In cuius rei testimonium et (certitudinem) pleniorem presens scriptum (super hoc confectum?) nostro et conventus nostri sigillis fecimus roborari. Datum et actum anno Domini millesimo (ducentesimo nonagesimo quinto, die sancti Marci evangeliste).

Or. (stark abgeblättert) im Kgl. St.-A. Münster, Propstei Marsberg Nr. 20a. Lückenhafter gedr. Seibertz, UB. I, 454. Das Datum entnommen aus einem Regest der Urk. in Msc. II, 40 fol. 542 daselbst. In Urk. von 1295 Mai 1 (Nr. 2338), die vielfach Anklänge an diese aufweist, wird die Gründung des Krankenamtes erwähnt.

2335.

Edelherr Simon zur Lippe bekundet, dass Lambert von Boynen ihm sein Lehnsgut Osthof bei Enniger resignirt habe, und verkauft dasselbe mit Zustimmung seiner Gemahlin Adelheid und seiner Kinder Bernhard, Hermann, Heinrich, Dietrich, Simon und Lyse an Kl. Marienfeld. Ahlen 1295 April 29.

Gedr. UB. III, 1509. Reg. Lipp. Regg. I, 275 Nr. 450. Die Edelfrau Mathilde von Waldeck bekundet, dass in ihrer Gegenwart der Mönch Johann von Herford aus der Hand ihres Enkels Heinrich zur Lippe für Kl. Marienfeld die Verzichtleistung desselben auf Gut Osthof empfangen hat. Gedr. UB. III, 1510 ohne Datum, aber wohl bald nach obigem Akte. Da die Resignation in Gegenwart vieler Bürger von Waldeck geschah, so befand sich Heinrich wohl bei seiner Grossmutter.

2336.

Die Rathmänner der Neustadt Warburg urkunden über einen Vertrag des Kl. Hardehausen mit dem Müller der Klostermühle in Borgholz. 1295 April 29.

Nos Iohannes dictus Stolte iunior magister civium, Iohannes Seruacii, Arnoldus Euessen, Andreas de Silheim, Bertoldus de Howede, Borchardus sartor, Iohannes de Listingen, Wernherus de Brakle, Conradus Wlpes iunior, Ricwinus de Dalhem, Conradus de Amelungessen, consules novi opidi Wartberg, presencium tenore publice protestamur, quod, cum Hermannus de Hamelen, Iohannes de Rekene, monachi, et frater Herboldus conversus in Hersuedehusen et Henricus de Eilwordessen in nostra presencia essent constituti, dicti fratres firmiter asstruebant, quod ipsi domum, molendinum in Borcholte cum aggere sive vallo piscine et cum omnibus suis structuris perfecte completas [1]) sex lapides molares eorum quolibet in se altitudinem capiente ad mensuram manus extente seu palme, que mensura vulgo wrime vocatur, dicto molendinario et eius heredibus nomine tocius conventus sui assignaverint sub hac forma, iure pensionario possidendas: ipse quidem molendinarius in festo beati Michaelis decem pullos, in festo

beati Andree duas marcas et in cathedra beati Petri duas marcas Wartbergensis monete et in festo pasche decem uncias ovorum singulis annis conventui nominato persolvere. Quam sane pensionem, si dictus molendinarius vel eius successores non persolverint terminis sibi deputatis, idem conventus dictum molendinum cum suis contentis dictante iuris pensionarii rigore, si decreverit, poterit relaxare. Adiectum est eciam, quod, si quandocunque piscium vendendorum occasione dictum vallum solvi vel dissipari contigerit, tunc idem conventus dicto molendinario ad reparacionem eiusdem valli cum sua familia adiuvanti de prefata pensione tres solidos relaxabit. Adicitur eciam, quod, si propter mortem tocius generacionis seu posteritatis eiusdem H(enrici) molendinarii vel propter pensionem detentam seu quacunque de causa dictum molendinum ad dictum conventum pervenire contigerit, tunc eiusdem molendini inhabitator omnia premissa, domum, molendinum, lapides, piscine vallum cum ceteris suis edificiis eo valore, quo iam pridem sepefato Henrico de Eileuuardessen molendinario fuerant assignata, restituet conventui prelibato. Ut igitur prefatus contractus debitum faciat[2]) effectum, dictus Henricus molendinarius pro se et suis heredibus Conradum de Scerue, Theodericum molendinarium et Arnoldum fabrum, cives Wartbergenses, in solidum constituit fideiussores, qui firmiter promiserunt, se omnem defectum, si quis in predictis evenerit, integre suppleturos. Quibus eciam fideiussoribus de medio vite sublatis, quicumque pro tempore dicti molendini possessor fuerit, pro se et suis heredibus fideiussores dabit ordine prenotato. In cuius rei testimonium et munimen ad peticionem utriusque partis hoc scriptum nostre sigillo civitatis fecimus communiri. Ego vero Henricus de Eilwardessen molendinarius prelibatus omnia superius expressa vera esse recognosco et inviolabiliter observanda. Datum anno Domini M°.C°C.X°CV°., II°I. Kalendas Maii.

[1]) *So Or.* [2]) *Or.* faciatur.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 305. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

2337.

Bischof Otto von Paderborn schenkt dem Edelherrn Berthold von Büren d. j. das Eigenthumsrecht über einen von ihm gekauften Hof. 1295 April 30.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus presentibus protestamur, quod nos nobili viro domino Bertoldo de Buren militi iuniori mansum unum situm in Swimberminghusen, quem Hermannus de Eruethe a nobis tenuit et eidem Bertoldo vendidit, conferimus et proprietatem ipsius eidem donamus presentibus perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium ipsi presens scriptum nostro sigillo dedimus sigillatum. Datum anno Domini M°CC°.LXXXX quinto, in vigilia Philippi et Iacobi apostolorum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Benninghausen Nr. 69a. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

2338.

Begründung des Krankenpflegeamts im Stifte Marsberg. 1295 Mai 1.

In nomine Domini amen. Hereboldus Dei gratia prepositus totusque conventus monasterii Montis Martis universis pacis et karitatis beneficio communicantibus pacem in eo, cuius pax exsuperat omnem sensum. Noverint igitur tam posteri, quam moderni, quod nos pie consolationis intuitu, communi consensu et voluntate de novo statuimus officium infirmarie, quod in nostra ecclesia hactenus non habuimus, et petimus a nostris successoribus inviolabiliter observari, prout a reverendo patre et domino nostro Henrico, abbate et conventu ecclesie Corbeyensis nobis concessum est ipsorum litteris sigillatis sigillis, manifeste confirmatum. Ad cuius officii inchoationem nos Hereboldus prepositus predictus assignavimus et deputavimus quindecim denarios legalis monete, quos dabit plebanus in Hesperinchusen, qui pro tempore fuerit; item sex denarios de domo sita iuxta domum Henrici de Volcmersen in festo sancti Andree; item duos denarios de domo beyginarum, que fuerat quondam Ade militis, et duos denarios de domo, quam construxerat confrater noster Ludolfus de Mulehusen iuxta cimiterium; preterea marcam

unam denariorum, quam dominus Gerhardus quondam plebanus in Luchteringen emit a Gerbodone de Mulehusen pro decem marcis denariorum, ita quod, si non reemerit infra quatuor annos, ex tunc ipse G(erhardus) et sui legitimi successores ex domo sua, quam possedit, post mortem parentum suorum singulis annis in festo beati Michelis archangeli sine contradictione magistro infirmorum marcam denariorum in Mersberg legalium favorabiliter erogabit. Si vero predictus G(erhardus) vel sui heredes decem marcas usualis monete infra predictos annos quatuor reddiderint, magister infirmorum cum consilio prepositi et conventus ad officium predictum convertere debet alios redditus comparando. De quibus magister infirmorum singulis annis in festo beati Martini episcopi octo denarios preposito in conversione beati Pauli, octo denarios in festo beate Walburgis virginis, octo denarios preposito et cuilibet fratri conventuali in predictis festivitatibus, quatuor denarios pro minualibus magister infirmorum ministrabit, et ad usus suos octo denarios sicut prepositus retinebit predictus magister infirmorum, de residuo per singulos annos conputatione facta infra festa predicta ampliores redditus conparando, donec officium infirmarie quinque marcarum redditus plenarie consequatur. Quibus habitis et perfecte conparatis magister infirmorum dimidia marca denariorum pro suis laboribus de redditibus infirmarie libere perfruatur. Ceterum si contingat aliquem vel aliquos de confratribus sui conventus infirmari, ferculis specialibus et infirmis conpetentibus procurare debet decumbentibus ac debilibus omne, quod potest, humanitatis solatium inpendendo, cibaria coquine et potum, si necesse habuerint, sicut conventui datur, ad procurandum famulum vel famulos, qui decumbentes et debiles diligenter respiciant magister infirmorum recipiat et distribuat utiliter ac prudenter, reliqua de redditibus sibi commissis habita conputatione, sicut predictum est, ad emendationem ipsius officii cum consensu prepositi et conventus depositurus. Ut autem hec nostra constitutio seu ordinatio de voluntate conventus facta, videlicet Alberti de Glindengere, Iohannis de Lippia, Ludolfi de Mulehusen, Richardi de Esleue, Hermanni de Vesperden, Conradi de Landesberg, Henrici de Mulehusen, et Henrici de Huxaria, confratrum nostrorum inviolabilis permaneat, in testimonium premissorum et rei certitudinem pleniorem, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Datum et actum anno Domini M°.C°C. nonagesimo quinto, in Kalendis Maii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Propstei Marsberg Nr. 25. Zwei Siegel vom Pergamentstreifen ab. Gedr. Seibertz, UB. I, 453. Vgl. oben Nr. 2334.

2339.

Edelherr Berthold d. j. von Büren schenkt das von ihm vom Bischof Otto von Paderborn erbetene Eigenthumsrecht über eine Hufe an Kl. Benninghausen. Büren 1295 Mai 8.

Nos Bertoldus iunior nobilis dominus de Buren recognoscimus notum esse volentes omnibus hanc litteram inspecturis, quod ob dilectionem et favorem reverende domine . . abbatisse totiusque conventus sanctimonialium in Benninchusen accessimus reverendum patrem ac dominum Paderbornensis ecclesie Otthonem episcopum et inpetravimus seu obtinuimus ab eodem proprietatem unius mansi, quem Hermannus dictus de Eruethe opidanus in Buren vendidit supradictis . . claustralibus perpetuo possidendum. Huius quoque mansi libertatem seu proprietatem dedimus sepe dicto claustro, prout eum obtinuimus ab episcopo prenotato, non astricti ultra ad warandiam super hiis faciendam. Protestamur preterea, quod Hermannus de Eruethe predictus, Ermendrudis sua uxor ac eorum . . heredes legitimi in presentia nostri, videlicet Ber(toldi) et Ber(toldi) nobilium de Buren, constituti resignaverunt huiusmodi bona supradicta prefato claustro libere et expresse, presentibus Bernhardo de Holthusen milite, Wilhelmo de Deuelde, Menrico de Lapide, Borchardo proconsule in Buren, Gerhardo dicto de Alen iudice, Conrado Parco et aliis quam pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium et firmius munimen presens scriptum sigillo nostro duximus roborandum. Datum in Buren, anno Domini M°.C°C. nonagesimo quinto, die dominica proxima ante ascensionem Domini.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Benninghausen Nr. 70. Siegelrest an Pergamentstreifen.

2340.

Abt Heinrich von Corvey überträgt das Eigenthumsrecht eines von seinem Stifte lehnrührigen Guts zu Pegestorf an Kl. Kemnade. 1295 Mai 23.

Nos Henricus Dei gratia Corbeiensis ecclesie abbas universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse cupimus et tenore presentium publice protestamur, quod Henricus famulus dictus de Drome unum mansum in Perderstorp situm, quem a nobis et a nostra ecclesia in pheodo tenuerat, libere nobis resignavit, et nos tali resignatione habita proprietatem ipsius mansi cum omni iure, quo ad nos pertinebat, de consensu capituli nostri Corbeiensis dedimus ecclesie Kaminatensi perpetuo possidendam. Huius collationis nostre testes sunt: Bruno de Vrencke, Henricus de Halle, milites; Crachto prepositus tunc temporis eiusdem ecclesie Kaminatensis, Fridericus prepositus in Rode, Bertoldus plebanus in Bracle, Bernhardus in Helen, Olricus plebanus in Hoge, Bernhardus Longus, Godefridus Nindelen[1]), Henricus Marchuardi, cives in Insula, et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno Domini M°.CC°. nonagesimo quinto, in die secundo pentecostes et in facie totius conventus ecclesie Kaminatensis.

[1]) *So Abschr.*

Aus Msc. I, 139 fol. 207 mit Angabe, dass zwei Siegel angehängt waren.

2341.

Die Rathmänner von Herford bekunden Verkauf einer Grundrente. Herford 1295 Juni 2.

Nos consules novi opidi Heruordensis omnibus presencia visuris et audituris cupimus esse n(otum), quod Helemb$\mathring{u}$rgis, relicta quondam Gerhardi dicti de Molendino, civis Osnaburgensis, cum suis here(dibus) constituta coram nobis unam marcam denariorum Osnab$\mathring{u}$rgensium, quam habebat in bonis Hen(rici) dicti Kemmere perpetua pensione, que vulgariter vicbilde dicuntur, sitis in novo opido nostro H(ervorde) et orto extra opidum predictum, quam[1]) dicta Helemburgis cum suis heredibus vendiderat domino Henrico dicto de Rulle vicario ecclesie Osnaburgensis, de consensu et voluntate ipsius (Hinrici) Kemmere coram nobis libere resignavit eidem, ita videlicet, quod, quicunque fuerit pro tempore possessor dictorum bonorum et orti, prefato domino Henrico, vel cui ipse assignaverit, sex solidos in festo pasche et sex solidos in festo beati Mychahelis dicte monete annis singulis ministrabit. Presentes huius facti fuerunt: Arnoldus de Riuo, Hermannus de Haghen, clerici; Florencius de Quer(n)hem miles; Iohannes de Haghen, Henricus de Haghen proconsul; Hermannus Wlhardinck, Richardus de Witingheshus, Henricus Stur, Henricus de Bredenbeke, Euerhardus de Pedelen et Hinricus dictus Kemmere, ac alii quam plures fide digni ad hoc rogati et vocati. In cuius rei tes(timonium) sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Heruordie, anno Domini M°.C°C. nonagesimo quinto, in die beatorum martirum Marcellini et Petri.

[1]) *Nämlich die Mark Rente.*

Kopie saec. XIV. im Kgl. St.-A. Münster, St. Johann und Dionys zu Herford.

2342.

Edelherr Konrad von Arnem resignirt dem Bischofe von Minden den von dessen Stift zu Lehn gehenden Zehnten in Elfferinchosen *und Berge bei Pyrmont, damit der Bischof den Edelherrn Konrad von Pyrmont, dem er den Zehnten verkauft habe, mit demselben belehne. 1295 Juni 3.*

Gedr. Würdtwein, Nova Subs. dipl. IX, Nr. 76. Reg. Lipp. Regg. III, 11 Nr. 1508, wo Elfferinchosen *als Elbrinxen bezeichnet wird.*

2343.

Bischof Otto von Paderborn verurtheilt auf die Klage des deutschen Hauses (domus fratrum Teutonicorum) *in Marburg den Dominikaner Konrad von Amelunxen in Warburg zur Auszahlung eines Vermächtnisses des in den deutschen Orden getretenen Ritters Raveno von Papenheim.* Data in loco Sola Domus apud Pader(born). *1295 Juni 14.*

. . . Presentibus Hermanno de Sunninghosen decano, . . thesaurario maioris, Bertoldo de Asseburg preposito, Adolfo decano, Henrico thesaurario sancti Petri, . . gardiano, fratre Arnoldo de Gesike, Conrado priore sancti Pauli et Bodone preposito Odelrici ecclesiarum Paderbornensium.

Gedr. Hess. UB. I, 600. n. d. Or. im Kgl. St.-A. Marburg Reg. Asseb. UB. II, 516.

2344.

Propst Volquin von Fritzlar überträgt einen ihm aufgelassenen Viertelzehnten an Kl. Netze. 1295 Juni 14.

Nos Volquinus Dei gratia prepositus ecclesie Fritslariensis presentibus litteris constare volumus universos, quod dominus Iohannes de Rene miles et Conradus famulus suus frater quartam partem decime ville dicte Boyne, quam a nobis in feodo possederunt, ad manus nostras resignaverunt cum consensu nostrorum heredum libere et solute, transferentes suum ius in conventum de Necze, quam quartam partem dicte decime propter Deum et de consensu domini archiepiscopi Maguntinensis dicto conventui de Necze presentibus litteris libertamus perpetuo possidendam. Huius rei testes sunt: Henricus Bolemast, Iohannes Spirinch, Oppoldus, milites; Henricus iudex, Theodericus de Spangenberg proconsul, Conradus Selich, Gerlacus Hagemeister, Henricus filius Parvi, Iohannes Selich, Volcmarus de Nuwenbornen, Ludewicus de Bomare, Hermannus Scele et plures alii fide digni. In quorum omnium evidenciam nos Volquinus prepositus predicte ecclesie nostro sigillo sigillavimus istam cartam. Actum et datum XVIII. Kalendas Iulii, anno Domini M°.C°C.X°C quinto.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen kleines spitzovales Siegel, über architektonischer Verzierung Reiter zu Pferde mit Schwert, davor Knieender (ob der h. Martinus?), unterhalb schwebender Engel. Umschrift: S. Volkwini prepositi Fritslarien. canon.

2345.

Die Schöffen in Fritzlar bekunden Freikauf der Klosterhäuser des Kl. Hardehausen in Fritzlar an allen Festen. 1295 Juni 19.

Nos Ludewicus de Berken, Conradus Scydeliphc, proconsules, Volcmarus Greue, Iohannes Wrede, Ludewicus Zidenswanz et Conradus Bodonis, Iwanus, Conradus de Bibelde, Ditmarus Moysecich, Albertus de Atrio, Conradus Folpurgis, Ditmarus Sanio, Henricus de Holtzehim, Rymundus et Hermannus Godelibi, scabini oppidi Fritslariensis presentibus litteris publice profitemur, quod frater Albertus magister curie dominorum de Herswidehusen nobis et oppido Fritslariensi deputavit et assignavit redditus triginta solidorum in domo Iohannis Odegiben et domibus adiacentibus, cum quibus bona dominorum de Herswidehusen de exactionibus et precarcis, quantum ad cives Fritslarienses tunc habita (liberavit. In cuius) facti evidenciam sigillo civium Fritslariensium sigillavimus istam (cartam. Datum tercio decimo Kalendas (Iulii, anno Domini millesimo ducentesimo) XC°. quinto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 306. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Die Ergänzungen nach Msc. VII, 4509.

2346.

Hermann Spiegel von Desenberg verkauft dem Kl. Hardehausen Zehnten. 1295 Juni 20.

Ad certitudinem presencium et memoriam futuroram nos Hermanuus dictus Speculum de Desenberg presentium tenore publice protestamur, quod nos de pleno consensu liberorum nostrorum, videlicet Gerhardi et Hermanni, religiosis viris domino . . abbati et conventui monasterii in Hersuidehusen decimam novalium . . . Corbike pertinencium cum suis appendiciis, que nunc ad ipsam pertinent vel que in futuro capere (poterunt) . . . (in)crementis, insuper et decimam bonorum in Morsen pro quadraginta marcis grauium denariorum (nobis?) ex integro solutorum vendidimus hereditario iure perpetuo possidendas. Protestamur eciam, quod predictorum (deci)ma novalium, videlicet in maiori villa Corbike, dictis abbati et conventui in Hersuidehusen, cum ipsi eiusdem ville decimam possederint, ab antiquo pertinuit et pertinet secundum indulta privilegiorum sibi a sede apostolica concessorum. In cuius vendicionis testimonium et perpetuam firmitatem cum debita et iusta warandia sepefatis abbati et conventui tempore et loco

prestanda presens scriptum nostro sigillo duximus muniendum. Nos vero Ecbertus dictus de Desenberg, Raueno et Conradus fratres de Papenhem, milites, ad evidenciam pleniorem et utriusque partis rogatum nostra sigilla presentibus sunt appensa[1]). Testes aderant: Bertoldus plebanus in castro Wartberg, Henricus filius domini H(enrici) de Epehem clericus, frater Wecelus monachus, frater Hermannus de Osede, frater Conradus provisor domus textrine, frater Herboldus et frater Gerhardus filius eiusdem domini Her(manni) Speculi, conversi in Hersuedehusen, Ichannes Guftere, Iohannes Bercule, Raueno de Papenhem, Wernherus de Brakele, Theodericus de Wethen, Udo de Osthem, Ludolfus de Erenwordessen, famuli, Stolte senior, Stolte iunior, Iohannes de Mardageshusen, Wilhelmus de Dasborg et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.X°CV°., X°II. Kalendas Iulii.

[1]) *So konstruirt Or. irrig.*

Or. (defekt) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 307. An Pergamentstreifen an erster und zweiter Stelle Bruchstücke der Siegel Hermanns und Ekberts Spiegel von Desenberg; das dritte abgefallen.

2347.

Die Brüder Schulten bekennen, dem Stift Heerse von den Gütern zu Reken eine jährliche Kornpacht geben zu müssen. 1295 Juni 28.

Nos fratres Conradus miles et Theodericus dicti Schultheti ad noticiam cunctorum volumus pervenire, quod venerabilis domina abbatissa et conventus ecclesie Herisiensis nobis anno Domini M°.C°C.X°CV°., in vigilia apostolorum Petri et Pauli dimiserunt omne debitum, in quo eis tenebamur de bonis in Rekene sitis, tali interposita conditione, ut eis in presenti anno in festo Michahelis proxime venturo solvamus de eisdem bonis quatuor moldra siliginis et quinque moldra avene, transacto vero unius mensis spatio ab eodem die Michahelis incip(e)remus ipsis solvere ad octo annorum singulis annis quatuor quartalia siliginis et quatuor quartalia avene civilis mensure ville Herisiensis. Evolutis vero octo annis dabimus eis de bonis memoratis pensionem, quam ex tunc ab eis in amicitia possumus obtinere, quod presenti scripto protestamur presenti sigillo roborato.

Nach dem Neuerheerser Kopiar saec. XIX. fol. 314 im Kgl. St.-A. Münster.

2348.

Edelherr Simon zur Lippe verzichtet mit seiner Gemahlin Adelheid und seinen Kindern Bernhard, Hermann, Simon, Heinrich, Dietrich und Agnes auf alle Ansprüche an Gut Schwienhorst, Pfarrei Telgte. 1295 Juli 2.

Gedr. UB. III, 1519.

2349.

Graf Otto von Waldeck Mitsiegler beim Schiedsspruch des Grafen Adolf von Berg zwischen Erzbischof Siegfried von Köln und Graf Everhard von der Mark. Deutz 1295 Juli 28.

Gedr. Lacomblet UB. II, 953.

2350.

Ritter Heinrich Gogreve von Herford bekundet das Richteramt in der Stadt und in der Gografschaft Herford aus der Hand des Erzbischofs Siegfried mit der Burg Vlotho empfangen zu haben und sie ihm oder der Kölnischen Kirche jederzeit zurückstellen zu wollen. Bonn 1295 Juli 30.

Ego Henricus dictus Gograuius, miles Herfordensis, notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod, cum reverendus dominus meus Sifridus, archiepiscopus Coloniensis, castrum Flotowe necnon oppidi Herfordensis et gograuie ibidem iudicia cum omnibus eorum attingentiis mihi commiserit custodienda, meque in ipsis suum constituerit dapiferum seu officiatum sub certis conventionibus, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur, promisi et presentibus fide prestita corporali et interposito iuramento promitto, quod ipsum castrum et alia libere et absolute restituam. Deliberabo et reassignabo eidem domino meo et ecclesie Coloniensi, quandocunque ab ipso vel suo certo nuntio vel ecclesia Coloniensi infra tempus ad hoc deputatum fuero requisitus, nec occasione aliquorum damnorum,

expensarum, nec ex aliqua alia causa nunc suborta, vel que suboriri poterit in futurum, ipsum castrum et iudicia detinebo nec detinero potero interpellatus et requisitus, ut est dictum. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus litteris duxi apponendum. Datum Bonne, tertio Kalendas Augusti, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto.

Aus Msc. II, 32 fol. 86 im Kgl. St.-A. Münster. Gedr. v. Ledebur, Vlotho S. 129.

2351.

Rath und Gemeinde zu Goslar bekennen, dass ihnen auf Lebenszeit dreier genannter Personen Stift Corvey seine dort belegenen Häuser nebst Hof gegen einen Geldzins und die Pflicht der Instandhaltung vermiethet habe, dass nach dem Tode jener drei Personen diese Güter an Corvey zurückfallen sollen. 1295 August 10.

Nos consules et universitas Goslere civitatis tenore presentium protestando recognoscimus, quod a venerabili domino Heinrico Corbeyensi abbate et a conventu suo domos suas maiorem et minorem ac curiam adiacentem, attinentes abbatie sue cum consilio et consensu eiusdem conventus ad tempora trium personarum, videlicet Elysei monetarii et sue uxoris Iutten atque Elysei filii eorundem, ratione locationis recepimus possidendas, sub hac forma, quod nos, quamdiu hec tres persone vivunt, quinque fertones examinati argenti in festo pasche ipsi domino vel ali[1]) Corbeyensi abbati, qui pro tempore fuerit, persolverimus expedite; set de censu, scilicet annuatim quinque fertones, a festo pasche nunc futuro predicto domino persolvendo ad duos annos continuos finaliter est expeditus a nobis. Mortuis vero hiis tribus personis, dicte domus et curia ad usus suos et ecclesiam suam qualibet occasione postposita revertentur libere et solute. Et tam pro suo quam pro nostro commodo ipsa edificia emandabimus nostris laboribus et expensis. Preterea quandocunque Gosleram in persona propria prefatum dominum abbatem aut suos successores venire contigerit, domos ipsas et curiam ad usus suos et ad comodum eorundem, si necesse habuerint, infra quod tempus eosdem nobiscum esse contigerit, prorsus vacantes habebunt et patentes. In huius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri nunimine duximus roborandum. Datum et actum anno Domini M°.C°C. nonagesimo quinto, in die beati Laurentii martyris.

[1]) *Or.* alio.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Corvey Nr. 113. Siegel von dem vom Or. eingeschnittenen Pergamentstreifen abgefallen. Gedr. Wigand, Denkwürdige Beiträge S. 109. Ueber Beziehungen Corveys zu Goslar vgl. Jaffé, Bibliotheca I, Monumenta Corbeiensia p. 72.

2352.

Ritter Hermann Spiegel von Desenberg bekundet, dass auf seine Bitte Edelherr Simon zur Lippe zur Übereignung an Kl. Hardehausen auf den Zehnten in Klein-Körbecke resignirt, er aber ihm dafür vier Hufen in Zwergen bei Liebenau gegeben und dann als Lehn wieder empfangen habe. 1295 August 19 u. 22.

Nos Hermannus miles de Desenberg tenore presencium protestamur, quod nobilis vir Simon dominus de Lippia in manus venerabilis domini Ottonis Paderbornensis episcopi decimam in minori villa Corbike sitam ad peticionem nostram, ut ipsius decime proprietas monasterio in Hersuedehusen conferretur, voluntarie resignavit. Pro cuius decime resignacione eidem domino S(imoni) de Lippia quatuor mansos in villa Duergen iuxta Leuenowe sitos cum proprietate et omnibus suis pertinenciis nichil penitus excludentes dedimus in hiis scriptis, quos scilicet mansos nos Hermannus Speculum miles predictus de manu ipsius nobilis domini S(imonis) de Lippia iure recepimus pheodali. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo duximus muniendum. Testes aderant: Lutbertus dictus Winet, Lippoldus de Ethlen, Godescalcus dictus Dukere, Alradus dapifer, milites; Godefridus clericus de Kerstrate, Henricus de Icgenhosen et alii fide digni. Actum anno Domini M°.C°C. nonagesimo V°., sexta feria post assumpsionem beate virginis, et datum anno predicto in octava eiusdem assumptionis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 308. An Pergamentstreifen verletztes Siegel des Ausstellers mit den drei Spiegeln in rothem Wachs. Vgl. unten Urk. von 1297 Januar 13.

2353.

Bischof Konrad von Osnabrück willigt in die Überlassung des von Osnabrück zu Lehen gehenden Zehnten in Werther und eines Hauses seitens des Grafen Otto von Ravensberg an das Kollegiatstift in Bielefeld. Osnabrück 1295 August 23.

Conradus Dei gracia Osnaburgensis ecclesie episcopus omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Sacris canonibus novimus esse permissum, quod decime, que laicis in feodum ab ecclesia perpetuo sunt concesse, alii ecclesie assignari de dyocesani consensu, quando ad hoc ipsi layci induci nequeunt, ut eas ecclesie restituant, ad quam spectant. Hoc igitur attendentes et, quod utilitati ecclesiastice consulitur, dum, quod a laico illicite possidetur, ad usum ecclesiasticum revocatur, donationi, concessioni sive assignationi, quam nobilis vir Otto comes de Rauensberg facere intendit ecclesie sancte Marie novi oppidi in Biluelde, Paderburnensis dyocesis, de proprietate decime in Werthere et de domo Frederici dicti de Wenkerincthorpe, quas ab ecclesia nostra predicta tenet in feodum, pium prebemus assensum. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro fecimus roborari. Actum et datum Osembr(ugge), anno Domini M°.C°C. nonagesimo quinto, in vigilia Bartholomei apostoli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift in Bielefeld Nr. 6. Siegel von den von der Urk. eingeschnittenen Pergamentstreifen ab. Vgl. unten zu 1299 August 23.

2354.

Abt Johannes von Hardehausen verkauft für neun Mark dem Kl. Gehrden eine Hufe in Luthardessen. *1295 August 24.*

Frater Iohannes dictus abbas in Herswedehusen universis hoc scriptum visuris rei geste noticiam cum salute. Presentium tenore publice protestamur, quod nos de nostri conventus consilio et consensu religiosis personis domino Conrado preposito, priorisse totique conventui in Gerdene unum mansum in villa Luthardessen situm cum agris, pascuis, aquis et silvis et cum omnibus suis pertinentiis nihil penitus excludentes pro novem marcis Wartbergensis monete pecunie numerate vendidimus perpetuo possidendum, transferentes ius et proprietatem mansi prehabiti ad eosdem. Super cuius venditionis contractu dictis preposito et conventui iustam et debitam prestabimus warandiam. Igitur ut, quod actum est, in suo robore iugiter perseveret, presentem litteram nostro sigillo duximus muniendam. Testes aderant: fratres Olricus, Weccelus, Hermannus de Hamelen, Iohannes de Rekene, monachi nostri domus, fratres Conradus de domo textrina, Conradus domus sutrine et Hermannus de Osedhe conversi, Bertoldus de Etlen clericus, Ambrosius dicti prepositi famulus et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.XC°V., in die beati Bartholomei apostoli.

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 31v. D. 26. Lutherdessen *eingegangen zwischen Niesen und Peckelsheim. Vgl. Zeitschr. XXXVIII, 2, 110.*

2355.

Abt Heinrich von Corvey überträgt das Eigenthumsrecht eines ihm resignirten Lehens zu Brenkhausen auf das dortige Kloster. Corvey 1295 August 26.

In nomine Domini amen. Henricus Dei gratia Corbegensis abbas universis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in eo, qui omnium vera est salus. Quoniam generatio preterit et resurgit stante veridica preteritorum serie litterarum, sub protestatione presentium ad cunctorum noticiam cupimus pervenire, quod Conradus et Bertrammus fratres dicti Spegth in presentia nostra constituti bona sua in Beringhehosen sita et censum quindecim solidorum levium et Huxarie legalium denariorum, que de manu nostra tenuerant et que iidem Conradus et Bertrammus Henrico et Godefrido filiis Godefridi carnificis quondam civis in Huxaria premortui in pheodo porrexerunt consensu uxorum et liberorum ac omnium heredum suorum voluntate in manus nostras resignarunt, renuntiantes omni iuri suo, quod in ipsis bonis vel habebant vel habere poterant simpliciter et precise, ita ut dictorum bonorum proprietatem domine . . abbatisse et conventui sanctimonialium monasterii Vallis Dei, quod vulgari nomine Beringhehusen dicitur, Cisterciensis ordinis, Paderbornensis dyocesis, libere conferemus. Preterea

dicti Conradus et Bertrammus prefato monasterio plenariam warandiam eorundem bonorum pro se et suis legitimis heredibus fide data promiserunt in manus nostras et aliorum virorum fide dignorum, videlicet Conradus in manus fratris Amelungi sacerdotis et monachi de Hersuedehusen, fratrum Henrici sacerdotis dicti de Devenchere et Gheroldi diaconi, monachorum de Amelungesborne, Iohannis de Bardelefh, Conradi dicti Dume et Henrici dicti Szube, militum, Floriken dicti Rehbock et Floriken Dapiferi, famulorum, castrensium in Eversten; Bertrammus vero in manus fratris Amelungi predicti, Bertoldi dicti Schwe militis, Iohannis de Sunrike, Iohannis de Nedere, Waltheri et Bertoldi fratrum dictorum de Nathesungen et Conradi de Voltessen castrensium in Borgholte, qui omnes ex parte monasterii supradicti huiusmodi fidei sponsionem receperunt. Nos vero, quoniam prelibatum monasterium vallis Dei sincera et speciali dilectione in Christo amplectimur, ob reverentiam beate Marie virginis gloriose, premissis domine . . abbatisse et conventui ac per eas ipsi monastario, communicato consensu et consilio capituli nostri, proprietatem sepe dictorum bonorum cum omnibus suis pertinentiis videlicet pratis, pascuis, aquis, silvis, campis, viis et inviis, agris cultis et incultis, ac census premissorum quindecim solidorum, nichil penitus excipientes, tam libenter quam liberaliter contulimus et conferimus in hiis scriptis, transferentes omne dominium cum universis iuribus suis, quibuscunque censentur nominibus, ad easdem ipsorum bonorum. Ad evidentiam enim premissorum, videlicet resignationis, collationis et dominii ipsorum bonorum translationis, nec non et iuste ac debite warandie, quam dictis abbatisse et conventui prestare tenemur et volumus, perpetuam firmitatem presens scriptum nostro et capituli nostri sigillis fecimus communiri. Nos Bernhardus prior, Ludolfus prepositus totumque capitulum Corbeiensis ecclesie, quoniam omnia superius expressa nostro unanimi consensu et bona voluntate facta sunt presenti pagine ad certitudinem ampliorem nostrum sigillum duximus apponendum. Datum Corbeie, anno Domini M°.C°C.X°CV°., septimo Kalendas Septembris. Testes aderant cum viris religiosis et strenuis mililibus ac famulis superius expressis.

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Abschr. auf dem Rücken der Urk. von 1310 hat den Schluss: Testes *u. s. w. nicht. Ueber eine Schenkung der Brüder Specht vgl. zu 1289 Nov. 23 Nr.2044.*

2356.

Abt Heinrich von Corvey verkauft mit Zustimmung seines Konvents die Neurodungen und Zehnten in sechs Marken an Kl. Brenkhausen. Corvey 1295 August 26.

In nomine Domini amen[1]). Henricus Dei gratia Corbeyensis[2]) abbas universis hoc scriptum[3]) visuris in omnium[4]) salvatore salutem. Ad perpetuam rei geste noticiam tenore presentium protestamur, quod nos communicato capituli nostri consilio et consensu dilectis nobis in Christo domine abbatisse et conventui sanctimonialium monasterii Vallis Dei[5]), quod vulgari nomine Berinchusen[6]) dicitur, Cisterciensis[7]) ordinis, Paderburnensis diocesis, novalia in marcali[8]) Berinchusen, Iertzen[9]), Bramburgk[10]), Melmen, Kagen, Dusterhoff[11]) cum rubetis et omnibus iuribus et attinenciis suis sita[12]), cum decima eorum, pro certa pecunie quantitate in nostre ecclesie utilitatem conversa, perpetuo possidenda vendidimus, transferentes proprietatem dictorum novalium et decime[13]) ad easdem[14]). In cuius venditionis[15]) et translationis munimen presens scriptum nostro nostrique capituli sigillis fecimus roborari. Nos Bernhardus[16]) prior, Rudolphus prepositus totumque capitulum Corbeiensis ecclesie, quia omnia superius expressa nostro unanimi consensu et bona voluntate facta sunt[17]), presenti pagine ad certitudinem ampliorem nostrum sigillum duximus apponendum. Datum Corbeie[18]), anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo quinto, septimo Kalendas Septembris.

[1]) *Fehlt C.* [2]) Cerbeiensis *C*, Corbegensis *D.* [3]) hac scripta *B.* [4]) omni *D.* [5]) Dei *fehlt B.* [6]) Beringhusen *C u. D.* [7]) Cysterciensis *D.* [8]) marcalia *B.* [9]) Ierzen *D.* [10]) Bramberg *C u. D.* [11]) Dusterhof *D.* [12]) facta *D*, sitam *B.* [13]) decimarum *D.* [14]) eosdem *D.* [15]) benedictionis *C.* [16]) Bernherus *B.* [17]) sunt *fehlt D.* [18]) Corbeyge *D.*

Aus Msc. I, 136 fol. 124 (B), I, 175 fol. 8 u. 9 (C) und II, 102 fol. 100 (D) im Kgl. St.-A. Münster.

2357.

Abt Heinrich von Corvey bestätigt der Propstei seines Klosters den ihr testamentarisch geschenkten Zehnten zu Rimbeck. Corvey 1295 August 26.

Nos Henricus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas tenore presencium protestamur, quod, cum bone memorie dominus Rabanus iunior de Papenhem miles a nobis bona sua feudalia reciperet, inter cetera bona decimam Rimbeke nominatim recepit; postmodum cum prescriptus dominus Rabanus suum testamenlum conficeret, prescriptam decimam in Rimbeke ad prebendam fratrum donavit prepositure nostre Corbeyensis ecclesie. Quam donationem ratam tenentes et gratam auctoritate nostra confirmamus et eiusdem decime proprietatem, que spectabat ad nos, eidem prepositure liberaliter tribuimus in hiis scriptis. Ut igitur hec res inconvulsa permaneat et perpetue commendetur memorie, presentem paginam nostro sigillo iussimus sigillari. Datum Corbeye, anno Domini M°.C°C. nonagesimo quinto, VII. Kalendas Septembris.

Aus Msc. I, 134 fol. 22 im Kgl. St.-A. Münster.

2358.

Edelherr Simon zur Lippe entlässt einen Freckenhorster Villicus aus der Hörigkeit. Freckenhorst 1295 August 28.

Gedr. UB. III, 1522.

2359.

Äbtissin Irmgard von Herford schenkt gegen eine Jahrabgabe dem Marienstift in Bielefeld einen Hof. 1295 August 29.

Ermengardis Dei gracia abbatissa, preposita, decana, custos totusque conventus ecclesie Heruordensis omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in omnium salvatore. Noverint universi, quod nos cum deliberato consilio promocionem, honorem et utilitatem ecclesie nostre respicientes curiam dictam Vuendeleschehof ecclesie nostre pertinentem cum omnibus suis attinentiis preter illa bona, que possidet domina Hadewigis cometissa de Rauensbergh, dilecto in Christo decano et capitulo ecclesie sancte Marie in Bileuelde contulimus et conferimus per presentes eo iure, quo scultheti nostri sive milites sive famuli bona ecclesie nostre possident, perpetuo possidenda, tali conditione apposita, quod dicti decanus et capitulum singulis annis in festo beati Martini pro annuali pensione tres marcas usuales Heruordie ecclesie nostre facient presentari, hoc etiam adiecto, quod iidem decanus et capitulum annuatim in prefato festo procurabunt dari tres solidos abbatisse Heruordensi, quecunque pro tempore fuerit, pro herwadiis, que quondam de predictis bonis ratione villicationis ipsi abbatisse fieri consueverunt, decanus vero dicte ecclesie pro tempore existens prelibata bona ab hiis, que nobis successerint, abbatissis iure enphiteotico recipiet et innovabit, pro qua tamen receptione seu innovatione nichil ab eo penitus exigetur. Addimus etiam ad supradicta, quod, si memorata canonia sive congregatio canonicorum Bileueldensis dissipata fuerit vel redacta in pristinam parrochialem ecclesiam, tunc sepe dicta bona vacabunt ecclesie nostre Heruordensi, ita, quod nullus hominum omnino in eisdem bonis aliquid iuris sibi poterit vendicare. In quorum omnium premissorum testimonium nos abbatissa et conventus predicte presentem paginam nostris sigillis duximus roborandam. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo V., II°II. Kalendas Septembris, in decollatione sancti Iohannis Baptiste. Aderant huic facto: Hermannus canonicus Leodiensis et prepositus Tungerensis, Iohannes plebanus forensis ecclesie Heruordensis, Lutbertus notarius abbatisse dicte ecclesie Heruordensis, Hermannus filius Heinrici monetarii in Lemego, Erp dictus de Quernhem et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift in Bielefeld Nr. 7. An Pergamentstreifen 1) das spitzovale Siegel der Äbtissin, 2) das runde des Konvents von Herford. Gedr. Ztschr. I, 196.

2360.

Edelherr Simon zur Lippe Mitsiegler in Schenkungsurkunde des Ritters Rudolf von Horne für Kl. Lippstadt. 1295 August 30.

Reg. Lipp. Regg. II, 29 Nr. 521.

2361.

Richter, Rathmänner und Bürgerschaft in Höxter bekunden Güterverkauf in Brenkhausen an das Kloster daselbst. Höxter 1295 September 23.

Nos Timmo iudex, consules ac universitas civium in Huxaria omnibus Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, rei geste cognoscere veritatem. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum notum esse cupimus universis, quod Henricus clericus, filius Godefridi premortui et Godefridus frater suus, noster concivis, in nostra presentia constituti, accedente . . uxoris ac liberorum ipsius Godefridi, videlicet Wernheri, Thiderici, Henrici, Godefridi, Bertoldi, Sophie et Elizabeth pleno consensu et omnium heredum suorum, bona voluntate religiosis in Christo domine . . abbatisse et conventui monialium monasterii Vallis Dei, quod communi vocabulo Berinchosen nuncupatur, Cysterciensis ordinis, Paderbornensis dyocesis, ac per eas ipsi monasterio bona sua in villa Berinchosen sita, videlicet curiam et quatuor mansos cum areis, casis, campis, silvis, agris cultis et incultis et omnibus attinentiis suis, nichil penitus excludentes, pro remedio animarum suarum et omnium progenitorum ac heredum suorum tam libenter quam liberaliter contradiderunt, resignantes eadem bona in manus venerabilis domine . . abbatisse monasterii memorati ad quod inpheodacio ipsorum bonorum a Conrado et Bertrammo fratribus dictis Spegth, proprietas vero et dominium eorundem a reverendo domino nostro . . abbate et capitulo Corbegensis ecclesie iusto emptionis titulo devenerant, sicut in litteris super hoc confectis plenius continetur. Preterea eedem domina . . abbatissa et conventus monasterii prefati in restaurum bonorum predictorum eidem Henrico clerico ad tempora vite sue singulis annis sexaginta quartalia annone, Huxariensis mensure, videlicet triginta quartalia siliginis et totidem ordei infra festum beati Martini episcopi et nativitatem Domini nostri, Huxarie persolvenda, dare tenebuntur, libere post obitum ipsius Henrici ad idem monasterium reversura, contradictione qualibet non obstante. Ne autem de premissis aliqua contentio sive ambiguitatis locus ullus in posterum oriantur, necnon et iniuste ac debite warandie, quam iidem Henricus et Godefridus sepe dicto monasterio super bonis prelibatis pro se et suis legitimis heredibus facere tenentur robur perpetuum ad peticionem partis utriusque presentem paginam fecimus conscribi et sigillo nostre civitatis communiri. Testes aderant: Henricus monetarius senior, Lambertus de Lugteringen, Nicolaus Biseworm, Hildebrandus de Desle, Henricus Institoris, Godebertus de Uslare, Nicolaus de Lugteringen, Giseke Robokonis, Iohannes Niger, Iohannes Bogholt, Bertoldus de Curia et Henricus de Sualenberg, consules Huxarienses et alii fide digni. Acta sunt hec in Huxaria, anno Domini M°.C°C.X°CV°., IX. Kalendas Octobris.

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2362.

Die Mitglieder des Paderborner Domkapitels verbünden sich zu gegenseitigem Beistand, insbesondere behufs Beschränkung des Rechts des Bischofs und des Dompropstes bei Verleihung der Obedienzen, und versprechen, gemeinschaftlich beim päpstlichen Stuhl auf die Bestätigung dieses auch für die spätern Domherrn verbindlichen Statuts hinzuwirken. Paderborn 1295 September 26.

Nos prepositus, decanus totumque capitulum ecclesie Paderbornensis universis presencia visuris et audituris notum esse volumus, quod nos propter multimodas iniurias perpet(uas?) et angarias nobis et ecclesie nostre hominibus ac aliis religiosis ac secularibus nostre dyocesis cuiuscunque condicionis illatas contra ius privatum, ius commune necnon contra consuetudines antiquas, approbatas iuri ac (rationi) consonas promisimus per fidem, prout in baptismate suscepimus, et sub iuramenti sacramento

a maiore usque ad minimum manualiter, quod quilibet alteri inter canonicos emancipatos . . . consilio et auxilio omni, quo scit et potest, conamine assistet pro honore et iure capituli et cleri nostre dyocesis libertate conservanda et contra iniuriatores et invasores personarum et rerum ecclesiasticarum compescendos et malefactorum violentias propulsandas. Sane cum diversa pericula et incomoda ecclesie nostre ... de obedienciis ...., ex collatione episcopi et prepositi intra capitulum solvere consueverunt, personis singularibus ac toti capitulo frequenter imminerent, ex certis legitimis ac proba(bi)libus causis per iuramentum et fidem, quibus invicem astringimur, provide duximus statuendum, quod omnes obediencie exnunc inantea ad collacionem episcopi vel prepositi spectantes, si quando pro tempore ex numero canonicorum vel alio quocunque casu vacarent, episcopus et prepositus eas inter fratres capituli conferant, ut consuetum est suo iure, ita tamen, ut iis, cui ... untia illud ius, quod vulgariter dicitur besettinge et entsettinge, et ad hoc quartam partem omnium redituum in annona et denariis sibi retineat, nec eciam de hoc aliquid solvat capitulo vel amministret; reliquum vero, quod superest, persone de capitulo divident equaliter et pro sua utilitate parciantur, vel alias in usus suos convertant, prout eis melius videbitur expedire, prelaturis, archidiaconatibus et villicacione in Hildemaninchusen exceptis, quas canonici, quibus collate fuerint, integraliter et sine diminutione qualibet possidebunt. Ad confirmationem autem istius apud sedem apostolicam singuli ac universi intendemus ac laborabimus bona fide. Decrevimus nichilominus per fidem et iuramentum, ut dictum est, transgressores vel proditores istius statuti utilis et facti tam solempnis, cum sit et esse debeat de secretis capituli, si qui reperti fuerint, quod absit, omnium beneficiorum honore ac utilitate fore privatos et a tractatibus et consorcio capituli perpetualiter ammovendos. Ceterum omnes canonicos in futurum emancipandos ad id observandum omni ammoto scrupulo volumus obligari. Et ut hec rata permaneant et firma nec a quovis hominum in posterum calumpniari valeant vel infringi, presenti scripto sigillum capituli nostri et singuli sigilla nostra singgillatim et non inviti sed spontanei duximus apponenda. Datum Paderborne, in capitulo nostro, anno Domini M°.C°C. nonagesimo quinto, feria secunda post dominicam, qua cantatur: Da pacem, Domine.

Or. (defekt) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 346. Von den 26 an Pergamentstreifen angehängt gewesenen Siegeln sind noch 22 vorhanden: 1) abgefallen; 2) an demselben Pergamentstreifen in rothem Wachs spitzovales Siegel des Dompropstes, oben unter Spitzbogen Maria mit dem Kinde, unten ebenfalls unter Spitzbogen der Siegler. Von der Umschrift nur iti P. *erhalten, und 3) rund mit springendem Wolf. Von der Umschrift noch zu lesen:* (B)urchardi *(von der Asseburg); 4) spitzoval, stehende Figur, in der Rechten Palme. Umschrift:* S. Hermanni dec(ani) e(cclesie) Paderburn(sis); *5) abgefallen; 6) spitzoval in grünem Wachs, stehende Figur ohne Kopfbedeckung, links Buch, rechts Stab. Umschrift:* S. Frederici de Hervordia can(onici) Pad(erbornensis) e(cclesie); *7) in gothischem Vierpass Zweig mit fünf Früchten in grünem Wachs. Umschrift:* S. Amel(un)gi de Drib(or)g can(onici) Pad(erbornensis); *8) in grünem Wachs rundes Siegel, Brustbild des h. Petrus, links Buch, rechts fahnenartiger Schlüssel. Umschrift:* .. gi .. (p)repositi eccl(es)ie s(an)c(t)i Petri Pa(derbornensis) *(Berthold v. d. Asseburg, Propst von Busdorf); 9) spitzoval, in grünem Wachs, Adler auf einem Hasen. Umschrift:* .. Ludolfi can(onici) Paderburn(ensis) eccl(esi)e; *10) spitzoval, grünes Wachs, quergetheilter Schild, unten drei Pfähle, oben zwei menschliche Figuren, wachsend, die sich Kranz reichen, im Siegelfelde Ranken. Umschrift:* S. Arnoldi de Honstat can .. (S)osacie(nsi)s; *11) spitzoval, rothes Wachs, gespaltener Schild unter Blumenranken, auf denen zwei Vögel. Von der Umschrift erhalten* .. nrici can(onici) Pad(erbornensis) eccl(esi)e; *12) spitzoval, grünes Wachs, über dem Wendt'schen Schild mit den drei Sturmhauben Lilie. Umschrift:* S. Iordani canonici; *13) spitzoval, rothes Wachs, nebeneinander zwei Bischöfe in gothischer Umrahmung, darüber Maria mit dem Kinde, unten knieende Gestalt (der Siegler). Bruchstück der Umschrift:* .. eccl(esi)e Paderbornen(sis); *14) spitzoval, der h. Petrus mit*

Schlüsseln und Buch; Umschrift: S. Re(mboldi prepositi) e(cclesie) Frislarien(sis); *15) rund, grünes Wachs, Harpye mit aufgeschlagenen Flügeln und fliegendem Haar. Von Umschrift erhalten:* s. (Conr)adi can(onici) Pad(erbornensis) eccl(esi)e; *16) abgefallen; 17) spitzoval, grünes Wachs, in gothischer Umrahmung Maria mit dem Kinde, darunter Siegler knieend; Umschrift:* S. Thiderici d(e) Ittere canonici Paderbor .. ecle(sie); *18) rund, grünes Wachs, auf gefüllter Rose dreieckiger Schild mit dem Dreiblatt; Umschrift:* s. celerarii Paderborn(ensis); *19) abgefallen; 20) dreieckig, hellgelbes Wachs, eckig gezogener Balken, darunter gekröntes Brustbild; Umschrift:* s. (Mac?)helori d(e) Buren can(onici) Pad(erbornensis); *21) spitzoval, grünes Wachs, zwei Heiligen nebeneinander unter architektonischer Umrahmung über einem mehrfach quergetheiltem Schild mit Löwen; Umschrift:* S. Bertoldi can(onici) Paderbornen(sis); *22) rund, grünes Wachs, halb abgebrochen, Krebs; Umschrift:* s. (Reynheri) Cancri can(onici) Pad(erbornensis); *23) rund, Lamm Gottes mit der Kreuzfahne. Von Umschrift vorhanden:* .. e .. can; *24) spitzoval, grünes Wachs, stehende Figur mit Buch und Palme; Umschrift:* s. B(er)toldi thesaur(arii) can(?) eccl(esi)e Paderb(ornensis); *25) rund, weisses Wachs, Pelikannest(?); Umschrift:* .. m .. can .. ecclesie; *26) spitzoval, grünes Wachs, schreitender Rabe, darüber drei Rosen (2 : 1); Umschrift:* s. Conradi Corvi can(onici) Pad(erbornensis); *27) seitwärts angehängt, rund, dunkelroth, Schild mit gekröntem Löwen; Umschrift:* .. Hennemanni de Bur(en) ca .. *Ueber die Besiegelung seitens des Burchard von der Asseburg, eines Laien (Nr. 3), vgl. Asseb. UB. II, 547, wo Regest. Nr. 7, 9, 10, 12, 15, 18, 20, 21 wie Westf. Siegel III Taf. 138 Nr. 1, 137 Nr. 9, 138 Nr. 2, 3, 4, 5, 6, 7. Die domkapitularischen Obedienzen werden angeführt bei Schaten ad annum 1405. Das erwähnte* Hildemaninchusen, *gewöhnlicher* Hildelinchusen *genannt, lag in der Paderborner Feldmark, östlich oder nordöstlich von der Stadt. (Mertens.)*

2363.

Das Hospitalkloster vor dem Thore bei Fritzlar verspricht dem Kl. Hardehausen eine Rente von einer von der Frau Alene gemietheten Mühle. Fritzlar 1295 September 28.

In nomine Domini amen. Noverint universi presentes litteras inspecturi, quod nos Hildegerus prepositus, priorissa totusque conventus sanctimonialium monasterii hospitalis extra muros Fritslarienses recognoscimus publice protestantes presenti testimonio litterarum, quod de iussu et consensu unanimi et concordi domine Alene et filiarum suarum Hildegundis et Elizabeth beckinarum dictarum Starcmennen dabimus et solvemus ecclesie et conventui sancte Marie semper virginis de Herswidehusen annis singulis novem quartalia siliginis bone annone mensure Fritslariensis nomine annue pensionis, in festo ascensionis Domini quintum dimidium quartale et in festo sancti Michahelis quintum dimidium quartale de quodam molendino sito apud Albeam, quod olim fuerat domine .. de Cunyngeshagen, quod molendinum domina Alena ac sue filie supradicte nobis et nostre ecclesie locaverunt forensi iure, prout constat, perpetuis temporibus possidendum. Si vero predictam annonam dare et solvere neglexerimus, sicut promisimus et nos ad hoc obligavimus in terminis prelibatis, extunc statim tenebimur ad emendam dicto conventui de Hersuidehusen, que emenda bothe dicitur, secundum consuetudinem et cursum terre Hassie generalem. Item dabimus de predicto molendino conventui prefato annis singulis in festo nativitatis Domini sex denarios Fritslarie currentes et in festo pasche sex denarios ex quodam iure, quod wisunge dicitur; item in carnisprivio duos pullos et quatuor bicaria farine triticee ex iure illo, quod obeley vulgariter nuncupatur, annis eciam singulis persolvemus. Testes sunt: Conradus dictus Skindeleif, Ditmarus dictus Wlfhegere, proconsules, Volcmarus Comes, Wilhelmus de Honberg, Conradus Volburgis, Iwanus, Conradus Bodonis, Henricus Papa, Hermannus Godeleui, Syfridus de Nuwenborgh, Ditmarus de Maynskeit, Rimundus, Henricus de Vilsperg, scabini Fritslarienses, frater Volpertus, Iohannes Wrede, magister Iohannes et quam plures alii fide digni. In horum omnium testi-

monium, memoriam ac perpetuam firmitatem nos prepositus et conventus hospitalis memorati nostris sigillis ac etiam civium Fritslariensis opidi roboratum sigillo dedimus presens scriptum et nos scabini et cives Fritslarienses prefati ad instanciam et rogatus prepositi et conventus hospitalis prefatorum nostre civitatis sigillum duximus presentibus appendendum. Actum et datum Fritslarie, in vigilia sancti Michahelis, anno gratie Domini millesimo C°C. nonogesimo quinto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 309. Drei Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Gedr. unvollständig Wigand, Archiv II, 101 mit Erläuterung.

2364.

Äbtissin und Nonnen der Gokirche binnen Paderborn bekunden, dass ein Hauszins nach dem Tode zweier ihrer Konventualinnen an Kl. Hardehausen fällt. 1295 September 29.

Nos Hadewigis Dei gracia abbatissa totumque collegium sanctimonialium rurensis ecclesie in Paderborne recognoscimus per presentes publice protestando, quod sex solidos denariorum Paderbornensis monete census annui de domo quadam dicta Sualenberg sita in occidentali platea in Paderborne annis singulis dandos Herburgis et Cunegundis nostre conventuales, filie Gerhardi dicti Monetarii, post mortem ipsius G(erhardi) et uxoris sue ad vite sue tempus possidebunt et post earundem obitum ad manus domini Iohannis abbatis et conventus in Hersuedehusen, per manus quorum ea condicione venditi fuerant, sine qualibet contradictione liberrime revertentur. In cuius facti memoriam et certitudinem nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo C°C.X°CV°., in die beati Michaelis archangeli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 310. Siegel abgefallen.

2365.

Edle Hermann, Konrad und Hildebold von Pyrmont geben dem Kl. Falkenhagen ihren Hof in Hemenhusen. *Lügde 1295 September 30.*

Nos Hermannus, Conradus et Hyldeboldus nobiles dicti de Peremunt universis presencia visuris et audituris volumus esse notum et recognoscimus per presentes, quod de communi consensu vendidimus et dedimus pro salute animarum nostrarum proprietatem curie site in villa Hemenhusen ecclesie in Valkenhagen iure perpetuo possidendam. Datum Ludhe, anno Domini M°.C°C.X°CV°., in crastino Michahelis archangeli.

Or. im Stadtarchiv zu Brakel. An Pergamentstreifen 1) rundes gemeinschaftliche Siegel der Grafen Hermann und Hildebold, dreieckiger Schild mit Ankerkreuz; 2) dreieckiges Konrads, die Mitte des Ankerkreuzes mit achtstrahligem Stern belegt. Vgl. Lipp. Reg. I, 276 Nr. 452a. Vgl. dazu Lipp. Regg. II S. 8, wonach Hemenhusen *nicht gleich Himmighausen bei Sandebeck sondern ein ausgegangener Ort zwischen Brakel und Bellersen ist.*

2366.

Edle Hermann, Konrad und Hildebold von Pyrmont verkaufen und übertragen dem Kl. Falkenhagen einen Hof in Valebroke. *Lügde 1295 September 30.*

Nos Hermannus, Conradus et Hyldeboldus nobiles dicti de Perremunt universis presencia visuris volumus esse notum, quod de communi consensu et arbitrio nostro vendidimus proprietatem curie site in villa Valebroke ecclesie sanctimonialium in Valkenhagen et pro salute et remedio animarum nostrarum contulimus et dedimus iure hereditario possidendam. Datum Ludhe, anno Domini M°.C°C.X°CV°., in crastino Mychahelis archangeli.

Or. im Besitz des Studienfonds zu Paderborn, jetzt im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Falkenhagen Nr. 30. An Pergamentstreifen 1) sehr wohl erhaltenes grosses rundes gemeinschaftliches Siegel der beiden Brüder Hermann und Hildebold; 2) dreieckiges Siegel Konrads. Reg. Lipp. Regg. I, 276 Nr. 452.

2367.

Schöffen, Rathmänner und Gemeinde zu Paderborn, Lemgo, Herford und Höxter erklären sich damit einverstanden, dass von den Urtheilen des Hofes zu Nowgorod nur nach Lübeck appellirt werden könne. 1295 Oktober 4, 6 und 17.

Gedr. UB. der Stadt Lübeck I Nr. 639 (3, 4, 5) und 541 (1). In einem um dieselbe Zeit entstandenen undatirten Verzeichniss der sich zu obigem verpflichtenden Städte stehen dieselben Namen. Daselbst Nr. 642. Vergl. Lipp. Regg. I, 277 Nr. 453.

2368.

Dechant und Kapitel der Kirche St. Johannes zu Mainz treten alle ihre Güter zu Weten *dem Grafen Otto von Waldeck als erbliches Eigenthum ab. Fritzlar 1295 Oktober 9 und Mainz 1295 Oktober 18.*

Nos Fridericus decanus, Godefridus scholasticus, Henricus cantor totumque capitulum ecclesie sancti Iohannis Moguntini recognoscimus et ad universorum notitiam cupimus pervenire, quod de bonis ecclesie nostre in Wetenn ac de omnibus pertinentiis et iuribus eorundem convenimus cum nobili viro domino Ottone comite de Waldecke pari consensu et unanimi voluntate iuxta omnes conditiones seu articulos in infra scriptis ipsius domini comitis datis nobis litteris comprehensos, quarum litterarum tenor talis est:

Nos Otto comes de Waldecke recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod cum bona voluntate domine Sophie collateralis nostre legittime et nostrorum legittimorum heredum pleno consensu honorabilibus viris domino decano et capitulo ecclesie sancti Iohannis Maguntini de bonis suis in Wetenn cum omnibus suis pertinentiis nobis iure hereditario concessis decem marcas denariorum Aquen(sis) monete, tres Hallenses, aut duos Wedenbienses denarios pro quolibet denario Aquen(si) vel purum argentum equivalens dictis denariis in crastino circumcisionis Domini ab ipsa circumcisione, que nunc instat, anno proxime tunc venturo apud commendatorem hospitalis in Marpurg aut apud fratres sive personas ipsius hospitalis, quibus in hac parte vices suas per litteras suas patentes commiserint, singulis annis nomine pensionis sub nostro periculo pariter ac expensis in omnem eventum faciemus et ordinabimus presentari. Nos etiam, si in solutione huiusmodi pensionis negligentes inventi fuerimus, eligimus ac arbitrati sumus voluntarie, quod nos per dominos iudices sancte Maguntinensis sedis ad solutionem predicte pensionis compelli ac artari debeamus per excommunicationis sententiam absque aliqua indignatione et offensa nostra, donec de damnis et expensis, que accreverint super dicta pensione requirenda, satisfaciamus cum debito principali penitus et omnino. Condictum est etiam inter nos de consensu collateralis nostre et heredum nostrorum per presentes publice factum, ut, quicunque heredum nostrorum nobis post mortem nostram in eisdem bonis successerit, idem, si in prefata pensione danda vel exsolvenda negligens exstiterit, dicta bona in Wetenn ad prenominatos viros videlicet dominum decanum et capitulum sancti Iohannis Maguntini cum omnibus suis pertinentiis et iuribus omni contradictione et impedimento deposito et sublato absoluta et libera revertentur. Preterea est adiectum, quod, si centum marcas denariorum Aquen(sis) monete vel equivalens, ut est dictum, pro eisdem in festo beate Walpurgis prelibatis domino decano et capitulo apud commendatorem in Marpurg vel apud fratres ipsius hospitalis, quibus vices suas per litteras suas patentes recipiendas commiserint, assignabimus et persolvemus expedite, tunc prescripta bona in Wetenn cum omni eius(?) usufructu et pertinentiis tam in Volgmersenn et Geismar et specialiter cum iure patronatus ecclesie in Wethen ad nos et nostros veros heredes proprietarie pervenient iure hereditario a nobis quiete et libere perpetuo possidenda. Sane etiam nos decanus et capitulum predicti promisimus in his scriptis, quod nos prelibatos comiti de Waldecke ac suis heredibus antiqui census videlicet novem scepelinorum tritici et trium solidorum gravis monete de dictorum bonorum in Wethenn mansis ex antiqua consuetudine prout in nostris privilegiis continetur, solvendorum facere debebimus iustam et debitam warandiam, quem videlicet censum, si iure civili vel brachio seculari idem comes extorquere a pensionariis ubicunque manentibus non potuerit, ex tunc, si in foro ecclesia-

stico contra tales contradictores experiri voluerit, hoc suis, ubi decreverit, faciet nuntiis et expensis. Sed nos, ut premissum est, apud iudices Moguntinos et notarios ibidem relevabimus suos nuntios ab onere expensarum circa litteras impetrandas. Ceterum que predicto comiti promisimus et fecimus, suis heredibus volumus esse salva. Actum Fritzlarie, anno Domini M.CC.XCV., in die beati Dionisii.

In cuius rei testimonium has presentes litteras sigillo ecclesie nostre duximus sigillandas. Datum Moguntie, anno Domini M.CC.XCV., XV. Kalendas Novembres.

Aus Kopiar des Kl. Arolsen Nr. XIX im Fürstl. Waldeck. Archive zu Arolsen fol. 59v.

2369.

Vor dem Scholaster und dem Kantor von Heiligenstadt als (Mainzischen) Visitatoren des Bisthums Paderborn appelliren Domdechant und Domkapitel wegen der vom Bischof Otto gegen sie ergriffenen Massregeln an den päpstlichen Stuhl und stellen sich unter dessen Schutz. 1295 Oktober 19.

In nomine Domini amen. Anno eiusdem M°.C°C. nonagesimo quinto, feria tercia post diem beati Galli. Cum reverendus in Christo pater et dominus noster Paderburnensis episcopus nos prepositum, decanum totumque capitulum ecclesie Paderburnensis presentibus omnibus in sancta synodo congregatis per litteras suas in genere simpliciter monuerit et eodem instanti sub pena excommunicationis late sententie monicione canonica non premissa, quam sacrum concilium fieri statuit, inhibuerit, ne aliquid in detrimentum honoris sui vel ecclesie presumeremus temere attemptare, ex hoc nobis inponens tacite, quod essemus contra eum minus iuste processuri, quamquam minime intenderemus contra eum in aliquo machinari, immo honorem suum et Paderburnensis ecclesie statum illesum per omnia conservare: unde ex hiis et aliis multis et variis verisimilibus coniecturis timentes, dictum dominum episcopum nostrum cras vel post cras nobis inpingere posse, quod contra honorem suum aliquid fecissemus et per consequens nos gravare, ne de facto, cum de iure non possit, pretermisso iuris ordine contra nos procedat, coram vobis viris venerabilibus dominis scolastico et cantore Heyligenstadensis ecclesie, visitacionis officio apud nos fungentibus, ac universis presentibus in hiis scriptis ad sedem apostolicam appellamus et provocamus, supponentes nos cum bonis nostris, ecclesiam nostram, nobis adherentes et adherere volentes protectioni dicte sedis et protestamur nos velle dictam appellacionem seu provocacionem tempore et loco debito innovare, super premissis testimonium astancium invocantes. Nos igitur scolasticus ac cantor Heylegenstadensis ecclesie predicti premissis omnibus interfuimus. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum anno Domini M°.C°C. nonagesimo quinto, feria quarta post diem beati Galli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 347. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs zwei spitzovale Siegel: 1) in gothischer Umrahmung im oberen Theile sitzende Maria mit dem Kinde, darunter der h. Martin zu Pferde, der einem Rückwärtsstehenden die Mantelhälfte gibt. Umschrift: S. Rudolp(h)i scola(stici Hei)ligenstaden(sis); *2) Gestalt mit Kind, davor ein Knieender. Umschrift:* . . . ci cantoris ecc(lesi)e Heilige(nstadensi)s. *Vgl. oben Nr. 2362.*

2370.

Verkauf einer Stelle in Nelach an Kl. Berich. 1295 Oktober 20.

In nomine Domini amen. Nos Iohannes Dei gratia abbas monasterii de Capella, Premonstratensis ordinis, totusque noster conventus dicti monasterii ad notitiam futurorum duximus transferendum, nos vendidisse quandam nostram aream in villa Nelach sitam ecclesie et conventui de Beriche, Moguntinensis diocesis, proprietatis titulo perpetuo possidendam pro viginti sex solidis levium denariorum in Frislaria currentium. Que venditio facta est in manus fratris Conradi conversi ecclesie de Beriche predicte, qui est procurator ad presens et dispensator predictorum ecclesie et conventus eo, quod preposito careant ista vice. Testes: dominus Rudolfus de Vuchte, dominus Ludewicus de Lumesfelt, dominus

Eckenbertus, dominus Bruno nostre ecclesie confratres et alii quam plures. In huius rei testimonium ac perpetuam firmitatem nos abbas antedictus nostro sigillo de scitu et concessu nostri conventus roboravimus presens scriptum anno gratie Domini M°.CC°.XCV., post Galli confessoris proxima feria quinta.

Aus Kopiar des Kl. Berich I, 7 und 13; II, 17 im Fürstl. Archiv zu Arolsen.

2371.

Heinrich Buc verzichtet auf sein Anrecht an den vom Edelherrn zur Lippe lehnrührigen Zehnten in Klein-Körbecke, den sein Bruder Amelung dem Kl. Hardehausen übertragen hat. 1295 November 22.

Ego Henricus dictus Bûc presentium tenore publice protestor, quod in presentia testium subsequentium constitutus omni iuri, quod michi una cum fratre meo Amelungo in quarta parte decime in minore villa Corbeke sita competere videbatur, quam tamen partem de manu domini pheodi, videlicet domini Lippensis necdum receperam, renunciavi pure, simpliciter et precise, ratam et gratam habens resignacionem, qua frater meus Amelungus predictus in manus eiusdem domini Lippensis Symonis viri nobilis fecit libera voluntate. In cuius renuntiationis pariter et ratihabicionis testimonium et munimen hoc scriptum sigillo civitatis in Nuwenburg mearum precum obtentu extitit roboratum. Testes aderant: dominus Arnoldus in Besse plebanus, Arnoldus de Godenburg miles, Wernerus de Tussene, Arnoldus filius dicti Ar(noldi) militis, frater meus prenominatus, Lentfridus Nagel et Conradus de Wedelberg, insuper et consules dicti opidi in Nuwenburg, scilicet Sifridus dictus Noihart proconsul, Conradus Alexandri, Wigandus monetarius et alii fide digni. Nos vero Sifridus et consules iam expressi omnia superius prenotata recognoscimus esse vera, et ut inviolabiliter observentur, utrobique rogati nostre civitatis sigillum, sicut predictum est, apposuimus huic scripto. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo V°., decimo Kalendas Decembris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 311. An Pergamentstreifen kleiner Siegelrest.

2372.

Genannte Ritter und Rathmänner zu Warburg bezeugen, dass der Warburger Bürger Ulrich Raven auf sein Anrecht an den Zehnten in Klein-Körbecke verzichtet hat. 1295 November 23.

Nos Albertus de Amelungessen, nos Raueno et Conradus fratres de Papenhem, milites, nos Iohannes dictus Stolte iunior magister civium, Arnoldus Euecen, Iohannes Seruacii, Bertoldus de Howede, Andreas de Selhem, Iohannes de Listingen, Burchardus Scrodere[1]), Wernherus de Brakel, Riquinus de Dalhem, Conradus Wos, Henricus de Nordhe et Conradus de Amelungessen, consules Wartbergenses, presencium serie litterarum publice protestamur, quod Olricus dictus Rauen concivis noster de pleno consensu Thiderici et Olrici filiorum suorum decimam in minore villa Corbike[2]) sitam cum minuta decima et universis, que in futuro capere poterit, incrementis cum omni iure et integritate, quo vel qua possedit eandem, nichil prorsus excludens religiosis viris abbati et conventui monasterii in Hersuedehusen pro nonaginta et quinque marcis gravium et legalium denariorum eidem Olrico ex integro solutorum vendidit perpetuo possidendam. Qua vendicione rite peracta dictus Olricus mediam eiusdem decime partem in manus domini Hermanni Speculi de Desenberg, residuam vero partem in manus Amelungi dicti Bûc et Rodolfi de Wellede, a quibus tamquam[3]) a dominis pheodi dictam decimam tenuerat, resignavit. Liberi quoque sui superius expressi sepefatam decimam licet ex superhabundanti, cum eam nullo unquam tempore de manibus predictorum vel alicuius eorum receperint, resignantes, huius vendicionis contractum de ipsorum libera voluntate, ut predictum est, procedentem, ratum et gratum habuerunt et semper habebunt. Idem eciam Olricus venditor prelibatus eisdem domino abbati et conventui in Hersuedehusen de decima cum suis appendiciis prenotata warandiam prestabit secundum terre consuetudinem approbatam. In cuius vendicionis pariter et resignacionis memoriam et perpetuam firmitatem, hoc scriptum

mediante utriusque partis rogatu nostrorum robore sigillorum fecimus stabiliri. Ego vero Olricus cum liberis meis prenominati omnium explanacionem premissorum recognoscimus esse veram inviolabiliter observandam. Testes aderant: Gerhardus Sculthetus, Henricus de Ephe et Iohannes de Wellede, milites et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.X°CV., nono Kalendas Decembris.

[1]) Schrodere *B.* [2]) Korbeke *B.* [3]) tanquam *B.*

Or. in zwei Ausfertigungen (A u. B) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 312. Von beiden Exemplaren sind die drei Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

2373.

Ritter Burchard von der Asseburg, Herr in Hinnenburg, bekundet, dass Engelbert Scrape und sein Sohn Striger ihre Güter in Derbornen *für 30 Mark an Kl. Brenkhausen verkauft, und dass er, seine Gemahlin und Söhne Berthold, Burchard, Ekbert, Johannes und Werner, von denen genannter Verkäufer diese zu Lehen trug, den Grafen Adolf und Albert von Schwalenberg resignirt haben. Hinnenburg 1295 November 30.*

... Testes aderant: Frater Amelungus sacerdos et monachus de Hersuidehusen, frater Albero conversus in Valle Domini, Iohannes plebanus de Hemedessen, Degenhardus notarius, Thidericus de Nedere, Burchardus de Stenhem, milites, Conradus de Roden, Antonius et Bruningus fratres dicti de Ysentorp, Gerhardus dictus de Modikessen et Hermannus de Koven, castellani nostri, Iohannes de Ramershusen, Gobele de Broke et Godefridus dictus de Baddenhosen, famuli.

Gedr. Asseb. UB. I, 483 nach Or. im Stadtarchiv zu Brakel.

2374.

Ritter Burchard von der Asseburg, genannt von Hinnenburg, meldet den Grafen von Schwalenberg seinen, seiner Gemahlin und seiner Söhne Berthold, Burchard, Ekbert, Johannes und Werner Verzicht auf die von ihnen zu Lehen gehenden Güter in Derbornen. *Hinnenburg 1295 November 30.*

... Testes: Thidericus dictus de Nedere et Burchardus de Stenhem, milites, Conradus de Roden, Antonius et Bruningus fratres dicti de Issentorp, Gerhardus de Modikessen et Hermannus de Koven, famuli.

Gedr. Asseb. UB. I, 484 nach Or. im Stadtarchiv zu Brakel.

2375.

Knappe Heinrich von Natzungen verzichtet auf alle Ansprüche gegen Kl. Hardehausen wegen eines Ackers und halben Zehnten bei Borgholz. 1295 Dezember 4.

Noverint universi presencium inspectores, quod ego Henricus dictus de Natsungen famulus omni questioni, quam habui contra religiosos viros dominum abbatem et conventum monasterii in Hersuidehusen super uno iugere sito in piscina eiusdem domini abbatis et conventus iuxta opidum Borcholte et super dimidia parte decime, que mihi de fundo predicte piscine competere videbatur, renuncio simpliciter in hiis scriptis. Et ut dicti dominus abbas et conventus in Hersuedehusen a quoquam racione predicti iugeris et decime nequeant in posterum molestari, ipsis, ubicunque necesse fuerit, loco et tempore prestabo et prestare me obligo firmam ac debitam warandiam. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo domini Hermanni dicti Speculi de Desenberg pecii stabiliri. Nos vero Her(mannus) de Desenberg predictus huius composicionis mediator existentes omnia superius expressa vera esse recognoscimus et inviolabiliter observanda, et ad perpetuam firmitatem, sicut dictum est, nostrum sigillum presentibus est appensum. Testes aderant: frater Ger(hardus) filius predicti domini Her(manni) de Desenberg, conversus in Hersuidehusen, Wernherus de Brakele, Bernhardus de Rosebike et Henricus de Ostheim et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.X°CV°., in die beate Barbare virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 313. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

2376.

Die Brüder Günther (s. Magdeburgensis ecclesie thesaurarius et prepositus Angariensis), *Adolf und Albert Grafen von Schwalenberg schenken dem Kl. Brenkhausen Güter in* Derbornen *und den Zehnten daselbst, die Ritter Burchard von der Asseburg von ihnen zu Lehn trug, mit der Verpflichtung, dass der Konvent ein Talent Wachs für ihre Kapelle auf der Burg Schwalenberg liefere. Schwalenberg 1295 Dezember.*

Testes: Iohannes sacerdos et monachus de Monasterio, frater Amelungus sacerdos et monachus de Hersuidehusen, Arnoldus capellanus noster, Thidericus dictus de Eckersten, Luppoldus Holtgravius, milites, Winandus de Stoechem, Henricus de Nedere, Arnoldus de Eckersten.

Gedr. Wigand, Corv. Güterbesitz S. 219; Asseb. UB. I, 485 nach Or. in Brakel. Reg. Ztschr. XLVI,2, 195.

2377.

Graf Heinrich von Waldeck transsumirt eine Verzichtleistung vom J. 1295 der Adelheid, Wittwe des Ritters Denhard von Heimbach sammt ihrer Söhne Ludwig und Konrad auf ihre Ansprüche an Güter und ein Viertel des Patronatsrechtes in Aldendorf 1295.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Haina. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2378.

Edelherr Simon zur Lippe bekundet, dass Rudolf von der Lippe einen ihm zugehörigen Hof bei Ascheberg von ihm besitzt. 1295.

Gedr. UB. III, 1589 in Urk. von 1297 November 7.

2379.

Bischof Otto von Paderborn bezeugt, dass vor ihm der Knappe Hermann Marschall auf seine Ansprüche an den Zehnten zu Northeim zu Gunsten des Kl. Hardehausen verzichtet hat. Paderborn 1296 Januar 2.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus notum facimus presentibus publice protestantes, quod constitutus coram nobis Hermannus dictus Marscalcus famulus, filius Hermanni dicti Marscalci militis premortui, decimam in Northem, quam religiosi viri ac nobis in Christo dilecti abbas et conventus in Hersuidehusen ab ipso Hermanno milite predicto ac aliis suis heredibus dinoscuntur pro quadam summa pecunie quondam emptionis titulo comparasse, ad manus dictorum abbatis et conventus libere resignavit omni iuri, quod idem in ipsa decima habebat seu quod ipsi competere videbatur seu poterat in eadem acceptis per ipsum Hermannum a dictis .. abbate et conventu quinque marcis denariorum Wartbergensis monete, voluntarie et totaliter renuncians et ipsam venditionem per patrem suum predictum dicto conventui factam nunc ratum habens ac de cetero habiturus. Huius facti testes aderant: Bertoldus de Asseburg prepositus, Georgius cantor, Henricus custos, maioris et sanctorum apostolorum Petri et Andree ecclesiarum Paderbornensium canonici, frater Arnoldus de Gesyke ordinis fratrum minorum, Hermannus de Orto presbiter, Iohannes et Hermannus fratres dicti de Driburg ac Iohannes de Driburg iunior, Iohannes dictus Stapel, Henricus dictus Marscalci, frater Hermanni Marscalci sepe dicti, famuli, Hermannus dictus Dockenere et Godefridus dictus Pust, magistri civium Paderbornensium, Henricus dictus Endehachte, Iohannes de Scerue, cives Paderbornenses et alii quam plures fide digni. Et in huius rei memoriam ac firmitatem evidentem sigillum nostrum apponendum duximus huic scripto. Actum et datum Paderborne, in crastino circumcisionis Domini nostri anno Domini M°.CC°.XC° sexto.

Or. (stark abgeblasst) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 314. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

2380.

Zehn Bischöfe verleihen den Besuchern der Busdorfer Kirche Ablass. Rom 1296 Januar 13.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Basilius Iherosolimitanus Armenorum Dei gratia archiepiscopus, Cyprianus Bouensis, Michael Albanie, Andreas Lidensis, Maurus Ameliensis, Lambertus Veglensis, Paschalis Cassinensis, Salernus Thelesinus, frater Iacobus Ace(r)nensis et Romanus Crohensis eadem gratia episcopi salutem sempiternam et fructuosam in Domino karitatem. Quoniam . . . Cupientes igitur, ut ecclesia sanctorum Petri et Andree apostolorum Padeburnensis eo magis congruis honoribus et iugiori Christi fidelium frequentatione veneretur, quo ipsa duorum sollempnium patronorum, videlicet principis apostolorum et eius germani et in passione socii beati Andree venerabilius insignitur vocabulis venerandis, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in festis subscriptis videlicet nativitatis, resurrectionis et ascensionis Domini nostri Ihesu Christi atque pentecostes, in quatuor festivitatibus gloriose virginis Marie, sancti Iohannis Baptiste, sancti Michaelis archangeli, beatorum Petri et Andree aliorumque omnium apostolorum, beatorum Martini et Nicolai pontificum, beatorum Katerine et Agnetis ac Cecilie virginum, omnium sanctorum, in die dedicationis ipsius ecclesie aut in anniversariis eiusdem diei causa devotionis accesserint, aut prelibate ecclesie pro sua fabrica vel structura, que de novo opere magis sumptuoso laudabiliter erigitur, vel etiam luminaribus ornamentis aut aliis suis necessariis manus porrexerint adiutrices, seu in extremis laborantes quicquam suarum legaverint facultatum, nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi singuli singulis dierum quadragenos de iniunctis sibi penitentiis, dummodo consensus diocesani ad id accesserit, in Domino relaxamus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Rome, Idus Ianuarii, anno Domini M°.C°C.LXX°XXV°I., pontificatus domini Bonifacii pape octavi anno primo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 47a. Von den an gelben und rothen Seidenfäden angehängten 10 Siegeln fehlen 4, 6 u. 9. Die übrigen, sämmtlich spitzoval in rothem Wachs, sind bis auf 7 (von dem nur noch die Hälfte vorhanden) ziemlich gut erhalten. Auf sämmtlichen stehen Bischofsfiguren; bei 5 und 8 thront Maria über denselben.

2381.

Die Knappen Brüder von Uffeln bekunden Beilegung ihres Besitzstreites mit Kl. Helmarshausen wegen einer Hufe bei Grevenstein. 1296 Januar 13.

Nos Gerungus, Theodericus et Henricus fratres dicti de Ufflen, famuli, universis presens scriptum intuentibus cupimus esse notum, quod, cum dominus Iohannes abbas monasterii in Helwardessen pro pensione annua septem solidorum, quam ratione unius mansi in Ufflen castro Grevensten adiacentem ipsi et ecclesie sue solvere tenebamur et longo tempore eandem detinueramus neggligenter, nos auctoritate apostolica traxisse in causam sue gratie, reformati sumus in hunc modum, quod mansum predictum de manibus suis receperimus annis inde singulis septem solidos denariorum levium soluturi, quod ipsi in festo beati Michaelis vel magistro karitatum exsolvemus annis singulis expedite, ita ut, si in eorum persolutionem neggligentes fuerimus aut remissi, idem mansus ad dominum abbatem et ecclesiam predictos sine nostra aut heredum nostrorum contradictione libere revertetur nec ius de cetero nobis ipsum competet repetendi. In cuius rei evidentiam presentes litteras abbati et conventui predictis dare petivimus sigillis domini Stephani de Haldessen et Th(iderici) senioris de Haldessen sigillatas, Gerlaco de Valkenberg, Th(iderico) et Conrado de Haldessen, Hermanno de Byvangen, Hermanno Winkop tunc iudice pro testium evidentia . . . assumptis. Datum in octava epyphanie Domini, anno M°.C°C°. nonagesimo sexto.

Or. im Generalvikariatsarchiv in Paderborn. Beide Siegel sammt Befestigung abgefallen.

2382.

Abt Heinrich von Corvey ertheilt dem stellvertretenden Propst zu Gröningen Vollmacht zum Verkauf von Ländereien. Corvey 1296 Februar 1.

Hinricus Dei gratia Cůrbeiensis ecclesie abbas, Florentius prior, L(udolfus) prepositus, B(ernardus) camerarius totusque conventus ibidem dilecto in Christo confratri Ludol(fo) gerenti vices prepositi in Groninge salutem in Christo. Vestram fraternitatem scire volumus, quod nos unanimi consensu convenimus in hoc, quod thesaurario nostro licentiamus, quod bona scilicet decem mansos ad thesauriariam ecclesie nostre pertinentes vendat et secundum nostram ordinationem apud nostram ecclesiam in meliores usus convertat et reponat, quam venditionem discretioni vestre, de qua multum confidimus, necnon vestre consciencie committimus terminandam, ratum et firmum habituri, quicquid egeritis in premissis, providentes nichilominus, ut bona predicta vendantur modo bono competenti seu optimo vestro consilio mediante, litteras venditionis et contractus sigillis nostris sigillandis nobis, postquam terminatum fuerit, transmittentes et in istis negociis faciendis vobis liberam damus facultatem et volumus per vos istud peragi et intrepide terminari. In cuius rei testimonium presentem litteram cum sigillo nostro ad causas sigillavimus. Datum Cůrbeie, anno Domini M°.C°C. nonagesimo V°I., in die Brigide.

Or. im Kgl. St.-A. Magdeburg, Kl. Gröningen Nr. 10. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Vgl. Nr. 2385.

2383.

Abt Heinrich von Corvey übereignet dem Kl. Kemnade den Zehnten in den beiden Dörfern Berebom. *1296 Februar 23.*

Heynricus Dei gratia abbas Corbeyensis cunctis presentes audientibus vel visuris prosperitatem vite presentis pariter et future. Quoniam ea, que aguntur in tempore, faciliter a memoriis hominum cum lapsu temporis evanescunt, necesse est, ut scriptis authenticis fulcimentum perpetuum sorciantur. Nosse igitur volumus universos, quod nos penuriam dominarum conventus Kaminatensis attendentes decimam ipsis in utrisque villis Berebome ad subsidium cene domumque et aream contra coquinam ipsarum sitam ad usus suppliciorum libera dedimus seu libertavimus cum omni fructu, qui dinoscitur ad ipsa pertinere, statuentes firmiter, ne quis prepositorum, qui ecclesie Kaminatensi pro tempore prefuerit, eos in bonis predictis unquam impediat vel molestet, sed potius ad utilitatem prenotatam uti tranquille faciat et concedat. Ne quis autem hanc nostram libertationem in posterum infringere audeat aut attemptet, presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Datum anno Domini M°.C°C.LXXXX° sexto, VIII. Kalendas Martii.

Nach beglaubigter Abschr. im Kopialbuche des Kl. Kemnade im Herzogl. Braunschweig. Landeshauptarchive zu Wolfenbüttel. Dasselbe Datum hat Msc. II, 102 im Kgl. St.-A. Münster; dagegen Msc. VII, 5206 daselbst hat VIII. Kalendas Maii. *Vgl. Nr. 2385.*

2384.

Äbtissin Irmgard von Herford setzt den von der Stifts-Schatzmeisterin wegen seines Lebenswandels aus seinem Amte entlassenen Glöckner unter Auferlegung einer Strafe in dasselbe wieder ein. 1295 (1296) März 2.

Nos Irmegardis Dei gratia abbatissa ecclesie Heruordensis universis presentia visuris et audituris notum facimus, quod, cum inter dilectam nobis Cunegundim thesauriariam et Henricum canpanarium ecclesie nostre lis et dissensio fuisset aliquamdiu ventilata super eo, quod ipsa thesauraria dictum H(enricum) propter suos excessus ab officio suo destituere nitebatur et destituerat mediante conventus nostri consilio et consensu, dictis partibus tandem in presentia nostra constitutis pro huiusmodi discordia per nos sopienda, idem Henricus confessus fuit et recognovit se tantis et tot esse excessibus obnoxium, quod ab officio suo de rigore iuris posset non inmerito destitui, petens tamen, ut super huiusmodi excessibus gratiam facere curaremus. Nos itaque de consensu dicte thesaurarie gratiam sibi facere cupientes, iniunximus eidem H(enrico) pro emenda, quod ipse infra annum ab hac die numeran-

dum chorum ecclesie nostre non intrabit ad serviendum vel ministrandum, sed erit sub turri officium canpanarum custodiens, debitis horis pulsans et tempestive dormitum vadens, socius vero ipsius serviet. Preterea tabernas de cetero non frequentabit; de nocte non vagabitur, nec aliquas movebit insolentias, domos hominum confringendo vel se percutiendo seu aliquo alio modo indecenter et irregulariter se habendo. Quod si in premissis vel in aliquo premissorum idem H(enricus) neggligens fuerit vel transgressor, elegit et arbitratus est coram nobis, quod pro huiusmodi neggligentia vel transgressione officium demerebitur ipso facto, et ipsa . . thesauraria extunc dictum officium alii committere poterit seu conferre. Per hanc vero nostram ordinationem iuri ipsius thesaurarie, quod in statuendo vel destituendo canpanarios de antiqua consuetudine noscitur habuisse nec intendimus derogare. Datum et actum in choro sepe dicte ecclesie nostre coram nobis et conventu nostro, presentibus etiam dominis et testibus infrascriptis: nobili viro Sy(mone) de Redbergge, cantore Osnaburgensi, . . decano Angarensi, Alberto plebano in Lemego, Arnoldo, Gerhardo de Dehem et Iohanne Gograuio, ebdomedariis ecclesie Heruordensis, Iohanne plebano nove civitatis; Iohanne de Rubo et Frederico de Arnholte, militibus[1]) et aliis quampluribus fide dignis. Anno Domini M°.C°C. nonagesimo quinto, feria sexta proxima post festum beati Mathie apostoli.

[1]) militis *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 87. Siegel vom Pergamentstreifen verloren.

2385.

Abt Heinrich und Kapitel von Corvey bestätigen den Verkauf von Ländereien seitens des Kl. Gröningen. Corvey 1296 März 10.

In nomine Domini amen. Hinricus Dei gracia abbas, Ludolfus prepositus, Florentius prior, Hinricus custos totumque capitulum ecclesie Corbeyensis[1]), ordinis sancti Benedicti, Padebornensis dyocesis, omnibus in perpetuum. Ne contractus cuiuscumque generis, qui inter ecclesias seu privatas personas rationabiliter celebrantur, per lapsum temporis in oblivionem deveniant, expedit eos scriptis roboratis, sigillis autenticis perhennari. Hinc est, quod nos universis Christi fidelibus presentis temporis et futuri notum facimus per hec scripta, quod Ludolfus custos monasterii in Groninge, Halberstadensis dyocesis, de nostro mandato, consensu et libera voluntate novem mansos proprietatis solventes singulis annis in festo beati Galli quatuor talenta et decem solidos Halberstadensis monete sitos in campis ville Cröppenstede dicte dyocesis cum hominibus et areis pertinentibus ad eosdem necnon cum omni iure, quo custodia nostre ecclesie sive custodes, qui pro tempore fuerunt, noscuntur hactenus possedisse magistro Conrado custodi ecclesie sancti Bonifacii Halberstadensis dicto de Aldendorp pro quinquaginta marcis et una examinati argenti ad pondus Halberstadense vendidit in perpetuum possidendos ac dictum magistrum auctoritate sibi tradita a nobis duxit in corporalem possessionem omnium predictorum. Custos etiam nostre ecclesie cum pecunia memorata alios redditus dicte custodie magis utiles in certis possessionibus de nostro consilio comparabit. Ut autem hec venditio vigorem debitum consequatur et perpetuam optineat firmitatem, presentem litteram inde conscriptam nostris sigillis fecimus communiri. Datum in Corbeya, anno Domini M°.CC.XCVI., sexto Idus Marcii. Et quia nos prior ac custos propriis caruimus sigillis, ecclesie sancte Marie Magdalene in Roden ac nostri camerarii in sigillatione presentis littere usi sumus.

[1]) Corbeynensis *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Magdeburg, Stift St. Bonifacii in Halberstadt Nr. 82. An Zwirnfaden noch Bruchstücke von drei Siegeln: 1) des Abts; 2) des Konvents zu Corvey; 3) des Propstes Ludolf, spitzoval, Propst in ganzer Figur, von der Umschrift noch erkennbar: s. Lvdolp . . *Vgl. Nr. 2451 u. 2382. Gedr. Schmidt, UB. d. Coll.-Stifter S. Bon. und S. Pauli in Halberstadt Nr. 99.*

2386.

Die Rathmänner der Stadt Lemgo geben ihrem Bürger Heinrich Ruce ein Beglaubigungsschreiben an die Rathmänner in Lübeck, damit derselbe dort den Nachlass seines verstorbenen Bruders Albert gen. Scekere für dessen Söhne erhebe. 1296 April 15.

Gedr. Cod. dipl. Lubecensis I, 647. Reg. Lipp. Regg. I, 277 Nr. 455. Am selben Tage bekunden Hermann und Konrad von Pyrmont und die Rathmänner der Stadt Lügde, dass die Wittwe des Verstorbenen, Margarethe, auf die durch den Tod ihres Mannes ihr angefallenen Güter Verzicht geleistet und den Brüdern desselben Johann und Heinrich die Empfangnahme überlassen hat. Gedr. Cod. dipl. Lub. I, 648 und Lipp. Regg. a. a. O. Anmerkung.

2387.

Werner von Westerburg nimmt den Grafen Otto von Waldeck aus bei seinem Versprechen, dem Landgrafen Heinrich von Hessen Hülfe gegen seine Feinde zu leihen. 1296 April 23.

Gedr. Wenck, Hess. Landesgesch. II, UB. Nr. 239.

2388.

Kanonikus Widukind von Busdorf verkauft an Dechant und Kapitel seiner Kirche seinen Niessbrauch an Gütern in Rentinchosen. *1296 April 28.*

Ego Widikyndus canonicus ecclesie sancti Petri Paderbornensis protestor et presentibus litteris recognosco, quod usumfructum, quem habui in bonis sitis in Rentynchosen, que nunc colit Henricus dictus de Rykenowe, civis Paderbornensis, honestis viris decano et capitulo ecclesie mee predicte vendidi integraliter atque pure pro numerato mihi precio et soluto, hoc adiecto, quod a die, qua dicta bona per prefatum capitulum fuerint recuperata, extunc infra annum prefatum usumfructum denariis michi ratione venditionis numeratis et illis, quos ratione recuperationis expenderit prefatum capitulum, possim reemere propriis tamen nummis. Promisi etiam fide data supra scriptam venditionem fraude et dolo exclusis me inviolabilem servaturum dans eidem capitulo meo hanc litteram sigillo meo sigillatam in testimonium predictorum. Actum et datum in ecclesia sancti Petri predicta coram capitulo meo anno M°.CC°.X°CV°I., III°I. Kalendas Maii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 48. An Pergamentstreifen Reste eines plattgedrückten spitzovalen Siegels. Zu Rentinchosen *vgl. Urk. von 1273 (oben Nr. 1330).*

2389.

Bischof Emmanuel von Cremona (Cremonensis) *verleiht der Dominikanerkirche in Warburg an bestimmten Festtagen 40 Tage Ablass. Strassburg 1296 (Mai).*

Die Festtage sind: In die dedicationis ipsius sive altarium et in anniversario eorum et in festis patroni ecclesie sive patronorum altarium eorundem et in quatuor precipuis beate virginis festivitatibus et sancti Augustini et beati Dominici confessorum et beati Petri martyris et infra octavas et in singulis sextis feriis ob memoriam sancte crucis et omni sabbato. . . . Datum Argentine, in capitulo fratrum ordinis Predicatorum generali, anno Domini M°.C°C. nonagesimo sexto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkl. in Warburg Nr. 48. An Pergamentstreifen in rothem Wachs das zerbrochene ovale Siegel des Bischofs; ein Sekret in weissem Wachs scheint einen Kopf zu enthalten. In Strassburg fand das Generalkapitel der Dominikaner zu Pfingsten 1296 statt; vgl. Martene et Durand, Thesaurus novus anecdotorum IV, 851. Bei Gams, Series episcoporum s. v. Cremona ist in der Bischofsliste nach 1288 eine Lücke, die mit einem unsichern Namen ausgefüllt ist; dann wird zu 1296 April 24 Rainer als Elekt bezeichnet. Das ist nach obigem irrig; wahrscheinlich gehörte Bischof Emmanuel dem Dominikanerorden an.

2390.

Graf Otto von Ravensberg, Friedrich Dechant von St. Maria sowie Richter und Rathmänner der Stadt Bielefeld bekunden eine Schenkung an Kl. Amelunxborn. 1296 Juni 4.

Nos Otto comes de Ravensberge, Fredericus decanus ecclesie sancte Marie Bileveldensis, iudex et consules oppidi dicti Bileveldensis universis, ad quos presens scriptum pervenerit, notum facimus evidenter in his scriptis protestantes, quod Bodo filius Iohannis nobilis viri de Homborg, inductus precibus

venerabilis patris ac domini nostri Ottonis Paderburnensis episcopi ac aliorum suorum amicorum, curiam quandam dictam Dickhof una cum quodam suo molendino cum proprietate et libertate et omni iure ecclesie sancte Marie et conventui in Amelungesborne contulit liberaliter et coram nobis resignavit pro salute Gisle beate memorie sue matris promittens se donationem huiusmodi, sicuti pater ipsius predictus ipsam fecerat, ratam et gratam perpetuo habiturum nihilque iuris sibi in curia antedicta et omnibus eidem attinentibus penitus reservavit. Acta sunt hec coram iudicio presentibus: domino Henrico Top et Reinberto de Busche, militibus, Bernhardo et Everhardo fratribus dictis Top, Bernhardo dicto Valcke, famulis, Ecberto dicto Swarte tunc temporis existente iudice in Bilevelde, Nicolao dicto Oldendorpe tunc temporis existente magistro consulum, Hermanno Grip, magistro Iohanne, Iohanne Specht et Hermanno Hanebom, tunc temporis existentibus consulibus, et aliis multis probis et honestis. In cuius rei testimonium nos Otto comes predictus, Fredericus decanus antedictus sigilla nostra apposuimus huic scripto et nos iudex et consules predicti sigillum nostrum apposuimus in testimonium omnium premissorum. Datum anno Domini M°.CC°.XC°VI°., feria II. Nicomedis martyris.

Nach Amelunxborner Kopiar II fol. 25 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv in Wolfenbüttel. Unvollständig gedr. Falke, Trad. Corb. p. 327, sowie Harenberg, Hist. Gandersh. p. 1704. Erwähnt Dürre, Homburg (Ztschr. f. Niedersachsen 1880) Nr. 153 mit Juni 5. 1290 Dezember 1 wurde dem Kl. Amelunxborn curia sita in villa Holthusen, Dieckhof dicta, *überlassen; Harenberg p. 1705.*

2391.

Paderborner Domherrn bekunden eine vor ihnen erfolgte Resignation zu Gunsten der Heerser Äbtissin. 1296 Juni 5.

Nos Otto Dei gratia prepositus, Georgius cantor, Amelungus de Dryborg, canonici ecclesie Paderbornensis, universis et singulis hoc scriptum inspecturis notum facimus, recognoscimus et protestamur, quod Iohannes et Borghardus fratres dicte de Brobeke coram nobis ac aliis fide dignis infrascriptis ad hoc vocatis et rogatis presenciam domini Hermanni decani Paderbornensis ecclesie, cui venerabilis domina Ermegardis abbatissa de Herse auctoritatem et vices suas commiserat, accesserunt; quibus in sua constitutis presencia venditionem bonorum suorum quatuor videlicet mansorum in Brumlo, in Witlake, in Hulseye, et in Nosthusen cum universis eorundem attinentiis et hominibus trans Lippiam versus septentrionem Lutberto de Auentstrut et suis legitimis heredibus rite et rationabiliter factam recognoscentes et publice protestantes eadem bona cum omni iuris integritate, prout dicti fratres ipsa possidebant et ab .. abbatissa predicta in feodo tenebant, in manus prefati .. decani nomine et vice dicte .. abbatisse de Herse suscipientis liberaliter ac plene pro se et pro suis legitimis heredibus resignarunt, protestantes unanimiter et recognoscentes precium de bonis predictis a dicto Lutberto integraliter sibi fore persolutum. In cuius rei testimonium sigilla nostra una cum sigillo prefati .. decani ad petitionem dictorum vendentium et ementis presentibus sunt appensa. Presentes erant honorabiles viri: Fredericus Gograuius, Iordanus dictus Went, Th(idericus) de Volmutsteyne, canonici Paderbornensis ecclesie, Fredericus nobilis domicellus de Retberg, Albero dictus Creuet miles, Wernherus dictus Stapel, Henricus dictus Schenke, Fredericus dictus Bolike, Wilhelmus de Deuelde, famuli, Gotfridus dictus Pust, et .. dictus Dockenere, magistri civium, Hermannus de Hobrachtessen, Henricus Kouot, Conradus Prepositi, Christianus Caupo, Borghardus de Aslen et Lodewicus de Blomenberg, cives Paderbornenses et alii quam plures. Actum in die beati Bonefacii, anno Domini M°.C°C. nonagesimo sexto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Neuenheerse Nr. 21. Vier Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen. Auf der Rückseite von Hand saec. XV.: Littera bonorum illorum de Auenstrôt prope Rêde scilicet Brumlo et aliorum mansorum. Nosthusen, *jetzt Nesthausen, liegt an der Lippe zwischen Neuhaus und der Gemeinde Sande,* Brumlo, Witlake *und* Hulseye *werden die Namen von Einzel-Kolonaten nördlich der Lippe im Delbrücker Lande sein. (Spancken.)*

2392.

Graf Otto von Waldeck bekundet, dass er den Söhnen des Landgrafen Heinrich von Hessen die ihm verpfändeten Einkünfte käuflich wieder ablassen wolle. 1296 Juni 6.

Ad universorum tam presentium quam etiam futurorum noticiam nos Otto comes de Waldecke cupimus pervenire et universis presentia visuris recognoscimus publice protestantes, quod redditus annone, quos nobis principes nobiles et illustres nostri sororii dilectissimi Henricus videlicet et Otto fratres nati et veri heredes domini Henrici lantgravii, terre Hassie domini, pro mille et trecentis marcis nobis ad[1]) fidele iuvamen et auxilium, quod ipsis promisimus et ipsis faciendum nos astrinximus pro discordia inter dominum et patrem ipsorum suprafatum ex una et ipsos ex parte altera, ratione terre et hereditatis habita et habenda, dandis et pagandis obligarunt, redimendos ipsis vel eximendos dabimus isto modo, quod, cum nobis centum marcas pagabunt, viginti quinque maldra annone exempta erunt et liberata, et sic deinceps ad eximendos omnes redditus, quos nobis modo, ut predictum est, obligaverunt, dabimus recusationis scrupulo non obstante, donec integraliter redimantur. Et hoc nos et nostri heredes ipsis ac ipsorum heredibus tenere promittimus et finaliter adimplere. In huius rei testimonium et fortiorem evidentiam presens scriptum nostri sigilli patrocinio fortissimo confirmamus. Datum et actum anno Domini 1296, 8 Idus Iunii.

[1]) ab *Druck.*

So Druck im unvollendeten Waldecker UB. Nr. 13 nach Kopie.

2393.

Abt Heinrich von Corvey gestattet dem Pfarrer von Erkeln auf seine Lebenszeit den Ertrag eines von ihm angekauften Hauses und Guts; nach seinem Tode wird das Gut an den Konvent des Klosters zur Memorienstiftung des Pfarrers fallen, dessen Nachfolger aber die Nutzniessung des Hauses haben. 1296 Juni 26.

Henricus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas, omnibus presens scriptum visuris salutem. Notum esse cupimus presentibus et futuris, quod, cum dilectus noster Hinricus sacerdos plebanus in Erclen, domum unam sive curiam sitam in Bennessen et unum mansum cum suis propriis denariis de Hermanno dicto apud molendinum et suis heredibus emptionis titulo comparasset, nos domum et curiam eandem libertavimus, hoc modo videlicet, quod prefatus Henricus plebanus de Erclen ad tempus vite sue hiis omnibus libere perfruatur, ipso autem, sublato de medio, mansus solus cum suis redditibus pro remedio anime ipsius Henrici ad nostrum conventum libere convertetur. Porro domum predictam sive curiam in ipsa villa Bennessen, quicunque plebanus fuerit in Erclen, libere possidebit, ut propter hoc solvendam singulis annis de predicto manso annonam nostro conventui eo diligentius et fidelius expetat et requirat. Nam si ex negligentia ipsius plebani staret, quominus predicta annona de manso eodem nostro conventui solveretur, ex tunc carebit et privari debet eadem curia et domo, que sicut ipse mansus vacabunt nostre ecclesie libere et solute. In cuius testimonium presentem litteram nostris sigillis dedimus roboratam. Datum anno Domini M°.CC°.XC° sexto, feria tertia post festum beati Iohannis Baptiste.

Aus Msc. I, 134 fol. 35. Bennessen *ist ohne Zweifel das zwischen Erkeln und Titelsen eingegangene Dörfchen, dessen Pfarrer der Pleban von Erkeln auch war. Vergl. Corveyer Lehnregister Nr. 27 in Wigands Archiv VI, 392 und Zeitschr. V, 37.*

2394.

Abt Heinrich von Corvey erkennt eine früher in seine Hände gemachte Resignation eines Kemnader Guts zu Pegestorf an. Corvey 1296 Juni 27.

Nos Dei gratia Henricus Corbeiensis ecclesie abbas recognoscimus in his scriptis, quod dilectus nobis Thidericus sacerdos capellanus in Kemnata coram nobis comparuit ex parte dilectarum in Christo

priorisse totiusque conventus monasterii Kaminatensis offerens se probaturum et probavit per nostram patentem litteram, quod Florentius et Bruno fratres dicti de[1]) Perdestorp unum mansum apud eandem villam Perdestorp sitam in manus nostras libere resignarunt[2]). Datum Corbeie, anno Domini M°CC°. nonagesimo sexto, in crastino beatorum Iohannis et Pauli.

[1]) in *Abschr.* [2]) resignavit *Abschr.*

Aus Msc. I, 139 fol. 211. Die Resignation fand 1284 März 6 statt; vgl. oben Nr. 1784.

2395.

Propst Dietrich von Schaken bekundet eine Getreideabgabe an das klösterliche Krankenhaus. 1296 Juli 1.

Nos Thidericus prepositus ecclesie in Scaken tenore presentium recognoscimus publice protestando, quod Thidericus dictus Scade sculthetus in Dedinchove ad infirmariam dominarum dicte ecclesie in Schaken pro remedio anime sue emit a nobis singulis annis sex mudde annone, pro octo marcis denariorum, tria videlicet siliginis et tria avene, quam annonam nos vel prepositus, qui pro tempore fuerit, perpetuo et singulis annis prefate infirmarie de bonis, que emimus pro XII marcis a quodam famulo de Corbike dicto Eksassen, procurabimus erogari. In cuius rei testimonium et maioris firmitatis robur presens scriptum inde confectum sigillo ac sigillis honorabilium virorum prepositi et conventus ecclesie Montis Martis duximus roborandum. Datum anno Domini M°.C°C.LXXXXVI., in octava sancti Iohannis Baptiste.

Nach Overham, Coll. II. fol. 77c. im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

2396.

Die Rathmänner in Höxter bekunden Streitbeilegung Thethards mit Kl. Brenkhausen. 1296 Juli 6.

Nos Iohannes dictus Bocholt, Henricus monetarius, Godscalcus de Luchteringen, Wastmodus, Iohannes Echof, Ludolfus Rodolfi, Iohannes Biseworm, Iohannes Crispus, Thidericus Anno, Henricus Zello, Iohannes de Svalenberge, Lambertus de Voltessen, consules Huxarienses, presentibus protestamur, quod per examinationem et relationem quorundam nostrorum consulum et burgensium audivimus et scimus dominam abbatissam et conventum ecclesie in Beringhosen super causam, quam pro se et uxore sua ac liberis suis Theythardus gener quondam Iohannis dicti Westual eis movit, occasione quarundam sibi, ut asseruit idem Theythardus, rerum debitarum finaliter composuisse amicabiliter et perfecte. In cuius testimonium et memoriam presens scriptum sigillo nostre civitatis dedimus communitum. Datum anno Domini M°.C°C.X°C sexto, in octava apostolorum Petri et Pauli.

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Kleines Fragment des Höxterschen Stadtsiegels an Pergamentstreifen.

2397.

Bischof Otto von Paderborn bestätigt der Stadt Paderborn alle von seinen Vorgängern derselben verliehenen Briefe und Privilegien und verspricht sie bei dem ihnen verpfändeten Grafengericht nicht einzuschränken. 1296 Juli 24.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus universis et singulis hoc scriptum visuris notum facimus publice protestantes, quod omnes litteras et indulgencias, cuiuscunque tenoris existant, a nobis et predecessoribus nostris rite et rationabiliter civitati nostre Paderbornensi datas et concessas, ratas et gratas habemus et volumus tenore presencium litterarum eas inviolabiliter observare, nec ipsam civitatem seu eius consules in iudicio, quod vulgariter grevenrichte dicitur, a nobis eisdem titulo pignoris obligato, iniuste artabimus aut impediemus. In cuius rei testimonium presentem litteram fieri fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo sexto, in vigilia beati Iacobi apostoli.

Or. im Stadtarchiv zu Paderborn. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs das spitzovale Siegel Ottos mit rückwärtigem Sekret.

2398.

Papst Bonifaz VIII. ertheilt den Reuerinnen das Privileg, dass sie zu jeder Zeit mit Ausnahme der österlichen in den Franziskanerkirchen kommuniziren dürfen. Anagni 1296 Juli 28.

„Devotionis vestre precibus.“ — Datum Anagnie, V. Kalendas Augusti, pontificatus nostri anno secundo. Ego frater Reinboldus custos Westfalie testimonium perhibeo, tenorem istarum litterarum cum vera bulla reservatam esse in Tremonia apud fratres.

Transsumpt im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkloster in Warburg Nr. 49. Siegel und Befestigung verloren. Von Ego *an mit anderer Dinte. Transsumpt aus dem XIV. Jahrhundert. In der Ecke nach dem Datum Kostenvermerk* V̄ *in kleiner feiner Schrift. Die Bulle verzeichnet bei Potthast, Regg. Pontif. Nr. 24375.*

2399.

Graf Ludwig von Everstein resignirt dem Bischof Ludolf von Minden den von seinem Stifte lehnrührigen, von ihm an das Kl. Kemnade verkauften Zehnten zu Berebome. *1296 Juli 28.*

Venerabili domino L(udolfo) Mindensi episcopo totique capitulo ibidem domicellus L(udewicus) de Euerstene obsequii, quicquid poterit et honoris. Vestram nosse cupio presentibus honestatem, videlicet quod collationem decime in Berebome, quam a vobis tenui, vendidi ecclesie Kaminatensi omnium heredum meorum libero cum consensu. Unde ipsam collationem vobis resigno ad manus claustralium ecclesie iam predicte. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XX sexto, sabbato post festum beati Iacobi apostoli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Kemnade Nr. 20. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Der Junker L. ist Ludwig V. von Everstein. Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 256.

2400.

Johann Judeus in Warburg bezeugt, dass seine Kinder auf alle Ansprüche an die an Kl. Hardehausen verkaufte Hufe in Rothem *verzichtet haben. 1296 August 5.*

Noverint universi presentis scripti continenciam inspecturi, quod, cum ego Iohannes dictus Iudeus de Wartberg mansum unum cum omnibus suis pertinenciis in Rothem iuxta Wartberg situm ad me iure proprietatis a meis progenitoribus devolutum religiosis viris domino .. abbati et conventui in Hersuidehusen, prout in litteris super hoc confectis plenius continetur, pro iusto precio vendidissem, processu temporis Conradus filius meus eisdem abbati et conventui eo, quod huiusmodi vendicio, de suo consensu minime processisset, questionem movere intendit; veruntamen[1]) idem C(onradus), postquam ad iustam et debitam warandiam dicto conventui faciendam fide interposita corporali me intelligeret obligatum, paterni honoris non inmemor cum matre sua pariter et omnibus liberis meis huic vendicioni plenum adhibentes consensum renunciaverunt omni actioni, iuri sive gratie, si qua eis dicti occasione mansi conpetere videretur, et ad iustam warandiam quocunque casu emergente prestandam, sicut et ego obligatus sum, se unanimiter obligarunt. De quibus scilicet liberis meis Ar(noldus) plebanus in Bun et Alheidis in presencia consulum de Burgentrike constituti, quod dictum est, consenciendo, renunciando et promittendo warandiam voluntarie perfecerunt, residuis eciam meis liberis similiter facientibus, ut patet in litteris super hoc datis alias coram aliis fide dignis. Nos vero Ar(noldus) plebanus et Alh(eidis) predicti omnia premissa recognoscimus esse vera et ad eorum firmitatem hanc litteram una cum patre nostro conscribi fecimus et sigillo dicte civitatis Burgentrike petivimus consignari; et nos consules prefati, videlicet Volcmarus proconsul, Henricus de Emberike, Theodericus de Horbruge, Sifridus iuxta fontem, Conradus de Roden, Hermannus de Ahosen, Iohannes de Helwordessen, Iohannes de Oldendorp, Arnoldus Kesehage, Wernherus Opilio, Iohannes Faber et Theodericus de Bun utrobique rogati in perpetuum testimonium et munimen, ut predictum est, nostre sigillum civitatis apposuimus huic scripto. Testes aderant: dominus Iohannes plebanus, Appollonius de Metcenhusen, Conradus dapifer et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo V°I., Nonas Augusti.

[1]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 315. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Vgl. Nr. 875 über Rothem; *ferner Nr. 2402.*

2401.

Bischof Otto von Paderborn verleiht dem Knappen Johann Berkule ein Burglehen von vier Mark Einkünften zu Warburg. 1296 August 20.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus notum facimus presentibus publice protestantes, quod Iohannem dictum Berkule, famulum strenuum, castellanum nostrum in castro nostro Wartberg fecimus, ad defendendum se de ipso castro, secundum quod ecclesie nostre Paderbornensis ius se habet, ipsi, . . uxori sue legitime ac heredibus suis legitimis quatuor marcarum redditus de pensione nostra, quam in novo opido Wartberg annuatim possidere dinoscimur, extollendos pro eo, quod vulgariter dicitur burchlen, perpetuo conferentes. In cuius facti memoriam et firmitatem evidentem sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum anno Domini M°.C°C.X°C sexto, feria secunda ante festum beati Bartholomei apostoli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 348. An von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen Bruchstück vom Siegel des Bischofs.

2402.

Adelheid, Frau des Johann Judeus, verzichtet mit ihren Kindern auf ihre Ansprücke an die an Kl. Hardehausen verkaufte Hufe in Rothem. *1296 September 1.*

Noverint universi presencium tenorem visuri, quod cum ego Iohannes dictus Iudeus de Wartberg *u. s. w., wörtlich wie oben Nr. 2400.* De quibus scilicet liberis meis Alheidis uxor mea, Otto filius meus, Ermendrudis et Gerburgis filie mee in presencia domini Hermanni dicti Speculi de Desenberg et aliorum honestorum virorum, qui infra notantur, constituti, quod dictum est, consenciendo, renunciando et promittendo warandiam voluntarie consummantes dictum mansum in manus fratris Io(hannis) de Rekene monachi, Herboldi de Wartberg et Hermanni de Osede conversorum dicti conventus nomine tradiderunt. Nos vero Alheidis uxor predicti Io(hannis) Iudei, Otto filius, Ermendrudis et Gerburgis filie eiusdem omnia premissa esse vera recognoscimus et inviolabiliter observanda. In cuius facti perpetuam firmitatem hanc litteram una cum patre nostro predicto conscribi fecimus et predicti domini Her(manni) de Desenberg sigillo petivimus consignari. Et nos Her(mannus) dictus Speculum de Desenberg predictus ad utriusque partis rogatum in verum testimonium et munimen, ut predictum est, nostrum sigillum apposuimus huic scripto. Testes aderant: Io(hannes) plebanus in Meshere, Con(radus) plebanus in Duergen, sacerdotes; Io(hannes) de Mardageshusen, Bertoldus Stolte, Io(hannes) de (E)rclen, Alexander Hagemester, Reinike piscator, Her(mannus) portarius, Io(hannes) de Howede, Godescalcus filius Goswini (de) Osterhosen, Tethmarus Bittersole et alii fide digni. Datum anno Domini millesimo (ducent)esimo nonagesimo sexto, Kalendas Septembris.

Or. (defekt) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 316. Siegel und Befestigung ausgerissen. Vgl. Nr. 2400.

2403.

Abt Alrad von Marienmünster urkundet über die Abgaben des seinem Kloster gehörigen Hauses in Ohrsen, Pfarrei Lage, an den Grafen von Sternberg. 1296 September 9.

Alradus Dei gracia abbas de monasterio iuxta Swalenberge, ordinis sancti Benedicti, Paderbornensis dyocesis, universis hec visuris et audituris salutem in Domino. Notum facimus universis et singulis, quod domus in Oderdissen pertinens ecclesie nostre sita in parrochia Lage comiti de Sterrenberge racione advocatie singulis annis decem et octo solidos tantummodo consuevit solvere nec aliquid amplius petitum fuerat aut exactum, unde et sigillum nostrum presenti littere apponi fecimus in testimonium veritatis. Datum quinto Ydus Septembris, anno Domini M°.C°C. nonagesimo sexto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Marienfeld 320. An von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen rundes Siegel Alrads. Gedr. Ztschr. IX, 81; Reg. UB. III, 1556; Lipp. Regg. I, 455 a; Ztschr. XLVI, 2, 196.

2404.

Graf Otto von Waldeck schenkt mit Einwilligung der Schwalenberger Grafen einen Zehntenantheil an Kl. Hilwartshausen. Münden 1296 September 14.

Nos Ottho comes de Waldecke presencium tenore publice protestamur, quod de consensu nostrorum cognatorum nobilium comitum de Swalenberg scilicet Adolphy et Alberti et ipsorum heredum quartam partem decime in Dimerde, quam Conradus miles dictus Blesink a nobis in pheodo tenuerat et nobis postmodum resignavit, domino preposito et conventui in Hildewordeshusen contulimus propter Deum, ita sane, quod, quandocumque dominus noster archyepiscopus Moguntinus ipsam predicto conventui contulerit iure proprietario possidendam, ad manus eius ius pheodi prefate decime, quod ab ipso tenuimus, in hiis scriptis libere resignamus. Huius rei testes sunt: Theodericus de Mederike, Iohannes de Brocbeke, Ludolfus de Stochusen, milites; Th(idericus) de Stochusen et alii quam plures fide digni. Ad maiorem vero huius rei evidenciam presens scriptum sigillo nostro duximus sigillandum. Datum Munden, anno Domini M°.C°C.X°CV°I., in die exaltationis sancte crucis.

Or. im Kgl. St.-A. Hannover, Kl. Hilwartshausen Nr. 74 a. Verletztes Siegel des Ausstellers mit Rücksiegel an Pergamentstreifen.

2405.

Kl. Marienmünster verkauft dem Kl. Marienfeld ein Haus im Kirchspiel Lage. 1296 September 18.

Alradus Dei gratia abbas, . . prior totusque conventus de monasterio iuxta Swalenberch, ordinis sancti Benedicti, Paderburnensis dyocesis, universis presentes litteras visuris et audituris salutem in Domino. Universitati vestre tenore presentium innotescat, quod nos consilioso tractatu prehabito et utilitate ecclesie nostre pensata vendidimus religiosis viris abbati et conventui Campi sancte Marie, ordinis Cysterciensis, Monasteriensis dyocesis, domum nostram in Oderdyssen sitam in parrochia Laghe cum omni utilitate et integritate, videlicet silvis, pratis, agris cultis et incultis et omnibus obventionibus ac pertinenciis suis iure proprio in perpetuum possidendam pro decem et octo marcis denariorum Heruordensis monete, quas confitemur ex integro nobis esse traditas et solutas, transferendo in iam dictos abbatem et conventum domum ipsam et possessionem eiusdem et, quicquid iuris nos seu nostra ecclesia in ipsa dinoscitur habuisse, ita quod ipsi deinceps sua auctoritate possessionem huiusmodi ingredi valeant et tenere. Sigilla itaque nostra presentibus apponi fecimus in robur et testimonium premissorum. Actum et datum anno dominice incarnationis M°.C°C. nonagesimo sexto, XII°II. Kalendas Octobris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Marienfeld Nr. 329. An Pergamentstreifen in grünem Wachs die runden Siegel 1) Alrads, 2) des Konvents. Reg. UB. III, 1557 und Ztschr. XLVI, 2, 196.

2406.

Schöffen und Rathmänner von Herford bekunden Güterverkauf und Memorienstiftung im Stift Herford. 1296 September 20.

Nos scabini et consules Heruordenses notum facimus universis, quod Iohannes dictus Koyfort cum voluntate uxoris sue Margarete et suorum heredum vendidit coram nobis Iohanni de Hagen ex domo et area sua redditus duorum solidorum, quos dictus Io(hannes) pro salute anime sue et sue uxoris defu(n)cte bone memorie Reymodis conventui tam dominorum quam dominarum ecclesie Heruordensis titulo donationis libere assignavit, ut eorum memoria ibidem in divinis officiis solempniter peragatur; predictus vero Iohannes Koyfort et sua uxor predicta quolibet anno in krastino beati Martini episcopi dictos redditus dicto conventui ministrabunt. Et hoc nostro sigillo fecimus communiri. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo V°I., in vigilia beati Mathei apostoli, presentibus nobis Iohanne de Rotwic et Gerhardo de Libbere, tunc temporis proconsulibus civitatis, Tiderico Rufo, Bernhardo sartore, Hermanno Kretel, Henrico Aureo, Iohanne Peperkorn, Andrea Frisone, Hartmanno de Biluelde, (Arnoldo) de Edessen, Petro Estate, Alberto de Halen et aliis multis probis viris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, angenäht an Nr. 89 und von derselben Hand wie letztere. Vom Pergamentstreifen das angehängte Siegel abgefallen.

2407.

Schöffen und Rathmänner von Herford bekunden Kauf einer Jahresrente seitens des Stifts behufs Memorienstiftung der von Hagen. 1296 (September 20).

Nos scabini et consules Heruordenses notum esse volumus universis, quod Iohannes de Begderdissen, concivis noster, cum voluntate matris sue Margarete, fratris sui Reyneri, sororum suarum Windelen, Ode et omnium suorum coheredum ex domo et area sua redditus quatuor solidorum vendidit coram nobis communi conventui tam dominorum quam dominarum ecclesie Heruordensis, quos dictus Io(hannes) quolibet anno in krastino sancti Martini dicto conventui ministrabit; pro hiis vero quatuor solidorum redditibus predictus conventus solempniter memoriam Reymodis et Iohannis dictis de Hagen peragent in anniversariis eorundem. Et ut hec rata permaneant et inconvulsa, sub sigilli nostri munimine presencia duximus protestanda. Hii vero, qui presentes fuerunt, sunt: Io(hannes) de Rotwic et Gerhardus de Libere, tunc temporis proconsules, Bernhardus sartor, Henricus Aureus, Andreas Friso, Io(hannes) Peperkorn, Hartmannus de Bileuelde, Petrus Estas, Arnoldus de Edessen, Hermannus Kretel, Tidericus Rufus, Albertus de Halen et alii multi probi viri. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo sexto.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 89. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Angenäht an vorige Urk.

2408.

Ministerialen, Schöffen und Rathmänner von Herford bekunden, dass die Gebrüder Friedrich und Boso genannt von dem Bussche dem Stift Schildesche ein Haus in Berdelinghausen bis zur Bezahlung von 12 Mark angewiesen haben. 1296 September 25.

Nos ministeriales, scabini et consules Heruordenses notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod Fridericus et Boso fratres dicti de Busche et filii predicti Friderici, Eckardus et Hermannus, ecclesie Schildescensi domum unam sitam in Berdelinchusen cum proventibus suis manumissione voluntaria coram nobis assignaverunt, donec duodecim marce denariorum predicte ecclesie fuerint persolute sub hac forma, quod, cum dictam ecclesiam predictos denarios scilicet duodecim marcas rehabere contingat, dictus Fridericus aut sui heredes anno dimidio monitione prehabita persolutionem facient integralem, alioquin sepedicta ecclesia Scildescensis vendere, titulo pignoris obligare aut in usus suos convertere poterit dictam domum. Si vero sepedicta ecclesia Scildescensis defectum aliquem pateretur in premissis, quod absit, Iohannes de Oldenheruorde miles et Iohannes de Rodewic tunc temporis magister consulum fide prestita refundere[1]) promiserunt. Testes huius rei sunt hii: Fridericus de Arnholthe, Gerhardus de Libbere, Iohannes de Haghen, Thidericus Rufus, Bernhardus sartor, Andreas Friso, Hinricus Aureus, Hermannus Kretel, Albertus de Halen, Arnoldus de Edissen, Iohannes Pepercorn, Hartmannus de Foro et Petrus Somer, consules Heruordenses et alii quam plures, quorum nomina non sunt scripta. Actum et datum anno Domini M°.C°C.X°CV°I., feria tercia ante festum beati Michahelis archangeli.

Superscriptionem ‚refundere' approbamus. Datum ut supra.

[1]) *Ueber der Zeile.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Schildesche Nr. 34. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2409.

Propst und Konvent von Marsberg verkaufen unter Consens des Corveyer Abts wegen der entfernten Lage ihre Weingüter in Litzig. 1296 November 1.

Quia labilis est hominum memoria, que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, convenit ea scriptis et testibus perhennari. Hinc est, quod nos Hereboldus prepositus totusque con-

ventus monasterii Montis Martis unanimi consensu maturo consilio prehabito de plena voluntate reverendi domini nostri Henrici abbatis ecclesie Corbeyensis propter distanciam locorum vendidimus Iohanni dicto Hoveman in Liciaco bona et pensiones vinearum cum areis et cum omnibus suis appendiciis, prout monasterio nostro pertinebant in territorio nobilis viri comitis de Spanheim, pro quatuor talentis et dimidio Treverensium denariorum, quos pro redditibus nobis adiacentibus duximus deponendos. Huius vero venditionis testes sunt: Albertus de Glindengere, Iohannes de Lippia thesaurarius, Richardus de Esleve magister karitatum, Hermannus de Vesperden infirmarius, Conradus de Landesberg, Henricus de Huxaria came(ra)rius, Henricus de Mulehusen et Ludolfus plebanus sancti Magni in villa Horhusen, fratres conventuales monasterii Montis predicti, Henricus clericus, filius quondam Godefridi civis Huxariensis, Hermannus de Hengeren, Bernhardus et Thylemannus frater predicti Iohannis et alii quam plures viri fide digni. In cuius rei testimonium et certitudinem pleniorem ad memoriam perpetuam Iohanni memorato presentem paginam super venditione bonorum nostrorum in Traverbach perpetuo sine contradictione nostrorum successorum possidendorum confectam sigillo venerabilis domini abbatis Corbeyensis prefati, prepositure nostre nec non conventus nostri sigillis dedimus roboratam. Datum et actum anno Domini M°.C°C. nonagesimo sexto, in die omnium sanctorum.

Or. im Kgl. St.-A. Koblenz, Grafsch. Sponheim. An Pergamentstreifen 1) in braunem Wachs Bruchstück vom ovalen Siegel des Abts Heinrich; 2) rundes Siegel des Propstes; 3) grösseres rundes des Marsberger Konvents.

2410.

Die Edelherren von Büren vergleichen sich mit ihrer Stadt. 1296 November 10.

Nos Bertoldus et Bertoldus consanguinei, nobiles domini de Buren, universis et singulis presens scriptum visuris et audituris recognoscimus et publice protestamur, quod de consensu et voluntate omnium heredum nostrorum cum dilectis opidanis nostris in Bůren amicabiliter concordavimus in hunc modum, quod eisdem id pro iure donavimus presentibus et donamus. Si nos vel filii nostri aut nostri hereditarii successores predictos opidanos nostros inpetere seu incusare decreverimus, ex quibuscunque eciam causis illud provenerit, extunc ab ipsis in opido Buren ante cellarium ab ipsis tantum recipere volumus et debemus, quantum per proconsulem et consules in Bůren pro iure diffinitum fuerit et monstratum. Etiam si opidani nostri in Bůren nos vice versa inpetere voluerint, tunc[1]) nos prosequi tenebuntur iudicio, prout dictaverit via iuris. Item ex beneplacito et voluntate omnium heredum quinque nemorum seu rubetorum dictorum Teutunice marke ipsis talem contulimus gratiam et presentibus conferimus evidenter, quod ipsi sine omni excessu in eisdem nemoribus seu rubetis dictis marke ligna quecunque secare licite[2]) poterunt et inducere, uti pro sua necessitate ipsis fuerit oportunum. Verum si lucarii seu custodes nemorum dicti scarende constituti fuerint, tunc plaustrum accusare, quod dicitur vroghen, possunt ad sex denarios, ut est iuris. Item dedimus et contulimus eisdem opidanis nostris campos communes pascuales dictos vulgariter woldemeyne, prout in territorio nostre iurisdictionis fuerint universaliter situati; similiter piscacionem ad eorum utilitatem in cunctis fluminibus aquarum in eadem[3]) (i)urisdictione nostra fluentium, dumtaxat aquis ab antiquis temporibus ad usus nostre piscacionis specialiter pacificatis exceptis et exclusis. In premissorum omnium testimonium et robur perpetuum nos nobiles domini de Buren sigilla nostra una cum sigillo opidanorum nostrorum predictorum apposuimus huic scripto. Datum et actum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, in vigilia Martini episcopi.

[1]) tūnc *Or.* [2]) licete *Or.* [3]) eodem *Or.*

Or. im Pfarrarchiv in Büren. Pergamentbefestigungen abgerissen und fehlen mit den Siegeln. Gedr. Wigand, Archiv III, 3, 43. Vgl. Ztschr. XLIII, 2, 9.

2411.

Friedrich von Hörde wird dapifer domini Lippensis *genannt. 1296 Dezember 2.*

Gedr. Häberlin, Analecta medii aevi p. 257. Reg. Lipp. Regg. I, 278 No. 456.

2412.

Abt Heinrich von Corvey schenkt dem Hochstift Halberstadt drei ihm resignirte Hufen zu Wiby. 1296.

Henricus Dei gratia abbas ecclesie Corbeyensis omnibus Christi fidelibus hanc paginam inspecturis salutem et pacem a Domino sempiternam. Quoniam memoria hominum labilis est et caduca et, que geruntur in tempore, cum tempore deficiunt et labuntur, nisi roborentur testium munimine et scriptura, proinde noverint tam presentes quam presentium successores, quod, cum Henricus miles et pincerna ecclesie Halberstadensis duos mansos in campo Wiboye sitos ab advo(ca)cia et quolibet alio onere servitutis liberos et exemptos a nobis teneret titulo pheodali, ex parte ecclesie Halberstadensis conventum fuit taliter cum eodem, quod ipse accepta quadam pecunie summa ab ipsa ecclesia eosdem mansos nobis libere resignavit. Nos autem habemus ipsos in manibus nostris liberos et solutos, de pleno consensu et libera voluntate totius ecclesie eos donavimus venerabili et dilecte nobis ecclesie Halberstadensi cum omni iure et utilitate perpetue possidendos. Ne igitur huius donationis memoriam delere valeat mortalitas, oblivio et vetustas, hanc paginam inde scriptam nostro nec non ecclesie nostre sigillis muniri fecimus in perennam memoriam et munimen. Acta sunt hec anno Domini 1296. Nos Ludolfus prepositus, Florentinus prior totusque ecclesie Corbeyensis conventus huic donationi liberaliter consentimus et hoc pro appensione sigilli ecclesie publice protestamur.

Nach Copiar. episc. Halberstad. miscell. saec. XVIII, 104 Nr. 1387. im Kgl. St.-A. Magdeburg. Reg. Schmidt, UB. des Hochstifts Halberstadt II, 1660. Wiby bei Wegeleben in Sachsen.

2413.

Äbtissin und Propst der Gokirche zu Paderborn überlassen einen Hof in Heddinghausen an Konrad von Hengeldern. 1296.

Littere Hadewigis abbatisse et Bodonis prepositi et conventus sanctimonialium Paderbornensium de elocatione curie in Heddinghusen facta Conrado de Hengeldern. Testes: Burchardus de Etlen miles, Gerhardus monetarius, Hildebrandus (E)ndachte, Conradus de Hotzangun[1]), Henricus Covot, Henricus de Driborgh, Henricus de Atlen frater eiusdem sculteti. Anno 1296.

[1]) *So Abschr. Ob* Natzungen? *Vgl. Nr. 1577.*

Aus Msc. I, 242 p. 59 Nr. 4 im Kgl. St.-A. Münster. Vgl. Nr.

2414.

Echard von Helfenberg verzichtet auf alle Ansprüche an die von seinem Vater dem Kl. Hardehausen überlassenen Güter in Langeln und Vredegozzen. *Wolfhagen 1297 Januar 3.*

In nomine Domini amen. Ego Echardus dictus de Helfenberg et Agnes uxor mea legitima recognoscimus et tenore presencium tam presentibus quam futuris volumus esse notum, quod pie recordationis pater meus Echardus miles et mater mea Gisla dicti de Helfenberg de pari consensu et bona voluntate bona sua in Langele et Vredegozzen sita cum curtibus, casis, ortis, pomeriis, agris cultis et incultis, silvis, aquis aquarumque decursibus, pratis, pascuis, viis et inviis cum omni iure et proprietate ac universis suis obventionibus nichil penitus excipientes pro animarum suarum omniumque parentum suorum remedio religiosis viris domino abbati et conventui in Hersuedehusen, Cisterciensis ordinis, Paderbornensis diocesis, tradiderunt (et) legaverunt seu quocunque modo translacionis inter vivos donaverunt hereditario iure in perpetuum possidenda, quorum sane donationem bonorum, sicut ego Echardus in retroactis temporibus, cum adhuc nullos haberem liberos, ratam habueram atque gratam, sic et nunc ex habundanti cum uxore mea predicta et liberis meis, scilicet Iohanne, Elizabeth et Gisla acceptam habemus et semper habebimus rite factam. Protestamur etiam, quod predicti abbas et conventus in Hersuedehusen nonaginta marcas gravium denariorum Wartbergensis monete et annonam, in quibus matri mee premortue fuerant obligati, nobis ex integro et non minus amicabiliter quam utiliter persolverunt, unde, si qua instrumenta quemcunque contractum super mutuo vel debito argenti

denariorum et annone et quacunque re continentia reperta fuerint in futuris, decernimus nullius esse vigoris nec eis coram iudicibus ordinariis, delegatis seu subdelegatis uti possumus nec debemus. Insuper fide prestita corporali promittimus in hiis scriptis, quod, si sepefatos fratres super solucione predictorum videlicet denariorum et annone vel altero eorum ab aliquibus de iure impeti contigerit, quod absit, eosdem fratres ab huiusmodi impeticione omnimodis eximentes illesos conservabimus et indemnes. In quorum omnium contractuum premissorum testimonium ac perpetuam firmitatem presens scriptum venerabilis patris ac domini abbatis in Hasungen ac opidanorum in Volfhagen et nostri sigillis fecimus roborari. Datum in Volfhagen, anno incarnacionis Domini M°.C°C.X°CVI°I., in octava Iohannis apostoli et evangeliste. Testes huius rei sunt: frater Heinricus de Treysa, magister Albertus, dominus Arnoldus de Gudenborg, Iohannes de Helfenberg, milites, Wernherus de Cischene, Helmungus proconsul, Heydolfus, Iohannes Leo, Iohannes Hertwigi et ceteri consules fide digni.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 317. Drei Siegel von den Pergamentstreifen ab.

2415.

Graf Otto von Everstein überlässt an Hermann Bock drei Hufen. 1297 Januar 5.

Comes Otto de Everstene de consensu filie sue Elisabeth domino Hermanno Bock de Northolte et Thiderico filio et eorum heredibus dat proprietatem 3 mansorum in Holthenem. Testes: Simon nobilis de Lippia, Hermannus domicellus de Peremunt, Otto domicellus de Buren, Conradus de Amelungessen, Lippoldus Hoye, Arnoldus de Haversvordhe, Conradus de Bilzebeke. Anno 1297, in vigilia epiphanie Domini.

So Copiale s. Michaelis a. 1735 per J. B. Lauenstein descript. p. 183 in der Beverinschen Bibliothek zu Hildesheim. Vgl. Reg. Spilcker, Everstein UB. Nr. 257 nach Grupens handschr. Werk De comitibus und Lipp. Regg. I, 278 Nr. 457.

2416.

Ritter Hermann Spiegel von Desenberg resignirt dem Edelherrn Simon zur Lippe zu Gunsten des Kl. Hardehausen auf alles Recht an den Zehnten in Klein-Körbecke. 1297 Januar 13.

Nobili viro domino S(imoni) de Lippia Her(mannus) miles dictus Speculum de Desenberg, quicquid poterit servicii et honoris. Tenore presencium publice protestamur, quod nos pariter et filii nostri, videlicet Hermannus et Gerhardus, quicquid iuris in decima minoris ville Corbike habuimus, quam a vobis in pheodo tenuimus, in manus vestras ad profectum ecclesie in Hersuidehusen penitus resignamus, rogantes intuitu Dei et nostri servicii, quatenus predictam decimam, quam a venerabili domino O(ttone) Paderbornensi episcopo in pheodo tenetis sicut et nos, dignemini resignare, pro quo nos ad prompta obsequia vobis exhibenda semper habebitis prompciores. Datum anno Domini M°.C°C.X°CVI°I., Idus Ianuarii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 318. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Vgl. oben Nr. 2346 und 2352.

2417.

Der Osnabrücker Richter Johannes Giseler bekundet Resignation auf zwei Häuser und eine Mühle. 1297 Januar 18.

Nos Iohannes dictus Gyselere, iudex civitatis Osnaburgensis, omnibus presentia visuris et audituris cupimus esse notum publice protestantes, quod Henricus dominus Cruse, Henricus, Wernerus et Hildegundis pueri ipsius coram nobis et domino Symone de Retbergh canonico ecclesie Osnaburgensis in iudicio constituti resignaverunt domum in Hethus, domum in Cleykampe et molendinum in Berghvolde renunciantes omni iuri, quod habebant seu competere possit eisdem in dictis bonis in futurum. Presentes vero huius facti erant: Wilhelmus dictus Friso miles, Godscalcus et Iohannes de Sualenbergh, Iohannes Thuyent, Iohannes Petronille, Iohannes de Haren, Menricus de Visbeke ac alii quam plures

fide digni. In cuius rei testimonium nꝙs . . iudex et dominus Symon predicti sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Actum Osembrucke anno Domini M°.C°C. nonagesimo VII°., in die beati Prisci virginis.

Or. des Gräfl. Rietbergschen Archivs im Besitz des Herrn Tenge. An Pergamentstreifen Siegel des Grafen Simon von Rietberg und des Richters Giselere.

2418.

Papst Bonifaz VIII. bestätigt dem Paderborner Domkapitel alle ihm von den römischen Päpsten verliehenen Freiheiten und Immunitäten sowie die ihm und der Domkirche von Königen und Fürsten gewährten Freiheiten. Rom 1297 Januar 27.

Gedr. Schaten ad annum; UB. V, 809.

2419.

Graf Otto von Waldeck schenkt Kl. Berich ein Legat und weist bis zur Auszahlung Einkünfte an. 1297 Februar 3.

Nos Ottho comes de Waldecke recognoscimus publice per presentes, quod nos cum consensu nostrorum heredum legavimus propter Deum duodecim marcas denariorum usualium ecclesie beate Katherine in Beriche, pro quibus ipsi assignavimus decimas novalium cum annona, que dicitur scepelgulde, apud curiam Steynbach et in campo, qui dicitur Vra[1]) tam diu percipiendas, quousque ipsi predicta pecunia per nos vel per nostros successores fuerit integraliter persoluta. In cuius facti certitudinem presens scriptum nostri sigilli munimine duximus roborandum. Datum anno Domini M°.C°C.X°CVI°I., in crastino purificationis Marie.

[1]) vria (?) *Or.*

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs das runde Siegel des Grafen Otto. Hof Steinbach liegt bei Waldeck, Ure Feld bei Bornhagen bei Berich. Gedr. Varnhagen, Grundlage, UB. S. 118.

2420.

Marcward von Mathena löst sich aus dem Hörigkeitsverhältniss des Vogts der Klarholzer Kirche, Edelherrn (Simon) zur Lippe. (1296) 1297 Februar 7.

Gedr. UB. III, 1563.

2421.

Bischof Otto von Paderborn bekundet, dass vor ihm Berthold, Sohn des Burchard von der Asseburg den Verkauf des Hofes up der missen *in Brakel an Kl. Hardehausen seitens seines Vaters anerkannt hat. Salzkotten 1297 Februar 8.*

Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus presentibus notum facimus et dicimus protestando, quod in presencia nostra constitutus Bertoldus famulus, filius strennui militis Bor(chardi) de Asseborch recognovit[1]), quod de voluntate et consensu suo religiosi viri . . abbas et conventus monasterii[2]) in Hersuidehusen, ordinis Cisterciensis[3]), curiam sitam[4]) infra muros Brakel dictam vulgariter uppe der missen a patre suo predicto pro quadam summa pecunie videlicet centum et quadraginta marcis denariorum legalium compararunt, renuncians omni[5]) iuri, si quod in posterum ipsi posset competere in eadem. Huius vero rei testes sunt[6]): Stephanus de Horehusen[7]), Hegere dapifer, Bertoldus de Brenken, milites, Bertoldus nobilis de Buren, Fridericus[8]) de Pathberg, Henricus[9]) de Homborch, Conradus iudex, Hunoldus de Plettenbracht, Wilhardus de Holthosen, famuli, et alii quam plures fide digni[10]). Actum et datum Saltkoten[11]), feria sexta post purificacionem beate Marie[12]) virginis, anno Domini millesimo ducentesimo X°C septimo.

[1]) recongnovit *B.* [2]) claustri *B.* [3]) Sisterciensis *B.* [4]) citam *B.* [5]) *Fehlt B.* [6]) sunt *fehlt B.* [7]) Steffanus de Horhosen *B.* [8]) Fredericus *B.* [9]) H. *B.* [10]) dingni *B.* [11]) Soltkoten *B.* [12]) Marie *fehlt B.*

Or. in zwei Ausfertigungen (A u. B) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 319. Siegel von beiden Exemplaren ab. Gedr. Asseburg. UB. I, 493.

2422.

Widukind und Kraft von Grafschaft tragen ihr Schloss Nordena den Grafen Otto von Waldeck als Lehen auf. Meschede 1297 Februar 14.

Gedr. Kopp, Verfassung der heiml. Gerichte in Westfalen, Beilage 59 S. 499. Seibertz, UB. I, 468.

2423.

Ritter Gerhard gen. Schultetus macht behufs Memorienstiftung eine Schenkung an Kl. Hardehausen 1297 Februar 15.

Noverint universi presencium inspectores, quod ego Gerardus miles dictus Schultetus in Wartberg sane mentis et compos virium mearum licet partim infirmus anno Domini M°.C°C.X°CVI°I., X°V. Kalendas Marcii condens testamentum meum coram testibus infrascriptis pro anime mee remedio et omnium parentum meorum, accedente pleno et concordi heredum meorum consensu et libera voluntate religiosis viris domino .. abbati et conventui in Hersuedehusen quinquaginta maldra triplicis annone, videlicet siliginis, ordei et avene in pari numero seu quantitate Wartbergensis mensure inter vivos dedi, tradidi et assignavi vel quocunque modo translationis donavi liberaliter sub hac forma: Prelibatis utique quinquaginta maldris bona comparari debebunt, quibus iidem abbas et conventus singulis annis in anniversario meo secundum eorundem bonorum estimacionem in refectorio consolacionem habebunt. Insuper cum inter prefatos abbatem et conventum ex una parte me meosque liberos ex altera super sedecim maldris domino Werinero de Richenbach ad vite sue tempora persolvendi questio moveretur, tale medium intervenit. Assignavi quidem et contuli eisdem abbati et conventui quinquaginta maldra annone dicte quantitatis, qualitatis et mensure, ut me (et) meos filios ab iisdem sedecim maldris et eorum dampnis, si que accreverunt vel accrescent, coram domino et hominibus quitos dicerent, dimitterent et solutos, quod et bona voluntate media perfecerunt, et ego cum meis liberis dictos abbatem et conventum ab annona, si qua domino Rodolfo monacho in Hersuedehusen alias mutuaveram, per omnem modum dicimus et dimittimus absolutos. Adiectum est eciam, quod si vita comite ulterius perstitero, sanitati pristine restitutus, ordinacio de quinquaginta maldris pro consolatione collatis, meo arbitrio reli(n)quetur, set altera plane ordinacio de quinquaginta maldris debitorum occasione solvendis in suo vigore irrevocabilis et perfecta manebit, cum dicti abbas et conventus eadem quinquaginta maldra tollere debeant, contradictione qualibet amputata. Quorum sane centum maldrorum summa de decima in Wepelde per quinque annos continuos quolibet anno viginti maldra eisdem abbati et conventui persolventur. Verumtamen si filii mei eosdem abbatem et conventum de prefatis centum maldris quocunque contractu vel condicione interposita certificare voluerint de solvendo, sepefati abbas et conventus hac certitudine vel firmitate contenti nullum deinceps ad eandem decimam respectum habebunt, verum etiam, si per Dei gratiam mortem evasero, in presenti de quinquaginta maldris racione debitorum positis dictis abbati et conventui per tres annos continuos quolibet anno in viginti maldris et tercio anno in decem maldris vel de predicta decima vel de aliis bonis meis per me utiliter et honeste respondere debeo et propono. In quorum omnium premissorum evidenciam, testimonium et munimen hoc scriptum dominorum Bertoldi plebani sancti Petri et Rauenonis militis de Papenhem et meo sigillis extitit roboratum. Testes rogati aderant predicti duo Ber(toldus) et Raueno et fratres Olricus monachus in Hersuedehusen et Conradus conversus ortulanus ibidem. Actum et datum anno et die predictis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 320. Von drei Pergamentstreifen die Siegel abgefallen.

2424.

Pfarrer Berthold von St. Peter in der Altstadt Warburg und Ritter Rabe von Papenheim bekunden, dass der frühere Propst von Wormeln dem dortigen Kloster eine halbe Hufe zu seiner Memorie geschenkt hat. 1297 Februar 16.

Nos Bertoldus plebanus sancti Petri veteris opidi Wartberg nec non Raueno senior miles de Papenheym omnibus presens scriptum intuentibus pariter et audientibus tenore presentium recognoscimus publice protestantes, quod dominus Conradus dictus de Wepelde, quondam prepositus in Wormlon, dimidium mansum, situm in campo Wormlon, sanctimonialibus in Wormlon ad officium sue camere pro remedio suo contulit et legavit post sui obitum perpetue possidendum, ut proinde iam dicte sanctimoniales prefati Conradi anniversarium, prout suarum sororum, post eius obitum singulis annis peragunt solempniter et devote. Ut autem hec donatio rata permaneat et inconvulsa, presentem paginam inde confectam ad petitionem [1]) sepe dicti Conradi de Wepelde domini dedimus predictis sanctimonibus nostrorum sigillorum munimine roboratam. Testes huius rei sunt: dominus Albertus de Hasungen, dominus Gotfridus de Echene, dominus Iohannes Lepus dictus et dominus Arnoldus et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno Domini M°.C°C.X°CVI°I., in die Iuliane virginis et martiris.

[1]) petiones *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Wormeln Nr. 13. An Pergamentstreifen 1) kleines spitzovales Siegel, zwei über Kreuz gestellte Streitkolben, über denen fünfblätterige Rose an jeder Seite achtstrahliger Stern; 2) dreieckiges Siegel mit gekröntem Raben.

2425.

Stift Corvey verkauft dem Kl. Bredelar das Eigenthumsrecht an $^1/_2$ Zehnten in Lateruelde. *Marsberg 1297 Februar 20.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas, Florentius prior, Ludolfus prepositus, Bernhardus camerarius, Henricus custos, Olricus magister caritatum, Conradus portarius, Fredericus prepositus Novalis, Bertoldus magister carpentariorum, Herboldus prepositus Montis Martis, Cragtho, Alexander, Hugo ac totum capitulum eiusdem ecclesie omnibus has litteras visuris salutem in eo, qui salus est omnium. Vobis universis et singulis, ad quos presentes littere pervenerint, cupimus facere notum, quod pro reverentia Domini nostri Ihesu Christi eiusque pie matris Marie virginis unanimi consensu sufficientibus tractatibus habitis inter nos cum fidelibus nostris utilitatibus et indempnitatibus ecclesie nostre diligenter prospectis ac aliis sollempnitatibus, que in alienationibus rerum ecclesiasticarum observari debent, legitime observatis venerabili conventui et monasterio in Breydelar, ordinis Cysterciensis, pro quatuor marcis numerate pecunie et in utilitatem ecclesie nostre converse vendidimus et dedimus ius proprietatis sive dominium super dimidietate decime in Lateruelde cum omnibus pertinentiis suis, agris videlicet cultis et incultis aliisque proventibus universis, quam ab Alrado, Ludolfo et Bodone fratribus dictis de Horhusen comparaverunt iure veri dominii et proprietatis libere et quiete perpetuo possidendum et perfruendum omni iuri nostro in eadem decima habito renuntiantes, excepto, quod idem monasterium in recognitionem proprietatis predicte a nobis sibi donate duo talenta cere custodi ecclesie nostre annis singulis dabit in perpetuam pensionem. Quocirca ut huiusmodi proprietatis venditio et datio in evum rate et inconvulse permaneant, presentem litteram prefato monasterio tradidimus et nostro et ecclesie nostre sigillis firmiter roboratam, salvis tamen eodem monasterio in Breidelar prioribus litteris suis permansuris, quas a nobis super proprietate dimidietatis alterius sepe dicte decime habent, quam a nobili viro domino de Waldeke primitus compararant. Acta sunt hec in Monte Martis, presentibus domino Henrico plebano in Corbike, domino Rotgero de Lutterbike milite, Hermanno proconsule, Bertoldo dicto Nathan, Alberto de Mulhusen et consulibus eiusdem civitatis universis, decimo Kalendas Martis, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo septimo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Bredelar Nr. 129; an blauweissen Schnüren die Siegel 1) des Abts Heinrich, 2) des Kapitels von Corvey.

2426.

Kl. Bredelar verpflichtet sich für Anerkennung seines Eigenthumsrechts über einen halben vom Kl. Corvey gekauften Zehnten zu Lateruelde, *demselben jährlich zwei Pfund Wachs zu entrichten. 1297 Februar 20.*

Frater Conradus dictus abbas et totus conventus monasterii in Breidelar, ordinis Cisterciensis, Paderburnensis dyocesis, recongnoscimus et presentibus publice protestamur, quod nos in recognicionem proprietatis sive dominii super dimidietate decime nostre in Lateruelde, quam proprietatem anno Domini M°.C°C. nonagesimo septimo a reverendis viris domino Hinrico abbate et capitulo Corbeyensis ecclesie comparavimus et litteras suas super eo recepimus, perpetuo possidendam, duo talenta cere custodi ipsius ecclesie in festo beati Martini dabimus perpetua pensione. In cuius recognicionis testimonium litteram hanc prefate ecclesie dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno Domini M°.C°C.XC septimo, decimo Kalendas Marcii.

Aus Msc. I, 134 fol. 41 und I, 245 fol. 465 im Kgl. St.-A. Münster. Vgl. vor. Nr.

2427.

Graf Johann von Oldenburg bekundet, dass drei Brüder von Fikensholt anerkannt haben, dass sie drei Güter von der Abtei Corvey zu Lehen tragen. Oldenburg 1296 (1297) März 10.

Iohannes Dei gracia comes in Oldenborch universis hanc litteram visuris salutem in Domino. Noverint universi, quod constituti coram nobis Hermannus, Heinricus et Gherhardus fratres dicti de Fikensolte et heredes ipsorum recognoverunt publice, quod teneant et tenere debeant perpetuo tres mansos in pheodo sitos in Holwede cum omnibus suis pertinentiis ab ecclesia Corbeiensi, eo tamen pacto, quod debebunt perpetuo annis singulis de quolibet manso duos solidos gravium denariorum predicte ecclesie Corbeiensi semper in festo beati archangeli Michaelis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Aldenborch, feria secunda proxima post dominicam Oculi mei, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto.

Aus Msc. I, 134 fol. 247. Die Ortschaften F. und H. im S. und SW. von Westerstede, das in NW. von der Stadt Oldenburg liegt.

2428.

Abt Berthold von Northeim überträgt dem Paderborner Domdechanten die Ausführung eines päpstlichen Befehles. Northeim 1297 März 12.

Bertoldus Dei gratia abbas monasterii in Northem, iudex a sede apostolica delegatus, honorabili viro . . decano maioris ecclesie Paderbornensis salutem cum affectu sincero. Litteras domini pape recepimus in hec verba: *Papst Bonifacius VIII. beauftragt den Abt des Kl. Northeim dem Kl. Lippoldsberg zur Wiedererlangung der ihm entfremdeten Güter behülflich zu sein. Rom 1296 Mai 7.* Huius igitur auctoritate mandati, cum simus diversis ecclesie nostre negociis prepedicti, vobis subdelegamus et in toto committimus vices nostras, donec iurisditionem prescriptam nobis traditam ad nos duxerimus revocandam. Datum Northeim, anno Domini M°.C°C.X°C septimo, in die beati Gregorii.

Or. im Kgl. St.-A. Marburg, Kl. Lippoldsberg. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2429.

Edelherr Simon zur Lippe verkauft seinen Bürgern zu Lemgo Johann von Huckenhusen, Johann von Milsen und Reyniko gen. Carnifex seine zu drei Häusern in Ilsendorp *gehörigen Äcker zwischen dem Wasser* Ilsne *(Ilse) und dem Rahsiek auf der einen und der Stadt Lemgo auf der andern Seite. Zeugen: die Ritter Friedrich gen. Weneth, Alrad von dem Bussche, Gottschalk gen. Duker, dann Heinrich gen. Yggenhusen, Stephan lippischer Notar, der Lemgoer Richter Martin, Bürger Arnold von Barchusen. 1297 März 13.*

Reg. Lipp. Regg. II, 29 Nr. 522. Ilsendorp *jetzt Istrup NW. Lemgo.*

2430.

Bischof Otto von Paderborn bezeugt, dass Edelherr Simon zur Lippe auf den Zehnten in Klein-Körbecke resignirt hat. Hardehausen 1297 März 17.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus presentibus publice protestamur, quod constitutus in nostra presencia nobilis vir Symon dominus de Lippia decimam in villa Corebeke minori cum suis iuribus et attinentiis in agris cultis et incultis cum decima minuta in manus nostras libere resignavit. Testes ad hoc rogati aderant: Bernhardus de Bracle, Alradus Niger, Lippoldus Hoyge, Iohannes Gogravius de Heruordia, Conradus de Amelungessen et Godescalcus Dukere, milites, et alii quam plures fide digni. Actum et datum Hersedehusen, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo septimo, dominica qua cantatur Oculi.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 321. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Vgl. Nr. 2432.

2431.

Bischof Otto von Paderborn bekennt, an der Paderbornschen Kirchenvogtei kein Recht zu haben, und verspricht Anerkennung der Archidiakonaljurisdiktion des Domkapitels, der Rechte des Domkämmerers und des Domkapitels bezüglich der bischöflichen Tafelgüter. Paderborn 1297 März 19.

Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus universis presentia visuris cupimus fore notum, quod auditis et diligenter perspectis privilegiis illustris principis Romanorum regis ac honorabilium virorum ad ecclesiam nostram per dominum Nicolaum de carcere Tulliano cardinalem visitationis causa missorum necnon honorabilis viri domini [1]) Conradi Moguntini archiepiscopi et Sabinensis [2]) episcopi ac eciam predecessorum nostrorum ecclesie nostre super libertate advocatie datis pia consideratione cognovimus, quod in ipsa advocatia, quam capitulum suo thesauro compararat, nullum penitus ius habuimus vel habemus, et ob hoc ipsam capitulo cum omni integritate remittimus et restituimus secundum dictorum formam privilegiorum pacifice et libere perpetuo possidendam, iure tamen episcoporum Paderbornensium, sicut in privilegiis capituli iam dictis continetur, nobis reservato. Iura quoque archidiaconorum ecclesie nostre ipsis integra illibataque servabimus, sicut et consuetudo rationabilis [3]) et prescripta in ipsa Paderbornensi ecclesia a retroactis temporibus dudum obtinuit, nec nos de iuridicione ipsorum intromittemus, nisi quatenus ad nostram audientiam fuerit appellatum ex veris et probabilibus causis vel alias per querelam, negocium ut puta de iniusta sentencia racionabiliter delatum, vel nisi ipsi exstiterint negligentes vel remissi; tunc ipsam causam committemus viro ydoneo, partibus ad hoc vocatis in civitate Paderbornensi per iuris ordinem decidendam. Iuriditionem quoque in Driburg, Borighintrike et Borigholte [4]) camerario ecclesie nostre pertinere recognoscimus nec nos ultro intromittemus de eadem. Redemptionem decimarum de curiis nostris episcopalibus prepositure sancti Petri Paderbornensis pertinere decernimus et ipsam quolibet anno per nostros villicos preposito dicte ecclesie debere sine contradictione qualibet fideliter presentari. Ad ista omnia servanda obligamus nos per fidem, quam tenemur ecclesie nostre memorate. Actum et datum apud Paderborne, quarto decimo Kalendas Aprilis, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo septimo, presentibus honorabilibus viris: domino Alberto abbate monasterii sancti Pauli Paderbornensis, Conrado eiusdem monasterii priore necnon honorabili viro domino Symone Widenbrugensi preposito et thesaurario sancti Petri Paderbornensis cum aliis quam pluribus clericis et laicis fide dignis [5]). Et [6]) ut hec rata et stabilita permaneant et omni scrupulo careant, presens scriptum nostro sigillo ex certa nostra scientia et sigillis honorabilium virorum nepotum nostrorum, domini Symonis Widenbrugensis prepositi et domini Conradi comitis de Retbergh fecimus et petivimus sigillari. Et nos Symon prepositus ac Conradus de Retbergh comes, quia presentibus vocati et rogati interfuimus, ad peticionem parcium hinc inde sigilla nostra huic scripto apposuimus in testimonium premissorum.

[1]) *Fehlt A.* [2]) Mag. *B;* Sambiensis *A u. B.* [3]) rationationabilis *A.* [4]) Driburg, Borichintrike, Boricholte *B.* [5]) *Fehlt B.* [6]) *Dann folgt bei B als Schluss:* Et ut hec rata permaneant et omni careant scrupulo, presens scriptum fecimus ex certa sciencia nostri sigilli munimine roborari,

Or. in zwei Ausfertigungen (A und B) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 352. An A von den drei an rothen Seidenfäden angehängten Siegeln in grünem Wachs nur Bruchstück von dem bischöflichen erhalten. An B war überhaupt nur ein Siegel an Pergamentstreifen befestigt, das jetzt fehlt. 1189 verpfändete Widukind von Schwalenberg die Vogtei des Paderborner Bisthums an den Bischof und starb bald darauf auf der Reise nach Jerusalem; vgl. Erhard, Reg. 2235, UB. II, 490. Ferner vgl. oben Nr. 198, wo die Urk. Erzbischofs Konrad von Mainz fehlt. Gedr. Schaten ad annum.

2432.

Edelherr Simon zur Lippe resignirt in die Hände Bischofs Otto von Paderborn den Zehnten in Klein-Körbecke. 1297 März 25.

Nos Symon nobilis dominus de Lippia . . ., quod nos decimam in villa Corebeke minori (cum suis iuribus et attinenciis) universis in agris cultis et incultis cum decima (minuta in manus) patris et domini Paderbornensis episcopi, a quo ipsum tenuimus libere . . . (presen)tibus resignamus. Testes ad hoc rogati aderant: Bernhardus (de Brac)le, Alradus Niger, Lippoldus Hoye, Iohannes Gogreue, Co(nradus de) Amelungessen et Godescalcus Dukere, milites, et alii quam plures . . . fide digni. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagasimo septimo, in annunciacione Domini.

Or. (defekt) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 322. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Vgl. Nr. 2430.

2433.

Kl. Corvey überträgt die Verfügung über das Vermögen des Klosters dem Prior, Propst, Kämmerer, Kellner und den Pröpsten von Marsberg und Nigenkerken und übergibt denselben das Siegel des Abtes und des Klosters. 1297 April 1.

Nos Henricus Dei gratia abbas, Albertus viceprior, Henricus custos, Conradus portarius, Olricus magister karitatum, Bertoldus magister carpentariorum totusque conventus ecclesie Corbeyensis universis presencia visuris vel audituris recognoscimus et in hiis scriptis fideliter protestamur, quod nos communi et unanimi consensu, maturo prehabito consilio, statuimus sex personas de conventu nostro, Florentium videlicet priorem, Ludolfum prepositum, Bernhardum camerarium, Crachtonem cellerarium, Herboldum prepositum Montis Martis et Fredericum prepositum Noua(lis) ad omnia causarum ecclesie nostre negocia et ad quecumque inopinate accidentia infra et exterius ordinanda ac eciam, ut res et bona ecclesie nostre vendere possent, si necesse fuerit, vel obligare, ratum et gratum firmiter habituri, quicquid per eosdem a festo purificationis beate virginis nunc transacto ad duos annos immediate sequentes secundum eorum consciencia statutum fuerit vel ordinatum. Ad cuius ordinacionis robur, et ut predicta inconvulsa permaneant, nos Henricus abbas iam dictus sigillum nostrum commisimus et committimus uni ex hiis sex personis, videlicet camerario prefato et notario nostro Godefrido, sicut et conventus noster sigillum suum pronominatis sex personis commisit et presentavit, volentes et consencientes, ut, ad quecumque predicte sex persone sigillo nostro necesse habuerint, prenominati duo, quibus nostrum sigillum commisimus, ipsum absque omni contradictione eisdem presentent apponendum, dummodo illorum duorum consilium in hiis, quibus nostro sigillo indiguerint, prius fuerit requisitum. Preterea statuimus, ut, si una vel due persone dictarum sex personarum evidenti necessitate urgente non poterit vel poterint premissis interesse, nichilominus tamen in negociis ecclesie est procedendum, quia, antequam talis vel tales persone exeat vel exeant, reliquis personis vices suas committere debet vel debent, pariter et consensum. Item si aliqua istarum sex personarum morte preventa fuerit, vel legitima occasione huic ordinacioni nostre renunciaverit, tunc quinque persone residue eligendi aliam loco illius liberam habebunt facultatem. In cuius ordinacionis nostre testimonium

presentem litteram eisdem sex personis dedimus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Datum anno Domini M°.C°C.X°CVI°I., feria secunda post dominicam qua cantatur Iudica.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 323. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Auf der Rückseite von Hand saec. XVI. Kestenich. *Wahrscheinlich ist diese Urk. bei einem Kaufakt zwischen den Bevollmächtigten und Kl. Hardehausen in das Archiv des letzteren gelangt. Vgl. die folgende Nr.*

2434.

Die Kirche zu Corvey überlässt dem Kl. Hardehausen eine Rentenzahlung aus Kessenich gegen Zahlung von 100 Mark. Marsberg 1297 April 4.

In nomine Domini Henricus Dei gratia abbas, Florentius prior et infirmarius, Ludolfus prepositus Bernhardus camerarius, Cratho cellerarius, Herboldus prepositus ecclesie Montis Martis, Frithericus prepositus Noualis, Henricus custos, Thidericus prepositus Scakensis, Conradus portarius, Olricus magister caritatum, Bertoldus magister carpentariorum totusque Corbeyensis ecclesie conventus universis hoc scriptum visuris pacem in eo, cuius pax exuperat omnem sensum. Ut a conventionibus bona fide habitis propter oblivionis nubilum nullatenus discedat, presentium tenore cupimus declarari, quod religiosi viri dominus abbas et conventus in Herswedehusen, Cisterciensis ordinis, Paderbornensis dyocesis, duas carratas vini vel duas marcas Coloniensium denariorum, quas Kestenich a litonibus propter vinorum detrimenta, ut ibidem moris est, dictarum vice carratarum dabuntur, annis singulis nobis solvere consueverunt. Quas scilicet duas carratas vini vel duas marcas de communi ministerialium nostrorum et nostro consilio et consensu propter urgens debitum legitimam et inevitabilem ecclesie nostre necessitatem predictis abbati et conventui in Herswedehusen pure et simpliciter vendidimus pro centum marcis gravium et legalium denariorum nobis traditis ex integro et solutis. Per hanc enim pecuniam numeratam, videlicet iustum et maius rebus venditis precium, graviora dampna vitantes, ea, que ad ecclesie nostre utilitatem pariter et honorem spectare noscuntur, ordinavimus evidenter. Unde et nos, quod est iustitie, unanimiter facientes publice protestamur et solempni voce pronunciavimus dicentes eosdem abbatem et conventum in Hersuedehusen a dictarum duarum carratarum vini vel duarum marcarum Coloniensium denariorum pensione vel solutione in perpetuum solitos liberos et quietos. Et ut ex omni parte super venditione rite celebrata efficaciter muniantur omni dolo et fraude exclusis, debitam et iustam ipsis prestavimus warandiam nec eisdem abbati et conventui impacabimus quoque[1]) modo, si, quod absit, ab aliquo vel aliquibus occasione huius venditionis fuerimus aggravati. Preterea cum nostri antecessores viri religiosi pro maiori ecclesie sue utilitate singula negotia laudabiliter disponentes possessiones quasdam videlicet in Scerue, Sirikessen, Erclen, Sattessen[2]), Tune, Loningen, Kestenich et Gulse et alia bona, quocunque nomine censeantur, cum omnibus suis appendiciis et iuribus universis apud predictum abbatem et conventum in Herswedehusen distraxisse noscantur, nos quoque ad huiusmodi factum inviolabiliter observandum a nostris antecessoribus obligamur, successores nostros similiter obligantes prefatas distractiones seu venditiones et alios super quibuscunque rebus contractus cum suis privilegiis et aliis scriptis hinc inde confectis, prout de iure et fraterna caritate tenemur, non minus libenter quam liberaliter approbamus ratum et gratum nunc et semper habentes, quicquid per eosdem antecessores nostros extitit ordinatum. Renunciantes insuper omni consuetudini terre et actioni iuris canonici et civilis et omnibus litteris a sede apostolica impetratis vel impetrandis et specialiter illis, in quibus contineri consuevit „nonnulli“ in forma maiori et minori. Dignum enim videtur et consonum rationi, ut memorati abbas et conventus de Herswedehusen, qui pro tempore fuerint, qui singula ac universa bona superius expressa bona fide et iusto titulo hactenus possederunt et possident inconcusse, tamquam suum allodium et meram proprietatem sine impedimento quolibet possideant in futurum. Huius rei testes sunt: dominus Henricus abbas in Vlechtorp, Gotfridus notarius domini abbatis Corbeyensis, Albertus et Albertus milites de Amelungessen, Rabanus et Conradus fratres

milites dicti de Papenhem, Stephanus et Conradus fratres milites de Harehusen[3]), Olricus de Escheberg[4]), Thidericus de Mederike, Conradus Scultetus, milites, Frithericus de Harehusen, Albertus et Gerbodo fratres de Molehusen[5]), famuli et ministeriales ecclesie Corbeyensis, Hermannus proconsul, Bertoldus Natan, Thidericus de Odenhusen, Conradus de Huxaria, Hermannus Monetarii, cives Montis Martis et quam plures alii fide digni. Datum in Monte Martis, anno Domini millesimo C°C. nonagesimo septimo, pridie Nonas Aprilis.

[1]) quoquam *C.* [2]) Satissen *C.* [3]) Harehusenn *C.* [4]) Eskeberg *C.* [5]) Molehusenn *C.*

Aus Msc. II. 103 p. 67 (B) und VII, 4509 B (C) im Kgl. St.-A. Münster.

2435.

Bischof Otto von Paderborn schenkt der Stadt Paderborn zur Anlage von Fischteichen einen Platz. Paderborn 1297 April 13.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus presentibus publice protestamur, quod ob dilectionem dilectorum nostrorum consulum et civium civitatis nostre Paderbornensis spacium situm infra Horinggesdic et pontem[1]) lapidium eisdem dedimus pro emendatione civitatis nostre predicte, ita quod piscinas et fossata ibidem facere poterunt et alia, secundum quod eisdem videbitur expedire. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro sigillo exstitit sigillatum. Datum Paderborne, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, sabbato sancte Pasche.

[1]) *Or.* potem.

Or. im Stadtarchiv zu Paderborn. An Pergamentstreifen das ovale Siegel Ottos in gelbem Wachs. Horinggesdic *und der* pons lapideus *heute nicht mehr nachweisbar.*

2436.

Papst Bonifaz VIII. fordert den Bischof Otto von Paderborn auf, binnen acht Tagen nach Empfang dieses Schreibens die gegen die frühern Paderborner Rathmänner Hermannus dictus Dockener, Gotfridus dictus Pust, Iohannes de Scerue, Hermannus de Hebragrescen, Iohannes de Kerichtorp, Ecbertus dictus Top, Conradus de Riuo, Herimannus Erinfridi, Volmarus de Enenhus, Henricus de Stadelhoph, Hermannus de Stenhem, Albero Hysseri, Conradus de Campo et Henricus dictus Eyndehaig *ausgesprochene Exkommunikation und das über die Stadt verhängte Interdikt aufzuheben. Rom 1297 April 22.*

Gedr. UB. V, 810.

2437.

Richter Hermann Hanebom, Bürgermeister Johann Specht und Bürgerschaft zu Bielefeld bekunden, dass Hermann Grip und seine Frau Luthgardis dem Kl. Marienfeld ein Besitzthum in Harsewinkel verkauft haben. 1297 Mai 13.

.. Testes: Hinricus Top miles, magister Iohannes, Hermannus de Guterslo, Ecbertus de Melle, Arnoldus de Hagen, consules, Reynbertus de Rubo miles, Hinricus canonicus ibidem et Iohannes Pustere.

Gedr. UB. III, 1576. Vgl. oben zu 1295 Juli 2.

2438.

Auf Bitten des Edelherrn Simon zur Lippe überträgt Herzog Heinrich von Braunschweig das Eigenthumsrecht des Gutes Schwinhorst dem Münsterschen Domkapitel und empfängt dafür von ersterem einen Hof im Kspl. Enniger. 1297 Mai 14.

Gedr. UB. III, 1577.

2439.

Bischof Otto von Paderborn gibt der Priorin und dem Konvent des Nicolaiklosters (Predigerordens) in Halberstadt Ablass von 40 Tagen. Erfurt 1297 Mai 15.

Or. im Kgl. St.-A. Magdeburg. An roth-gelber Seidenschnur Siegel des Bischofs. Gedr. Schmidt, UB. d. St. Halberstadt I, 283.

2440.

Vertrag des Grafen Otto von Waldeck mit Stift Corvey wegen Lichtenfels, Sachsenberg und Fürstenberg. 1297 Mai 20.

Otto 1297 feria secunda ante ascensionem Domini transegit cum abbate Corbeiensi super Lichtenfels, Sachsenberg et Furstenberg.

So Senckenberg, Selecta iur. et hist. VI, 433. Vgl. Varnhagen, Grundlage S. 342 u. unten zu 1298 Febr. 15.

2441.

Verkauf eines Grundzinses in der Neustadt Herford an Johann von Hagen. 1297 Mai 26.

Nos scabini et consules Heruordenses recognoscimus universis publice[1]) protestantes, quod Heydenricus molendinarius civis noster cum voluntate uxoris sue Asselen, filiorum suorum Borchardi, Iohannis, Heydenrici et omnium suorum heredum, censum octo solidorum, quem habebat in domo et area Iohannis de Harthem et Lutberti sui vicini, civium novi opidi Heruordensis, quas quondam possedit[2]) Iohannes filius quondam Volcmari de Vorwerch, Iohanni de Hagen et suis heredibus, vendidit coram nobis, renuncians cum sua uxore et filiis suis predictis omni iuri, quod habuit in domo et area antedicta. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo septimo, in crastino beati Urbani, presentibus nobis Iohanne de Hagen tunc temporis proconsule[3]), Absalone, Geruasio, Ludolpho Gruben, Iohanne de Bileuelde, Iohanne Frisone, Borchardo pistore, Ludolpho de Libbere, Arnoldo de Bekeseten, Henrico Knellinc, Ditmaro Werchmester, Gerhardo de Monasterio et aliis multis astantibus probis viris.

[1]) puplice *Or.* [2]) poscedit *Or.* [3]) preconsule *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 91. An Pergamentstreifen Bruchstück des Siegels der Stadt Herford.

2442.

Bischof Ludolf von Minden verleiht den Besuchern der Kirche des Kl. Brenkhausen für bestimmte Fälle Ablass von 40 Tagen. Hameln 1297 Mai 27.

Ludolfus Dei gratia Mindensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus salutem in Domino. Noverint universi presentium inspectores, quod nos de omnipotentis Dei et apostolorum Petri et Pauli misericordia confisi monasterio sanctimonialium in Berinchusen in omnibus solempnitatibus suis ac festis precipuis insuper et omnibus contritis et confessis, qui quocunque tempore prefato monasterio manum adiutricem porrexerint, quadraginta dies indulgenciarum de iniuncta penitentia misericorditer relaxamus, dummodo dyocesani episcopi consensus accedat. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Hamelen, feria II. post ascensionem Domini, anno Domini M°.CC°.X°CVII°.

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2443.

Äbtissin Gertrud von Brenkhausen verkauft dem Ritter Konrad von Papenheim den Klosterhof zu Ottbergen für 80 Mark und gegen Lieferung einer Wachskerze. Brenkhausen 1297 Juni 29.

Universis hanc litteram visuris et audituris soror Gerdrudis dicta abbatissa totusque conventus sanctimonialium in Valle Dei sive Berinchosen, ordinis Cysterciensis, salutem in omnium salutari. Ne ea, que in tempore aguntur, a memoria cum tempore dilabantur gesta, ea propter scriptis merito commendantur. Hinc est, quod presenti scripto publice protestamur, nos strennuo militi domino Conrado de Papenhem ex unanimi consensu vendidisse curiam nostram, que dicitur Stenhof, cum quatuor mansis attinentibus in Otberge pro octoginta marcis monete in Wartberg usualis, non in aliud, sed in bona alia convertendis et quod idem miles dictam curiam et mansos intuitu Dei pro remedio anime sue, suorum parentum et carorum donavit nostro cenobio pro lumine de cera, quamdiu nostrum monasterium steterit, prout poterit esse candela de hiis bonis pro tempore grossior in nostro choro ante altare a festo beati

Michaelis proximo in antea iugiter comburenda, et ut hoc fiat fidelius, custos nostri conventus proventus integre recipiet et studiosius providebit. Ad hec autem inviolabiliter observanda nostrum monasterium, nos et nostros [1]) successores per nostrum ordinem perpetuis temporibus obligamus. Nos vero frater Iohannes dictus abbas in Herswidehusen, dicti cenobii in Berinchusen pater et visitator, ad maius firmamentum omni auctoritate, qua possumus, dicta omnia et singula ratificamus et confirmamus perpetuo valitura. In quorum omnium robur et testimonium nostrum et venerabilis domine . . abbatisse predicte, dominorum et militum fratrum de Papenhem, Ravenonis et dicti Conradi, Alberti senioris de Amelungessen sive de Brunesberg sigilla presentibus sunt appensa. Datum in Berinchosen, anno Domini M°.C°C.X°C septimo, tercio Kalendas Iulii. Sub eadem obligatione et confirmatione totus hic tenor et litterarum de bonis in Wanbike, in Ierdessen et in Istentorp in grossa littera in pariete chori contra altare sub cornu vel vitro parieti infixa perpetuo indelebiliter habebitur, ut ex frequenti memoria dicti Conradi, dominarum Alheydis uxoris et Conegundis filie sue defunctarum pariter et carorum suorum orationes fidelius exsolvantur.

[1]) *So Or.*

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Von vier roth-gelben Seidenfäden die Siegel abgefallen. Vergl. zu der letzten Bemerkung auch Urk. Konrads für Bredelar von 1292 oben Nr. 2224.

2444.

Bischof Otto von Paderborn trennt die Kirche s. Petri ausserhalb der Stadt Warburg von der Pfarre der Altstadt, erhebt sie zur Pfarre und vereinigt sie mit dem Hospitale des h. Petrus ausserhalb der Stadt. 1297 Juli 13.

Nos Otto Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus notum fore cupimus omnibus presens scriptum visuris nec non audituris, quod, licet de iure communi possimus dividere ecclesias parochiales et unire, tamen prehabita magna deliberatione et pensata, fructuosa utilitate succedente, de bona voluntate honorabilium virorum decani et capituli nostri et consensu Bertoldi rectoris ecclesie sancti Petri extra muros Wartberg ipsam ecclesiam dividimus ab ecclesia sancte Marie veteris oppidi infra muros, statuentes ex nunc et (in) antea, pie quoque ordinantes, ut dicta ecclesia sancti Petri sit per se ecclesia parrochialis cum hominibus extra muros manentibus ac ipsam ecclesiam cum omnibus agris suis tam in monte, qui dicitur Stapelberg, quam etiam alias ubique locorum sitis, areis, pensionibus seu redditibus, usufructibus quoque universis cum campanis et libris ac aliis ecclesie ornamentis conferimus integraliter hospitali [1]) sancti Petri extra muros Wartberg iure nostro spirituali et archidiaconali, qui pro tempore fuerit, per omnia nobis salvo. Verumtamen provisores iam dicti hospitalis tanquam patroni ecclesiarum ad regimen dicte ecclesie nobis personam presentabunt ydoneam, cui dictam ecclesiam, quam diu honeste vixerit et in pace ac concordia cum provisoribus dicti hospitalis fuerit, conferimus. Insuper volumus omnes homines morantes in dicto hospitali aut ad ipsum se transferentes in quocumque habitu cum familia eorum plena libertate et securitate gaudere et ab omnibus angariis et exactionibus per omnia liberos et penitus absolutos esse, sicut etiam in aliis litteris nostris et capituli nostri super hoc confectis evidenter continetur, dictum vero hospitale et homines ad ipsum spectantes cum rebus suis sub nostram protectionem recipientes. Nulli omnino hominum liceat hanc donationem exemptionis nostre sive libertatis infringere vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei sanctique Liborii atque nostram se noverit incursurum. In cuius exemptionis et libertatis testimonium sigillum nostrum una cum sigillis honorabilium virorum decani et capituli ecclesie nostre Paderburnensis est presentibus appositum seu appensum. Datum et actum in die Margarete virginis, (anno) dominice incarnationis M°.C°C. nonogesimo septimo.

[1]) hosspitale. *So immer.*

Or. im Stadtarchiv zu Warburg. Vom Siegel des Bischofs Reste an gelbseidenen Schnüren; Siegel des Kapitels sammt Befestigung fehlt.

2445.

Ritter Hermann Marschall verzichtet auf den halben Zehnten in den eingegangenen Dörfern Luthwardessen *und* Radolvessen *zu Gunsten des Kl. Hardehausen. 1297 Juli 21.*

Noverint universi presencium inspectores, quod ego Hermannus miles dictus Marscalcus de Wartberg, Hildegundis uxor mea, Hermannus, Ludolfus, Henricus et Amelungus, liberi mei, acceptis a religiosis viris domino . . abbate et conventu in Hersuidehusen viginti marcis gravium denariorum, omni iuri, quod nobis in dimidia parte decimarum in Luthwardessen et Radoluessen quondam villis sitarum, que olim ville iuxta curias Rozdehusen et Bunessen site fuerant, competere videbatur, de communi consilio et consensu renunciavimus et renunciamus, simpliciter in hiis scriptis promittentes nichilominus una cum fratre meo domino Ludolfo et Hermanno filio suo, fide prestita corporali, quod, quandocunque a prefatis domino abbate et conventu fuerimus requisiti, dictarum partem decimarum in manus nobilis viri domini Ottonis comitis de Waldege, a quo et eandem partem iure tenui pheodali vel in manus heredum suorum, si ipse pendente resignacione decesserit, resignare tenemur et ad eandem renunciacionem pariter et resignacionem faciendam Henricum filium meum, qui huius tempore contractus in terminis non fuerat, amputata contradictione qualibet inducemus. Protestamur eciam, quod Iohannem et Hermannum fratres de Driborch et Iohannem eorum consanguineum, filium domini Henrici militis premortui pro nobis constituimus fideiussores in solidum, qui fide data promiserunt se omnem defectum, si quem, quod absit, quocunque casu emergente in premissis suboriri contigerit, suppleturos. In cuius rei perpetuam firmitatem presens scriptum meo, fratris mei predicti et fideiussorum pretactorum sigillis fecimus communiri. Ego vero L(udolfus) miles Marscalcus et Her(mannus) filius meus predicti et nos fideiussores memorati singula ac universa superius expressa recognoscimus vera esse et inviolabiliter observanda, prout nostrorum appensio sigillorum legitime protestatur. Testes aderant: dominus Io(hannes) abbas et fratres Rodolfus de Osenbruge, Bertoldus magister conversorum, Wecelus camerarius, monachi, et Hermannus de Osedhe, conversus de Hersuidehusen loci predicti, dominus Arnoldus prepositus [1]) in Wilbodessen et Her(mannus) de Calenberg et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.X°CVI°I., XI°I. Kalendas Augusti.

[1]) *Or.* propositus.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 324. Drei Siegel von den Pergamentstreifen ab. Vgl. Nr. 2266.

2446.

Schiedsrichter bewirken einen Rechtsverzicht über Güter in Essentho zu Gunsten des Stifts Marsberg. Marsberg 1297 Juli 25.

Ego Thydericus de Ossendorp universis presens scriptum visuris vel audituris cupio notum esse publice protestando, quod ego omni impetitioni, si qua michi in bonis in Essenthe pertinentibus ecclesie Montis Martis competere videbatur, penitus renuntiavi et libere ac simpliciter renuntio per presentes. Que renuntiatio facta est mediantibus arbitris, domino Hermanno videlicet plebano in Belinchosen, Hermanno de Kalenberg, Hermanno de Huxaria proconsule in Marsberg ex parte mei electis; item domino Gysone milite de Brobeke, Rodolfo de Essenthe et Bertoldo Natan electis ex parte domini Her(boldi) prepositi et conventus predicte ecclesie Montis Martis. Testes vero, qui huic facto aderant, sunt: dominus Conradus miles dictus de Harhusen, Fredericus domicellus in Patberch, Henricus de Vesperde, Albertus et Gerbodo fratres dicti de Molehusen, Conradus de Huxaria, cives dicti Montis Martis et quam plures alii fide digni. In cuius rei testimonium et maioris firmitatis robur petivi et procuravi presens scriptum sigilli prefati Hermanni de Kalenberg munimine roborari. Datum et actum Marsberg, anno Domini M°.C°C.X°CVI°I., in die beati Iacobi apostoli.

Or. zur Zeit im Besitz des Kaplans Brügge in Meschede. Siegel vom angehängten Pergamentstreifen ab.

2447.

Bischof Otto von Paderborn schenkt den Bürgern von Warburg zum Bau einer Mühle einen Fleck bei der Wasserleitung. Warburg 1297 August 26.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus presentibus protestamur, quod nos locum apud Stengrove iuxta exteriorem aqueductum situm apud vetus oppidum Wartbergem dilectis nobis consulibus et oppidanis ibidem dedimus ad construendum molendinum, ubi ipsis in eodem loco magis videbitur expedire, cum suis pertinentiis, commodo et utilitate ab omni pensione antiqua liberum et solutum, ita quod constructo molendino ibidem dicti consules et opidani in festo nativitatis Domini anno quolibet nobis et ecclesie nostre ac nostris successoribus dabunt unam marcam pro annua pensione, quam diu ibidem fuerit molendinum. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro et Ottonis de Retberg nostri consanguinei, prepositi Paderbornensis, sigillis exstitit sigillatum. Datum Wartberg, presentibus Ottone preposito et Georgio cantore Paderbornensi, Iohanne plebano novi opidi, Conrado plebano in Herstelle et Alberto de Amelungessen seniore milite, Gysone de Broebeke, Iohanne et Iohanne de Norde, famulis, Henrico monetario et aliis pluribus fide dignis, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, feria secunda post Bartolomeum apostolum.

Abschr. vom jetzt nicht auffindbaren Or. im Stadtarchiv zu Warburg.

2448.

Erzbischof Gerhard von Mainz incorporirt dem Kl. Hilwartshausen einen von den Schwalenberger Grafen resignirten halben Zehnten. 1297 August 30.

Nos Gerhardus Dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, recognoscimus tenore presentium publice profitentes, quod facta nobis resignatione medietatis decime ville Dimirde per nobiles viros Adolfum et Albertum comites de Schwalenberge de communi voluntate et consensu filiorum suorum Heinrici, Guntheri, Conradi, Gvntheri et Witekindi necnon aliorum heredum suorum, quam medietatem decime predicte memorati comites a nobis in feudo tenuerunt et ab ecclesia Maguntina, ipsam medietatem decime prehabita deliberatione matura univimus et incorporavimus ac presentibus unimus et incorporamus mense .. priorisse et conventus monasterii sanctimonialium in Hildewardishusen, ordinis sancti Augustini, in suarum augmentum et subsidium prebendarum, in nostre remedium anime et medelam, maxime etiam, cum strennuus miles Fridericus de Rosdorph officiatus noster duos mansos suos proprios sitos in campis ville Meyngershusen nobis pro medietate decime antedicte in recompensam dederit et restaurum et ecclesie Maguntine, quos quidem mansos dicto Friderico iure contulimus feodali possidendos a nobis iusti feudi titulo et ab ecclesia Maguntina et nichilominus a nostris successoribus in futurum. Testes huius rei sunt: honorabiles viri Ebbirhardus prepositus ecclesie Durlonensis, Lupoldus prepositus Northvnensis, canonici Maguntini, Conradus decanus ecclesie Aschaffemburgensis, item strennui viri Otto de Boventhen, Iohannes de Hersthe et Theodericus de Hartenberg, milites, Heinricus vicedominus in Rusteberg, Bodo de Budenhusen et Hildebrandus de Hartenberg, layci, castrenses ecclesie Maguntine, et plures alii fide digni. In certitudinem quoque et testimonium premissorum sigillo nostro has litteras tradidimus communitas. Datum anno Domini millesimo C°C°. nonogesimo septimo, III. Kalendas Septembris.

Or. im Kgl. St.-A. Hannover, Kl. Hilwartshausen Nr. 80 mit verletztem Siegel des Ausstellers und Rücksiegel am Pergamentstreifen.

2449.

Der Paderborner Domherr Lippold von Amelunxen bekundet Streitbeilegung zwischen Menger von Graffeln und Kl. Böddeken. Paderborn 1297 September 5.

Universis presentem paginam inspecturis et audituris nos Lyppoldus de Amelungessen canonicus ecclesie Paderbornensis, iudex ab honorabili viro decano eiusdem ecclesie iudice a sede apostolica par-

tibus infra scriptis dato subdelegatus. Notum facimus et recognoscimus protestantes, quod Meyngerus dictus de Graphen senior, Meyngerus et Conradus filii sui coram nobis super molendino in Graphen per decanam et conventum ecclesie Bodicensis auctoritate premissa conventi atque ipsius molendini censum et eorum impedimentum dictum molendinum resignaverunt decane et conventui memorato, ac honestis viris decano et cantore ecclesie Paderbornensis predicte mediatoribus et ab aliis probis viris consulti renunciaverunt iuri, quod se in dicto molendino habuisse dicebant quoquo modo et omni exactioni, quam eis in posterum contra decanam et conventum competere de iure poterat et de facto. Sane cum alicuius aque, que dictum molendinum ducit, agros Meingeri et filiorum suorum aliquantulum tangit. Adiectum fuit, quod decana et conventus predicti possunt aquam eandem purgare, stringere et artare, dummodo cespites sive cetera in agris eorum non foderent, nisi de ipsorum foret placito voluntatis. Ad evidentiam igitur presencium et memoriam futurorum sigillum nostrum una cum dominorum decani et cantoris mediatorum sigillis apponi fecimus huic scripto. Et nos decanus et cantor premissa recognoscimus et sigillis nostris eadem attestamur. Et nos Dei gratia prepositus et capitulum ecclesie Paderbornensis in testimonium premissorum sigillum ecclesie nostre ad causas a partibus rogati duximus apponendum. Acta sunt hec in ecclesia Paderbornensi: Frederico de Heruordia, Amelungo de Driburg, Wernhero de Patberg, concanonicis nostris, thezaurario et scolastico ecclesie sancti Petri ad hoc rogatis presentibus. Datum feria quinta ante nativitatem beate Marie virginis, anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo.

Nach dem Böddeker Kopiar fol. XXV^v^ im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg.

2450.

Erzbischof Gerhard von Mainz inkorporirt die Einkünfte einer Kapelle den Tischeinkünften des Kl. Berich. Fritzlar 1297 September 17.

Gerhardus Dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus, sacri imperii per Germaniam archicancellarius, dilectis in Christo . . priorisse et conventui sanctimonialium monasterii in Beriche, ordinis sancti Augustini, salutem in Domino sempiternam. Ne pro defectu temporalium fervor et amor religionis[1]) devote vigens in vestro cenobio forsan tepescat, sed potius augeatur, redditus temporales capelle in Mandern, cuius ad vos ius pertinere dicitur patronatus, mense vestre communi, que nimis est tenuis, ut audivimus, incorporamus, quantum in nobis est, pariter et unimus[2]) ita ut vobis cedere incipiant post mortem sive resignationem Iohannis de Dalwic, qui nunc regit eandem et capella predicta regenda sicut hactenus in futurum per secularum sacerdotem, cui tantum de redditibus ipsius precipimus assignari, ut exinde, postquam a loci archidiacono secundum antiquam consuetudinem fuerit investitus, de ipsa congruam sustentationem possit habere, debitis et consuetis divinorum officiis non fraudetur, dantes vobis has nostras litteras sigillo nostro signatas in testimonium super eo. Datum Frislarie, anno Domini M°.CC°. nonagesimo septimo, quinto decimo Kalendas Octobris.

[1]) rellig. *Or.* [2]) *Von hier an mit spitzerer Feder, aber von derselben Hand geschrieben.*

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Siegel ausgerissen.

2451.

Der Halberstädter Official transsumirt die Urk. Nr. 2385. Halberstadt 1297 September 23.

. . . Et nos . . officialis curie Halberstadensis tenore presentium recognoscimus publice protestantes supradicti transcripti autenticum salvum et integrum vidisse cum sigillis prememoratis et eius trans(s)criptioni personaliter interfuisse. In cuius rei testimonium huic littere officialitatis sigilli dicte curie forma certa visibiliter est appensa. Datum Halberstad, anno Domini M°.C°C.XCVII., nono Kalendas Octobris.

Or. im Kgl. St.-A. Magdeburg, Stift St. Bonifacii in Halberstadt Nr. 87. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2452.

Ekkehard von Helfenberg bekundet Beilegung seines Güterstreites mit Kl. Hardehausen. Wolfhagen 1297 Oktober 8.

Ego Eckehardus de Helfenberg quondam Eckehardi militis filius et ego Angnes nobilis matrona de Osede eius legitima publice protestamur in hiis scriptis, quod omnis materia dissensionis[1]), impeticionis seu cuiuslibet actionis inter religiosos viros, abbatem et conventum monasterii in Hersuidehusen ex una et nos et heredes nostros, Iohannem, Gislam et Elizabet ex parte altera exorta super bonis in Vredegodessen, in Gran et in Langela et in eorum pertinenciis sive eciam in pensionibus retentis, in quibus visum fuerit et credebamus nobis aliquod ius habere, de consensu et consilio consangwineorum et amicorum nostrorum et heredum est amicabiliter composita penitus et sedata. Set ad maiorem certitudinem presencium et ad cautelam futurorum et ad omnem ambiguitatem tollendam publice recongnoscimus nobis a dictis religiosis viris monasterii in Hersuidehusen omnibus computatis in assingnatis denariis et dandis in una summa, videlicet nonaginta et sex marcarum gravium denariorum, esse per omnia satisfactum, cum qua pecunia redimemus et redimere intendimus bona nostra sive decimam in Molhusen et curiam in Gran (et nos?)[2]) et nostri heredes super predictis bonis vel super aliquibus retentis debitis seu pensionibus vel eciam instrumentis nunquam movebimus predictis dominis in Hersuidehusen aliquam questionem, quod fide data promittimus in perpetuum observare. Insuper ego Iohannes et Eckehardus de Helfenberg milites propter Deum et iusticiam nunquam impetemus predictos dominos in Hersuidehusen in predictis bonis vel eorum occasione et hoc promittimus fide data inviolabiliter observare. In cuius rei testimonium sigilla nostra una cum sigillo Eckehardi nostri consanguinei principalis nobilis viri Hermanni de Ytthere militis, Heinrici de Rodorikessen[3]) famuli et consulum opidi de Wolfhagen presentibus sunt appensa. Quorum consulum loco testium sunt hec nomina: Hartmodus de Ysthe proconsul, Hermannus de Volcmersen, Walthelmus monetarius, Iohannes de Scutteberg, Conradus de Winterberg, Iohannes Leo, Iohannes pistor, Iohannes de Ritthe, Iohannes de Molendino, Conradus de Lutwordissen, Hermannus de Kericberg, Bertoldus de Elrissen et alii testes quam plures fide dingni. Et nos milites, famuli et consules ad petitionem dictorum Eckehardi, domine Angnetis, Iohannis filii eorum sigilla nostra duximus in robur et munimen presentibus apponenda. Actum et datum Wolfhagen, feria tercia ante Dyonisii, anno Domini M°.C°C. nonagesimo septimo.

[1]) discens. *Or.* [2]) *Loch im Pergament.* [3]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 325. Sechs Siegel von den Pergamentstreifen ab.

2453.

Edelherr Simon zur Lippe bekundet, dass er kein Recht an einen Hof bei Ascheberg besitze. 1297 November 7.

Gedr. UB. III, 1589. Darin eine Urk. von 1295; vgl. oben Nr. 2378.

2454.

Papst Bonifaz VIII. beauftragt Abt (Johann) von Helmarshausen mit der Wiedererwerbung verschiedener Güter für das h. Geisthospital in Göttingen. Rom 1297 Dezember 1.

Gedr. UB. V, 817.

2455.

Ein Herforder Wochenpriester und dessen Brüder verkaufen eine Rente aus ihrem Hause in Herford. 1297 Dezember 11.

Nos .. consules veteris oppidi Heruordensis universis presentia visuris vel audituris volumus esse notum, quod Iohannes dictus Tribus, noster concivis, censum octo solidorum denariorum pro tempore legalium erga dominum Iohannem ebdomedarium ecclesie Heruordensis dictum de Groninchusen, Hermannum et Hartbertum, fratres suos, in domo sua sive area, quam Ludolfus de Schore inhabitat, sibi

et uxori sue necnon universis ipsorum heredibus iure hereditario emptionis titulo rationabiliter comparavit, unde, quicunque pro tempore dictam domum seu aream inhabitaverit, predicto (Iohanni)[1]) vel suis prenotatis heredibus quatuor solidos in festo pasche et in festo beati Michahelis totidem annis singulis ministrabit. Preterea quia Arnoldus frater predictorum .. venditorum, cum prefatum censum venderent, presens non fuerat, supradicto Iohanni et suis pretaxatis heredibus[2]) sufficientes fideiussores posuerunt, videlicet Hermannum de Asche et supradictum Ludolfum de Schore, qui ipsis hoc coram nobis promiserunt, quod iam dictus Arnoldus, venditionem per suos sepe dictos fratres factam deberet ratam et inviolatam perpetuo observare. In cuius facti evidens testimonium sigillum nostre civitatis presentibus est appensum. Acta sunt hec publice coram nobis, videlicet: Iohanne de Haghen illius anni magistro civium, Geruasio, Borchhardo de Foro, Ludolfo dicto Grubo, Iohanne de Bileuelde, Ditmaro Wercmester, Ludolfo de Libbere, Iohanne Frisone, Absolone, Arnoldo de Bekesethen, Henrico Cnollinc et Gerhardo de Monasterio, consulibus Heruordensibus antedictis. Anno Domini M°.C°C.X°CVI°I., ipso die Damasi pape.

Suprascriptionem semel factam, scilicet heredibus, eciam approbamus.

[1]) *Durch Moder zerstört.* [2]) *Uebergeschrieben.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 92. Vom Siegel der Stadt Herford hängt noch ein grösseres Bruchstück mit Rücksiegel an Pergamentstreifen.

2456.

Knappe Berthold von Brakel überträgt dem Kl. Gehrden den von denen von Schmechten erkauften Bredenkamp. 1297 Dezember 13.

Nos Bertoldus de Brakele famulus presentibus protestamur, quod Wichardus et Bertoldus fratres dicti de Schmechten cum consensu suorum heredum vendiderunt unum mansum, qui dicitur Bredenkamp, quem a nobis iure feodali habuerunt, Conrado preposito, Woldradi priorisse et ecclesie in Gerdene pro duabus marcis gravium denariorum in Brakele usualium. Nos vero prescriptum Bredenkamp nobis a Bertoldo et Wichardo antedictis fratribus et heredibus suis rite resignatum prescripte ecclesie in Gerdene appropriamus sive iure proprietatis propter Deum conferimus perpetuis temporibus possidendum. In cuius rei evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, ipso die beate Lucie virginis.

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 32 D 27.

2457.

Knappe Helmwich gen. Schulte verkauft einem Bürger in Warburg Ländereien in Lütgeneder. 1297 Dezember 20.

Ego Helmwicus dictus Scultetus famulus ... recognosco, quod de pleno consensu ... Syradis uxoris mee, Conradi et Ludolphi filiorum meorum, Alheydis, Hedewigis et Cunegundis filiarum mearum ... quartam partem trium mansorum quondam meorum sitorum in Minori Nedere vendidi ... pro viginti et quatuor marcis denariorum Wartberg usualium Hermanno Vulpi seniori, oppidano in Wartburg, Helwigi uxori sue, Conrado, Hildebrando et Hermanno filiis suis ... ac ipsis una cum filiis meis prescriptis in pheodo porrexi ... Nos Conradus Schulteti miles, Theodericus, Gerhardus et Conradus fratres nostri pro ipso patruo nostro Helmwico et suis heredibus et post ipsos promittimus fide prestita corporali ... defectum supplere ... Quia vero ego Helmwicus et mei heredes sigillo proprio caremus, presens scriptum sigillo Conradi Schulteti militis, mei fratruelis, et sigillo novi oppidi Wartburg petivi in testimonium communiri. Nos autem Conradus Schulteti miles antedictus et nos Conradus de Ossendorp proconsul, Iohannes Servatii, Iohannes Stolto iunior, Bertoldus de Howede, Arnoldus Suecen, Conradus de Amelungessen, Iohannes de Listingen, Burchardus sartor, Wernherus de Brakele, Andreas de Syl(h)im et Heinricus de Suedekessen, consules novi oppidi Wartburg, ex utriusque partis rogatu et aliorum compromittentium consensu, presenti scripto in testimonium sigilla nostra duximus apponenda. Testes autem huius sunt: Raueno de Papenhem miles et suus filius Raueno, Hermannus Marschalcus,

Henricus de Mederike, Raueno filius iunioris Rauenonis militis, Theodericus de Lovene, Hermannus dictus Cortoyz, Gotscalcus et Hermannus fratres de Eyssen, Conradus Wolconis, castellani et oppidani in Wartburg et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, in vigilia Thome apostoli.

Aus dem „Copei-Buch aller von Papenheim" Blatt 40.

2458.

Zwei Bischöfe verleihen den Besuchern der Marienkapelle in monasterio Paderbornensi *Ablass von 40 Tagen. Rom 1297.*

Universis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes littere pervenerint, nos Dei gratia Michael Ambarensis et Adam Marturonensis episcopi salutem in Domino sempiternam. Licet is — aptiores. Cupientes igitur, ut capella sancte Marie virginis in monasterio Paderbornensi sita congruis honoribus frequentetur, visitetur, veneretur, omnibus vere penitentibus, qui ad dictam capellam in quinque festis sancte Marie, scilicet conceptionis, purificationis, annunciationis, assumptionis, nativitatis, in dedicationibus dicte capelle et per octavas dictarum festivitatum et in omnibus diebus sabbathis causa devotionis accesserint et ibidem divinum officium audierint, vel qui ad sustentacionem luminarium, vestimentorum seu aliorum necessariorum dicte capelle pertinentium manus porrexerint adiutrices vel quicquam facultatum suarum in extremis laborantes aliquid de bonis suis dicte capelle legaverint, donaverint, miserint seu procuraverint quacunque vice, et[1]) qui presbyteris corpus Christi per civitatem ad infirmos . . .[2]) spiritu humiliatus devotam prebuerit comitantiam, nos de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius authoritate confisi singuli nostrum singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitentiis, dummodo consensus diocesani ad hoc acceserit, misericorditer in Domino relaxamus. In cuius rei testimonium sigilla nostra duximus apponenda. Datum Rome, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, pontificatus domini Bonifacii pape octavi anno tertio.

[1]) *Abschr.* ut. [2]) *Hier fehlt ein Wort:* portantibus?

Abschr. saec. XVII. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 310.

2459.

Propst und Äbtissin der Gokirche bekunden Güterschenkung des Münzers Gerhard zu seinem Anniversar und für seine im Kl. Gokirche weilenden Töchter. 1297.

Littere Bodonis prepositi, Hadewigis abbatisse et conventus sancti Odelrici in Paderborne, quod Gerhardus monetarius dederit bona sua in Hahrinchusen et Vogelsangh partim pro anniversario partim pro subveniendo egestati Hereburgis et Kunigundis filiarum suarum Deo ibidem noctu dieque deservientium. Anno 1297.

Aus Msc. I, 242 p. 59 Nr. 5 im Kgl. St.-A. Münster. Eine Ansiedlung Vogelsang lag in der Feldmark der Stadt Lemgo. Vgl. Register z. 4. Bd. der Lipp. Regg.

2460.

Bündniss zwischen Edelherrn Simon zur Lippe und der Stadt Paderborn auf drei Jahre. 1297.

Triennale foedus inter Simonem comitem[1]) de Lippia et civitatem Paderbornensem quo ad defensionem contra invasores sub certis conditionibus pactum anno 1297. Sub duobus sigillis.

[1]) *So Abschr.*

Nach Repertor des Paderborner Kapselarchivs 114, 3. Die Urk. fehlt jetzt; auch Lipp. Regg. ad annum kennen dieselbe nicht.

2461.

Ritter Arnold (von Gudensberg) gen. der Grosse verkauft dem Kl. Volkhardinghausen eine jährliche Rente von 32 Pfennigen. 1297.

Nos Arnoldus miles dictus Magnus una cum filiis nostris Arnoldo et Everhardo recognoscimus presentibus et protestamur, quod animo deliberato et favore benevolo redditus triginta duorum denariorum

gravium, qui nobis annuatim cesserunt de areis nostris sitis in foris limitis ecclesie in Volchardinghausen domino preposito eiusdem ecclesie, priorisse totique conventui ibidem vendidimus pro summa duarum marcarum legalium a festo beati Martini proxime venturo ad spacium duorum annorum quiete possidendos, ita dumtaxat, si in tempore prenominato redditus predictos reemere voluerimus, liberam habebimus facultatem; verum si in reemptione reddituum antedictorum negligentes nos esse contingeret, deinceps ecclesia redditus sepe dictos sine qualibet contradictione iure proprietario debet quiete possidere. In cuius evidentiam facti presens scriptum nostro sigillo damus roboratum. Huius rei testes sunt: dominus Iohannes de Helfenberg, Wernherus de Godenberg, Gerlacus, dominus Conradus sacerdos, dominus Hermannus Bittersole sacerdos et alii quam plures. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo.

Aus Volkhardinghauser Kopiar I fol. 147 und II fol. 106 im Fürstl. Waldeck. Archiv in Arolsen.

2462.

Ritter Volland gen. v. Lankenstrot schenkt dem Kl. Büren (Holthausen) 5 Morgen Holzwuchs im Horn. 1297.

Universis hanc litteram visuris vel audituris Vollandus miles dictus de Lankenstrot recognosco per presentes, quod ego de pleno consensu filiorum meorum Bodonis et Vollandi et omnium aliorum legitimorum heredum meorum quinque iugera lignorum in Horne sitorum, quorum proprietas ad me pertinuit, et que Arnoldus dictus Manegolt de manu mea actenus iure tenuerat feodali, et que nunc idem Arnoldus cum omnibus suis pertinentiis domine abbatisse et conventui sanctimonialium in Buren rite et rationabiliter vendidit, eisdem domine abbatisse et conventui predicto proprietavi, et tam ego quam heredes mei predicti ipsis de predictis iugeribus et de eorum proprietatione plenam et perpetuam prestabimus warandiam. Et ne aliqua calumpnia in posterum super predictis possit suboriri, presentem litteram super hoc confectam ipsis in testimonium dedi sigillo meo roboratam. Datum et actum anno Domini M°.C°C. nonagesimo septimo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Herrschaft Büren Nr. 13. Vom an Pergamentstreifen angehängten dreieckigen Siegel des Ausstellers nur unkenntliches Bruchstück erhalten. Der Forstdistrikt Horn, noch jetzt so benannt, liegt beim Dorfe Weine unweit Büren. (Spancken.)

2463.

Ein Bürger in Lügde verzichtet gegen 2 Mark auf seine Rechte an einem ihm früher zu Lehen übertragenen Gute in Brenkhausen. Lügde 1297.

Notum sit universis tam posteris quam presentibus hanc litteram inspecturis, quod ego Conradus dictus Bose, civis in Lvde, acceptis duabus marcis gravis monete a monialibus in Berinchosen, manumisi una cum iustis heredibus meis, quidquid iuris habui in villa in Berinchosen de bonis Godefridi et Heinrici filiorum Godefridi carnificis, quondam civis in Huxaria premortui, tali condicione, ut, quandocumque idem conventus poposcerit, ego coram reverendo domino Heinrico abbate Corbeyensi totaliter resignabo. In huius rei testimonium sigilla domicellorum Hermanni et Conradi de Pyrremunt et consulum in Lude presentibus sunt appensa. Testes horum sunt: predicti domicelli Hermannus et Conradus de Perremunt, Bernardus famulus dictus Kanno, Iohannes Loyf, Iordanus de Oldendorp, Bernardus de Dale, Wastmodus pistor, Iohannes sartor, Burchardus sartor, Arnoldus de Nedersen, Arnoldus Niger, Bertrammus Niger, Iohannes Gelhop, Iohannes monetarius, Iohannes de Bele. Acta sunt hec in Lude, anno Domini M°.C°C.X°C septimo.

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Von den weissen und dunkelblauen geflochtenen Zwirnfäden drei Siegel ab.

2464.

Die Schöffen in Kassel bekunden, dass Genannte ihr Haus in Kassel an Kl. Hardehausen verkauft haben. 1298 Januar 6.

Nos Sifridus filius Reynardi, Wernherus dictus de Geysmaria, Heinricus filius Conradi, Conradus de Ghodensberg, Conradus filius Bernonis, Hermannus filius Ghisle, Arnoldus filius Walthelmi, Wernherus Sidenswanz, Wernherus de Stenbule, Iohannes Winemari, Wernherus Christiani, Ludewicus de Sandershusen, scabini opidi Cassele, presentibus publice profitemur, nos vidisse et audivisse, quod Arnoldus dictus Groue, Theodericus dictus de Thonin et Hartmannus dictus de Ockeshusen, nostri concives, accedente suarum uxorum ac omnium legitimorum heredum suorum consensu benivolo, domum suam sitam Cassele vendiderunt viris religiosis domino .. abbati et conventui monasterii, quod vocatur Hersvitehusen, Cysterciensis ordinis, Paderbornensis dyocesis, perpetuis temporibus libere possidendam, et iidem una cum suis uxoribus et heredibus legitimis antefatis ipsi domui coram nobis publice renunciaverunt integraliter et in toto. In cuius rei testimonium ac evidentiam pleniorem nos supranominati scabini, quia ista coram nobis facta sunt, ad peticionem partium sigillum nostre civitatis presenti pagine duximus apponendum. Datum anno Domini M°.C°C.X°C octavo, in epiphania Domini nostri.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 327. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

2465.

Bischof Otto von Paderborn übereignet unter Zustimmung seines Domkapitels ein Burglehn in Blankenrode dem Knappen Bernhard Marschall. Paderborn 1298 Januar 7.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus notum facimus et protestamur litteras per presentes, quod de consensu honorabilium virorum .. prepositi, .. decani et capituli nostri strennuo famulo Bernhardo dicto Marscalco sex mansos, scilicet duos de agris cultis et quatuor in nemore adhuc ad cultum redigendis a decimacione et pensione, que dicitur thyns, liberos contulimus ipsi et heredibus suis, iure castellanie, quod burglen dicitur, castri nostri in Blanckenrode perpetuo possidendos, ita quod predicti nobis et ecclesie nostre faciant debita obsequia et de eodem castro et aliis nostris municionibus contra iniuriatores suos quoslibet se poterunt defensare, dantes eisdem hoc scriptum nostro et capituli nostri sigillis roboratum in testimonium predictorum. Datum Paderborne, in crastino epiphanie Domini, anno eiusdem M°.C°C.XC°VII°I.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 328. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Der eine Siegelstreifen enthält folgenden Anfang einer Urkunde: Reverendis dominis sancte Maguntinensis sedis iudicibus decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis reverenciam et (salutem). Reverencie vestre supplicamus . . . causam appellacionis, que inter venerabilem virum dominum . . .

2466.

Rathmänner in Volkmarsen bekunden, dass einer ihrer Mitbürger das Kl. Hardehausen zum Erben seines Nachlasses eingesetzt habe vorbehaltlich der von einem Hause ihrer Stadt zu leistenden Dienste. 1298 Januar 8.

Nos Volquinus iudex, Arnoldus Rufus proconsul, Deithmarus Goden, Echardus, Iohannes Bist, Hermannus dictus Hiltwins, Detmarus de Elsingen, Bernardus Lupus, Ludolfus Ledege, Geroldus pistor, Iohannes Buckinc, Conradus de Brune et Hermannus de Clenenberg, consules in Volcmersen, tenore presentium publice protestamur, quod Arnoldus dictus de Rode et Edelindis uxor sua, nostri concives, in nostra presencia constituti, religiosis viris domino .. abbati et conventui in Hersuedehusen domum suam aream cum omnibus edificiis suis et granario quodam in nostra civitate sitis, preterea et omnia bona sua, quocunque nomine censeantur, mobilia et immobilia, que post mortem eorum ipsis superesse noscuntur, salvis tamen serviciis de predicta domo secundum consuetudinem nostre civitati

prestandis, benivolo consensu et pari voto inter vivos liberaliter condonarunt, sperantes ex huius hereditatis datione consequi hereditatem salutis eterne. In cuius facti testimonium et munimen utrobique rogati hoc scriptum sigillo nostri opidi fecimus consignari. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo VII°I., quinta feria post epiphaniam Domini.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 329. Siegel abgefallen.

2467.

Papst Bonifaz VIII. beauftragt den Thesaurar von Nigenkerken bei Höxter mit Untersuchung einer Klage des Göttinger Hospitals gegen Geistliche. Lateran 1298 Januar 9.

Gedr. UB. V, 819.

2468.

Edelherr Bodo von Homburg gestattet, dass Kl. Kemnade seinen Hof zu Heyen unter gewissen Bedingungen verpachte. 1298 Januar 18.

In nomine Domini amen. Nos Bodo dominus in Homberg universis presentes nostras litteras visuris et audituris cupimus esse notum, quod nos de voluntate et expresso consensu omnium heredum nostrorum donamus et concedimus ecclesie Kaminatensi, ordinis sancti Benedicti, plenam atque liberam potestatem, ut ab hac hora in antea magnam curiam suam sitam in villa Hoyen cum omnibus iuribus, fructibus, proventibus et pertinentiis suis in dicta villa, in campo, in silvis et nemoribus, in aquis, in pascuis pariter et in pratis, locare valeat, cuicumque vel quibuscumque maluerit, ad tertiam partem omnium supradictorum fructuum sibi perpetuis temporibus persolvendam. De duobus vero mansis ad dictam curiam pertinentibus, in quibus ius advocatie, quod vulgariter dicitur vogtrecht, obtinemus, prepositus, qui pro tempore fuerit, dictum ius de eisdem mansis duobus nobis et nostris heredibus ministrabit, videlicet duo moldera siliginis, duos porcos et duodecim solidos Hamelensis monete. Ut autem hec nostra donatio firma et inviolata permaneat, presens instrumentum testium inscriptione et sigilli nostri appensione fecimus communiri. Geste rei testes sunt: domini Godefridus et duo alii filii ipsius Gerhardus et Hartungus dicti de Eltze, Thidericus de Derspe, Henricus de Halle, Albertus de Oldenburg, Albertus de Hupede, Bruno de Vrencke, Thidericus dictus Stencop, milites fide digni, ad hanc nostram ordinationem vocati specialiter et rogati. In evidens vero perfecte traditionis argumentum hoc scriptum nostro sigillo munitum prefate Caminatensi ecclesie damus et tradimus ad munimen. Actum et datum anno Domini incarnationis M°.C°C.LXX°XX octavo, X°V. Kalendas Februarii.

Aus Msc. I, 139 fol. 545 im Kgl. St.-A. Münster. Reg. Dürre, Homburg (Ztschr. für Niedersachsen 1870) Nr. 156.

2469.

Bischof Otto von Paderborn überträgt dem Domkapitel die ihm von Kunegundis von der Helle geschenkten Güter bei der Stadt Paderborn. Paderborn 1298 Januar 19.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus universis, ad quos presentes littere pervenerint, volumus esse notum, quod venientes ad presenciam nostram honorabiles viri .. prepositus, .. decanus totumque ecclesie nostre capitulum cum instancia postularunt per nos sibi donari proprietatem trium mansorum ante valvas Paderbornenses circumquaque sitorum, quorum unus vulgariter Beuerhoue dicitur, quos Cunegundis de Inferno vidua ac Engelburgis sua filia legitima pro quadam qualitate pecunie emptionis titulo conpararant. Cuius capituli vocis tamquam nobis dilecti annuentes dictorum mansorum proprietatem ipsi capitulo, que ad nos de iure spectabat, contulimus et conferimus per hoc scriptum. Hiis itaque rite sic peractis et completis prefata Cunegundis vidua ac eius filia Engelburgis dictos mansos capitulo nostro Paderbornensi pro anime sue remēdio liberaliter cum omni iuris integritate contulerunt, necnon etiam dimidium mansum ante valvam occidentalem situm cum quadam hereditate in villa Balhorne iuxta curiam Ysheri Longi iacente, que vulgo aneval dicitur, proprietate

tamen istius capitulo iam fato per Ludolfum et Hermannum de Herisia fratres et Theodericum et Volcwinum nepotes de Weuere primitus tradita, similiter conferentes, tali tamen adiecta condicione, quod dicte Cunegundis et Engelburgis in agris prenotatis usufructum, quoad vixerint, sine cuiuslibet inpedimento retinebunt et de eisdem disponent pro suo placito, prout utilitati earum convenit ac ipsis melius et conveniencius videbitur expedire. Et ut hec rata permaneant nec infringi vel commutari possint, sigillum nostrum ad peticionem Ottonis ecclesie nostre maioris prepositi, Hermanni decani, Frederici de Heruordia, Amelungi de Dryburch, Bertoldi sancti Petri prepositi, Ludolfi Marscalci, Arnoldi de Honstath, Georgii cantoris ac aliarum personarum singularum de capitulo, qui presentibus aderant, apponi fecimus cum sigillo capituli in testimonium premissorum. Actum et datum Paderborne, anno Domini M°.C°C.X°C octavo, XV°. Kalendas Februarii, sabbato ante dominicam Esto mihi. Et nos Hermannus dictus Dockenere et Gotfridus dictus Pust, magistri civium, necnon consules civitatis Paderbornensis sigillum civitatis nostre iam dicte ad peticionem honorabilium virorum dominorum prepositi decani totiusque capituli ecclesie Paderbornensis huic scripto duximus apponendum pro testimonio huius facti.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 353. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs die Siegel des Bischofs, des Domkapitels und der Stadt Paderborn. Vergl. oben zu 1295 April 25. Reg. und Zeugen Asseb. UB. I, 501.

2470.

Zeugenreihe einer Urkunde, durch welche Bischof Otto von Paderborn ihm resignirte Besitzungen an Kl. Hardehausen überweist. 1298 Januar 24.

. . . Dominus Otto comes de Euersteynn et Otto domicellus de Holtesmynne, dominus Conradus de Schonebergh, Bernhardus de Brakele, Raueno et Conradus fratres de Papenheym, Conradus de Amelungessen, Lyppoldus Hoyge, Henricus de Ephe, Ludolfus et Hermannus fratres de Herisia, Iohannes et Albertus de . . . erstenn [1]), famuli, ex parte vero resignationis domini Lyppensis secundario facte testes sunt: Hermannus de Orto sacerdos, Her(mannus) de Brakele, Alradus Niger et Godescalcus fratres, Iohannes pincerna de Heruorde, Lippoldus Hoye, milite, Iohannes et Burchardus fratres de Brobeke, Sifridus de Dalheym et Euerhardus Vlecke, famuli; testes insuper Rodolfi et Henrici sunt: Sthephanus notarius domini Lyppensis, Ludolffus de Monasterio, Henricus Weuer, Alradus Niger et Godescalcus fratres, Lyppoldus Hoye, Themo de Woswinkele et Conradus de Bilrebeke, milites, Arnoldus de Vresenhusenn et alii fide digni. Preterea ius et proprietatem decimarum novalium utriusque ville Corbike et bonorum in Morsen sitorum, quas prefatus Hermannus de Desenbergh de suorum heredum consensu dictis abbati et conventui vendidit, accedente capituli nostri libera et bona voluntate ad eosdem abbatem et conventum transferimus propter Deum. In quorum omnium testimonium et perpetuam firmitatem presens scriptum nostro nostrique capituli munitum sigillis eisdem abbati et conventui duximus concedendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, nono Kalendas Februarii.

[1]) *In dem Namen, dessen erste Buchstaben fehlen, ist korrigirt, vielleicht* Euerstenn?

Kopiar saec. XV. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 330. Nur dieses Stück erhalten.

2471.

Die Schöffen in Fritzlar bezeugen, dass Genannte eilf Morgen Bruchland dem Ditmar Vorman verkauft haben. 1298 Januar 29.

Nos Conradus Schindeliph, Ludewicus de Berken, Volcmarus Greve, Henricus de Rytthe, Ludewicus Sidenswanz, Conradus Folpurgis, Wilhelmus de Hoenberg, Conradus Bodonis, Ludewicus de Milsungen, Iwanus, Henricus Papa, Henricus de Holtzehim et Albertus de Atrio, scabini Fritslarienses, presentibus litteris profitemur, quod constituti coram nobis Theodericus et Conradus fratres dicti Emunt, Gertrudis et Heylewigis sorores ipsorum manu et lingwa publice renunciaverunt undecim iugeribus sitis in novalibus campi Fritslariensis, que undecim iugera [1]) dictus Theodericus quondam Ditmaro dicto

Vorman nostro concivi et suis heredibus vendidit perpetuo possidenda, nolentes ipsos unquam in dictis bonis per se vel per alios in antea molestare. In cuius recognicionis cautelam et renunciacionis ad preces Theoderici et Conradi prefatorum sigillo civium Fritslariensium presentem litteram dedimus roboratam. Datum II°II. Kalendas Februarii, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo octavo.

[1]) *Or.* iugara.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 331. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

2472.

Bischof Otto von Paderborn bestätigt dem Kl. Hardehausen und andern Klöstern den Besitz ihrer Salzwerke in Salzkotten. Paderborn 1298 Februar 9.

(Universis) hoc scriptum visuris Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie (episcopus cum salute fructuosam in Domino) charitatem. Noverit universitas vestra quod nos (una cum honorabilibus viris, preposito,) decano totoque capitulo ecclesie nostre predicte opera salina(ria [1]), que vulgariter dicuntur Zalt)werch, dilectis nobis abbati et conventui monasterii in (Herswitehusen viris religiosis) ac aliis monasteriis seu personis quibuscunque singularibus (attinentia, infra oppidum nostrum) Zoltkoten sita, eodem iure et libertate, quibus (hactenus censebantur, censeri volumus) per presentes, non obstante, si aliquod de licentia (nostra, cum hoc de iure fieri non pos)set, aliud in preiudicium operum predictorum (dinoscitur attemptatum, quod presentibus revoca)mus. Nolentes insuper, ne aliquod opus (de cetero, exceptis operibus supradictis in dicto oppido) construatur, et etiam, quod hoc fieri (non debeat neque possit, presentibus publice protesta)mur. In quorum memoriam presens (scriptum nostro et capituli nostri sigillis exstitit) roboratum. Et nos Dei gratia (prepositus, decanus, totumque capitulum ecclesie memorate) sepe dictum in testimonium premissorum et firmitatem evidentem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum et datum Paderborne, (in octava purificationis beate) Marie, anno Domini M°.C°C.X°C octavo.

[1]) sallin. *Or.*

Or. (Bruchstück) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 330; ergänzt aus Lib. Varior. Bd. IV. Von roth-grün-weissen Seidenfäden Siegel abgefallen.

2473.

Stift Corvey verpfändet dem Grafen Otto von Waldeck das Amt Münden bei Lichtenfels mit Zubehör. Marsberg 1298 Februar 15.

Nos Henricus Dei gratia abbas, Florentius prior, Ludolfus prepositus, Bernhardus camerarius, Crachto cellerarius, Herboldus prepositus Montis Martis, Fridericus prepositus Novalium totusque conventus ecclesie Corbeiensis tenore presentium recognoscimus et publice protestamur, quod nos omnium nostrorum unanimi consensu et maturo consilio officium nostrum in Munden apud Liechtenvils cum universis bonis tam in Nerdere quam alias ubicunque sitis ad dictum officium spectantibus, videlicet agris cultis et incultis, pratis, pascuis et nemoribus ceterisque iuribus et appendiciis ipsius nobili viro Ottoni comiti in Waldecke ac domine Sophie sue conthorali nec non eorundem heredibus pro centum marcis in Corbecke usualium, legalium et bonorum pignori obligavimus sub hac forma, quod, quocunque annorum sub quavis dierum a festo purificationis beate virginis usque ad festum beate Walpurgis intercurrentium predictum officium cum suis appendiciis pro pretaxata pecunie summa redimere poterimus, idem nobilis seu sui heredes ipsum officium cum aliis bonis ipsius officii iam nunc per ipsum comitem obligatis dabit ad redimendum liberum et absolutum nostre ecclesie, cum ista pecunia, secundum quod condictum est, consulibus in Corbecke, qui pro tempore fuerint, ipsius comitis vel suorum heredum nomine per nos numerata fuerit vel pagata. Preterea si ecclesia nostra quinque marcarum redditus, quos nobilis vir H. comes de Battenberg se dicit habere in bonis officii memorati, iuris beneficio

evincere poterit ab ipso comite de Battenberg, tunc iidem redditus una cum omnibus bonis ipsius officii pretaxatis manebunt obligati predicto comiti de Waldecke ac ipsius heredibus, dummodo pro centum marcis superius memoratis. Verum autem(?) si iidem redditus per iuris sententiam adiudicati fuerint ipsi comiti de Battenbergh, extunc, si dominus predictus de Waldeck tales redditus pro dicta pecunie summa notoria redemerit, nos eandem pecuniam termino superius expresso ultra pretaxatas centum marcas sibi vel suis heredibus refundemus, cum nos contigerit bona huiusmodi liberare. Ut autem premissa omnia ipsi comiti de Waldecken ac suis heredibus permaneant inconvulsa, in hiis scriptis renunciamus libere et expresse omnibus ac universis exceptionibus et defensionibus iuris tam canonici quam civilis, que nobis et ecclesie nostre prodesse ipsique comiti de Waldecken seu suis heredibus obesse possent de facto quoquo modo vel de iure contra premissa omnia vel aliquid premissorum. Huius siquidem rei testes sunt: Thidericus de Mederike, Olricus de Escheberg, Conradus Schultetus, Ernestus de Osterhusen, milites, Ludevicus nobilis de Franckenstein, Iohannes de Brobecken, Tidericus de Holdessen, Iohannes de Hilsen, Timmo de Rimbeck, Volpertus de Cama(?) et Albertus frater eiusdem, Thidericus de Weten, Iohannes de Husen famulus, Iohannes Stephanie proconsul, Bertoldus dictus Mocann, Hermannus et Conradus de Huxaria fratres, Lambertus dictus Spelemân civis Montis Martis aliique quam plurimi fide digni. Ad evidentiam itaque omnium premissorum nostra videlicet abbatis, conventus ac etiam prepositi sigilla scriptis presentibus duximus apponenda. Actum apud Montem Martis et datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo octavo, in crastino Valentini martiris.

Nach Kopiar XVI. Jahrh. fol. 157 auf Fürstl. Waldeck. Domänenkammer zu Arolsen. Reg. Senckenberg, selecta iur. et hist. VI, 434 aus Schurzfleischii, Analecta diplomatica. Vgl. Varnhagen, Grundlage S. 342 und Anm. k: das Amt Münden heisst jetzt das Amt Lichtenfels.

2474.

Graf Otto von Waldeck bekundet, dass er das Amt Münden bei Lichtenfels von Kl. Corvey in Pfand genommen habe. Marsberg 1298 Februar 15.

Nos Otto comes in Waldecken tenore pesentium recognoscimus et publice protestamur, quod officium in Munden apud Lichtenfels cum universis bonis tam in Nerdere quam alias ubicunque sitis ad dictum officium spectantibus, videlicet agris cultis et incultis, pratis, pascuis et nemoribus ceterisque iuribus et appendiciis ipsius nobis, collaterali nostre nostrisque heredibus ab ecclesia Corbeiensi pro centum marcis denariorum in Corbike usualium, legalium et bonorum pignori obligatum pro pretaxata pecunie summa eidem ecclesie cum aliis bonis eiusdem officii iam per nos obligatis sine omni contradictione liberum et absolutum, sicut fide data promisimus, quocunque annorum dicta pecunia quavis dierum a festo purificationis beate virginis usque ad festum beate Walpurgis intercurrentium consulibus in Corbike, qui pro tempore fuerint, nostro vel heredum nostrorum nomine numerata fuerint vel pagata, dabimus redimendum. Est preterea condictum, si quinque marcarum redditus, quos nobilis vir comes H. de Battenberg, noster consanguineus, dicit se habere in bonis dicti officii in Munden, ipsa ecclesia Corbeiensis de iure sibi reincorporare non potuerit, quod extunc, si nos eosdem redditus ab ipso comite notorie redemerimus pro aliqua dicta pecunie summa, eadem ecclesia nobis aut heredibus nostris eandem summam ultra centum marcas prenominatas refundere tenebitur, quando eosdem redditus una cum aliis ipsius officii bonis termino superius expresso voluerit liberare. Verum si ecclesia sepe dicta eosdem redditus iuris beneficio a comite evinceret prelibato, tunc iidem redditus una cum aliis prelibati officii bonis pro pretaxata centum marcarum dummodo summa nobis et nostris heredibus obligati manebunt. Ut autem prenotata omnia ipsi ecclesie permaneant magis certa, testes duximus subscribendos, quorum nomina sunt hec: Theodericus de Mederike, Olricus de Escheberg, Conradus Schultetus, Ernestus, milites, Ludowicus nobilis de Franckenstein noster consanguineus, Iohannes de Brobecke et alii quam plurimi fide digni. Ad evidentiam itaque omnium premissorum presentibus

scriptis sigillum nostrum duximus apponendum, presentium nichilominus tenorem sub sigillo oppidi nostri in Corbike conscribi fecimus et eidem Corbeiensi ecclesie dari volumus ad premissorum certitudinem pleniorem. Actum apud Montem Martis et datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo octavo, in crastino Valentini martiris.

Nach Kopiar XVI. Jahrh. fol. 158v auf Fürstl. Waldeck. Domänenkammer in Arolsen.

2475.

Edelherr Simon zur Lippe und seine Gemahlin Adelheid von Waldeck verkaufen dem Kl. Kappel mit Einwilligung ihrer Söhne Bernhard und Hermann verschiedene Einkünfte. Lippstadt 1298 Februar 20.

Gedr. Grupen, Origg. German. III, 227. Reg. Lipp. Regg. I, 279 Nr. 458.

2476.

Äbtissin und Konvent von Benninghausen urkunden über Schenkung von Gütern in Wolkesmere *an ihr Kloster seitens Kunegunde Tochter des Grafen (Konrad) von Rietberg. (1297) 1298 März 1.*

Nos soror Methildis dicta abbatissa in Benikinchusen, Hartwicus provisor cum collegio monialium loci eiusdem, ordinis Cysterciensis, Coloniensis diocesis, omnibus presentia visuris vel audituris notum esse volumus presentibus declarantes, quod nobilis puella Cunegundis nomine filia comitis de Retberg apud nos moram faciens, posita ad studium, in presentia nostra ex inductu et petitione patris sui predicti comitis resignavit omni proprietati et iuri, quod habere dinoscebatur ex paterna et legitima hereditate in bonis sitis in villa, que dicitur Wolkesmere, cum omnibus attinentiis de dictis bonis emergentibus. Et ne quis in posterum hanc nobilis puelle resignationem infringere poterit vel mutare, presens scriptum sigilli nostri appensione in testimonium facte rei duximus roborandum. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo septimo, Kalendas Marcii. Testes autem fuerunt: dominus Andreas prepositus in Buren, Theodericus capellanus in Benikinchusen, Hinricus camerarius, Ludolphus, Hinricus de Unna, frater Albertus de Wisthoue, frater Hermannus de Osthoue, frater Hinricus, frater Geruinus, frater Bernhardus, Bertoldus famulus comitis de Retberg et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Holthausen Nr. 10. Siegel von ungebleichten Leinenfäden abgefallen. Wolkesmere *Wüstung bei Störmede. Gedr. Seibertz UB. III, 1104. Vgl. unten zu März 30. Wahrscheinlich ist Kölner Datirung anzuwenden.*

2477.

Lippold Domherr in Paderborn und Archidiakon in Steinheim urkundet über die Beilegung eines Streites zwischen Kl. Abdinghof und den Brüdern Wachtole. Paderborn 1298 März 10.

Lippoldus canonicus ecclesie Paderbornensis et archidiaconus in Stenhem, iudex a domino episcopo datus, universis presens scriptum visuris et audituris notum esse cupimus, quod controversia habita inter conventum sanctorum apostolorum Petri et Pauli Paderbornensem ex parte una et Volquinum sacerdotem et Erhardum fratres dictos Wachtole ex parte altera super quadam pensione annone, videlicet uno maltro tritici, taliter est sopita, quod ipsi fratres primo anno nichil dabunt, secundo anno dimidium maltrum tritici, tercio anno dimidium maltrum tritici, quarto anno integrum maltrum tritici et sic perpetuo singulis annis de agris ipsorum iacentibus in campo civitatis Paderbornensis, qui agri pro manso computantur, quos colit Widikindus dictus Ropere civis Paderbornensis, in festo sancti Michaelis sine protractione qualibet persolvent. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem sigillum maioris ecclesie Paderbornensis ad causas, sigillum domini Hermanni decani, sigillum domini Georgii cantoris et archidiaconi in Wartberich ad petitionem parcium sunt appensa. Actum et datum Paderborne, anno Domini M°.C°C. nonagesimo octavo, V°I. Idus Marcii. Testes ad hoc rogati aderant: dominus Frethericus Gograuius, Amelungus de Dribo(r)ch, Bertoldus de Brenken, canonici maioris

ecclesie, dominus Albero Cancer miles, gogravius Gotfridus, Gotfridus Grelle, Iohannes de Barchusen, cives Paderbornenses et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 83. Nur an fünfter Stelle an Pergamentstreifen lädirtes spitzovales Siegel, zwei Gestalten, darunter eine knieende, darüber ein Brustbild, Umschrift unlesbar.

2478.

Edelherr Berthold und Junker Berthold von Büren versprechen, stets mit den Einwohnern von Büren gegen die Theilung der Brenker Mark zu wirken. 1298 März 10.

Nos Bertoldus dominus et Bertoldus domicellus nobilis de Buren universis, ad quos presentes littere pervenerint, volumus esse notum, quod nos una cum consensu heredum nostrorum communi utilitati dilectorum nostrorum in Buren opidanorum fideliter intendentes, ut tenemur, hanc ipsis promotionem inpendimus specialem, quod simul cum eisdem reniti seu obstare volumus in perpetuum pro nostro posse cuicunque persone volenti laborare pro divisione seu distinctione silve ad villam Brenken pertinentis, que eiusdem ville vulgari nomine marke solet dici, nec unquam in posterum consensum ad talem divisionem prebere volumus quoquo modo, quod firmiter pro nobis et omnibus heredibus nostris promittimus per presentes. Et ad maiorem certitudinem, ut huiusmodi factum perpetuo maneat inconvulsum, presens scriptum inde confectum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Actum et datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo octavo, feria secunda ante dominicam Letare.

Or. im Pfarrarchiv Büren. An Hanffäden hängen das verletzte Siegel Bertholds und ein unkenntliches Bruchstück des Siegels des Junkers Berthold.

2479.

Die Grafen Hermann, Konrad und Hildebold von Pyrmont überweisen den Zehnten in Brunsen dem Kl. Amelunxborn. Lügde 1298 März 12.

Nos Hermannus, Conradus et Hildeboldus comites de Permunt scripto presenti recognoscimus publice protestantes, quod decimam ville Brunessen a Iohanne Molnere et uxore sua Conegundi, qui a nobis eam tenuerunt in feodo, cum consensu et assensu omnium heredum et coheredum suorum, ad quos eadem iure pervenire poterit, ad manus nostras cum omni iure, quo eam a nobis receperant, libere resignatam et integraliter ea conditione, ut transiret et perveniret in liberam possessionem monasterii in Amelungesborne possidenda libere, nos eadem conditione eam resignavimus receptis septem marcis denariorum gravium per duodecim solidos computatis ad manus venerabilis in Christo domini archiepiscopi Maguntinensis cum omni iure, quod in ea hactenus ab eadem ecclesia Maguntina noscimur habuisse. Ipse vero dominus archiepiscopus post resignationem utramque videlicet et nostram et supradictorum heredum eandem decimam secundum conditionem resignationum predictarum et secundum tenorem litterarum suarum datarum et super libertatem possidendam eidem monasterio libertavit. Huic nostre resignationi testes aderant: dominus Iohannes et dominus Albertus de Blomberch, sacerdotes et fratres, Bernhardus Canne, Ludolfus de Elmerinchusen, Henricus de Bardelage, Gerlacus de Vespere, famuli, Iohannes Louf, Iordanus de Oldendorpe, Bertramus Scerte, Iohannes de Grismen, Arnoldus Swarteman, Henricus Sunnenblic, Wedekindus, Iohannes Monetarii, Theodericus pistor, burgenses in Lude et alii quam plures fide digni. In horum igitur omnium testimonium sufficiens sigillis nostris firmavimus presens scriptum. Ego Hildeboldus in hoc testimonio usus sum sigillo fratris mei Hermanni supradicti. Datum in Lude, anno Domini M°.C°C.XC°VII°I., in die beati Gregorii pape.

Nach dem Amelunxb. Kopiar II. fol. 22v im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Erwähnt Harenberg, Histor. Gandersh. p. 1711. Hierauf bezügliche Urkk., in deren eine auch die Pyrmonter Grafen erwähnt werden, gedr. Falke, Cod. trad. Corb. p. 879 und 880, vom selben Datum. Brunessen *jetzt Brunsen W. Greene.*

2480.

Abt Heinrich von Corvey erhält für einen der Bremischen Kirche überlassenen Ministerialen Willikin Sohn des Ritters Nikolaus von Mansingen. Marsberg 1298 März 17.

Zwei Burgmänner von Vechta bitten Stift Corvey, da der verstorbene Hermann Gryp nicht so nahe verwandt mit Willekin gewesen sei, seine Witwe nicht zu belästigen. (O. J.)

Honorabilibus viris domino abbati, preposito et camerario ceterisque dominis ecclesie Corbeyensis Abelus dictus de Brema miles et Hermannus de Sutholte famulus, castellani in Vechta, servicium benivolum et paratum. Honestati vestre significamus, quod constituta coram nobis domina Elyzabet relicta quondam Hermanni Gryp militis bone memorie litteram vero sigillo sigillatam domini abbatis Corbeyensis ostendit in hec verba:

H(enricus)[1]) Dei gratia Corbyensis ecclesie abbas omnibus presens scriptum visuris salutem in Domino. Notum facimus, quod nos Kristinam filiam Iohannis dicti Frisonis, uxorem Hermanni de Walle, ministerialem nostre ecclesie, dimittimus cum omni iure, quo nobis et ecclesie nostre astricta fuerat, venerabili domino archiepiscopo et sancte Bremensi ecclesie, recipientes nichilominus in concambium ipsius Willekinum filium Nicolai militis de Mansingen, ministerialem dicte ecclesie Bremensis, ad omne ius et debitum, quo dicta Kristina nobis fuerat obligata. In cuius rei testimonium nostri sigilli munimine roboravimus presens scriptum. Datum Monte Martis, anno Domini M°.C°C.X°C octavo, feria tercia post dominicam Letare Ierusalem.

Tenore autem huius littere prepediente nec non consanguinitate nobis nota a viris fide dignis certitudinaliter conprobata inter Willekinum dictum et Hermannum Gryp militem secundum iudicium virorum discretorum et nostrum determinatum est vos, dominum abbatem et ecclesiam vestram in exuviis domini Gryp militis predicti nichil iuris penitus habuisse. Quare petimus affectuose cum castellanis nostris universis dominam Elyzabet prius nominatam a vobis ab omni vexatione dimitti quitam et solutam. Hec appensione sigillorum nostrorum comprobamus. Ego autem Hermannus, quia proprio sigillo carui, usus sum sigillo Theoderici de Sutholte militis.

[1]) *Or.* L, *ein offenbarer Schreibfehler; der Corveyer Propst und gewählte Abt von Brauweiler hiess Ludolf.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Corvey Nr. 114. Nur von dem Siegel Abels von Bremen ist ein Bruchstück, Turnierkragen, erhalten. Der Brief der Vechtaer Burgmänner ist nicht genauer zu datiren; wahrscheinlich gehört er ins Ende des 13. oder Anfang des 14. Jahrhunderts. 1279 kommen Stacius und Herbord von Sudholte als Vechtaer Burgmänner vor. Vgl. UB. III, 1081.

2481.

Stift Corvey schenkt dem Stifte Marsberg zur Entschädigung für die Corveys wegen vom Grafen von Everstein erlittenen Verluste Güter und Rechte in Horhusen. 1298 März 20.

Henricus Dei gratia abbas, Florentius prior, Ludolfus prepositus, electus ecclesie in Brunwillere, Bernhardus camerarius, Crachto cellerarius, Olricus magister karitatum, Fredericus prepositus Novalium totusque conventus ecclesie Corbeyensis omnibus presens scriptum visuris vel audituris salutem in Domino et in eo sapere veritatem. Quia labilis est memoria hominum contrahentium, gesta perpetuantur testibus et scriptura. Noverint igitur presentes et futuri, quod, cum monasterium Montis Martis occasione nostri a comite de Euersten graviter sit lesum incendiis et rapinis, volentes eiusdem monasterii conventui, ut equum est, intuitu iusticie gratiam et restaurum aliquod facere de premissis, sibi ius patronatus et proprietatem de bonis et casis, quas Henricus de Cappella in villa Horhusen a nobis vel ab ecclesia nostra possidebat, contulimus et redonavimus cum omni sua integritate et appendiciis in recompensationem dampnorum predictorum, observatis sollempnitatibus, que in alienatione rerum ecclesiasticarum observari debent et specialiter requiruntur. Testes super hiis fuerant: Godefridus

ecclesie, dominus Albero Cancer miles, gogravius Gotfridus, Gotfridus Grelle, Iohannes de Barchusen, cives Paderbornenses et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 83. Nur an fünfter Stelle an Pergamentstreifen lädirtes spitzovales Siegel, zwei Gestalten, darunter eine knieende, darüber ein Brustbild, Umschrift unlesbar.

2478.

Edelherr Berthold und Junker Berthold von Büren versprechen, stets mit den Einwohnern von Büren gegen die Theilung der Brenker Mark zu wirken. 1298 März 10.

Nos Bertoldus dominus et Bertoldus domicellus nobilis de Buren universis, ad quos presentes littere pervenerint, volumus esse notum, quod nos una cum consensu heredum nostrorum communi utilitati dilectorum nostrorum in Buren opidanorum fideliter intendentes, ut tenemur, hanc ipsis promotionem inpendimus specialem, quod simul cum eisdem reniti seu obstare volumus in perpetuum pro nostro posse cuicunque persone volenti laborare pro divisione seu distinctione silve ad villam Brenken pertinentis, que eiusdem ville vulgari nomine marke solet dici, nec unquam in posterum consensum ad talem divisionem prebere volumus quoquo modo, quod firmiter pro nobis et omnibus heredibus nostris promittimus per presentes. Et ad maiorem certitudinem, ut huiusmodi factum perpetuo maneat inconvulsum, presens scriptum inde confectum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Actum et datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo octavo, feria secunda ante dominicam Letare.

Or. im Pfarrarchiv Büren. An Hanffäden hängen das verletzte Siegel Bertholds und ein unkenntliches Bruchstück des Siegels des Junkers Berthold.

2479.

Die Grafen Hermann, Konrad und Hildebold von Pyrmont überweisen den Zehnten in Brunsen dem Kl. Amelunxborn. Lügde 1298 März 12.

Nos Hermannus, Conradus et Hildeboldus comites de Permunt scripto presenti recognoscimus publice protestantes, quod decimam ville Brunessen a Iohanne Molnere et uxore sua Conegundi, qui a nobis eam tenuerunt in feodo, cum consensu et assensu omnium heredum et coheredum suorum, ad quos eadem iure pervenire poterit, ad manus nostras cum omni iure, quo eam a nobis receperant, libere resignatam et integraliter ea conditione, ut transiret et perveniret in liberam possessionem monasterii in Amelungesborne possidenda libere, nos eadem conditione eam resignavimus receptis septem marcis denariorum gravium per duodecim solidos computatis ad manus venerabilis in Christo domini archiepiscopi Maguntinensis cum omni iure, quod in ea hactenus ab eadem ecclesia Maguntina noscimur habuisse. Ipse vero dominus archiepiscopus post resignationem utramque videlicet et nostram et supradictorum heredum eandem decimam secundum conditionem resignationum predictarum et secundum tenorem litterarum suarum datarum et super libertatem possidendam eidem monasterio libertavit. Huic nostre resignationi testes aderant: dominus Iohannes et dominus Albertus de Blomberch, sacerdotes et fratres, Bernhardus Canne, Ludolfus de Elmerinchusen, Henricus de Bardelage, Gerlacus de Vespere, famuli, Iohannes Louf, Iordanus de Oldendorpe, Bertramus Scerte, Iohannes de Grismen, Arnoldus Swarteman, Henricus Sunnenblic, Wedekindus, Iohannes Monetarii, Theodericus pistor, burgenses in Lude et alii quam plures fide digni. In horum igitur omnium testimonium sufficiens sigillis nostris firmavimus presens scriptum. Ego Hildeboldus in hoc testimonio usus sum sigillo fratris mei Hermanni supradicti. Datum in Lude, anno Domini M°.C°C.XC°VII°I., in die beati Gregorii pape.

Nach dem Amelunxb. Kopiar II. fol. 22c im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Erwähnt Harenberg, Histor. Gandersh. p. 1711. Hierauf bezügliche Urkk., in deren eine auch die Pyrmonter Grafen erwähnt werden, gedr. Falke, Cod. trad. Corb. p. 879 und 880, vom selben Datum. Brunessen *jetzt Brunsen W. Greene.*

2480.

Abt Heinrich von Corvey erhält für einen der Bremischen Kirche überlassenen Ministerialen Willikin Sohn des Ritters Nikolaus von Mansingen. Marsberg 1298 März 17.

Zwei Burgmänner von Vechta bitten Stift Corvey, da der verstorbene Hermann Gryp nicht so nahe verwandt mit Willekin gewesen sei, seine Witwe nicht zu belästigen. (O. J.)

Honorabilibus viris domino abbati, preposito et camerario ceterisque dominis ecclesie Corbeyensis Abelus dictus de Brema miles et Hermannus de Sutholte famulus, castellani in Vechta, servicium benivolum et paratum. Honestati vestre significamus, quod constituta coram nobis domina Elyzabet relicta quondam Hermanni Gryp militis bone memorie litteram vero sigillo sigillatam domini abbatis Corbeyensis ostendit in hec verba:

H(enricus)[1]) Dei gratia Corbyensis ecclesie abbas omnibus presens scriptum visuris salutem in Domino. Notum facimus, quod nos Kristinam filiam Iohannis dicti Frisonis, uxorem Hermanni de Walle, ministerialem nostre ecclesie, dimittimus cum omni iure, quo nobis et ecclesie nostre astricta fuerat, venerabili domino archiepiscopo et sancte Bremensi ecclesie, recipientes nichilominus in concambium ipsius Willekinum filium Nicolai militis de Mansingen, ministerialem dicte ecclesie Bremensis, ad omne ius et debitum, quo dicta Kristina nobis fuerat obligata. In cuius rei testimonium nostri sigilli munimine roboravimus presens scriptum. Datum Monte Martis, anno Domini M°.C°C.X°C octavo, feria tercia post dominicam Letare Ierusalem.

Tenore autem huius littere prepediente nec non consanguinitate nobis nota a viris fide dignis certitudinaliter conprobata inter Willekinum dictum et Hermannum Gryp militem secundum iudicium virorum discretorum et nostrum determinatum est vos, dominum abbatem et ecclesiam vestram in exuviis domini Gryp militis predicti nichil iuris penitus habuisse. Quare petimus affectuose cum castellanis nostris universis dominam Elyzabet prius nominatam a vobis ab omni vexatione dimitti quitam et solutam. Hec appensione sigillorum nostrorum comprobamus. Ego autem Hermannus, quia proprio sigillo carui, usus sum sigillo Theoderici de Sutholte militis.

[1]) *Or.* L, *ein offenbarer Schreibfehler; der Corveyer Propst und gewählte Abt von Brauweiler hiess Ludolf.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Corvey Nr. 114. Nur von dem Siegel Abels von Bremen ist ein Bruchstück, Turnierkragen, erhalten. Der Brief der Vechtaer Burgmänner ist nicht genauer zu datiren; wahrscheinlich gehört er ins Ende des 13. oder Anfang des 14. Jahrhunderts. 1279 kommen Stacius und Herbord von Sudholte als Vechtaer Burgmänner vor. Vgl. UB. III, 1081.

2481.

Stift Corvey schenkt dem Stifte Marsberg zur Entschädigung für die Corveys wegen vom Grafen von Everstein erlittenen Verluste Güter und Rechte in Horhusen. 1298 März 20.

Henricus Dei gratia abbas, Florentius prior, Ludolfus prepositus, electus ecclesie in Brunwillere, Bernhardus camerarius, Crachto cellerarius, Olricus magister karitatum, Fredericus prepositus Novalium totusque conventus ecclesie Corbeyensis omnibus presens scriptum visuris vel audituris salutem in Domino et in eo sapere veritatem. Quia labilis est memoria hominum contrahentium, gesta perpetuantur testibus et scriptura. Noverint igitur presentes et futuri, quod, cum monasterium Montis Martis occasione nostri a comite de Euersten graviter sit lesum incendiis et rapinis, volentes eiusdem monasterii conventui, ut equum est, intuitu iusticie gratiam et restaurum aliquod facere de premissis, sibi ius patronatus et proprietatem de bonis et casis, quas Henricus de Cappella in villa Horhusen a nobis vel ab ecclesia nostra possidebat, contulimus et redonavimus cum omni sua integritate et appendiciis in recompensationem dampnorum predictorum, observatis sollempnitatibus, que in alienatione rerum ecclesiasticarum observari debent et specialiter requiruntur. Testes super hiis fuerant: Godefridus

prepositus Nove Ecclesie et notarius venerabilis domini abbatis predicti, Sifridus doctor scolarium in Monte Martis; Albertus et Gerbodo fratres de Molehusen, Hermannus et Conradus fratres dicti de Huxaria nec non Hermannus Monetarii, cives dicti Montis et alii quam plures. In quorum testimonium et confirmationem memorato monasterio presens scriptum tradidimus sigillis nostris firmiter sigillatum. Datum et actum anno Domini M°.C°C. nonagesimo octavo, in vigilia beati Benedicti.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Marsberg Nr. 26. Nur vom Siegel des Abts ist ein kleines Bruchstück an geflochtenen rothen Zwirnsfäden erhalten.

2482.

Abt Heinrich und Stift Corvey bekunden Streitschlichtung wegen einer Reihe Güter. 1298 März 20.

Henricus Dei gratia Corbeiensis ecclesie abbas, Florentius prior totusque conventus ibidem omnibus presentes litteras visuris in eo, qui est vera veritas, sapere veritatem. Quia labilis est hominum memoria, res gesta perpetuari solet testibus et scriptura. Noverint ergo presentes et futuri in hiis scriptis, quod, cum Albertus de Molehusen ex parte et pro iure coniugis sue Gertrudis una et sororii sui, scilicet nepotes Mechtildis de Hesperinchusen ministerialis nostre ecclesie, cum Hugone de Allenhusen longo tempore et deinde cum Hermanno de Hesperinchusen, affinibus eorum, super bonis ministerialibus et feudalibus, que ipsi nepotes et ipsa Mechtildis in Hesperinchusen, in Helmelinchusen, in Schidibrachtinchusen et in Rikelinchusen et in campo dicto Sike ab ecclesia nostra possident, quamdudum litigassent, tandem per emptiones et venditiones perfectas inter ipsos amicabiles compositiones intervenerunt, prout ipsi Albertus et sui sororii predicti validis litteris et privilegiis nostri abbatis predicti et burgensium Montis Martis sigillis firmiter roboratis ad plenum probaverunt coram nobis. Super quibus compositionibus prefati Albertus et sui sororii humiliter petiverunt piam confirmationem totius capituli nostri intuitu iustitie in scriptis sibi dare. Nos itaque capitulum dicte ecclesie Corbeiensis diligenter perpectis et discussis litteris predictarum compositionum omnia predicta comperimus rite et legitime facta esse, eaque in his scriptis confirmamus et perpetuamus, protestantes et in his scriptis ipsos Albertum et suos heredes una et sororios eius et eorum heredes prenarrata bona legitime possidere et iuste a nostra ecclesia sano iure et eos ab Hugone et Hermanno predictis et ab eorum sequacibus et heredibus non posse nec debere de iure coram nobis seu alias ubicunque super his bonis in predictis locis sitis et ab eis habitis et possessis amodo incusari, nisi forte ex morte nepotum dictorum, quibus mutua successio inter se libera remanebit, ipsis Hugoni et Hermanno et eorum heredibus successio competat in eosdem Albertum et nepotes et in heredes eorundem. In quorum testimonium Alberto et nepotibus sepe dictis presens scriptum tradidimus sigillis nostris firmiter sigillatum. Datum anno Domini M°.C°C.XCVII°I., XIII. Kalendas Aprilis.

Enthalten als Transsumpt in Urk. der Grafen Heinrich und Otto von Waldeck von 1304 in Kopiar saec. XVI. fol. 19 auf Fürstl. Domänenkammer in Arolsen und Kopiar XIX. des Kl. Arolsen im Fürstl. Waldeck. Archiv in Arolsen fol. 40v. Gedr. im unvollendeten Waldeck. UB. Nr. 15.

2483.

Ritter Alrad Schwarz theilt dem Kl. Böddeken Resignation auf ein Gut in Tudorf zu Gunsten des Klosters mit. 1298 März 20.

Honorabilibus dominabus abbatisse, preposite, decane totique conventui ecclesie in Budeken Al(radus) miles dictus Swarthe sue parvitatis obsequium semper promtam. Tenore presencium protestamur, quod Gertrudis et Mechthildis sorores nec non heredes earundem curtem inferiorem sitam in Tudorp cum omnibus attinentibus coram nobis et quam pluribus fide dignis ob vestram promotionem et gratiam resignarunt. Astantes nobiscum et audientes erant: Bertoldus de Steinbeke et frater suus

et Amelungus et Renike sagittarius et iudex in Detmule et Hinricus Popike et quam plures canonici in Bodeken. Testantur Wichmannus plebanus, Hermannus, Thidericus, Hermannus, sacerdotes; item famuli Conradus, Mathias, rogantes nichilominus, quatinus nostrarum partium instantia et omnis iusticie intuitu filio dicte Gertrudis latori presentium ob facti nostri recompensam promotionem vestram seu aliquam gratiam refundatur. Datum feria V. post dominicam Letare, anno Domini M°.C°C. nonagesimo VIII.

Nach dem Böddeker Kopiar fol. XXXVI. im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg.

2484.

Graf Konrad von Rietberg verkauft unter Zustimmung der Seinigen seinen Hof in Volkesmer *mit zwei Hufen sowie zwei andere Hufen in Persinchhausen und Störmede an Kl. Holthausen bei Büren. Rietberg (1297) 1298 März 30.*

Nos Conradus Dei gratia comes de Retberg, universis hanc litteram visuris vel etiam audituris volumus esse notum presentibus publice protestantes, quod nos cum consensu et voluntate dominorum Ottonis prepositi maioris ecclesie Paderbornensis, Symonis canonici Osnaburgensis, Frederici, nobilium fratrum nostrorum, Methildis nobilis uxoris nostre, Lyse, Beatricis, Cunegundis, Frederici, Methildis et Ottonis heredum nostrorum curtim nostram in Volkesmer cum duobus mansis ibidem et aliis duobus mansis in villis Persinchosen et Stormede sitis et nichilominus proprietatem predictorum bonorum omnium cum fructibus singulis et obventionibus inde derivantibus cenobio sanctimonialium in Holthosen extra muros opidi Buren pro sexaginta marcis denariorum Susati usualium nobis persolutis legitime vendidimus, immo nos vendidisse presentibus protestamur. Resignantes una cum singulis personis supra nominatis predicta bona simul et proprietatem eorundem dicto cenobio possidenda in perpetuum absque contradictione ac inpeticione cuiuslibet persone feliciter et quiete. Si igitur in posterum persona aliqua dictum cenobium, quod absit, ratione huiusmodi bonorum inpulsare seu inpetere presumpserit, nos et fratres nostri, . . uxor nostra . . pariter et heredes nostri prenotati ipsi cenobio astabimus, facturi eidem de iam dictis bonis warandiam firmam et nichilominus efficacem. Promittimus quoque firmiter, quod contra hanc vendicionem et resignacionem tam rationabiliter ordinatam non in posterum veniemus aliquo ingenio sive dolo. In quorum omnium testimonium et evidenciam pleniorem, nos Conradus comes, Otto prepositus Paderbornensis, Symon canonicus Osnaburgensis et Fredericus fratres nobiles de Retberg predicti, presens scriptum sepe dicto cenobio nostris sigillis contulimus roboratum. Nos autem Otto Paderbornensis et Conradus Osnaburgensis ecclesiarum episcopi huic facto consensum adhibentes ipsumque ratum servaturi ad peticionem utriusque partis presenti pagine nostra sigilla ob maiorem certitudinem duximus apponenda. Actum presentibus Arnoldo dicto Crede canonico ecclesie in Widebrucge, Andrea sacerdote dicto de Enenhus, Andrea plebano in Buren. Frater Lambertus de Brylon, frater Henricus de Coysuelde, ordinis fratrum Minorum, Rotherus miles dictus de Syndene, Henricus de Auenstrot famulus, Florencius Goldikinc, Henricus Stenhorst hiis interfuerunt et quam plures alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo septimo, sabbato post annunciacionem Domini, in castro Retbergh.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Holthausen Nr. 11. An Pergamentstreifen nicht gut erhalten 1) dreieckiges Siegel Konrads mit rückwärtigem Sekret, wie Westf. Siegel I Taf. 29 Nr. 9; 2) Friedrichs, wie a. a. O. I Taf. 30 Nr. 2 und Sekret ebenda; 3) Dompropsts Otto, Maria mit dem Kinde, darunter knieende Gestalt; 4) spitzovales Siegel Simons, zwei Heilige in ganzer Figur, darüber Brustbild und darunter knieende Gestalt; 5) ovales Siegel Bischofs Otto mit rückwärtigem Sekret; 6) desgl. Bischofs Konrad von Osnabrück, Sekret mit dem Rade. Vgl. oben zu März 1 Nr. 2467.

2485.

Graf Otto von Everstein befreit mit Einwilligung seiner Gemahlin Lutgard, seiner Tochter Elisabeth das Kl. Hardehausen wegen der bei Scherfede gelegenen, zu des Grafen Freigrafschaften gehörenden Güter von Entrichtung des Gerichtshafers (zonhavere vel avena comecie) *gegen Abtretung eines Gutes in* Ouerdhe. *1298 April 2.*

Testes sunt: Conradus nobilis de Euersten, Arnoldus plebanus in Bredenvorde, Bertoldus de Elmeringhusen, Borchardus de Stenem, milites, Con(radus) de Rodhe, Ioh(annes) de Hedewigessen, Gerhardus et Ludolfus fratres dicti de Stockem, Hermannus de Ozedhe . . . Datum per manus Arnoldi notarii.

Auszug bei Spilcker, Everstein UB. Nr. 259 nach nicht auffindbarem Or. Die Urk. soll im übrigen wörtlich mit der von 1298 April 25 übereinstimmen. Vgl. unten Nr. 2488.

2486.

Bürgermeister, Rathmänner und Richter zu Paderborn urkunden über die Ueberlassung eines Hauses in Paderborn seitens des Kl. Abdinghof an ihren Mitbürger Hermann Butman. 1298 April 2.

Nos Hermannus dictus de Saltkothen et Gotfridus dictus Pust, magistri consulum ac consules universi civitatis Paderbornensis, Hermannus dictus de Hobrachtessen et Reghenhardus dictus Tallerman, iudices ibidem, recognoscimus per presentes presentibus et futuris protestantes, quod Hermannus dictus Butman noster concivis ac eius uxor suique legitimi heredes domum quandam sitam ante portam dictam pastoris a conventu monasterii beatorum apostolorum Petri et Pauli receperint iure perpetuo possidendam, civitati nostre super omni iure suo plenaliter responsuri de eadem, ita tamen, quod de eadem domo quinque solidi legalium denariorum Paderbornensium, videlicet triginta denarii in festo beati Michaelis et triginta in vigilia pasche singulis annis dicto conventui persolventur nomine pensionis. Preterea quicquid in edificiis eiusdem domus vel per incendium, quod Deus avertat, vel per vetustatem vel quocunque casu destructum aut ruinosum fuerit, per possessores dicte domus de suis expensis et non de expensis sepe dicti conventus erit reparandum. Si vero predicta domus per prescripta pericula funditus fuerit devastata, dicta pensio, scilicet quinque solidi legalium denariorum Paderbornensium, prescriptis temporibus (a) dicto Hermanno seu suis heredibus integraliter memorato conventui sine conditione qualibet persolvetur. In cuius facti memoriam et perpetuam firmitatem ad peticionem dicti Hermanni presentem paginam sigillo nostre civitatis duximus muniendam. Huius rei testes sunt ad hoc rogati: Conradus prior, Hermannus dictus de Hosthem, Henricus cantor, Ecbertus Heydene, confratres monasterii eiusdem, Albero miles dictus Creuet, Gotfridus gogravius, Iohannes de Horne, Henricus de Widenbrughe, nostri concives et plures alii fide digni. Actum et datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo VIII., feria quarta ante festum pasche.

Aus Msc. VII, 4217 f. 145a im Kgl. St.-A. Münster.

2487.

Edelherr Simon zur Lippe bestätigt dem Kl. Lippstadt alle Schenkungen seiner Vorfahren. 1298 April 22.

Nos Symon nobilis vir et dominus de Lippia universis presentem litteram visuris ac eciam audituris recognoscimus et protestamur publice in hiis scriptis, quod omnes donationes, quas fecerunt predecessores nostri bone memorie parentes, avi et propinqui nobiles viri domini de Lippia monasterio Lippensi in areis, agris, curtibus, pascuis, pratis, silvis, in molendino sito in dicto opido nostro Lippensi iuxta camenatam nostram, in possessionibus et libertatibus quibuscumque cum omnium heredum nostrorum consensu ratas habemus et habebimus et eas ratificamus per presentes. Unde inhibemus universis et singulis officiatis nostris, ne contra predictas donationes nostras aliquid attemptare presumant. Renunciamus nichilominus pro nobis et nostris successoribus omnibus exceptionibus et defensionibus iuris vel facti, que nobis vel cuiquam ex nostris contra has donationes nostras possent seu deberent aliquatenus suffragari. Et in huius rei testimonium ac perpetui roboris firmitatem sigillum

nostrum duximus presentibus apponendum. Datum feria tertia post dominicam qua cantatur Misericordia Domini, anno Domini M°. ducentesimo nonagesimo octavo.

Or. im Stiftsarchiv zu Lippstadt. Siegel Simons mit Rücksiegel an anhängendem Pergamentstreifen. Gedr. von Steinen Westf. Gesch. IV, 1013. Reg. Lipp. Regg. I, 279 Nr. 459 zu April 23.

2488.

Graf Otto von Everstein entbindet die Güter des Kl. Hardehausen von einer Abgabe an das Freigericht in Scherfede. 1298 April 25.

Otto comes de Euersten universis presens scriptum visuris in omnium salvatore salutem. Ut in hiis, que gesta sunt, memoria conservetur, insinuacione presencium declaramus, quod, cum viri religiosi dominus . . abbas et conventus in Hersuithehusen bona quedam libera in villa Scherue cum quibusdam aliis bonis liberis extra eandem villam sitis ad eiusdem liberam spectantibus comiciam, que a scabinis et hominibus liberis progenitorum nostrorum pleno mediante consensu ante plurimos annos emptionis titulo compararunt, bona fide iustoque titulo possiderent, suborta tandem in eorum abbatis et conventus cordibus scrupulo dubietatis super redditibus regii iuris, qui vulgo dicuntur somhavere vel avena comicie, solvendis, prout religiosorum simplicitati virorum, qui semper sunt pavidi, congruit et saluti predictos redditus vel in toto vel in parte diminui timuerunt. Unde cum dicti abbas et conventus in hoc casu essent dubii et perplexi, huius dubietatis obstaculum amputare volentes, bonis temporalibus carere quam habere quasi remordentem conscienciam maluerunt, sicque bona sua in villa Ouerdhe sita iure et proprietate ad eos pertinencia, que iuxta estimacionem nobilium virorum fide dignorum et iuris liberi peritorum dictis redditibus, qui vocantur somhauere, plenius equipollent, pro restauro seu recompensatione dictorum reddituum cuiuslibet servitutis vel cuiuscunque iuris dictorum liberorum pretextu bonorum comicie prestandis eidem comicie titulo premutacionis nobis et Lutgarde uxore nostra et Elisabeth filia nostra[1]) et aliis heredibus nostris consencientibus pleno iure perpetualiter tradiderunt. Qua scilicet permutatione ex mutuo consensu rite completa nos per Bertoldum dictum Ike tamquam per nos nostre comicie liberum comitem seu prefectum, tunc sedi libere presidentem, libera bona superius expressa in villa Scherue vel extra villam posita, quocunque nomine censeantur, a potestate regia, nostra comicia et libero iure exempta, ut moris est, clamavimus per omnem modum et soluta, astantibus et mediantibus in die beati Marci ewangeliste sub tilia in villa Louene domino Ludolfo plebano eiusdem ville, nostris scabinis liberis videlicet Regenbodone de Ahusen, Hermanno de Aluessen[2]), Conrado de Scherue et Her(manno) Longo, insuper liberis nostris hominibus, scilicet H(einrico) de Dusele, Haroldo de Baddenhusen, Io(hanne) de Aluessen, Helmico de Dosele, H(einrico) de Louene et Go(scalco) fratre suo, Udone de Aluessen, Her(manno) de Dasborch, H(einrico) Tuicke et Gos(vino?) Randenberch, qui prefatam permutacionem sive recompensacionem secundum formam et ordinem liberi iuris peractam, premisso inter se maturo consilio, ratam et gratam unanimiter habuerunt. Et predicta bona in Ouerdhe iacentia exnunc in antea eidem libere comicie tradidimus in restaurum et subiecimus libero iuri in perpetuum servitura eorundem permutacionem bonorum coram sede libera per sentencias legitime confirmata, ut sic sepe dicti abbas et conventus prefata bona, que quondam liberi iuris fuerunt, nunc sine omni exceptione et contradictione sunt exempta, ut predictum est, simpliciter et soluta hereditario iure possideant libere et quiete et summopere, ut dicta comicia in nullo penitus demembrata in regii iuris servitute per refusionem dictorum bonorum in Ouerdhe sitorum permaneat plenissime et consistat. Que tamen libera bona iidem abbas et conventus annuente regie benignitatis gratia et favore et progenitorum nostrorum mediante consensu et bona voluntate de tempore in tempus pura et salva in omnibus consciencia possederunt. Protestamur eciam, quod predicti abbas et conventus et eorum coloni agros suos a parte orientali ville Scherue inferius contigue adiacentes nullius contradictione obstante, cum eis opportunum videbitur, septis munire poterunt et fossatis, cum per eosdem agros non via vel strata, que dicitur deicwech, set semita duntaxat peditum,

que vulgo path vocatur, non de iure set ex gratia frequentetur. Insuper nos et nostros heredes firmiter obligamus bona fide promittentes, quod eisdem abbati et conventui super singulis et universis superius expressis warandiam faciemus debitam et consuetam. Ut igitur sepefati abbas et conventus super huiusmodi contractu contra inpeticionem heredum nostrorum vel etiam quorumlibet libere condicionis vel aliorum hominum, si quam, licet contra iusticiam, moveri contigerit, debita municione firmari prelibata bona cum domibus, casis, areis, pomeriis, aquis, piscacionibus, pratis, pascuis, silvis, agris cultis et incultis, viis et inviis et omnibus suis pertinenciis et iuribus quibuscunque valeant in perpetuum possidere, hoc scriptum nobilis viri domini de Lippia et nostro sigillo munitum eis duximus contradendum. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo VII°I., VI°I. Kalendas Maii. Testes huius sunt: dominus Ar(noldus) plebanus in Bredenuorde, Con(radus) de Amelungessen, Ber(toldus) de Elmerinchusen, Burchardus de Stenhem, milites et alii plures fide digni.

[1]) *Konz.* filie nostre. [2]) *Folgt im Konz.* Her. de Daseborch, H. *durchstrichen, das Uebrige unterpunktirt.*

Konzeptausfertigung im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 333. Von Besiegelung keine Spur. Ohne Zweifel hat dieses Exemplar Wigand vorgelegen, der die Urk. in seinem Archiv II, 1, 81 ff. abdruckt; in einer Anmerkung sagt er allerdings: nach dem Original, doch widerrief er das später, wie aus Spilcker, Everstein UB. Nr. 260 Anm. sich ergibt, wo auch die Unterpunktion des Her. de Daseborch *erwähnt wird. Das Reg. bei Spilcker mit Angabe der Zeugen ist nach Abschrift vom Or. gemacht, an dem zwei Siegel hingen: Ottos von Everstein und Simons zur Lippe. Ausserdem fehlt in dem Or. unter den Freischöffen* H. de Daseborch *und wird unter den Zeugen nach* B. d. Stenhem milites *noch angeführt:* Ludolfus de Stochem, Conradus de Rodhe, Iohannes de Hedewigessen. *Wahrscheinlich hat sich das Or. im Warburger Stadtarchiv befunden, denn die Abschrift desselben im ältern Repertor des Stadtarchivs zu Warburg, jetzt im Besitze der Paderborner Abtheilung des Alterthumsvereins, hat die oben genannten Namen auch. Im übrigen vgl. zu der Urk. Wigand a. a. O. S. 83 ff. und Lindner, die Veme S. 376. Reg. Lipp. Regg. I, 279 Nr. 460 zu Mai 1.*

2489.

Ritter Arnold von Gudensberg gen. der Grosse verkauft dem Kl. Volkhardinghausen 41 1/2 Äcker. 1298 April 30.

Nos Arnoldus miles de Godenborch dictus Magnus recognoscimus presentibus et protestamur, quod de favore et promissione heredum nostrorum videlicet Arnoldi et Everhardi et coheredum videlicet Wernheri de Godenborch quadraginta agros et unum agrum cum dimidio ecclesie sanctimonialium in Volchardinchusen vendidimus pacifice et quiete perpetuo possidendos, quorum viginti et unus vacant et vacare debent ecclesie de presenti, reliquorum vero agrorum videlicet viginti et dimidii possessores, sicut a nobis hactenus possederunt, ab ecclesia deinceps possidebunt ipso iure, nisi bono favore et libero arbitrio quocunque modo ecclesie decreverint resignandos. Situm omnium agrorum predictorum, infra limites prenotate ecclesie in Volchardinchusen assignamus et dicimus deputatum. In cuius facti evidentiam et certitudinem pleniorem presens scriptum nostro sigillo et Wernheri de Godenborch nostri consanguinei predicti sigillo decrevimus et petivimus roborari. Huius rei testes sunt: Wernherus de Helphenberg, Conradus de Renlevessen, Gerlacus de Frigenhagen et Conradus lanifex et alii quam plures. Datum et factum anno Domini M°.C°C.X°CVIII., pridie Kalendas Maii.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Nur noch an zweiter Stelle an Pergamentstreifen dreieckiges Siegel, das von Schrägbalken belegte Schachbrett.

2490.

Edler Heino von Itter überträgt an Kl. Berich das Eigenthumsrecht über Güter in Hancvorde. *1298 Mai 3.*

Nos Heno nobilis de Ithere tenore presentium publice protestamur, quod cum plenario consensu

mee coniugis domine Iutte nec non nostri filii Thiderici ea bona, que a nobis Wydekindus famulus de Hancvorde in feodo tenuit, sita in villa ipsa Hancvorde cum omnibus attinentiis silvis, pratis, pascuis et piscationibus propietavimus et proprietamus ecclesie beate Catherine virginis in Beriche, quia ipsa bona sunt comparata emptionis titulo rationabiliter per dominum Conradum prepositum eiusdem ecclesie ad usus sanctimonialium ibidem, recognoscentes ita pure propter Deum iam dictam ecclesiam in bonis prehabitis habere proprietatem perpetuo in his scriptis. Et ut hec scripta et proprietas a nobis facta a nullo nostrorum heredum in posterum infringatur, presentem litteram prefate ecclesie dedimus nostri sigilli munimine roboratam anno Domini M°.C°C.X°CVIII., in inventione sancte crucis.

Aus Kopiar I. fol. 7v und II. fol. 18 des Kl. Berich im Fürstl. Archiv in Arolsen.

2491.

Richter und Rathmänner von Salzkotten bekunden, dass ihr Mitbürger Heinrich gen. Comes, seine Gattin Hedwig und ihre Kinder Johann, Heinrich und Wilhelm auf einen dem Kl. Marienfeld gehörigen Hof verzichtet haben. 1298 Mai 4.

. . . Conradus quondam filius Walberti militis iudex in Saltkoten, Henricus dictus Regenhart magister civium, Hermannus Luderinc, Iohannes Buterman, Hermannus Dockenere, Conradus de Tudorp gener iudicis predicti, Rotgerus Medele, Bertoldus de Ostdinchusen, Elfridus, Godescalsus faber iunior, Ludolfus Kabel iunior, Iohannes dictus Speckt, Iohannes molendinarius, consules . . . Presentes: Volmarus de Brenken, Wilhardus de Vernede iunior, milites, Conradus et Iohannes fratres de Vernede, Conradus de Etlen.

Gedr. UB. III, 1610.

2492.

Ritter Hermann Spiegel von Desenberg bezeugt, dass zu den von ihm früher dem Kl. Hardehausen verkauften Gütern in Versede *auch die Schafstrift gehört. 1298 Mai 9.*

Nos Hermannus miles dictus Speculum de Desenberg tenore presencium publice protestamur, quod bona in villa Versede sita, que nunc religiosi viri dominus abbas et conventus in Hersuidehusen iuste possident, quorum ius et proprietatem alias transtulimus ad eosdem, speciali iure et gratia taliter sunt donata, ut predicti religiosi, videlicet abbas et conventus in Hersuidehusen, in eisdem bonis minacionem gregis ovium habere debeant cum effectu, que scilicet minacio, que vulgo dicitur scapdrift, a tempore, cuius non extat memoria, ad eadem bona pertinuit, contradictione qualibet amputata. Unde cum ad warandiam dictorum bonorum faciendam per nostras simus litteras obligati, rogamus singulos ac universos, ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit, quatinus intuitu Dei, nostre dilectionis et obsequii eisdem religiosis domino abbati et conventui nullam in dicta minacione molestiam irrogent vel gravamen, sed pocius promoveant et honorent. Datum anno Domini M°.C°C.X°CVII°I., septimo Ydus Maii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 334. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

2493.

Bodo Herr in Homburg, sein Bruder Heinrich sowie Rathsherrn der Stadt Oldendorf bekunden die Abgabenfreiheit eines Hofs in dieser Stadt. Homburg 1298 Mai 11.

Nos Bodo dominus de Homborch et Henricus frater noster necnon legitimi nostri heredes, nos quoque consules ac universitas civitatis Oldenthorpe ante Homborch omnibus scriptum istud visuris vel audituris notum esse volumus, quod curiam Brunonis de Rothenberch in civitate Oldenthorpe sitam ab omni debito, quo alie curie et domus civitatis eiusdem ipsi civitati tenentur obnoxie, liberam dimittimus et absolutam donamus, hanc donationem nostram perpetuam esse volentes. In huius donationis nostre recompensam dictus Bruno censum, quem habuit de stupa ante portam civitatis, ipsi civitati condonavit tali firmitate subnixa, quod nullus in posterum heredum suorum hanc condonationem suam infringere valeat aut presumat. In evidenciam et confirmationem premissorum scriptum istud confici fecimus et sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Testes huius rei sunt: dominus Henricus

de Wenethusen, dominus Wasmodus de Hastenbeke, milites, Arnoldus de Haverisvorde, Conradus de Luthardissen, Ernestus de Embere, famuli; burgenses quoque: Heynricus Bolo, Richardus Longus, Richardus de Holtisminne et alii quam plures milites, famuli atque burgenses. Datum Homborch, anno Domini M°.C°C. nonagesimo octavo, in dominica ante ascensionem Domini.

Or. im Kgl. St.-A. Hannover. An Pergamentstreifen Siegel Bodos von Homburg und Bruchstück des Stadtsiegels von Oldendorf. Reg. Dürre, Homburg Nr. 160 (Zeitschr. f. Niedersachsen, 1880).

2494.

Die Junker Brüder Berthold und Heinrich von Büren urkunden über die Beilegung eines Streites mit Kl. Hardehausen wegen gewisser Marken-Waldungen bei Bodene. *1298 Mai 17.*

Nos Bertoldus et Henricus fratres nobiles domicelli de Buren presencium declaramus serie litterarum, quod, licet curtis in villa Osteleren sita, que religiosis viris domino .. abbati et conventui in Hersuidehusen dinoscitur pertinere, in silvis markalibus ville in Bodene attinentibus plenum ius habuerit ab antiquo, tamen ex instinctu quorundam dictis abbati et conventui super eisdem silvis de facto, cum de iure non possemus, movimus questionem, postquam autem verborum ambagibus amputatis meram veritatem legitimis didicimus documentis, eidem questioni renunciavimus cum effectu decernentes, ut iidem abbas et conventus et eorum nomine dicta curtis in Eleren cum ceteris, qui dicuntur markenothen, plenum ius sine omni excepcione in prefatis silvis habeant et retineant in perpetuum libere et quiete, et quandocunque in dictis silvis lignorum sectio prohibetur, eadem curtis in Eleren cum aliis prohibicionem observare studeat institutam. Ac deinde cum eorundem lignorum fuerit distribucio facienda, dicta curtis in Eleren ea plane quantitate percipiet partem suam, qua nostra curtis in eadem villa Bodene sita vel alia curtis, que curti in Eleren precio equiperari poterit, est contenta. Insuper cum in predictis silvis manus Domini glandium dederit ubertatem, villicus, qui pro tempore dicte curtis in Eleren possessor exstiterit, in eas porcos suos eo numero pro pastu minare poterit expedite, quo nostre curtis predicte vel alius curtis villicus curti in Eleren equivalentis suos porcos fuerit minaturus. Notandum quoque, quod sepe dicta curtis in Eleren propter distinctionem sectionis lignorum numerumque porcorum, quam pro concordie bono fecimus specialem, a iure communi consuetudine et gratia, quibus ceteri, qui dicuntur erfexen, in dictis silvis utuntur, nequaquam excluditur nec ullo tempore excludetur; et sic non valet quorundam obiectio, qui dicunt, prelibatam curtem, cum extra marcam dicte ville in Bodene pertinentem iaceat, suo iure privandam, cum nostri predecessores huiusmodi factum non minus laudabiliter quam racionabiliter ordinarint, et quod valuit ab inicio, tractu temporis non debeat infirmari. Ut igitur, quod legitime actum est, immobile perseveret, et apud posteros memoria reviviscat, hoc scriptum nostri appensione sigilli, quo ambo contenti sumus, duximus muniendum. Testes aderant: Bernardus de Holthusen miles, Fridericus de Holtesminne, noster consanguineus, Reineko et Arnoldus fratres de Sinstorp, Hunoldus et Conradus de Andope et Henricus de Paderborne et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C°.X°C octavo, sexto decimo Kalendas Junii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Herrschaft Büren Nr. 14. An Pergamentstreifen angehängt Siegel Bertholds, wie Westf. Siegel I Tafel 36 Nr. 3. Bodene *eingegangen zwischen Husen, Atteln und Helmern am Sintfelde, wo eine Feldmark noch jetzt „am Bodener Kirchhof" heisst. (Spancken.) Zu* Elern *vgl. Ztschr. XXXVIII, 2, 137. Auszug gedr. Spilcker, UB. Nr. 262.*

2495.

Junker Berthold von Büren bekundet, dass zu den Gütern des Kl. Hardehausen in Versede *auch die Schafstrift gehört. 1298 Mai 17.*

Nos Bertoldus nobilis domicellus de Buren ad cun(c)torum noticiam cupimus pervenire, quod, cum quidam rei certitudinem ignorantes religiosos viros dominum abbatem et conventum in Hersuidehusen super minacione gregis ovium, que vulgo scapdrift dicitur, curti eorum in villa Versede pertinente

indebite molestarent, ipsi tandem cognita[1]) veritate ab huiusmodi molestacione penitus cessaverunt, unde, quia nostra interest, ut ea, que vidimus et audivimus, municione debita approbemus, protestando firmiter dicimus in hiis scriptis, quod dicta ovium minacio ad eanden curtim in Versedhe pertinuit ab antiquo et de iure debet in perpetuum pertinere. In cuius facti testimonium et perpetuam firmitatem nostrum sigillum presentibus est appensum. Testes aderant: Bernardus de Holthusen miles, Fridericus de Holtesminne, noster consanguineus, Reineke et Arnoldus fratres de Sinstorp, Hunoldus et Conradus de Andope et Henricus de Paderborne et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.X°C octavo, sexto decimo Kalendas Iunii.

[1]) *Or. wiederholt* cognita.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 335. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs dreieckiges Siegel des Ausstellers mit dem aufgerichteten Löwen. Vgl. Nr. 1779.

2496.

Bischof Otto von Paderborn bekundet Beilegung eines Besitzstreites der von Asseln mit Kl. Hardehausen. 1298 Mai 19.

Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus necnon prepositus, decanus, cantor et capitulum eiusdem ecclesie omnibus hoc scriptum visuris in Domino salutem et cognoscere veritatem. Cum religiosi viri abbas et conventus monasterii Hersuuedihusen de consensu et voluntate felicis recordationis venerabilis domini nostri Symonis Paderbornensis episcopi premortui et eiusdem ecclesie capituli pleno accedente consensu bona quedam, videlicet tres mansos et quatuordecim iugera sita in Aslen ab honesto viro et strennuo milite Helya de Aslen bone memorie pro quadraginta duabus marcis et dimidia marca denariorum Wartberg tunc legalium numerate pecunie cum omni iuris proprietate libera et quita ab omni pensione emptionis titulo compararunt, tandem post obitum dicti Helye militis Henricus et Amelungus filii sui asserebant, se nunquam interfuisse huiusmodi contractui nec consensisse nec eciam bona eadem resignasse. Quapropter abbas et conventus predicti cupientes quiete ac pacifice possidere bona huiusmodi et maxime pro redimendis vexacionibus quibuslibet et incommodis quandam transactionem seu compositionem amicabilem ordinarunt cum eisdem Henrico et Amelungo fratribus addentes ipsis decem et septem marcas cum dimidia marca denariorum Wartberg legalium, unde ipsi dicto contractui voluntarie consenserunt, dictam emptionem primitus per abbatem et conventum rite factam approbando, bona eadem et, quicquid in eis iuris habebant vel habere poterant, spontanei in manus nostras nostrique capituli libere resignantes, ita quod pensio de bonis eisdem debita de suis aliis bonis, que fuerant Bertoldi dicti Flaminch, solvatur et abbas et conventus prefati absque aliqua pensione bona eadem libere et absolute perpetuo possidebunt. In cuius facti memoriam nos episcopus et capitulum nostrum predicti sygilla nostra presentibus duximus apponenda. Nos eciam Hermannus dictus Dockenere, Gotfridus Pust, magistri consulum, Hermannus de Hobrachtessen, Regenhardus Talleman, iudices et consules civitatis Paderbornensis, qui presenti ordinationi aderamus, rogati sigillum civitatis nostre apponi fecimus huic scripto in testimonium premissorum. Actum et datum anno Domini M°.C°C.X°CVII°I., quarto decimo Kalendas Iunii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 336. An Pergamentstreifen 1) das zerbrochene ovale Siegel Ottos mit rückwärtigem Sekret; 2) u. 3) abgefallen. Vgl. unten zu 1298 Juli 5 Nr. 2504.

2497.

Detmar gen. Horn verkauft die „Ulenschrei" genannte Stelle an Stift Kemnade. 1298 Mai 23.

Ne ea, que fiunt in tempore, simul labantur cum lapsu temporis, expedit, ut literis pariter et testibus perhennentur. Hinc est, quod ego Dethmarus dictus Horn notum facio omnibus presentem literam audituris et visuris, quod quosdam agros sitos in villa quadam, que Langencampe nuncupatur, qui locus Ulenschrei dicitur, de consensu uxoris mee ac heredum aliorum vendidi domino Bartoldo

preposito Kaminatensi[1]), ordinis sancti Benedicti, ac ipsi conventui sanctimonialium monasterii memorati pro decem solidis agros antedictos, obligando eis unam meam curiam in villa Kaminatensi[1]) positam, si in predicta emptione agrorum a quoquam in posterum molestentur. In huius rei testimonium literam presentem dedi roboratam sigilli nostre civitatis Bodenwerder munimento. Testes autem sunt: The(o)doricus de Derspe et H. de Hallis, milites, et quam plures alii viri fide digni. Datum anno Domini M.CC°. nonagesimo octavo, feria sexta ante penthecosten.

[1]) Kaminacensi *Abschr.*

Aus Msc. VII, 5206 im Kgl. St.-A. Münster.

2498.

Knappe Reiner von Dalwigk verkauft 1/4 Zehnten in Gifflitz an Kl. Berich. 1298 Mai 30.

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Temporales successus gesta fidelium perimunt, que non affirmat vox testium vel stabilitas litterarum. Noverint igitur universi in Christo fideles, quod ego Reynherus[1]) famulus dictus de Dalewych[2]) cum consensu plenario meorum verorum heredum vendidi quartam partem decime mee in villa Gyffelze[3]) site ecclesie beate Catharine[4]) virginis in Beriche ad usus sanctimonialium ibidem pro quadraginta quinque marcis Corbiciensium denariorum legalium proprietario iure libere et perpetuo possidendam, promittens fide prestita ad hoc corporali, quod ipsam decimam proprietabo integraliter dicte ecclesie infra annum presentem et ipsam ecclesiam ab omni impugnatione, si quis eam ex parte huiusmodi decime, qui se forsitan diceret habere ius in ipsa, inquietaret vel addiceret, quod absit, indempnem penitus absolvendam. Preterea quocunque casu emergente, si ad premissa negligens et remissus fierem, ita videlicet, quod in proprietate prefate ecclesie facienda ex parte huius decime deficerem, dominus Wernerus[5]) de Swenesberch, Hinricus de Urphe et Thammo de Elhuhusen, milites, obligantes se ad hoc fideiussorie data fide me recompensandum iam dictam ecclesiam et orsatiam celebrandum ipsi aliis meis bonis hereditariis equevalentibus omnibus fructibus dicte decime ad usus in omni parte et ad fructus prefate ecclesie. Et hoc erit tunc arbitrio et consilio maturo domini Wernheri de Swenesberg et Hinrici de Urphe militum ordinandum. Ne ergo venditionem huiusmodi per me factam in posterum alicuius malignitatis ingenii infringat, dolositas et oblivio deleat, presens scriptum dedi sepe dicte ecclesie meo sigillo et sigillo predictorum militum roborandum. Nos vero Wernherus de Swenesberg, Hinricus de Urphe et Thammo milites recognoscimus ad instantiam ipsius Reynheri nostra sigilla presentibus appendisse. Actum et datum sub preposito Conrado in Beryche[6]), quondam cellerario in Graschaff, anno Domini M.CC.XCVIII., feria sexta infra octavam penthecostes Domini.

[1]) Reinherus *C.* [2]) Dalewich *C.* [3]) Giffelize *C.* [4]) Kath. *C.* [5]) Werherus *B, so immer.* [6]) Beriche *C.*

Aus Kopiar I fol. 1 (B) und II fol. 2 (C) des Kl. Berich im Fürstl. Waldeck. Archiv in Arolsen.

2499.

Die Junker Otto und Friedrich Brüder von Holzminden genehmigen den Vertrag (oben Nr. 2486) zwischen ihrem Verwandten Otto von Everstein und Kl. Hardehausen. 1298 Juni 1.

... Testes: dominus Iohannes plebanus in Volcmersen, Sifridus presbiter notarius noster, Ludolfus de Horehusen, Gotschalcus de Brobike, Albertus dictus Dickebeire (?) et Hermannus dictus Caluus, milites; preterea Arnoldus Rufus, Deitmarus de Mengerinchusen, Thidericus Bake et Gotschalcus Rufus pistoris, burgenses in Volcmersen.

Gedr. Spilcker, Everstein UB. Nr. 263 nach jetzt nicht auffindbarem Or.

2500.

Abt Heinrich von Corvey, die Pröpste von Corvey, Marsberg und Rode und der Corveyer Konvent ersuchen den Erzbischof Wicbold von Köln die Vormundschaft über Corvey zu übernehmen, sowie Zeit und Ort zu einer Zusammenkunft im Falle der Annahme zu bestimmen. Marsberg 1298 Juni 6.

Venerabili in Christo patri ac domino W(icboldo) sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, H(enricus) Dei gratia Corbeyensis ecclesie abbas, L(udolfus) abbas Browillere et prepositus Corbeyensis,

Flo(rentius) prior, B(ernhardus) camerarius, Cr(achto) cellerarius, H(ereboldus) prepositus Montis Martis, Fre(dericus) prepositus Novalis et totus eiusdem ecclesie Corbeyensis conventus orationes in Christo devotas. Noverit vestra sinceritas, quod, cum ecclesia nostra quondam ex vestrorum industria progenitorum multum pluries incrementum senserit et profectum, nos tum ex ipsorum favore, tum spe certa pleniorique fiducia, quod per vestram solummodo potentiam ecclesia nostra in statum ampliorem reformabitur, vos in tutorem nostre ecclesie sepe dicte eligendum duximus ad tempora vite vestre, dum tamen acceptetis tempus et locum, quo vobiscum conveniamus et mediantibus consiliis tam vestrorum quam nostrorum amicorum et fidelium et maxime domini L(udolfi) abbatis Browillere nostroque preposito, vestro fratre, pro vestro honore nostroque profectu dictum tuitionis negocium terminetur. Ut autem circa prescripta intentionem nostram certam videatis et firmam, presentem paginam sigillis nostris vobis dirigimus sigillatam. Datum Monte Martis, anno Domini M.CC°. nonagesimo octavo, feria sexta post festum trinitatis.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 369. Von den beiden Siegeln nur Bruchstück des Corveyer Kapitelssiegels erhalten. Erzbischof Wicbold und Abt Ludolf von Brauweiler stammten aus der Familie der Edelherren von Holte.

2501.

Heinrich von Itter und Berthold von Büren Z. bei Verkauf von Vogtei u. s. w. in Medebach an Erzbischof Wicbold von Köln. 1298 Juni 12.

Gedr. Lacomblet UB. II, 991.

2502.

Ritter Konrad Schultheiss verspricht die Veste Kogelnberg, durch Erzbischof Wicbold von Köln unter Zustimmung des Abts Heinrich von Corvey ihm übergeben, nach zwei Jahren dem Erzbischof zurückzugeben. 1298 Juni 14.

Universis presentes litteras inspecturis ego Conradus dictus Scultetus miles notum facio publice profitendo, quod, cum reverendus in Christo pater et dominus meus W(icboldus) sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus de voluntate et consensu venerabilium in Christo domini Henrici abbatis et conventus monasterii Corbeyensis me apud Cogelenberg ad biennium suum constituerit officiatum et castrum Cogelenberg fidei et fidelitati mee commiserit tenendum, custodiendum et conservandum, promisi et promitto fide prestita corporali, interposito iuramento, quod elapso biennio antedicto ipsum castrum eidem domino meo archiepiscopo deliberabo et assignabo ad omnem suam voluntatem. Quod si ipsum medio tempore decedere, quod absit, contingeret, predictum castrum successori suo et ecclesie vel abbati et ecclesie Corbeyensi, si pecunia exposita et exponenda occasione dicti castri et tutele intercepte per dictum dominum meum archiepiscopum fuerit sibi vel illi, cui voluerit et mandaverit, persoluta et refusa, deliberabo et assignabo tenendum et habendum secundum condiciones et conventiones inter eundem dominum archiepiscopum et eosdem abbatem et conventum initas et conscriptas, nec occasione dampnorum vel expensarum aliquarum nec ex aliqua causa nunc suborta, vel que suboriri poterit in futurum, dictum castrum potero aliqualiter retinere, quin ipsi domino meo archiepiscopo et ecclesie Coloniensi vel dictis domino abbati et ecclesie Corbeyensi, prout superius exprimitur, illud deliberem et assignem. Et ad maiorem securitatem premissorum ipsi domino meo archiepiscopo et ecclesie Coloniensi constituo fideiussores nobiles viros Henricum dominum de Ittere, Wernerum de Westerburg, Ra(ve)nonem dictum de Papenheim, Alexandrum de Escheberge, Gysonem de Brobike, Ulricum de Escheberge, milites, Gerhardum dictum Schultetum, Conradum dictum Scultetum, Deithardum de Norde et Hermannum dictum Marscalcum, qui fide prestita corporali in solidum promiserunt, quod, si in deliberatione et assignatione dicti castri negligens fuero vel remissus, una mecum oppidum Mersberg intrabunt personaliter ad iacendum, quousque castrum predictum archiepiscopo et ecclesie Coloniensi vel abbati et ecclesie Corbeyensi secundum condiciones superius expressas deliberatum fuerit et assignatum,

ipsi eciam domino meo archiepiscopo de dicto castro fideliter custodiendo sine dolo sub expensis, prout inter eundem dominum meum archiepiscopum et abbatem et conventum Corbeyensem actum est et condictum, fidelitatis prestiti iuramentum. In cuius rei testimonium atque fidem sigillum meum, quo uti consuevi, presentibus est appensum, et insuper sigilla venerabilis patris domini H(enrici) abbatis nec non dominorum Ludolfi prepositi et Bernardi camerarii ecclesie Corbeyensis in testimonium presentibus apponi rogavi. Et nos fideiussores prenominati omnes et singuli profitentes et recognoscentes nos promisisse et obligatos esse, prout est premissum, quia sigilla propria penes nos non habebamus, sub sigillis dicti Conradi principalis et dominorum abbatis, prepositi et camerarii predictorum nos astringimus ad observantiam premissorum. Acta sunt hec apud Montem Martis, sabbato proximo post festum beati Barnabe apostoli, presentibus dominis abbate, preposito et camerario predictis necnon honorabilibus viris dominis Henrico preposito, Theoderico decano, archidiaconis, Ernesto choriepiscopo et Wedekindo scolastico ecclesie Coloniensis ac nobilibus viris Hermanno domino de Lon, Theoderico domino de Volmesteyne, Iohanne de Plettenbracht marescalco Westfalie, Zobbone de Altena, Hermanno de Hademare, Alberto de Amelungishen, militibus, et Constantino de Lysolfkyrgen cive Coloniensi et pluribus aliis fide dignis. Et nos Henricus Dei gratia abbas, Ludolfus prepositus et B(ernhardus) camerarius ecclesie Corbeyensis prenominati protestamur nos sigilla nostra presentibus in testimonium appendisse. Datum apud Montem Martis, sabbato predicto anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 371. Von den vier an Pergamentstreifen angehängten Siegeln nur das des Ausstellers, Angelhaken, erhalten.

2503.

Äbtissin Irmgard von Herford, die infolge einer Provision des (verstorbenen) Erzbischofs Siegfried von Köln Anspruch auf die Abtei Essen gegenüber der zur Äbtissin erwählten Beatrix erhoben hatte, verzichtet in die Hände des Erzbischofs Wicbold von Köln auf alle Rechte und Ansprüche an die Abtei. Unter den Mitsieglern Erzbischof Wicbold. 1298 Juni 23.

Gedr. Tross, Westphalia III, 319 ff. Vgl. UB. V, 820.

2504.

Die Brüder Heinrich und Amelung von Asseln verzichten auf alle Ansprüche an die von ihrem Vater an Kl. Hardehausen verkauften Güter. 1298 Juli 5.

Nos Henricus et Amelungus fratres de Aslen presencium tenore publice protestamur, quod pie recordacionis pater noster, dominus Elyas[1]) bona quedam sita in Aslen, de quibus ad mensam venerabilis patris ac domini nostri Paderbornensis episcopi pensionem annuam solvere tenebatur, cum consensu eiusdem domini episcopi et capituli sui religiosis viris abbati et conventui in Hersuidehusen vendidit pro quadraginta duabus marcis et dimidia legalium denariorum pecunie numerate, que scilicet bona Henricus dictus Witte habuerat in cultura, quorum eciam pensionem bonorum[2]) pater noster predictus de voluntate prefati domini episcopi et capituli sui ac proprio arbitrio dare disposuit de aliis bonis suis, que quondam fuerant Bertoldi, qui dicebatur Flaminc[3]), ut videlicet abbas et conventus memorati possessionem ab eo emptam absque aliqua pensione absolute et libere possiderent, quam sane vendicionem pure factam pariter et pensionis translacionem in presencia testium infrascriptorum constituti accedente nostro benivolo consensu ratam habuimus atque gratam, cum nobis in eodem contractu nichil iuris vel gracie vendicare possemus. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem presens scriptum sigillo dominorum de Papenhem[4]), sigillum nobis adhuc proprium non habentibus, petivimus stabiliri. Nos vero fratres de Papenhem predicti ad utriusque partis rogatum nostrum sigillum, sicut dictum est, presentibus duximus apponendum. Testes aderant: Iohannes de Wellede, Henricus de Epehem, Herboldus de Meingodessen, milites, Raueno et Raueno de Papenhem, Iohannes Busse, Helwicus

Sculthetus, Iohannes de Brobike, Mathias de Epehem et Conradus frater suus famuli et alii fide digni. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo[5]), tercio nonas Iulii.

[1]) Elias *B.* [2]) bonorum pensionem *B.* [3]) Falmine *B.* [4]) Papenheym *B.* [5]) *B hat zuerst* nono; *der Schreiber wischte dieses aus und schrieb dann* octavo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 337. Dabei eine fast gleichzeitige Abschrift Perg. (B). Am Or. an Pergamentstreifen in grünem Wachs dreieckiges Siegel mit dem gekrönten Raben. Vgl. oben zu 1298 Mai 19 Nr. 2497.

2505.

Bischof Everhard von Münster genehmigt, dass die Pfarrer zu Wettringen und zu Ochtrup ihre Pfarreien tauschen. 1298 Juli 12.

Euerhardus Dei gratia Monasteriensis episcopus universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino sempiternam. Noveritis, quod ad nostram presentiam personaliter accedentes Theodericus dictus Strith sacerdos, pastor ecclesie in Wetheringen, nostre dyocesis, ad collationem venerabilis domine abbatisse secularis ecclesie in Heruorde spectantis, pro se ex una parte et Lubertus sacerdos, pastor ecclesie in Ochtorpe, eiusdem nostre dyocesis, ad collationem honorabilis viri prepositi ecclesie sancti[1]) Mauritii prope muros Monasterii pertinentis, pro se ex altera, nobis humiliter supplicarunt, ut permutationem, quam iidem pastores propter evidentem necessitatem, maiorem utilitatem et convenientiam personarum fecerunt de prefatis ecclesiis Wetheringen et Ochtorpe, de transferendo alterum eorum in alterius locum, videlicet Theodericum ad ecclesiam de Ochtorpe, et Lubertum ad ecclesiam de Wetheringen, ratam habere, admittere et consensum nostrum adhibere super hoc dignaremur. Nos petitionibus eorum Theoderici et Luberti gratiosius annuentes, consideratis necessitate, utilitate, convenientia et qualitate personarum, memoratam permutationem de dictis ecclesiis per eosdem Theodericum et Lubertum sic factam, consensu tamen patronorum dictarum ecclesiarum accedente, ratam habemus, admittimus et assensum nostrum super hoc plenius adhibemus, alterum ipsorum in locum alterius, ut superius dictum est, presentibus transferentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini M°.CC°. nonogesimo octavo, in crastino commemorationis beati Pauli apostoli.

[1]) sancte *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 93. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2506.

Herzog Heinrich von Braunschweig bestätigt der Peterskirche in Höxter ihre Güter. 1298 Juli 13.

Nos Dei gracia Hinricus dux in Brunsswick omnibus presens scriptum videntibus seu visuris notificamus tenore presencium protestando, quod bona Kosenhusen et Verdelsen pertinentia ad novam ecclesiam sancti Petri in Hoxaria libera et soluta dimisimus et dimittimus per presentes, quamquam occasione warre cum Huxariensibus habite ea aliquamdiu fecimus occupari, volentes deinceps dictam ecclesiam in bonis huiusmodi nullatenus impediri sed pocius ab omnibus nostri causa facere seu dimittere volentibus promoveri. In cuius rei testimonium et evidenciam presentem litteram cum nostri sigilli appensione dedimus communitam. Datum anno Domini M°.C°C.XCXII°I., in die Margarite virginis.

Nach dem Kopialbuch des Offizialatsgerichts zu Einbeck saec. XV. im Kgl. St.-A. Hannover V, 92 fol. 53v. Ueber die beiden hier genannten Orte vgl. Nr. 1660.

2507.

Werner und Hermann von Brakel resigniren zu Gunsten des Kl. Hardehausen in die Hände des Abts von Corvey alle ihre Ansprüche an Güter in Rimbeck. Warburg 1298 Juli 13.

Nos Wernherus et Hermannus dicti de Brakele presentium serie publice recongnoscimus et ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod in honorem Dei et intemerate matris sue Marie omne

ius, quod in bonis Rinbike sitis, que quondam Arnoldi Huckeri fuerant, habuimus, seu quod ad nos devolvi poterat, ad instantiam religiosorum virorum abbatis et conventus in Hersuidehusen et ob piam recordationem animarum nostrarum ab ipsis faciendam in manus honorabilis domini nostri abbatis Corbeyensis liberaliter resingnamus et omni iuri, quod in eisdem bonis nobis quocunque modo competere videbatur, libere et absolute renunciamus ad utilitatem et profectum dictorum abbatis et conventus concorditer transferentes. In cuius rei testimonium et memoriam ampliorem nos sigillum proprium non habentes sigillo avi nostri Hermanni dicti Speygel de Desenberg militis utimur ista vice. Testes autem sunt: Stephanus de Valkenberg, Iohannes de Scardenberg, Iohannes dictus Busse de Dalhim, milites, Hermannus dictus Speygel iunior, Ludolfus de Herse, Hermannus de Valkenberg, Iohannes de Martageshusen et alii quam plures fide dingni. Datum Wartberg, ipso die beate Margarete, anno Domini M°.C°C.X°CVII°I.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 338. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

2508.

Berthold von Brakel verzichtet ebenfalls auf die Güter in Rimbeck zu Gunsten des Kl. Hardehausen. 1298 Juli 14.

Ego Bertoldus filius Hermanni de Brakele militis premortui recognosco presencium per tenorem, quod cum Arnoldus dictus Hukere et filii sui videlicet Arnoldus Hermannus et Iohannes dimidietatem bonorum in villa Rimbike sitorum in manus nostras libere resignassent, preter quos scilicet Arnoldum et tres filios suos predictos nullus heredum ipsorum dicta bona a nobis recepit, in manus venerabilis domini Henrici Corbeiensis abbatis, a quo sepefata bona iure tenui pheodali, adhuc nullos habens liberos libere resignavi, renuncians omni actioni, si qua michi competere videretur ex eo, quod iam expressa bona non in persona propria propter erroneum terre statum, sed per litteras huiusmodi resignacionem effeci, cum eam eiusdem iuris, consuetudinis et efficacie reputem et protestor, ac si manualiter resignassem. Promitto eciam bona fide, quod, quandocunque copiam dicti domini abbatis habere potuero, prelibata bona liberaliter resignabo. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem meum sigillum duxi presentibus apponendum. Testes aderant: Albertus de Amelungessen iunior miles, Conradus de Istentorp, Euerhardus de Mengersen, Iohannes de Nihosen, Sifridus de Dalhem, Hermannus de Louene, famuli, Sigehardus dictus Rufus, unus de consulibus in Brakele et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.X°C octavo, pridie Idus Iulii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 339. An Pergamentstreifen in grünem Wachs das zerbrochene dreieckige Siegel des Ausstellers. Ein Theil der mit Balken belegten Pfähle erkennbar.

2509.

Hermann von Brakel bestätigt die von seinem Grossvater und Bruder ausgestellten Resignationsurkunden über die Güter in Rimbeck und verspricht s. Z. dieses zu wiederholen. 1298 Juli 14.

Noverint universi presencium inspectores, quod ego Hermannus filius domini Her(mannni) de Brakele militis premortui litteras per dominum Hermannum de Desenberg avum meum ex parte mei et Wernheri fratris mei datas super resignacione bonorum in Rimbike per nos facta gratas et ratas habeo et semper habebo, protestans, omnem continenciam dictarum litterarum de meo pleno et benivolo consensu plenarie processisse. Promitto eciam bona fide, quod, quandocunque copiam venerabilis domini Corbeiensis abbatis habere potuero, eadem bona, que per litteras supradictis resignavi, in manus ipsius domini abbatis liberaliter resignabo. In cuius ratihabicionis pariter et resignacionis munimen et perpetuam firmitatem presens scriptum sigillo Bertoldi fratris mei proprio adhuc carens sigillo pecii confirmari. Ego vero Bertoldus de Brakele predictus ad peticionem fratris mei Hermanni predicti meum sigillum duxi presentibus apponendum. Testes aderant: Bernardus de Istentorp, Godefridus de Erenwardessen, sacerdotes, Thidericus de Nedere, Bertoldus dictus Schuwe, milites, Iohannes de Driborch,

Fridericus et Henricus fratres de Immessen, Waltherus de Nathesungen et alii fide digni. Datum anno Domini Domini M°.C°C.X°C octavo, pridie Idus Iulii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 340. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

2510.

Die Junker Berthold und Heinrich Gebrüder von Büren verkaufen dem Ritter Gyso von Brobeck ihre Rechte an verschiedenen Gütern. 1298 Juli 26.

Nos Bertoldus et Hinricus fratres nobiles domicelli de Buren presencium declaramus serie scripturarum ac notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod nos cum matura deliberacione pro nobis ac Bertoldo, Iohanne, Bernhardo, filiis nostris, videlicet Bertoldi antedicti, nondum legittime etatis existentibus omniumque heredum et coheredum nostrorum vendidimus Gisoni militi dicto[1]) de Brobecke et Gisoni, Bertoldo, Iohanni, Conrado, Godeschalco de Brobecke, filiis antedicti Gisonis, omnibusque heredibus eorum pro octuaginta quinque marcis gravis monete dativorum denariorum omne ius nostrum, quod habuimus in advocatia, iudiciis, obventionibus, lucris et utilitatibus aliis universis, ac omnia bona nostra in villis Boclon, Verst et Sneuelde et extra villas cum hominibus cuiuscunque conditionis, comicia et attinenciis suis universis, transferentes in eosdem omnem proprietatem et dominium, resignantes eciam ipsis tanquam veris dominis predictarum villarum omne ius nostrum, quod nobis in illis et nostris heredibus competebat, absolute et libere possidendum. Contulimus eciam eisdem curiam nostram in Oistelren sitam, dictam de Friggehoff, cum septem mansis agrorum in agris, pratis, silvis, pascuis, novalibus exstantibus et futuris et cum iuribus suis universis. Ponentes et mittentes eosdem per presentes in actualem et realem possessionem predictorum bonorum, renunciantes eciam omni actioni, impeticioni sive iuribus quibuscunque, que nobis in prefatis villis venditis et curia collata competebant aut possent competere quomodolibet in futurum, promittentes data fide et iuramento stipulato[2]) eisdem de prefatis bonis singulis et omnibus iustam, veram stabilemque facere warandiam, ubicunque et quandocumque desuper fuerimus requisiti, hoc adicientes, quod omnia et singula bona sepe dicte curie ab omni onere et iure advocatie et ab omni servicio seu contributione debebunt perpetuo esse libera et soluta, ita quod nec cultores predicte curie sicut eciam antedictarum villarum pro tempore existentibus nobis aut heredibus nostris seu alicui alteri ad prestandum aliqua servicia preterquam predictis G(isoni) cum filiis et heredibus suis sive eciam, ad quem vel quos hoc presens decretum regulariter de scitu eorum et voluntate fuerit devolutum sive translatum, erit astrictus vel quomodolibet obligatus. Verum quia nos speciali sepe dictis Gisoni cum filiis et heredibus suis inclinati favore decrevimus, quod, quando reempcio antedictarum villarum, que nobis et heredibus nostris, quando nobis oportunum id fuerit, pro eadem summa superius expressa eisdemque plene et integraliter soluta, videlicet octuaginta quinque marcis, a sepe dictis emptoribus gratiose concessa est, facta fuerit, permittimus eis, quod totam villam Sneuelde cum omni iure suo superius expresso et curiam liberam in Oistelren eque cum iure suo sine aliqua recompensacione vel pecunie seu cuiuscunque questus habeant et possideant, sub hoc tamen pacto, quod ipsi et heredes eorum villam predictam Sneuelde ex tunc a nobili Ottone de Waldecke et heredibus suis, curiam vero a nobis heredibusque nostris pro tempore existentibus in pheodo recipere perpetuo debebunt. Ut igitur, quod legittime actum est, immobile perseveret, hoc scriptum nostri appensione sigilli, quo ambo contenti sumus, duximus muniendum. Testes aderant: Bernardus de Holthusen miles, Fredericus de Holtesminne noster consanguineus, Arnoldus de Sinstorp, Hunoldus et Conradus de Andope, Hinricus Paderborn, milites, Godeschalcus de Padborch, Bernhardus de Dorselo, Godeschalcus Molhusen et Iohannes de Neder et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C°.XC° octavo, septimo Kalendas Augusti.

[1]) dicti *Or.* [2]) stipulata *Or.*

Wahrscheinlich Fälschung, wohl mit den andern Dalheimer Urkundenfälschungen zusammenhängend, im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Dalheim Nr. 40. An Pergamentstreifen echtes, wohl später eingelegtes Bürensches Siegel. Gedr. Wigand Archiv III, 2, 180.

2511.

Graf Otto von Waldeck verspricht dem Bischof (Otto) von Paderborn Waffenruhe auf zwei Jahre mit Ausnahme des Falls, dass der Bischof die Grafen von der Mark und Arnsberg oder den Edelherrn zur Lippe angreife. Paderborn 1298 August 13.

Nos Otto comes de Waldegge tenore presencium publice protestamur, quod nos nostrique veri heredes venerabilem patrem dominum episcopum Paderbornensem, ecclesiam suam et dyocesim super nullis articulis seu causis impetere seu eisdem super aliquibus questionem movere debemus a festo assumptionis beate Marie virginis ad spacium duorum immediate subsequentium annorum, nec ipsi domino episcopo Paderbornensi predicto seu ecclesie sue opponere nos, nec alicui contra ipsos auxilium aliquid impendere seu assistere infra annos predictos debebimus quoquomodo, nisi idem dominus Paderbornensis episcopus Euerhardo de Marca et Lodewico de Arnesberg comitibus ac Symoni domino Lyppensi viris nobilibus violenciam ac manifestam iniuriam irrogaverit et hoc constiterit evidenter, extunc ipsis iuvando assistemus, prout melius possumus et valemus. Ceterum si aliquid inter dictum dominum episcopum, ecclesiam suam et dyocesim memoratos ac nos ac castellanos utriusque nostrum infra sepe dictum annorum tempus emergi contingerit, ad sedandum hoc, videlicet, ut alter alteri faciat, quod rationis et iuris fuerit, inter nos quatuor milites eligemus. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro et nobilis viri domini Symonis de Lippia sigillis exstitit roboratum. Datum Paderborne, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo octavo, ipso die beati Ypoliti martiris.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 355. Von den an Pergamentstreifen angehängt gewesenen Siegeln noch an erster Stelle das grosse runde des Ausstellers in gelbem Wachs, Ritter mit Schwert, Helm und Schild, worauf achtstrahliger Stern und Rücksiegel mit Sternschild noch vorhanden. Gedr. Wigand, Archiv VII, 168. Reg. Lipp. Regg. I, 280 Nr. 462.

2512.

Graf Otto von Waldeck verzichtet mit seiner Frau und Mutter auf alle Ansprüche, die er an der vom Bischof Otto von Paderborn erbauten Burg Blankenrode haben könnte. Paderborn 1298 August 13.

Nos Otto comes de Waldegge tenore presentium publice protestamur, quod discordia sive dissensio inter reverendum dominum nostrum, dominum Ottonem episcopum Paderbornensem[1]), ecclesiam suam et dyocesim ex una, et nos ex parte altera, occasione edificii Blankenrode suborta, in hunc modum et sub hac forma amicabiliter et totaliter est sedata, videlicet quod nos, Sophia uxor nostra legitima ac heredes nostri legitimi de communi consensu ac libera voluntate ab omni impetitione et iure, quod in situ edificii predicti tam in castro quam in opido, et si quid iuris in ipsa marka habuimus, in qua ipsum edificium erectum est, cum agris cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, nemoribus, aquis, aquarum decursibus, viis et inviis ac aliis quibuscumque ad ipsam markam, antequam ibidem structura erigeretur, pertinentibus, prorsus et totaliter nos avertimus et recedimus et omni impetitioni et iuri, quod in hiis habere videbamur et poteramus, renunciamus in perpetuum. Et ut huiusmodi compositionis ordinatio per nos seu heredes nostros infringi non valeat neque possit, presens scriptum nostro et uxoris nostre, nobilium virorum Adolfi comitis de Swalenberg ac domini Symonis de Lippia sigillis exstitit roboratum. Et nos comes de Swalenberg et nobilis de Lippia predicti a partibus hincinde rogati huic scripto sigilla nostra apposuimus in testimonium et memoriam predictorum. Datum Paderborne, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo VII°I., in die Ypoliti martiris. Et nos Sophia comitissa in Waldegge, quia sigillum non habemus, sigillo nobilis domine Mechillis, matris domini nostri comitis predicti, usa[2]) sumus.

[1]) dominum Paderbornensem episcopum *B.* [2]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 354 in zwei Ausfertigungen. Die eine (A) hat an Pergamentstreifen nur noch Fragmente zweier Siegel; die andere (B) hat Mechildis matris nostre *statt* uxoris nostre *und es fehlt hier der Schlusssatz. An dieser Ausfertigung noch das Siegel des*

Grafen Otto und ein Bruchstück des Siegels der Gräfin Mathilde erhalten. Gedr. Wenck, Hess. Landesgesch. III, UB. Nr. 201. Vgl. Varnhagen, Grundlage S. 342. Reg. Lipp. Regg. I, 280 Nr. 463. Blankenrode *eine im 15. Jh. verwüstete Stadt zwischen Marsberg und Kleinenberg.*

2513.

Ritter Rudolf von der Lippe verzichtet auf alle Ansprüche an das ihm vom Edelherrn Simon zur Lippe früher übertragene Gut bei Ascheberg. 1298 August 16.

Gedr. UB. III, 1605 mit irrigem Datum. Vgl. oben zu 1295 Nr. 2378 und 1297 November 7 Nr. 2453.

2514.

Graf Ludolf von Dassel resignirt dem Erzbischofe von Mainz zur Uebergabe an Kl. Amelunxborn die Hälfte des Zehnten in Ratgodessen. *Nienover 1298 August 25.*

Nos Ludolfus Dei gratia comes de Dasle scripto presenti recognoscimus publice protestando, quod dimidiam decimam ville Ratgodessen [1]) domina Elizabet Conradi de Wenthosen relicta de pleno consensu et assensu heredum suorum Henrici et Arnoldi filiorum, Elizabet et Hildeburgis filiarum suarum, quam a nobis in feodo tenuerat, domino . . abbati et conventui monasterii Amelungesbornensis cum omni sua utilitate iusto emptionis tytulo rationabiliter pro duodecim marcis examinati argenti vendidit perpetuo possidendam ad manus nostras cum omni iure, quo eam cum filiis suis et filiabus rite possederat et a nobis receperat libere resignatam et integraliter ea conditione, ut transiret et perveniret in liberam possessionem dicti monasterii libere possidenda. Nos eadem conditione eam resignavimus receptis duodecim solidis gravium denariorum ad manus venerabilis in Christo domini . . archiepiscopi Maguntinensis cum omni iure, quod in ea hactenus ab eadem ecclesia Maguntinensi noscimur habuisse. Ipse vero dominus archiepiscopus post resignationem nostram supradictorum prefatam dimidiam decimam secundum conditionem resignationum predictorum[2]) et secundum tenorem litterarum suarum datarum super libertate possidenda eidem monasterio libertavit. Huic emptioni ac nostre et supradictorum resignationi testes aderant: frater[3]) Giso camerarius, frater Iohannes dictus de Rivo eiusdem monasterii yconimus, Ludegerus de Bardeleve, Reinherus de Vornholte, Henricus de Wenthosen, Henricus Ztube, Erpo Reboc, milites et alii quam plures fide digni. In horum igitur omnium testimonium cum consensu filiorum nostrorum Symonis et Conradi sigillis nostris scilicet nostri et filii nostri Symonis, quia filius noster Conradus sigillo caret et nostris contentus est, firmavimus presens scriptum. Datum Nigenovere, anno Domini millesimo CC°.XC°VIII°., in crastino beati Bartolomei apostoli.

[1]) *Folgt* a *im Or.* [2]) *So Or.* [3]) *Von anderer Hand übergeschrieben.*

Or. im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchive zu Wolfenbüttel (Abth. Amelunxborn). Beide an Pergamentstreifen befestigt gewesenen Siegel sind abgefallen.

2515.

König Albrecht bestätigt die auf Erzbischof Wicbold von Köln gefallene Wahl als Schutzherrn von Corvey. Köln 1298 August 28.

Albertus Dei gratia Romanorum rex semper augustus venerabili Wicboldo Coloniensi archiepiscopo, principi suo karissimo, gratiam suam et omne bonum. Tutelam monasterii Corbiensis, ordinis sancti Benedicti, Paderburnensis dyocesis, per te ex electione concordi per viros honorabiles Henricum abbatem totumque conventum ipsius monasterii de persona tua facta in tutorem eiusdem monasterii ad vitam tuam interceptam eo, quia ipsum monasterium, cuius profectum et commodum tamquam monasterii in temporalibus ex institutione divorum imperatorum et regum Romanorum, nostrum predecessorum, fundatorum ipsius, nobis immediate subiecti, nostra amplectitur regia celsitudo, enormiter in bonis et iuribus suis propter defensionis defectum lesum, per tue circumspectionis et tuitionis industriam poterit feliciter reformari: sub omni ea forma, qua ad tutelam huius modies assumptus, ratam et gratam tamquam immediatus in temporalibus superior habentes et gerentes ipsam auctoritate regia confirmamus, universis

ministerialibus, vasallis, fidelibus et hominibus prefati monasterii seu abbatis et conventus ibidem dantes presentibus in mandatis firmiter iniungendo eisdem, ut tibi in omnibus obediant, respondeant et intendant fidelitatisque homagium ad vitam tuam tibi prestent tanquam eiusdem monasterii defensori legitimo et tutori. In cuius rei testimonium presentes litteras nostre maiestatis sigillo tibi tradimus communitas. Datum Colonie, V. Kalendas Septembris, anno Domini M.CC. nonagesimo octavo, regni vero nostri anno primo.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 378. Majestätssiegel Albrechts an rothseidener Schnur.

2516.

Die Edelherrn Berthold von Büren und Heinrich von Itter u. a. Zeugen bei Ueberlassung des castrum Aldenuels *(bei Brilon) an die Brüder Stephan und Konrad von Horhusen seitens des Erzbischofs Wicbold von Köln. 1298 September 5.*

Gedr. Lacomblet, UB. II, 1007.

2517.

Graf Heinrich d. j. von Schwalenberg bestätigt eine Schenkung seines Vaters. 1298 September 20.

Henricus iuvenis comes de Sualenberch universis presentia visuris salutem in salutis auctore. Quia pater noster dilectus bona in Derborne proprietavit ecclesie in Beringhosen, Dei intuitu huic proprietationi consensum benivolum duximus adhibere, id ipsum presentibus protestantes. Ne autem hoc oblivio deleat, hanc in huius testimonium rei scribere fecimus litteram. Anno Domini M°.C°C.X°CV°III., in vigilia beati Mathei apostoli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Corvey Nr. 115. Derborn oder Derenborn, noch heute übliche Ortsbezeichnung für das aber gewöhnlich „die Spitze" genannte königl. Forsthaus oberhalb zwischen Ottbergen und Bosseborn. Vgl. Asseb. UB. I, 483, 484 u. 485 oben Nr. 2373, 2374 und 2376.

2518.

Der Herforder Bürger Johann Tribus kauft eine Rente aus dem Hause des Johannes Boc. 1298 September 20.

Universis presentia visuris vel audituris .. consules Heruordenses perhennem rei geste noticiam. Acta modernorum idcirco privilegiis roborantur, ne, ut quandoque fieri solet, a posteris maliciose valeant irritari. Noverint igitur universi, tam posteri quam presentes, quod Iohannes dictus Tribus, concivis noster, sibi et .. uxori sue universisque heredibus eorundem censum quinque solidorum denariorum pro tempore legalium a Iohanne dicto Boc et .. uxore sua cum consensu et voluntate filiorum suorum Henrici, Iohannis, Arnoldi, Thiderici et Gerhardi, filiarum suarum Gertrudis et Elysabeth ac omnium heredum suorum in domo sive area Lippoldi sutoris iure hereditario possidendum nobis videntibus et audientibus emptionis titulo rationabiliter comparavit. Cuius census dimidietas in festo pasche, residua pars in festo beati Michahelis predicto Iohanni, vel suis prefatis .. heredibus a dicto Lippoldo, vel ab illo, qui supradictam domum vel aream pro tempore inhabitaverit, annis singulis persolvetur. In cuius rei testimonium evidens sigillum nostre civitatis presentibus est appensum. Acta sunt hec publice coram nobis videlicet: Iohanne de Rodewic, Gerhardo de Libbere, tunc magistris civium, Hermanno Cretel, Hartmanno de Foro, Henrico de Borchbeke, Andrea Frisone, Arnoldo de Edessen, Thiderico Ruffo, Bertoldo Somer, Iohanne Peperkorn et Alberto de Halen, consulibus illius anni Heruordensibus antedictis. Anno Domini M°.C°C.X°CVIII°., in vigilia beati Mathei apostoli et ewangeliste.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 94. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2519.

Edelherr Simon zur Lippe gibt dem Arnold Grotevigent das ihm von demselben überlassene Gut in Langeneke *zurück. 1298 September 29.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Geseke Nr. 26.

2520.

Graf Ludolf von Dassel bezeugt mit seinen Söhnen Simon und Konrad, dass das Kl. Brenkhausen an Albert und Otto von Nienover 2 Mark Entschädigung für ihre Lehnsrechte an gewissen dem Kloster verkauften Gütern gezahlt habe, nachdem deren Vater Otto früher schon mit $1^1/_2$ Mark entschädigt worden sei. 1298 November 6.

Nos Ludolfus comes de Dasle, Symon et Conradus nostri filii, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in omnium salutari. Tenore presentium puplice protestamur, quod sacrosancte virgines, sponse Ihesu Christi moniales in Berinchusen, emerunt ab Alberto et Ottone fratribus dictis de Nygenovere pro duabus marcis gravium denariorum omne ius feodale, quod in decem et septem iugeribus habuerunt, quod prius ab avo eorum, strennuo milite domino Ottone de Nygenovere emerant pro una et dimidia marca gravis monete. Nam dicti fratres omni iure cum filio Alberti Ottone iuniori tanquam prole successore renunciaverunt ita, quod iam dicta bona prefate moniales sine qualibet inpetitione iure hereditario deinceps possidebunt. Ne autem pretaxatis monialibus aliquod gravamen inde possit in posterum evenire, et ut hec rata et inconvulsa permaneant, presens scriptum nostro et dictorum fratrum sigillo fecimus communiri. Acta sunt hec coram nostra nostrorumque filiorum presentia, anno Domini M°.C°C. nonagesimo octavo, feria quinta ante festum beati Martini episcopi et confessoris, astantibus testibus, scilicet domino Iohanne[1]) nostro plebano.

[1]) Iohanni *Or.*

Or. des Kl. Brenkhauser Archivs in Fürstl. Kammer zu Corvey. Beide Siegel von den Pergamentstreifen ab. Gedr. Ztschr. VIII, 124 mit Nov. 7. Da das Or. keine Lücke aufweist, so scheinen weitere Zeugen ausser dem Pfarrer nicht vorhanden gewesen zu sein.

2521.

Ludolf von Siddessen verspricht wegen des dem Kl. Gehrden zustehenden Hofs in Siddessen keine Ansprüche erheben zu wollen. 1298 November 9.

Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, poni solent in lingua testium vel scripture memoria perennari. Noverint igitur universi presentium inspectores seu auditores, quod nos Ludolfus de Siddessen una cum fratre meo Gerlaco promittimus fide data, quod de cetero curiam Syddessen, que spectat ad claustrum, quod dicitur Gerden, ex quo emendam condignam a preposito Conrado eiusdem claustri Gerden recepimus super incusatis aliquo impedimento nolumus infestare. Preterea nos Ludolfus et Gerlacus fratres antedicti fide data promittimus, quod omnes nostri heredes in aliquo non debent impetere curiam Siddessen prenotatam. Ne igitur hoc factum oblivio ingenii deleat, nos dominus Otto de Boventhen, dominus Hermannus de Hardenberch, dominus Bertoldus de Adelevessen, milites, Heidenricus Strurz de Gladebeke famulus presens scriptum impressione nostrorum sigillorum firmavimus munimento. Testes huius eciam facti sunt: dominus Bodo de Adelevessen, Ludegerus de Besekendorpes, milites, Detmarus de Adelevessen, Gunterus de Boventhem, Hermannus Sagittarius, Albertus de Wolbrechteshusen, Arnoldus de Steyne, famuli et alii quam plures fide digni. Datum apud silvam[1]), que dicitur Riskenowe, anno Domini M°.CC°.XCVIII°., dominica proxima ante festum beati Martini.

[1]) Sibiam *Kopiar.*

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 32 D 28. Ein Dorf Rischenau liegt heute an der Strasse von Höxter nach Lügde, von Siddessen weit ab. Unter den Zeugen befinden sich aber solche, wie Hardenberg, Boventzen, Aldelebsen, deren Wohnsitze am rechten Weserufer liegen, die sonst nur in Paderborner Urkk. als Corveyer Vasallen vorkommen, so dass um ihrer Anwesenheit willen ein von Gehrden und Siddessen ferner abliegender Datirungsort annehmbar erscheint.

2522.

Graf Otto von Ravensberg schenkt ihm resignirte Häuser dem Marienstift in Bielefeld. 1298 November 19.

Nos Otto comes de Rauensberch universis presentes litteras videntibus vel audientibus notum facimus publice protestando, quod, postquam Iohannes de Hauechorst bona sua in Hauechorst, videlicet quatuor domos et unam casam cum omnibus attinenciis suis scilicet pratis, pascuis, campis, silvis, nemoribus, aquis, piscinis, viis et inviis magistro Syntramo tunc temporis nostro notario et domine Iutte quondam nostre pedisseque vendicarat pro certa pecunie summa et ipsam pecuniam receperat, idem Iohannes et uxor sua cum heredibus eorum in nostra presencia constituti in cymiterio[1]) nove ecclesie Bileueldensis dicta bona, quorum proprietas ad nos spectabat, in manus nostras voluntarie resignarunt, renunciantes omni iuri, quod in bonis habuerant memoratis. Et nos extunc Sintramo et Iuta[2]) predictis rogantibus ob remedium anime nostre dictorum bonorum proprietatem ecclesie beate virginis in novo opido nostro Bileueldensi cum consensu domine comitisse, coniugis nostre et heredum nostrorum donavimus et assignavimus libere et absolute perpetuo possidendam. In cuius rei testimonium nostro et domine ipsius comitisse et domini Ottonis filii nostri sigillis presentes litteras fecimus roborari. Actum et datum in vigilia beati Martini episcopi, anno Domini M°.C°C°. nonagesimo VIII°., presentibus pluribus fide dignis.

[1]) symiterio *Or.* [2]) Iute *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift in Bielefeld Nr. 8. Vom Pergamentstreifen das erste Siegel abgefallen; an zweiter Stelle das Reitersiegel der Gräfin; das dritte abgefallen.

2523.

Mehrere Benediktineräbte, darunter Albert von Abdinghof bestätigen den Beschluss des Liesborner Konventes, der, um gegen den Andrang der Adligen zu wirken, die Zahl der Präbenden auf 22, der Knabenpräbenden auf 6 festsetzt. 1298 November 11—18.

Gedr. UB. III, 1622.

2524.

Edelherr Simon zur Lippe bekundet, dass seine Bürger in Lemgo dasselbe Recht haben wie die Bürger zu Lippstadt. 1298 November 21.

Nos Simon nobilis dominus de Lippia omnibus presentia visuris vel audituris volumus esse notum, quod nos et nostri coheredes recognoscimus opidanos nostros in Lemego habere tale ius, quale habent opidani Lippenses. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in vigilia beate Cecilie[1]) virginis, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo.

[1]) Cicilie *Kop.*

Aus Cop. Lemgov. S. 34 im Fürstl. Archiv zu Detmold. Reg. Lipp. Regg. 1 Nr. 463a.

2525.

Die Grafen Adolf und Albert von Schwalenberg stellen wegen Ueberlassung eines Hofes in Snesle *an Kl. Amelunxborn noch eine Urkunde aus, welche mit der vom 27. März 1295 (Nr. 2328) im Wesentlichen übereinstimmt. Schwalenberg 1298 November 30.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Nos Adolfus et Albertus fratres Dei gratia comites de Swalenberge universis Christi fidelibus in perpetuum. Notum esse volumus presentibus et futuris, quod, cum Arnoldus dictus de Embere burgensis de Hamelen et sua uxor Mechthildis pro anime sue ac parentum suorum animarum salute, quam a nobis in pheodo tenuerunt, curiam in villa Snesle, que vulgariter dicitur Borchof, cum quatuor mansis et suis pertinentiis in aquis, pascuis, in agris, silvis, cultis et incultis et cum omnibus iuribus viris religiosis abbati et conventui monasterii Amelungesbornensis liberaliter donavissent, nos itaque supradicti comites de libera voluntate et consensu heredum nostrorum

omnium scilicet fratris nostri prepositi Guntheri et ecclesie Magdeburgensis canonici et abbatissarum videlicet domine Conegundis abbatisse in Valkenhaghen, domine Ermegardis abbatisse in Herisia, domine Mechthildis abbatisse in Molembeke, sororum nostrarum, nec non et cum consensu heredum nostri comitis Adolfi videlicet coniugis nostre Iutte et filiorum nostrorum Guntheri et Henrici, Sophie, Iutte, Conegundis filiarum nostrarum nec non et cum consensu heredum nostri comitis Alberti videlicet coniugis nostre Iutte et filiorum nostrorum Henrici, Guntheri, Alberti, Lutgardis et Iutte filiarum nostrarum, prefatam curiam in villa Snesle nobis ob hanc causam resignatam, ut ipsam cum omnibus suis pertinentiis et proprietate monasterio Amelungsbornensi perpetuo iure donaremus receptis octo marcis gravium denariorum, eadem bona libertavimus et proprietavimus eidem monasterio iam dicto conferentes et donantes ipsi, quidquid iuris in huiusmodi bonis habuimus, libere et perpetuo possidendum. Insuper ne in posterum in hac donatione nostra aliquam controversiam oriri contingat, nos predicti comites Adolfus et Albertus et prepositus Guntherus frater noster et Henricus filius nostri comitis Alberti fratri Iohanni dicto de Rivo, fratri Henrico de Voltessen infirmario supradicti monasterii monachis et fratri Alberto magistro in Huxaria ad manum claustri sepe dicti fide data promisimus, nos eidem monasterio in prelibatis bonis certam warandiam prestituros et ab omni impetitione, que ex parte heredum nostrorum omnium oriri poterit, tempore et loco, ubi necessarium fuerit, erepturos. Testes, qui aderant: dominus Henricus de Lemego in monasterio monachus, dominus Conradus eiusdem nostre civitatis plebanus, Iordanus capellanus noster, omnes tres sacerdotes, Theodoricus de Eckerste, Lippoldus Holtgreve, milites, Geroldus de Eremwordessen, Arnoldus filius Theodorici de Eckerste, Lambertus et Iohannes fratres filii Lippoldi Holtgreven pretacti, famuli et alii quam plures fide digni. Ut igitur tam ipsorum Arnoldi et Mechthildis donatio quam nostra libertatio rata et inconvulsa permaneat, presens scriptum nostris sigillis, fratris nostri prepositi Guntheri supradicti, filii nostri comitis Alberti videlicet Henrici, sororum nostrarum, videlicet domine Ermegardis abbatisse in Herisia, domine Mechthildis abbatisse in Molembeke, domine Conegundis abbatisse in Valkenhaghen nec non comitis Conradi de Pyrmont soceri nostri sigillis ad certitudinem firmiorem duximus roborandum. Datum in castro Swalenberghe, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, in die beati Andree apostoli.

Or. im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel. Von den 8 angehängt gewesenen Siegeln sind nur noch drei vorhanden. Regest und unvollständige Zeugenreihe bei Grupen, Orig. Pyrm. p. 110. Reg. Meinardus, UB. des Stifts und der Stadt Hameln Nr. 129.

2526.

Die Rathsherrn der Stadt Nieheim bekunden, dass zwei ihrer Mitbürger das Kl. Hardehausen von allen Ansprüchen an Äcker bei Sattessen freigesprochen haben. 1298 Dezember 13.

Nos Conradus de Hobrachtessen, Iohannes de Merlehosen ceterique consules civitatis Nyhem presentibus protestamur, quod constituti coram nobis Albertus Gladiator et Hildebrandus filius suus, concives nostri, viros religiosos abbatem de Herswedehusen et conventum suum de omni incusacione, quam ad ipsos habere videbantur super quibusdam agris apud curiam Zattessen, quitos et solutos favorabiliter dimiserunt. Id ipsum faciet Bertoldus scolaris dicti Al(berti) Gladiatoris filius statim, cum de studio venerit, pro quo predicti Al(bertus) Gladiator et Hildebrandus suus filius promiserunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.C°C.X°CVI°II., in die beate Lucie virginis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 341. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Reg. Zeitschr. XXXI, 2, 82.

2527.

Ritter Johann von Kalenberg übergibt das Eigenthum über die Hälfte zweier Hufen bei Wormeln dem dortigen Kloster. 1298 Dezember 14.

Nos Iohannes de Kalenberge miles presentium tenore publice recongnoscimus et universis presentia visuris et audituris cupimus fore notum, quod de libero consensu et bona voluntate Hermanni filii nostri aliorumque omnium heredum nostrorum dimidietatem duorum mansorum, qui dicuntur Howarde apud Wormelon, quos vidua dicta Snaveteleste a nobis in pheodo habuit, a iure pheodi liberam facimus et proprietatem sive dominium super dimidietate eorundem mansorum cenobio et conventui sanctimonialium in Wormelon divine remunerationis intuitu damus et liberaliter assignamus, ipsam quoque dimidietatem dictorum mansorum eidem conventui assignatam propriam proclamamus. Promittentes una cum Hermanno filio nostro predicto et ipse nobiscum fide prestita corporali eidem conventui super premissa proprietate et ratione iuris hereditarii plenam facere warandiam, promittimus insuper eidem conventui sepe dicto cum eodem filio nostro et ipse nichilominus nobiscum simili fide, quod, cum dictus conventus proprietatem dictorum mansorum a maioribus dominis, a quibus nos ipsos mansos in pheodo habuimus, optinere seu comparare potuerint, nos extunc coram eisdem dominis pheodi, quidquid iuris seu dominii in ipsis mansis habuimus, debemus sine contradictione qualibet resignare. Testes autem huius sunt: Iohannes dictus Pigus sacerdos, Ludolfus de Osdagessen miles, Iohannes Guychterus, Rodolfus frater suus, Bernhardus de Rosbike, Hudo de Ostheym, Iohannes dictus Beyrkule, famuli; Iohannes Stolto senior, Hermannus de Dusele, Hartmannus de Dalheim, Iohannes de Listingen, Iohannes de Huxaria, Gerhardus de Holte, Iohannes Brunwardi et alii quam plures fide digni. Ut autem rata permaneant omnia et singula premissa, presenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno gracie M°.CC°.XC°VIII., in crastino Lucie virginis.

Or. im Pfarrarchiv zu Wormeln. An Pergamentstreifen dreieckiges Siegel Iohanns, Beschreibung oben zu 1293 März 5.

2528.

Die Rathmänner in Lübbecke bekunden, dass Hermann von Borbeck auf seine Rechte an dem Zehnten in Milse zu Gunsten der Kirche in Schildesche verzichtet hat. Lübbecke 1298 Dezember 14.

Nos Iohannes miles de Haldestorp et Hermannus de Borbec, Ysac, Iohannes Rade, Iohannes Goleroc, Bernardus de Hustede, Arnoldus Wegel, Albertus Hellusen, consules in Lubbeke, recognoscimus et presentibus protestamur, quod constitutus in presentia nostra Hermannus dictus de Borbec publice [1]) recongnovit, quod ipse de consensu Henrici fratris sui dicti Heren ac omnium heredum suorum voluntario accedente consensu omne ius, quod [2]) ipsi ac heredibus suis supradictis in decima in Vulse competebat, in ecclesiam in Schilsen, Paderbornensi(s) dyocesis [3]), transtulit nichil iuris servans sibi ac suis heredibus in eadem. Recongnovit eciam idem Hermannus, quod ipse eandem decimam in Vulsen venerabili patri ac domino Paderbornensi(s) ecclesie episcopo, a quo eandem decimam actenus in feodo habuit, resignare tenebitur, quandocunque a canonicis predicte ecclesie fuerit requisitus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum in Lubbeke, anno Domini M.°C°C. nonagesimo VII°I., in crastino Lucie.

[1]) puplice *Or.* [2]) quot *Or.* [3]) dyoscesis *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Schildesche Nr. 34a. An Pergamentstreifen das Siegel der Stadt Lübbecke ziemlich gut erhalten, eine Mauer mit kleinen Zinnenthürmchen, im Thor Figur eines Bischofs mit Stab und erhobener Rechten, ober der Mauer dreieckiger Schild mit fünfstrahligem Stern, wie Westfäl. Siegel II Taf. 74 Nr. 3. Auf der Rückseite Mylse.

2529.

Ritter Ludolf von Osdagessen verkauft für 35 Mark seine Güter zu Wormeln dem dortigen Kloster. (Volkmarsen) 1298 Dezember 15.

Nos Ludolphus de Osdagesen miles, Ludolphus, Iohannes, Godescalcus et Henricus filii mei tenore presentium universis publice protestamur, quod unanimi cum consensu et voluntate heredum nostrorum

omnia bona cum suis appendiciis Vormlon sita post obitum Iutte relicte quondam Henrici dicti Snavetehel[1]) ad nos spectancia vendidimus ecclesie Wormlonensi pro triginta et quinque marcis gravium denariorum Wolcmersen usualium sine contradictione qualibet libere perpetuis temporibus possidenda. Testes huius rei sunt: Godescalcus Pistoris proconsul, Gerlacus de Benvilth, Tidericus de Lechtenvils, Thidericus Bake, Henricus de Berndorph, Olricus de Rekene, Conradus Hartradi, Iohannes de Lutersen, Alradus Martini, Euerhardus Guden, Adolphus gener Monachi et Iohannes Tammonis, consules oppidi Volcmersen; preterea Henricus dictus Buse, Conradus de Seleder et Hermannus de Byvangen, famuli, item Arnoldus Ruffus, Henricus Drenkere, Dethmarus de Elsingen, Detmarus Guden, Iohannes Bist, Henricus de Rode et alii quam plures fide digni. Quod ut ratum et inconvulsum permaneat, presens scriptum sigillo burgensium oppidi Volcmersen inpetravimus roborari. Datum anno Domini M°.C°C.X°C octavo, feria secunda post Lucie virginis.

[1]) *In vor. Nr.* Snaveteleste, *in Nr. 2539* Snaveteheleste.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Wormeln Nr. 14. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs gut erhaltenes Siegel der Stadt Volkmarsen, die nebeneinandersitzenden Gestalten eines Weltlichen mit dem Schwert und eines Geistlichen mit Mitra, Stab und Buch, wie Westf. Siegel II Taf. 66 Nr. 6.

2530.

Graf Otto von Waldeck bestimmt als Waldherr und „Holtgreve" mit Zustimmung der Erfexen, dass die beiden Meier des Kl. Hardehausen in Vörste Antheil an Schlagholz und Schweinetrift im Hessewald haben. Medrike *und Waldeck 1298 Dezember 21.*

Otto comes de Waldeghe universis hoc scriptum visuris in omnium salvatore salutem. Quoniam ab interitu vive vocis deficit probacio, ad ea, que pro tempore gesta sunt, litterarum testimonia necessario requiruntur. Hinc est, quod tenore presencium publice protestamur, quod duo villici sive cives in opido Volcmersen residentes, qui religiosorum virorum domini abbatis et conventus in Hersuidehusen bona in Vorste sita excolere dinoscuntur, occasione dictorum bonorum in silva Hessewalt ligna, que dicuntur alesholt, sicut et ceteri, qui nuncupantur markenoten, usque in hodiernum diem libere secuerunt, quorum tamen villicorum unus ex iure et alter ex gratia huiusmodi ligna dinoscitur succidisse. Verum quia instabile videtur, quod ex gratia pendet, non ex iure, predicti abbas et conventus firmitati innitentes nos cum instancia exorarunt, ut uni dictorum villicorum, qui hactenus ex gracia secuerat, ulterius succidere ex iure liceret. Nos itaque prefatorum abbatis et conventus, quorum meritis et oracionum patrocinio adiuvari confidimus, iustis precibus inclinati, de pleno et benivolo consilio et consensu Theoderici de Medrike, Alexandri et Olrici fratrum de Escheberg, Alberti dicti Dickeber et Hermanni Kalen, militum, item Theoderici fratris predicti militis de Medrike, Hermanni et Conradi fratrum de Medrike, Conradi Gogravii et Iohannis de Helsen, famulorum, item Arnoldi dicti Rodebeckere, Theoderici de Lechtenuils, Volcwini de Billinchusen, Hermanni dicti Sapientis et Godescalci Rodebeckere, civium in Volcmersen et omnium aliorum, qui erfexen sunt et dicuntur, predictis abbati et conventui concessimus et concedimus liberaliter in hiis scriptis, ut unus ex predictis duobus villicis, qui usque ad presens tempus ex gracia ligna succiderat, ex nunc in antea ex iure, sicut et alter villicus, in omne tempus lignorum sectione fruatur. Qui tamen villici, cum ligna inter illos, qui dicuntur erfexen, distribuenda fuerint, et propter glandium ubertatem numerus porcorum in ipsas glandes minandorum fuerit exprimendus de quatuor duntaxat appendiciis, que dicuntur achtwort, secundum quod eos contingit, percepcione lignorum et numero porcorum erunt contenti, nisi aliquid superadditum fuerit ex benivolencia et gracia speciali. Adiectum est eciam, quod occasione divisionis novem appendiciorum, que dicuntur achtwort, peracte, cum apud pie recordacionis dominum Adolfum, avum nostrum, dictorum bonorum venditorem in contractu vendicionis remansissent quinque appendicia sive achtwort et ad dictos abbatem et conventum quatuor achtwort transivissent, nullius iuris pretextu sive consuetudinis prefati abbas et conventus inpeti poterunt aliqualiter vel gravari. Protestamur eciam, quod nos, quia dominus et silve

comes, qui dicitur holtgreve, existimus in presenti, una cum omnibus suprascriptis nunc quidem viva voce et apud posteros auctoritate presencium litterarum memoratis abbati et conventui super omnibus premissis firmam et inviolabiliter observandam prestamus et prestabimus warandiam. Ut igitur, quod ex maturo consilio et circumspecta deliberacione gestum est, immobile perseveret, presens scriptum nostro Thiderici de Medrike, Alexandri et Olrici fratrum militum predictorum sigillis duximus muniendum. Nos vero Th(eodericus), Alexander et Ol(ricus) predicti singula ac universa superius expressa recognoscimus esse vera et ad ea observanda successores nostros et heredes sicut et nos presentibus obligamus. Actum Medrike in iudicio, quod dicitur holtdinc, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, in die Thome apostoli. Datum anno predicto [1]) in Waldege, in die apostoli memorati.

[1]) prodicto *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 342. Vier Siegel von den Pergamentstreifen abgefallen.

Gedr. Wigand, Archiv I, 4, 106.

2531.

Kl. Corvey urkundet über die Resignation der Güter in Rimbeck und überträgt das Eigenthumsrecht an Kl. Hardehausen. 1298 Dezember 22.

Henricus Dei gracia abbas, Florencius prior, Ludolfus prepositus, Bernardus camerarius, Crafto cellerarius, Herboldus prepositus Montis Martis, Fredericus prepositus de Nouali et Olricus magister caritatum, totusque conventus Corbeiensis ecclesie universis hoc scriptum visuris perpetuam rei geste noticiam cum salute. Presencium tenore litterarum publice protestamur, quod Bertoldus, Wernherus et Wernherus filii pie recordacionis Hermanni militis dicti de Brakele, item Ludolfus miles dictus Marscalcus de Wartberch cum liberis suis, videlicet Hermanno, Bernardo et Goswino, item Hermannus, Ludolfus, Henricus et Amelungus filii Hermanni militis dicti Marscalci de Wartberg premortui, de communi consilio et consensu Hermannum filium Ludolfi militis predicti pro se omnibus statuentes bona in villa Rimbike sita, que a nobis in pheodo tenuerunt, per eundem Hermannum et cum ipso in manus nostras ea condicione media resignarunt, ut eorundem ius et proprietatem bonorum religiosis viris domino abbati et conventui in Hersuidehusen veris et legitimis ipsorum bonorum possessoribus conferre Dei intuitu dignaremur. Protestati sunt eciam, quod eandem resignacionem ratam et gratam nunc habent et in omne tempus habebunt, tamquam si predicta bona eorum singuli in manus nostras manualiter resignassent, et ad maiorem cautelam firmiter promiserunt, quod sepefata bona, quandocunque copiam nostri habere poterunt, in manus nostras personaliter resignabunt, qui, ut notorium est, ad presens de Westfalia ad partes Reni propter intermedia vie pericula se presentare nostro conspectui non valebant. Verum cum nostre sit dignitatis, beneficia ampliare hiis, qui apud Deum et homines suis meritis promerentur, prefatis abbati et conventui dictorum bonorum ius et proprietatem accedente nostri capituli pleno consilio et consensu contradidimus in nomine Domini et conferimus in hiis scriptis, hoc tamen interposito, quod prelibati abbas et conventus in Hersuidehusen in recognicionem proprietatis collate ad nostre luminaria ecclesie singulis annis in festo purificationis beate virginis tres libras cere persolvant. In quorum omnium premissorum videlicet resignacionis pariter et collacionis testimonium et perpetuam firmitatem presens scriptum nostro nostrique capituli sigillis prefatis abbati et conventui duximus contradendum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, crastino beati Thome apostoli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 343. Das erste Siegel vom Pergamentstreifen ab, das zweite sammt Befestigung ausgerissen.

2532.

Die Rathmänner in Geseke bekunden Güterverkauf bei Störmede. 1298 Dezember 22.

Universis Christi fidelibus presentem cartam visuris seu audituris nos Lubbertus dictus in Foro, Hermannus dictus Pauo, Henricus dictus Yrreuogel, Helmicus dictus Werutsing, Wilhelmus dictus de

Stroth, Hermannus dictus in Foro, Hermannus dictus Lofharke, Conradus dictus Rex, Thidericus de Stalpe, Iohannes dictus Muko, Iohannes dictus Robeking et Conradus dictus de Bomgarden, consules oppidi Ghesike, notum esse volumus tenore presencium publice protestando, quod Menricus dictus Budel famulus, Iutta uxor eiusdem et Harthleuus unigenitus eorundem in nostra presencia constituti recognoverunt, se mansum suum situm Langeneke et mansum suum situm in Stormede cum omnibus duorum[1]) eorundem mansorum attinentiis et pertinentiis, scilicet silvis, terris, pascuis, aquis et aliis quibuscunque Menrico dicto Harolding, Bertradi eius uxori, necnon eorum heredibus possidendos perpetuo vendidisse, renunciantes omnibus iuribus in predictis bonis habendis in posterum coram nobis. Quos eciam mansos cum eorum attinentiis predictis Menrico dicto Haroldingh et Bertradi coniugibus ac eorum heredibus iure contulit feudali coram nobis promittens, se eisdem ementibus velle prestare warandiam debitam premissorum. Ne autem huiusmodi factum oblivio deleat, sed pocius perpetuum memoriale permaneat, hanc litteram tam ad peticionem vendencium quam eciam emencium sigillo nostri opidi una cum sigillo Menrici dicti Budel vendentis fecimus communiri. Actum et datum presentibus: Wernhero dicto Creueth, Rodolffo de Lippia, militibus, Wesselo dicto Mars, Ulrico dicto Vryman, Andrea dicto Bodekingh ac aliis quam pluribus fide dignis, anno Domini M°. ducentesimo nonagesimo octavo, in crastino beati Thome apostoli.

[1]) duobus *Abschr.*

Aus Msc. I, 126 fol. 75v. im Kgl. St.-A. Münster.

2533.

Abt Alrad von Marienmünster, Propst, Priorin und Kl. Willebadessen urkunden über die genannten Mitgliedern des Klosters zukommenden Einkünfte. 1298.

In nomine sancte et individue trinitatis. Alradus Dei gratia abbas monasterii apud Svalenberg, Arnoldus prepositus, Gertrudis priorissa totusque conventus in Wilbod(esen) universis hoc scriptum visuris salutem in eo, qui est omnium vera salus. Cum ea, que fiunt in tempore, labantur cum tempore, expedit, ut, que per nos aguntur, in scripta publica redigantur. Hinc est, quod presentibus, protestamur, quod camerarius noster de bonis camere nostre asscriptis hec subnotata singulis annis nobis et nostris dominabus deputatis temporibus ministrabit: in festo sanctorum omnium dabit domino abbati ecclesie, qui pro tempore fuerit, tres solidos pro calciis matutinalibus et preposito unam marcam ad vestes hyemales et [viginti][1]) dominabus cuilibet duos calceos matutinales sive [tres so]lid[os][2]) denariorum. Item in festo beati Andree dabit cuilibet domine decem vl[nas]li[ne]i panni sive [XXX et duos] denar(ios). Dabuntur eciam in festo [apostolorum Philippi et Iacobi viginti dominabus cuilibet IIII solidi][3]) ad tunicas comparandas. In festo vero beati Iacobi dabuntur similiter [viginti] dominabus cuilibet [VIII] solidi ad pellicia comparanda. Item in vigilia palmarum dabuntur singulis dominabus [X et VIII dena](rii) ad calceos estivales. Et hyemales calcei sive [duo solidi] singulis dominabus dari debent tempore competenti. Hec omnia singulis annis de bonis camere deputatis camerarius procurabit. Ut autem hec nostra rationabilis ordinatio in posterum non violetur, presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Actum et datum anno incarnationis Domini M°.C°C.X°C octavo.

[1]) *Ursprünglich* undecim(?). [2]) *Ursprünglich* unum solidum. [3]) *Ursprünglich am Schluss* denarii.

Or. im Besitze des Freiherrn von Wrede zu Willebadessen. Die in eckige Klammern eingeschlossenen Stellen sind mit blasser Tinte auf Rasur nachgetragen; vor ad tunicas comparandas *füllen sie die Lücke nicht aus, vor* ad calceos *reicht der Raum nicht aus. Von der ursprünglichen Schrift lässt sich zu wenig erkennen, als dass es in den Text könnte aufgenommen werden. Siegel 1) Alrads 2) des Konvents ziemlich erhalten, 3) des Propstes nur Bruchstücke. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 197.*

2534.

Abt Alrad von Marienmünster, Propst, Prior und Kl. Willebadessen urkunden über die der Klosterrentei gehörigen Güter. 1298.

Nos Alradus Dei gratia abbas monasterii apud Svalenberg, Arnoldus prepositus in Wilbodesen, Gertrudis priorissa totusque conventus ibidem universis presens scriptum visuris salutem in Domino

Iesu Christo. Ne bona, que camere nostre ex maturo et universali nostro consilio sunt assignata, in posterum ab aliis valeant subtrahi vel alienari, necessarium decernimus, ut per scriptum publicum eadem assignatio perhennetur. Hinc est, quod notorium esse volumus, quod hec bona subnotata camere nostre pertinent ab antiquo, videlicet tertia pars reddituum curie in Driuere et domus in Soltkoten, quam dominus Albertus de Curia beate memorie suo comparavit precio et nostre camere delegavit. Item de bonis nostris in Essente habet camera nostra annis singulis unam marcam, in Grotennorde unum mansum et in Scerue unam casam. Item in Himelh(usen) habet duos mansos et in Guntersen unam curiam et in molendino, quod dicitur Bredenemule, in redditibus habet novem solidos. Hec omnia bona predicta pertinent camere, sicut antiquitus pertinebant. Hec vero, que secuntur, quia prenotata minime sufficiunt, decrevimus apponenda. Que sunt hec: videlicet unus mansus in Nihem et una domus ibidem, item bona in Edelersen videlicet due curie, unum mansum in Titmannessen, una curia in Ouerde et una casa ibidem, una curia in Wellede et decima ibidem, que dominus Raveno felicis memorie et ego Arnoldus prepositus comparavimus centum marcis et sexaginta, et decima in Albachtessen, que constitit octoginta quinque marcas. Hec autem bona ex novo fideliter comparata camere nostre perpetuo pertinenda unanimiter deputamus. Ut vero hec communis ordinatio nostra inviolabiliter observetur, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine roboramus. Anniversarii autem, qui de predictis bonis cum aliis agendis sunt servandi, in alia littera continentur. Actum et datum anno incarnationis Domini M°.C°C.X°C octavo.

Or. im Besitze des Freiherrn von Wrede zu Willebadessen. An Hanflitze Siegel 1) des Abts, 2) des Konvents, 3) Priester vor Altar, den Kelch opfernd. Umschrift: S. Arn . . . ositi de Wilbodesse(n). *Reg. Ztschr. XLVI, 2, 196. Daselbst näheres über* Driuere, Himelhusen *und* Guntersen.

2535.

Abt Alrad von Marienmünster, Propst, Priorin und Kl. Willebadessen verordnen näheres über die Verwaltung der Kleiderkammer. 1298.

Nos Alradus Dei gratia abbas monasterii apud Sualenberg, Arnoldus prepositus, Gertrudis priorissa totusque conventus in Wildod(essen) notum esse volumus presens scriptum visuris, quod, quia queque ad cameram dominarum nostrarum necessaria cum omni diligentia disposuimus, utile visum est nobis, ut hec, que specialiter ad camerarium agenda pertinent, ordinemus. Conplacuit igitur unanimitati nostre, ut idem camerarius bis in anno videlicet in cathedra Petri et in octava apostolorum Petri et Pauli de bonis camere sibi commissis coram conventu computationem faciat manifestam. Volumus etiam, ut coram domino preposito cottidie comedat et marca denariorum legalium dabitur ei pro labore suo diligenti quolibet anno ad sua necessaria conparanda. Cum autem aliqua puella in ordinem nostrum recipitur et vestimentis claustralibus induitur, de vestibus eius secularibus cameraria tunicam tantum tollet, alias vero vestes camerario presentabunt. Sed quanto evenerit, ut aliqua dominarum nostrarum viam universe carnis ingressa fuerit, utraque pellicia eius debent ad usus suos camerarie presentari. Ad huius rei evidentiam presentem paginam conscripsimus sigillorum nostrorum robore communitam. Actum et datum anno Domini M°.C°C.X°C octavo.

Or. im Besitz des Alterthumsvereins zu Paderborn. Siegel an flach geflochtenen Schnüren; 1) und 3) abgefallen, an 2) Stelle ein grösseres Bruchstück des Konventssiegels von Willebadessen.

2536.

Der Paderborner Domthesaurar Georg bekundet, dass die Begine Hildeburg von Weringhausen zwei Äcker beim Westernthore in Paderborn dem Krankenhause des Kl. Abdinghof verkauft hat. 1298.

Nos Georgius thesaurarius Paderbornensis omnibus presentia visuris et audituris dicimus et protestamur, quod Hildeburgis baggina dicta de Weringhusen, heres legitima Bernardi de Weringhusen, vendidit hospitali sancti Pauli Paderbornensi duo iugera iacentia inter rubum dictum Vretholt et do-

mum infirmorum ante valvam occidentalem civitatis Paderbornensis, que comparavit soror Gerthrudis de reditibus ipsius hospitalis, ita quod singulis annis post mortem ipsius Ger(thrudis) ministrentur conventui sancti Pauli Paderbornensi de ipso hospitali duodecim denarii legales ad memoriam ipsius peragendam et singulis annis in festo pentecostes custodi ecclesie sancti Pauli duo denarii ministrentur. Et ne hoc factum oblivio deleat aut inportunitas malignantis ingenii infringat a predicta Hild(eburge) ex una, et Ecberto hospitalis eiusdem provisore et Gerthrude ex parte altera, rogati presentem paginam sigillo nostro fecimus communiri. Actum anno Domini M°:C°C. nonagesimo octavo. Testes huius rei sunt: Wernherus dictus Rudhe iudex, frater Adolfus ordinis Minorum, Gotfridus Pust magister consulum, Iohannes de Scherue et alii quam plures.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 82. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

2537.

Graf Otto von Waldeck verkauft mit Zustimmung seiner Gemahlin Sophie und seiner Söhne ein Haus in Corbach an Kl. Bredelar. 1298.

In nomine Domini amen. Ne labente tempore evanescant actus hominum temporales, expedit, ut efficiantur scripturis autenticis[1]) eternales. Nos igitur Otto comes et Sophya[2]) comitissa in Waldeke[3]) universis tam presentibus quam futuris hanc litteram audituris in perpetuum recognoscimus publice protestando, quod de consensu et bona voluntate Heinrici[4]), Adolfi, Godefridi, Everhardi et iterum Everhardi, filiorum ac ceterorum heredum nostrorum domum nostram cum area tota sitam iuxta[5]) ecclesiam in veteri oppido nostro Corbike pro iusto precio numerate ac[6]) tradite pecunie[7]) vendidimus et tradidimus conventui ecclesie in Breydelare[8]), ordinis Cysterciensis[9]), eodem situ, quo ipsam possedimus, absolutam, liberam et exemptam ab omni onere servitutis videlicet arrestationibus, exactionibus, insecutionibus, quod vulgo volgunge dicitur, vigiliis, angariis et parangariis ceterisque omnibus servitiis, que nobis sive iudicibus nostris et oppidanis in Corbike ex eadem domo possent fieri vel deberent, libere ac commode iure hereditario[4]) perpetuo possidendam. Possint insuper ipsi fratres et eorum ex parte domum inhabitantes intra septa domus[4]) emere ac vendere, quocumque modo sibi viderint expedire. Cuius facti gratia nec nos nec thelonearius[10]) seu aliquis officialium nostrorum debemus vel possumus ab eisdem exigendo aliquid extorquere. Licentiamus et annuimus, ut unumquemque quacunque venientem, exceptis hominibus nobis proprietatis articulo pertinentibus, in domum eandem instituere vel inponere poterunt, qui conventui videbitur expedire, ad tempora vite sue. Si vero idem in dicta domo locatus se divine renumerationis intuitu religioni tradere decreverit, alium subinstituere[11]) poterunt ad conventus libitum sepe dicti. Nos etiam[12]) cum hominibus talibus, laicis, viduis vel religiosis in domo morantibus eorundemque rebus nichil iuris optinere[13]) possumus nec debemus. Verum si persona secularis in eadem domo locata propter debita vel excessus citanda foret, talis citatio non erit in domum nuntianda, sed alias extra ipsius domus[14]) et aree vel loci alterius emunitatem, ubi persona poterit inveniri. Porro super omnibus et singulis premissis promisimus et promittimus in hiis scriptis nos et nostros heredes, cum requisiti fuerimus vel fuerint, predicte ecclesie iustam ac[6]) debitam warandiam, renuntiantes exceptionibus et defensionibus omnibus iuris tam canonici[15]) quam civilis, que nobis vel heredibus nostris contra premissa omnia vel aliquid premissorum prodesse possent ipsisque[16]) ecclesie obesse de iure aliquatenus vel de facto. Huic venditioni testes aderant: Thidericus[17]) de Mederike, Alexander et Olricus fratres de Escheberg[18]), Iohannes et Ernestus de[19]) Oisterhusen[20]), Conradus Sculthetus[21]), milites, Fredericus et Hermannus de Patberg[22]), Godescalcus de Mulhusen[23]), Amelungus de Asle[24]), Hermannus de Brobike[25]), Iohannes Gotgesegene[26]), Iohannes de Helsen, famuli, Isherus[27]) notarius et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno Domini millesimo nonagesimo octavo.

[1]) auth. *C.* [2]) Sophia *C.* [3]) Waldeck *C.* [4]) *Fehlt C.* [5]) intra *C.* [6]) et *C.* [7]) in perpetuum *C.* [8]) Bredlar *C.* [9]) Cist. *C.* [10]) thelonarus *C.* [11]) instituere *C.* [12]) autem *C.* [13]) obtinere *C.* [14]) domus ipsius *C.*

[15]) canonicus *C.* [16]) que *fehlt C.* [17]) Theodericus *C.* [18]) Escheberge *C.* [19]) de *fehlt C.* [20]) Oesterh. *C.* [21]) Schult. *C.* [22]) Fredericus — Padtberg *C.* [23]) Gadscaleus de Molhausen. *C.* [24]) Aslon *C.* [25]) Brobeke *C.* [26]) Gottgesegene *C.* [27]) Ibherus *C.*

Aus Msc. 4509 C im Kgl. St.-A. Münster (B) und Druck im unvollendeten Waldecker UB. Nr. 14 (C) nach zwei Kopien. Or. soll früher in Bredelar gewesen sein. Erwähnt Varnhagen, Grundlage S. 343. Der Hof sei unter dem Namen Mönchehof noch vorhanden. Die Urk. selbst war Varnh. unbekannt; vgl. Anm. 1. In Anmerkung n, hält er diese Urk. für identisch mit der bei Senckenberg, Selecta iur. et hist. VI, 422 registrirten: 1298 super immunitate Bredelar monasterio data incipit: Otto Dei gratia comes *u. s. w., das stimmt aber nicht.*

2538.

Berthold Sohn des verstorbenen Ritters Hermann v. Brakel resignirt dem Abt von Corvey die Hälfte der Güter in Rimbeck mit der Bitte das Eigenthumsrecht an Kl. Hardehausen übertragen zu wollen. 1298.

Venerabili domino suo H(enrico) Corbeiensi abbati, Ber(tholdus) filius Hermanni militis de Brakele premortui paratam ad quevis beneplacita voluntatem. Dimidietatem bonorum in villa Rimbike sitorum, que a vobis in pheodo tenui per has litteras vobis sub hac condicione resigno, ut ius et proprietas eorundem bonorum accedente vestri graciosi favoris benivolencia religiosis viris domino abbati et conventui in Hersuidehusen Dei intuitu conferantur. Datum anno Domini M°.C°C.X°CVII°I.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 326. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Vgl. Nr. 2531.

2539.

Knappe Johann Berkule befreit die Hälfte zweier Hufen in Wormeln und gibt sie dem Kloster Wormeln. 1299 Januar 2.

Ego Iohannes dictus Beyrkule famulus presentium serie recongnosco et notum esse cupio tam presentibus quam futuris, quod dimidietatem duorum mansorum, qui dicuntur Howarde, sitorum apud Wormelon, quos Iutta vidua dicta Snaveteheleste a me ad vite sue tempora possidendos in pheodo habuit, ab omni iure pheodali liberam facio et propriam proclamo ipsam quoque super iam dicta dimidietate ecclesie et conventui in Wormelon divine remunerationis intuitu do liberaliter et assigno promittens preposito Iohanni eiusdem conventus Iohanni Guychtero, Rodolfo fratri suo, Hermanno de Dusele et Iohanni de Listingen nomine dicti conventus fide data . . warandiam . . . Testes autem huius sunt: Iohannes dictus Pigus sacerdos, Iohannes Guychterus, Rodolfus frater suus, Iohannes de Kalenberg miles, Hermannus filius suus, Ludolfus de Osdagessen miles, Bernhardus de Rosbike, Hudo de Ostheim, Iohannes dictus Stolto senior, Hartmannus de Dalheym, Iohannes de Huxaria, Iohannes de Listingen, Hermannus de Dusele et Gerhardus de Holte cum aliis quam pluribus fide dignis. Datum in crastino circumcisionis Domini, anno eiusdem M°.C°C.X°CI°X., presentibus sigilli mei munimine sigillatis.

Or. im Pfarrarchiv zu Wormeln mit dem Siegel des Johann Berkule (auch gen. von Kalenberg) in grünem Wachs, Beschreibung vgl. oben zu 1293 März 5.

2540.

Kl. Hardehausen verpflichtet sich, zur Anerkennung der Eigenthumsrechte des Kl. Corvey über einige Güter in Rimbeck jährlich drei Pfund Wachs an die Corveysche Küsterei zu zahlen. 1299 Januar 9.

Nos frater Iohannes[1]) dictus abbas et totus conventus in Hersuidehusen[2]) universis presentibus et futuris cupimus esse notum, quod in recognicionem proprietatis quorundam bonorum sitorum Rimbeke[3]), que bona Arnoldi dicti Hukere[4]) quondam fuerant, nobis nostroque monasterio per venerabiles viros dominum Heinricum[5]) abbatem totumque conventum ecclesie Corbeyensis donatorum[6]), liberaliter custodi ipsius ecclesie Corbeyensis[7]) tres libras cere ad luminaria beati Viti solvere tenebimur et in festo purificationis beati virginis sine difficultate vel contradictione annis singulis et perpetuo persol-

vemus. In cuius rei robur et evidenciam presentem cartam dedimus sigillatam. Datum anno Domini M°.C°C.X°C nono, quinto Idus Ianuarii [8]).

[1]) Ioannes *B.* [2]) Halindehusen *C.* [3]) suorum in Rimbecke *C.* [4]) Huchere *C.* [5]) Henricum *B.* [6]) donare *B.* [7]) Corbeiensis *C.* [8]) Februarii *C.*

Aus Msc. I, 134 fol. 43 (B) und I, 245 fol. 467c (C) im Kgl. St.-A. Münster.

2541.

Ritter Gerhard von Sünninghausen überträgt mit seinem Sohne, dem Kleriker Gerhard, das Eigenthumsrecht an casa et in agris Ulenburg, *Pfarrei Wadersloh an Kl. Marienfeld. Herford (1298) 1299 Januar 31.*

. . . Testes: Iohannes de Rubo, Iohannes Gograuius, milites, Iohannes de Rodewic et Gerhardus de Libbere, tunc proconsules, Hermannus Cretel, Arnoldus de Edessen, Henricus de Borchbeke, Hartmannus de Foro, Bertoldus Somer, Thidericus Ruffus, Herbordus de Haghen, Andreas Friso, Iohannes Peperkorn et Albertus de Halen, consules Heruordenses.

Gedr. UB. III, 1629 mit Jahr 1298.

2542.

Propst Otto von Paderborn schlichtet einen Streit zwischen dem Kl. Marsberg und den Brüdern Johann und Werner von Vlechtene, *ihrer Mutter Margarethe, Gertrud und Margarethe, Frau und Tochter Johanns, Lambert, Hermann, Heinrich und Konrad, den Söhnen Werners wegen Güter in* Vlechtene. *1299 Februar 6.*

. . . Per mediatores Albertum seniorem et Albertum iuniorem milites de Amelungessen et Iohannem de Nihosen civem in Bracle ex parte dicti prepositi et conventus, item per Thidericum militem de Nedere, Bertoldum de Erwordessen et Thydericum de Rysele ex parte dictorum fratrum. . . . Testes, qui super hiis aderant, sunt: dominus Bertoldus plebanus in Bracle, dominus Engelbertus, magister Godefridus, capellani sui, dominus Borchardus de Asseburgh, dominus Bernhardus de Bracle, Henricus de Boffessen milites, Bertoldus de Bracle, Bertrammus Specht, famuli; item Wilhelmus Euerhardi proconsul, Bertoldus de Erewordessen, Henricus de Hemenhusen, Sygehardus up me Tyge, Alexander Rufi, Henricus de Horebrugge, Henricus de Valehosen senior, Conradus de Erclen, Conradus Zymmonis, Henricus de Volcmersen, Lubbertus de Stenhem, Albertus Volcwini, consules civitatis Bracle.

Aus Msc. I, 127 f. 108. Mitsiegler Burchard von der Asseburg, Bernhard von Brakel und die Ritter von Amelunxen. Gedr. Asseburg. UB. I, 504. Vlechtene *ist eingegangen in der Feldmark der Stadt Brakel, wo noch das Flechtmerholz; in neuester Zeit sind wieder einzelne Höfe dort ausgebaut.*

2543.

Die Rathmänner von Geseke bekunden Verkauf von Äckern bei Geseke. 1299 Februar 6.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu audituris nos Vlricus proconsul, Robertus dictus de Strot, Lubertus dictus Sutor, Ecbertus de Eden, Albertus de Clero, Hermannus dictus Pauo, Rodolfus de Ederdinchusen, Iohannes dictus Rex, Iohannes de Riquvordinchusen, Hermannus villicus de Vronenhoue, Detmarus dictus Otterscoke et Henricus dictus Wettevidele, consules in Gyseke, notum esse cupimus et tenore presencium publice protestamur, quod Gossvinus, Rabodo et Lubertus fratres quondam [1]) filii Luberti dicti Greuen militis et eorum uxores legitime, videlicet Elburgis, Vrederunis et Heylewigis cum omnibus eorundem coniugum heredibus in nostra presencia constituti recognoverunt, se octo iugera agrorum, quorum quidam iuxta portam late vie siti Wintmüle appellantur, ac alii in campo Gesekensi predicto sunt siti, unanimi consensu Hermanno dicto Mactatori, Hyldegundi eiusdem uxori ac eorundem heredibus vendidisse, renunciantes omnibus et singulis iuribus et actionibus in eisdem agris ipsis competentibus in posterum coram nobis. Huiusmodi igitur recognitione et renunciatione a predictis vendentibus racionabiliter et rite factis supradictus Gossvinus, inter prefatos fratres

antiquior, dicto Hermanno, Hyldegundi eius uxori ac Henrico eorundem coniugum filio predictos agros iure pheodali contulit perpetuo possidendos. In cuius rei testimonium presens scriptum nos consules predicti petitionibus tam ementium quam vendentium inducti sigillo oppidi nostri predicti duximus roborandum. Actum presentibus: Gerhardo dicto Gyslen iudice oppidi iam dicti, Conrado dicto Pistore, Hermanno dicto Pras, Wlberone dicto Pawen, Theoderico precone ac aliis pluribus fide dignis. Datum feria sexta post festum purificationis beate virginis, anno Domini M°.C°C. nonagesimo nono.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 84. An Pergamentstreifen abgeblättertes spitzovales grösseres Siegel, sitzender Bischof mit Stab und Mitra, auf der Linken eine Kirche haltend, rückwärts spitzovales Sekret, Kniebild eines Heiligen und die Umschrift: Sigillum opidi Geseke, *wie Westfäl. Sieg. II Taf. 66 Nr. 5.*

2544.

Äbtissin Ermgard von Heerse überreicht dem Kl. Wormeln drei daselbst gelegene Hufen gegen jährliche Abgabe einer Mark. 1299 Februar 17.

Nos Dei gratia Ermegardis abbatissa secularis ecclesie Herisiensis universis presencia visuris cupimus fore notum, quod de bona voluntate et consensu conventus nostri tres mansos sitos in Wormlon domino Iohanni dicto de Rode nunc preposito ibidem nomine monasterii in Wormlon sub annua pensione, videlicet unius marce, in festo beati Galli confessoris solvenda porrexerimus seu concessimus cum omni utilitate et proventu perpetuo possidendos, addicientes, quod prepositi sive provisores dicti monasterii in Wormlon, qui pro tempore fuerint ibidem electi sive assumpti, a nobis sive a nostris successoribus, dictos mansos sibi porrigi et concedi petent et nos ipsis provisoribus seu prepositis petentibus concedere vel porrigere voluntarie debemus omni contradictione remota ac postergata sub pensione tamen suprascripta. Et ut per hoc ecclesia nostra in suo iure permaneat et a memoria posteritatis non recedat, in huiusmodi facti pleniorem evidentiam presentem paginam fecimus conscribi sigilloque nostro fideliter communiri. Testes eciam sunt: Herebertus prepositus in Dalhim concanonicus noster, Iohannes plebanus novi oppidi Wartberg, Iohannes consanguineus suus et Hermannus presbyter et beneficiatus in Herse. Datum anno Domini M°.C°C.X°C nono, XII°I. Kalendas Marcii.

Or. im Besitz des Alterthumsvereins zu Paderborn. An Pergamentstreifen Reste des obern Theils des spitzovalen Siegels in hellgelbem Wachs.

2545.

Graf Otto von Waldeck bekundet eine Schenkung an und Theilung mit Kl. Arolsen. 1299 Februar 25.

Nos Ottho comes de Waldecke universis presentia visuris et audituris notum facimus publice protestantes, quod de pleno consensu et sana voluntate heredum nostrorum legitimorum ecclesie Aroldensi et sanctimonialium Deo ibidem servientium dimisimus et dimittimus donantes eis in hiis scriptis, sicut antiquitus ab omnibus nostris progenitoribus videlicet ab avo et patre nostro felicis memorie premortuis concessum, dimissum et datum fuit liberaliter de ipsius ecclesie vera hereditate singulis annis septuaginta et quatuor moldra annone duplicis generis videlicet et siliginis et avene vel quantum de media parte cadit, item tres marcas et quindecim denariorum graves, que est media pars census nostri in Meyngerinchosen exceptis casis, que non solvent dicte ecclesie sed nobis in opido eodem, quiete et pacifice perpetuo possidendum. Pro huiusmodi vero dono et divisione inter dictam ecclesiam et nos cum annona et denariis dicti census facta prenotata ecclesia dedit et assignavit curiam suam in Welincvelde et tot agros circumiacentes, quod in perfecta mensura habent duodecim mansos, de propriis suis agris universitati opidanorum in Meyngerinchosen, ut, si ipsi in agris prefatis defectum paterentur vel sentirent, hunc nos emendare et supplere tenebimur et ad nullum tale restaurum vel emendam sepe dicta ecclesia erit vel penitus est astricta. Pretacti vero duodecim mansi sub hac conditione sunt assignati opido Meyngerinchosen, quod ecclesia Aroldensis quiete et liberaliter tollet et

recipiet decimam de eisdem et nos Otto comes de Waldecke aut nostri heredes vel posteri nullam prorsus decimam in predictis mansis possumus aut debemus tollere vel aliqualiter extorquere.[1]) Deinceps fructus arborum et alii fructus universi quocunque modo provenerint intra septa dicte curie Welincvelde, cedent in media parte prelibate ecclesie et altera media pars cedet nobis equo modo. In cuius rei testimonium evidens et inviolabilem firmitatem presens scriptum sigillo nostro duximus sigillandum. Datum anno Domini M°.C°C. nonagesimo nono, die et festo beati Mathye apostoli.

[1]) *Von* Pretacti *bis* extorquere *fehlt in der einen Ausfertigung.*

Or. in zwei Ausfertigungen im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Von den beiden Exemplaren ist von den Pergamentstreifen das Siegel abgefallen, beim ersten liegt es dabei in gelbem Wachs wie Abbildung Varnhagen Fig. IX mit rückwärtigem Sekret.

2546.

Rathmänner in Volkmarsen bekennen, dass Ritter Konrad von Brobike und seine Angehörigen allen Ansprüchen an die Güter in Albachtessen *gegenüber dem Kl. Willebadessen entsagt haben. 1299 März 4.*

Nos Godeschalcus Pistoris proconsul, Gerlacus de Benwylth, Tidericus de Lechtenuils[1]), Tidericus Bake, Henricus de Berndorph, Olricus de Rekene, Conraet Hartradi, Iohannes de Lutersen, Alradus Martini, Euerhardus Guden, Adolphus gener monachi et Iohannes Tammonis[2]), consules oppidi Volcmersen, recognoscimus publice per presentes, quod Conradus de Brockbike famulus, Gertrudis uxor ipsius, Hermannus et Iohannes filii eiusdem coram nobis constituti renunciaverunt simpliciter et absolute inpeticione, quam fecerant preposito ac conventui sanctimonialium monasterii in Wilbodessen in bonis Albachtessen sitis, que bona Hugo de Albachtessen quondam possederat, annuendo ipsa bona prepositum et conventum monasterii predicti pacifice ac libere possidere. Testes huius rei sunt: Volcwinus iudex, Bernhardus Lupus, Iohannes dictus Vrolike et Iohannes Geruer, Conradus Cultelli faber, burgenses in Volcmersen, et alii plures fide digni. Quod ut ratum permaneat, presens scriptum ad peticionem Conradi de Brocbike predicti, Gertrudis uxoris eius, Her(manni) et Io(hannis) filiorum suorum predictorum sigillo nostri oppidi duximus roborandum. Datum anno Domini M°.C°C.X°C nono, in capite ieiunii.

[1]) Lechtenulis *Abschr.* [2]) Gammanis *Abschr.*

Aus Willebadessener Kopiar saec. XV./XVI im Stadtarchiv Dortmund f. 20 (B); Reg. von Schatens Hand im Kgl. St.-A. Münster Msc. I, 442 p. 64.

2547.

Werner v. Reichenbach, Kanonikus in Fritzlar, stiftet sein Anniversar im Kl. Hardehausen. 1299 März 7.

In nomine Domini amen. Ego Wernherus dictus de Richenbac, canonicus ecclesie Fritslariensis, universis presens scriptum visuris ac etiam audituris cupio fore notum, quod omnia et singula, in quibus viri religiosi dominus abbas et conventus monasterii in Herswidehusen, ordinis Cisterciensis, Paderbornensis dyocesis, michi tenentur sive in debito sive in pensione, quandocunque nutu divino me mori contingerit ante terminum solucionis debiti seu pensionis apud dictum conventum in Herswidehusen integre remanebunt. Nam omnia ea do et lego bona voluntate domino abbati et conventui monasterii supradicti pro testamento ac mee anime pro salute, ut eo devocius in dicto conventu meus anniversariis peragatur. In cuius facti evidenciam meo, officialitatis proprie nostre Fritslariensis ac domini prepositi hospitatis apud Fritslariam sigillis dedi presentem litteram roboratam. Et nos Bertoldus et Syfridus officialitalis proprie nostre Fritslariensis et Iohannes prepositus hospitalis nostre sigilla ad preces domini Wernheri de Richenbac canonici Fritslariensis apposuimus iste carte. Huius rei testes sunt: dominus Bruno plebanus in Utershusen, Volpertus de Cenre, Conradus Altmari, vicarii Fritslarienses ecclesie, Thammo de Alenhusen miles et Iohannes rector scolarium Fritslariensis. Actum et datum Nonis Marcii, anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo nono.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 344. Drei Siegel von den Pergamentstreifen ab.

2548.

Conradus de Herevelde officiatus nobilis domini de Lippia *Z. bei einem Gütertausch in Liesborn. (1298) 1299 März 21.*

Gedr. UB. III, 1633.

2549.

Edler Konrad v. Schöneberg übereignet dem Kl. Hilwartshausen einen Zehnten. Schöneberg 1299 April 2.

Nos Conradus nobilis de Sconenberg omnibus presencia visuris notum esse volumus publice protestantes, quod maturo prehabito consilio dilecte uxoris nostre Alheidis et filiorum nostrorum videlicet Conradi et Bertoldi ac omnium, quorum interest vel interesse debet, bona voluntate obtulimus et offerimus Deo et sanctis eius videlicet beato Stephano et Vito in ecclesia Hiltwordeshusen decimam in Vereldehosen cum omnibus usufructibus ad ipsam pertinentibus, quam nos hereditaria successione a venerabili domino nostro . . archiepiscopo Maguntino iure possedimus pheodali. Ius quoque pheodi ab ipso domino nostro Maguntino hactenus habitum ad manus ecclesie iam dicte resignavimus et resignamus sub presencium testimonio litterarum, dummodo dominus . . prepositus et conventus ecclesie memorate proprietatem pheodi ipsius decime ab ipso domino Maguntino, quocumque modo possint, obtineant, et sic prefatam decimam a nostra et omnium heredum nostrorum inpetitione libere, solute et quiete in perpetuum possidebunt. Ut autem hec ordinatio a nullis heredibus nostris aliqualiter valeat revocari, presens scriptum appensione nostri sigilli fecimus communiri. Huius rei testes sunt: dominus Conradus de Lobike plebanus ecclesie veteris oppidi Geysmariensis, dominus Hermannus Advocati vice plebanus ibidem, dominus Conradus de Gandra et Wilhelmus, canonici ibidem, dominus Hermannus plebanus novi oppidi Geysmariensis, Thidericus de Domo Lapidea, Iohannes filius eius, Eilhardus, Hermannus de Nitelbike et Bertoldus Euerhardi filius et alii quam plures fide digni ad hoc rogati specialiter et vocati. Datum Sconenberg, anno Domini M°.C°C, nonogesimo nono, feria quinta ante dominicam Iudica me Deus.

Or. im Kgl. St.-A. Hannover (Kl. Hilwartshausen N. 86 a). Beschädigtes Siegel des Ausstellers an Pergamentstreifen.

2550.

Bischof Otto von Paderborn bestätigt auf Bitten der am 8. April vor ihm erschienenen Priorin des Kl. Volkhardinghausen dem zum Propste desselben erwählten Pfarrer Konrad zu Goddelsheim u. bekundet, dass dieser genanntem Kloster alle seine Güter und Einkünfte übertragen habe. Steinhaus 1299 April 8.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus notum facimus per presentes litteras et dicimus protestando, quod venientes ad presentiam nostram feria quarta post festum beati Ambrosii priorissa de Volcwordinchusen cum quibusdam sororibus suis ex parte conventus eiusdem cenobii cum instantia supplicarunt, ut discretum virum Conradum plebanum in Godelovessen, quem conventus predictus unanimiter et concorditer elegit in prepositum prefati cenobii, dignaremur intuitu iustitie confirmare. Quod etiam plebanus prefatus fieri humiliter postulavit. Nos igitur eorum petitionibus annuentes a prefato preposito recepimus obedientiam manualem. Quo facto idem Conradus plebanus confessus est et recognovit publice coram nobis, quod prefatis priorisse et conventui ac cenobio supradicto in Volcwordinchusen contulit omnia bona sua et redditus quoscunque exceptis redditibus ecclesie in Godelovessen et quadraginta marcis, quas tribus pueris deputavit, videlicet Ermentrudi, Conrado et Elgero. Adiecit etiam, si inter redditus emptos ab aliis ecclesiis haberet, in quibus videtur ipsas ecclesias gravavisse, de illis secundum consilium confessorum suorum et voluntatem dictarum monialium posset in parte vel in toto huiusmodi redditus relaxare. Insuper adiectum fuit, quod, si aliqua discordia vel rancor orietur inter ipsas et sepe dictum plebanum prepositum earundem, electi essent quatuor amicabiles compositores, ex parte conventus videlicet Arnoldus de Godenborg et Everhardus dictus Wlf, milites, ex parte vero plebani predicti comes de Woldegge et Ludolfus de Dorvelde miles, qui partes

in amicitia concordabunt. Si vero predicti quatuor fuerint discordes in dicta compositione, quod partes concordare non possunt, tunc ad ordinarium recurratur, qui pena condigna puniet partem ream. Idem etiam plebanus specialiter donavit decimam in Brunhardessen et curtim in Husen libere et pure cenobio sepefato, ipsam decimam et curtim et possessionem earundem cum omni utilitate et fructu in manus priorisse et conventus in Volcwordinchusen liberaliter resignando. Redditus tamen ipsius curtis ad emendandas vestes conventus specialiter deputavit, exceptis duobus modiis, uno tritici et uno siliginis, que[1]) idem plebanus existens prepositus de predicta curte Husen ad usus suos tantummodo reservavit. Unde quia ampliati sunt redditus predicti conventus, promisit multociens dictus Conradus ipsi conventui secundum possibilitatem suam in victualibus melius providere. Nos vero promisso suo in verbo Domini recepto, quod predictas donationes et alia omnia, sicut scripta sunt, inviolabiliter observaret, volentes etiam eundem omni honore et commodo gaudere, ut prepositi loci gaudere consueverant, ac in eadem prepositura vite sue temporibus permanere, ipsum discreto viro thezaurario ecclesie sancti Petri in Paderborne misimus confirmandum auctoritate nostra, qui ipsum canonice vice nostra non distulit confirmare adhibitis solempnitatibus debitis et consuetis. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro et ipsius thezaurarii sigillis fecimus sigillari. Datum Nigenhus, quarta feria post festum beati Ambrosii, anno Domini M°.C°C. nonagesimo nono.

[1]) *So Or.*

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen das verletzte spitzovale Siegel des Bischofs; das zweite abgefallen.

2551.

Bürgermeister und Rathmänner in Paderborn transsumiren eine Urkunde des Bischofs Otto und des Domkapitels von Paderborn über Freilassung Höriger und Annahme Freier zu Litonen des Amts Enenhus. *Paderborn 1299 April 9.*

Nos Henricus Endehachte, Iohannes de Scerue, magistri civium, Conradus Kobryker, Iohannes de Barchosen, Hermannus Erenfridi, Conradus de Anvorde, Henricus Kouot, Gotfridus de Riuo, Iohannes de Odehem, Elricus de Buren, Henricus Wicbrachti, Hermannus Bunne, Hermannus de Stydene, Ecbertus Top, Henricus de Stadelhoue, Nicolaus de Kerictorp, Hermannus de Hobrachtessen, consules civitatis Paderbornensis, recognoscimus presentibus publice protestantes, quod litteras infrascriptas a venerabili patre ac domino nostro episcopo Paderbornensi ac capitulo suo ipsorum sigillis sigillatas in hunc modum recepimus, qui sequitur, et in formam:

Universis presencia visuris nos Otto Dei gracia Paderbornensis episcopus notum facimus et protestamur per presentes litteras, quod accedente consensu et voluntate maioris prepositi, . . decani et totius capituli nostri Paderbornensis pro Bunikone de Stenhem, Henrico de Rikenowe(?), Hermanno de Stenhem[1], uxoribus eorundem legitimis ac eciam progeniebus ab eisdem descendentibus, villicationis nostre Enenhus litonibus, quos rite et rationabiliter manumisimus, recepimus in concambium, quod vulgo wesle dicitur, in villicationem nostram Enenhus videlicet Gerwicum de Ameruncgen, uxorem suam Gertrudem et Echardum suum filium, existentes libere condicionis homines, quod coram advocato ecclesie nostre in Balehorn firmari . . . vulgariter vogemast dici possit, secundum consuetudinem et ius scabinorum ecclesie nostre, ut predicta eo an . . . robur obtineant firmitatis. In cuius facti memoriam et firmitatem evidentem presens scriptum (sigillo) nostro et capituli exstitit sigillatum. Huic facto testes intererant: Th(eodericus) de Yttere, Wernherus de We(rnede) cellerarius, canonici Paderbornenses, Henricus dictus Brotspendere advocatus, Reynherus dictus Cancer dapifer, Wilhardus de Vernede, Burchardus de Etlen, milites, Conradus de Tudorp, Henricus Endehachte, Iohannes de Scerue, magistri civium civitatis Paderbornensis, Iohannes de Barchosen, Hermannus Bunne, Ecbertus Top, Conradus Kobryker, Bertrammus filius Iordani fabri ac alii quam plures fide digni. Datum Paderborne, feria quinta ante palmas, anno Domini M°.C°C.X°CI°X.

Et in huius transscripti testimonium sigillum civitatis nostre apponendum duximus huic scripto. Datum Paderborne, anno et die ut supra.

Or. (theilweise verblasst) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn 355a. Siegel der Stadt Paderborn am Pergamentstreifen zur Hälfte erhalten.

2552.

Gerlach von Zwergen verzichtet zu Gunsten des Kl. Hardehausen, in das er als Konverse eintreten will, auf seine Ansprüche an den Zehnten in Körbecke. 1299 April 12.

Noverint universi presencium inspectores, quod, cum ego Gerlacus dictus de Duerghen super decima et tribus mansis in Corbike, super poledro michi dando et promissione, qua mediante propter Deum deberem recipi in conversum, religiosis viris domino ... abbati et conventui in Hersuidehusen questionem moverem, edoctus tandem veritate et documentis legitimis intellexi, quod nichil iuris vel gracie in omnibus hiis predictis michi poteram vendicare. Quapropter intuitu Dei et iusticie ad peticionem dictorum domini abbatis et conventus omni questioni seu actioni, que michi occasione omnium rerum predictarum competerent seu competere videbantur, renunciavi in hiis scriptis et renuncio simpliciter et precise. In cuius renunciacionis testimonium et perpetuam firmitatem presens scriptum sigillo Domini Hermanni dicti Speculi de Desenberch proprio carens sigillo pecii stabiliri. Ego vero Her(mannus) miles de Desenberg predictus utriusque partis rogatu ad predictorum perpetuam firmitatem meum sigillum duxi presentibus apponendum. Testes aderant: Gerhardus et Hermannus filii sepe dicti domini Her(manni) de Desenberg, Iohannes dictus Guftere, Arnoldus filius suus et Hermannus frater eiusdem, Bernardus de Rosbike et Henricus dictus de Reno et alii fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.X°C nono, dominica palmarum.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 345. An Pergamentstreifen Fragment des Spiegelschen dreieckigen Siegels.

2553.

Ritter Werner von Löwenstein gen. von Schweinsberg und Knappe Reiner von Dalwigk bekunden Bürge zu sein, dass Ritter Otto Hunt einen Verkauf seines Bruders Hermann an Kl. Berich genehmigen wird. 1299 April 22.

Nos Wernherus de Lewensteyn miles dictus de Swennesberg et Reynherus de Dalwich famulus recognoscimus in hiis scriptis publice protestantes, nos fide prestita ecclesie in Beriche pro Ottone milite dicto Hunt fideiussorio nomine spopondisse, quod idem miles venditionem bonorum sitorum in Hokhusen, quam Hermannus frater suus dictus Hokhusen prefate ecclesie fecit, ratam et gratam habebit. Et huiusmodi ratihabitionem suis patentibus litteris sub sigilli sui munimine confirmabit. Et in huius fideiussionis nostre testimonium presens scriptum prefate ecclesie duximus erogandum. Datum anno Domini M°.C°C.X°CVII°II., in vigilia beati Georgii martiris.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen 1) Stück vom dreieckigen Löwensteinschen Siegel, rechts aufgerichteter gekrönter Löwe; 2) dreieckiges Dalwigksches, an jeder Seite mit vier Rosen bestecktes Büffelhorn. Hokhusen = Hochusen *auch im Register der Bericher Kopiare.*

2554.

Knappe Hermann Hokhusen bekundet Verkauf seiner Güter an Kl. Berich. 1299 April 26.

In nomine Domini amen. Hermannus famulus dictus Holzhusen cognominatus Hunt universis presentes litteras audituris salutem in perpetuum. Recognosco et in hiis scriptis publice protestor, me cum consensu Gerdrudis uxoris mee et Sigebodonis patrui mei nec non Elizabeth matris mee ac omnium heredum meorum vendidisse pro septuaginta[1]) marcis denariorum Corbekensis monete michi numeratorum et traditorum ecclesie sanctimonialium in Beriche bona mea in loco Hokhusen sita, que

ibidem minima appellantur, quiete et pacifice pleno iure et perfecta integritate in perpetuum possidenda, nichil penitus iuris mihi seu meis successoribus quibuscunque in posterum reservando. Renuntio insuper in hiis scriptis omnibus exceptionibus et iuribus, que mihi aut meis heredibus contra prescripta prodesse possunt in quovis iudicio ipsique ecclesie obesse de facto quoddammodo vel de iure. Huius itaque venditionis testes sunt: Hermannus de Geysmaria, Lodewicus dictus Mayz, itemque Lodewicus eiusdem L(odewici) filius, Hermannus de Hebelde, famuli, Ditmarus conversus in Beriche et quamplures alii fide digni. Sane in premissorum evidens testimonium ego Hermannus dictus Hokhusen predictus presentes litteras conscribi feci, et quia proprio sigillo careo, eas rogavi et obtinui dilectorum amicorum meorum domini Wernheri militis de Lewensteyn dicti de Swensberg et Reynheri famuli dicti de Dalwich sigillorum munimine roborari. Nos quoque Wernherus miles et Reynherus famulus iam predicti rogati ab ipso Hermanno dicto Hokhusen et suis heredibus memoratis nostra sigilla presentibus litteris duxi(mus) apponenda. Datum anno Domini M°.C°C.X°CVII°II., dominica Quasi modo geniti, sub domino Conrado prefate ecclesie preposito ab ecclesia in Grascagh postulato.

[1]) *Mit dunklerer Dinte später eingetragen.*

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An weissgrünen geflochtenen Leinenfäden 1) das verletzte dreieckige Siegel W. v. Löwenstein, aufgerichteter gekrönter Löwe; 2) kleiner Rest vom Dalwigkschen dreieckigen Siegel, was noch einige Rosen (womit das Büffelhorn besteckt ist) erkennen lässt.

2555.

Conradus de Amelungessen miles, *Zeuge in Urk. des Grafen Ludwig von Everstein für Kl. Amelunxborn. 1299 April 30.*

Reg. Harenberg, Hist. Gandersh. p. 1700 und Spilcker, Everstein UB. Nr. 267.

2556.

Äbtissin Irmgard von Herford tauscht ein bei ihrem Fischteich gelegenes Stück Ackerland von ihrem Konvente gegen eine Getreideernte ein. 1299 Mai 2.

Irmingardis Dei gracia abbatissa ecclesie Heruordensis omnibus presens scriptum visuris salutem et memoriam subscriptorum. Noveritis, quod nos pro campo sito apud piscinam nostram dictam Dusdich conventui nostro Heruordensi singulis annis dabimus quatuor modios siliginis, bona in Bauinhusen, que hactenus nobis solverunt sex modios siliginis pro annua pensione ad hoc, ut solvant dictos quatuor modios ipsi conventui et nobis residuos duos ad nostrum dent granarium, deputando. In cuius rei testimonium sigilla nostrum et ecclesie Heruordensis presentibus sunt appensa. Et nos . . preposita, decana, totusque conventus Heruordensis ecclesie, ut huiusmodi permutacio a nobis et nobis succedentibus inviolabiliter observetur, et ut idem campus perpetuo cum omnibus suis pertinenciis ad abbaciam pertineat Heruordensem, et ut nobis quatuor modii siliginis de bonis in Bauinhusen annis singulis pro eo ministrentur, nostrum sigillum appendimus unanimi consensu ad presentes. Datum in crastino beatorum apostolorum Philippi et Iacobi, anno Domini millesimo C°C. nonagesimo nono.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 95. Von den an Pergamentstreifen angehängten zwei Siegeln ist nur Bruchstück des spitzovalen der Äbtissin erhalten.

2557.

Der Domscholaster und Thesaurar von St. Andreas in Köln beauftragen u. a. den Notar Heinrich von Ysenberg, die Äbtissin Irmgard von Herford nach Deutz zu citiren. 1299 Mai 23.

. . . Per procuratorem ydoneum legaliter constitutum feria secunda post ascensionem Domini hora prima ad iurandum de calumpnia et de veritate dicenda ad respondendum precise positionibus Beatricis electe in abbatissam ecclesie secularis Assindensis a sede apostolica commissis.

Gedr. als Transsumpt in einem Bericht über die Vorladung (vergl. folg. Nr. 2558) in Tross, Westphalia II, 210 f.

2558.

Die Notare Johannes gen. Rufus und Heinrich von Ysenberg bekunden in dem Prozess zwischen den Äbtissinnen Beatrix von Essen und Irmgard von Herford, dass sie Irmgard in Bonn, ebenso in Köln im Hause des Magisters Albert, Kanonikus von St. Maria ad Gradus (ubi ipsa Ir(megardis) esse dicebatur et hospes esse), *des Magisters Heidenreich gen. Ploch und des Klerikers Johann gen. Grin, der Prokurator Irmgards sein sollte, nicht gefunden, an den drei letzten Orten citirt und auch dem Johann von Remagen, der jetzt Prokurator derselben sei, diese Citation mitgetheilt hätten. 1299 (nach Mai 29).*

. . . Feria sexta post ascensionem Domini accessimus primo ad domum magistri Alberti . . .

Gedr. Tross, Westphalia III, 240 ff. Vgl. vor. Nr.

2559.

Bischof Otto von Paderborn trennt mit Genehmigung des Rektors der Kirche zu Nieheim die Pfarrei zu Pömbsen und legt zu letztgenannter angegebene Ortschaften. Nieheim 1299 Juni 4.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus universis presens scriptum inspecturis notum facimus ac tenore presentium publice protestamur, quod, cum ecclesiam Pomessen ab ecclesia Nyhem ex causa rationabili de plena ac libera voluntate Winandi rectoris ecclesie in Nyhem diviserimus ac divisas ecclesias iam predictas esse de cetero voluerimus ac velimus ecclesie, amodo parrochiali in Pomessen villas subsequentes videlicet Pomessen, Merlehusen, Reylissen, Bouenhusen, Baddenhusen, Erdermisse, Bedenburen, Sconenberghe, Piddenhusen [1]), Lohof, Sattessen, Ghelinctorp [2]) ac Emmerike cum attinentiis ac pertinentiis universis et cum XLIIII iugeribus circa villam Pomessen pro redditibus sive sustentatione rectoris ipsius ecclesie, qui pro tempore fuerit, assignamus ac deputamus de consensu rectoris ecclesie in Nyhem predicti eo iure, quo ad ecclesiam Nyhem dinoscebantur pertinere perpetuo retinendas. Ad ecclesiam vero Ny(h)em ipsum opidum Nyhem, decimas in Emmerike et Sattessen [3]) maiores et minutas ac XV quartalia triplicis annone annuatim in Ermwordessen pro redditibus ecclesie predicte volumus pertinere. Insuper prohibemus, ne alter alterum plebanorum predictorum in posterum super articulis ordinationis nostre seu eorum aliquo impedire vel impetere audeat quoquo modo. Et in horum perpetuam memoriam ac firmitatem evidentem, ut a nobis vel successoribus nostris dicta nostra ordinatio non valeat immutari, presens scriptum nostro sigillo duximus firmiter roborandum. Actum et datum Nyhem, feria quinta ante festum penthecostes, anno Domini M.CC.XC nono.

[1]) Riddenhusen *C und D.* [2]) Saccesen *und* Belinctorp *C und D.* [3]) Saccessen *C und D.*

Aus Msc. I, 129 fol. 23v (B) und VII, 4512 p. 93 (D) im Kgl. St.-A. Münster. Gedr. Zeitschr. XXXI S. 83 (wo behauptet wird, nur Piddenhusen *sei richtig). Vergl. Lipp. Regg. III, 10 Nr. 1509, woselbst Lage der verschiedenen Ortschaften angegeben ist. Dort wird* Piddenhusen *in* Tiddenhusen *emendirt; vergl. dazu (v. Metternich) Beschr. des Kreises Höxter II, 221. Dagegen hält Schrader wohl mit Recht in Ztschr. XLVI, 2, 198 an* Piddenhusen *fest (Ö. von Merlsheim am Wege nach Nieheim). Vergl. auch Zeitschr. XXXII, 126.*

2560.

Ritter Burchard von der Asseburg überträgt mit Zustimmung seiner Gemahlin Agnes sowie seiner Söhne Berthold, Johann und Werner seinen Antheil an Gütern in Herste dem Kl. Gehrden; die Güter fielen an ihn und seine Verwandten, Ritter Bernhard und Knappe Berthold von Brakel durch den Tod Burchards von Herste. 1299 Juni 5.

. . . Acta sunt hec presentibus testibus: Bernhardo de Brakele et Theoderico de Nedere, militibus, Bertoldo de Brakele, Frederico de Ymessen, Bruningo de Istorp, Everhardo de Mengerssen, famulis, Iohanne de Nihusen et Bertoldo de Ermwordessen, civibus in Brakele.

Nach dem Gehrdener Kopiar gedr. Asseb. UB. I, 506. Erwähnt Wigand, Archiv I, 1, 91 u. IV, 85.

2561.

Propst und Konvent von Küstelberg bitten u. a. in Paderburne sanctimoniales et fratres Minores ibidem, *und die Klöster* Gerdene, Wilbodessen, Herswidehusen, Wartberg, Wormelo, Aroldessen, Mons Martis, Breydelare, Vlechtorph, Schaken, Werue, Nezte, Bereche *den Wohlthätern Küstelbergs die Fraternität zu verleihen. 1299 Juni 11.*

Gedr. Seibertz, UB. I, 480.

2562.

Berthold d. ä. und d. j. von Büren urkunden über Beilegung ihres Streites mit Kl. Böddeken wegen einer Hufe in Swinfelde. *1299 Juni 12.*

Nos Bertoldus senior et Bertoldus iunior nobiles domini de Buren universis, ad quos presentes littere pervenerint, volumus esse notum, quod, cum inter reverendam dominam .. abbatissam et capitulum ecclesie in Bůdiken ex parte una et Cunegundim, relictam quondam Bertrammi dicti Scultetus suosque .. heredes ex altera verteretur dissensio et materia questionis super quodam manso in villa Swinuelde sito, quem iam dicta Cunegundis et sui heredes se a prefata ecclesia pro decem et octo denariis annuatim inde solvendis tenere et pluribus annis tenuisse asserebant, tandem, mediantibus amicis eorum communibus, dicte partes ad conposicionis unionem sunt inducte, ita videlicet, quod ipsa Cunegundis una cum suis heredibus de voluntate et consilio amicorum suorum acceptans et recipiens a prefata domina abbatissa et capitulo ecclesie in Bůdiken sex marcas et dimidiam denariorum Lippie legalium resignavit predictum mansum cum omnibus ad ipsum pertinentibus iam dicte ecclesie liberum et solutum, renuncians omni iuri, quod sibi vel suis heredibus in dicto manso competebat seu competere poterat quoquo modo. Hoc etiam sciendum, quod nobis Bertoldo iuniori, nobili de Buren predicto et nostris post nos heredibus duo solidi denariorum Lippie legalium de dicto manso racione advocacie annis singulis persolventur circa festum beati Michaelis expedite. In quorum omnium testimonium et perpetuam roboris firmitatem nos nobiles domini de Buren predicti sigilla nostra una cum sigillo Lippoldi de Amelungessen canonici Paderbornensis, coram quo super premissis causa vertebatur, ad utriusque partis peticionem apposuimus huic scripto. Nos quoque .. magister burgensium et consules opidi Buren, quia premissis omnibus interfuimus, immo vidimus et audivimus, precibus utriusque partis etiam obtemperantes, presens scriptum ob maiorem evidenciam et memoriam premissorum sigillo opidi nostri duximus roborandum. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo nono, feria sexta proxima post octavas pentekostes.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Herrschaft Büren Nr. 16. An Zwirnsfäden hängen 4 Siegel in weissem Wachs: 1) Reitersiegel Berthold d. ä.; 2) B. d. j.; 3) Lippolds von Amelunxen, spitzoval, Heiligenfigur, darunter knieende Gestalt; Umschrift verwischt; 4) Siegel der Stadt Büren.

2563.

Das Paderborner Domkapitel bestätigt nachträglich die vom Bischof Otto als Elekt an die Brüder des Predigerordens in Warburg gemachte Schenkung der Marienkirche und des anliegenden Berges. Paderborn 1299 Juni 16.

Universis hanc litteram visuris vel audituris prepositus, decanus totumque capitulum Paderbornensis ecclesie salutem in Domino cum noticia veritatis. Cum venerabilis dominus noster dominus Otto episcopus, tunc temporis nostre ecclesie electus et confirmatus, fratribus ordinis Predicatorum tunc in Wartberg existentibus ecclesiam sancte Marie in vinea libere donaverit et montem adiacentem vendiderit pro claustro sui ordinis inibi collocando, prout in litteris ipsius exinde confectis plenius continetur, nos ex unanimi consensu eandem donacionem, vendicionem seu alienacionem ratam et gratam habentes in hiis nostris litteris dictis fratribus Predicatorum ordinis, quantum ad nos attinet vel attinere potest, con-

cedimus omnia et singula predicta et transferimus in ipsos et eorum ordinem, prout a sepe dicto electo et confirmato per suas litteras sunt translata. Insuper et ex superhabundanti, quamquam necesse non foret, consentimus in confirmacionem sedis apostolice fratribus ipsis factam. In huius rei evidenciam et testimonium presens scriptum sigillo ecclesie nostre fecimus roborari. Datum in Paderborne, anno Domini M°.C°C°. nonogesimo nono, X°V°I. Kalendas Iulii.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dominikanerkloster in Warburg Nr. 51. An weiss-rothen Zwirnsfäden das verletzte Paderborner Kapitelssiegel.

2564.

Das Paderborner Domkapitel und der Konvent der Predigerbrüder in Warburg nehmen sich gegenseitig in ihre Brüderschaft auf. Paderborn 1299 Juni 16.

Nos prepositus, decanus et capitulum ecclesie Paderbornensis et nos prior et fratres conventus ordinis Predicatorum domus Wartbergensis notum facimus et recognoscimus litteras per presentes, quod invicem nos recipimus in confratres, ita quod communiter participes efficiamur oracionum et bonorum omnium, que fieri dederit dominus ecclesiis in utrisque, et defuncti precipue fiat sollempnis memoria in divinis mox nuntiato obitu, sive canonicus fuerit sive frater. Ut autem hec mutua confraternitas sincera caritate salubrius perpetuo perseveret, nos prepositus, decanus et capitulum predictum festum beati Dominici in ecclesia nostra Paderbornensi, nos autem prior et fratres conventus antedicti festum beati Liborii in conventu nostro cum honore et reverentia debita peragemus et eadem festa benivole acceptamus, prout dictum est, perpetuo peragenda. Et ne ingratitudinis mater oblivio aliquid deleat de premissis, festa iam dicta in nostris kalendariis locis debitis esse volumus annotata. In cuius rei testimonium presens scriptum ecclesie nostre et conventus predictorum sigillis dedimus sigillatum. Datum apud Paderborne, anno Domini M°.C°C°. nonogesimo nono, X°V°I. Kalendas Iulii.

Or. in zwei Exemplaren (A u. B) im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 356 und Dominikanerkl. Warburg Nr. 50. An A an roth-weissen Leinenfäden 1) Siegel des Domkapitels; 2) rundes Klostersiegel, in gothischer Verzierung zwei Heiligen mit gegen die Mitte erhobenen Händen, darunter Brustbild mit Palmzweig und Buch. An B noch an zweiter Stelle roth-weisse Zwirnsfäden.

2565.

Edelherr Wilhelm von Ardey bekundet Kauf von Äckern, Holzung und Garten bei Geseke. 1299 Juni 19.

Universis Christi fidelibus presentes litteras visuris et audituris nos Wilhelmus nobilis dictus de Ardeye notum esse cupimus et tenore presencium publice protestamur, quod Conrado dicto Pistori, Hyldegundi uxori ipsius et eorum heredibus legitimis necnon et Hermanno Mactatori, Hyldegundi ipsius uxori et eorundem heredibus viginti tria iugera agrorum, sita in campo Gesekensi, tria spacia lignorum que vulgariter eycwort dicuntur, sita in silva, que dicitur Gesekerma(r)ka, et ortum quendam situm apud portam, que Husekemoleporte vulgariter appellatur, que iugera, eycworde et ortum predicti Conradus et Hermannus, oppidani in Gyseke, sibi comparaverunt a Gosvino filio quondam Luberti dicti Greuen militis, Elburga uxore sua et eorundem heredibus cum consensu et assensu Rabodonis et Luberti fratrum predicti Gosvini et eorum heredum omnium, qui a nobis eadem bona iure ministeriali tenuerunt; item quatuor iugera agrorum in eodem campo Gesekensi sita, que predicti Conradus et Hermannus sibi comparaverunt a Luberto predicto cum consensu uxoris et eorum heredum et Gosvini et Rabodonis fratrum predictorum, iam dictis Gosvino, Luberto et Rabodone fratribus eadem bona nobis prius resignantibus, iure contulimus pheodali perpetuo possidenda, prefata bona nostra ministerialia in bona pheodalia commutando. Ne autem hoc factum oblivio deleat, set potius memoriale permaneat, et ne quis nostre posteritatis hoc idem factum infringere presumat, nos Wilhelmus nobilis predictus has litteras nostro sigillo una cum sigillo predicti oppidi Gyseke, quod apponi petivimus, duximus roborandas. Actum presentibus: Menrico dicto Haroldinch[1]) iudice in Gyseke, Andrea dicto Bodekinch, Hermanno

dicto Pras, Henrico de Kaminata, Henrico dicto Herebramere, Detmaro de Vinea, Detmaro dicto Muken, Bernhardo dicto Boldemer, Hermanno dicto Mumhart, Alberto de Dreyne et Alwordo, consulibus dicti oppidi Gyseke, Gobelino dicto Stotere famulo, Ulrico dicto Vryman, Henrico dicto Yrreuogel et aliis quam pluribus fide dignis. Datum feria sexta post octavam[2]) penthecostes, anno Domini M°.CC°. nonagesimo nono.

[1]) *Eher* Hareldinch *Or.* [2]) octavo *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster Kl. Abdinghof Nr. 86. An Pergamentstreifen 1) plattgedrücktes rundes Siegel Wilhelms v. Ardey (achtmal geständert); 2) abgefallen. Die Husecker Mühle hat sich nordöstlich von der Stadt Geseke bis heute unter diesem Namen erhalten. (Spancken.)

2566.

Bischof Otto von Paderborn schenkt ihm von den Brüdern von Brobeke aufgelassene Güter in Husen und Boclon *dem Kl. Bredelar. Paderborn 1299 Juli 3.*

Universis hoc scriptum visuris nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus cupimus esse notum, quod de consensu et voluntate honorabilium virorum prepositi, decani et capituli ecclesie nostre predicte proprietatem bonorum in Husen et in Boclon, que Iohannes de Brobeke miles quondam a nobis et ecclesia nostra tenuerat, et que religiosis viris abbati et conventui monasterii in Bredelare pro salute anime ipsius contulit et legavit, que eciam sui legittimi heredes, videlicet Gyso, Godscalcus et Iohannes milites et Borchardus famulus fratres in manus nostras libere resignarunt, eisdem abbati et conventui donavimus et donamus in hiis scriptis perpetuo retinendam. In cuius rei testimonium presens scriptum nostro et capituli nostri predicti sigillis extitit sigillatum. Et nos prepositus, decanus et capitulum predicti in testimonium nostri consensus sigillum nostrum apposuimus huic scripto. Datum Paderborne, anno Domini 1299, in crastino Processi et Martiniani martirum.

Aus Msc. I, 127 fol. 33 im Kgl. St.-A. Münster.

2567.

Ritter Werner von Westerburg übergibt die Burg Kalenberg dem Erzbischof Wicbold von Köln und erhält sie als Lehn zurück. 1299 Juli 13.

Nos Wernherus miles dictus de Westerburg et Druda uxor eiusdem legitima tenore presentium recognoscimus publice protestando, quod cum pleno consensu et voluntate omnium nostrorum heredum damus et dedimus venerabili in Christo patri ac domino nostro W(icboldo) archiepiscopo et sue ecclesie Colonyensi castrum nostrum Kalenberg cum omni iure, quo ad nos dinoscitur et dinoscebatur pertinere, et nos et nostri heredes immediate idem castrum cum eodem suo iure sibi attinente a prefato nostro domino Colonyensi et ipsius ecclesia in pheodo recepimus perpetuis temporibus possidendum. Et ex hoc facto fide data promittimus in hiis scriptis, quod predictum dominum nostrum archiepiscopum et suam ecclesiam subintrandi et exeundi adversus suos quoslibet adversarios in dictum castrum libere recipiemus. In cuius facti notitiam presentem litteram sigillorum nostrorum appensione[1]) dedimus roboratam. Datum anno Domini M.CC.XC nono, III. Idus Iulii.

[1]) *Or.* appencione.

Or. im Kgl. St.-A. Düsseldorf, Kurköln Nr. 390. Beide Siegel an Pergamentstreifen erhalten. Das Werners zeigt eine vierzackige Thurmzinne mit der Umschrift: s. Wernheri de Bischopfeshusen; *das seiner Gemahlin zeigt diese in ganzer Figur, in der Rechten einen Blumentopf, in der Linken ihren Wappenschild haltend, mit der Umschrift:* s. domine Geredrudis de Kalenberch.

2568.

Ritter Dietrich v. Elben verkauft seine Besitzungen in Obervorschütz an Kl. Berich. Gudensberg 1299 Juli 29.

In nomine Domini amen. Ne rerum gestarum negocia corruptioni subiaceant, solent ea, que geruntur in tempore, scripturarum testimonio perennari. Noverint igitur tam posteri quam moderni presentes litteras audituri, quod ego Theodericus de Elbene miles accedente consensu unanimi et concordi

Luccardis uxoris mee, Conradi, Iohannis, Thilemanni, Ottonis, Hermanni itemque Conradi filiorum meorum et Luccardis filie mee, Conradi quoque fratris mei layci dicti de Elbene ac aliorum tam suorum quam meorum omnium heredum vendidi et libera tradidi bona mea in superiori Vorscutthe sita cum omnibus iuribus ad ea ex antiquo spectantibus, videlicet in silvis, campis, aquis, pascuis, pratis, orreis, areis ac aliis ipsorum appendiciis quibuscunque, ecclesie et . . personis de Beriche pro viginti duabus marcis et dimidia argenti in terra Hassie usualis proprietatis titulo perpetuo possidenda, quorum quidem bonorum medietatem Hermannus dictus Holzhusen nunc habet. Promisi insuper de predictis bonis me facturum et facere iustam ac debitam warandiam secundum consuetudinem terre . . preposito et conventui predicte ecclesie de Beriche, si fuero requisitus. Preterea ego una cum heredibus meis predictis renuntio plane et expresse in his scriptis a modo in antea in perpetuum omnibus actionibus et exceptionibus ceterisque iuris aut facti amminiculis, que michi meisque heredibus in posterum contra predictam prodesse possent ipsique ecclesie obesse de facto quoquo modo vel de iure. Huius rei testes sunt: magister Siffridus plebanus in Sassenhusen, plebanus de Nidensteyn, Iohannes capellanus in Gudensberg, Hartmodus plebanus in Besse, Wernherus de Sweynsberg, Heinricus de Urphe, Widekindus dictus Wackermul, milites, Conradus de Lare, Lodewicus dictus Maz, famuli, Sifridus de Nuwenborgh, Lodewicus dictus Vingerhoth, cives Fritslarienses, Heidenricus de Venne et quam plures alii fide digni. In horum testimonium, memoriam ac perpetuam firmitatem tam meo sigillo proprio quam etiam Otthonis de Valkenberg mei sororii, Henrici dicti de Urffe et Widekindi dicti de Wichdorph, militum, sigillis tradidi communitas litteras has patentes. Et nos Ottho de Valkenberg, Henricus et Widekindus milites predicti ad preces ipsius Theoderici de Elbene nostris sigillis una cum suo sigillo roboravimus presens scriptum. Actum et datum Gudensbergh, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono, quarto Kalendas Augusti. Hic contractus habitus est sub Conrado preposito dicte ecclesie de Beriche de ecclesia in Graschap postulato.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen 1) dreieckiges Siegel des v. Elben, Hirschstange(?), deren vier Enden mit Lilien besteckt; 2) abgefallen; 3) dreieckig, Kopf und Hals zweier von einander abgewendeter Adler, Urf; 4) verletzt, dreieckig, Kopf in Form eines Ambosses mit zwei Henkeln, Wichdorp.

2569.

Bischof Otto von Paderborn fordert seine Diöcesanen zu milden Gaben für den Bau der Kirche und eines Kapellchens im Stift Busdorf auf. 1299 August 8.

Otto Dei gratia ecclesie Paderbornensis episcopus universis Christi fidelibus, ad quorum noticiam presentes littere pervenerint, salutem in Domino sempiternam. Quoniam, ut ait apostolus — vitam eternam. Cum igitur ad reparacionem sive reedificacionem ecclesie beatorum apostolorum Petri et Andree in Paderborne proprie non suppetant facultates, universitatem vestram rogamus et hortamur in Domino atque in remissionem vestrorum vobis iniungimus peccaminum, quatinus de bonis a Deo vobis collatis ad reedificacionem ipsius ecclesie et capellule in honorem beate Marie virginis et preciosi ac salutiferi dominici corporis Christi fabricande ibidem porrigatis manum adiutricem liberaliter, ut per vestra subsidia fabrice ipsius ecclesie et capellule succurratur et vos per hec et alia bona, que Domino inspirante feceritis, possitis ad eterna gaudia pervenire. Et ut ad huiusmodi pietatis opus fideles quoslibet salubriter invitemus, omnibus benefactoribus memorate ecclesie et capellule de omnipotentis Dei misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli ac sancti Liborii confessoris confisi suffragiis, dummodo vere doleant se peccasse, quadraginta dies de iniunctis sibi penitenciis misericorditer relaxamus. Insuper venerabilium in Christo patrum ac dominorum indulgencias archiepiscoporum et episcoporum concessas benefactoribus huiusmodi fabrice, videlicet Coloniensis, Bremensis, Maguntinensis, Arborensis, Adrianopolensis, Moki(c)ensis, archiepiscoporum, Bauenbergensis, Argentinensis, Methensis, Frisiensis, Pattauiensis, Verdensis, Lubicensis, Brandenborgensis, Curiensis, Constanciensis, Basiliensis, Tullensis, Tyrasonensis,

Larinensis[1]), Verulani, Parentini, Auellonensis, Croensis, Erbipolensis, Spirensis, Augustinensis[2]), Hildensemensis, Eystadensis et Salubriensis, episcoporum, quorum super hiis indulgenciis litteras vidimus non cancellatas, non abolitas nec in aliqua sui parte viciatas, ratas habemus et in nomine Domini confirmamus. Cum eciam predicta capellula in honorem corporis Christi fabricanda sit, maxime propter varias negliencias, que in dyocesi nostra contigerunt, heu! tam per iudeos quam per alios, qui hoc sanctissimum viaticum indigne tractaverunt, sumpserunt vel a suis manibus neglienter in terram labi fecerunt, ut propter huiusmodi specialem reverentiam Deo exhibe(amus in?) structura ipsius capelle ac divini officii annuati ibidem frequentacione ac celebracione facienda, prout institutum est a sanctissimo patre ac domino Urbano papa quarto, placare ... am iram summi iudicis omnibus Christi fidelibus, qui hanc salutiferam eucharistiam indigne tractaverunt et communicaverunt, et suas pias elemosinas ad opus ipsius capelle contulerint et negocium huiusmodi fideliter promoverint, vere contritis et confessis de omnipotentis Dei confisi misericordia et suffragiis ecclesie sancte, quicquid in premissis neglienciis commiserunt, dummodo satisfactioni de consilio proprii sacerdotis vel confessoris voluerint subiacere humiliter, misericorditer indulgemus. In locis eciam auctoritate nostra et archydiaconorum nostre ecclesie interdictis, diebus dominicis et diebus, quibus nuncii dictum negocium proponentes ibidem fuerint, interdictum tollimus et concedimus, ut in eis per proprium sacerdotem excommunicatis et nominatim interdictis exclusis divina officia celebrentur et sacramenta ecclesiastica ministrentur, mandantes et firmiter iniungentes abbatibus, prepositis, plebanis, viceplebanis, capellariis ecclesiarum nostre civitatis et dyocesis, ad quos presentes littere pervenerint, ut sub pena excommunicacionis precipiant, ut populus utriusque sexus, servi et ancille, qui ab hospicio suo causa necessitatis non urgente abesse valeant, venient ad diem, locum et horam, quam lator presencium vobis nominaverit, et ibidem moram faciant. Dies eciam illa vel hora habeatur tamquam dominicalis celebris et festiva, donec predictum negocium fuerit totaliter expositum et promotum. Nuncios nichilominus dicti negocii in ecclesiis et domibus vestris honeste et benigne recipiatis et fideliter pertractetis. Datum anno Domini M°.C°C.X°C nono, sabbato proximo ante Laurencii.

[1]) Lariuenensis *Or.* [2]) *So Or.*

Or. (beschädigt) im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 49. Das an grünem Seidenfaden angehängte Siegel des Bischofs fehlt. Vgl. unten Nr. 2639.

2570.

Ritter Konrad von Billerbeck verkauft seinen Hof in Bega. 1299 August 11.

Ego Conradus de Billerbecke miles universis (presentia)[1]) visuris seu audituris cupio notum esse, quod cum consensu ac voluntate omnium heredum meorum Borchardo et Florino fratribus Wirbenne, Conrado filio domini Ioannis de Bega militis necnon Gotfrido filio Friderici de Bega curiam meam in Bega cum omni usufructu tam in agris quam etiam in omnibus suis pertinentiis vendidi et in phe(o)do contuli iure hereditario perpetuo et libere possidendam. Quod ut ratum et inconvulsum ipsis permaneat, in maiorem facti firmitatem presens scriptum sigillo consulum in Blomberge, quorum nomina sunt hec: Helmericus proconsul, Werner frater suus, Alexander de Bavenhusen, Arnoldus filius suus, Ioannes de Sualenberch, Sifridus de Brakele, Hildebrandus et Ioannes fratres, Detmarius in platea vaccarum, Arnoldus Waterbecker, Everhardus de Beinedorpe et Otto de Isinctorpe, qui huic facto aderant, petii solidari. Preterea testes sunt: Ludolphus de Elmerinchusen viceplebanus in Blomberch, Iohannes de Bega miles, Lambertus Holtgravius, Arnoldus de Suesenhusen, Hermannus de Donope, Bertoldus, Sifridus Boese, Herboldus de Elmerinchusen et alii quam plures. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo nonogesimo nono, in crastino beati Laurentii martiris.

[1]) *Abgerissen.*

Aus Kop. Lipp. des Fürstl. Archivs in Detmold. Reg. Lipp. Regg. I, 465.

2571.

Helmicus Stotere verkauft an Kl. Böddeken Güter und Einkünfte. Böddeken 1299 August 11.

Universis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis et audituris Bertoldus nobilis de Buren iunior et castellani in Ruden salutem et cognoscere veritatem. Noverint universi tam etatis presentis quam future, quod Helmicus dictus Stotere cum consensu et plena voluntate uxoris sue, Herbordi, Agnetis, Vrederunis et Methildis legitimorum puerorum ipsius, item Iohannis Ween fratrum [1]) eiusdem ac omnium heredum suorum bona sua in Tyndele et in novo Budeken sita, item redditus sex scepel avene de curia Suapheren, de curia in Wlpheshusen tantum, item de curia in Graffen redditus sex scepel avene et ius percipiendi singulis annis candelas cum quibusdam panibus, que bona idem Helmicus iure vasalli, quod manestat dicitur, ab ecclesia Budecensi tenebat et quos redditus de curia Budecensis ecclesie predicte cum candelis [2]) prenotatis ratione officii marschalci singulis annis tenuit et percepit, cum omnibus iuribus, pertinentiis eorundem venerabili domine abbatisse et conventui ecclesie Budecensis pro viginti et quatuor marcis denariorum usualis et currentis monete sibi in pretium numeratis vendidit, tradidit et resignavit eisdem ad habendum, tenendum et iure perpetuo libere possidendum. Ut igitur hec firma et inconvulsa permaneant, ad petitionem Helmici, puerorum et heredum suorum predictorum hoc scriptum sigillorum nostrorum muniminibus cum subscriptionibus testium extitit roboratum. Testes aderant: Thidericus et Hermannus prebendarii, Hermannus et Regnerus sacerdotes memorate ecclesie Budicensis. Item Richardus plebanus ecclesie sancti Petri Paderbornensis, Iohannes plebanus ecclesie in Haldynchusen et Mathias famulus abbatisse. Datum Budeke, tercio Idus Augusti, anno Domini M°.CC°. nonagesimo nono.

[1]) *So Abschr.* [2]) *Abschr.* predictis — clenodiis.

Nach dem Böddeker Kopiar fol. XXXIIII$_{v}$ im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg. Vom Dorfe Tindeln ist nur noch das Vorwerk dieses Namens westlich von Haaren übrig. Suapheren *lag in der Nähe nordöstlich von Haren und* Wlpheshusen *unweit* Suapheren. *(Spancken).*

2572.

Bischof Ludwig von Osnabrück bestätigt dem Marienstift in Bielefeld Schenkungen seines Bruders des Grafen Otto von Ravensberg. Osnabrück 1299 August 23.

Lodewicus Dei gracia Osnaburgensis ecclesie episcopus omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Sacris canonibus novimus esse permissum, quod decime, que laicis in feodum ab ecclesia perpetuo sunt concesse, possunt alii ecclesie assignari de dyocesani consensu, quando ad hoc ipsi layci induci nequeunt, ut eas ecclesie restituant, ad quam spectant. Hoc igitur attendentes, et quod utilitati ecclesiastice consulitur, dum, quod a layco illicite possidetur, ad usum ecclesiasticum revocatur, donationi, concessioni sive assignationi, quam nobilis vir Otto comes de Rauensbergh frater noster facere intendit ecclesie sancte Marie novi opidi in Bileuelde, Paderburnensis dyocesis, de proprietate decime in Wertere et de domo Frederici dicti de Wenckerincthorpe quas ab ecclesia nostra predicta tenet in feodum, pium prebemus assensum. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo nostro fecimus roborari. Actum et datum Osenburcg, anno Domini M°.C°C. nonagesimo nono, in vigilia beati Bartholomei apostoli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift in Bielefeld Nr. 6b. An Pergamentstreifen Fragment vom runden Siegel des Bischofs sammt Sekret in grünlichem Wachs.

2573.

Abt Heinrich von Corvey widerruft eine, angeblich von ihm ausgestellte Urkunde, worin er den Hof Goldhof als Lehen ausgethan haben sollte. 1299 August 25.

H(enricus) Dei gratia abbas ecclesie Corbeyensis dilecto sibi in Christo H.(?) custodi ipsius ecclesie cum dilectione salutem. Consuluisti nos, quid nobis constaret de curte officii tui dicta Golthof sita Lutteringen pertinente [1]) ad aurifabricam reparationi tapetarum et fenestrarum [2]) ecclesie, quam Arnoldus

de Voltessen dictus Veddere detinet, et per te super illa conventus assignavit, se a nobis dictam curiam in feodum accepisse. Super quo taliter respondemus protestantes, nos ex certa scientia dictam curiam nec ipsi Arnoldo nec alicui alteri in feodum vel alio quocunque titulo alienasse, sicuti nec de iure potuimus, set si quid huiusmodi propter rei ignoranciam fecisse dicamur, quod tamen non credimus neque factum concedimus, id auctoritate presencium duximus revocandum, et hoc universis, quorum interest, volumus esse notum. Datum crastino beati Bartholomei apostoli, anno Domini M°.CC. nonagesimo nono.

Et nos Wernherus decanus nove ecclesie Huxariensis sigillo nostro appenso presentibus protestamur, quod vidimus has litteras non abolitas, non cancellatas, vel in aliqua sui parte viciatas.

[1]) pertinentis *Abschr.* [2]) capetorum et fenestrari *Abschr.*

Aus Msc. I, 134 fol. 42. Erwähnt Wigand, Corveyer Güterbesitz S. 158 Note 1. Gedr. Asseburger UB. I, 508. Bezüglich der Datirung des Zusatzes ist zu bemerken, dass Werner v. d. Asseburg 1300 als Dechant der Neuen Kirche erscheint. Vgl. unten. Vielleicht ist der Zusatz gleichzeitig.

2574.

Bischof Otto von Paderborn verspricht, den Entscheidungen eines ständischen Rathes von Domherren und Ministerialen Folge zu leisten und die für Ankauf der Stadt Brakel und ihrer Pertinenzien ausgesetzte Summe Geldes nicht anzugreifen. 1299 September 13.

Universis hoc scriptum visuris nos Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus notum facimus et presentibus litteris protestamur, quod discretis viris Her(manno) scolastico, E(verhardo) de Heruordia, A(melungo) de Driburg, G(eorgio) de Sola Domo, canonicis; Wer(nero) dicto Creuet, W(olmaro) de Brenken, C(onrado) et A(lberto) de Etlen, militibus; Io(hanni) de Driburg famulo, ministerialibus Paderbornensis ecclesie, manualiter promisimus, eorum stare consiliis. Preterea de pecunia ad comparandum opidum et bona Bracle deputata[1]) et de redditibus ipsorum bonorum nos nullatenus intromittemus, quousque am opidi quam bonorum precium integraliter fuerit persolutum. In cuius rei testimonium eisdem nostris consiliariis presens scriptum dedimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum anno Domini M°.C°C.LXX°XX nono, dominica die post nativitatem beate Marie virginis.

[1]) deputa *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth Paderborn Nr. 357. An Pergamentstreifen grosses Bruchstück vom Siegel des Bischofs mit rückwärtigem Sekret. Gedr. Schaten, ad annum.

2575.

Gebrüder Berthold und Werner von Brakel, Knappen, übereignen zwei ihnen resignirte in Wormeln gelegene Hufen dem dortigen Kloster. 1299 September 30.

Nos Bertoldus et Wernerus fratres de Bracle famuli recognoscimus in hiis scriptis publice protestando, quod Ludolfus de Osdagesen miles duos mansos sitos in Wormlon, quos tenuit in feodo a Conrado de Ystorp famulo et idem Conradus a nobis de nostra voluntate et consensu vendidit preposito et sanctimonialibus monasterii in Wormlon perpetuo possidendos, quos mansos alter alteri usque ad nos libere resignavit, qua resignatione sic facta nos ad petitionem Iohannis plebani novi opidi in Warberg, Bernhardi de Bracle nostri consanguinei dilecti, Henrici Iudei, militum nec non aliorum proborum virorum omne ius feodi, quodcumque habuimus in dictis mansis, contulimus et dedimus ob remedium animarum nostrarum predictis sanctimonialibus libere et perpetue possidendum. Insuper bona fide promittimus prestare de eisdem mansis dictis monialibus debitam warandiam, donec ipse poterint proprietatem et ius dominii a dominis, ad quos spectat proprietas, impetrare. In cuius venditionis, resignationis et donationis testimonium sigilla Bernhardi de Bracle, nostrum, Conradi de Ystorp et Ludolfi de Osdagesen predictorum presentibus sunt appensa. Testes huius facti sunt: Her(mannus) plebanus de Edessen, Engelbertus plebanus de Scerue, Stephanus de Valkenberg miles, Albertus de Nedere, Bern-

hardus de Resebeke, famuli, et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M°.C°C.X°C nono, in crastino beati Michahelis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Wormeln Nr. 16. An Pergamentstreifen in dunkelgelbem Wachs 1) rundes Siegel Bernhards v. B., kleiner Schild mit Helm; 2) dreieckiges Bertholds v. Brakel, die mit Querbalken belegten Pfähle; 3) verletzt im Schildeshaupt drei wie buckelartig umsponnene und unten verbundene Knöpfe, oben und unten Arabeskenverzierung. Umschrift: H . . . rat van Isne; *4) dreieckiges Siegel, eine Fächerpalme auf dreieckigem Hute, frei im Siegelfelde. Von der Umschrift:* . . S . . . . . sdagesen.

2576.

König Albrecht fordert u. a. Bischof (Otto) von Paderborn auf, dem Erzbischof Wicbold von Köln Hülfe zu leisten, wenn Graf Bernhard von der Mark denselben an der Besitznahme von Dortmund, Brakel, Westhofen und Elmenhorst hindert. Bingen 1299 Oktober 19.

Gedr. Kindlinger, Samml. 29; Lacomblet UB. II, 1039. Reg. Böhmer, Regesta imperii 1241—1313 (König Albrecht) S. 215 Nr. 224; Rübel, Dortmunder UB. I, 267.

2577.

Bischof Otto von Paderborn schenkt dem Stift Busdorf den ihm aufgelassenen Zehnten in Versede. *Paderborn 1299 Oktober 21.*

Nos Otto Dei gratia ecclesie Paderbornensis episcopus universis Christi fidelibus tenore presentium litterarum notum facimus et esse volumus manifestum, quod donationem quarte partis decime in Versede dilectis in Christo decano et capitulo ecclesie sanctorum apostolorum Petri et Andree Paderbornensis per Thydericum dictum de Syrikescen et matrem suam pro remedio anime ipsorum favorabiliter factam[1]) nobisque per Henricum dictum Bulemasti et Wernherum Stapel, laycos, qui a nobis dictam partem decime in pheodo tenuerunt, a quibus prefati Thydericus et sua mater eandem partem in pheodo tenebant, in manus nostras ad usus dictorum decani et capituli resignatam[1]) consentimus, ipsam partem decime eisdem decano et capitulo liberaliter concedentes[2]) perpetuo retinendam. Donationis etiam ipsius decime titulum vel alium quemcumque, per quem ad usus prefate ecclesie sepefata decima conversa dinoscitur presentibus confirmamus. In cuius rei testimonium presens scriptum predictis decano et capitulo dedimus sigilli nostri munimine roboratum. Datum Paderborne, duodecimo Kalendas Novembris, anno Domini M°.C°C. nonagesimo nono.

[1]) facte *und* resignate *Or.* [2]) consedentes *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Dalheim Nr. 41. An Pergamentstreifen kleines Bruchstück vom Siegel Bischofs Otto.

2578.

Genannte schlichten einen Streit zwischen dem Kl. Neuenheerse und dem Ritter Swyger von Brilon sowie seinem Sohn Siegfried über die Villikation in Wülfte. Heerse 1299 November 8.

Nos Hermannus Dei gratia decanus ecclesie Paderbornensis iudex auctoritate apostolica delegatus, Wernherus decanus ecclesie sanctorum Petri et Andree Paderbornensis, Reynherus dapifer Paderbornensis dictus Creuett et Iohannes de Elwordessen, milites, arbitri sive amicabiles compositores a partibus infrascriptis electi, notum facimus universis et presentis scripti testimonio sub sigillis nostris attestamur, quod causa, lis et dissentio inter venerabilem dominam abbatissam et capitulum secularis ecclesie Hersensis ex una et Swycgerum militem, Sifridum filium suum de Briglon et heredes ipsorum legitimos super villicatione in Wlffete et pertinentiis suis, quam iidem Swicgerus, filius et heredes sui dicebant ad se tamquam villicos pertinere ex parte altera, per nos est terminata, decisa amicabiliter et sopita et facta stabilis et firma zona ita, quod domina abbatissa et capitulum predictum dederunt Swycgero militi, Siffrido filio et heredibus eorum triginta et quinque marchas denariorum Paderborne

dativorum et dictus miles, Siffridus filius suus et heredes resignaverunt dictam villicationem ad manus domine abbatisse et capituli Hersensis et renunciaverunt eidem villicationi omni iuri, quod habere se dicebant et habere poterant ab eisdem, et nunquam ipsam dominam abbatissam et capitulum super ipsa villicatione impetent in futurum actione canonica vel civili. Et nos Albertus comes de Swalenbergh, Conradus Dei clementia prepositus in Gerdene, et Iohannes de Dryborgh miles, quia interfuimus ordinationi et decisioni predictis, ipsam recognoscimus, sigilla nostra apponi fecimus in testimonium eorundem. Testes aderant: Andreas, Thidericus de Aldenherse, Hinricus de Holthosen, Hinricus de Paderborne, sacerdotes et prebendarii Hersensis ecclesie, Conradus et Hermannus de Woltessen, sacerdotes, Ambrosius de Messenhosen, Henricus de Immedeshusen, Geroldus de Ermwordessen, Iohannes de Eylwordessen, Hermannus de Dryburgh, Hoyer de Osen, Henricus de Herbramen, Bertoldus Herinc, Wiscelus de Lustringen, Hinricus de Pipenbroke, Nolte de Matenbecke, Conradus et Matthias de Adene. Actum et datum in ecclesia Hersensi predicta, in octava omnium sanctorum, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo nono.

Nach beglaub. Abschr. saec. XVI. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Neuenheerse Nr. 22. Ueber Swycker von Brylon vgl. Nr. 1734.

2579.

Geistliche und weltliche Schiedsrichter schlichten den Streit zwischen Bischof Otto von Paderborn und der Bürgerschaft daselbst, wegen des Burgerichts. Enenhus *1299 November 9.*

Universis hoc scriptum visuris seu audituris nos Georgius prepositus, Hermannus decanus, canonici ecclesie Paderbornensis, Bernhardus de Brakele, Raueno de Papenhem, Iohannes de Driburg, Godscalcus de Brobyke, Henricus dictus Schenke, Burghardus de Etlen, Wilhardus de Vernede, milites, Iohannes de Vernede ac Conradus de Etlen, famuli, ministeriales ecclesie Paderbornensis, arbitri seu arbitratores a partibus hincinde super discentione inter reverendum dominum nostrum Ottonem Paderburnensem episcopum ex una et magistros civium, consules ac ceteros burgenses civitatis Paderbornensis ex parte altera, super quodam iuditio, quod vulgariter dicitur burrichte, per civitatem Paderbornensem, excepta civitatis parte, que dicitur Aspedere, electi, notum facimus et presentibus publice protestamur, quod in nos arbitrium sive compromissum recipientes ac fide prestita corporali promittentes ius dicere super iuditio memorato, communicato prudentum militum ac famulorum consilio, auditis et examinatis defensionibus et iuribus parcium utrarumque hincinde propositis, diximus, diffinivimus, arbitrati fuimus ac pronuntiavimus necnon per presentes dicimus, diffinimus, arbitramur ac pronuntiamus, dictum dominum nostrum in predicto iuditio ius habere, ipsi idem iuditium adiudicando, ex quo per mortem et ex morte Rodolfi advocati de Geseke dicto domino nostro et sue ecclesie Paderbornensi, quorum vasallus pretextu dicti iudicii existebat, dinoscebatur ac dinoscitur vacavisse, cum tempore obitus sui idem iuditium in sua detinuerit possessione, propter quod nullus eisdem burgeren poterat de sepefato iuditio warandiam facere aliqualem, nisi in illo loco, scilicet Enenhus, illa die et illa hora ad hoc deputatis, videlicet cum idem ius duximus pronuntiandum, secundum ius vasallorum ecclesie Paderbornensis fecisset efficaciter warandiam. Huic pronuntiationi testes intererant: Conradus de Defholte, scolasticus Paderbornensis ecclesie, Albertus de Amelungessen senior, Burghardus de Asseburg, Iohannes de Eylwordessen, Henricus Iudeus, milites, Conradus de Vernede, Ecbertus de Amelungessen, Bertoldus de Hyndeneburch, Iohannes de Eylwordessen, Herboldus de Papenhem, Henricus de Hyldersen, famuli, et alii quam plures fide digni. In quorum omnium et singulorum memoriam ac firmitatem evidentem hoc scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Et nos testes predicti, qui sigilla habemus, in testimonium predictorum ipsa sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Nos etiam testes ceteri sigillis propriis carentes sigillis testium predictorum presentibus appensis sumus contenti. Actum et datum Enenhus, feria secunda ante Martini anno Domini M°.C°C.X°C nono.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 358. An roth und weissen Leinenfäden 1) spitzovales Siegel des Dompropsts, in gothischer Verzierung Maria sitzend mit dem Kinde, scheint einen Apfel zu halten; 2) spitzovales Siegel, Gestalt mit Palme des Domdechanten Hermann; 3) abgefallen; 4) dreieckiges Siegel Ravens von Papenheim mit dem Raben; 5) abgefallen; 6) drei Lanzenspitzen (oder Fischangeln) dreieckig zusammengespitzt (Brobyke); 7) dreieckiges Siegel, worin drei Sicheln(?) Umschrift: S. Heinrici pincerne *(Schenk von Apolda-Hanstein); 8) und 9) abgefallen; 10) rundes Siegel, worin dreieckiger Schild mit zwei mitFeh belegten Pfählen (Amelunxen); 11) u. 12) abgefallen. Gedr. Ztschr. XXXI, 2, 163 (nach Kopie); Asseb. UB. I, 510 (nach Or.).*

2580.

Knappe Konrad von Borken bittet den Abt von Hersfeld um Neuausfertigung einer Zehntüberlassungsurkunde für Kl. Hardehausen. 1299 November 9.

Venerabili domino suo domino abbati ecclesie Hersfeldensis Conradus famulus dictus de Borken paratum ad quevis ipsius beneplacita famulatum. Vestre reverentie significo per presentes, quod dominus meus reverendus, vester predecessor, appropriavit decimam in Ropoldeshusen ad preces meas domino abbati et conventui in Herswidehusen, ordinis Cisterciensis, in cuius decime recompensam resignavi ad manus vestri predecessoris villam dictam Blanckenhagen et recepi dictam villam in feodo ab eodem. Cum autem dominus abbas de Herswidehusen perdiderit litteras super illa libertacione confectas, peto studiose, graciose dicto conventui dare dignemini vestras litteras super eo. Hec volo perpetuo promereri. Datum V. Idus Novembris, anno Domini M°.C°C.X°C nono.

Nach Druck in Wenck, Hess. Landesgesch. III UB. S. 174.

2581.

Edelherr Simon zur Lippe verpfändet mit Zustimmung seiner Gemahlin seinem Knappen Konrad genannt Rietberg mehrere Güter. 1299 November 24.

Gedr. UB. III, 1655.

2582.

Entscheidung über die urkundliche Form, in welcher die Beendigung von Streitigkeiten der Vorsteher von Stiftern und Klöstern mit ihren Beamten und Ministerialen beglaubigt sein müsse. 1299 November 25.

Capitulum ecclesie . . . omnibus presens scriptum intuentibus salutem et congnoscere veritatem. Noverit . . . in capitulo nostro esse diffinitum et approbatum legitime, quod, si aliqua dissensio seu altercatio suborta fuerit inter prelatos ecclesie seu monasterii, sive fuerint abbates, abbatisse, prepositi prepositeve aut decani decaneve sive cuiuscunque dignitatis, ex una parte, et eorum officiatos, sive fuerint dapiferi, ministeriales aut alii, quocunque officio utantur, ex altera super iure officii et huiusmodi altercatio seu dissensio sopiatur et terminetur per amicabilem compositionem de consensu utriusque partis, ita quod hoc appareat et legitime constiterit per rescriptum auctenticum, roboratum tam sigillis capituli ecclesie seu conventus monasterii ac prelati cuiuscunque, quem negocium tangit sive officium: huic rescripto debet . . . fides adhiberi et habebit pleni roboris firmitatem, nec obstat sigillum alterius partis non esse appositum. Secus tamen foret, si huiusmodi rescriptum sigillo solius p(artis?) muniretur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M°.C°C.X°C nono, ipso die beate Katerine virginis gloriose.

Or. (defekt) im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 96. Auf dem zerstörten Siegel lässt sich mit grosser Wahrscheinlichkeit noch die Figur des h. Paulus mit dem Schwerte in der Rechten erkennen. Wahrscheinlich ist das ausstellende Kapitel das der Münsterschen Kirche.

2583.

Die Rathmänner in Geismar bekennen, dass Genannte auf ihre Ansprüche an 21 Morgen bei der Scheuer in Warburg verzichtet haben. Geismar 1299 Dezember 1.

. . . s Everhardi, Theodericus de Vorste, Gerewicus Rufus, Theodericus de . . ., Conradus de Wittenberg, Wilhelmus monetarius, Gerbodo, Hermannus . . . atthem, Bertoldus de Beuerbike, consules Geismarienses, tenore presentium pro(testando) (recognos)cimus, quod Hildegundis relicta quondam Henrici de superiori Dvergen, Adelungus . . . ipsius, Gernandus de Dvergen, Bruningus et Hermannus filii quondam Hermanni de Wirdesse omni (actio)ni sive iuri, quod in viginti uno iugeribus sitis apud grangiam Wartberg et in decima ab ipsis . . . iente habebant vel habere videbantur, renunciaverunt publice coram nobis monasterio . . . in Herswidehusen ipsum ius libere conferentes, petentes a nobis, ut litteris super huiusmodi tractatu . . . sigillum universitatis Geismariensis appendere curaremus. Nos quoque peticioni eorum annuentes sigil(lum) universitatis predicte presente pagine duximus apponendum. Datum Geismarie, anno Domini M°.C°C. . . . Kalendas Decembris.

Or. (Bruchstück) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 346. Siegel ausgerissen. Das Datum nach Msc. I, 242, 27 Nr. 10.

2584.

Abt Heinrich von Corvey schenkt dem Konvent seines Klosters verschiedene Güter und Zehnten zu den benannten Zwecken. Köln 1299 Dezember 1.

Heinricus Dei gracia Corbeyensis ecclesie abbas omnibus presentes visuris vel audituris salutem in Domino sempiternam. Ex iniuncto nobis officio teneri videmur, ut res ecclesie nostre distractas et alienatas recuperemus, quantum id possibile nobis fuerit, proprieque salutis incrementum confidenter speramus, dum in hoc et aliis confratrum nostrorum karitativis consolationibus providemus, ipsos alacriores in divinis cultibus confoventes. Quapropter universis futuris et presentibus volumus esse notum, quod proprietatem mansi unius et dimidii in campo Huxariensi et ante portam sancti Petri ibidem siti et medietatis decime Huxariensis tam extra muros quam intra cum redditibus, qui vulgo ochtmunde dicuntur, trium quoque casamentorum ibidem sitorum ante portam dictam Stumborgedor, que Conradus domicellus de Pyrremunt a nostris antecessoribus et a nobis cum bonis aliis iure feodali tenuit, tradimus conventui ecclesie nostre tali pacto, ut videlicet possessionem dictorum bonorum ab hiis, qui illa possident, acquirat, qua acquisita et habita, bonorum huiusmodi fungatur perpetuo fructibus in hunc modum, scilicet ut singulis annis conventus idem duas inter se personas fide dignas eligat eisque committat, ut fructus sepedictorum bonorum colligant fideliter et de illis unicuique fratrum in ecclesia nostra constituto tam prelatis quam privatis et pueris et in utroque choro abbatis et prepositi in vigilia omnium sanctorum annis singulis pellicium dent agninum, nichil pro pellicibus daturi sed ipsa pellicia. Quibus datis cum diligentia et de sumptibus computatione habita, si quid de prescriptis fructibus superest, id apud thesaurum ecclesie nostre reponatur et conservetur, donec per summam sic annuatim collectam bona ecclesie nostre sepefate impignorata seu alienata quocumque modo recuperentur, sicut pro tempore provide dispensantibus visum fuerit expedire. Et hunc in hiis rebus ordinem perpetuo volumus et inviolabiliter observari. Ceterum tradimus eidem conventui nostro pro supplendo defectu prebende sue proprietatem decime ville Boffessen infeodate per nostros antecessores ab antiquo et adhuc, sed conditione tali, ut scilicet conventus ipse dicte decime possessionem acquirat ab hiis, qui illam detinentes possident, qua optenta et habita certe persone de conventu eodem deputentur annis singulis, qui fructus colligant et integraliter sine omni diminutione in administrationem refectorialis prebende presentent. Nulli autem omnino liceat hanc nostram traditionem et ordinationem violare aut eas quomodolibet factis vel consiliis impedire, quod qui temere presumpserit, Dei omnipotentis et omnium sanctorum iram et indignationem incurrat. Ut igitur res hec stabilis et inconvulsa permaneat et in omnium premissorum testimonium presentem cartam sigillo nostro dedimus communitam, Datum Colonie, in crastino beati Andree apostoli, anno Domini M°.C°C. nonagesimo nono.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Corvey Nr. 116. Siegel abgefallen. Zur Topographie der Stadt Höxter theilt der frühere Kgl. Landrath des Kr. Höxter, Geh. Reg.-Rath Frhr. Wolff-Metternich

folgendes mit: Die jetzige Stadt Höxter ist aus vier Ansiedlungspunkten zusammen gewachsen: 1) das altmärkische Viertel, jetzige kath. Kirche, Marktplatz, Gymnasium, Kilianikirche bis zur Weser umfassend (wobei aber zu bemerken, dass Kilianikirche und Rathhaus nicht zu diesem, sondern ad 4 gehören). 2) Die Ansiedlung an der Grove, das Grövelinger Viertel mit Einschluss der alten kath. Nicolaikirche. Sie lag noch um 1160 (Wigand, Güterbes. S. 177) ausserhalb der Stadt. 3) Stumborg, das stumrige Viertel war ein Bollwerk gegen Süden und ein Corveysches Burglehen. Es ist nicht ersichtlich, ob vielleicht unter den castrenses, *Burgmännern, welche Urk. Abts Hermann über den Bau der Weserbrücke (oben Nr. 409) beschwören, ausser unzweifelhaft solchen der Brunsburg, auch etliche von auf dieser ausserhalb der Stadt liegenden Vorburg belehnten sich befinden. Oberhalb derselben lag* Waritbeke *und das ganze nach Godelheim hin liegende Feld bekam den Namen: Stumrige Feld. Die Stumborg ist ein natürlicher Befestigungsplatz an der Mündung des tief eingerissenen Bollerbachs in die Weser; hier war auch das* Stumborgedor (Stummerdore *saec. XIV.) heute Stumrige Thor — auf der andern Seite durch den künstlichen (Wehrbachgraben) Westerbach geschützt. Wann die Stumborg aufhörte als eine Corveysche Burg zu gelten und in die Befestigung der Stadt mit eintrat, ist nicht bekannt. Alles, was um die Burg angesiedelt war, selbst* Waritbeck *mit eingeschlossen, rückte hinterwärts und bildete die stumrige Strasse, das stumrige Viertel. 4) Das Westerbecksche Viertel besteht aus der schmalen Häusergruppe zwischen dem Stumerthor Viertel und Alte Mark-Viertel, vom Petrithor bis zum Weserthor, die Kilianikirche mitumfassend, und scheint nur als Grenzgebiet zwischen Alte Mark und Stumborg entstanden und durch Zulage der Kilianikirche bis an die Weser durchgeführt zu sein.*

2585.

Der Corveyer Konvent entscheidet, dass zur Beglaubigung von Schiedsurkunden das Siegel des Prälaten und seiner Kirche genügt und dass von Prälaten die Beköstigung des Truchsessen nur dann beansprucht werden kann, wenn er den Letzteren ausdrücklich zum Dienste berufen. 1299 Dezember 5.

Venerabilibus dominabus . . abbatisse, . . preposite, . . decane totique conventui secularis ecclesie Heruordensis . . Albertus viceprior, Cr(achto) cellerarius totusque conventus ecclesie Corbiensis cum fraterna dilectione orationes in Christo devotas. Noveritis, quod in capitulo nostro taliter exstitit diffinitum, quod quelibet littera super quacunque ordinacione sive composicione inter prelatum quemcunque, abbatem sive abbatissam ex parte una et inter dapiferum sive quemcunque officiatum ex altera concepta firmitudinem optinet et vigorem, dummodo sigillis prelati et ecclesie fuerit sigillata, non obstante, si talis littera sigillo dapiferi vel alterius officiati non fuerit roborata. Preterea noveritis, quod ad sententiam super provisione expensarum dapiferi taliter respondemus, quod venerabilis dominus noster abbas dapifero vel alteri officiato in expensis non tenetur de iure providere, nisi cum ad explendum suum debitum officium a domino abbate fuerit evocatus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad causas presentibus est appensum. Datum in vigilia beati Nicolai episcopi, anno a nativitate Domini nostri Ihesu Christi M°.C°C.X°C nono.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Herford Nr. 27. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Vgl. Nr. 2582.

2586.

Die Rathmänner von Geseke bekunden Verkauf von Gütern in Ebbinghausen. 1299 Dezember 11.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris nos Ůlricus proconsul, Robertus dictus de Strot, Lubertus dictus Sutor, Ecbertus dictus de Eden, Albertus dictus de Clero, Hermannus dictus Pauo, Rodolfus de Ederdinchusen, Iohannes dictus Rex, Iohannes de Riquordinchusen, Hermannus villicus de Vronenhoue, Dethmarus dictus Otterscoke et Henricus dictus Wetteuidele, consules in Gyseke, notum esse volumus et tenore presentium publice protestamur, quod Iohannes, Gerlacus et Hermannus

fratres heredes quondam[1]) Hermanni dicti Martini in nostra presentia constituti recognoverunt, se bona sua sita in Ebbinchusen et in confinio ibidem cum omnibus eorum attinentiis et appendiciis, scilicet agris, silvis, aquis, pascuis ac aliis quibuscunque Hermanno dicto Mactatori, Hildegundi uxori eiusdem ac eorumdem coniugum legitimis heredibus unanimi consensu titulo absoluti pheodi possidenda perpetuo vendidisse, renunciantes omnibus iuribus et actionibus in dictis bonis eisdem fratribus competentibus libere coram nobis. Quo facto dictus Iohannes inter prefatos tres fratres senior supradictis Hermanno, Hildegundi coniugibus, Henrico filio eorundem ceterisque eorum heredibus, prenarrata bona cum suis omnibus attinenciis supra specificatis iure contulit pheodali perpetuo possidenda. Ne autem huiusmodi factum oblivio deleat, set potius memoriale permaneat, nos consules predicti presens scriptum tam ad petitionem ementium quam vendentium sigillo oppidi nostri predicti duximus roborandum. Actum presentibus Menrico dicto Haroldinc, Iohanne dicto Pauone, Hermanno dicto In Foro, Conrado dicto Pistore et pluribus aliis fide dignis. Datum feria sexta post festum beati Nycolai episcopi, anno Domini M°.C°C. nonagesimo nono.

[1]) quomdam *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 87. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen.

2587.

Bischof Otto von Paderborn bekundet Güterverzicht zu Gunsten Hardehausens. Warburg 1299 Dezember 31.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis episcopus notum facimus ac presentibus publice protestamur, quod constituti coram nobis Goswinus dictus Blycke[1]) famulus, frater suus Iohannes, uxor sua legitima Mechtildis[2]) ac heredes sui legitimi astantibus pluribus fide dignis curtem in Daseburg de quatuor mansis cum omnibus suis pertinenciis, que quondam domine de Louene fuerat, strennuo militi Henrico dicto Iudeo, cum ipsam curtem a dicto tenuerint milite, resignarunt, idem eciam miles ipsam nobis ulterius curtem, quam a nobis tenuit, ad manus abbatis et conventus in Hersedehusen[3]) nobis dilectorum libere resignavit astringens se ad hoc, quod, quando requisitus fuerit, sui heredes legitimi predicta bona debent resignare simili modo, quamquam eisdem fuerint non porrecta, renunciantes tam ipse H(einricus) miles, quam Goswinus frater suus, uxor sua ac heredes sui sepefati[4]) omni iuri, quod in dictis bonis eis competere videbatur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum apponendum duximus huic scripto. Actum et datum in castro Wartberg presentibus: Alberto, Wesselo ac Rauenone confratribus in Hersedehusen[5]), Conrado de Papenhem ecclesie Paderbornensis canonico, Hermanno Marscalco, Volberto de Eysnen, Iohanne Bercule, famulis, Hermanno notario nostro ac aliis quam pluribus fide dignis, anno Domini M°.C°C.XC°I°X., in vigilia circumcisionis[6]) Domini.

[1]) Blicke *B.* [2]) Mechtheldis *B.* [3]) Hersuidehusen *B.* [4]) sepe dicti *B.* [5]) Hersuithusen *B.* [6]) circumcicionis *A.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 347. Siegel ab. Dabei eine Kopie Perg. saec. XIV. (B). Ob 1298 Dezember 31 zu datiren ist?

2588.

Bischof Otto von Paderborn bekundet, dass ihm resignirte Güter in Daseburg kein Erbgut sind. 1299 Dezember 31.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus tenore presentium publice protestamur, quod curtis quedam in Daseburg de quatuor mansis, que quondam domine de Louene fuerat, quam Henricus dictus Iudeus miles nobis ad manus conventus in Hersedehusen resignasse dinoscitur, non est nec fuit dicti militis seu suorum heredum hereditas, sed ipsa bona esse pensionaria, que pachtgoth dicuntur vulgariter, diffinimus. In cuius facti memoriam sigillum nostrum apponendum duximus huic scripto. Datum in vigilia circumcisionis anno Domini M°.C°C.X°CI°X.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 348. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Vgl. vor. Nr. Auf der Rückseite von gleichzeitiger Hand: De quatuor mansis apud Dasburg, quos impetit Amelungus de Aslen.

et sigilli nostri inpressione roboratum dignum videbatur nobis ad posteros transmittendum, maioris domus sigillo presens scriptum principaliter in nomine Domini confirmantes.

Or. auf der Göttinger Universitätsbibliothek Urkk. Nr. 92. Siegel ist abgefallen. Zum Jahre 1289 kommt ein Heinrich von Drivorde als Commendator vor. Vgl. UB. III, 1376. 1300 erscheint Werenbold, daselbst Nr. 1670.

2595.

Bischof Otto von Paderborn überträgt dem Ludwig (von Rostorpe?) mehrere Güter. 129 . . .

Otto Dei gratia Paderbornensis (ecclesie episcopus,) prepositus, decanus, scolasticus, cantor totumque capitulum (Paderbornense omnibus) Christi fidelibus, ad quos (presens scriptum) pervenerit, salutem in filio virginis gloriose . . . publice protestamur, quod nos unanimi consensu (capituli nostri) omnia . . . Moringhen (?) cum omnibus pertinentiis, videlicet agris, pratis, paschuis, silvis ac ho(mini)bus . . . competebat, vel ex quacunque causa ecclesie nostre co(mpete)re videbatur . . . Lo(dewico) pro trecentis triginta quatuor marcis (libere) et absolute . . . nostrisque successoribus ecclesie nostre perpetue possidenda et nostris de . . . in futurum, si necesse fuerit, prout de iure fuerit (facien)dum. P(redicta) vero summa pecunie videlicet trecentarum triginta quatuor marcarum taliter nobis exstitit persoluta, quod p(redic)tus Lud(dewicus . . . ux(or) . . . ac sui heredes . . . videlicet villam Lage, Odenhosen, Ulenkoten, Scartebeken, Schirenberge bone memorie domino Symoni quondam episcopo (et) Paderbornensi ecclesie pro centum quinquaginta marcis arg(enti tra)diderunt. Item pro comitatu apud Schonenberg pro sexaginta marcis argenti ac viginti quatuor marcis nobilibus d . . . fratribus E. et Her(manno) pro nostra ecclesia persolverunt. Postmodum vero nobis centum marcas argenti pro redemptione castri nostri Herstelle ac aliorum . . . (cas?)trorum addiderunt. Item supradictis omnibus bonis ius patronatus capelle nostre sancti Odolrici in iam dicta villa Morighen(?) cum universitate f(eci)mus, ut sacerdos nunc in ipsa constitutus ad dictum Lodewicum suosque heredes respectum habeat, et (si postea aliquis) processu temporis instituendus fuerit, ab ipsis legitime presentetur. In huius testimonium et maiorem rei e(videnti)am (presente)m (pagin)am sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari. Acta sunt hec anno Domini M°.C°C. non(agesimo) . . . palmarum. Presentibus hiis testibus: Adolfo, Alberto, fratribus comitibus de Svalenberge, E . . . one milite de . . . cen, Iohanne de Eylwardessen milite et aliis quam pluribus fidedignis.

Or. (fast ganz abgeblättert, schon im Jahre 1662 reparatum, quantum fieri potuit) *im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 323. An grünen Seidenfäden Bruchstück eines Siegels: zwei Schlüssel, das vollständig übereinstimmt mit dem Siegel der Edelherrn Dethard und Ludwig von Rostorpe, welche 1302 Mai 15 mit ihrem Bruder Konrad dem Bischof Otto* curiam et tres mansos sitos in campo ville, que dicitur Holthusen iuxta Morighe *auflassen und dafür* curiam sitam iuxta capellam s. Odalrici in Morighe *empfangen (Fstth. Paderborn Nr. 370. Vgl. Asseb. UB. II, 578).* Lage, Odenhusen *und* Ulenhusen *finden sich im Fürstenthum Lippe. Ueber die v. Falkenberg in Herstelle vergl. Wigand, Archiv V, 98 ff.*

2596.

Ritter Johann von Eylwordessen schenkt vier Hufen bei Lügde an Kl. Falkenhagen. 1300 Januar 25.

Nos Iohannes miles dictus de Eylwordessen recognoscimus per presentes publice protestando, quod cum consensu et bona voluntate Gertrudis uxoris nostre legitime et filii nostri Iohannis et aliorum heredum nostrorum omnium quatuor mansos in Holthusen sitos iuxta opidum Lude, quos a nobili viro et domino Bodone de Homborch iam dudum iure tenuimus pheodali, ecclesie sancte Marie in Valkenhagen ducti penitentia pro salute animarum patris nostri Ludolfi bone memorie et matris nostre Ryce[1]) et Gertrudis filie nostre, insuper omnium predecessorum et successorum nostrorum tam vivorum quam defunctorum assignavimus et dedimus ab omni inquietatione nostra nostrorumque heredum libere

possidendos, et cum his quatuor mansis altare unum dotavimus in eadem ecclesia Valkenhagen, futuram vitam intendentes humiliter et devote, ita quod singulis annis quarta parte redituum et censuum[2]), qui de predictis mansis poterunt provenire, per moniales in predicta ecclesia Deo servientes cerei sive lumina conparabuntur, qui in dicto altari ardeant ibidem divino officio perdurante. Residue vero tres partes sine inpedimento prepositi vel alterius forte conversi in usus monialium ibidem Deo devote serviencium convertentur. Item in iam dicto altari singulis septumanis tres misse pro defunctis dicentur et in his missis et in aliis divinis officiis tam cotidianis quam annuis et in vigiliis et oracionibus et in omnibus aliis benefactis, que in sepe dicta ecclesia fiunt, pro dictorum memoria . . .[3]) In cuius dotacionis evidens testimonium, ut a nullo calumpnia suboriri valeat, appendemus sigillum nostrum. Huic vero dotacioni presentes erant: Adolfus et Albertus comites de Swalenberch et Lippoldus miles dictus Holtgreve et alii quam plures fide digni. Predictos vero comites suis sigillis rogavimus presentem paginam, ut maiorem haberet efficaciam, communire. Hec acta sunt anno Domini M°.CC°C., in die conversionis beati Pauli.

[1]) *Vielleicht* Rixe *wie Lipp. Regg. haben.* [2]) sensuum *Kop.* [3]) *Folgt* perpagatur *Kop.*

Aus Falkenhag. Kop. S. 43 im Fürstl. Archiv in Detmold. Reg. Lipp. Regg. I, 283 Nr. 468.

2597.

Ritter Konrad gen. Sculthetus (von Warburg) verkauft dem Kl. Hardehausen den Zehnten in Klein-Norde. Volkmarsen 1300 Februar 2.

Omnibus hoc scriptum visuris in perpetuum. Nos Conradus miles dictus Sculthetus et Conradus frater noster famulus notum facimus et publice protestamur, quod constituti in opido Volcmersen in presencia consulum eiusdem opidi, quorum nomina infra ponuntur, et aliorum plurimorum fide dignorum ad hoc vocatorum et rogatorum de pleno consensu et bona voluntate Godesten filie quondam Th(iderici) fratris nostri, electis et constitutis nobis tunc presencialiter ab ipsa mumburiis seu curatoribus suis, domine Sophie uxoris nostre et Alheidis filie nostre, Con(radi) militis, ac aliorum heredum et coheredum omnium consensu et voluntate plenariter accedente, decimam nostram in minori Nordhe, cuius decime proprietas religiosis viris domino . . abbati et conventui monasterii in Hersuidehusen pertinere dinoscitur, eisdem . . abbati et conventui in Hersuidehusen cum universis et singulis ipsi decime pertinenciis ac cum omni utilitati et integritate, nulla prorsus parte excepta, immo prout nos eandem decimam possedimus, rite et racionabiliter vendidimus pro centum et quadraginta quinque marcis argenti, et in contractu vendicionis et empcionis legitimo assignavimus, assignamus quoque et veros possessores facimus in hiis scriptis iusto empcionis et vendicionis titulo in perpetuum libere, absolute pacifice et quiete possidendam, renunciantes plene et expresse, simpliciter et de plano, pro nobis et pro nostris heredibus et coheredibus omnibus, quicquid iuris in decima predicta competebat. Verum . . . decima . . . quam, ut premittitur, nos vendentes ipsis ementibus libere et absolute, pacifice et quiete possidendam ut . . . extat obligata. Cum eciam dicte due puelle, scilicet Godeste filia quondam Th(iderici) fratris nostri et Alheidis filia nostra, C(onradi) militis, nondum adhuc ad etatem legitimam et annos pervenerint discrecionis, ne fraus et dolus, . . . non est in aliqua parte, intercidat, ut dicta decima ab obligacione predicta abhinc usque ad festum apostolorum Philippi et Iacobi et ab alia quacumque obligacione per nos eximatur et ab inpeticione cuiusvis, que in posterum oriri potest, absolvatur, et ut dicte puelle, cum ad etatem legitimam et ad annos discrecionis pervenerint, huiusmodi factum tunc ut nunc ratum habeant et plene consenciant, statuimus super premissis fideiussores prefatis . . abbati et conventui viros honestos et fide dignos, videlicet dominum Rauenonem militem de Papenhem seniorem, Henricum dictum Mederike et Goswinum Blicken, famulos, qui religiosis viris Io(hanni) cellerario, Th(iderico) de Risele, Wecelo, Rauenoni suppriori et Io(hanni) de Rekene, monachis de Hersuidehusen, nomine . . abbatis et conventus promissum huiusmodi suscipientibus, in solidum coniunctis manibus fide corporaliter prestita promiserunt, quod, si in premissis, quod absit, reperiretur defectus,

aut ex dolo, malicia seu negligencia quicquam pretermitteretur, aut aliquod impedimentum in decima predicta obveniret, dicti fideiussores, postquam requisiti fuerint, civitatem Wartberg intrabunt ad iacendum in pignore, non exituri, nisi id, in quo defectus, dolus, malicia, negligencia aut impedimentum extat, a nobis et nostris heredibus ipsis emptoribus adimpleatur, deponatur, suppleatur, totaliter ac sedatur [1]) et nichilominus dicti abbas et conventus emptores de precio predicto sexaginta marcas argenti tenebunt sub se nec erogabunt, donec decima predicta ab obligacione redimatur ex toto et absolvatur. In cuius facti testimonium presens scriptum sigillo nostro: C(onradi) militis, quo frater noster C(onradus) predictus et alii nostri heredes communiter contenti sunt, necnon sigillo domini Ra(uenonis) militis predicti, fideiussoris nostri, extitit roboratum, et nos, Ra(ueno) de Papenhem predictus in testimonium fideiussionis premisse per nos facte, ut premittitur, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Nos vero Henricus de Medrike et Goswinus Blicke, qui sigilla propria non habemus, sigillis predictorum militum, videlicet Con(radi) Schultheti et Rauenonis de Papenhem, confideiussoris nostri, de nostro scitu et voluntate presentibus litteris appositis contenti sumus et utimur in testimonium fideiussionis per nos facte, prout superius est expressum. Consules in Volcmersen, qui vendicioni interfuerunt, sunt isti: Godescalcus Rodebeckere proconsul, Gerlacus de Benuilte, H. monetarius, H. de Bernedorp, Detmarus de Mengerinchusen, Conradus Hardradi, Alradus Martini, H. Rungolf, Borch(ardus) Kerseborn, Her(mannus) Suarte et Th(idericus) de Wlfhagen. Datum anno Domini millesimo trecentesimo, tercio Ydus Februarii.

[1]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 350. Die zwei angehängten Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2598.

Edelherr Simon zur Lippe quittirt dem Bischof Everhard von Münster über ihm schuldige 200 Mark. (1299) 1300 Februar 7.

Gedr. UB. III, 1664. Kölnische Datirung wahrscheinlich, aber nicht sicher.

2599.

Mit Zustimmung des Hochmeisters Hermann von Mainz und seiner Ordensgenossen der Häuser in Lage und Herford verkauft Johanniterkomthur Hermann in Lage ein Haus in Ohrsen (Oderdissen in parrochia Lagis) *an Kl. Marienfeld; letzteres soll dieselben Rechte besitzen, die die Junker Heinrich und Simon von Sternberg mit ihrem Bruder Hoyer den Johannitern bei der Schenkung gewährt hatten. (1299) 1300 Februar 14.*

Gedr. UB. III, 1665 und Ztschr. VII, 80, woselbst Genehmigungsurk. der Edelherrn Heinrich und Simon von Sternberg. Reg. Lipp. Regg. I, 281 Nr. 464.

2600.

Dompropst Georg und Domherr Lippold in Paderborn urkunden über den Verkauf von Gütern in Dreuere *an Stift Busdorf. 1300 Februar 14.*

Nos G(eorgius) Dei gratia prepositus et L(ippoldus) de Amelungessen canonicus ecclesie Paderbornensis, archidiaconus in Stenhem, omnibus hoc scriptum inspecturis notum facimus publice protestando, quod ad nostram accedentes presenciam et constituti coram nobis venerabiles viri Ber(toldus) prepositus, venerabilis decanus totumque capitulum sanctorum Petri et Andree Paderbornensis ex una parte el Wilhardus dictus de Dreuere famulus cum suis consanguineis et amicis ex altera, dominus Wil(hardus) recognovit et protestatus est publice coram nobis, bona sua in Dreuere, que sub annua pensione a prefato domino B(ertoldo) preposito tenebat, cum universis eorundem bonorum attinentiis de consensu et bona voluntato Megtheldis matris sue et omnium heredum suorum vendidisse rite et rationabililer prefatis .. preposito, .. decano et capitulo et in contractu vendicionis legitime eadem resignasse in manus ipsius .. prepositi pro viginti duabus marcis denariorum transnemoralium et pretium sibi integraliter fore

persolutum, ea tamen gratia ab emptoribus predictis sibi et suis heredibus legitimis reconcessa, quod infra spatium trium continue sequencium annorum predicta bona reemere poterint inter festum nativitatis Domini et purificationis beate Marie virginis fructibus tamen seu proventibus prius ab ipsis emptoribus de bonis predictis precepta integraliter et soluta [1]). Que postquam exsoluta fuerint [2]), predicti emptores dicto Wilhardo aut suis heredibus predicta bona cum suis attinentiis, prout vendita fuerint eis et resignata, pro dicte pecunie quantitate, scilicet viginti duabus marcis denariorum transnemoralium tempore reemptionis communiter usualium revendere et resignare ad manus suas non negabunt. Si vero infra dictos tres annos dictus Wilhardus aut sui heredes predicta bona reemere neglexerint, prefati prepositus decanus et capitulum sepe dicta bona in perpetuum libere iusto emptionis et venditionis titulo possidebunt. In cuius rei testimonium ad petitionem dictorum ementium et vendentis sigilla nostra presentibus litteris sunt appensa. Actum ipso die beati Valentini martiris, anno Domini millesimo CC°C.

[1]) *So Or. B und C; doch im Or. war die Stelle vorher abgeblättert.* [2]) fuerit *B.*

Or. (theilweise ganz abgeblättert) im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 2. Nur an zweiter Stelle noch kleines spitzovales Siegel an Pergamentstreifen. Ergänzt nach Msc. I, 121 fol. 27 und I, 123 fol. 105 (C) daselbst. Von der Ansiedlung Drevere *ist noch übrig die vor Salzkotten gelegene Dreverburg, jetzt gewöhnlich Dreckburg, dem Grafen von Westphalen gehörig, genannt. Vgl. Giefers der Treveresga in Beitr. z. Gesch. Westfalens (Salzkotten, Sobbe 1874.)*

2601.

Die Grafen ven Everstein quittiren dem Abt Heinrich von Corvey den Empfang von 200 Mark Schadenersatz. 1300 Februar 17.

Ludowicus Dei gratia et Olricus(?) de Euersteyne comites omnibus hanc paginam inspecturis notum esse cupimus, quod dominus noster Henricus abbas Corbeiensis, cuius vasalli sumus, ducentas marcas nobis pro recompensatione dampnorum, que in servitio ipsius incurrimus, refudit et presenti scripto nichil amplius ab eo pro eisdem dampnis exacturos protestamur. Eis etiam, qui una nobiscum res suas in eodem conflictu amiserunt, respondere tenemur, ne aliquid ab eis domino abbati vel ecclesie Corbeiensi gravaminis accidat. Datum XII°II. Kalendas Marcii, anno M°.CC°C.

Nach Abschr. Falke's in seinen Coll. II, 561 im Herzogl. Braunschw. Landeshauptarchiv zu Wolfenbüttel.

2602.

Bischof Otto von Paderborn erklärt nach Theilung der Pfarrei Pömbsen und Nieheim die Kirche in Nieheim zur Mutterkirche der Kapelle in Erwitzen. 1300 Februar 23.

Nos Otto Dei gratia episcopus Paderbornensis notum facimus ac presentibus publice protestamur, quod, cum ecclesias Pomessen et Nyem diviserimus, ipsam ecclesiam Nyem [1]) amodo, quondam filiam dicte ecclesie Pomessen, matrem censeri volumus et haberi capelle in Ermwordessen, quondam existentis filie ecclesie in Pomessen, et pensionem annuam utpote XV quartalia triplicis annone ecclesie in Pomessen ante nostram divisionem assignatam, secundum quod littera felicis recordationis domini Bernhardi quarti predecessoris nostri liquido poterit apparere, de cetero dicte ecclesie in Nyem nunc matri sue per ipsam capellam in Ermwordessen in festo beati Michaelis annis singulis seu plebano ibidem dari volumus sive solvi. Quam pensionem si dicto plebano in Nyem [1]) dicto termino dare neglexerit, ex tunc ipsam capellam in Ermwordessen et parrochianos suos cum omnibus pertinentiis et iuribus sicut parrochiani in Nyem [1]) decernimus prelibate ecclesie in Nyem [1]) et volumus pertinere. Datum in dominica Invocavit, anno Domini M°.CC°C.

[1]) Nyhem *C.*

Aus Msc. I, 129 fol. 24 (B) und VII, 4512 p. 95 (C) im Kgl. St.-A. Münster. Gedr. Zeitschr. XXXI, 2, 84. Reg. Ztschr. XLVI, 2, 199. Vgl. Ztschr. XLVII, 2, 127.

2603.

Bischof Otto von Paderborn verleiht das Burgericht der Stadt Paderborn als erbliches Lehen an Heinrich Bolemast und Werner Stapel. Paderborn 1300 Februar 24.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris seu audituris nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus nunc et in perpetuum cupimus fore notum ac tenore presencium publice protestamur, quod strennuis viris Henrico dicto Bolemast ac Wernhero dicto Stapel consanguineo suo, famulis, iudicium, quod vulgariter dicitur burgherichte, per civitatem Paderbornensem, quod in foro solet exerceri, in feudum porreximus astantibus pluribus fide dignis et porrigimus per presentes iure hereditario possidendum, quod videlicet iudicium dilecti nobis .. consules ac universitas civitatis Paderbornensis a prenominatis Henrico et Wernhero in feudum tenuerunt ulterius atque tenent. Testes huic facto intererant: Bertoldus prepositus et Henricus thesaurarius sanctorum Petri et Andree Paderbornensis, Albertus de Amelungessen iunior, Borghardus et Luppoldus de Etlen fratres, Bertoldus de Brinken, Henricus dictus Schenke, milites, Iohannes dictus Stapel famulus, Hermannus de Saltkoten ac Gotfridus dictus Pust, proconsules et universi consules civitatis Paderbornensis ac alii quam plures fide digni. Actum et datum Paderborne, anno Domini M°. trecentesimo, in vigilia beati Mathie apostoli.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 359. Siegel des Bischofs in zweifarbigem Wachs und rückwärtigem Sekret an roth seidenen Schnüren. Gedr. Asseburg. UB. I, Nr. 512 (nach Or.).

2604.

Bischof Otto von Paderborn überträgt dem Grafen Friedrich von Rietberg zwei Häuser in Ebbinghausen. Neuhaus 1300 Februar 25.

Nos Otto Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus notum facimus universis presentem litteram visuris seu audituris, quod dilecto nostro consanguineo domino Frederico de Retberg viro nobili ac strenuo domum unam, que vocatur Zudere hus, in Ebbinchusen ac domum unam, que vocatur inferior domus de Hulsdeyde cum hominibus, pratis, pascuis, aquis, silvis ac ceteris pertinentiis et usufructu, que ad ipsas domus pertinere dinoscuntur, assignavimus ac presentibus assignamus tam diu libere retinendas, donec eidem XLV marcas denariorum nunc Monasterii legalium duximus persolvendas. Testes huic facto intererant: Conradus de Depholte scolasticus ecclesie Paderbornensis avunculus noster, Ludolfus de Etlen plebanus in Delebrucge, Albertus de Amelungessen miles iunior, Burchardus de Etlen, Henricus dictus Scencke, milites, Iohannes dictus Struel famulus, Hermannus notarius noster ac alii quam plures fide digni. Ut hec firma permaneant nec a nobis vel successoribus nostris infringi valeant, presens scriptum sigilli nostri patrocinio duximus roborandum. Actum et datum Nygenhus, in die Mathie apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo.

Or. im Gräfl. Rietberg. Archiv in Rietberg im Besitz des Herrn Tenge. An Pergamentstreifen anhängend das Siegel des Bischofs.

2605.

Edelherr Simon zur Lippe besiegelt eine Schenkungsurkunde des Ritters Remfried Schorlemer für Kl. Kappel. 1300 März 1.

Reg. Lipp. Regg. I, 283 Nr. 269. Vorlage zur Zeit nicht auffindbar.

2606.

Der Paderborner Domdechant Hermann bekundet Streitschlichtung des Herbold von Menzel mit Kl. Böddeken wegen eines Gutes in Menzel. 1300 März 7.

Omnibus hanc litteram visuris vel audituris nos Hermannus Dei gratia decanus ecclesie Paderbornensis, iudex auctoritate apostolica partibus infra scriptis deputatus, atque castellani castri in Ruthen notum facimus universisque publice profitemur, quod constitutus coram nobis Herboldus de Melsele dictus Abbas super lite et controversia sibi a venerabili domina abbatissa et conventu secularis ecclesie in Bodeke, Paderbornensis diocesis, mota ratione pensionis debite de villicatione sive curte in Melsele

eisdem abbatisse et (conventui) non solute se amicabiliter composuit in hunc modum, quod idem Herboldus recognovit et confessus fuit dictam dominam abbatissam et conventum Budecensem in villicatione sive curte Melsele, quoad pensionem singulis annis de eadem percipiendam ius habere sponte astringens et obligans se, ut in festo pentecostes nunc proximo futuro prefate abbatisse et conventui nomine pensionis sive census a dicta curte Melsele detenti tres marcas et sex solidos denariorum Paderborne legalium solvat expedite cum effectu. Et extunc deinceps per quinque annos continuos in festo beati Martini singulis annis dictam pecunie summam scilicet tres marcas et sex solidos solvet, quam solutionem, si dicto termino vel terminis casu vel negligentia pretermitteret vel supersederet, ipse H(erboldus) et alii, quibus dicta curtis competeret, vel succedere posset, dictam curtim cum suis pertinentiis perderent, ita quod amplius dominam abbatissam et conventum Budecensem, ad quos dicta curtis pleno iure rediret super ipsa curte inpetere non possint neque petere debeant iure canonico vel civili. Quibus annis quinque sic elapsis et futuris extunc idem Herboldus singulis annis sequentibus terminis et temporibus ad hoc statutis prefate abbatisse et conventui solvet et dabit antiquam et debitam de curte in Melsele pensionem in gratia, amicitia et favore. In cuius rei testimonium sigilla nostra apposuimus huic scripto. Et nos Georgius cantor, Amelungus de Dryborch et Heyndenricus de Plettenbracht, canonici ecclesie Paderbornensis ac Henricus thesaurarius sanctorum Petri et Andree Paderbornensis supradicta omnia et singula recognoscimus et eadem sigillorum nostrorum appensionibus attestamur. Actum et datum feria secunda post dominicam Reminiscere, anno Domini millesimo CC°C.

Nach dem Böddecker Kopiar fol. XLIX im Besitz des Freiherrn von Brenken zu Erpernburg. Melsele *ist Menzel zwischen Anröchte und Rüthen. (Spancken).*

2607.

Die von Horhusen treten ein Grundstück an die St. Magnus-Pfarrkirche in der Altstadt Marsberg gegen einen halben Baumgarten am Glindebach ab. 1300 März 25.

Nos Stepphanus[1]) de Horhusen miles, uxor nostra Mabilia et Stepphanus filius noster ceterique heredes nostri, nos quoque Conradus de Horhusen miles, frater predicti Stepphani, Conradus et Olricus filii nostri, ceterique heredes nostri, litteris presentibus recongnoscimus et publice protestamur, quod maturo consilio nostrorum amicorum prehabito, unanimi consensu nostrorum heredum, ad instanciam honorabilium virorum domini Hereboldi prepositi congnati nostri, et conventus monasterii Montis Martis partem campi nos contingentem, habentem sex virgas in latitudine ab indagine usque ad campum sancti Magni ibidem situm, dedimus Ludolfo de Mulehusen et omnibus suis successoribus, rectoribus ecclesie sancti Magni predicte, perpetuo sine repetitione qualibet libere et quiete possidendum. In cuius campi restaurum et recompensationem dominus Hereboldus tunc prepositus predictus et conventus monasterii supradicti dimidium pomerium situm iuxta fluvium Glindena, quod ipsis solvebat singulis annis triginta denarios, duos pullos et duas (uncias)[2]) ovorum nobis supradictis fratribus de Horhusen ac nostris veris heredibus redonaverunt. Huic concambio et permutationi rite et rationabiliter a nobis facte testes astiterunt: Fredericus dominus castri in Patberg, Fredericus de Horhusen, consanguinei nostri; Albertus de Mulehusen, Helwicus de Keldinchusen, Rodolfus filius Frederici dicti Specht, Hermannus Woltmanni et alii quam plures fide digni. Ut autem hec permutatio sive concambium per nos aut nostros successores ecclesie sancti Magni sepe dicte infringi non valeat, presens scriptum Ludolfo de Mulehusen prenotato suisque successoribus rectoribus eiusdem ecclesie antedicte hoc unico sigillo videlicet Stepphani ex utraque parte contenti dedimus roboratum, quod etiam ad petitionem nostram, videlicet Conradi de Horhusen, quia proprium non habuimus, presentibus duximus apponendum. Datum anno millesimo trecentesimo, in annunciatione dominica.

[1]) *So Or.* [2]) *Fehlt Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Propstei Marsberg Nr. 27. Das Siegel Stephans von Horhusen ist vom Pergamentstreifen abgefallen. Die Glinde entspringt nach Mittheilung des Gerichtsrathes Fischer

in Marsberg im Glindethale, welches sich vom Dorfe Leitmar bis nach Nieder-Marsberg hinzieht, und ergiesst sich in die Diemel am nordöstlichen Ende der Stadt unmittelbar hinter dem zum Amtshause gehörigen Baumgarten. Ueber den Glindefluss heisst es in der im Gewahrsam des Marsberger Gerichts befindlichen beglaubigten Abschrift der Ober-Marsberger Statuten von 1650 Februar 6 sub Nr. 13: „Der Glindefluss soll ganz und zu mahlen befreyet sein, ingleichen auch die Hillekenschelle oder die liebe Frowenwasser; wurde ein oder ander darauff fischen und darüber betreten werden, soll mit 20 Mark bestraffet werden."

2608.

Erzbischof Wicbold von Köln macht Rave von Papenheim zu seinen Burgmann auf der Veste Kogelnberg. Brühl 1300 März 30.

Nos Wicboldus Dei gratia sancte Coloniensis archiepiscopus notum facimus universis, quod nos attendentes devotionem et servitium, quam dilectus Raven de Papenheim nobis exhibuit et impendere poterit in futurum, ipsum in castro nostro Kugelnberg nostrum fidelem fecimus et castrensem, assignantes eidem pro feudo castrensi sex marcarum reditus recipiendos in camera nostra de Kanstein, quousque sexaginta marcas demus eidem, cum omnibus sex marcarum reditus comparabit vel in suo puro allodio demonstrabit. De quibus ipse et heredes sui nostri et ecclesie Coloniensis castrenses apud Kugelnberg perpetuo remanebunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Breyle, decimo tertio Kalendas Aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo.

Nach Abschr. Falckenheiners aus dem „Kopeibuch aller von Papenheim" in dessen Handschriften Bd. VII. S. 59.

2609.

Die Rathmänner von Brakel befreien das Haus der Warburger Dominikaner in ihrer Stadt von allen städtischen Lasten. Brühl 1300 April 1.

Que geruntur in tempore simul labuntur cum tempore, nisi studeat ea actor sigillatis api(ci)bus eternare. Hinc est, quod nos consules civitatis Brakele videlicet Iohannes de Ingenhusen, Euerhardus de Menhersen, Iohannes Ruffus, Bur(c)hardus de Natesungen, Volpertus, Io(hannes) de Negelen, Fridericus de Hemenhusen, Io(hannes) de Hornbruge, Helmicus de Herenwordessen, Hinricus de Valhosen iunior, Lutbertus iunior, Theodericus de Seybeke notum esse volumus universis per presentes, quod domunculam sitam inter domum vidue Regelindis dicte Droszatin et domum Hermanni dicti de Lagenberg fratribus ordinis Predicatorum et duabus personis, quas ipsi pro custodia rerum suarum et aliis necessitatibus locaverunt in eadem, pure propter Deum et ob conservationem boni status memorate civitatis omnimode donavimus libertati, omnem civilitatis iurisdictionem, quamdiu dicta area in ipsorum est potestate, eisdem relaxantes. In cuius rei testimonium presentem paginam fecimus sigilli nostre civitatis munimine roborari. Datum anno Domini M°.CC°C., Kalendas Aprilis.

Transsumpt (auf Papier) im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Warburg Nr. 53. Geschlossen gewesener Brief des Priors Jakob an die Stadt Brakel. (Vielleicht J. v. Soest um 1400?)

2610.

Richter, Bürgermeister und Rathmänner der Stadt Paderborn bekunden den Verkauf gewisser vom Domkapitel lehnrühriger Güter unter Bedingung des Wiederkaufs innerhalb 5 Jahre. 1300 April 1.

Omnibus hoc scriptum inspecturis nos Albero iudex, Hermannus de Saltkoten, Gotfridus dictus Pûst, magistri civium, Henricus de Stenhem, Iohannes de Kirgtorp, Iohannes Regenhardi, Arnoldus de Dryborg, Gotscalcus de Borglere, Volmarus Regenhardi, Hermannus Slichting, .. dictus Bollike, Henricus Euerberni, Bernhardus de Lake, Iohannes de Hornen, Thidericus de Weuere, Conradus de Riuo, Conradus de Redinghusen et Ludolfus de Caterbeke, consules civitatis Paderbornensis, notum facimus et protestamur publice, quod ad nostram accedentes presenciam et constituti coram nobis Hermannus dictus de Hobrachtessen senior, civis Paderbornensis, Salome uxor sua, Conradus, Andreas, Salome et

Elizabeth, eorum liberi, recognoverunt et protestati sunt publice coram nobis, quod bona sua sita in Rentinghusen iure proprietario ad eos spectancia, que a . . preposito ecclesie Paderbornensis habentur in feodo, ab Andrea quondam dicto Gyr, cive Paderbornensi, eis donata et assignata, prout ipse eadem bona donavit et assignavit, cum agris, pratis, pascuis, aquis, nemoribus, viis quoque ac inviis et cum universis et singulis eorundem bonorum attinenciis ac cum omni utilitati et integritate Henrico dicto Endachte civi Paderbornensi et suis legitimis heredibus rite et rationabiliter vendiderunt pro viginti quatuor marcis denariorum Paderborne legalium, consensu et bona voluntate omnium heredum et coheredum suorum pleniter accedente, et precium sibi integraliter fore persolutum, ea tamen gracia a dicto Henrico emptore et suis heredibus (a dic)tis venditoribus et eorum heredibus legitimis reconcessa, quod infra spacium quinque annorum, incipium currere a festo pasche, quod est anno Domini M°. trecentesimo, bona predicta reemere poterunt pro simili pecunie quantitate, scilicet pro XX et quatuor marcis denariorum tempore reemptionis Paderborne legalium eo tempore anni, quando pensio prius de ipsis bonis fuerit integraliter persoluta. Si vero infra dictos quinque annos dicti . . venditores bona predicta reemere neglexerint, extunc huiusmodi reemptionis gratia exspirante prefatus Henricus et sui heredes legitimi sepe dicta bona cum omni utilitate ac integritate et cum universis eorundem attinenciis iusto emptionis titulo iure proprietario in perpetuum libere possidebunt. Preterea dicti . . vendentes arbitrati sunt coram nobis, quod, quam cito ecclesia Paderbornensis habebit prepositum, a quo dicta bona suscipiuntur et procedunt in feodo, huiusmodi venditionem suam protestabuntur similiter coram eo. In cuius rei testimonium presens scriptum sigillo civitatis nostre Paderbornensis ad petitionem ipsorum . . vendencium et ementis duximus roborandum. Actum et datum anno Domini M°.CC°C., feria sexta post dominicam Iudica.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Fstth. Paderborn Nr. 360. Siegel der Stadt Paderborn an Pergamentstreifen.

2611.

Bürgermeister und Rathmänner der Stadt Paderborn bekunden Hausverkauf in Paderborn. 1300 April 19.

Nos Iohannes des Greven senior et Iohannes Alberen, proconsules, Hermannus Zegerdes et Iohannes des Greven iunior camerarius ceterique consules civitatis Paderbornensis tenore presencium lucide protestamur, quod constitutus in nostra presencia propter hoc Ludolfus natus quondam Lutfridi de Bodeken de consensu omnium illorum, quorum consensus ad id merito requirendus fuit, dimisit et resignavit Adelburgi uxori Henrici Adelburges et suis veris heredibus medietatem cuiusdam domus et eius aree ac omnium edificiorum eiusdem suorum retro curiam quondam Conradi de Katelbeke, prout huius domus, aree et edificiorum medietas pertinebat ad eum, tenendam et pacifice possidendam eo tamen salvo, quod dicta Adelburgis aut possessores seu inhabitatores domus, aree et edificiorum predictorum dicto Ludolfo et suis veris heredibus omni anno in festo beati Michaelis quartum dimidium solidum denariorum Paderborne usualium de dicto domo, area et edificiis, prout prius nomine pensionis exsolvere teneantur. In cuius rei testimonium sigillum civitatis Paderbornensis duximus ad preces utriusque partis presentibus litteris apponendum. Datum anno Domini millesimo CC°C., feria tercia post dominicam Quasi modo geniti.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Busdorf Nr. 51. Siegel und Befestigung aus den Einschnitten verloren.

2612.

Ritter Burchard von der Asseburg, Herr zu Hinnenburg, seine Gemahlin Agnes, seine Söhne Berthold, Burchard, Ekbert, Johann und Werner, dann Ritter Ekbert von der Asseburg, Burchards Bruder, seine Gemahlin Euphemia und seine Söhne Burchard, Ekbert, Bertram, Werner und Berthold verkaufen das Vogteirecht über die dem Stift Marsberg gehörigen Güter zu Flechten, die früher Johann und Werner, jetzt Johannes Rufus bebaut, an den Letzteren. 1300 April 30.

Mitsiegler: dominus Bertholdus prepositus sanctorum (apostolorum Pe)tri et Andree in Paderborne, Wernherus decanus Noue Ecclesie iuxta Corbeyam, fratres nostri, Bernhardus de Brakele miles, consanguineus noster, Albertus et Albertus de Amelungessen milites, amici nostri, Rabanus (de Papenhem

iu)nior miles et . . consules civitatis Brakele . . . Testes quoque aderant: Bodo de Adeleuessen miles, Antonius de Istorp, Euerhardus (de Mengersen), Iohannes de Nihusen, Hermannus de Couen.

Or. (beschädigt) im Kgl. St.-A. Münster, Propstei Marsberg Nr. 28. Von den an (zwei) grünen, (zwei) rothen, (zwei) weissen Schnüren (zwei ausgerissen) befestigten Siegeln noch Bruchstücke von dem Siegel Werners von der Asseburg erhalten. Gedr. Asseburg. UB. I, 513.

2613.

Edelherr Heinemann von Itter ratifizirt Verkauf von Gütern in Verlo *seitens eines Waldecker Bürgers an Kl. Berich. 1300 Mai 12.*

Nos Henemannus nobilis de Ittere, Iutta nostra legittima ac Tylemannus[1]) noster filius recognoscimus tenore presencium publice per presentes, quod approbamus et ratificamus venditionem bonorum Tragebodonis civis in Waldeke[2]), a nobis manancium sibi et sue uxori feodaliter in Verlo factam domino Conrado preposito ac toti conventui[3]) cenobii in Beriche et ea bona proprietamus et proprietavimus dicto conventui propter Deum proprietarie perpetuo possidenda. In cuius nostre proprietationis munus certum et firmum presens scriptum sigilli nostri munimine duximus muniendum. Datum anno Domini M°.CC°C., in die beatorum martirum Nerei, Achillei et Pancracii.

[1]) Til. *C.* [2]) Waldecke *C.* [3]) *Das Folgende fehlt zum Theil C.*

Nach dem Bericher Kop. I fol. 31 (B) und II fol. 28 (C) im Fürstl. Wald. Archiv zu Arolsen.

2614.

Äbtissin Irmgard von Herford bekundet Streitschlichtung zwischen dem Konvent des Stifts auf dem Berge und Ida Hersholte über Güter in Uffeln. 1300 Juni 30.

In nomine sancte et individue trinitatis. Nos Yrmegardis Dei gratia secularis ecclesie Heruordensis abbatissa notum facimus universis, quod, cum dissentio inter conventum dominarum Montis sancte Marie extra muros Heruordensis opidi ex una et Idam uxorem cuiusdam dicti Hersholte ex parte altera verteretur, super eo videlicet, quod ipsa ius ministeriale hereditarium in bonis sitis in Uflen, que bona ipse conventus ab Adolpho Knigen patre et Henrico fratre Ide predicte titulo emptionis ea irrequisita conparaverat, se habere contendebat dictoque conventu contrarium asserente eamque aliquod ius hereditarium in bonis predictis habere negante super ortis diversis querimoniarum materiis hinc inde coram nobis dicta dissentio mediantibus honorabilibus viris Iohanne et Remberto fratribus de Buscho, Gerhardo de Suninghusen, Iohanne Gograuio, militibus, taliter est sopita, quod Ida domina prenarrata pro decem marcis Heruordensium denariorum sibi datorum coram nobis renunciavit omni iuri, quod se in bonis predictis hactenus habuisse contendebat, et bona ipsa ad manus nostras una cum Engella et Ida filiabus suis omnibusque heredibus consentientibus libere resignavit. Unde cum nostrum intersit curam gerere omnium illorum, que conventui nostre ecclesie predicto in utilitatem cunctisque fidelibus defunctis in requiem proficiunt sempiternam, bona ipsa in Uflen cum consensu capituli nostri pro tribus solidis denariorum Heruordensis monete singulis annis ab eisdem bonis exsolvendis ad comparationem vini, cuius monasterium conventus predicti magna necessitate urgente opus habet ad communionem dominici sacramenti, integraliter tytulo donationis assignamus. In cuius testimonium presens scriptum nostro sigillo communimus, testibus annotatis, qui sunt hii: Iohannes et Rembertus fratres de Buscho, Iohannes de Varencampe, Bernhardus Top, Reynerus Creuet, Gerhardus de Sunninghusen, Iohannes Gograuius, milites; Lubertus Westfal, Reynerus de Varencampe, Iohannes de Arnholte, Gerhardus de Molendino, Wernerus Budel, Ludolfus et Iordanus fratres Barleban, famuli; Gerhardus de Libbere, Iohannes de Rodewic, Hartmodus de Bileuelde, Henricus Wedewinc. Hermannus Cretel, Iohannes de Hagen, burgenses Heruordenses et alii quam plures viri discreti et honesti ad hoc vocati specialiter et rogati. Datum anno Domini M°.CC°C., in crastino apostolorum Petri et Pauli.[1])

[1]) *Von* in *bis* Pauli *nachgetragen von anderer Hand.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift auf dem Berge bei Herford Nr. 22. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Reg. Gesch. d. v. dem Busche Nr. 71.

2615.

Bischof Otto von Paderborn bekundet Güterverzicht zu Gunsten des Kl. Hardehausen. Paderborn und Neuhaus 1300 Juli 6.

Universis presentes litteras inspecturis nos Otto Dei gracia Paderbornensis ecclesie episcopus notum facimus, presencium tenore publice protestantes, quod constitutus coram nobis Hermannus servus noster, filius Gotfridi de Szaddessen omni iuri, inpeticioni seu actioni, si que sibi conpetere videbatur seu poterat in curte sive curia Szaddessen ac bonis eiusdem cum universis pertinenciis suis ac usufructu libera voluntate prorsus et totaliter renunciavit ipsum ius in manus nostras integraliter resignando asserens, se in posterum non posse nec debere honorabilibus viris .. abbati et conventui in Hersedehusen super hiis movere questionem aliqualem nec eosdem inpetere de eisdem, sed eosdem premunire se promisit, si in aliquo circa dictam curiam seu bona eiusdem dictos viros religiosos dampnum intellexerit seu inpedimentum aliquod incursuros. In cuius facti memoriam et firmitatem evidentem sigillum nostrum et capituli nostri ad causas presentibus est appensum. Et nos .. decanus, .. cantor et capitulum ecclesie Paderbornensis iam dicte predicta coram nobis astantibus pluribus fide dignis fuisse facta in modum predictum sub sigillo nostro ad causas publice profitemur. Actum et datum Paderborne et Nygenhus, feria quarta post Odelrici, anno Domini millesimo trecentesimo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 351. Beide Siegel und Befestigung aus den Einschnitten verloren.

2616.

Abt Heinrich von Hersfeld bestätigt Verkauf des Zehnten zu Marienrode an Kl. Hardehausen. 1300 Juli 15.

In nomine Domini amen. Ne rerum gestarum negocia corrupcioni subiaceant, solent ea, que geruntur in tempore, scriptis sigillis et testibus perhennari. Cum nos igitur Henricus Dei gratia abbas ecclesie Hersfeldensis tam nos quam plerique omnes principes spiritales et eciam seculares ecclesias et personas ecclesiasticas promovere, quantum possumus, teneamur, maxime ob reverenciam Ihesu Christi et gloriose virginis sue matris, ad memoriam igitur revocantes, quod quondam venerabilis pater et dominus Henricus abbas Hersfeldensis predecessor noster recolende memorie iam fere decendio evoluto contulerat de consensu sui conventus proprietatem decime in Merienrode ecclesie et conventui sancte Marie Hersuidehusensi, Paderbornensis dyocesis, ex vendicione Conradi de Borken laici adhuc servi, ipso Conrado decimam huiusmodi a nostra ecclesia Hersfeldensi in pheodo possidente, nos et noster conventus ad preces fideles dominorum .. abbatis et conventus ecclesie Hersuidehusensis prefate ad cautelam habundantem, quia tunc confecta super huiusmodi negocio fuerant perdita instrumenta, nunc denuo et de novo proprietationem decime huiusmodi innovantes concorditer approbamus eandem, ipsam quoque proprietatem decime ad ecclesiam et personas sancte Marie de Hersuidehusen memoratas transferimus in nomine Domini per presentes proprietatis titulo cum suis pertinenciis universis perpetuis temporibus possidendam, sane cum idem Conradus quedam alia bona sua propria a nobis in pheodo receperit in recompensam decime memorate. In horum omnium testimonium, memoriam ac perpetuam firmitatem sub sigillo nostro et conventus nostri predicti, que scilicet sigilla presentibus sunt appensa, litteras dedimus has patentes, anno gracie M°. trecentesimo, XVII°I. Kalendas Augusti.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 352. Beide Siegel abgefallen.

2617.

Die Rathmänner der Altstadt Warburg bekunden, dass einer ihrer Mitbürger dem Kl. Wormeln zwei Häuser in Wormeln verkauft hat. 1300 Juli 22.

Nos consules veteris oppidi Wartberg videlicet Iohannes de Huxaria proconsul, Hermannus de Videlenberch, Hermannus Sophie, Bertramus sartor, Hinricus Udonis, Hinricus Drosmal, Iohannes Episcopus, Rabodo, Arnoldus Crispus, Gerhardus de Holte, Iohannes de Monte, Ludolphus Sceue notum

esse cupimus universis presentia visuris pariterque audituris, quod Arnoldus Gugherus iunior noster concivis unanimi consensu ac voluntate suorum fratrum scilicet Arnoldi Gugheri senioris et Rodolphi nec non et aliorum heredum suorum omnium vendidit duas casas cum areis[1]) sitas Wormlon cum omnibus appendiciis et usufructibus domino Iohanni preposito, abbatisse totique conventui sanctimonialium in Wormelen perpetuis temporibus libere possidendas et ad quoslibet usus divertendas, promittens etiam fide data corporali predictarum casarum, quamdiu vixerit[2]), certus et verus esse warandus tempore et loco requisitus. Et ut hec venditio liberalis robur obtineat firmitatis, nos supradicti consules sigillo nostre communitatis ad firmius testimonium, prout rogabamur, subarrari seu muniri fecimus presens scriptum. Testes etiam huius facti sunt: Conradus de Wepelde et Iohannes de Elsinghen, sacerdotes, Iohannes Barkule, Iohannes Speculum, Iohannes et Arnoldus fratres dicti Gugest, Arnoldus Enezen, Conradus Scelle, Hermannus Curtois et Bertoldus plebanus castri Wartberg. Acta sunt hec ipso die Marie Magdalene, anno Domini M°.CCC°.

[1]) ariis *Abschr.* [2]) vixerit *mit Strich über i Abschr.*

Aus Msc. VII, 4519 fol. 28 im Kgl. St.-A. Münster.

2618.

Einen Streit zwischen dem Kleriker Wischel, Notar des Edelherrn Simon zur Lippe, und dem Abt von Loccum entscheidet Graf Adolf von Schaumburg mit Rath des Edelherrn zu Ungunsten des erstern. 1300 Juli 30.

Gedr. v. Hodenberg, Calenb. UB. III, 541. Reg. Lipp. Regg. I, 284 Nr. 470.

2619.

Ritter Reinher Krevet von Paderborn verkauft dem Kl. Bredelar seine Güter in Boclon. *1300 August 3.*

Cum ea, que temporaliter inter mortales tractantur negotia, nonnumquam a memoriis lapsu temporis evanescant, coram testibus fieri et litteris annotari noscitur a prudentibus introductum. Hinc est, (quod)[1]) ego Reynherus miles dictus Kriuet de Paderburne universorum, qui presentes litteras inspecturi fuerint, declaro noticie publice[2]) protestando, quod bona mea in villa Boclon cum omnibus pertinentiis, sicut iacent, proventibus ac utilitatibus eorundem, agris cultis et incultis, pascuis, silvis et aquarum decursibus, de pleno consensu et voluntate patris mei domini Alberonis Kriuet, fratris mei domini Wernheri decani orientalis ecclesie Paderburnensis, Lutgardis uxoris mee ac Iohannis filii mei, religiosis viris . . abbati et conventui in Breydelare, ordinis Cysterciensis, Paderburnensis dyocesis, pro viginti marcis denariorum et decem solidis numerate et pagate michi pecunie rite vendidi et assignavi perpetuo possidenda. Qua propter dictus pater meus et ego necnon et heredes nominati superius ab omni iure nostro in eisdem bonis habito vel habendo recedimus penitus et simpliciter per presentes. Huic venditioni in ecclesia maiori Paderburnensi ordinate ac consummate testes astiterant, videlicet honorabiles viri canonici seu capitulum eiusdem maioris ecclesie, Iohannes de Scerue, Bodo dictus Scele ac plures alii fide digni. Ne vero quisquam in posterum Dei timore postposito in preiudicium et gravamen dictorum . . abbatis et conventus super hiis bonis possit habere materiam litigandi, paginam hanc super eo conscriptam sigillis patris mei sepefati ac meo proprio memorate ecclesie Breydelar contuli roboratam. Acta sunt hec in inventione sancti Stephani, anno Domini millesimo trecentesimo.

[1]) *Fehlt Or.* [2]) puplice *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Dalheim 43. Von roth-gelben Leinenfäden das erste Siegel abgefallen; an zweiter Stelle gut erhaltenes dreieckiges Siegel Reinhards mit dem Krebs. Vgl. die folgenden Nrr.

2620.

Albert Crevet und sein Sohn Reiner verzichten auf Güter in Boclon. *Paderborn 1300 August 18.*

Nos Albertus dictus Creuet et Reynherus suus filius milites tenore presentium recognoscimus publice protestantes, quod nos et universi nostri heredes ac coheredes bona talia in Bochlon sita, que

a Timmone comite in Huxaria domino pheodi in pheodo habuimus, ad instantiam religiosorum virorum abbatis et conventus in Breydelare et precipue Dei intuitu in manus dicti Timmonis libere et unanimiter resingnamus. Datum Paderborne, ipso die beati Agapiti martiris, anno Domini M°.CC°C.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Dalheim Nr. 44. An Pergamentstreifen verletztes dreieckiges Siegel Reinhers mit dem Krebs.

2621.

Ritter Werner Krivet und seine Söhne verzichten auf alle ihre Ansprüche an Güter in Boclon *zu Gunsten des Kl. Bredelar. 1300 (um August 18).*

Nos Wernherus miles dictus Kriuet ac eius filii, Reynherus canonicus Paderburnensis, Wernerus, Wernherus item, Albertus, Iohannes, universis et singulis, qui presentes inspexerint, notum esse cupimus, nos ob honorem beate Marie virginis et remedium animarum nostrarum sponte cessisse omni iuri, si quod habuimus seu ratione cohereditarie successionis habituri fuimus in bonis sitis in Boclon, que dominus Reynherus miles dictus Kriuet cognatus noster religiosis viris .. abbati et conventui in Breydelare, ordinis Cisterciensis, heredum suorum accedente consensu rite vendidit perpetuo possidenda. In huius igitur renunciationis ac cessionis nostre spontanee indelebilem et perhennem memoriam paginam hanc sigillo mei videlicet Wernheri militis senioris predicti memoratis .. abbati et conventui dedimus roboratam. Acta sunt hec anno Domini millesimo trecentesimo.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Dalheim Nr. 46. Auf dem beschädigten dreieckigen Siegel Ritters Wernher Krivet, das vom Pergamentstreifen abgefallen aber angenäht ist, ist der Krebs noch zu erkennen. Vgl. vor. Nr.

2622.

Genannte bekunden Verzichtleistung der Frau des Ritters Reiner Cancer (Krevet) und ihres Sohnes auf Güter in Boclon. *1300 August 19.*

Nos Gosscalcus dictus Dukere, Ludolfus de Elmerinchosen, milites, ac Bertoldus de Lippesprincge famulus recognoscimus presencium tenore publice protestantes, nos vidissse et audivisse ac interfuisse, quod Lutgardis legitima Reynhardi Cancri militis ac filius suus Iohannes omni iuri, quod in bonis Boclon habere poterant, in castro Valkenberg libere renunciarunt, ipsa bona ad manus .. abbatis et conventus in Breydelere voluntarie resignantes. In quorum testimonium sigillum nostri Gosscalci Dukere militis predicti presentibus est appensum, et nos ceteri antedicti eodem sigillo contenti sumus. Datum feria sexta post assumptionem beate virginis, anno Domini millesimo CCC°.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Dalheim Nr. 47. Siegel von dem vom Or. eingeschnittenem Pergamentstreifen abgefallen. Vergl. die vorige Nr.

2623.

Das Deutsche Haus in Marburg verkauft Kl. Willebadessen einen Zehnten in Herste. 1300 September 27.

De negociis et contractibus consulte scripturam facimus, ut res, que sub oculis modernorum agitur, testimonio scripture ad futurorum noticiam prorogetur. Notum igitur sit omnibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis, quod nos commendator et fratres hospitalis sancte Marie Teuthonicorum Iherosolimitanorum domus in Marpurch matura et multiplici deliberatione prehabita ad evadendum incommoditates et procurandum maiores utilitates, quam hactenus in decima Herste propter loci distanciam habuimus, dictam decimam, quam hactenus iusto tytulo possedimus, cum omnibus et singulis suis pertinenciis, quocunque eciam nomine censeantur, vendidimus et vendidisse nos recognoscimus religiosis devotis dominabus in Wilbodessen et domino Arnoldo preposito ibidem ordinis sancti Benedicti pro nonaginta marcis argenti puri et probati de communi omnium et singulorum ex nobis consensu legittimo et voluntate. Et in predictas dominas transtulimus et transtulisse nos recognoscimus, quidquid iuris in proprietate, in possessione et dominio dicte decime habuimus vel habere debuimus usque modo, renunciantes omni iuri et occasioni iuris, que nunc pro tempore vel in futurum nobis in sepe dicta decima posset competere seu deberet, et breviter et precise omnibus, per que nunc vel in

posterum dicta vendicio revocari, inpediri seu rescindi valeat quoquo modo; hoc tamen excepto, quod predicte sanctimoniales domine duas libras cere ecclesie sancti Liborii in Paderborne annis singulis, prout nos tenebamur et consuevimus, amministrent. Preterea ne predicta vendicio possit in posterum per nos aut nostros successores aliquatenus infirmari et predictis sanctimonialibus possit ex vendicione impedimentum aliquod suboriri, presentem litteram eisdem dedimus sigillo nostro, quo uti consuevimus, firmiter roboratam. Datum anno Domini M°.CCC°., in festo beatorum martyrum Cosme et Damiani.[1])

[1]) Ydus Novembris *B; doch vgl. folg. Nr.*

Aus Willebadessener Kopiar saec. XV./XVI. im Stadtarchiv Dortmund f. 22v mit dem Vermerk: Extant duae litterae de eodem anno *(B und C). Vgl. Nr. 2267. Herste N. Willebadessen.*

2624.

Bischof Otto von Paderborn genehmigt den Verkauf des Zehnten in Herste seitens des Deutschen Hauses bei Marburg an das Kl. Willebadessen. 1300 September 28.

Nos Otto Dei gracia Paderbornensis ecclesie episcopus omnibus hoc scriptum visuris notum facimus et publice protestamur, quod, cum venerabiles viri commendator et fratres domus Teuthonice domus apud Marborg decimam suam in Herste, quam cum universis suis attinenciis ac pleno proprietatis et dominii iure per nos et ecclesiam nostram translatam possidebant, dilectis nobis in Christo Arnoldo preposito, priorisse quoque ac conventui monasterii in Wilbodessen rite et rationabiliter vendidissent et in contractu vendicionis legittimo cum omni proprietatis ac dominii iure, cum universis ipsius attinentiis, sicut eam per nos et ecclesiam nostram collatam eis et translatam possederant, resignassent, in manus ipsius prepositi, priorisse et conventus transtulissent quoque et assignassent iusto emptionis et vendicionis titulo ac pleno proprietatis ac dominii iure in perpetuum libere possidendam, nos huiusmodi vendicionem, resignacionem, translacionem et assignacionem rite factas in domino commendamus et accedente pleno consensu nostri capituli Paderbornensis eas ratificamus et approbamus in hiis scriptis, decimam predictam in Herste cum universis suis attinenciis, cum omni quoque utilitate ac integritate, cum pleno eciam iure proprietatis ac dominii prefatis preposito priorisse et conventui monasterii in Wilbodessen conferentes ac transferentes iusto empcionis titulo, pleno proprietatis ac dominii (iure) in perpetuum libere possidendam, dantes has litteras nostro et ecclesie Paderbornensis sigillis super eo roboratas in testimonium perpetue firmitatis. Datum anno Domini M°.CCC°., in vigilia beati Michahelis archangeli.

Aus Willebadessener Kopiar saec. XV./XVI. im Stadtarchiv Dortmund f. 23v. Vgl. vorige Nr.

2625.

Graf Ludwig von Arnsberg bekundet Güterbelehnung Friedrichs v. Hörde. Lippstadt 1300 September 30.

Lodouicus nobilis comes de Arnsberg universis Christi fidelibus salutem et cognoscere veritatem. Noverint omnes, ad quos presens scriptum pervenerit, quod nos honorabilem virum Fredericum de Hurde militem infeodavimus de comecia in Bokeneuorde, sicut sita est; item de comecia magna ab una parte Lippie, sicut sita est, de curia in Rickerswic et decima ibidem et earum pertinentiis; de decima in Hockelhem, quam tenet Vollandus de Lancenstrot[1]), de decima in Deddinckhusen in parrochia Esbecke; de decima in Kneuelinckhusen iuxta Miste, quam tenet Godfridus de Meschede miles in pignoris nomine a domino de Stormede; item de curia in Einckhusen, quam tenet Florinus de Vanen miles; de domo in Usnen quam habet Hermannus Bodekinck; de una domo in Glashem, quam tenet Hermannus de Volkelinchusen; de domo in Ebbinckhusen, quam tenet soror Florini de Honstene dicti; item de una domo apud Ense et de universis bonis et singulis, quem ad modum Albertus de Stormede miles et predicti Frederici antecessores ea a nostris possidebant predecessoribus et a nobis, sic ipsum Fredericum per presentes infeodamus, rationabiliter et condigne. Acta sunt hec in civitate Lippiense, ad instantiam et in presentia domini Lippiensis, comitis de Woltecghe, Ottonis, Ioannis fratrum nostrorum, Hermanni et Bernardi de Beueren, Renfridi de Scho(r)lemer, Renfridi de Eruete, Euerhardi dicti Bolecke, Louff

de Heruolde, militum, et multorum aliorum fide dignorum. Datum anno Domini M.CCC°., in vigilia beati Matthei apostoli. Quod duximus sigilli nostri munimine protestandum.

[1]) *Seibertz hat* Rolandus miles de Langenstrot; *oben zu 1297 Nr. 2462* Vollandus de Lankenstrot.

Abschr. saec. XVII. im Kgl. St.-A. Münster, Fstabt. Corvey Nr. 117; aus den Corveyer Lehnsakten genommen. Die Urk. findet sich fast wörtlich in der Lehnsrolle des Grafen Ludwig von Arnsberg, gedr. Seibertz, UB. II, 551 S. 112. In letzterer ist der Vasall aber Albert von Störmede, dessen Nachfolger Friedrich von Hörde ist. Darum ist auch die Lehnsrolle vor 1300 zu setzen. Rickerswic *nach der Lehnsrolle* inter Bokenevorde et Lippiam; *nach derselben Quelle lag* Hockelhem *in der Pfarrei Erwitte.* Einchhusen = Egginchusen *Enkhausen bei Salzkotten.* Usnen *lag bei Erwitte,* Glashem *bei Geseke.*

2626.

Die Rathmänner in Büren bekunden Rentenverkauf aus einem Hause ihrer Stadt an einem ihrer Bürger. 1300 Oktober 2.

Nos Henricus Lozekanne proconsul, Thidericus Kromere, Henricus Smake, Henricus Kellinchusen, Heynemannus de Susato, Nolte Opilio, Iohannes de Susato, Henricus uppe den Watere, Iohannes Boclon, Henricus de Syrixen, Hyllebrandus Nasen et Werherus Takernel, consules in Bůren, notum esse cupimus universis, quod in nostra presentia constitutus Conradus Sandere, noster quidem opidanus, expresse recognoscens, quod cum bona voluntate Gerdrudis uxoris sue ac aliorum omnium heredum suorum vendidisset certos redditus sex solidorum denariorum in Bůren legalium Arnoldo de Vůlfte opidano nostro, Hillegunde uxori sue et veris heredibus eorundem de domo et area sua, in qua moratur, ad presens singulis annis tollendos bynis temporibus et percipiendos, tres solidos in festo pasche, residuos tres solidos in festo beati Michaelis et sic deinceps hereditario iure perpetue possidendos, tali conditione, quod, si solutio dictorum reddituum in aliquo iam dicto termino neglecta fuerit in parte vel in toto, extunc idem Arnoldus vel sui heredes assumpto iudice, qui pro tempore Buren fuerit, prefatam domum seu aream licite intrare poterunt pingnora bona cupienda, quibus detentos suos redditus recipere valeant expedite et hoc reclamatione ipsius Conradi, heredum suorum aut possessoris prefati domus et are(e), quicunque fuerit, non obstante. In cuius rei testimonium ad instancias parcium utrarumque sigillum nostrum presentibus est appensum. Anno Domini M°.CCC°., dominica post Michahelis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Abdinghof Nr. 88. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2627.

Graf Thymo in Höxter lässt den Edelherrn Brüdern von Pyrmont Güter in Boclon *auf und bittet dieselben an Kl. Bredelar zu übertragen. 1300 Oktober 4.*

Nobilibus viris dominis suis Her(manno) et W(icboldo) de Pernemunt[1]) fratribus Theymo comes Huxariensis honoris et servicii quicquid, potest. Noveritis ius omne, quod ego et mei heredes habuimus in bonis Boclo, que de vobis tenebamus in feodo, libere dedimus ob reverenciam beate virginis ecclesie in Breydelare, bona eadem vobis presentibus resignantes, rogantes, quatenus proprietatem bonorum eorundem seu ius vestrum prefate ecclesie conferre et donare dignemini propter Deum. Actum et datum anno Domini M°.CCC°., die beati Francisci.

[1]) *Auch eine Urk. von 1301 Jan. 3 hat* Hermannus *und* Wicboldus *(statt Hildebold?) v. P.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Dalheim 45. Siegel vom Pergamentstreifen abgefallen. Vergl. oben Nr. 2619, 2621 und Nr. 1505.

2628.

Ritter Herbold von Amelunxen resignirt auf den Zehnten in Brungerssen *zu Gunsten des Kl. Gehrden. 1300 Oktober 5.*

Nos Herboldus de Amelungessen miles et mea uxor Alheidis recognoscimus tenore presentium publice protestando, quod decimam agrorum in Brungerssen claustro in Gerdene pertinentium, quos idem claustrum sibi a venerabili patre ac domino Ottone Paderbornensis ecclesie episcopo et ab ipsa ecclesia

appropriavit, divine retributionis intuitu et ob favorem honorabilis domini Conradi prepositi eiusdem claustri in Gerdene resignamus unanimi cum consensu libere per presentes et omnino cessamus decima ab eadem, promittentes data fide, quod, si quid impetitionis aut impedimenti pro resignata decima ex parte mea aut uxoris mee prenominate predicto claustro moveretur, hoc nos refundere ipsi claustro integre deberemus. In cuius rei testimonium evidens presentem litteram dedimus appensi sigilli munimine roboratam. Testes autem, qui aderant, sunt: dominus Burchardus de Holthusen, dominus Iohannes capellanus in Nyhem, sacerdotes, Wernerus Somerkalf, Rolandus de Holthusen, Ambrosius de Gerdene, famuli, Bertoldus antiquus de Addessen, Hermannus de Horne, Albertus de Addessen, cives in Nhym, et quam plures alii fide digni. Datum anno Domini M.CCC., in die Meinulfi confessoris.

Nach dem Gehrdener Kopiar fol. 32v D 30. Brungerssen *eingegangen im Thale zwischen Nieheim und Pömbsen. Vgl. Ztschr. XXXI, 2, 80.*

2629.

Edelherr Berthold von Büren verzichtet auf alle Ansprüche an den Zehnten in Eden. 1300 Oktober 29.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris Bertoldus nobilis dominus de Bůren ad noticiam veritatis in perpetuum. Notum facimus, protestamur et recognoscimus, quod, cum ad memoriam revocaremus decimam in Eyden nunc cenobio in Olinchusen pertinentem nostris quondam progenitoribus pertinuisse et ex hoc putaremus nos in eadem decima posse ius vendicare, nescientes, quod nostri progenitores eandem decimam per legitimam vendicionem in cenobium transtulerant memoratum, eidem cenobio longeva prescriptione suffragante, tandem amicorum nostrorum et plurium in iure communi peritorum legitimis instructi documentis didicimus nos in prefata decima ius non habere et, sive per ius sive per factum possemus prefatam decimam nostris seu heredum nostrorum usibus vendicare, tamen attendentes, quod multum valet deprecacio iustorum assidua, ut in eodem cenobio nostri et progenitorum nostrorum singulis annis certo termino perpetua agatur memoria, de qua memoria conventus ibidem habebit de eadem decima unius marce consolacionem singulis annis in termino nostre (me)morie, et ut participes efficiamur omnium piorum operum, que in prefato cenobio fiunt, in perpetuum ad laudem creatoris proprio motu et bona voluntate cedimus et renunciamus omni iuri, si quod nobis et nostris heredibus in prefata decima conpetebat seu conpetere posset in tempus quodlibet affuturum, dantes eidem cenobio has litteras nostro sigillo communitas in testimonium et firmitatem perpetuam premissorum. Actum anno Domini M°.CCC°., in crastino beatorum Simonis et Iude apostolorum, presentibus discretis viris: Hůgone canonico Susaciensi, Roberto Ferner magistro consulum, Alberto de Palsole maiore, Regenbodone Goten, Wescelo Herinc, Hermanno Walen et magistro Arnoldo notario opidi Sůsaciensis et famulo nostro Lamberto de curte Asselen et pluribus aliis fide dignis.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Ölinghausen Nr. 160. Siegel vom Pergamentstreifen ab. Vergl. oben Nr. 1013.

2630.

Ritter Alrad von dem Bussche resignirt mit Zustimmung seiner Gemahlin Helene und seiner Kinder Johannes, Heinrich, Alrad, Rembert und Sophie dem Bischof Otto von Paderborn den Zehnten der kleinen Hufe Gerewordinchtorpe. *1300 November 7.*

Gedr. UB. III, 1678. Vergl. unten Nr. 2632 und 2634.

2631.

Die Grafen Albert und Heinrich von Schwalenberg verkaufen dem Konrad von Avenstrod ihre Güter in Lynbeke. *1300 November 10.*

Nos Albertus et Henricus eius filius comites de Sualenberg universis presentem litteram visuris ac eciam audituris recognoscimus et presentibus publice protestamur quod nos rite ac rationabiliter vendidimus bona nostra sita in Lynbeke cum omnibus pertinentiis et fructibus quibuscunque Conrado dicto de Avenstrod, .. uxori sue, eius ac eorum veris heredibus seu legitimis successoribus pro decem

marcis pecunia tradita et soluta ac eadem bona ipsis porreximus seu contulimus iusti et absoluti feodi titulo perpetualiter possidenda. Volumus eciam eisdem plenam prestare warandiam, quocumque loco et tempore fuerimus requisiti, et ab omni inpetitione seu inpedimento eximere, quod ipsis fieri poterit in bonis prenotatis. In cuius rei testimonium ac perpetui roboris firmitatem nos comites predicti sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Datum in vigilia beati Martini, anno Domini M°. tricentesimo.

Or. (beschädigt) im Fürstl. Bentheimschen Archiv in Rheda, Rheda Nr. 3. Beide Siegel von den anhängenden Pergamentstreifen abgefallen.

2632.

Die Rathmänner von Bielefeld bekunden, dass Hermann Vunke und die Seinigen auf den Zehnten in Gerewordinchtorpe *in Pfarrei Dornberg in die Hände des Ritters Alrad von dem Bussche verzichtet haben. 1300 November 16.*

Hermannus Hanebom iudex in Bilevelde, Iohannes Specht magister consulum, Hildebrandus de Werthere, Ecbertus de Melle, Godefridus Feitheminne[1]), Arnoldus de Bekesethen, Hermannus Kiselinch, Hildebrandus Nenne, Bernhardus de Diddessen, Arnoldus Strepehauere, Arnoldus de Hagen, Hermannus de Guterslo, consules ibidem, universis presentes litteras visuris et audituris salutem et cognoscere veritatem. Notum vobis facimus, quod in nostra presentia constitutus Hermannus Vunke recognovit, quod decimam in Gerewordinchtorpe in parrochia Dornberge, Paderbornensis dyocesis, in manus Alradi de Busche militis, a quo eam tenebat, libere resignasset. Preterea Hartwicus Vunke predicti Hermanni Vunken frater et Margareta eiusdem Hermanni mater et Gertrudis uxor ipsius necnon Margareta eius filia, preter quam aliam sobolem tunc non habebat, omni iuri, quod in supradicta decima iam eis competere videbatur vel occasione qualibet competere videbatur vel occasione qualibet competere posset in futurum, coram nobis tam libere quam integre resignarunt. In premissorum testimonium presentes litteras sigillo opidi nostri fecimus roborari. Actum et datum anno Domini M°.C°C°C°., feria quarta post festum beati Martini. Presentes fuerunt: Wernerus advocatus dictus Budel, Iohannes Pustere, Godescalcus de Lage et alii plures boni testimonii viri.

[1]) Feithemime *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Marienfeld Nr. 355. An von der Urk. eingeschnittenem Pergamentstreifen in rothem Wachs Bruchstück vom Siegel der Stadt Bielefeld. Vergl. UB. III S. 875 Anm. 3 und Nr. 1678; vgl. oben Nr. 2630.

2633.

Graf Otto von Everstein belehnt Johann von Markessen mit 1/4 des Zehnten in Riesel. 1300 November 18.

Nos Otto comes de Eversten universis presens scriptum intuentibus publice recognoscimus, quod quartam partem decime in villa et in marca Risele Iohanni de Markessen et suis veris heredibus in iusto pheodo contulimus, nec non matri sue Windelborgi ad spacium vite eius et plenam eisdem ubique locorum faciemus warandiam. Si vero iam dicta decima predicto Iohanni vel suis heredibus aut matri sue Windelborgi salvo iuris ordine abiudicata fuerit vel alienata, de hoc eisdem faciemus recompensam et restaurum. In huius rei testimonium presens scriptum conscribi iussimus et sigilli munimine roborari. Huius facti testes sunt: Lyppoldus dictus Hoye, Borchardus de Stenum, Ludolfus de Herse, milites, domicellus Otto de Eversten, Ludolfus de Stoccum, Hermannus de Nienkerken, Iohannes et Alexander fratres de Osekessen, famuli, et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M.C°C°C°., octava sancti Martini.

Or. im v. Stockhausenschen Archiv zu Abgunst. An Pergamentstreifen in gelbem Wachs wohlerhaltenes grosses rundes Siegel des Grafen Otto, auf schraffirtem Siegelfelde dreieckiger Schild mit nach rechts aufgerichtetem gekrönten Löwen.

2634.

Bischof Otto von Paderborn überträgt das Eigenthumsrecht des von ihm lehnrührigen Zehnten domuncule Gerwordinctorpe site sub curte Urinctorpe in parrochia Dorenberghe *an Kl. Marienfeld. 1300 November 22.*

Gedr. UB. III, 1680. Vgl. oben zu November 7 Nr. 2630 und 2632.

2635.

Edelherr Heinemann von Itter schenkt 1/4 Zehnten zu Gifflitz an Kl. Berich. 1300 November 24.

Nos Heynemannus nobilis de Ythere, Iutta nostra contectalis, Tylemannus noster filius et ceteri nostri heredes tenore presentium publice profitemur, quod intuitu divine pietatis atque ad salutem animarum nostrarum appropriavimus quartam partem decime in villa Gyffelze, quam a nobis tenuerunt Elgerus quondam miles dictus de Dalewych et Reynerus ipsius filius in feodo, cenobio beate Katherine virginis in Beryche ad usus sanctimonialium ibidem perpetuo ministrandam. Ne ergo hanc proprietatis nostre donationem tam voluntarie et rite factam a nobis prefato cenobio alicuius malignantis nostrorum heredum consilio[1]) violare in posterum presumat, presentem cartulam exinde conscriptam sigilli nostri appensione duximus consignandam. Datum temporibus Conradi prepositi in Beryche, quondam cellerarii in Grafcafh, anno Domini M°.CCC°., in vigilia beate Katherine virginis.

[1]) *So die falsche Konstruktion.*

Aus Bericher Kopiar I fol. 1c im Fürstl. Waldeck. Archiv in Arolsen. Gedr. Varnhagen, Grundlage UB. Nr. 54.

2636.

Das Deutsche Haus in Marburg beauftragt einen Bruder mit der Uebergabe des Zehnten in Herste an Kl. Willebadessen. 1300 November 27.

Universis presentes litteras inspecturis frater Wern(herus) de Lutherberg commendator ceterique fratres domus Teuthonice apud Marpurg subscriptam recognoscere veritatem. Cum nos de maturo consilio decimam nostram in Herste vendidimus religiosis et devotis dominabus in Wilbodessen, ordinis sancti Benedicti, pro XC marcis argenti puri, volentes eisdem dominabus in vendicione predicta ad plenum satisfacere, ut dignum est, religioso viro fratri Gun(thero) sacerdoti introducendi ipsas dominas in possessionem ipsius decime plenam et liberam nostram committimus facultatem, renunciantes nichilominus[1]) in hiis scriptis omnibus instrumentis seu litteris a quocumque nobis datis, que ipsis obesse, nobis quoque prodesse possent contra iusticiam et valere, dantes super hiis presentem litteram nostri sigilli munimine roboratam. Anno Domini M°.CCC°., dominica prima adventus Domini.

[1]) nichill. *Kop.*

Aus Willebadessener Kopiar saec. XV./XVI. im Stadtarchiv Dortmund f. 23v. Vgl. Nr. 2623 f.

2637.

Ritter Arnold Edler von Gudensberg, genannt der Grosse, verkauft dem Kl. Volkhardinghausen die Hälfte seines vor dem Thore (des Kl.) gelegenen Hofes. 1300 November 29.

In nomine Domini amen. Ne gestarum rerum memoria processu temporis evanescat, acta quidem solent per scripta auctentica perhennari. Hinc est, quod nos nobilis Arnoldus miles de Godenburg dictus Magnus ac Everhardus dicti Ar(noldi) filius universis presens visuris et audituris recognoscimus publice protestando, quod bona voluntate et divine remunerationis intuitu vendidimus ecclesie sanctimonialium in Volchardinghusen medietatem curie nostre ante valvam site pro viginti et duobus solidis denariorum legalium cum agris aliisque usufructibus omnibus ad dictam curiam pertinentibus, renunciantes exactioni ac impetitioni cuilibet, perpetuo possidendam. Ne autem premissa infringi valeant et dicta ecclesia per nos vel nostros possit in aliquantulo impediri, presentem paginam sigilli nostri ac sigilli virorum proborum burgensium in Landowe duximus munimine roborandam. Testes huius

facti sunt: Iohannes prepositus in Aroldessen, Bertoldus plebanus in Landowe, Lodewicus plebanus in Volchardinchusen, Hermannus de Bevanch famulus ac Conradus proconsul in Landowe dictus de Visbike, Everhardus de Corbike, Wernerus de Caldenhowe, Gerlacus de Roderen, Henricus de Munden, Lodewicus Magnus de Volchardinchusen, consules opidi Landowe aliique quam plures fide digni. Datum anno Domini M°. tricentesimo, tertio Kalendas Decembris, vigilia beati Andree apostoli.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. An Pergamentstreifen 1) dreieckiges Siegel Arnolds von Gudensberg; 2) grosses rundes Landauer Stadtsiegel, drei Thürme, auf deren Dächern je ein sechsstrahliger Stern.

2638.

Papst Bonifaz VIII. bestätigt dem Stift Corvey alle von seinen Vorfahren verliehenen Rechte und Immunitäten sowie alle von weltlichen Fürsten verliehenen Freiheiten. Lateran 1300 Dezember 13.

Gedr. Schaten ad annum; Reg. UB. V, 824.

2639.

Genannte Erzbischöfe und Bischöfe gewähren den Besuchern und Förderern der Kirche in Büren 40 Tage Ablass. Rom 1300.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis nos (Dei) gratia Basilius Ierosolimitanus, Ranutius Callaritanus, Adinolfus Consanus archiepiscopi, Manfredus Sancti Marci, Ramboctus Camerinensis et Nicolaus Tortibulensis salutem et sinceram in Domino caritatem. Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementissima ipsius maiestate sperancium tunc precipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adiuvatur. Cupientes igitur, ut ecclesia sancti Nicolai de Buren, Paderbornensis dyocesis, congruis honoribus frequentur et a Christi fidelibus veneretur, omnibus, qui ad dictam ecclesiam in singulis subscriptis festivitatibus, videlicet ipsius sancti Nicolai, in cuius est insignita vocabulo, et in dedicatione eiusdem necnon nativitatis Domini, resurrectionis, ascensionis et pentecostes, in omnibus festivitatibus gloriose virginis Marie, s(c)ilicet annuntiationis, purificationis, assumptionis et nativitatis, sanctorum Petri et Pauli et aliorum omnium apostolorum, in festivitatibus sanctorum, quorum reliquie inhibi continentur, causa devotionis et orationis accesserint, vel qui ad fabricam, luminaria, ornamenta, paramenta, seu alia necessaria ipsius ecclesie manus porrexerint adiutrices, aut qui in bona sui corporis sanitate seu etiam in extremis laborantes quicquam suarum prefate ecclesie legaverint facultatum, et qui dilectum filium plebanum dicte ecclesie cum corpore Christi ad infirmos deportantem associaverint et orationem dominicam cum salutatione virginis Marie pia mente dixerint et sibi fecerint comitivam, de omnipotentis Dei misericordia, sanctorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis auctoritate confisi, singuli nostrum singulas quadraginta dierum indulgentias de iniunctis sibi penitentiis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo dyocesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cuius rei testimonium presentes litteras nostrorum sigillorum fecimus appensione muniri. Data Rome, pontificatus domini Bonifatii pape octavi anno VI°.

Or. im Pfarrarchiv Büren. Siegel und Befestigung fehlen. Am obern Rande ist die Urk. verschnitten, so dass das Dei ausgelassen ist. Ein Viertel der ersten Zeile ist unbeschrieben. Vgl. Ztschr. XLVIII, 2, 195. Dort wird wohl nach der „diplomatischen Geschichte der Sakramentskapelle“ eine Urk. Bischofs Otto von Paderborn von 1300 erwähnt, in der er die von mehreren Erzbischöfen und Bischöfen ertheilten Immunitäten und Ablässe bestätigt. Die diplom. Geschichte fügt hinzu: „Sie ist auf Pergament geschrieben, das Siegel abgefallen und von früheren Archivaren als unleserlich erachtet. Wir haben eine jedoch stellenweise lückenhafte Abschrift davon genommen.“ Urk. und Abschrift sind jetzt im Pfarrarchiv zu Büren nicht aufzufinden.

2640.

Äbtissin Ermgard und Kl. Böddeken genehmigen die Bestimmungen über das dem Kloster zugefallene Legat des Kustos Heinrich von Busdorf. 1300.

E(rmegardis) Dei gratia abbatissa et conventus Budicensis ecclesie notum facimus et recognoscimus litteras per presentes, quod Henricus custos ecclesie sancti Petri Paderbornensis de bonis Budiken[1]), scilicet de medietate agrorum et arearum et reddituum, que suis denariis comparavit, que bona sive redditus fuerant cuiusdam dicti Stothere, et de duobus moldris de bonis Tyndele predicti quondam Stotere annis singulis solvendis, que etiam idem custos comparavit, multoties dictus custos ita disposuit et pie ordinavit, quod ego abbatissa et abbatisse dicte ecclesie, que pro tempore fuerint, dicta bona, annonam sive redditus predictos uni domine de conventu extra scolam[2]) existenti pro obedientia conferimus, que domina annonam et redditus predictos in denariis et in pullis integraliter percipiet, etiam si fuerint meliorati, illa vero domina, cui obedientia huiusmodi concessa fuerit, in anniversario Iutte bone memorie quondam abbatisse Budicensis taliter distribuet: dabit enim domine abbatisse et cuilibet canonice et canonico alteram dimidiam mensuram avene et prebende sancti Meynulfi tantum, de annona vero residua, scilicet moldro ordei et duodecim denariis dabit abbatisse et cuilibet canonice et canonico nummum unum et prebende sancti Meynulfi[3]) tantum, et[4]) quartum dimidium denarium pro annua pensione, octo vero pullos dividet inter canonicos tantum. Cum[5]) vero alii octo pulli, quos nunc tollit Hermannus presbiter, quam cito ad ecclesiam redierint, illa domina, que obedientiam tunc habuerit, pullos colliget, et tunc dabit cuilibet canonice pullum unum. Et illis[5]) taliter distributis, quod superexcreverit, ipsa obedientiaria retinebit, ponet etiam candelam de nocte et procurabit pulsationes, ut est moris; convertet etiam ad pios usus absentium porciones. Et quia hanc ordinacionem nobis gratam volumus perpetuo observare, cum sigillo conventus nostri fecimus sigillari. Datum[6]) anno Domini M°.CC°C.

[1]) Bodeken, *später* Budicensis *C.* [2]) scolas *C.* [3]) Meynolfi *C.* [4]) et *fehlt C.* [5]) *Dieser Satz fehlt C.* [6]) *Das folgende fehlt B.*

Aus Msc. I, 121 fol. 97v (B) und dem Böddeker Kopiar fol. V, im Besitz des Freiherrn v. Brenken zu Erpernburg (C).

2641.

Verkauf eines Hofes zu Rene an Kl. Kemnade, dessen Einkünfte für Gewandung, Licht und die Pfarrkirche verwandt werden sollen. 1300.

Notum sit omnibus presencia visuris, quod ego Godfridus dictus domine Windelen, civis in Bodenwerdere, una cum consensu et voluntate uxoris mee domine Windelburgis ac Ludolfi filii mei, plebani in Godelem et canonici Hamelensis, vendidimus monasterio Kaminatensi ad usus superpelliciorum[1]) sanctimonialium curiam nostram sitam in Rene cum omni iure, quo prius ad nos pertinebat, accedente voluntate et consensu domini Ber(toldi) prepositi Kaminatensis, qui predictis interfuit et consensit, pro certa pecunie quantitate. Ita quod dicta curia ad redditus superpelliciorum[1]) dictarum dominarum cum omni suo iure perpetuo sine contradictione alicuius futuri prepositi pertinebit, sed pro V talentis, que dominus Her., qui moratur apud dictum monasterium, ad solutionem dicte curie apposuit, dabuntur decem solidi secundum taxationem Hamelensis monete ad lumen, quod de nocte ponitur in dormitorio dominarum, et tres solidi dicte monete ad ecclesiam forensem de dictis redditibus annis singulis persolventur. In quorum testimonium conventus Kaminatensis et mei Ludolfi pro me et parentibus meis sigilla ad premissorum evidenciam sunt appensa. Actum et datum anno Domini M°.CC°C.

[1]) superpliciorum *Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Stift Kemnade Nr. 21. Beide Siegel sind vom Pergamentstreifen abgefallen. Vgl. Nr. 1834.

2642.

Die Edelherrn Hermann und Hildebold von Pyrmont verzichten auf ihre Rechte an einen Hof in Bega zu Gunsten des Kl. Ullenhausen. 1300.

In nomine sancte et individue trinitatis. Hermannus et Hildeboldus nobiles dicti de Peremont omnibus hec scripta visuris vel audituris salutem in perpetuum. Quoniam omnia temporalia temporalem sequuntur motum, inde necesse est, ut, que sua natura sunt transitoria, servitiis hominum ad memoriam reducantur et secundum iuris assertionem nec sibi quicquam datum dicere valeat, nisi donatus possessioni gaudeat temporali, tam presentibus quam futuris presentes paginas inspectoribus notum esse volumus, quod nos Hermannus et Hildeboldus fratres nobiles de Peremont cum bona nostra voluntate ceterorumque ... heredum nostrorum consensu propter Deum et honorem beate Marie et sancti Petri et ad petitionem Hinrici nobilis comitis de Sterneberch libertatem curie, que sita est in villa quadam, que dicitur Bega, quam quondam Conradus miles dictus de Billerbecke a nobis possederat, iure pheodali claustro quodam[1]) dicto Vlenhusen ac ... sanctimonialium, que ibidem die ac nocte Deo deserviunt, ... contulimus perpetuo possidendam, et quicquam iuris nostri hactenus in eadem curia cum omnibus attinentiis a die donationis f(esto?) ascensionis[2]) Domini nostri predictis mo(nia)libus resignamus. Ut autem ... insultationibus et ex nostra provisione plenissima gaudeant securitate, in testi(monium) ... tionis fecimus ... scripta presentia ... nostri impressione roborari nunc et perpetuo valitura. Acta sunt hec anno incarnationis Domini millesimo trecentesimo. Huius rei contractus testes sunt: Ludolphus sacerdos in Luide, Ludolphus de Oldenborch, Ludolphus de Hilmerinctorpe, sacerdotes; Bartoldus de Elmerinchusen miles, Hinricus de Bardeleve, Iohannes de Collerbecke, Bernhardus de Stochem, Ioannes Louitz(?), Ludolphus de Elmerinchusen, Ernestus de Odestorpe, famuli et ceteri plures. Datum per manus Henrici capellani in Luidhe.

[1]) *So Kop.* [2]) assentionis *Kop.*

Aus Cop. lipp. (defekt) des Archivs in Detmold. Kopie saec. XVI. Reg. Lipp. Regg. I, 284 Nr. 471.

2643.

Die von Horhausen übereignen Hufe in Massenhusen *an Kl. Arolsen. 1300.*

In scripta caute redigitur et testium memorie non inprovide commendatur, quicquid a presentibus geritur, ne lapsu temporis diuturno a futurorum noticia subtrahatur. Nos ergo Stephanus et Conradus fratres de Horhusen milites presentibus et futuris notum esse cupimus universis, quod nos filiis nostris Conrado, Olrico et Stephano consentientibus et approbantibus proprietatem sive ius unius mansi siti in villa Massenhusen, quem Ludolfus miles de Hodagessen ac sui heredes, cum a nobis tenuissent in feodo, ad manus nostras resignarunt, pro salute et remedio animarum tam nostri quam carorum nostrorum monasterio et conventui famularum Christi ordinis sancti Augustini in Aroldessen dedimus sollempniter et devote perpetuo possidendum, ut exinde nostra memoria apud dictum monasterium diligentius habeatur. Ut autem hanc nostram donationem retractandi presentibus et postmodum affuturis materia penitus auferatur, litteram hanc prefate ecclesie porreximus sigilli nostri robore firmiter communitam. Datum anno Domini M°. trecentesimo.

Or. im Fürstl. Waldeck. Archiv zu Arolsen. Siegel vom Pergamentstreifen ab.

2644.

Kl. Corvey bekundet, dass die dem Kl. Hardehausen verkauften Güter in Kessenich mit allen Renten und Einnahmen verkauft seien. 1300(?).

Nos Dei gratia prior totusque conventus ecclesie Corbeyensis universis presencia visuris cupimus esse notum, quod nos religiosis viris, dominis abbati et conventui ecclesie in Hersvedehusen, ordinis Cysterciensis, olim vendita bona in Kest(e)nic ipsis vendidimus cum omni iure et huiusmodi pertinenciis seu pensionibus, que in litteris ecclesie nostre sibi datis continentur, et quemadmodum predicti dominus abbas et conventus singula iura pensionis seu obvencionum habent in suis kartis, sic ea ipsis de nostris libris annalibus et veteribus codicibus recognoscimus nos dedisse. In cuius testimonium sigillum ecclesie nostre sd causas presentibus duximus appendum. Datum anno Domini M°.CC°C.

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Kl. Hardehausen Nr. 349. Das Datum macht den Eindruck, als ob Raum gelassen sei, um noch Näheres zuzufügen. Doch gehört die Urk. der Schrift nach wohl spätestens dem ersten Jahrzehnt des 14. Jahrh. an.

2645.

Helena Wittwe des Ritters Ludolf von Gesmele und Söhne resigniren dem Ritter Hermann Wendt den Zehnten zu Oldendorf. (Um 1300.)

Ego domina Helena relicta quondam Ludolfi militis dicti de Gesmele bone memorie et filii mei Ludolfus et Hermannus coram omnibus presentem cedulam inspecturis publice recognoscimus protestando, quod decimam in Oldendorpe cum omnibus pertinenciis patri nostro domino Hermanno militi dicto Wenth resignavimus sub hac forma, quod cum eadem faciat, quidquid sue placuit voluntati. Et quia sigillo proprio caruimus, sigillo domini Iohannis dicti Bare militis contenti fuimus in presenti.

Or. im Stadtarchiv zu Lemgo. Siegel rechtsschreitender Bär mit Halsband in dreieckigem Schild, † S . . . . nnis di(cti) Ursi mi(lit)is. *Lipp. Regg. II, 31 Nr. 526. Ueber Oldendorf daselbst.*

2646.

Ein Papst Honorius (III. oder IV.?) und ein Papst Bonifaz (VIII.?) ertheilen dem Stift Corvey verschiedene Ablässe. (13. Jahrhundert.)

Gedr. UB. V, 857.

2647.

Die Familie von Boventen überlässt ein ihr von Graf Otto von Everstein übertragenes Lehen, anderthalb Hufen in Germete, Raven dem jüngern von Papenheim. O. J. (Ende des 13. Jahrhunderts.)

Que geruntur in tempore, ne simul labantur cum lapsu temporis, solent in li(n)gua testium vel scripti memoria perhennari. Sciant igitur presentem paginam inspecturi, quod nos Bo(do) et Gunt(herus) et Hen(ricus) et Gunt(herus) cognati predictorum dicti de Bouentem alterum dimi(di)um mansum situm in Germete, quos de domino Ot(tone) comite de Euerstene in feodo habuimus, Coruo iuniori dicto de Papenheim sub hac forma resignamus, videlicet, quod Corwus iam dictus predicta bona a memorato comite habeat tali iure, quali nos ipsa habebamus. Verum ne huiusmodi resignatio aliquo modo impediat(ur), presentem paginam nostri sigilli roboramus munimento.

Or. im Besitz des Kaplans Brügge z. Z. in Meschede. An Pergamentstreifen hängt noch ein Bruchstück des Boventenschen Siegels, längs getheilter Schild rechts Schlüssel, links Löwe, an. Zwei Brüder Günther und Bodo Ritter von Boventen kommen 1267 Mai 31 vor; vgl. Hodenberg, Calenberg. UB. III, 283; Günther v. B. zu Ende des 13. Jahrh. z. B. in Gehrdener Urk. von 1298 Novbr. 9.

2648.

Richter und Bürgermeister der Stadt Büren bekunden, dass eine Mitbürgerin ihre Güter dem Kl. Hardehausen vermacht, für ihre Lebenszeit aber Verfügungen zu Memorien sich vorbehalten hat O. J. (Zweite Hälfte des 13. Jahrh.)

Ego Hermannus iudex et Theodericus magister civium una cum consulibus Burensis opidi protestamur, quod soror Greta filia Hunoldi quondam concivis nostri omnia bona sua, que vel habet vel habere poterit, ecclesie Hersuithehusensi pro remedio anime sue in elemosinam contulerit, ita quod post obitum suum nullus parentum vel amicorum suorum quicquam iuris in hiis poterit usurpare, ipsa tamen Greta, dum advixerit, si quid pro anima patris sui vel alia rationabili de causa de ipsis bonis cuiquam conferre voluerit, liberam habebit facultatem. Facta est autem hec donatio coram hiis testibus: Thymiaro[1]) monetario, Weszelo, Hedenrico de Andopen, Manegolt, Theoderico, Siffrido, Bertrammo villico, Lutfrido, Thethardo, Thitmaro Albo, Reynoldo de Eruithe et aliis quam pluribus. Ne quis autem hoc factum irritare valeat, sigillum nostri opidi presenti scripto decrevimus appendi.

[1]) *So Or.*

Or. im Kgl. St.-A. Münster, Herrschaft Büren Nr. 17. Vom an Pergamentstreifen angehängten Siegel ist nur unkenntliches Bruchstück erhalten. Die Urk. gehört der Schrift nach in die zweite Hälfte des 13. Jahrh.